Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
F
21
NAPOLI

Digitized by Google

XIV - F - 21

INSTITUTIONUM CANONICARUM

LIBRI QUATUOR

In duos Tomos diviſi

TOMUS SECUNDUS

Librum Tertium, & Quartum complectens

A U C T O R E

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

DOMINO FRANCISCO VERDE

U. J. ac Sacræ Theologiæ Doctore, in Regia Neapolitana Academia U. J. Publico Interprete Clariſſimo: In Metropolitana Eccleſia Neapolitana Librorum Cenſore, Examinatore Synodali, Judice Cauſarum Civilium, & Criminalium, S. Officii Conſultore, Canonico Pœnitentiario Majore, Vicario Capitulari, ac Generali integerrimo: atque Puteolanæ, Caputaquenſi, ac Roſſanenſi Eccleſiæ electo, tandem

VICI-ÆQUENSIS EPISCOPO

Opus Poſthumum, quo clara expeditaque methodo JUS CANONICUM Theoricè, ac Practicè juxta probatorum Doctorum calculum ſolidè doctiſſimèque explanatur, attento inſuper noſtro Municipali Jure, & Tribunalium praxi, quibus interdum accomodatur

Epiſcopis, Prælatis, Vicariis, Parochis, Confeſſariis, Regularibus, Judicibus, Cauſarum Patronis, aliiſque perutile, nedum neceſſarium

CUM DUOBUS INDICIBUS

Cui additæ ſunt in fine Propoſitiones damnatæ ab Alexandro VII. Innocentio XI. Alexandro VIII. Clemente XI. Summis Pontificibus, aliaque Decreta ſcitu neceſſaria, cum Syllabo Caſuum Reſervatorum in Civitate, & Diœceſi Neapolitana

STUDIO; LABORE, AC NOTIS

U. J. D. GASPARIS TORELLI

Presbyteri Neapolitani.

Excudebat NEAPOLI FELIX MUSCA Anno cIↄ.Iↄcc.xxxv.

SUPERIORUM PERMISSU.

Expenſis FRANCISCI FORASTERII in cujus Bibliotheca proſtant.

Digitized by Google

INDEX SUMMÆ
LIBRI III. ET IV.
INSTITUTIONUM CANONICARUM
Ordine alphabetico.

A

De Abjuratione. Lib.4.p.101.
Abortu. 4. 273.
Accuſatore. 3. 31.
Accuſationibus. 4. 77.
Actore, & Accuſatore. 3. 31.
Actus Judiciales quando probant. 3. 63.
Adulterio. 4. 236.
Advocatis. 3. 75.
Apoſtatis. 4. 108.
Appellationibus. 3. 71.
Artibus Vanis. 4. 122.

B

De Beſtialitate. 4. 268.
Blaſphemia. 4. 125.

C

De Cenſuris in genere. 4. 375.
Ceſſatione à Divinis. 4. 359.
Chiromantia. 4. 117.
Comœdiis obſcœnis. 4. 230.
Concubinatu. 4. 232.
Confeſſione qualificata. 3. 50.
Confeſſione coacta. 3. 50.
Conjecturis. 3. 67.
Contumelia. 4. 222.
Copula conjugali ſecundum ſe. 4. 250.
evirati. 4. 234.
baptizati cum non baptizata. 4. 234.
metu injuſto ordinati in ſacris. 4. 235.
invitis parentibus. 4. 235.
occulta in Eccleſia. 4. 235.
cum mortua. 4. 268.
cum Dæmone. 4. 268.
Crimine falſi. 4. 186.
Crimine Stellionatus. 4. 199.

D

De damno illato. 4. 210.
Damno infecto. 4. 213.
Damnis ſupremi ordinis, & ſic de damno vitæ hominis. 4. 223.
Damnificatione injuſta. 4. 210.
Debito maritali. 4. 254.
Debito non petendo. 4. 254.
Debito negando. 4. 260.
Dejectione. Lib.4.p.210.
Delectatione. 4. 268.
Delicto ex conjugali congreſſu. 4. 248.
Delictis contra Juſtitiam. 4. 199.
Degradatione. 4. 361.
Degradatione Reali. 4. 363.
Denunciatione. 4. 110.
Depoſitione, & degradatione. 4. 361.
Deriſione, & ſubſannatione. 4. 222.
Detractione. 4. 218.
Divinatione. 4. 1 0.
Diſſolutione Maleficii. 4. 123.
Dæmonis poteſtate. 4. 118.

E

Epiſtolæ V. Literæ miſſivæ.
De Excommunicatione. 4. 309.
Expulſione. 4. 210.

F

De Falſi crimine. 4. 186.
Falſa moneta. 4. 187.
Fama. 4. 217.
Faſcino. 4. 122.
Feriis. 3. 73.
Foro Judicis ſecundum ſe. 3. 9.
Foro Domicilii. 3. 13.
Originis. 3. 14.
Rei ſitæ. 3. 14.
Contractus. 3. 14.
Succeſſionis. 3. 15.
Privilegii. 3. 15.
Clerici. 3. 15.
Militum. 3. 26.
Scholarium, & miſerabilium. 3. 26.
Neapolitanorum. 3. 26.
Delicti. 3. 26.
Præventionis. 3. 26.
Prorogationis. 3. 26.
Fornicatione. 4. 231.
Furtis. 4. 200.

H

De Hæreticis. 4. 97.
Hæreſi. 4. 97.
Hæreſiarchis, & dogmatiſtis. 4. 107.

Homi-

Homicidio. Lib. 4. p. 223.
Honore. 4. 221.

I

De Idolatria. 4. 110.
Impedimento non petendi debitum. 4. 256.
Incantatione. 4. 122.
Incendio. 4. 211.
Inceſtu. 4. 239.
Indiciis. 3. 67.
Indiciis ad Torturam. 3. 34.
Inquiſitione. 4. 80.
Interdicto. 4. 345.
Invaſione. 4. 210.
Irregularitate. 4. 364.
Judiciis. 3. 1.
Judicio temerario. 4. 218.
Judice. 3. 2
Judice Delegato. 3. 3.
Judice, Judicio ad modum belli, ut Capitaneus Generalis, & amoto velo. 3. 11.
Judice competente, & incõpetente. 3. 12.
Judice ſuſpecto. 3. 27.
Judice quoad forum conſcientiæ. 3. 31.
Juriſdictione, & Judice Civili, Criminali, & mixto. 3. 9.

L

De Laude. 4. 221.
Lenociſmo. 4. 270.
Literæ Miſſivæ, ſeu Epiſtolæ quando probant. 3. 63.

M

De Magia. 4. 119.
Mutilatione. 4. 228.

N

De Naufragio. 4. 212.

O

De Officio Aſſeſſoris. 3. 5.

P

De Partu ſuppoſito. 4. 188.
Pœnis Hæreticorum. 4. 102.
Pollutione. 4 265.
Probationibus. 3. 51.
per teſtes. 3. 52.
per Juramentum. 3. 59.
per evidentiam facti. 3. 59.
per ſcripturas publicas. 3. 60.
privatas. 3. 62.
per Actus Judiciales. 3. 63.
per Epiſtolas. 3. 65.
per præſumtiones. 3. 65.
Procuratoribus. Lib. 3. p. 75.
Purgatione Canonica. 4. 88.
Purgationibus. 3. 67.

R

De Rapina. 4. 209.
Raptu. 4. 245.
Recuſatione Judicis. 3. 27.
Relapſis. 4. 101.
Renegatis. 4. 108.
Re Judicata, & executione rei judicatæ. 3. 73.
Reo. 3. 32.
Reo torto. 3. 34.
Reis torquendis. 3. 47.
Reo Confeſſo. 3. 49.
Reo quoad forum conſcientiæ. 3. 51.
Reo convicto. 3. 51.
Reo defenſo. 3. 68.

S

De Sagrilegis, Maleficis, & Sortilegis. 4. 109.
Sacrilegio. 4. 130.
Sacrilego concubitu. 4. 247.
Schiſmaticis. 4. 109.
Sententia Excommunicationis. 4. 309.
Sententiis pronunciandis. 3. 70.
Sententiis annullandis. 3. 71.
Simonia. 4. 89.
Singulis Foris. 3. 13.
Sodomia. 4. 265.
Stellionatu. 4. 199.
Stupro. 4. 242.
Suſpectis de hæreſi. 4. 100.
Suſpenſione. 4. 332.
Suſpicionibus. 3. 67.
Suſurratione. 4. 223.

T

De Tactibus. 4. 253.
Teſtibus. 3. 52.
Tortura. 3. 44.
Truffa. 4. 210.

V

De Vitiis Caſtitatis oppoſitis. 4. 230.
Voto Religionis in ordine ad Matrimonium. 4. 256.
& ſuſcipiendi Ordines. 4. 256.
& non nubendi. 4. 256.
Uſuris. 4. 175.

INSTI-

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI FRANCISCI VERDE EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER TERTIUS.

De Judiciis.

TITULUS I.

PROOEMIUM.

1 Libri III. utilitas.

PRodit utilitate refertam habens puppim Judiciorum Navis, in qua merces quotidianæ, ad publicum, & quotidianum commodum exportantur: & nos, ut res utilior evadat, pro utroque foro omnia enucleabimus, ut in forenſi pulvere pedem imprimas ſcientificum, & in conſcientiæ tramite non devies per acclivia, & declivia.

Quid, & quotuplex ſit Judicium?
§. I.

2 Judicium à Jure dicendo dictum.

JUdicium à Jure dicendo dictum. *cap. forus. 10. de verborum ſignificatione.*

3 Ejus definitio.

Definitur: *Eſt Actus legitimus perſonarum coram Judice contendentium. cap. forus de verbor. ſignificat.* Brevius dices: *Judicium eſt ſententia Judicis ſollemnitèr lata intèr partes contendentes.* Enim verò Judicium eſt actus intellectus affirmantis, vel negantis rem ità eſſe. Ergo ille actus erit Judicii, quo Judex affirmat rem ità eſſe, vel non eſſe, ut partes proponunt.

Hæc definitio, licèt communis, videtur falſa; nam non competit generi, cùm detur Judicium, in quo partes non contendant, ut patet in Judicio Juriſdictionis voluntariæ, in quo nulla eſt partium contentio. Similiter Judicium in foro Sacramentali eſt ſine partium contentione; ergo non omne Judicium eſt actus legitimus perſonarum coram Judice contendentium.

Alia definitio affertur.

Nobis placet altiùs, & veriùs Judicium in genere definire: *eſt actus legitimus Judicis competentis, aliquid decernentis inter aliquas perſonas*; nam rigorosè exprimit quod Philoſophi etiam probant, quando judicium definiunt eſſe actum, quo aliquod affirmatur, vel negatur. Tātùm ſuperadditur ly *legitimus*, quia debet eſſe ſecundum leges. ly *Judicis competentis*, quia ſi Judex ſit incompetens, actus judicandi eſt nullus. Concluditur: *inter aliquas perſonas*; nam Judex per ſuum judicium aliquid decernit affirmando, vel negando; condemnando, vel abſolvendo inter Actorem, & Reum. Conſonat Morange *tom. 2. Theologiæ Catechiſticæ part. 3. fol. 77.*

In qua definitione habes diſtinctionem inter Judicium, & Proceſſum; nam Proceſſus ſunt acta judiciaria legitima perſonarum contendentium in foro. Judicium verò eſt actus legitimus Judicis competentis, decernentis inter Actorem, & Reum, condemnando, vel abſolvendo. To tamen nè diſcedas à prima definitione, quæ communitèr recepta eſt.

Judicium dividitur quatrifariam, juxtà quatruplex genus cauſarum. Et primo, ratione cauſæ effectivæ dividitur in *Eccleſiaſticum*, & *Laicale*. Laicale eſt, in quo Judex eſt laicus, & ſemper locum habet, quando Reus eſt laicus, & de re laica diſceptatur inter laicos. Eccleſiaſticum, ſi Reus ſit Eccleſiaſticus, & res ſit Eccleſiaſtica; nam eſt Regula: Actor ſequitur forum Rei. *cap. 1. 2. & 4. de foro competenti.* 4 Primo dividitur in Eccleſiaſticum, & Laicale.

Ratione cauſæ materialis Judicium dividitur in petitorium, poſſeſſorium, & mixtum. 5 Secundo in Petitorium, Poſſeſſoriū, & Mixtum.

Petitorium eſt, in quo agitur de proprietate, ſive titulo.

Poſſeſſorium eſt, in quo agitur de poſſeſſione, ſivè quaſi poſſeſſione.

Mixtum eſt, in quo agitur de utroque. *cap. 1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

Conſultiùs eſt, ſemper primo agere de poſſeſſione, quia eſt facilioris probationis: & poſſeſſio habet plura commoda, ſcilicet perceptionem fructuum: & obſerva, quod agens de proprietate, poteſt variare, & agere de poſſeſſione. *cap. Paſtoralis. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* 6 Melius eſt poſſeſſorium intentare judicium.

Tertiò, dividitur Judicium in ordinarium, & ſummarium. 7 Tertio dividitur in Ordinarium, & Summariū.

Ordinarium eſt, in quo proceditur ſecundum ordinem Juris.

Summarium eſt, in quo proceditur de plano, ſola facti veritate inſpecta. *l. prolatam 4. C. de ſententiis, & interlocutionibus.*

Ratione cauſæ finalis Judicium dividitur in Civile, Criminale, & Mixtum. Civile eſt, in quo agitur de intereſſe partis. Criminale eſt in quo agitur de puniendo Reo: Ità ut pœna pecuniaria applicetur Fiſco. Mixtum eſt, in quo agitur de utroque. Nunc de ſingulis perſonis, & primò: 8 Demùm in Civile, Criminale, & Mixtum.

Digitized by Google

De Judice.

TITULUS II.

Quid, & quotuplex ſit?

§. I.

9 Judex quia Jus dicit.

JUdex eſt dictus, quia Jus dicit.

10 Definitur.

Definitur. *Eſt perſona publica, ſecundum leges Jus dicens. cap. ſorus. de verborum ſignificatione.*

Dicitur *ſecundum leges*, ut includantur leges naturales, & humanæ; ità ut nequeat Jus dicere ſecondum leges humanas, contra leges naturales, aut Divinas.

11 Ordinarius, & Delegatus

Judex dividitur in Ordinarium, & Delegatum. Ordinarius eſt, qui ex Officio Juriſdictionem exercet *l. 1. D. de officio ejus. l. more Majorum, D. de Juriſdictione omnium Judicum*; & ſic

12 Ordinarios ex officio Juriſdictionem exercet.

Ordinarius habet officium, ratione cujus Juriſdictionem exercere debet, ſive ex diſpoſitione legis, ſivè aliundè, ut officium Epiſcopale, Parochiale, Regium, Baronale; Ex ſe enim Juriſdictionem imbibit exercendam intrà limites territorii. *l. fin. D. de Juriſdictione omnium Judicum. cap. 2. de Conſtitutionibus in 6.*

13 Supremus, aut Subalternus.

Judex Ordinarius eſt duplex. Unus ſupremus, alter ſubalternus.

Si officium ſit ſupremum, ut Papatus, Imperium, Regale, Juriſdictio ordinaria eſt ſuprema, ratione cujus humanis legibus à ſe latis non adſtringitur; nam ut ſibi, ità ſuis legibus non ſubditur. *cap. innotuit. de electione. cap. propoſuit. de conceſſione præbendæ.*

14 Supremus Judex firmans commiſſionem, ad ſe trahit negotium.

Et hic Supremus Princeps, putà Papa, ſignans commiſſionem, (id enim eſt firmitatem apponere) ad ſe totum negotium trahit. Gonzalez *regula 8. Cancellariæ Gloſſa 25. num. 31.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 57. num. 34.*

15 Ordinarius ſubalternas à ſuprema Juriſdictione pendet.

Si verò officium ſit inferioris ordinis, tunc eſt Juriſdictio ordinaria ſubalternata Juriſdictioni ſupremæ, laica laico, ut Baronalis Regiæ, Eccleſiaſtica Eccleſiaſticæ, ut Papali Epiſcopalis, quæ Papalis eſt ordinaria in toto Orbe. *can. ſi Papa. diſt. 40. can. inferior diſt. 21.* Clementina: *ne Romani. de Electione. can. cuncta 9. quæſt. 3.*

16 Delegatus.

Delegatus eſt carens officio, exercens delegantis nomine Juriſdictionem. *cap. quamvis. 6. cap. præterea ſuper. 5. de offic. deleg.* Alciat. in *rub. de officio Ordinarii*, Menochius *de arbitrariis quæſt. 12. num. 6.*

Differentia inter Judicem Ordinarium, & Delegatum.

§. II.

17 Ordinarius ex officio Juriſdictionem exercet, non Delegatus.

PLures ſunt. Prima, Ordinarius ex proprio officio Juriſdictionem exercet; Delegatus ex commiſſione, & nomine Delegantis.

18 Secundo nomine proprio, & Delegatus delegantis.

Secunda, Ordinarius nomine proprio; Delegatus judicat nomine alieno, ſcilicet Delegantis.

19 Tertio Ordinarius eſt ad univerſitatem Cauſarum, nõ Delegatus.

Tertia, Ordinarius eſt ad univerſitatem cauſarum loci, ubi Juriſdictionem exercet; Delegatus eſt ad certas cauſas, & perſonas.

20 Quarto ab Ordinario appellatur ad immediatum Superiorem à Delegato ad Delegantem.

Quarta differentia, ab Ordinario appellatur ad immediatum Superiorem: à ſententia verò Delegati ad Delegantem regulariter appellatur: *l. novum 2. l. eos 16. l. percipimus 27. C. de Appellationibus. l. 1. D. de officio ejus. l. 1. §. ſoleat. D. quando appellandum ſit. l. fin. in fine. D. de Judiciis. Authentica de appellationibus, & intrà quæ tempora, §. illo videlicet. Collatione 4.*

21 Ordinarius diſtinguitur à ſuo Superiore. Delegatus non diſtinguitur circa Juriſdictionem.

Quinta differentia, Ordinarius diſtinguitur à Juriſdictione ſui Superioris quoad Tribunal, & quoad Juriſdictionem; At Delegatus diſtinguitur, quoad Tribunal, & Juriſdictio eſt eadem, quæ ab ipſo exercetur in Tribunali inferiori, nomine cujus appellatur à Delegato ad Delegantem. *l. à proconſulibus* 19. ibi: *in delegatione, C. de appellationibus.*

22 Ordinarius durat etiam mortuo conſtituente, nõ ſic Delegatus re integra.

23 Niſi ſit officio, aut Sedi innixa.

Sexta differentia eſt, Ordinarius durat mortuo eo, à quo Judex conſtitutus fuerat. Delegatus verò mortuo Delegante, re integra deſinit eſſe Judex. *l. mandatum, C. mandatis*; niſi delegatio fuerit nomine appellativo Officii, Sedis, &c. nam tunc delegatio durat etiam mortuo delegante; nam Sedes, Officium non extinguitur. *Cap. quoniam. 6.* ubi Abbas *de Offic. delegati. Cap. Paſtoralis, §. 1. de Offic. Ordinarii. Cap. ſi gratioſè. de reſcriptis in 6.* ubi conceſſa ad beneplacitum Summi Pontificis, non Sedis Apoſtolicæ, extinguntur, deficiente Pontifice concedente. Caſſadorus *deciſ. 3. n. 1. de Conſtitutionibus.* Gonzalez *ad c. quoniam. 14. de off. Deleg. n. 3.* Puteus *lib. 3. deciſ. 190.* Pariſius *conſ. 119. num. 18. & 20.* Sedes enim non beneplacitum concedentis mortui durat. *Cap. unic. §. fin. ne Sede vacante aliquid.* Capycius *deciſ. 136. num. 1. & 3.* dicens, conceſſa ad beneplacitum Pontificis nominati, non verò ſimpliciter conceſſa ad beneplacitum Pontificis, illo mortuo, extingui.

24 Inquiſitor Delegatus, favore Fidei etiam mortuo Delegante durat.

Rurſus favore Fidei durat Inquiſitor delegatus, mortuo delegante Papa, Epiſcopo, &c. etiam re integra, & in negotiis incipiendis. *Cap. ne aliqui dubitationem ſollicitam excitantes in dubium revocent, an officium inquiſitionis hæreticæ pravitatis ſollicitudini veſtræ infra certos limites ab Apoſtolica Sede commiſſum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: Præſenti declaramus edicto, ipſum officium, non ſolum quo ad negotia viviente mandatore incœpta, imme etiam quo ad integra, & incœpta, & quod plus eſt, quantùm ad ea, quæ tunc nequaquam emerſerant, in favorem fidei poſt committentis obitum perdurare. de Hæreticis in 6.*

25 Ordinarius delegat aliquas cauſas, non Delegatus.

26 Niſi ſit delegatus à Principe.

Judex Ordinarius delegat aliquas cauſas. *l. ſolet, D. de Juriſdictione omnium Judicum. Cap. fin. de officio Judicis Ord.* de Marinis *t. 2. cap. 31. num. 13.* At Delegatus, niſi ſit delegatus à Principe, nequit ſubdelegare. *l. à Judice. l. de Judiciis. l. more majorum, D. de Juriſdict. omnium Judicum. Cap. Paſtoralis. de officio Judicis deleg. Cap. cum cauſam, §. ult. de appellationibus.*

An Delegatus ad univerſitatem cauſarum, ſit ad inſtar Ordinarii?

27 Delegatus ad univerſitatem cauſarum eſt ad inſtar Ordinarii.

AFfirma: *Cap. cum ab omni. de Vita, & honeſtate Clericorum. Cap. ſtatuimus, §. inſuper. de reſcriptis.* Gratianus *forenſium cap. 57. num. 8.* March. *deciſ. 317. num. 13. p. 1.* Menoch. *de Arbitrariis lib. 1. quæſt. 67. num. 13.* Angelus in *l. Judex poſtea quam, D. de re judicata.*

Modo agamus

De

Digitized by Google

De Judice delegato.
§. III.

UBerius Judicem delegatum proſequatur Oratio, nam uſu frequentiori uſurpatur, & notitiam exigit pleniorem.

Qui poſſit concedere Juriſdictionem Ordinariam?

28 Qui confert titulum Juriſdictionis conſtituit Ordinarium.

ILle valet conſtituere Judicem Ordinarium, qui poteſt conferre titulum exercendæ Juriſdictionis: ut eſt Princeps, Lex, Conſuetudo, Reſpublica, Univerſitas. *l. unica, D. ad legem Juliam de ambitu. l. 1. D. de officio eius. l. Imperium, D. de Juriſdictione omnium iudicum, l. 1. Cod. de emancipat. liberor. cap. verum. de foro competenti.* Caccialupus *in l. more maiorum. n. 6. & 8. D. de Juriſdictione omnium iudicum.* Rota *deciſ. 25. in antiquis.* Innocentius *in cap. ab Eccleſiarum. de officio Ordinarii.* Bellapertica *in l. more maiorum. n. 22. D. de Juriſdictione omnium iudicum.*

An omnis Judex Ordinarius poſſit delegare?

29 Judex Ordinarius poteſt delegare.

AFfirma: ſi cauſa ſit delegabilis. *l. 1. in fine, & l. Imperium, D. de Juriſdictione omnium iudicum.*

An Delegatus poſſit ſubdelegare?

30 Delegatus tamen nequit ſubdelegare.

NEga: *l. finali, D. de officio eius. l. à Judice, C. de iudiciis.*

An delegatus à Principe poſſit ſubdelegare?

31 Niſi ſit Delegatus à Principe, ut n. 26.

AFfirma. *l. à Judice, C. de iudiciis, cap. Paſtoralis, cap. licèt undique. de officio Delegati.* etiamſi cauſa ſit magni momenti. *cap. venerabili. de officio Delegati.* Et requirat merum Imperium. *l. 1. C. qui pro ſua Juriſdictione. l. more maiorum 5. D. de Juriſdictione omnium iudicum, cap. cum cauſam, §. finali. de appellationibus. l. finali, D. de officio eius.*

An Delegatus à Principe poſſit ſubdelegare, quando eſt electa induſtria perſonæ: puta ſi dictum ſit, per ſe cognoſcat, eius oneramus conſcientiam?

32 Secùs quando eſt electa induſtria perſonæ.

NEga. Caccialupus *in l. more maiorum. n. 12. D. de Juriſdictione omnium iudicum.* Capycius *deciſ. 151. num. 6.* Follerius ad Marantam *par. 4. diſt. 5. num. 27.* Scialoja *de foro competenti cap. 51. num. 48.* contra Angelum, & Paulum de Caſtro *in l. à Judice, C. de iudiciis,* motos ex Clementina prima *de officio Delegati.*

Patet ex *cap. finali, §. is autem. de officio Delegati* ubi: quando eſt electa induſtria perſonæ, vel cauſa eſt valdè ardua, Delegatus à Principe nequit ſubdelegare. *cap. is, cui. de officio Delegati in 6.*

Secundo, quia induſtria perſonæ electæ deeſt in ſubdelegato.

An, & quando cenſeatur electa induſtria perſonæ?

33 Et eligitur induſtria perſonæ, cũ ejus conſciẽtiæ committitur.

CEnſetur electa induſtria perſonæ. Primo, quando cauſa committitur conſcientiæ Delegati, dicendo: tuam conſcientiam oneramus. Archidiaconus *in cap. 2. de teſtibus.* Caccialupus *in l. more maiorum. num. 13. & 14.* ubi Imola *D. de Juriſdictione omnium iudicum.* Follerius ad Marantam *par. 4. praxis diſt. 5. num. 27.* Scialoja *de foro competenti cap. 51. num. 48.* Capycius *dec. 151. num. 6.*

Ratio eſt, quia idem eſt dicere tuam conſcientiam oneramus, ac dicere confiſi de tua bonitate, Induſtria, & fide.

Nec officit Clementina prima *de officio Delegati*: nam ibi non requirebatur induſtria, & conſcientia certæ perſonæ; cùm ibi non fuerit certa perſona expreſſa.

34 Et ut perſonaliter procedat.

Secundo, cenſetur electa induſtria perſonæ delegatæ, ſi in commiſſione dicatur, ut Delegatus perſonaliter procedat, per ſe cognoſcat. Innocentius *in cap. finali. de officio Delegati.* de Platea *in l. nullus qui. C. de Decurionibus lib. 10.*

An Delegatus Principis poſſit ſubdelegare ad ſe exonerandum, vel ut gratificet alteri?

35 Delegatus nequit ſubdelegare ut alteri gratificet.

NEga. *cap. Paſtoralis. de officio Delegati.* Caccialupus *loc. cit. n. 19.* nam poteſtas ſubdelegandi eſt in cauſis jure expreſſis.

Sed difficultas eſt:

An Delegatus Principis poſſit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi?

36 Delegatus à Principe nõ valet ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegãdi.

NEga. Guazzinus *reorum defenſa 13. cap. 11. num. 4.* Vantius *de nullitatibus ex defectu Juriſdictionis delegatæ n. 26.* contra Marantam *par. 4. praxis diſt. 5 num. 63.*

Patet: nam Delegatus à ſubdelegato non eſt Privilegium Jure expreſſum, & ut Delegatus à Principe poſſit ſubdelegare, eſt Privilegium Iure expreſſum, non extendendum ultrà perſonas expreſſas, ſed reſtringendum Intra caſum Jure expreſſum, in quo eſt ſermo tantùm de Delegato à Principe. *l. à Judice. Cod. de iudiciis. cap. finali. de officio Delegati.*

An Subdelegatus Delegati Principis poſſit ſubdelegare?

37 Nec Subdelegatus Delegati Principis.

NEga. Gloſſa *in cap. Paſtoralis. de officio Delegati.* Caccialupus *loc. cit. n. 18.*

Patet primo ex dictis; quia nec Delegatus Principis poteſt ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi. Secundo quia daretur proceſſus in infinitum, quolibet ſubdelegato ſubdelegante: Intelligas niſi Princeps in delegatione det poteſtatem ſubdelegandi ſubdelegato. Joannes Andreas *in cap. is cui. de officio Delegati in 6.*

An Delegatus ab inferiori poſſit ſubdelegare?

38 Nec Delegatus ab inferiori.

NEga: quia illud eſt Privilegium Delegati à Principe. *cap. Paſtoralis. de officio Delegati. l. à Judice, C. de iudiciis.*

Sed difficultas eſt:

An Delegatus ab inferiori ad univerſitatem cauſarum poſſit ſubdelegare?

39 Niſi Delegatus ſit ad univerſitatem cauſarum.

AFfirma. Caccialupus *in l. more maiorum. num. 22. in fine, D. de Juriſdictione omnium iudicum.* Patet, quia tunc eſt ad inſtar Ordinarii. *cap. cum ab omni. de vita, & honeſtate Clericorum.*

eorum. cap. ſtatnimus, §. inſuper. de reſcriptis. Menochiua *lib.1. de arbitrariis qu.67. num.31.* Angelua *in l. Judex poſtea quam, D. de re judicata.*

An Judex delegatus à lege ſit Ordinarius?

40 Delegatus à lege eſt Ordinarius.

AFfirma. Caccialupua *loc.cit.num.19.* & hic Delegatus à lege, difficultaa eſt an poſſit ſubdelegare, ſi ſit Delegatus In ſpecie: & adhuc affirmat Caccialupua *loc.cit.* cum Bartolo, ſi ſit Delegatus à lege Principis.

Quod tamen diſplicet aliis ex *l.1. C.ne liceat potentioribus*, & ex *l.1. D. de officio ejus*, diſtinguentea Delegatum à lege, à Delegato à Principe: Et ajentes Delegatum à Principe, non Delegatum à lege ſpeciali poſſe ſubdelegare: licèt Delegatua à lege ſit Ordinarius: motos, quia Ordinarius generaliter, non verò ſpecialia ſubdelegare poteſt.

JUDEX PEDANEUS.

Quis ſit, & quodnam officium habeat?

41 Judex Pedaneus eſt Delegatus.

JUdex Pedaneus eſt idem ac Delegatua. *l.Prætor, D.de Tutoribus, & Curatoribus datis ab iis. l.finali, D.de officio Prætoris*, ubi Prætor nequit dare Judicem Pedaneum. *l.1. §. Judices Pedanei, D.de pœnis. l.4. §.ſi quis ad Pedaneum, D.ne quis eum qui. l.placet. l.penult. D.de Pedaneo Judice.* Joannes Longovallius *in l.Imperium num.30. & 31. D.de Juriſdictione omnium judicum.*

42 Dicitur de Senatoribus non utentibus Curru.

Apud Oratores, Pedanei, ſeu Pedarii Judices, erant Senatores pedibus petentes Senatum, ut Curules Magiſtratus curru ibant in Senatum poſt ſummos Magiſtratus. Gellius *lib.3. cap.18.*

Cauſaa humiles cognoſcunt.

Hodie Judices Pedanei cognoſcunt de cauſis humilibus. *l.final.C.de Pedaneis Judicibus.* Contra Alciatum 2. *Paradoxorum cap.* 2. ajentem, gratis Judices Pedaneos inſtitutos Conſtantinopoli. Et cauſæ humiles ſunt, quæ non excedunt trecentos aureos. *§.audient. Auth. de Judicibus.*

An Judices Ordinarii delegare poſſint?

43 Ordinarius poteſt delegare, ſed in cauſis jure expreſſis.

JUre Pandectarum affirma. *l.ſolent. l.Prætor, D.de Juriſdictione omnium judicum.*

Hodie non poſſunt, niſi in certis cauſis expreſſis in *Auth. ut nulli judicum liceat*, & *in §. nulli. Auth. ut Judices ſine quoque ſuffragio. §.nulla. Auth. de defenſionibus Civitatum. §.eos. Auth.de mandantis Principum.*

At Judices Pedaneos in abjectis, & humilibus cauſis conſtituere poſſunt. *l.finali, C.de Pedaneo Judice*, & *Auth.de judicibus*. Unde Præſides nequeunt conſtituere Pedaneoa in magnis cauſis.

An Tribunal Delegati, & Delegantis ſit idem?

44 Juriſdictio Delegati, & Delegantis eſt eadem.

DIſtinguas: vel conſideratur Juriſdictio, vel locua. Si Juriſdictio, affirma: nam Juriſdictio Delegantis, & Delegati eadem eſt; cùm Delegatus propria Juriſdictione careat. *cap.2.de conſuetudine in* 6. Et Delegantia perſonam repreſentet. *can. finali. diſt.*99. Et nomine Delegantia Juriſdictionem exercet. *cap.ſuni, cap. ſuper 27.de officio Delegati*; Et mortuo Delegante, Juriſdictio Delegati perit re integra. *cap.licèt undique 30.de officio Delegati.* Guttierez 2.*Canonicarum cap.5.num.*83.

Si verò conſideretur dignitas Tribunalis, tunc Tribunal Delegantis eſt majua, ad quod à Delegato appellari valet, habetque majoritatem præeminentiæ, majoritatem cauſæ. Cauſa namque prior eſt, & præcedit effectom, & Juriſdictio Delegata eſt effectus Delegantia. Scialoja *de foro competenti cap.51. num.43.* ideoque à Delegato ad Delegantem appellatur. Freccia *de ſubfeudis lib.2. authoritate 13. num.3.* Capiblancus *de Baronibus pragm.8.part.1.num.*180. Caravita *ritu* 265.*num.*36. Cepolla *cautela* 26. Genuenſis *in praxi cap.* 86. concludens à Delegato Epiſcopi appellari ad Epiſcopum; ergo nequit eſſe omnino eadem Joriſdictio, idem Tribunal quo ad omnia, etiam quo ad præeminentiam. 45 Tribunal delegantis eſt majus, ad quod appellari poteſt.

Dices: hinc ſequi Juriſdictionem Delegati eſſe ordinariam: Sic. Juriſdictio Delegati eſt eadem ac Juriſdictio Ordinarii Delegantia. Sed Juriſdictio Ordinarii Delegantis eſt ordinaria: ergo etiam Juriſdictio Delegati; nam quando aliqua ſunt idem, quidquid dicitur de uno, dicitur de alio.

Reſpondetur, diſtinguo majorem: eſt eadem quoad actuale exercitium, concedo majorem: eſt eadem quoad titulum illam habendi, nego majorem: conceſſa minori, negatur conſecutio. Nam in Delegato eſt tantùm exercitium Juriſdictionia ſine titulo, in Ordinario Delegante eſt exercitium cum proprio titulo; In Ordinario namque Delegante eſt cauſa propria, & origo Juriſdictionis. In Delegato eſt effectus exercitii Jorisdictionis ſine cauſa, & titulo Juriſdictionis. Ex qua reſponſione ſolvitur alia objectio.

Dices ſecundo, juriſdictio facit Judicem; in Delegante, & Delegato eſt eadem juriſdictio, ergo eſt idem Judex, ergo uterque Ordinarius, vel Delegatus.

Reſpondetur, diſtinguo majorem, juriſdictio conſtituit Judicem in genere, concedo majorem, conſtituit Judicem in ſpecie, nego majorem; enim cùm juriſdictio reddit Judicem ut ſic; ſed titulus juriſdictionis reddit talem Judicem in ſpecie; titulua ſupremus reddit Judicem ſupremum.

An, & quot modis expiret juriſdictio delegata?

AFfirma: extingui multis modia:

Primo, expirat ipſo jure, morte naturali etiam Principis Delegantis re integra. *cap. gratum.de officio Delegati. cap.ne aliquid.de hæreticis in 6.cap.ſi cui.de præbendis in 6.l.1.§.ſi pecuniam, D.depoſiti.cap.ſi Delegatus. de officio Delegati in 6.* 46 Juriſdictio Delegati expirat morte Delegantis.

Quid ſignificet ly re integra?

REſpondetur eſſe, quando Delegans dat juriſdictionem ſuam exercendam Delegato; ſed ſi Delegans moritur antequam Delegatus exerceat juriſdictionem Delegantis, tunc non poteſt Delegatus uti juriſdictione Delegantia re integra, quia Delegatua non incœpit exercere juriſdictionem Delegantis, & expirat juriſdictio mortuo delegante re integra; ſed ſi incœpit 47 Quid ſit re integra.

uti

Digitized by Google

uti juriſdictione Delegantis, & poſtea moritur Delegans; tunc non expirat juriſdictio, quia non eſt res integra, ſcilicet incepit exercere juriſdictionem.

48 Cùm Delegatus non cepit juriſdictione uti.

Et ſic, tunc dicitur res integra, quando Delegatus non incepit exercere juriſdictionem, & conſequenter ſi moritur Delegans, non poteſt Delegatus uti juriſdictione Delegantis re integra, quia extinguitur morte Delegantis re integra. Dicitur re non integra, quando Delegatus incœpit exercere juriſdictionem, & conſequenter ſi moritur Delegans, poteſt Delegatus exercere juriſdictionem Delegantis, & non expirat juriſdictio.

Diximus expirare ipſo jure, quia non eſt opus exceptione, nulliusque eſt proceſſus ex defecto juriſdictionis, etiam partibus conſentientibus, vel non excipientibus. Bellapertica in *l. more majorum. n. 14. D. de juriſdict. omnium Judicum.* Caccialupus *loc. cit. num. 32.*

Excepto Inquiſitore, ut ſupra diximus *n. 24.*

Excipias, Inquiſitorem cujus juriſdictio, ut diximus, remanet etiam mortuo Delegante re integra. *cap. ne aliquid. de hæreticis in* 6. Caccialupus in *l. more majorum. n. 28. D. de juriſdict. omnium Judicum.*

An expiret commiſſio gratiæ factæ mortuo concedente gratiam?

49 Gratiæ commiſſio non expirat mortuo concedente.

NEga; ideòque Commiſſarius poteſt illam exequi etiam mortuo concedente, antequam gratia redigatur in ſcriptis. Federicus de Senis *conſil.* 80. Caccialupus in *l. more majorum. num. 27. de juriſdict. omnium Judicum.*

Patet ex *cap. ſi ſuper gratia* 9. ubi Doctores *de officio Delegati in* 6. In quo differt gratia facta à gratia facienda, quæ extinguitur mortuo concedente re integra, ut fusiùs cum *de Diſpenſationibus.*

Quando res non ſit integra?

50 Si Delegatus incepit juriſdictione uti res non eſt integra.

SEmper ac Delegatus incipit exercere ſuam juriſdictionem, res non dicitur integra, *l. 1. §. cœpiſſe, D. de pollicitationibus.* Bellapertica in *l. more majorum. num. 14. D. de juriſdictione omnium Judicum.*

Incipit autem primo exercere juriſdictionem, ſi faciat decretum citationis; ideòque etiam ſi adhuc Reus non ſit citatus, res non dicitur integra, quia decretum citationis eſt actus juriſdictionis. Hoſtienſis in *cap. Abbas,* in *cap. gratum. de officio Delegati.* contra Caccialupum *loc. cit. num. 54.* requirentem actualem citationem, ut perpetuetur juriſdictio, quia ſolo decreto non dicitur citatus. *l. ſi quis poſtea 7. D. de judiciis.*

51 Et ſit citatione.

Secundo, citatione exercetur actus juriſdictionis, etiam lite non conteſtata, ideòque res poſita citatione non dicitur integra. *§. finali, Inſtitutionum. de pœna temere litigantium. cap. quoniam contra. de probationibus.* Caccialupus *loc. cit. num. 34.*

Niſi fuerit circũducta.

Sed ſi citatio facta, fuerit circumducta, hoc eſt extincta lapſu temporis; tunc res dicitur integra, & evaneſcit delegatio mortuo Delegante. *l. hos accuſare, §. hoc etiam beneficio, D. de accuſationib.* Baldus in *l. more majorum, D. de juriſdict. omn. Judicum,* ubi Caccialupus ait, extingui quoad partem, non quoad Judicem.

An juriſdictio ordinaria acceſſoria expiret, extincta juriſdictione principali?

AFfirma: quia ſequitur acceſſorium principale: ideòque evaneſcit juriſdictio Vicarii, mortuo Epiſcopo. *cap. penult. de officio Vicarii. Clement. fin. de Procuratoribus.* Caccialupus in *l. more majorum. D. de juriſdict. omnium Judicum.* 52

Acceſſoriũ ceſſat, ceſſãte principali.

An expiret juriſdictio ſubdelegati, mortuo Subdelegante, vivo Delegante?

NEga: quia juriſdictio innititur Delegantis, non Subdeleganti: & à Delegante, non à Subdelegante emanat. *cap. ſi Delegatus de officio Delegati in* 6. Federicus de Senis *conſil.* 257. Cardinalis in *cap. ſi gratiosè. de reſcriptis in* 6. Caccialupus in *l. more majorum. num. 28. in fine, D. de juriſdict. omn. Judicum.* 53

Mortuo Subdelegante non expirat juriſdictio Subdelegati.

An expiret delegatio, Delegante amoto ab officio?

AFfirma: *cap. finali. de officio Delegati,* nam eſt eadem ratio de morte, & amotione ab officio. *l. ſi per epiſtolam, D. de acquirenda hæredit.* Ideòque eadem juris diſpoſitio, *l. illud, D. ad legem Aquiliam.* Bellapertica in *l. more majorum. num. 15.* ubi Caccialupus *nu. 29. D. de juriſdict. omnium Judicum.* 54

Delegante amoto ab officio, ceſſat poteſtas Delegati.

An excommunicato Delegante expiret delegatio?

NEga: Caccialupus *loc. cit. num. 29.* Doctores in *cap. Romana. de officio Vicarii.* Contra quoſdam, ajentes excommunicationem aſſimilari morti, ideòque extingui excommunicatione, ut morte extinguitur. *cap. ſi is cui, de officio Delegati in* 6. 55

Excommunic. Delegãte ſuſpenditur, non expirat poteſtas Delegati.

Ratio eſt, quia excommunicatio ſuſpendit, non extinguit juriſdictionem Delegantis; ergo etiam non extinguit juriſdictionem Delegati.

An Delegatus invitus poſſit etiam ſine cauſa juſta revocari à Delegante lite conteſtata?

DIſtinguas: vel Delegans vult avocare cauſam ad ſe, vel vult illam committere alteri. 56

Extincta delegatione, adhuc cauſa remanet in Curia papæ.

Si vult avocare cauſam ad ſe, affirma. *l. judicium ſolvitur 58. D. de judiciis;* Si vult illam alteri committere, nega. Caccialupus in *l. more majorum. n. 47. D. de juriſdict. omnium judicum.*

Patet ex *l. Prætor 13. §. ſi poſt cauſam, D. de vacatione munerum.*

An plures cauſæ delegatæ perpetuentur, ſi juriſdictio non ſit integra in una cauſa?

DIſtinguas: vel commiſſio fuit facta copulatim, vel diſtributivè. 57

Poteſtas delegata non ceſſat in Delegato in pluribus cauſis copulatim, ſi aliqua non ſit integra.

Si copulatim, affirma perpetuari, quoad omnes cauſas; nam connexorum idem Judicium, & cenſetur individua una omnium commiſſio cauſarum. *l. finali, C. de duobus reis.*

Si verò commiſſio fuit diſtributivè facta, nega perpetuari quoad cauſas non inceptas; nam tunc cùm non ſint connexæ, non eſt cur una ſequatur aliam cauſam. Caccialupus *loc. c. n. 70.*

An

Digitized by Google

An delegatio tranſeat ad ſucceſſorem Delegati?

58 Delegatio nomine proprio nō trāſit ad ſucceſſorem.

Diſtinguas: vel eſt facta nomine proprin, vel appellativn.

Si nomine proprio Delegati, nega. *§. item ſi adhuc, Inſtitutionum. de mandato*. Bellapertica *l. more majorum. num. 17. D. de jurisdict. omnium Judicum*.

Si nomine appellativo remanet.

Si nomine appellativo: puta Sedis, Dignitatis, Cathedræ, affirma tranſire ad ſucceſſorem. ex *§. & hoc, Auth. ut nulli Judicum. collat. 9. cap. quoniam Abbas. de officio, & poteſtate Judicis delegati*. Et ratio eſt, quia Dignitas, Sedes, Cathedra, cui eſt affixa delegatin, non perit. Caccialupus in *d. l. more majorum. n. 35.* ubi Bellapertica *num. 17. D. de jurisdictione omnium Judicum*.

Sed ſi delegatin ſit nnmine proprio; & appellativo, tunc inſpicitur nomen primo loco nominatum, ut cognoſcatur an ſit nomioe proprio, an appellativo. *l. ſi communis ſervus, D. de ſtipulatione ſervorum. l. ſed interim, §. item Marcellus, D. de donationibus inter. l. tale pactum, D. de pactis*. Bellapertica in *d. l. more majorum. in fin.*

An extincta delegatione alicui conceſſa morte Delegantis, vel alio modo, Ordinarius procedere poſſit in illa cauſa jure ordinario?

59 Extincta delegatione, adhuc cauſa remanet in Curia Papæ.

Nega: qnia cauſa per manus injectionem ſemel effecta ſemper remanet in Curia Papæ. Archidiaconus in *can. multum 3. quæſt. 9.* Baldns in *l. ſi ut proponnnt, C. quomodo, & quando Judex*. Caccialupus *loc. cit. num. 4.* contra Innoceotium in *cap. cum M. Ferrarienſis. de conſtitutionibus*.

An Judex ſive Ordinarius, ſive Delegatus poſſit eſſe Judex in cauſa propria?

60 Nemo Judex in cauſa propria.

Nega. *l. un. C. nè quis in ſua cauſa judicet*, ideòque Epiſcopus non poteſt eſſe Judex in cauſa propria, nec familiarium; eſt enim ratinne affectus cœcus. *l. qui juriſdictioni, D. de juriſdict. omnium Judicum. l. penul. de recept. Arbitri*; ubi nec arbitrer poteſt eſſe in cauſa propria. *cap. dilectus. de pœnitentiis*. Gregorius Magnus *lib. 2. epiſtola 34.* reſpondens Epiſcopo injuriam paſſo, excommunicanti injuriantem, ibi: *inter querelas multiplices, Iſidorus vir chariſſimus à fraternitate tua fruſtra ſe excommunicatum, anathematizatumque conqueſtus eſt, quod ob quam rem factum fuerit, dum à Clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſa, niſi pro eo, quod te injuriaverit, factum innotuit, eaque res vehementer nos affligis: quod ſi ita eſt, nihil te oſtendis de cœleſtibus cogitare, & terrenam converſationem habere ſignificas; dum pro vindicta propria injuriarum (quod veris regulis prohibetur) maledictionem anathematis emiſiſti. Unde de cætero omninò eſto circumſpectus, atque ſollicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ injuria tua, inferre denuò nè præſumas; nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.*

Niſi conſentiant partes.

Excipias niſi partes conſentiant, ut ſcilicet ſit Judex in cauſa propria. *l. in privatis*, cum *l. ſequ. D. de judiciis*; ubi in privatis judiciis, pater filium poteſt habere Judicem, & filius patrem. Sic pater Sacerdos poteſt abſolvere ſuum filium, & filius Sacerdos ſuum patrem, etiam à cenſuris.

61 Et in juriſdictione voluntaria.

Similiter in juriſdictione voluntaria, Rex poteſt legitimare ſuum filiom naturalem, pater Judex poteſt emancipare ſuum filium, manumittere ſuum ſervum. *l. apud filium, D. de manumiſſis vindict. l. ſi Conſul, D. de adoptionibus. l. 3. de officio Præſidis*.

62 Et Judex ſupremus.

Tertio, Judex ſupremus poteſt eſſe in propria cauſa, & illam decidere cum Conſiliariis. *l. unica, C. ſi quis Imperatori maledixerit. l. proximè. 3. D. de his, quæ in teſtamento delentur*. Gailius *lib. 1. obſervat. 39.*

Non verò Judex inferior. *l. unica*, ibi: *generali lege decernimus neminem ſibi eſſe Judicem, vel jus ſibi dicere debere, in re enim propria iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ. C. nè quis in ſua cauſa judicet.*

An Judex in cauſa principali ſit competens in omnibus incidentibus annexis, & connexis?

63 Judex eſt competens in incidentibus annexis cauſæ principali.

Affirma: *cap. ſi duobus. 7.* ubi Decius *n. 61. de appell. c. diſpendia, §. 1. §. reus quoq; de reſcriptis in 6.* ubi diverſæ actiones debent intentari coram uno Judice, qun coram intentatur principalis actio, ne continentia cauſæ dividantur; & privilegiata cauſa principali, ſunt etiam privilegiata incidentia. Surdus *deciſ. 36.* Rovitus *deciſ. 81. num. 8.* Novarius *Pragmatica 9. num. 2. de appellationibus*.

De Officio Aſſeſſoris dati Judici.

§ IV.

64 Aſſeſſor Judici ignaro datur.

Cum Judex poſſit eſſe ignarus. *l. certi Juris, C. de Judiciis*, & datur Aſſeſſor. *Auth. de Judicibus* in principio, ubi Bartolus, Menochius *de arbitrariis caſu 253. num. 1.*

65 Ejus voto judicat.

Et tunc Judex judicat ex voto Aſſeſſoris. *l. 1. l. liceat, Cod. de aſſeſſoribus*. Cagnolus in *l. diem functo. num. 21. C. eodem*.

66 Debet Aſſeſſor eſſe doctus, Jure Regni Doctor, & approbatus ad officia.

Aſſeſſor jnre communi, debet eſſe doctus non doctoratus. Menochius *loc. cit. caſu 263 num. 6.* At Jure Regni debet eſſe Doctor, & approbatus ad officia.

67 Aſſeſſoris eſt conſulere, non judicare.

Aſſeſſoris officium eſt conſulere, non judicare. Vivius *opinione 551. num. 12.* Scaccia *de Judiciis cap. 14. num. 15.* Cagnolus *in l. diem functo. num. 16. D. de officio Aſſeſſoris*.

Nunc difficultas eſt:

An Judex teneatur ſequi Votum Aſſeſſoris?

68 Debet ſequi Aſſeſſoris votum, ſi imperitus, ſi doctus non.

Diſtingnas: vel Judex eſt doctus Juris, vel imperitus; ſi doctus, nega, ſed poteſt ſequi propriam ſententiam contrà conſilium aſſeſſoris. Scaccia *de ſententiis. Gloſſa 13. n. 10.* Vantius *de nullitatibus ex defectu Juriſdictionis num. 152.* Si Judex eſt imperitus, affirma debere eum ſequi votum Aſſeſſoris. Jaſon. in *l. 2. D. quod quiſque Juris*. Franciſcus Marcus *part. 2. quæſt. 291. num. 4. & 295. num. 3.* Vivius *opinione 711. num. 6.* Riccius *part. 9. coll. 4188.* rectè concludens cum Thuſco *litera C. concl. 771.* non poſſe ſequi conſilium iniquum Aſſeſſoris.

Quæres, an Aſſeſſori dandum ſit ſalarium ab ipſo Judice ignaro?

67 Salarium Aſſeſſori à Judice dandum eſt.

Affirma: nam ei prodeſt Aſſeſſor; ergo ejus damno dari debet; aliàs ipſe Judex eſſe

nequi-

Digitized by Google

nequibit, *l. diem functo, D. de officio Aſſeſſoris*. Speculator *tit. de Aſſeſſoribus, §. ſalarium*. Maſtrillus *lib. 1. de Magiſtratibus cap. 22. n. 16.*

An Judex, ſivè Ordinarius, ſivè Delegatus exercere valeat Juriſdictionem contentioſam extrà fines Territorii, vel in loco exemto?

70 Quivis Judex extra territorium, & in exemptos jus dicere nõ valet.

NEgà: quia Juriſdictio loco circumſcribitur, tamquam ſphera, qua includitur activitas cauſæ, extrà quam agere nequit. *cap. 2. de Conſtitutionibus in 6. l. fin. D. de Juriſdict. omnium Judicum. l. 3. D. de officio Præſidis. l. obſervare, §. fin. D. de officio Proconſulis.* Gloſſa *in cap. cum Epiſcopus, verbo, non exemto. de officio Ordinarii in 6.* Vantius *de nullitatibus ex defectu Juriſdictionis num. 108.* Ludovicus ab Eccleſia *obſer. 7. num. 1.* Undè concludens, Judicem laicum nullitèr exercere Juriſdictionem in Eccleſia. *cap. decet, §. Ordinarii. de Immunitate Eccleſiarum in 6.* Bart. *in l. 2. num. 3. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

71 Niſi ſit actus pietatis, dationis libertatis, aut Tutoris.

Intelligas, niſi Judicium verſetur circà actum pietatis, dationem libertatis Tutoris. Vantius *loc. cit. num. 109.*

72 Univerſitas validè in Eccleſia eligit Sindicum.

Validus eſt etiam actus Univerſitatis ſe congregantis in Eccleſia pro eligendo Sindico. Vivius *opinione 166. num. 1.* ſicuti validum etiam eſt juramentum præſtitum in Eccleſia ſub Altare. *can. habemus 22. quæſt. 1. l. generalitèr, §. fin. C. de rebus creditis.*

73 Juramentum.

Validum etiam eſt laudum factum in Eccleſia, quia ſequitur naturam contractus compromiſſi. Baldus *in l. 2. num. 6. D. de officio Proconſulis.*

74 Laudum in Eccleſia factum quoque validum.

Et tandem Juriſdictio voluntaria exerceri valet in Eccleſia. *cap. novit. de officio legati in 6.* nam Juriſdictio voluntaria, valet etiam extra territorium exerceri; Undè in Eccleſiis Regularium licitè Confeſſarius poſſet audire pœnitentem ſuum, & abſolvere.

75 Et Juriſdictio voluntaria.

76 Confeſſarius etiam licitè in Eccleſiis Regularium poteſt confeſſiones excipere.

An Judex certò cognoſcens aliquem delinquentem poſſit illum condemnare etiam ſine accuſatore?

77 Affirmat Covarruvias Judicem poſſe damnare reum ſine accuſatore ſi ſit Supremus Princeps.

AFfirmat Covarruvias *1. variarum cap. 1. num. 7. in fin.* Cinus, & alii; Si loquamur de ſupremo Principe, nam ſupremus Princeps legibus humanis non tenetur, poteſtque leges abrogare *l. leges 9. C. de legibus*, & ſic ſatis eſt ſi ſervet Jus naturale, non condemnando innocentem, quidquid contra dixerint Cajetanus Navarr. & alii.

Sed modò recrudeſcit difficultas.

78 Negat D. Th. affirmant alii poſſe Judicem non damnare cõvictũ reum, ſed ſevera innocentem.

An Judex poſſit non condemnare re vera innocentem, ſed ſecundum allegata, & probata nocentem.

NEgat D. Thomas, affirmat Liranus *Exodi 25. num. 7.* Leſſius *de juſtitia cap. 29. dubitat. 10. num. 78.* Adrianus, Navarr. Innocentius, Angelus, & alii quamplurimi, quæ ultima ſententia nobis placet.

79 Affirmativa tuetur.

Quæ, ut probetur, bifariam incedendum eſt.

80 Veritas privata ante allegata, & probata debet inquiri.

Primo probandum, Judicem debere inquirere, & probare veritatem privatam, ſcilicet præexiſtentem antè allegata, & probata.

81 Sentẽtia debet ferri ſecundum veritatem privatam.

Secundo, debere judicare, & ſententiam ferre ſecundum veritatem privatam.

Tertio, non poſſe Judicem judicare ſecundum allegata, & probata contrà veritatem.

82 Judicari nequit contra veritatem.

Ad primum, ſcilicet Judicem debere inquirere, & probare veritatem privatam præexiſtentem antè allegationes, & probationes, ſic probatur.

83 Probatur primò.

Probatio debet eſſe illius veritatis, quæ probanda eſt: Sed probanda eſt veritas privata præexiſtens; ergo probatio debet eſſe veritatis privatæ præexiſtentis.

84 Probatio, eſſe debet de veritate, quæ probatione indiget.

Major patet, aliàs probatio eſſet impertinens, probando ſcilicet, quod probare non tenetur. Minor patet, quia tenetur probare id, quod antè probationes exiſtit: Sed veritas exiſtens antè probationes eſt privata; ergo tenetur probare veritatem privatam.

85 Aliàs eſſet impertinens.

Confirmatur. Eſſentia probationis eſt rei occultæ oſtenſio. *cap. forus. de verborum ſignificatione*; Sed res occulta eſt veritas privata, per probationes propalanda; ergo, &c.

86 Probatio oſtentio rei occultæ.

Probatur ſecundo, quia petendum eſt à Teſtibus, ut deponant, quæ ſciunt, non quæ ignorant: Sed ſciunt veritatem exiſtentem antè depoſitiones; ergo debent deponere de veritate exiſtente antè depoſitiones; Sed veritas exiſtens ante depoſitiones eſt, privata: ergo, &c.

87 Probatur ſecundò. Quia ſicut teſtes deponunt veritatem præexiſtentem: Ita Judex judicare debet.

Quod Teſtes debeant deponere de veritate exiſtente antè depoſitionem, patet ex eo; quia peccarent deponendo contrà talem veritatem, licèt allegata eſſent plurima contrà talem veritatem.

88 Injuria eſt cogere teſtẽ ad depoſitionem ignotã.

Rursùs confirmatur, quia injuria eſſet torquere teſtes, ut dicant, quod ignorant. Ergo interrogati ſolùm debent deponere de veritate privata jam exiſtente.

89 Probatur tertiò. Probationes nõ efficiunt veritatem, ſed præſupponunt.

Probatur tertiò, quia probationes non conſtituunt, ſed præſupponunt veritatem, quam probare debent; ergo probationes ſunt veritatis privatæ præcedentis probationes.

Antecedens probatur; quia probatio eſt rei geſtæ probatio; ergo, ut res geſta eſt, ità & probatio eſſe debet, nam veritas eſt ipſa res, ſcilicet rei paſſio, aut prædicatum.

90 Probatur quartò. Teſtes contra veritatẽ præexiſtentem, ſunt falſi.

Probatur quartò, quia depoſitiones Teſtium contra præexiſtentem veritatem ſunt falſitates. *cap. ſicut 9. de Teſtibus*, ibi: *Teſtimonium perbibuiſſe falſitati.*

91 Secũda pars, ſc. Judicem debere judicare de veritate privata.

Ad ſecundum, ſcilicet Judicem debere de tali veritate privata judicare, & ſententiam ferre.

92 Quomodo ſit ferenda ſententia.

Probatur primò, de illa veritate Judex debet ſententiam ferre, de qua debent adeſſe probationes publicæ: Sed de veritate privata debent adeſſe probationes publicæ; ergo ſententiam debet ferre de veritate privata.

93 Teſtes debent deponere de veritate privata.

Major patet ex ſe; Minor conſtat: quia probationes debent eſſe veritatis, de qua teſtes tenentur deponere; at teſtes tenentur deponere de veritate privata. *cap. quoniam 3.* ibi: *poſſint, quæ vera ſunt aperiri: de Teſtibus*; quæ veritas præcedit probationes, nam poteſt exiſtere ſine probationibus.

94 Veritas inquiſita, etiã ante teſtes, eſt privata.

Probatur ſecundò, quia veritas, de qua Judex debet ſententiam ferre eſt illa, ad quam inveniendam adhibet teſtes, & probationes. Sed hæc veritas eſt privata, exiſtens antè probationes; ergo, &c. Major patet, nam ſecùs alia eſſet veritas probanda per teſtes, alia de qua eſſet ferenda ſententia; contra Textum in *cap. quoniam. de Teſtibus.*

95 Probatur tertiò.

Tertiò probatur, nam illam veritatem Judex inquirit, de qua ferre debet judicium. *cap. Prælatorum 24. de accuſationibus*, ibi: *Inquiratur*

tur

Veritas inquiritur, quę judicāda eſt.

tis ſollicitè veritatem; Sed talis veritas eſt illa, quam Teſtes occultare poſſent. *cap. cauſam.* 1. *de Teſtibus cogendis*, ibi: *nè veritatem occultent*; ergo, &c. Sed veritas, quam Teſtes occultare valent, non eſt veritas ſecundum allegata, & probata, quæ occultari nequit, cùm jam ſit publica: ſed eſt veritas privata, quam ſciunt teſtes, antequam deponant; ergo de veritate privata Judex inquirit, & de veritate privata Judiciū ferre debet; quæ veritas privata debet quantum poteſt deduci in actis. *c. fin. de Accuſat.* ibi: *Inquiratis ſollicitè veritatē, & eam fideliter conſcribentes*; ergo de tali veritate privata debet Judex ferre ſententiam, quæ ſi ex actis non appareat, ſententiam ferre nequit, & multò minùs poteſt ferre ſententiam, quando acta ſuot contra veritatem.

96 Contra veritatem, ſecūdum allegata, & probata nequit judicari.

Ex quo patet ad ſecundum: ſcilicet Judicem non poſſe judicare ſecundum allegata, ſi allegata ſint contrà veritatem, nam debet judicare ſecundum veritatem, quam debet probare; ſed veritas, quam debet probare, eſt veritas, quæ exiſtit antè probationes; ergo debet judicare de veritate ſibi cognita ante probationes; ergo non debet judicare ſecundum probationes, ſi ſunt falſæ.

97 Jus humanum ſubeſt naturali, nec ipſum tollere poteſt.

Idipſum probatur primò; quia Jus humanum non prævalet Juri naturali, nec poteſt Jus naturale tollere: Sed Jure naturæ Innocens habet Jus nè coodemnetur, qood Jus antecedit omnem legem humanam, & omnia allegata, & probata; ergo tale Jus nequit tolli per legem humanam, nec per allegata, & probata.

98 Primo, allegata, & probata admittuntur, ſi faveant veritati.

Confirmatur, quia allegata, & probata ſunt admittenda, ſi faveant veritati. *l. unica*, *§. ſed neque, C. de veteri Jure enucleando*. Tutaminus *in l. non puto part.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. *D. de Jure Fiſci*.

99 Confirmatur ſecundo. Veritas prefertur opinioni.

Confirmatur, quia veritas præfertur opinioni, & præſumptioni. *l. illicitas* 6. *§. veritas*, *D. de officio Præſidis*. *can. veritas diſt.* 8. ergo multò magis præfertur allegatis, & probatis, quæ tantùm habent præſumptionem veritatis; Veritas namque non debet ſervire Judiciis, nec à Judiciis opprimi; Sed Judicium, Conſuetudo, leges ipſæ debent veritati ſervire. Valenzuola *lib.* 2. *conſ.* 169. *num.* 34. ergo allegata debent ſervire veritati; ergo non poſſunt eſſe contrà veritatem; ergo Judex debet judicare ſecundum veritatem, non ſecundum allegata.

100 Paritate Matrimonii, & Profeſſionis.

Ex his pulluiat quarta probatio, & deſumitur ex validitate matrimonii, & profeſſionis. Sic ſententia lata ſecundum allegata, & probata declarans matrimonium validum, & revera ſit nullum, non obligat; Sicuti nec obligat declarans matrimonium nullum, ſi revera ſit validum; ità ut nec in conſcientia poſſit alteri nubere, ſi primum matrimonium fuit validum.

101 Diſpenſatio non ſecundum veritatem nō validat Matrimonium.

Secundò, ſententiam pronuncians ſecuodum allegata, & probata diſpenſatiooem validam, non reddit validam diſpenſationem revera nullam, nec matrimonium tali diſpenſatione, & ſeotentia contractum tenet, nec conjoges id ſcientes tuta conſcieotia poſſunt illo uti. Ledeſma *in ſumma de matrimonio cap.* 27. Corradus *lib.* 7. *de diſpenſat. cap.* 6. *num.* 24. ergo oec validè erit ſententia lata cootrà Innocentem ſecundum allegata, & probata, nec ei parendum.

102 Continetur idem.

Rursùs probatur: Judex ſecundum allegata, & probata ſententians matrimonium validè, & licitè contrahi, oon reddit matrimonium validum, aut licitum, ſi revera adſit impedimeotum dirimens, etiam Judici ignotum; ergo multò minùs quando Judici impedimentum eſt notum, nequit reddere matrimonium validum; ergo nequit Judex jodicare ſecundum allegata, & probata cootra notam ſibi veritatem; ergo nec partes poſſunt parere dictæ ſententiæ tuta conſcientia.

Confirmatur Exodi 23. *num.* 2. & 7. Proverbioruoi 24. *num.* 11. Danielis *cap.* 13. *num.* 41. ubi dicuntur fatui, qui judicarunt contrà veritatem privatam ſecundum allegata, & probata. 103 Confirmat. ex Scriptur. Sac.

Idipſum ſuadetur ex *cap. cum æterni. de ſententia, & re judicata in* 6. ubi Judex non debet condemnare, quem Deus non condemnat: Sed Deus non condemnat revera innocentem; ergo, &c.

Objicies: Jodex eſt perſona publica. *l. nemo, C. de ſententiis, & interlocutionibus*; ergo tenetur ſequi ſcientiam publicam, & ſic probata, & allegata. 104 Objectio.

Reſpondetur. Et diſtinguo aotecedens: Eſt perſooa publica, ut opprimat innocentem, nego antecedens; ut perquirat, & judicet ſecundum veritatem privatam, & ſecundum Jus naturale, concedo antecedens; ergo tenetur ſequi ſcientiam publicam, diſtinguo conſequens; quando delictum eſt ignotum, concedo; quando delictum eſt notom, & acta opprimunt veritatem, nego conſequentiam; ſic in re noſtra allegata, & probata ſunt falſa, nam non cooformantur cum veritata objectiva. Reſponſio.

Replicabis. Debet judicare ſecundum leges D. Auguſtinus *Pſalmo* 57. ergo debet judicare ſecundum allegata, & probata. 105 Judex ſecūdum lege judicare debet.

Reſpondetur. Diſtinguendo antecedens: Debet judicare ſecundum leges naturales, & humanas, concedo antecedens; ſecundum leges tantùm humanas, ſubdiſtinguo; ſi leges innitantur veritati: concedo: ſi innitantur præſumptioni, iterùm ſubdiſtinguo: quando veritas non patet, concedo, quando veritas patet, & nego; nam tunc leges innixæ præſumptioni cedunt veritati. *l. illicitas*, *§. veritas*, *D. de officio Præſidis. can. veritas diſtinct.* 8. *l. properandum*, *§. & ſi quidem*, *§. ſin autem*, *C. de Judiciis*. In re autem noſtra leges, quæ volunt judicandum ſecundum allegata, innituntur præſumptioni; præſumunt namque allegata eſſe vera; ergo ſi conſtat de veritate, veritati cedont; quia veritas præſumptioni præfertur *d. l. illicitas*; Imò præſumptio cedit veritati. Valenzuola *lib.* 2. *conſ.* 169. *num.* 174. Quodque diſtinctione eget.

Ajunt nonnulli in praxi ſervari, ut Judex, nè damnet innocentem, ſi de veritate ſibi plenilſimè conſtat, debeat potiùs Superiori Judici cauſam committere, & ipſe Judex ioferior teſtis eſſe de ea veritate, quæ ſibi io conſcientia patet; at hæc oon eſt quæſtio noſtra, cum de quocumque Judice loquamur, ſivè Subalterno, ſivè Supremo, qui ipſemet debet ſententiam ferre, cùm alium Superiorem non agnoſcat. 106 Volunt aliqui Judicem tunc renunciare debere cauſam.

Eſſet modò agendum de Judice competente, & incompetente, prorogabili, & improrogabili, quæ mox ex dicendis eluceſcent; Undè agamus primò:

De

Digitized by Google

De Foro Judicis ſecundum ſe.

TITULUS III.

107 Forus Judicis, eſt Forus Rei.

108 Actor ſequitur Forum Rei.

PRimò, forus Judicis eſt forus Rei: ex regula. *Actor ſequitur forum Rei. l.actor, C.de probationibus. l.in Criminali, C.de Juriſdictione omnium Judicum. l.fin. Cod.ubi in rem actio. l.quia etiam, Cod.de alienatione Judicis mutandi cauſa facta. l.Juris ordinem. 2. C.de Juriſdictione omnium Judicum. cap.cum ſit generale. cap.ſi Clericus. de foro competenti. can.experientia* 21. *quæſt.*1. Vivius *deciſ.*49. Amatus *cent.*1.*conſil.*31. Thuſcus *litera A. concl.*122. Navarr.*de electione fori q.*1. *num.*4.

109 Eſt generalis diſpoſitio

Quæ diſpoſitio cum ſit generalis, non includit ſpecialia. *l.item apud Labeonem, D.de Injuriis.*

110 Excipe privilegiatas perſonas.

Et ſic non includit primò perſonas privilegiatas, habentes electionem fori. *l.unica, C.quando Imperator*; Tunc enim Actor privilegiatus eligit, nec ſequitur forum Rei *d.l.unica*. Francus *deciſ.*541. *num.*4. Menochius 2.*de Arbitrariis caſu* 66. *num.*17. & ſic ſecundo non includit nec perſonas, nec cauſas privilegiatas miſerabilium *d.l.unica*. Amatus *deciſ.*106.

111 Et perſonas, & cauſas miſerabiliū.

An in foro, ubi Judicium cœptum eſt, ibi finiri debeat.

112 Affirma ſi utaris Jure communi.

DIſtinguas: vel litigantes utuntur generali Jure communi, vel ſpeciali. Si utuntur Jure communi generali, affirma judicium finiendum, ubi cœptum eſt. *l.ubi cœptum.*30. *D. de judiciis. l. quoniam*, Auth. *de teſtib. l. nulli prorsùs, Cod.de judiciis*. Afflictus *deciſ.*334. Gabriel *de Judiciis concluſ.* 1. De Ponte *volum.* 1. *concluſ.*.70. Facchineus *lib.* 2. *cap.* 78. Giurba *deciſ.*25.

113 Nega ſi utaris Jure ſpeciali.

Si verò litigantes utuntur Jure ſpeciali, nega, quia tunc perſonæ ſpecialitèr privilegiatæ poſſunt eligere, & variare forum de competente in non competentem. *l.unica, C.quando Imperator*. Afflictus *in Conſtitutione Regni: Statuimus. num.*25. Francus *deciſ.*100.*in fine*. Caravita *ritu* 233. *num.* 9. Theſaurus *deciſ.* 176. *num.*6. Urſillus ad Afflictum *deciſ.*257. *num.*2. Cancerius *par.*12.*variar.cap.*2. *num.*26. Riccius *par.*3.*Archiepiſcopalium deciſ.*270. Unde viduæ, & pupilli cauſas cœptas valent ad alias Curias competentes transferre *d.l.unica*. Cabedus *deciſ. Luſitana* 25.*num.*8.*par.*2. Navar.*de electione fori ſect.*1.*quæſt.*1.*num.*21.

114 Viduæ, & Pupilli variant Forū.

An in prima inſtantia teneatur quis ſequi Curiam primarum Cauſarum.

115 Diſtinguas.

DIſtinguas: vel utitur Jure generali, vel ſpeciali.

Jure generali affirma.

Si utitur Jure generali: putà careat privilegiis miſerabilium perſonarum, tunc affirma in prima inſtantia non poſſe omittere, nec declinare judicium primarum cauſarum. *l.nemo, C.de Juriſdictione omnium Judicum*. Idque etiam Jure Regni. Pragmatica *quærela* 2.*ubi de delicto quis conveniri debet*. In qua Pragmatica nemo extrahendus eſt in prima inſtantia à proprio domicilio. Baldus *l.*1.*quæſt.*43. *D.de rerum diviſione*. Cacheranus *deciſ.*29.*num.*8. Unde non eſt extrahendus à Curia Baronali, cui privativè, non cumulativè à Rege conceſſa Juriſdictio cenſetur. Grammaticus *deciſ.*30. *num.* 9. Francus *deciſ.* 541. *num.* 17. Sicque à Curia Regia, etiam poſt condemnationem, remittitur Reus Curiæ Baronali. Rovitus *Pragmat.*2.*num.*6. *ubi de delicto quis conveniri debet.* Anna *allegat.*40. Qua ratione, nequit omiſſo Judice ſecundarum cauſarum appellari ad Curias Regias, & appellans omiſſo medio, punitur. *l. Imperatores, D.de appellationibus.* Anna *ſingulari* 82. Caravita *ritu* 265. *num.*34.

116 Et Jure Regni.

117 Curiæ Baronali cēſetur privativè, nō cumulativè data juriſdictio.

118 Sic à Curia Regia reus remittitur Baronali, etiam poſt condemnationem.

119 Nequit appellari ad Curias Regias, omiſſo Judice ſecūdarum cauſarum.

De Juriſdictione, & Judice Civili, Criminali, & Mixto.

§. I.

120 Diſtinctio Curiarū facit diſtinctā Juriſdictionem.

NEceſſitatem notitiæ hujus judicat diſtinctio Curiarum, quando in una tantùm Criminalis, in alia tantùm Civilis juriſdictio exerceri valet.

Juriſdictio Civilis reſpicit cauſas civiles. Criminalis reſpicit criminales cauſas. Mixta utraſque. Maranta *de ordine judiciorum par.*4. *diſt.*1. Menoch.*de arbitr. qu.* 88. *& caſu* 275. *num.* 6. Scaccia *lib.*1.*de judiciis cap.*3.*&* 6.

Quæ ſit cauſa Civilis?

121 Cauſa civilis reſpicit utilitaē partis.

ESt, quæ per ſe reſpicit utilitatem partis, ſivè ex contractu, quaſi, ſivè ex delicto, vel quaſi, ſivè ex actione reali. *l.infamem.*7.*D.de publicis judiciis.* Aſinius in *praxi cap.* 5. *num.*14. Ratio, quia tunc non intenditur per ſe pœna Rei, ſed commodum partis læſæ; adeòque civilis per ſe reſpicit non pœnam Rei, ſed intereſſe, & commodum partis, etiamſi tale commodum ſit in modum pœnæ inflictæ parti. Novarius *gravam.*130.*num.*34.

122 Refelluntur, qui aſſerunt debere reſpicere bonum privatum.

Nec placet dicere cum Felino *rub.de judiciis num.*3. Cortiada *tom.*1.*deciſ.*35.*num.*10. Peguera *dec.*6.*num.*2. Ciar.*§.fin.qu.*1.*v.An*, volentibus cauſam civilem eſſe, quæ reſpicit per ſe principaliter commodum privatum. Nam datur cauſa merè civilis per ſe reſpiciens commodum publicum, & eſt quæ naſcitur ex pacto publico inter Communitates, & quæ tangit ſingulos ut omnes, ut eſt bonum pacis.

123 Et ii, qui volunt non cōtinere pœnam afflictivā corporis.

Secundo, nec placet ſententia volentium cauſam eſſe civilem ſemper ac non continet pœnam corporis afflictivam, etiamſi ſit pœna pecuniaria Fiſco applicanda, ut vult Gloſ. in *l.ſi quis per calumniam, v. auri, C. de Epiſcopis, & Clericis.* Rota *deciſ.*10.*de appellat.* Guttier. *l. practicarum qu.*107.*num.*5. Nam crimina etiam publica pluries non puniuntur pœna corporis afflictiva, ſed pecuniaria, & compoſitione.

124 Aut crimen non ſit deductum in judicium.

Tertio, nec placet dicere cum Abb.in *rub.de judiciis num.* 5. Scaccia *lib.*5. *de judiciis cap.*5. *num.* 2. Civilem eſſe cauſam ſemper ac crimen in judicium non deducitur. Nam oppoſitum eſt veriùs cum Decio in *rubr.de judiciis, lectura* 1. *num.*96. cum poſſit crimen deduci in judicium ad finem agendi civiliter: finis enim ſpecificat actum.

Criminalis cauſa quæ?

125 Cauſa criminalis, quæ reſpicit pœnam Rei.

CRiminalis cauſa eſt per ſe reſpiciens pœnam Rei in corpore, fama, honore, libertate, bonis Fiſco applicandis. Gloſ.in *l.*3. *D.de ſepulch.violato.* Peregrinus *lib.*4.*de jure Fiſci tit.* 8.*num.*8. Farinac. in *praxi crim.p.*3.*q.*100.*n.*3.

Digitized by Google

Thuſc. *litera C. concl.* 1083. Jaſon. in *rub. C. de judiciis num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 463. *nu.* 3. Cortiada *tom.* 1. *dec.* 35. *num.* 56. 57. 58. 59. dans decem, & ſeptem Doctores.

126 Contra dicentes, cùm agitur de crimioe.

Nec placet crimioalem eſſe ſemper ac agitur de crimine, ut voluit Gloſſ. in *l. lex Cornelia*, v. *eorum*, *D. de injuriis*. Nam de crimine poteſt agi etiam civiliter ob proprium iotereſſe. *cap. ſententiam ſanguinis. ne Clerici, vel Monachi.*

127 Vel de pœna corporali

Secundo, nec placet criminalem eſſe, in qua agitur de pœna corporali. Nam adhuc eſt criminalis, ſi agatur ad pœoam ioſamiæ, vel ad pœnam pecuniariam, applicandam Fiſco. Decius in *rubr. de judiciis, lectura* 1. *num.* 54. Quia in delictis conſideratur, & intereſſe partis, & ut puniatur Reus in corpore, in fama: & ſic poteſt remitti, ut non puniatur crimioaliter, ut ſolet fieri multoties: at non cenſetur tunc remiſiſſe intereſſe paſſum ob occiſionem ſui coofanguinei.

128 Aut cùm Reus punitur.

Nec tertio placet crimioalem eſſe ſemper ac Reus punitur, licèt pœna applicetur parti, ut voluit Abbas in *rubr. de judiciis n.* 5. Nam ei rectè cootradicit Farinac. *par.* 3. *praxis qu.* 100. *n.* 17. Et patet ex *cap. ſententiam ſanguinis. ne Clerici, vel Monachi*; Et ſuadet uſus coocedens Clericis, etiam in criminibus, comparere cootra delinqoentes, dummodo agaot civiliter pro proprio intereſſe, & ſuorum.

Mixta cauſa.

129 Cauſa mixta reſpicit vindictam publicam, & intereſſe partium.

Eſt ſi agatur ad vindictam publicam, & ad intereſſe privatum læſi. Doctores apud Farinac. *par.* 3. *praxis qu.* 100. *num.* 54. Si pœna pecuniaria applicetur Fiſco, & parti; tuoc cauſa mixta eſt ſecundom Boſſium *de appellat. num.* 8. Cabedum *lib.* 1. *deciſ.* 14. *num.* 6. licèt aliqui voluerint tunc eſſe criminalem, quia Fiſcus dignior abſorbet ioterenſſe privatum minus digoum. Larrea *allegat. Fiſcali* 95. *num.* 35. *lib.* 2. quia quando pœna applicatur Fiſco, & parti; tunc datur tota Fiſco, & à Fiſco datur rata parti. Bart. in *l. Senatus cenſuit*, §. *Senatus. num.* 2. *D. de jure Fiſci.* Cancer. *par.* 2. *variarum cap.* 11. *num.* 43.

Semper autem ac cauſa per ſe reſpicit bonum publicum, & privatum eſt mixta. Jaſon. in *rubr. C. de judiciis num.* 8. Clar. §. *fin. qu.* 1. *num.* 2.

At ſi agatur de removeodo aliqoo ab officio, & oil applicetur Fiſco, aut parti; tunc jodicium non eſt criminale, ſed civile, niſi removeatur ab officio ob flagitiom, vel in pœnam infamiæ; nam tunc eſt merè criminalis. Clar. §. *fin. qu.* 1. *n.* 3. Farinac. in *praxi crimin. par.* 3. *q.* 100. *n.* 21. Ludovicus ab Eccleſia *obſervat.* 15. *num.* 10.

In dubio an cauſa ſit criminalis?

130 In dubio an ſit Criminalis, cognoſcit Judex Civilis.

De ea cognoſcit Judex Civilium cauſarum; ut in dubio ad mitiora declinemus, favore Rei, ex regola: cum ſuot partium jura obſcura, Reo favendum eſt potiùs, quàm Actori. Footanella *par.* 2. *deciſ.* 478. *num.* 20. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 35. *num.* 104.

An Judex civilis valeat quandoque ſe intromittere in cauſa criminali?

Diſtinguas: vel vult cognoſcere per ſe, vel incidenter de crimine.

131 Qui per ſe nō ſe intromittit in cognoſcendis crimioibus.

Si per ſe vult cognoſcere de crimioe, nega id poſſe. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 82. *num.* 8. Thor. *par.* 2 *compendii*, v. *nullitas.* Guazzious *defenſa* 1. *cap.* 13. *num.* 2. adeout per ſe judicans de crimine, ſententia ſit nulla, ex defectu juriſdictionis, qua caret Judex Civilis in criminalibus cauſis. Carleval. in *lib.* 1. *de judiciis diſp.* 2. *num.* 1170.

132 Secùs ſi incidenter.

Si velit cognoſcere iocidenter, affirma poſſe tunc cogooſcere de crimine, & condemnare Reum in eadem inſtaotia, ſi abſque criminali nequeat civilis cauſa terminari. Cravetta *conſ.* 53. Cabalius *criminalium, caſu* 82. *n.* 11. Guazzio *defenſa* 1. *cap.* 13. *num.* 2. & 7. Menoch. *de arbitr. qu.* 91. *num.* 9. Craſſus *Clericatus effectu* 1. *n.* 1152. Fontanella *deciſ.* 562. *n.* 12. Et ità teſtis falſus coram Judice Civili ab eodem puniri valet pœna extraordinaria. Covar. 1. *practicarum cap.* 18. *num.* 8. Afflict. *deciſ.* 219. *num.* 1. Franch. *deciſ.* 46. *num.* 7. Peguera *deciſ.* 562. *num.* 13. Galeota *reſponſo Fiſcali* 1. *num.* 13. Sanfelic. *deciſ.* 67. *num.* 4.

133 Clericus, deponens falſum coram Laico punitur ab Eccleſiaſtico.

Sed ſi Clericus deponat falſum coram Judice laico, nequit à laico puniri, nec in perſona, nec in bonis, ſed remittendus eſt puniendus ad Judicem Eccleſiaſticum competentem; qoia Judex laicus eſt incompetens, & improrogabilis contra Clericum. Urſillus ad Afflict. *dec.* 230. Clar. §. *fin. qu.* 38. *num.* 14. Merlio *tom.* 2. *cap.* 71. *num.* 9. Peguera *deciſ.* 70. *num.* 5. Facchin. 9. *controverſiarum cap.* 27. del Bene *de immunitate tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 19. *num.* 10. contra Gloſſ. in *l. nullum, Cod. de teſtibus*; ubi Cynus, Fulgoſius, & Baldus.

Hinc Judex ſecularis tunc ſolùm cognoſcit de tali falſitate, ad finem decidendi cauſam principalem civilem. Vela *tom.* 2. *diſſertat.* 44. *num.* 55. Peguera *dec.* 79. *num.* 5.

An Judex Criminalis poſſit cognoſcere cauſam Civilem?

Diſtinguas; Per ſe, vel incidenter.

134 Judex Criminalis per ſe non cognoſcit cauſam civilē.

Per ſe, oega; nam adeſt defectus juriſdictionis, adeòque nulliter procederet. *l. ſolemus.* 61. §. *latrunculator*, *D. de judic.* Capyc. Latro *deciſ.* 6. *num.* 252. *lib.* 1. Footanella *par.* 2. *deciſ.* 562. *num.* 5. Merlio. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 3. Guazzin. *defenſa* 1. *cap.* 12. *num.* 1. Thor *par.* 2. *compendii*, v. *nullitas.* Menoch. *de arbitr. qu.* 82. *num.* 7.

135 Incideoter poteſt.

Incidenter, affirma, Judicem Criminalem poſſe cognoſcere de articulo civili incidente. Ratio, quia connexorum idem judicium, eadem juriſdictio. *l. ſed & loci*, §. *ſi dicantur*, *D. finium regundorum.* Bart. in *l. interdum*, §. *qui furem. num.* 4. *D. de furtis.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 82. *num.* 10. Novar. *gravamine* 114. *num.* 6. *tom.* 2. Facchin. 9. *controverſiarum cap.* 2. v. *ſed iſtud.* Farioac. *p.* 1. *praxis q.* 1. *num.* 63. Clar. §. *fin. qu.* 2. *num.* 2. Caballus *criminalium caſu* 82. *num.* 2. Franch. *dec.* 460. Craſſus *effectu* 1 *Clericatus nu.* 1055. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 35. *num.* 7. Sanfelic. *dec.* 225. *num.* 2.

136 Qui poteſt damnare furē nō ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad damna.

Hinc Judex Criminalis procedens ex officio, vel ad ioſtantiam partis, poteſt condemnare furem non tantùm ad pœnam, ſed etiam ad reſtitutionem damni in eadem ſenteotia, non poſt latam ſententiam criminalem. Bart. in *l. interdum*, §. *qui furem. num.* 2. *D. de furtis.* Fontaneil. *par.* 3. *deciſ.* 562. *num.* 7. 8. & 9. Theſaur. *deciſ.* 135. *num.* 1. Merlio *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2. Cortiada *loc. cit. num.* 8. dicens *num.* 12. Judicem ad

id

id teneri ſub lethali, etiam parte non petente. Surdus *de alimentis tit.7.qu.16.num.70.*

137 *In petitione falſitatis, poteſt declarari nulla ſententia inde ſecuta.*

Secundo, petens puniri teſtes falſarios, poteſt in eadem inſtantia petere ut declaretur nulla ſententia ſecuta ex depoſitione illorum teſtium. Rolandus *conſil.30.nu.4.lib.2.* Fontanella *par.2. deciſ.562.num.2.* Intelligas inter eaſdem partes; nam ſi articulus ille principalis civilis incidens in cauſa falſitatis tangat alias perſonas, nequit Judex Criminalis illum decidere, ſed eſt adeundus Judex competens illius tertiæ perſonæ. Fontanella *part.2. deciſ.563. num.1. & deciſ. 564.*

138 *Ut damnet Reum ad intereſſe, debet veriò conſtare delictū.*

Rurſus ut Judex Criminalis valeat condemnare Reum ad intereſſe partis, incidēter cognoſcendo de intereſſe, debet de delicto conſtare per veram confeſſionem partis, non per contumaciam, vel per teſtes. Baldus in *l.qui crimen. num.23. Cod.qui accuſare non poſſunt.* Rolandus *lib.1.conſ.30.num.18.* Farinac. *par.1.praxis qu.1. num.66.* Clar. *§.fin.qu.2.* Magonius *deciſ.Lucenſi 41.num.7.* Gratian. *forenſ.cap.525. tom.7.* Peguera *deciſ.27.* Merlin. *lib.1.cap.12.num.21.* contra Clar. *§.fin.qu.2. v.& hæc quidem;* ubi Bajardus *num.12.* volentes poſſe convictum per teſtem, vel contumacem, adhuc poſſe condemnari ad intereſſe.

139 *Occidens cū exceſſu in defenſione non damnatur ad intereſſe.*

Sed ſi Reus fateatur homicidium cum qualitate defenſionis: tunc licèt puniatur pro exceſſu defenſionis, ob illum tamen exceſſum non condemnatur ad intereſſe partis. Thorus *par.3.compendii ſect.1.v.condemnatus.* Merlinus *tom.1.forenſium cap.19.num.29 & 30.* Cortiada *tom.1. deciſ. 35. num.22.* dicens veriùs contra Gomez *tom.3.variarum cap.3.num.38.*

Si Judex Criminalis Reum abſolvat à cauſa criminali, nequit condemnare ad intereſſe, & damnum reſarciendum parti. Farinac. *p.1.praxis qu.1.n.65.* Bajardus ad Clarum *§. fin. qu.2. num.8.* Sanfelice *deciſ.226. num.2.* quia in tantum poteſt Judex Criminalis condemnare Reum ad intereſſe, etiam quando eum condemnat ad cauſam criminalem, quia tunc per ſe condemnat ad cauſam criminalem, & incidenter ad civilem; ſed quando non adeſt cauſa criminalis, juriſdictione caret, & non poteſt ſe intromittere,

An mandatum de manutenendo competat Judici in Civilibus?

Diſtinguas: vel qui petit manuteneri, violentiam armis fecit alteri, illum ſpoliando, vel nulli violentiam fecit.

140 *Mandatum de manutenendo competit Judici Civili, ſi abfuerit violentia.*

Si nulli violentiam fecit, Judex in civilibus eſt competens. Menoch. *retinendæ poſſeſſionis remedio 5. num. 236.* Poſtius *de manutentione obſervat.2.num.7.* Cutellius *dec.20.num.4.*

141 *Secùs ſi cum violentia.*

Si verò violentia armis illata ſit; tunc Judex Criminalis eſt competens, quia delictum eſt publicum juriſdictionis criminalis. Cutellius *deciſ.20. num.4.*

Cauſa damni illati cujus Judicis?

142 *Damnum illatū, eſt cauſa criminalis ſi cum violentia.*

Diſtinguas: vel damnum eſt illatum cum violentia, & injuria, vel ſine violentia.

Si cum violentia, & injuria, eſt criminalis. Bart. & Alex. in *l.fin. D.de privatis delictis.* Novar. *part.2.gravam.64. num.2.* Cortiada *tom.1. deciſ.35.num.74.*

143 *Secùs abſque violentia.*

Si abſque violentia; tunc cauſa damni illati eſt civilis. Novar. *loc.cit.num.1.& 3.* niſi tranſiret damnum in naturam furti per contrectationem; nam tunc non dicitur ſolùm damnificator, ſed fur. Furtum autem eſt ſub juriſdictione criminali. Novar. *loc.cit.num.4.*

An Syndicatus, quo quis redditur habilis, vel inhabilis ad officium, ſit cauſa Civilis?

Diſtinguas: vel tractatur tantùm de inhabilitando ad officium, vel tractatur de reddendis rationibus ſui officii.

144 *Reddere rationes in Syndicatu cauſa eſt civilis.*

Si de reddendis rationibus, cauſa eſt civilis; licèt conſequenter inhabilitetur malè adminiſtrans, vel non liberatus. Clar. *§.fin.q.1. v.quintus caſus.* Cancer. *par.3.variarum cap.17.num.458.* Fontanella *deciſ.285 num.7.par.1.& deciſ.499.num.15.par.2.*

145 *Ad inhabilitandum eſt criminalis.*

Si ſolùm agatur ad inhabilitandum; tunc cauſa eſt criminalis. Maranta *par.4.praxis diſt.1. num.33.* Cortiada *tom.1.deciſ.35.num.83.*

Actio, ut Tutor ſuſpectus tantùm removeatur.

146 *Remotio Tutoris ſuſpecti, eſt Civilis.*

Est civilis ſecundum Marantam *loc. cit. num. 18.* Cortiadam *loc.cit. num. 88.* poſt Bart. in *l.1. §.ſciendum, D.de ſuſpectis Tutoribus.* Tu verò examina quomodo id cohæreat doctrinæ aſſerenti contra ſuſpectum Tutorem, actionem eſſe publicam, & delictum publici juris.

Actio ad pœnam conventionalem in contractu poſitam ex pacto.

147 *Sicut pœna conventa in contractu.*

Est Civilis; nam eſt ad favorem partis. Novar. *lib.2.gravam.130.*

An cauſa de removendo aliquo ab Officio, Dignitate, Beneficio, ſit Civilis?

148 *Et remotio ab officio, beneficio, dignitate.*

Affirma: Clar. *§.fin.q.1.num.3.* Farinac. in *praxi qu.100. num. 21.* Intelligas, niſi id contingat in pœnam delicti, ob dolum, vel ob infamiam. Ludovicus ab Eccleſia *obſervat. 15. num. 19.* Id enim eſt pœna, quæ non reſpicit favorem alicujus partis; adeòque eſt merè criminalis.

De Judice, & judicio ad modum belli, ut Capitaneus Generalis, & levato velo.

§. II.

Quandoque Judex habet facultatem à Principe procedendi ad modum belli, in cauſis maximè criminalibus, ut habent Commiſſarii Campaniæ; iſti enim habent facultatem procedendi in criminalibos ad modum belli, levato velo. Et tunc non poteſt innocentes condemnare, nam id eſſet contra jus naturale, cui nullus derogare valet. 149 *Commiſſarii Campaniæ procedūt ad modū belli.*

Quid ergo indicat ly ad modum belli, ut Capitaneus Generalis?

150 *Ad modum belli eſt procedere ſine figura judicii.*

Significat poſſe procedere levato velo, ex abrupto, ſine ſolemnitate, ſine figura judicii, ſine proceſſu, ſine termino, & Reo etiam inaudito. Gloſſ. in *l.officium Regentis, §.officium Tribunorum, D.de re militari.* Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.5.cap.16.num.13.*

At in quibus cauſis ita procedere poteſt?

151 Et proceditur in delictis militaribus tempore belli.

IN delictis militaribus tempore belli, in exercitu, contra deſerentem excubias, contra dormientem tempore excubiarum, cootra primum fugientem in acie, non ſervantem ſecreta bellica. Nam in iſtis periculum eſt in mora, ne malum creſcat, & miles reddatur ioeffrenis. *l. officium Regentis, §. officiorum, D. de re militari.* Ajalà *de jure belli lib.3.cap.2.num.10.*

At ità non proceditur in delictis extra aciem durante bello, nec in commiſſis tempore pacis; nam tunc Reus debet audiri. *l.3.§. ſi ad diem, D. de re militari.* Solorzanus *to.2. de Indiarum jure lib.4.cap.*10.*num.*43. Oſaſcos *deciſ.*79. *num.*44. Maſtrill. *de Magiſtratibus lib.* 5. *cap.*6. *num.*37. Diana *par.3.tract.3. miſcellan.*10. *reſ.*98. Tunc enim etiam Rex debet vivere ſecundum leges. *l. digna vox, C. de legibus.*

Imò Cortiada *tom.1.deciſ.*38. *num.*44. Diana *loc.cit.* cum Affiicto *deciſ.*391. Giurba *conſ.* 39. *num.* 44. aſſerit, nec Regem poſſe ex abrupto procedere, nec de plenitudine poteſtatis aliquem condemnare inauditum ſine proceſſu, & ſolemnitate juris, quia ſuo exemplo alios docere debet leges ſervandas. Clar. *§. fin. qu.*39. *num.*1. Farinac. *par.1. praxis qu.*39.*num.*18. ex *l. ſi vindicari.*20. *C. de pœnis. Clem. Paſtoralis. de re judic.*

152 Nemo inauditus damnandus.

Tu diſtinguas, & affirma teneri ſervare leges naturales, adeòque non poſſe uſurpare aliena, nec innocentem condemnare, nec ſe exponere periculo condemnandi innocentem. At legibus purè humanis ſibi æqualis Superioris non teoetur, cùm non ſit ſubditos.

De Judice competente, & incompetente, & jurisdictione Judicis Eccleſiaſtici, & ſecularis?

§. III.

153 Eccleſiaſtica, & Laica juriſdictio diverſa eſt.

JUriſdictio Eccleſiaſtici eſt diverſa à juriſdictione Judicis laici. *can. quoniam. diſt.*10. *can. duo ſunt. diſt.*96. *cap. ſolitæ.*6. *de major. & obedient.* Chartar. *dec.*54. *num.*31. Nunc eſt prima controverſia.

An Judex allegatus incompetens cognoſcat, & decidat ſe eſſe competentem, ſive ſit Ordinarius, ſive Delegatus?

154 Judex allegatus incōpetens cognoſcit ſuā incompetentiam.

AFfirma: ſivè partes inter ſe cootendant de juriſdictione Judicis, ſivè lis ſit inter partes, & Judicem, ſive Judex habeat commoditatem ſportularum, ità ut declarans ſe competentem, valeat Actorem damnare ad expeoſas. Afflict. *deciſ.*354. *num.*25. Poote *deciſ.*33. Gallus *lib.1. obſervat.*34. *num.*1. *uſque ad* 5. Trentacinquius *lib.2. de judic. reſ.*5.*n.*8. Valenzuola *lib.*1. *conſ.*52.*n.*53. & *lib.2. conſ.*200.*n.*55. Carlevalius *de judiciis lib.1. diſp.*9. Fontanella *deciſ.*260.*n.*9. Cortiada *tom.1. deciſ.*38. *num.*1. Guttier. *lib.*1. *practicarum qu.*20. *num.*3. Habere commoditatem ſportularum eſt illud jus ſententiæ, quod habet Judex à ſeoteotia data, cum dicto Judici obtingat tot pro centenario; & Romæ vocatur Propina iſtud jus ſententiæ.

Patet ex *l. ſi quis ex aliena, D. de judiciis,* ubi Petrus Barboſa *num.*111. ex *l.2. §. ſed ſi dubitetur, D. de judiciis. l.2. D. ſi quis in jus vocatus non ierit. cap. cæterum.3. de judic. cap. Paſtoralis.*14. *cap. ſuper literis.*20. ubi Felin. *n.*18. *de reſcriptis. l. præſcriptione.*2. *Cod. ſi contra jus, vel publicam utilitatem.*

An, & quis decidat Judicem eſſe competentem, ſi lis competentiæ ſit inter Judices diverſos?

155 Lis de incōpetentia Judicis deciditur à Superiore.

DIſtingoendum eſt, vel iſti Jodices unum habent Superiorem, vel non.

Si uoum habent Superiorem; tunc Soperior ipſorum cognoſcit de competentia. Sic Delegans cognoſcit de competentia, & juriſdictione à ſe Delegatorum. Thuſc. *litera I, concl.*414.*nu.*25. Valenzuola *lib.1. conſ.*200.*num.*56. & 57. Cancer. *par.3. variarum cap.*10.*num.*1. Innocentius in *cap. Paſtoralis. num.7. de reſcriptis.*

Si verò lis ſit inter Judicem Ordinariom, & Delegatom.

156 Si verò ſit inter Ordinarium, & Delegatum deciditur à Delegato.

Tunc Delegatus ut major cogooſcit, an ſit competens. Cancer *loc.cit.n.*88. Cortiada *tom.*1. *deciſ.*34.*num.*1. Merlin. *tom.2. cap.*64. *num.*25. Delegatus enim Principis eſt major Ordinario. *cap. ſane il 2.*11. *de offic. Judicis delegati. cap. Paſtoralis.*11. *§. præterea. de offic Judicis ordinarii.* Gratian. *cap.*63. *num.*29.

Tu verò cooſidera hìc non diſpotari de Judicis majoritate, ſed an in delegatione ſit conceſſa juriſdictio controverſa, cum non poſſit excedere fines mandati.

Si inter ſe controvertant duo Judices Delegati inferiores, tunc recurruot ad Delegantem. Valenauula *lib.2. conſ.*200.*num.*57. vel eligunt arbitros juris ad decidendam illam litem. *cap. Paſtoralis.*14. *de reſcriptis.* Gloſ. in *cap. ſtatutum, §. ſancimus. de reſcriptis in* 6.

Si Judices ſeculares ſiot Ordioarii inferiores invicem contendeotes de juriſdictione.

157 Lis inter Ordinarios inferiores dirimitur à Superiore.

Tu oc adeundus eſt eorum Superior, ut decidat articulum competentiæ. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 38. *num.*17. dans trigintaquatuor Doctores. Ricc. *collectan.*1968. Patet ex *l. de jure, D. ad municipalem.*

Licèt molti velint tuoc eligendos arbitros cum Tonduto *de præventione par.1. cap.*12. *n.*6. & alii afferaot utrumque poſſe cognoſcere, qoia ſit competens. Gloſſa in *l. in offerendis, v. decernendum, C. de appellat.*

Si lis ſit inter Judicem Baronis, & Officialem Regium?

158 Inter Judicē Baronis, & Officialem Regium decidit Superior.

REcurritur ad Superiorem, ut decidat, quis ſit competens. Cancer. *par.3. cap.*10.*n.*3. Cortiada *tom.1. deciſ.*38.*n.*55. Peguera *deciſ.*92. *num.*11. Fontaoell. *par.1. dec.*75. *num.*13.

Si lis ſit inter duos Barones de juriſdictione?

159 Sicut inter duos Barones.

ADitur eorum Superior, ut decidat, cui competat. Cancer. *loc.cit. num.*14.

Lis inter Eccleſiaſticum, & Laicum de competentia juriſdictionis, à quo decidenda?

160 Deciditur ab Eccleſiaſtico lis ſua cum Laico.

ESt decidenda à Judice Eccleſiaſtico, quia dignior. *cap. ſi Judex laicus.*12. *de ſentent. excommunic. in* 6. Decios io *cap. Paſtoralis. n.*8. *de reſcriptis.* Franch. *deciſ.*329.*num.*5. Oſaſc. *deciſ.*102.*n.*4. Cortiada *tom.1. dec.2. n.*3. daos quadraginta unum Doctores. Thuſc *lit. I. concl.*414. Craſſus *effectu 1. Clericatus num.*1256. & 1257.

An Judex Eccleſiaſticus cognoſcat etiam reum laicum delinquentem cum Clerico?

DIſtingoas Jus, quod ab eo ſervatur apud aliquos.

161 De jure Eccleſiaſticus cognoſcit Laicum delinquentem cũ Clerico.

De jure, affirma, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, præcipuè in re individua, & qoia judicium non debet dividi. Ambroſin. *de immunit. cap.* 20. *num.* 9. Menoch. *de arbitrariis caſ.* 271. *num.* 13. Martha *par.* 4. *de juriſdict. cap.* 119. Thorus *par.* 1. *compendii*, v. *Clericus litigans*. del Bene *tom.* 1. *de immunit. cap.* 6. *dub.* 13. *num.* 4. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 213. Gratian. *forenſ. cap.* 115. *num.* 6. Gaillus *lib.* 1. *obſerv.* 37. *num.* 2.

162 Attendenda eſt obſervãtia Tribunalium.

Si verò conſideretur obſervantia quorundam Tribunalium, nega; nam tunc Judex Eccleſiaſticus cognoſcit tantùm Clericum ſuum ſubditum, & Judex laicus Reum laicum. Covarr. *practicarum cap.* 34. *num.* 1. Oſaſc. *dec.* 103. *&* 133. Ricc. *collect.* 368. Facchin. 9. *controv. cap.* 31. Guttier. *lib.* 1. *practicarum qu.* 6. Tondutus *de præventione judiciali par.* 2. *cap.* 12. *num.* 35. Cenedus *qu.* 32. *num.* 33. Maſtrillus *lib.* 2. *dec.* 138. Trentacinq. *lib.* 1. *de judiciis reſ.* 3. *num.* 3. Capycius *deciſ.* 173. Sanfel. *dec.* 305. *num.* 7. Gramm. *deciſ.* 21. Franch. *deciſ.* 426. Fontanella *part.* 1. *deciſ.* 202. *num.* 4.

Ratio, quia qoando ſunt Judices diverſi ordinis ſub diverſo Superiore, tunc unus alteri nequit præcipere, nec per ſe, nec per ſuum Superiorem; adeòque tunc dividuotur continentia cauſæ, & qoivis cognoſcit ſuum ſubditum; Nam quando ſunt ſub eodem Superiore uniuntur acta, ne cootinentia cauſæ dividantur, quod etiam in cauſis civilibus in re dividua fatetur Gaillus, Thorus, Gratian. Urſillus, del Bene *locis citatis*.

Ubi Judex debeat juriſdictionem exercere contentioſam?

163 Juriſdictio contentioſa exercenda intra fines territorii, ut ſup. n. 70.

INtra fines territorii, non extrà, nec in loco exemto. *l. fin. D. de juriſdict. omnium Judicum cap.* 2. *de conſtitut. in* 6. *l.* 3. *D. de officio Præſidis. l. obſervare,* 4. *§. fin. D. de officio Proconſulis*; adeòque nolliter exercet juriſdictionem extra fines, vel in loco exemto ſuæ juriſdictionis. Gloſſ. in *cap. cum Epiſcopus*, v. *non exemto. de officio ordin. in* 6. Vantius *de nullitatibus ex defectu juriſdictionis num.* 108. Ludovicus ab Eccleſia *obſervat.* 7. *num.* 1. Inde concludens Judicem laicum nulliter exercere juriſdictionem in Eccleſia. *cap. decet, §. ordinarii. de immunit. Eccleſiarum in* 6. Bart. in *l.* 2. *n.* 3. *C. de Sacroſanctis Eccl.* niſi judicium verſetur circa actum piom dationis Tutoris, libertatis. Vantius *loc. cit. num.* 109. vel ſit actus Univerſitatis ſe congregantis io Eccleſia pro eligendo Syndico, nam tenet electio. Vivius *opinione* 166. *num.* 1. Sicuti etiam teſtis in Eccleſia poteſt jurare ſuper Altare. *can. habemus.* 12. 22. *quæſt.* 1. *l. generaliter.* 12. *§. fin. Cod. de rebus creditis.*

164 Niſi ſit circa actum pium.

Similiter juriſdictio voluntaria exerceri valet in Eccleſia. *cap. novit. de officio Legati*. Et etiam Laudum, dummodo tranſeat in naturam contractus, validè promolgari valet in Eccleſia. Bal. in *l.* 3. *num.* 6. *D. de officio Proconſulis*.

Quando cauſa eſt commiſſa pluribus, quis ſit Judex competens?

165 Cui prior eſt cõmiſſa cauſa, ipſe procedit.

ESt ille, cui primo loco commiſſa eſt. Cancer *par.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 10. Footanella *deciſ.* 71. *num.* 22. *par.* 1. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 36. *num.* 29. Valenzuola *tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 5. *num.* 5. Capyc. *dec.* 122. *num.* 8. Franch. *dec.* 147. *n.* 5.

Patet ex *l. cum quadam.* 19. *D. de juriſd. omn. Judic. l. ſi quis poſtea quam.* 7. *D. de judic. cap. propoſuiſti.* 19. *de foro compet.* Et atteoditur prioritas commiſſioois; nam tuoc decretum vires habet. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 36. *num.* 35. Et Romæ procedit ille, cui eſt primo præſentata commiſſio, licèt Commiſſarius ad citatiooem partis noo proceſſerit. Rota *deciſ.* 1. *de conſtitut.* Tondutus *de præventione judiciali par.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Neapoli cautiùs proceditur, & quando Commiſſarius devenit ad citatiooem partis, tunc indubiè ipſe procedit in cauſa.

166 Neapoli quãdo devenit ad citationẽ partis.

De Singulis Foris.

TITULUS IV.

DIximus aliqoa de Judice competente, modò uberiùs explicemus.

Quæ ſit Fori quidditas, & unde Forus naſcatur?

FOrus definitur: eſt exercendæ juriſdictionis legitimus locus. Dividitur in Interoum, & Externum. Externus dividitur in Voluotariom, & Contentioſum. Internus dividitur in Forum Conſcieotiæ, & Sacramentalem.

167 Fori definitio, ac diviſio.

Forus Conſcientiæ poteſt eſſe ſine Sacramento, non verò forus Sacramentalis. Et forus conſcientiæ præcedit ſorum Sacramentalem, ut patet in Sacramento Confeſſionis, ubi priùs quis abſolvitur ab excommunicatione, deinde à peccatis. Sanchez 8. *de matrimon. diſp.* 34. *num.* 20. Rodriquez 1. *Regular. quæſt.* 61. *art.* 10. adeòque commiſſa abſolutiooe à cenſuris pro foro conſcientiæ, poteſt miniſtrari ſine abſolutione à peccatis. D. Anton. 3. *par. tit.* 24. *cap.* 27. *num.* 4. 1. Navarr. *cap.* 27. *num.* 41. Sà v. *excommunic. num.* 1. Ledeſma *part.* 1. *Summa cap.* 8. *dub.* 2. Sanchez *loc. cit. num.* 29. Hinc Epiſcopus, ejuſque Vicarius poteſt abſolvere ab occultis in foro conſcientiæ ſine abſolutione Sacramentali, quæ habentur in Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 6. Oliva *de foro Eccleſiæ par.* 1. *qu.* 1. *num.* 17.

168 Forus conſciẽtiæ à Sacramentali ſecernitur.

Quot modis, & cauſis quis ſortiatur Forum?

MUltis: Primo, ratione Domicilii. Secundo, ratione Originis. Tertio, ratione Rei ſitæ. Quarto, ratione Contractus. Quinto, ratione Succeſſionis. Sexto, ratione Privilegii. Septimo, ratione Delicti. Octavo, Prorogatione. Quæ frequenti uſu io Scholis recepta, & in Foris hic diſtinctè tradenda ſunt.

169 Multimode ſortitur quis Forum.

Forus ratione Domicilii.

§. I.

JUdex domicilii in Civilibus, & Criminalibus cognoſcit domiciliarium. *l. ſi fideicommiſſum.* 50. *§. ſed, & hæres.* 19. *§. proinde, D. de*

170 Forus ratione Domicilii

Digitized by Google

de judiciis, l. relegatorum. 7. §. interdicere, D. de interdictis, & relegatis.

171 In quo poteſt conveniri realiter, & perſonaliter.

Et in foro domicilii conveniri poteſt realiter, & perſonaliter. Abb. in *cap. fin. num. 38. de foro compet.* Et forus domicilii concurrit cum aliis foris. *l. hæres abſens. in fine, D. de judiciis.*

Abſens, & præſens.

Forus domicilii habet privilegium, ut in illo foro conveniatur abſens, & præſens, cum in aliis foris debeat eſſe præſens. *l. dies. 4. §. Prætor, D. de damno infecto, cap. cauſam. 3. de dolo, & contumacia.*

172 Forus vagabundi.

Forus vagabundi non poteſt dici ut ſit in loco domicilii, quia vagabundus caret domicilio; adeòque ubi invenitur, convenitur realiter, perſonaliter, civiliter, criminaliter. *l. 1. Cod. ubi de crimine agi oporteat. l. hæres. 19. §. proinde, D. de judiciis.* Menoch. 2. *de arbitr. centur. 6. caſu* 531. ubi ſi vagabundus delinquit, ibi remittendus eſt, ſi à Judice fori delicti petatur. Et hoc factum eſt à lege, ut homicida, fur, v.g. in illo loco luat pœnas, ubi commiſit delictum, ad exemplum aliorum.

Forus Originis.
§. II.

173 Forus Originis.

EST forus Originis, ubi quis, vel ejus pater natus eſt. *l. aſſumptio. 6. §. filius, D. ad municipalem. l. filios. 3.* ibi: *filios apud originem patris, non in materna Civitate, C. de municipibus lib. 10.* & alii id extendunt, etiam ad originem avi, reſpectu nepotis. *d. l. aſſumptio. 6. §. libertini, D. ad municipalem.* Volunt tamen nepotem eſſe conceptum ſub avi poteſtate, ſecundum Cynum, & Albericum; quod ab aliis negatur cum Barboſa, ex *l. libertus, §. in adoptiva, D. ad municipalem.*

173 In quo convenitur præſens non abſens.

In foro Originis quis conveniri poteſt, ſi ibi inveniatur, non verò ſi ſit abſens. *l. aſſumptio. 6. §. filius, D. ad municipalem.* Imò nec præſens poteſt conveniri civiliter, nec criminaliter, ſed ſolùm promoveri ad honores, ad munera, ad Ordines. Gloſſa in *d. l. aſſumptio, §. filius verò non domicilium.* Azo, Hoſtienſis, & alii; licèt quando eſt præſens, alii voluerint oppoſitum, ſcilicet poſſe conveniri civiliter, & criminaliter cum Baldo, Cravetta, & aliis.

175 Eſt inamiſſibilis.

Forus Originis eſt inamiſſibilis. *l. aſſumptio 6. D. ad municipalem. l. origine. 4. C. de municipibus, & originariis lib. 10.* ibi: *origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt.*

Forus Rei ſitæ.
§. III.

178 Forus Rei ſitæ.

RAtione Rei ſitæ quis ſortitur forum coram Judice loci, in quo res ſita eſt, licèt ibi non habeat domicilium, & originem. *l. ſed etſi, 52. §. fin. D. de judiciis: l. actor, C. ubi in rem actio.*

177 Etiam in re mobili perpetuò ibi manſura;

Idque currit etiam in re mobili, perpetuò manſura in illo loco: non verò in exiſtente ibi tranſeunter; nam exiſtens in tranſitu non dicitur ſita in loco, per quem tranſit. Abb. in *cap. fin. num. 43. de foro compet.* contra Cynum, Salicetum, & alios.

178 Actione ad exhibēdum.

Actione ad exhibendum agitur adverſus poſſeſſorem ubi res eſt, qua actione diſponetur judicium ad rei vindicationem, vel hypothecariam. *l. 2. & l. 5. D. ad exhibendum.*

In loco rei ſitæ tantùm intentatur actio realis, & mixta. *l. forma, §. illam, D. de cenſibus.* Et actio ad exhibendum dicitur etiam actio in rem ſcriptam. *l. libertus. 17. §. ſola, D. ad municipalem.* Franch. *part. 1. dec. 177. num. 1.* adeòque non intentatur actio perſonalis, quæ ſequitur perſonam, non rem. *l. fin. C. de contrah. emptione.* 179 Et actione reali, & mixta.

180 Actor non tenetur agere in foro rei ſitæ.

Actor verò non tenetur neceſſariò agere in foro rei ſitæ, cum poſſit etiam agere in foro domicilii; adeòque forus rei ſitæ eſt voluntarius ex parte Actoris, neceſſarius ex parte Rei; quia Reus non poteſt illum declinare, ſi ibi conveniatur ab Actore. Abbas in *cap. ſanè. n. 4. de foro competenti.*

Forus Contractus.
§. IV.

181 Forus Contractus eſt circa actionē perſonalem, ſi ſit præſēs.

QUis, ejuſque hæres ſortitur forum in loco initi contractus, vel quaſi contractus, quantum ad actionem perſonalem, ſi ibi reperiatur, & etiam abſens, ſi bona ibi habeat, nam tunc ibi ſe defendere tenetur. *l. hæres abſens. 19. §. 1. & §. proinde. de judiciis. cap. fin. de foro compet. l. 54. § fin. de procur.* Coler. *de proceſſu iniquo, pagina* 203. *nu.* 1. Et etiam abſens ibi poteſt conveniri, ſi promiſit ſe ibi ſiſtere, ſi juramento ſpopondit in loco contractus ſe reſponſurum. *cap. 8 & cap 9. de jur. juran.* Minſing. 2. *obſer.* 5.

182 Et abſens, ſi promiſit juramento.

Sed difficultas eſt:

An etiam ſortiatur forum in actione reali ex hypotheca expreſſè adjecta contractui?

183 Et actione reali, ſi de ipſa agatur.

ET affirma, ſi in ratione contractus agatur de ipſa actione reali. Bald. in *l. 2. num. 2. Cod. mandati.*

Nunc eſt difficultas:

An etiam pro reſciſſione contractus poſſit agi coram Judice contractus?

184 Et pro reſciſſione cōtractus.

AFfirma: *l. in contractib. 14. §. in omni, C. de non numer. pecun.* ubi exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ deſtruit vim contractus, opponitur coram Judice contractus, & contractus parit obligationem diſcutiendam coram Judice loci contractus: puta ſi ſit initus metu, dolo; ergo idem Judex de reſcindendo contractu cognoſcit de ejus validitate. *l. nihil tam naturale. 36. D. de regul. jur.* ubi res per cauſas, per quas naſcitur, reſolvitur. Et ità docent Jaſon, Alciatus, Covarr. & alii contra Bald. Barboſ. & alios.

Si verò in uno loco ſit factus contractus, in alio loco ſit deſtinata ſolutio, tunc Reus convenitur in loco deſtinatæ ſolutionis. *l. hæres abſens, §. illud, D. de judic.* nam ibi cenſetur quem contraxiſſe, ubi eſt deſtinata ſolutio. *l. contraxiſſe. 20. D. de action. & obligat.* Mantica Felin. & alii.

185 Solutione multis locis deſtinata Actor Reum cōvenit ubi vult.

Si ſolutio ſit deſtinata in multis locis alternativè, tunc Actor eligit in quo loco velit Reum convenire. *l. 2. & l. 3. D. de eo, quod certo loco.*

Tamen, ut ſit præſens.

Ut autem quis conveniatur in loco deſtinatæ ſolutionis, debet ibi inveniri; nam abſens ibi non convenitur. Decius, Ripa, & alii; quia ſolùm in foro domicilii abſens convenitur; adeòque debet eſſe præſentia perſonæ, vel ſaltem bonorum, ut ibi conveniatur. *cap. Romana, §. contrahentes. de foro competenti in 6.*

186 Niſi promiſit ibi ſe præſentare.

Sed ſi promiſit ſe præſentare in loco deſtinatæ ſolutionis; tunc etiam abſens ibi convenitur, ſecundum Covarr. *practicar. cap. 10. num. 6.* Guttier. Alciatus, Decius, & alii.

Sed

Sed quid dicendum, ſi contractus in uno loco ſit initus, in alio ſit confirmatus, ratificatus?

187 Attendendus eſt locus initi cōtractus, non confirmationis, aut ratificationis.

TUnc attenditur non locus confirmationis, ſed initi contractus, quia confirmatio, ratificatio eſt circumſtantia contractus; adeòque ſequitur naturam contractus, & retrotrahitur ex *l. ſi quis in legatione*. 8. *D. de judiciis*. Mantica 14. *de tacitis tit*. 39. *num*. 28.

De Foro Succeſſionis.
§. V.

188 Foro Succeſſionis convenitur hæres, ubi conveniendus erat defunctus.

HÆres conveniendus eſt ubi defunctus debuit, cœteris paribus. *l. hæres abſens*. 19. *D. de judic*. Eſt enim hæres una cum defuncto perſona. *l. hæredes*. 59. *D. de regul. jur*. Et jura defuncti ad hæredem tranſeunt activè, & paſſivè. *l. cum hæres*. 11. *D. de diverſ. & temporaneis*; ergo ut defunctus, ità ejus hæres eodem foro convenitur.

189 Etiamſi ſit abſens.

Idque etiam ſi hæres ſit abſens. *d. l. hæres abſens. D. de judiciis*. Ità ut ſit conveniendus hæres abſens, ubi defunctus conveniri poterat. Barboſa in *d. l. hæres abſens*, §. 1. *num*. 9.

Nunc eſt difficultas:

An hæres privilegiatus conveniatur in foro defuncti non privilegiati.

190 Hæres privilegiatus cōvenitur ubi defunctus erat conveniendus.

DIſtinguas: vel privilegium eſt proprium, vel commune favore publico, favore ſtatus, ut eſt privilegium Pupilli, Viduæ, Clerici.

Si privilegium eſt proprium, tunc convenitur ubi defunctus debuit. *d. l. hæres abſens*, ibi: *nulloque ſuo proprio privilegio excuſatur*; ubi Bart. *num*. 1.

191 Niſi ſit privilegiū favore ſtatus, ut Clerici.

Si verò privilegium ſit commune; tunc non convenitur ubi defunctus debuit, ſed coram proprio Judice. *d. l. hæres abſens*, ibi: *proprio privilegio*. Privilegium enim commune, non eſt proprium. Franch. *dec*. 367. *n*. 4. Giurba *dec*. 82. *num*. 9. Covarr. *practicarum cap*. 8. *num*. 4.

Nunc reſolvitur controverſia:

An Clericus hæres laici conveniatur in foro laici defuncti?

192 Clericus hæres non cōvenitur in Foro defūcti.

NEga: quia habet privilegium non proprium, ſed commune inſertum in corpore juris favore ſtatus Eccleſiaſtici. *cap. ſi diligenti*. 12. *de foro compet*. Ità docet Bart. in *d. l. hæres abſens*, quem ſequitur Bald. Fulgoſius, Albericus, Caravita *ritu* 254. *n*. 5. Surd. *deciſ*. 100. *n*. 8. contra Vaſquium *lib*. 3. *de ſucceſſione*, §. 22. *n*. 70.

Nunc eſt difficultas:

An lite incepta à defuncto coram Judice laico, ejus hæres ibidem ſit conveniendus?

193 Incepta lite à defuncto Clericus hæres convenitur in Foro defuncti.

DIſtinguas: vel inſtantia eſt perempta, vel non eſt perempta.

Si inſtantia non eſt perempta, ibidem conveniri debet. Cortiada *tom*. 1. *dec*. 36. *num*. 57. ajens *num*. 60. pro executione ſententiæ adeundum eſſe Judicem Eccleſiaſticum. Ratio eſt, quia in hoc non invenitur jure Canonico privilegiatus; adeòque intrat regula: ubi ceptum eſt judicium, ibi finiendum. *l. ubi ceptum*. 30. *D. de judiciis*. Secundo, quia quaſi contractus conteſtationis litis ad hæredem defuncti tranſit. *l*. 3. §. *idem ſcribit*, *D. de peculio*. Et inſtantia incepta cum defuncto ad hæredem tranſit. *l. ſi conſtante*, §. *fin*. *D. ſoluto matrimonio*. Et ità docent communiter quamvis non deſint oppoſitum probabiliter ſentientes cum Abbate, Gramm. & aliis.

Si verò inſtantia ſit perempta, tunc Clericus poteſt declinare forum, quia eſt ità, ac ſi lis non eſſet incepta. Surd. *dec*. 110. Vincentius Anna *ſing*. 129. 194

194 Niſi inſtantia ſit perēpta.

De Foro Privilegii.
§. VI.

SUnt aliquæ perſonæ potentes ex privilegio eligere, & variare forum ex *l. un. C. quando Imperator inter Pupillum, & Viduam*, de quibus alibi (1) fuſiùs tamen hìc aliqua. Et primo: 195

195 Perſonæ privilegiatæ poſſunt eligere, & variare Forum.

De Foro Clerici.
§. VII.

CLericus habet privilegium Fori. *cap. decernimus*. 2. *cap*. 4. *cap*. 10. *de judiciis*. *cap. ſi diligenti*. 12. *de foro compet*. Idque in civilibus, & criminalibus, ut nequeat conveniri coram Judice laico, nec huic privilegio renunciare, etiam cum juramento. *d. cap. ſi diligenti*; quæ exemtio ei Jure debetur. *cap. quamquam. de cenſibus in* 6. Concilium Lateranenſe *ſeſſ*. 9. ubi Leo X. in Bulla incipiente *Superna*. Quo privilegio utuntur etiam Religioſi. *Can. quam ſit*. 18. *qu*. 2. Trid. *ſeſſ*. 24. *cap*. 11. *de reformat*. 196

196 Forus Clerici.

Caſus in quibus Judex laicus cognoſcit Clericum delinquentem.

PLuribus in caſibus Judex laicus cognoſcit Clericum delinquentem. Et primo: 197

197 Quando Judex laicus cognoſcat Clericum.

An Judex laicus cognoſcat Clericum aſſaſſinum?

AFfirma: delicto plenè probato, licèt effectu non ſequuto. Maſtrilius *deciſ*. 288. *num*. 1. Novar. in *Summa Bullarii tit. de aſſaſſinio num*. 3. *&* 11. Farinacius *de Inquiſitione qu*. 8. *num*. 85. Graſſus *effectu Clericatus* 1. *n*. 68. *&* 717. Riccius *par*. 2. *praxis reſol*. 36. de Marinis *tom*. 1. *cap*. 51. Megala *tom*. 1. v. *aſſaſſinus n*. 3. Ambroſin. *de immunit. Eccleſiæ cap*. 7. & *cap*. 27. *num*. 10. Thorus *tom*. 3. *compendii par*. 1. v. *aſſaſſinus*. Italia *de immunit. Eccleſiæ lib*. 1. *cap*. 3. §. 5. *num*. 152. 198

198 Clericus aſſaſſinus cognoſcitur à laico Judice.

Difficultas eſt, an requiratur, & à quo declarandum ſit crimen aſſaſſinii, ut laicus contra Eccleſiaſticum aſſaſſinum procedat. 199

199 A quo declarandum crimen aſſaſſinii.

Jure Canonico declarationem hujus criminis competere Judici Eccleſiaſtico. Duardus in *Bulla Cœnæ lib*. 2. *cap*. 15. *qu*. 11. *num*. 63. Caracciolus *tract. de foro privilegii qu*. 1. *num*. 96. Maſtrillus *deciſ*. 288. *num*. 28. contra Giurbam *conſil*. 49. *num*. 28. Maceratenſem *lib*. 3. *variarum reſol*. 2. *num*. 2. Brunum *tom*. 2. *conſ*. 115. *num*. 14. Martham *part*. 2. *de juriſdictione cap*. 34. *num*. 9. Taſſonum *de anteſato verbo* 12. *obſervat*. 1. *n*. 25. Thorum *tom*. 1. *compendii*, v. *Judex ſæcularis*. 200

200 Jore cōmuni à Judice Eccleſiaſtico.

Capi-

(1) In ſpeciali Opuſculo *de Electione, & Variatione Fori* uberius explicabitur. Quod Deo auxiliante cum aliis Opuſculis ſeorſim dabimus.

Digitized by Google

201 *Contra plures.* Capiblancum *tom. 1. de Baronibus Pragmat.* 8. *par.* 3. *num.* 47. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 51. *num.* 1. & *cap.* 57. *num.* 5. referentem numquam ſe vidiſſe in Regno practicatum præcedere declarationem Ordinarii. Merlinus *tom.* 1. *Forenſium cap.* 40. *num.* 1. Sicque cauſam per laicum deciſam ait Sanfelicius *deciſ.* 39. *num.* 3. referens plures caſus, maximè Carmelitam Monachum aſſaſſinum per Judicem laicum terminatum. Thorum *tom.* 3. *compendii par.* 2. v. *aſſaſſinus Sacerdos*, referentem Monachum aſſaſſinum degradatum per Nuncium Apoſtolicum, & Curiæ ſæculari traditum. Ambroſinum *de immunitate Eccleſiæ cap.* 7. *num.* 5. Squillantem *de privilegiis Clericorum num.* 112.

202 *Probatur ex Clemente VIII.* Patet ex Conſtitutione Clementis VIII. 18. *Decembris* 1595. quæ eſt 37. juxtà ordinem, incipiens: *A quo*, ibi: *hac noſtra perpetuis, futuris temporibus valitura Conſtitutione decernimus, declarationem criminis aſſaſſinii ad Judicem Eccleſiaſticum omnino pertinere.*

203 *Objicitur textus in cap. 1. de hom. in 6.* Dices ex *cap.* 1. *de homicidio in* 6. A Papa eſt conceſſum Judici laico cognoſcere Clericum aſſaſſinum; ergo ab iſto Judice laico probanda eſt qualitas aſſaſſinii.

204 *Dilucidatur textus.* Reſpondetur, Judicem laicum ibi ex *d. cap.* cognoſcere de Eccleſiaſtico aſſaſſino, ſed conſtito de aſſaſſinio per Judicem Eccleſiaſticum, quo non conſtito, laicus eſt incompetens, & ſic antequam laicus ſe immiſceat, Eccleſiaſticus debet declarare aſſaſſinium, quo declarato Judex laicus fit competens, aliàs fieret competens ſola imputatione aſſaſſinii, quod eſt abſurdum; ergo non ante fit competens, quàm probato aſſaſſinio. Maſtrillus *deciſ.* 288. *n.* 8. Cancerius *tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 153. Tappia *Conſtit. de perſonis n.* 19. ergo aſſaſſinium probandum eſt à Judice Eccleſiaſtico, qui eſt competens contra Clericum; nam ſola accuſatio, inquiſitio, aut denunciatio non reddit Judicem competentem. Capycius *deciſ.* 112. *num.* 7. Merlin. *tom.* 1. *cap.* 51.

205 *Quidquid ſit in Regno, vide JC. ejus* Quid autem in Regno ſit, videas ſuos Juriſconſultos probatos.

An Clericus non mandans non mandatarius, ſed mediator in cauſa aſſaſſinii cognoſcatur à Judice laico?

206 *Clericus tantùm mediator in cauſa aſſaſſinii nõ cognoſcitur à laico.* NEga: Danza *tom.* 2. *tit. de aſſaſſinio cap.* 2. *num.* 3. de Marinis *cap.* 171. *num.* 5. Navar. *par.* 2. *de aſſaſſinio num.* 2. Scialoja *de foro judicatis cap.* 3. *num.* 98.

207 *Clericus eximitur à Curia laica Jure cõmuni* Ratio eſt, quia Clericus jure communi eximitur à Curia ſeculari. *c. ſi diligenti.* 12. *de foro competenti*; ergo tantùm debet ſubmitti ſeculari in caſu jure Canonico expreſſo; ſed tantùm caſus eſt expreſſus de aſſaſſinio. *d. cap.* 1. *de homicidio in* 6. ergo non comprehenditur mediator.

An requiratur degradatio, ut Eccleſiaſticus aſſaſſinus puniatur à laico?

208 *Requiritur Degradatio, ut Clericus à Laico puniatur.* AFfirma: ſi ſit in Sacris. Sanfelice *deciſ.* 139. quidquid neget Maſtrillus *deciſ.* 288. *n.* 19. de Marin. *cap.* 57. *n.* 5. Troyſius *ritu* 235. *n.* 12. Squiliante *de privilegiis Clericorum cap.* 7. *n.* 12. Craſſus *effectu* 1. *num.* 671. quos reciperem in Eccleſiaſticis non ordinatis.

Quæres an in crimine falſæ monetæ Eccleſiaſticus puniri valeat à Judice laico?

NEga: niſi priùs ab Ordinario Reus ſit condemnatus, & degradatus. Conſtitutione Urbani VIII. quæ incipit: *In ſuprema Paſtorali*; de Marinis *tom.* 1. *cap.* 59. *num.* 4. Francus *deciſ.* 691. *num.* 7. 209 *In crimine falſæ monetæ non punitur Clericus à Laico.*

Clericus delinquens cum laico.

REmittitur ad Judicem Eccleſiaſticum, nec puniri valet à Judice laico, quia magis dignus trahit, non trahitur à conſocio laico. Burgoſius *de modo procedendi quæſt.* 63. *num.* 5. Octavius Caraccinius *tract. de foro privilegii quæſt.* 23. *num.* 18. Francus *deciſ.* 427. *num.* 4. de Marinis *cap.* 207. *num.* 14. 210 *Delinquens cum Laico.*

An in cauſa reconventionis Clericus cognoſcatur à Judice laico?

AFfirma: in judicio ordinario, vel ſummario. *can.* 1. *§. cunus in agendo.* 3. *qu.* 8. *cap.* 1. *cap.* 2. *de mutuis petitionibus. l. cum Papinianus.* 14. *C. de ſententiis, & interlocutionib.* Lupus *allegat.* 18. Afflictus *deciſ.* 173. *num.* 4. & *dec.* 183. *num.* 1. ubi Urſillus *num.* 4. & 5. Soccinus in *cap.* 1. *num.* 24. *de mutuis petitionibus.* Duendas *regula* 102. Francus *deciſ.* 193. *nu.* 3. & *dec.* 349. & 376. Vivius *deciſ.* 49. *num.* 4. Cavalcanus *deciſ.* 19. *num.* 69. *lib.* 3. Caravita *ritu* 67. *num.* 6. ubi Petra *num.* 12. & 13. Boerius *deciſ.* 14. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 7. *num.* 61. Pignatellus *tom.* 3. *conſultat.* 27. *num.* 4. referens treſdecim limitationes, & præcipuè: 211 *Cauſa recõvẽtionis cognoſcitur.*

Primo, nè reconventio fiat in criminalibus. Secundo, nè reconveniatur nomine alieno. Tertio, nè reconveniatur in cauſa appellationis. Quarto, nè reconveniatur coram Arbitro. Quinto, nè Clerico agente pro reſtitutione depoſiti, detur reconventio. Sexto, nè reconveniens ſit excommunicatus, &c. ſententia tamen lata in cauſa reconventionis contrà Clericum exequutioni demandatur per Judicem Eccleſiaſticum, etiam in bonis, viſo proceſſu, & ſententia Judicis laici. Vivius *lib.* 1. *deciſ.* 49. *num.* 6. Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 173. de Marinis *cap.* 53. *num.* 15. Butrius in *cap. poſtulaſti. de foro competenti*, contrà Salgadum *de protectione Regia tom.* 2. *par.* 4. *num.* 96. volentem exequi per Judicem laicum. 212 *Limitationes.*

Clericus incedens ſine habitu, & tonſura: an cognoſcatur à Judice laico?

AFfirma: Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Requiritur, ut continuò incedat ſine habitu, & tonſura publicè, itàut communiter credatur laicus. *cap. ex parte.* 27. *il* 3. *de privileg.* ubi Gloſſa v. *in delicto.* Farinac. *de inquiſitione qu.* 8. Grammaticus in *Conſtitut. Regni: de perſonis*, ubi Tappia *num.* 14. Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 24. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 50. *num.* 4. 213 *Incedens cũ habitu, & tonſura.*

Hinc deducitur:

An ſolitus deferre habitum, & tonſuram, deprehenſus ſine habitu, & tonſura, gaudeat immunitate?

AFfirma: Sacra Congregatio *anno* 1586. Baldus in *l. ſi qua. num.* 2. *C. de Epiſcopali audientia*; 214 *Solitus deferre habitum, & tonſuram.*

Digitized by Google

tia; Nam inſpicitur ſolitum; de Marinis *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. dicens ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendum deponentem falſum coram Iudice laico; idque fortiùs, ſi illicò poſt delictum reaſſumat habitum. *cap. ſi Judex. de ſententia excommunicationis in* 6.

An reaſſumens habitum dimiſſum à tempore diuturno, gaudeat privilegio fori, & aliis Clericalibus?

215 Clericus reaſſumẽs habitũ gaudet Foru.

AFfirma: gaudere omnibus privilegiis, ità ac ſi numquam habitum dimiſiſſet, etiam ſi propria auctoritate habitum reaſſumat, Martha *par.* 2. *de juriſdictione cap.* 32. *num.* 39. & *par.* 4. *centuria* 1. *caſu* 33. *num.* 5. Novarius in *Summa Bullarum tom.* 2. *tit. de habitu Clericali num.* 5. Sanſelice *deciſ.* 13. *num.* 12. Gloſſa in *Clem.* 1. *v. quandiù. de vita, & honeſtate Clericorum*. Zerola in *praxi Epiſcopali, v. Clericus, §.* 13. Genuenſis *cap.* 9. *num.* 5. Pignatellus *tom.* 3. *conſultat.* 7. *num.* 62.

216 Motiva.

Patet primo, quia revera eſt Clericus; & ſic ſubditus Ordinario ſuo.

Secundo, quia in iſto caſu non invenitur privatus privilegio à Trident.

Tertio, ex declaratione Sacræ Congregationis in una *Neapolitana* 11. *Aprilis* 1620. & pluries apud Pignatellum *loc. cit.* excipientem judicium jam cęptum coram laico, in quo tantùm contrà perſonam Clerici nihil exercere poteſt. Etiamſi in fraudem reaſſumat habitum dimiſſum. Sacra Congregatio in una *Caſtellana* 18. *Februarii* 1631. apud Pignatellum *loc. cit.*

217 Monitiones an præcedere debeat ex Bulla Gregorii XV.

An autem in reaſſumptione habitus pręcedere debeant iterùm monitiones inter Miſſarum ſolemnia, eo modo, quo fiunt, quando primitùs ordinatur.

Affirmat Danza *de reaſſumptione habitus n.* 8. ex Bulla Gregorii XV. *anno* 1621. ſed hæc non cohærent traditis, ſcilicet propria auctoritate

218 Non requiri.

poſſe reaſſumere habitum, ideòque Bulla alitèr uſu recepta fuit, vel de illa legitimè non conſtitit, fortè qua promulgata non fuit.

An non deferens habitum, & tonſuram diuturno tempore, adhuc puniri valeat ab Epiſcopo?

219 Nõ deferens habitum, & tõſuram per longum tẽpus, an puniri poſſit ab Epiſcopo.

AFfirma: nam adhuc eſt Clericus, & ſic tunc valet conveniri corã Judice Eccleſiaſtico, & laico: Eccleſiaſtico, quia remanet Clericus, & ſubditus; in foro laico permiſſivè, ut ipſe Clericus nequeat tunc uti exemtione, quod non debebat præjudicare juriſdictioni Ordinarii, nam eſt pęna Clerici carere privilegio fori, non verò eſt diminutio juriſdictionis Eccleſiaſticæ Ordinarii. Sacra Congregatio in una *Nuſcana* 22. *Julii* 1628. & aliàs pluries apud Pignatellum *tom.* 3. *conſult.* 7. *num.* 46. poſt Bonacinam *de legibus diſp.* 10. *qu.* 2. *puncto* 4. §. 4. & 19.

Quanto tempore debeat ſine habitu incediſſe, ut cenſeatur dimiſſus habitus Clericalis, nec Foro gaudere?

220 Tempus ad cognoſcendũ jam Clericum dimiſiſſe habitũ.

DEbet tanto tempore ſine habitu incediſſe, ut præſumatur animus dimittendi habitum, quæ præſumptio naſcitur, quando communiter exiſtimatur laicus. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 2. *aſſertione* 2. Bonacina *de legibus diſp.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 1. §. 4. *num.* 14. ajens ità declaraſſe Sacram Congregationem. Octavius Caracciolus *quæſt.* 13. *num.* 2. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 7. *num.* 13. Pignatellus *tom.* 3. *conſult.* 7. *num.* 35. referens declarationem Sacræ Congregationis, dicens *num.* 36. non præſumi deſerere habitum, ſemel, vel bis deſerens, nec præſumi deferre habitum, ſemel, vel bis deferens, & *conſult.* 20. *num.* 27. refert plures declarationes Sacrę Congregationis, ubi *num.* 39. ait ex declaratione Sacræ Congregationis reaſſumentem habitum in fraudem, gaudere foro, quoad perſonam, & *num.* 40. ait, poſſe habitum reaſſumere Epiſcopo invito, ut foro gaudeat, ſed quantum debeat eſſe temporis interſtitium, ut communiter præſumatur habitum dereliquiſſe.

221 Pendet ex communi hominum conceptu.

Id pendet ex communi conceptu hominum, ubi converſatur: te tamen jejunum nolo, & ſic jubeo deguſtare aliorum placita.

222 Per ſex menſes.

Primo, per ſex menſes non deferendo habitum præſumi noluiſſe ampliùs deferre, & ſic communiter cenſeri ut laicus, ait Ciarlinus *controverſ.* 20. *cap.* 20.

223 Per octo menſes.

Secundo, requiri, ut per octo menſes non deferat habitum, ait Novarius *tom.* 1. *Summæ Bullarum tit. de habitu Clericali num.* 8. Barboſa *ad Trident. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. *num.* 32. ex declaratione Sacræ Congregationis. Lezzana *Regularium tom.* 3. *v. Clericus num.* 25. Guazzinus filius *lib.* 2. *de Judice defenſa* 7. *cap. fin. num.* 2.

224 Per annum.

Tertio, annum requirunt Bobadilla *tom.* 1. *Politicorum lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 15. in Hiſpania, & Sanſelice *deciſ.* 19. in Regno.

225 Alii per biennium.

Quarto, biennium exigit Barboſa *ad Trid. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. *v. alii.*

226 Alii per ſexennium.

Quinto, ſex annos exigit in Regno, ut cenſeatur laicus incedens ſine habitu, & tonſura. Boerius *conſ. crimin.* 5. *num.* 1. Imò per octo annos, ſi reaſſumat habitum, antequam ob delictum citetur, firmat Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom.* 1. *conſult.* 437.

227 Si poſt dimiſſum habitum delinquat.

Sed quid dicendum, ſi dimiſſo habitu, & tonſura quis delinquat, & citatus à Judice ſeculari habitum reaſſumat, & Eccleſiæ inſerviat.

Adhuc gaudere foro ait Sacra Congregatio apud Gallemartum *ad Trid. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6.

An lis de habitu, & tonſura ſitnè Clericalis, terminetur à Judice laico?

228 A Judice Eccleſiaſtico lis de habitu terminanda.

JUra terminanda eſt à Judice Eccleſiaſtico. Butrius in *cap. ex parte. in fine. de privilegiis.* Farinacius *de inquiſit. qu.* 8. *n.* 37. Pignatellus *tom.* 3. *conſult.* 20. *n.* 15. & 23. Geminianus in *cap.* 1. *de Clericis conjugatis in* 6. Turretta *vol.* 2. *conſ.* 15. Cavalcanus *deciſ.* 10. *num.* 12. & 17. Pignatellus *tom.* 2. *conſult.* 44. *num.* 11. Felinus in *cap. Paſtoralis. num.* 4. *de reſcriptis.*

229 Cauſę Eccleſiaſticæ ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectant.

Probatur, quia cauſæ Eccleſiaſticæ ſpectant ad Judicem Eccleſiaſticum, ſed an habitus, & tonſura ſit Eccleſiaſtica, eſt cauſa Eccleſiaſtica. *cap. ſi Judex laicus*, ubi Gloſſa *v. fuerit. de ſententia excommunicat. in* 6. nam debet decidi ſecundum Canones. *cap. fin. de vita, & honeſt. Clericorum*, & dato, & non conceſſo, quod eſſet dubium, adhuc Eccleſiaſticus Judex præferendus,

230 Etiam in dubio præferendus.

quia dignior. Lancellottus *de attentatis par.* 2. *in præfatione*. Pignatellus *tom.* 2. *conſultat.* 44. *num.* 11. & deteſtandum contrarium uſum ait Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom.* 3.

C con-

conſult.20. *num*.15.*&* 24. referens piories deciſum in Sacra Congregatione.

231 Magna Curia Vicariæ ſervat oppoſitum.

Attamen in Magna Curia ſervatur oppoſitom ex Ritu. Clarus *§.fin.quæſt*.36. v.*dixi*: licèt taiem Ritum, quia contra Textum io *d. cap. ſi Judex.de ſententia excommunic.in* 6. revocatum in inveſtitora conceſſa à Iulio II. velit Pignatelius *loc. cit.* Iſernia in *Conſtitut. de perſonis*. Grammaticus *deciſ*.71. *num*. 17. Sed vos, quod ref̄m eſt, tenete. Nam litem iſtam decidere alterius poteſtatis eſt.

An, ut gaudeat Foro, debeat incedere in habitu, & tonſura, ut dictum eſt, & inſervire Eccleſiæ?

232 Debet quoq; inſervire Eccleſiæ, ut gaudeat privilegiis.

AFfirma: debere inſervire moraiiter continuò Eccleſiæ, niſi ſit ſtudens.

233 Non ſufficit bis, vel ſemel inſervire, ſed frequentius.

Patet ex Trid.*ſeſſ*.23.*c*.6. *de reform*.Ità ut noo ſofficiat ſemel, vel bis inſervire, ſed debet freqoeotiùs, nam verbum, *inſerviat*, expreſſum à Trident. indicat frequentiam, & perſeverantiam ſervitii. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num*. 1177. ità ot iicèt ſufficiat interpoiatè inſervire Eccleſiæ. Ciarlinus *forenſium cap*. 20. *num*.63. vel pro majori parte temporis.Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num*. 1188. Caracciolus *tract. de foro privilegii quæſt*. 13. *num*. 6. non tamen ſufficit ſemel inſervire. Sanfelicius *deciſ*.13. *num*.8. *&* *deciſ*. 297.

De Clerico Beneficiato: An, & quid requiratur, ut gaudeat Foro?

§. VIII.

234 Clericus beneficiatus.

EXpoſuimos immonitatem Clerici incedentis cum habitu, & toosura: Orationi occurrit Beoeficiatus,de qoo plora, & primo:

An Clericus beneficiatus incedens ſine habitu, & tonſura gaudeat immunitate Fori?

235 Incedens ſine habitu,& tonſura immunitate gaudet.

AFfirma: Trident.*ſeſſ*.23.*cap*.6.*de reformat*. Clarus in *§.fin.qu*.26. *num*.15. Rodriquez *tom*.1.*Summa cap*. 155. *concluſ*.2. Gottierez 1. *practicarum cap*. 7. Farinacius *de inquiſitione quæſt*. 8. *num*. 5. Bobadilla *tom*. 1. *Politicorum lib*.2.*cap*.18. §.1.*num*.22. de Ponte *lib*.1.*cap*.24. Maceratenſis 3.*variarum reſol*.48. Riccios *par*. 3.*praxis reſol*.3.*tom*.1.*cap*.56.*num*.1. citans decem,& octo Doctores.

Nec officit Bolla Siſti V. incipiens: *Cum Sacroſancta*.18. *Januarii* 1589. ubi incedens ſine habitu, & tonſura ipſo jure eſt privatus beneficiis,& ſic denegandam remiſſionem, ot de facto denegatam teſtatur Saofelicius *deciſ*. 220. Tappia *lib*.1. *Juris Regni ritu* 235. nam talis Bulla fuit revocata à Clemente VIII. teſte de Craſſis *effectu* 1. *Clericatus num*. 1155. & ſic remiſſum Beneficiatum deprehenſum ſioe habitu, & tonſura refert de Marinis *tom*.1.*cap*.56. *nu*.6. *&* 5. Capycius Latro *deciſ*. 70. Genuenſis in *praxi cap*.7. *num*. 8. de Curte *Diverſorie Juris feudalis cap*.1. *num*.5.

An Beneficiatus impubes Reus ſine habitu,& tonſura gaudeat Foro?

236 Beneficiatus impubes.

AFfirma: de Ponte *tom*.1.*conſil*.24. nam revera eſt Beneficiatus, habetque omoia requiſita à Trid.*ſeſſ*.23.*cap*.6.*de reformat*.

An habens beneficium tenue, vel carens fructibus, gaudeat Foro?

AFfirma: Pariſios *de reſignat. beneficiorum lib*.7. *quæſt* 4.*num*.47. Pigoatellus *tom*.3. *conſult*.5.*num*.8. dans undecim Doctores. 237 Habens beneficium tenue, vel carens fructibus gaudet.

Patet, quia hic revera eſt Beneficiatus, & ſic habet requiſita Tridentini.

Secundo, patet ex declaratione Sacræ Congregationis 18.*Martii* 1628. apud Pignatellom *loc.cit.* ajentem ſufficere tenue beneficium.

An habens titulum Beneficii ante poſſeſſionem, & ſic ſine poſſeſſione, gaudeat Foro?

AFfirma: Gigas *de penſionibus cap*. 44. *n*.15. Pigoatellus *loc. cit.* dans quindecim Doctores. Pariſius *loc. cit.* Feolaga *Enchyridion Juris controverſi cap*.12. dans octo Doctores. Maſcardus *volum*.1. *de probationib. concl*.302.*n*.16. *&* 17. contra Lopez *par*.1. *cap*.286. Clarom §. *fin.quæſt*.36.*num*.21.Craſſum *effectu* 1.*Clericatus nu*.1187.Maſtrillum *deciſ*.113.Thuſcum *tom*.1. *litera B.concl*.78.*num*.8. Vaiaſcom *tom*.1. *allegat*.10.*num*.10. 238 Titulus beneficii abſq; poſſeſſione. 239 Gaudet immunitate.

Patet, quia Trident. oil aiiud exigit, qoàm beneficium: Sed habens titulum habet beneficium; ergo, &c. Ex Trident.

Secundo, patet ex *cap. ſi tibi*.17.*de præbendis in* 6. ubi Beneficiatus eſt, qui collationem beneficii obtinuit, ot eſt Epiſcopus, etiam ante adeptam poſſeſſiooem beneficii: neqoit enim tale beoeficium alteri conferri, tanquam vacans. *cap. conquærente. de reſtitut. ſpoliatorum*. Ex cap.ſi tibi.

Patet etiam ex declaratione Sacræ Congregationis 2.*Aprilis* 1621. apud Pignatellum *tom*.3. *conſult*. 7. *num*. 10. daotem quiodecim Doctores, aſſereotes gauders foro beoeficiatum ſine poſſeſſiooe. Ex declarat. S.C.

An habens Capellaniam, gaudeat Foro ad inſtar Beneficiati?

DIſtinguas: vel Capellania eſt perpetua,vel temporalis, amovibilis ad nutum. 240 Quid de Capellania.

Si perpetua, affirma. Salzedos ad Diaz *cap*.2. *num*.12. Cutellus *de immunitate lib*.2.*quæſt*.32. nam tunc eſt veluti beoeficium, & ſic in favorabilibus venit nomine Beneficii,& conſequenter habens Fratarniam gaudet foro. 241 Affirma: ſi perpetua.

Si temporalis, nega. Diana *par*.1. *tract*.2. *reſol*. 31. Pignatellus *tom*. 3. *conſult*. 7. *num*. 15. nam nec umbram beneficii habet. 242 Si temporalis, & amovibilis nega.

An habens Commendam perpetuam Foro gaudeat?

AFfirma: quia ob perpetoitatem habet veſtigiom beneficii. Riccios *part*. 3. *praxis reſol*.311. Craſſos *effectu* 1.*Clericatus n*.1236. 243 Commenda perpetua Foro gaudet.

An habens expectativam beneficii gaudeat Foro?

NEga: nam hic non habet, ſed habebit beneficium; ergo non habet, ſed habebit requiſita à Trid.*ſeſſ*.23.*cap*.6.*de reform*. Craſſus *effectu* 1.*num*.1128.Pignatellos *tom*.3.*conſult*.2. *num*. 13. 244 Non ſic de expectativa.

Sed qoid dicendom, ſi Beneficiatus ſit irregolaris. Vide Francum *deciſ*. 189. Diana *par*.4. *tract*.1.*reſol*.26. 245 Beneficiatus irregularis remiſſive.

Et

Et quid dicendum de Hoſpitalibus, non Militarium, nec Religionum.

246 Obtinentes Hoſpitalia non Militarium, nec Religionum non gaudēt Foro.

Dicas non gaudere Foro illa obtinens, quia non conferuntur in titulum beneficii. *Clem. quia contigit, §. ut autem. de Religioſis domibus.*

An Clericus habens ſolam penſionem Eccleſiaſticam, gaudeat Foro?

247 Habens penſionem Foro gaudet.

AFfirma: ſi penſio eſt perpetua. Martha *par. 2. de juriſdict. cap. 32. num. 45.* referens multoties deciſum Neapoli. Pignatellus *tom. 2. conſult. 7. num. 24.* referens pluries ità declaraſſe Sacram Congregationem, contra Genuenſem in *praxi cap. 28. num. 7.* Ratio eſt, quia ob perpetuitatem habet umbram beneficii, imò cum ſit ex fructibus beneficii, eſt beneficio acceſſoria, ejuſque ſequitur naturam. *cap. acceſſorium. de regulis juris in 6.*

Ratio.

Clericus ſelvaticus quid ſit, & quibus privilegiis gaudeat?

§. IX.

248 Clericus ſelvaticus quid ſit.

249 Caret omni ordine, & incedit in habitu.

CLericus, ſivè Diaconus ſelvaticus eſt carens omni Ordine, incedens in habitu, & tonſura, deſtinatus ad ſervitium alicujus Eccleſiæ. Gregorius XV. in ſua Bulla 30. *Julii* 1623. Novarius in *Summa Bullarii*, *tit. de Diaconis ſelvaticis num. 2.* Pignatellus *tom. 2. conſult. 64. num. 2.* Patet ex *Pragm. 1. Regni de Clericis, ſivè Diaconis ſelvaticis*, ubi Novarius *num. 4.* Riccius *pars. 4. praxis*, *Rubrica de Clericis ſelvaticis reſol. 223. ad 231.*

250 Quatuor pro Cathedrali.

Duo pro Collegiatis, & Parochiis.

Pro aliis Eccleſiis unus.

Numerus iſtorum, limitando Epiſcopi arbitrium, taxatus fuit à Gregorio XV. in Bulla citata, cujus verba refert Pignatellus *loc. cit.* & eſt, ut quatuor pro Cathedrali, duo pro Collegiatis, & Parochiis, pro aliis Eccleſiis, unus deputetur, non criminoſus. Squillante *de privilegiis Clericorum cap. 7. num. 4.*

251 Non gaudet privilegio Canonis.

Clericus ſelvaticus non gaudet privilegio Canonis: *Si quis ſuadente Diabolo*, dicta Conſtitutione Gregorii XV. Novar. *collect. 1. ad Pragmat. Regni, Rubr. de Clericis, & Diaconis ſelvaticis.* Riccius *loc. cit.* Pignatellus *loc. cit.*

252 Gaudet aliis privilegiis.

Cœterum gaudent omnibus aliis privilegiis, in quorum quaſi poſſeſſione ex conſuetudine reperiuntur. Gregorius XV. *loc. cit. in fine.* Pignatellus *loc. cit. num. 3.* referens *num. 4.* plures declarationes Sacræ Congregationis, eximentes Selvaticum à Collectis, donativis, & contributionibus. Sacra Congregatio in una *Beneventana* 27. *Februarii* 1646. in una *Policaſtrenſi* 9. *Octobris* 1629. in una alia 4. *Julii* 1645. itàut nec teneatur hoſpitare Milites, nec ſolvere onera Fiſcalia, ubi ità eſt conſuetudine receptum. Sacra Congr. apud Pignatellum *loc. cit. n. 13. & ſeq.* Fagnanus *in c. nullus. de foro compet. n. 19.*

253 Gaudet privilegio Fori.

254 Dummodò non ſit criminoſus.

255 Nec malæ famæ.

Gaudent privilegio Fori in civilibus, & criminalibus quoad corporis diſtrictionem, & ſunt immunes ab omnibus oneribus perſonalibus durante ſervitio, dummodò non ſint criminoſi, nec malæ famæ. Gregorius XV. *loc. cit.* Novarius *collat. 1. ad Pragmat. 4. Rubr. de Clericis ſelvaticis n. 4.* Riccius *loc. cit.* Pignatellus *loc. cit.*

256 Clericus Cōjugatus.

Clericus Conjugatus.

§. X.

257 Gaudet Foro

EST, qui duxit in legitimum matrimonium Virginem. *cap. 1. de Cleric. Conjugatis in 6.*

An habeat privilegium Fori?

AFfirma: *dicto cap. 1.* Trident. *ſeſſ. 23. cap. 6 de reformatione.* 258 Requiſita.

An, & quid requiratur, ut gaudeat privilegio Fori?

TRia ſimul, ut deferat habitum Clericalem, tonſuram, & deſerviat Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi frequenter, ut de non conjugatis dictum eſt. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. in fine.* de Craſſis *effectu 1. Clericatus num. 1. & 81.*

259 Ut deferat habitum, & tonſuram, & deſerviat Eccleſiæ.

Quid debeat probare Conjugatus Clericus, ut gaudeat privilegio Fori?

DEbet probare ſe geſtaſſe habitum, & tonſuram Clericalem, inſerviſſe Eccleſiæ frequenter, & duxiſſe Virginem. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. in fine.* de Craſſis *effectu 1. Clericatus num. 89.* Farinacius *part. 1. praxis criminalis quaſt. 8. de inquiſitione num. 6.* Scaccia *lib. 1. de judiciis cap. 11. num. 16.* Ciarlinus *controverſ. cap. 53. num. 11.*

260 Quomodo probatur.

Et debet probare moraliter frequens ſervitium præſtaſſe Eccleſiæ; nam ſervire, de quo in Trident. eſt verbum frequentativum, & ſic aſſiduum ſervitium exigit. Sanfelice *decif. 13. num. 8.* Ciarlinus *1. Forenſium cap. 53. num. 11.* Novarius in *Pragm. 4. num. 3. de Clericis.* Imò debere etiam matrimonium contraxiſſe cum habitu Clericali, non Laicali, ut docet de Marinis *cap. 54. num. 5. in fine.*

261 Frequens ſervitium Eccleſiæ.

262 Matrimoniū contraxiſſe cum habitu Clericali.

Quo privilegio gaudet Clericus Conjugatus?

CLericus Conjugatus habens requiſita à Trident. gaudet: Primo, Foro, & Canone. Trident. *loc. cit. cap. 1. de Clericis Conjugatis in 6.* Sacra Congregatio in una *Bovinenſi* 19. *Decembris* 1625. Et Neapoli eſt *Pragm. 1. de Clericis*, & in *Cap. Regni* Regis Roberti incipit: *Non exigit. num. 7.* Squillante *de privilegiis Clericorum cap. 6. num. 16.* Ambroſinus *de immunitate Eccleſiæ cap. 22. num. 9.*

263 Privilegia Clerici Conjugati.

Fori, & Canonis.

264 Conſtit. Regis Roberti

Secundò, non tenetur ad onera perſonalia. Sacra Congregatio in una *Nuſcana* 29. *Aprilis* 1649.

265 Non tenetur ad onera perſonalia.

Tertio, gaudet franchitiis, nec tenetur ad onera Fiſcalia, ubi adeſt talis legitima conſuetudo. Sacra Congregatio in una *Theatina* 20. *Aprilis* 1649.

266 Gaudet frāchitiis.

Sed tenetur ad gabellas, collectas, & alia onera Univerſitatis de jure. Patet ex *cap. 1. de Clericis Conjugatis in 6.* ubi tantùm Conjugatus gaudet Foro, & Canone. Squillante *de privilegiis Clericorum cap. 6. num. 26. in fine.* Sanfelice *volum. 1. decif. 14. num. 2.*

267 Tenetur ad alia.

Quarto, eximitur ab officiis laicis Communitatis. Sacra Congregatio 26. *Augusti* 1636.

268 Eximitur ab officiis laicis.

Quintò, ſunt exemti ab officio Erariatus. Sacra Congregatio in una *Avellinenſi* 12. *Januarii* 1649. licèt valeat intervenire in conſiliis publicis Communitatis, itàut nec poſſit id prohiberi ab Ordinario. Sacra Congregatio in una *Avellinenſi* 3. *Decembris* 1624.

269 Ab officio Erariatus.

Nunc difficultas eſt:

An gaudeant Foro in civilibus, & criminalibus?

270 Gaudet Foro in criminalibus.

TAntùm gaudere in criminalibus, ſivè in illis agatur civiliter, ſivè criminaliter aſſerit de Marinis *tom.1. cap.58. num. 11.* dans quatuor Doctores. Volpe *Fori Eccleſiaſtici cap. 40. num. 5. & 8.* Squillante *de privilegiis Clericorum cap.7. num.27.* Farinacius *tom.1. praxis criminalis quaſt.8.de inquiſit.num.7.*

Et ſic in civilibus carcerari, & conveniri coram Judice laico ait Capiblancus *de Baronibus Pragm.8. par. 3. num. 51.* Sanſelicius *deciſ. 14. num.2.* Covarr. 1 *practicarum cap. 31. num.7.* Natta *conſil.756.* Sanchez 7.*de matrim. diſp.96. num.73.* ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barboſam, & adeſt decretum in Regno

271 Decretum Ducis Alcalà.

Proregis Ducis Alcalà 25.*Februarii* 1631. apud Danzam *tract. manuſcripte de controverſiis inter Eccleſiaſticum, & Regium, tit.de Clerico Conjugato num.*20.

272 In civilibus, & criminalibus gaudere aſſerunt alii.

Sed abſolutè in civilibus, & criminalibus gaudere Foro aſſerit Duardus in *Bulla Cænæ cap.15. part.4. num.13. concl.3.* Riccius *part.3. deciſ.170. num. 1.* plures apud Petram *ritu 76. n.2.* Squillaote *de privilegiis Clericorum cap. 6. num.27.* Ciarlinus 1.*Forenſium cap.53.num.34.* Craſſus *effectu* 1.*Clericatus num.*8. Diana *par.1. tract. de immunitate reſol.*50.

Et patet ex declaratione Sacræ Congregationis 3. *Julii* 1643. in una *Policaſtrenſi* apud Pignatellum *tom.1.conſult.*489. & *to.2.conſult.42. num.*6. qui *num.*41.ex declaratione Sacræ Congregationia 27. *Februarii* 1630. ait in Regno Neapolitano gaudere Foro etiam in civilibus.

An Conjugatus, qui amiſit privilegia dimiſſo habitu, reaſſumpto habitu, illa recuperet?

273 Clericus Cōjugatus reaſſumens habitum.

AFfirma: etiamſi dimiſit habitum ſuſcepta militia. Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom. 1. conſult. 456.* Et iterum *tom. 2. conſult.42. num.* 19. ex Sacra Congregatione in una *Averſana* 12.*Januarii* 1598.

274 Gaudet, etiā ſuſcepta militia.

An, ut gaudeat Foro debeat ſervire Eccleſia ab Epiſcopo deſtinata?

275 Deſervit Eccleſiæ.

NEga: ſed ſatis eſt, ſi Eccleſiæ deſerviat frequenter, etiamſi non inſerviat illi, cui ab Epiſcopo deſtinatus eſt. Sacra Congregatio apud Dianam *par.2. reſol.* 34. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.7. num.13.* Sanſelice *deciſ.14. & deciſ.*247.

An Clericus Conjugatus, Uxore mortua, recuperet omnia privilegia, ità ac ſimplex Clericus ſine licentia Epiſcopi?

276 Mortua Uxore efficitur ſimplex Clericus, ſi obſervet requiſita Trid.

AFfirma, ſi obſervet exigita à Trid. *ſeſſ. 23. de reformat. cap.*6. & non ſit inquiſitos in Curia ſeculari, nec obligatus ad ratiocinia, ſi deſit aliud canonicum impedimentum. Sacra Congregatio in una *Neapolitana* 11.*April.*1620. & pluries apud Pignatellum *tom. 2. conſult. 43. n.*19. Novarius *tom.1. Forenſium quaſt.*88. Mari ad Grammaticum *deciſ. 10. num.*2. ut Clericus

277 Clericus miles poſt militiam poteſt habitum reaſſumere.

miles, relicta militia, poteſt habitum reaſſumere, & gaudere privilegiis Clerici. Sacra Congregatio in una *Averſana* 12.*Januarii* 1598. apud Pignatellum *loc.cit.*

An Uxor Clerici Conjugati gaudeat privilegio Fori Clerici?

AFfirma: Sacra Congregatio apud Pignatellom *tom.2.conſult.42.num.7.& 43.* 278 Uxor Clerici Conjugati

An Vidua Clerici Conjugati gaudeat Foro Viri?

AFfirma: nam Viduæ gandent privilegiis defuncti Mariti. *l. feminæ, D.de Senatoribus. l.filii, §.Vidua, D.ad municipalem. cap.cum te. de Nuptiis.* Gloſſa in *clem.ne Romani, v.vacare. de electione.* Tiraquellus *de Nobilitate cap.* 18. & in *tract.ceſſante cauſa par.1.num.*107. Sacra Congregatio apud Pignatellum *conſult.* 39. *num* 9. & 10. ubi filii cum Viduæ gaodent Foro Viri. 279 Vidua Clerici Coojugati.

An filii legitimi, & naturales Saterdotis, vel Epiſcopi fruantur privilegio patris viventis?

AFfirma: Sacra Congregatio 28. *Aprilis* 1654. apud Pignatellum *tom. 1. conſult.* 464. Decianus *lib.4.Criminalium cap.9.n.*49. 280 Filii Clerici gaudent.

Clericus Bigamus.

§. XI.

BIgamus eſt, qui aliàs nupſit, vel Viduam duxit. *cap.unico.de Bigamis in* 6. 281 Clericus Bigamus nullo privilegio fruitur.

Et hic nullo Clericali privilegio fruitur. *cap. unico*, ibi: *Bigamos omni privilegio Clericali declaramus eſſe nudatos, & Fori ſecularis coercitioni addictos. de Bigamis in* 6. Sacra Congregatio in una *Cetrenenſi* 15. *Januari* 1658. & alias pluries apud Pignatellum *tom.2. conſultat. 42. num.* 20.

Idqoe etiam currit in Clerico Græco Bigamo in minoribus, non in Sacris, ut ſcilicet Foro, & exemtione ab oneribus non fruatur, niſi adſit conſuetudo immemorabilis, in oppoſitum, vel aliud privilegium. Sacra Congregatio 22. *Aprilis* 1624. & 22. *Auguſti* 1620. & 26. *Decembris* 1663. apud Pignatellum *tom.2.conſult.39. num.* 3. & 5. 282 Idem in Clerico Græco in minoribus.

Clericus volens nuptias inire, renuncians Clericatui, & beneficiis, ſed nuptias deindè non contrahens, reaſſumens habitum, an gaudeat Foro?

AFfirma: quia nequit privilegio renunciare. *cap. ſi diligenti.de foro competenti.* Secundo, quia revera eſt Clericus, habens requiſita à Trident. Sacra Congregatio 11. *Julii* 1587. Bellarminus ad Trident. *ſeſſ.23.de reformat. cap.*6. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num.* 4247. & alleganti habitum aſſumptum in fraudem, incumbit onus probandi, Ambroſinus *de immunitate cap.19.num.*6. 283 Gaudet, quia nequit privilegio tunc renunciare.

De Clerico Milite.

§. XII.

CLericus factus Miles, privatur privilegiis Clericalibus, & Foeo; nam tonc non habet requiſita à Trident. *ſeſſ.23.de reform.cap.*6. cum Eccleſiæ deſervire nequeat, nec habitum, & tonſuram deferre: Eſt enim in militia aliena à Sacra, dummodò perſeverat in ſtatu militiæ. Capycius Latro *tom.1. deciſ. 45. num.*32. 284 Clericus miles. Privatur privilegiis.

Am-

Digitized by Google

Ambroſinus *de immunitate cap.*18. *num.*25. *in fine.* Craſſus *effectu* 1.*Clericatus num.*660.*& ſeq.* Ciarlinus 1.*Forenſium cap.*36. *num.*38. Ricciullus *lib.*7.*de jure perſonarum cap.*5. *num.*16. Paris *de reſignat.beneficiorum lib.*7.*quæſt.*1.*num.*22. Follerius in *praxi*, *Gloſſa audiatur excuſatus. num.*49. de Ponte *volum.* 1. *conſult.*24. *num.* 9. ajẽs gaudere privilegiis Clericalibus, niſi perſeveraverit in militia, & cędibus ſe immiſcuerit.

285 Niſi ſit Clericus in Sacris.

Si verò ſit Clericus in Sacris, & tranſeat ad militiam, cum non poſſit renunciare Clericatui, gaudet privilegiis Clerici, etiamſi ſit miles, niſi ter monitus reſipiſcere noluerit. de Ponte *volum.*1. *conſil.*24. *num.*9. *&* 10. Sanfelic. *deciſ.*14. *num.*10.

De delinquente laico, poſt delictum aſſumente clericatum, vel profeſſionem, an gaudeat Foro?

§. XIII.

286 Delinquens aſſumẽs habitum, vel emittẽs profeſſionem Foro gaudet

AFfirma: Genuenſis in *praxi cap.* 8. *num.*5. de Marinis *tom.*1. *cap.*54. *num.*10. Francus *dec.*209. *&* 384. Carlevalius *tom.*1.*de judiciis num.* 909. Sanfelice *deciſ.*2.*num.*29. Danza in *manuſcriptis de controverſiis inter Judicem laicum, & Eccleſiaſticum, tit. de Clerico effectu poſt delictum num.*36. volentes, quoad perſonam cognoſci à Judice Eccleſiaſtico; Contra Craſſum *effectu* 1.*Clericatus num.*1071.*&* 1240. Surdum *deciſ.*110. *num.*3. ajentes cognoſcendum à Judice laico.

287 Contra plures.

Contra Squillantem *de privilegiis Clericorum cap.*7. *num.* 108. ajentem in minoribus, non in Sacris conveniri apud Judicem laicum.

Contra Ambroſinum *de immunitate cap.* 19. *num.*5. Volpe *tract. de Foro Eccleſiaſtico cap.* 38. *num.*1. ajentes ordinatum in minoribus in fraudem, non verò ſine fraude, conveniendum coram Judice laico.

Contra Montham *par.*4. *centuria* 2.*caſu* 121. *num.*19. ajentem coram laico, non Eccleſiaſtico conveniendum, ut deindè puniatur ab Eccleſiaſtico.

288 Per ordinem mutatur perſona.

Ratio eſt, quia per Ordinem mutatur omninò perſona; & ſic ut Clericus nequit à laico judicari, etiamſi conſentiat, niſi in caſu Jure Canonico expreſſo, qualis non eſt præſens. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & Trident *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* exprimens certum caſum, in quo Clericus non gaudet, in aliis gaudere voluit. *cap.nonnul. de præſumptionibus.*

Hinc reſolvitur:

289 Laicus relegatus, vel forojudicatus effectus Clericus, Foro gaudet.

An Laicus relegatus, vel forojudicatus, factus Clericus frangens relegationem, poſſit puniri à Judice laico?

290 Profeſſio in Religione Melitẽſi poſt forojudicationem fuit valida.

NEga: Francus *deciſ.* 395. *&* 209. *&* 284. Valaſcus *deciſ.*48. de Marinis *tom.*1. *cap.* 50. *num.*10. Sanfelice *deciſ.*2.*num.*26. ubi Profeſſus in Religione Melitẽſi poſt forojudicationem validè fuit profeſſus, & remiſſus ad Judicem Eccleſiaſticum. Pignatellus *tom.* 1. *conſult.* 102.*num.*4. Gratianus *Forenſium cap.*226. Danza *pugna Doctorum, tit.de Clericis cap.*4.*n.*25.

Ratio.

Ratio eſt ex dictis, quia Trident. quod alios, non iſtum caſum excepit, voluit illum relinquere in diſpoſitione Juris communis, quo quivis Clericus à ſuo Eccleſiaſtico Judice judicatur. *cap.ſi diligenti.de foro competenti.*

An pendente lite, laicus deindè effectus Clericus, valeat declinare Judicem laicum in lite incœpta?

291 An pendente lite effectus Clericus gaudeat Foro.

DIſtinguas: perſonam à bonis, & affirma, Judicem laicum, coram quo lis agitabatur, poſſe proſequi incœptum judicium adverſus bona, non contra perſonam Clerici. *l. ubi ceptum.*30. *D.de judic.* Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom.*1.*conſult.*102.*num.*9. Maſtrillus *deciſ.*294.*num.*3. Giurba *conſil.*15. *num.*33. & ità recipio Surdum *deciſ.*110.*num.*3. Craſſum *effectu* 1.*Clericatus num.*1240.

292 Diſtinguas contra perſonam non poteſt Judex, contra bona poteſt.

An laicus liberatus ſub fidejuſſione de ſe præſentando, vel habilitatus per Palatium, factus deindè Clericus, eximatur à Juriſdictione laica?

293 Gaudet quoad perſonalia.

AFfirma: quoad perſonalia, nam quoad illa eſt mutata perſona, & forus: ut licet minori jure, mutatur in illo, qui ſit miles. *l.qui cum uno,§.reus,D.de re militari.* Sacra Congregatio apud Barboſam ad Trid. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.*6.*num.*21. Sanfelice *deciſ.*2.*num.*22.

An obligatus penès acta, vel per publicum inſtrumentum, factus deindè Clericus, gaudeat Foro?

294 Gaudet Foro ſi fiat quis Clericus cũ fuerit ante obligatus penes acta.

AFfirma: nam re vera evadit Clericus, & ſic Juriſdictionis Eccleſiaſticæ: undè declinat Forum laicum. Merlinus *tom.*2.*cap.*66. Francus *deciſ.* 656.

An dimiſſo habitu ſe obligans penès acta Magnæ Curiæ Vicariæ, deindè reaſſumpto habitu conveniri poſſit in Curia laica?

295 Non poteſt cõveniri in Judice laico.

NEga: nam revera eſt Clericus, & ut verbo, ità facto nequit renunciare Foro Eccleſiaſtico. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.* Merlinus *tom.*2.*cap.*67. Genuenſis in *praxi cap.* 8.*num.*5. contra de Marinis *cap.*54.*num.*2. Carlevalium *de judiciis diſp.*2. *num.* 927. Riccium *deciſ.*218. *num.*3.

296 Nec officit fraus.

Nec officit fraus, nam hæc fraus eſt particularis, quæ nequit derogare privilegio ad bonum commune ſtatus Eccleſiaſtici. Pignatellus *to.* 1. *conſult.* 102. *num.* 1. *&* 2. dans decem, & octo Doctores, etiam pro illo, qui poſt delictum aſſumit habitum, ut Judicem laicum fugiat.

De exercente Officium laicum.

§. XIV.

Exercens officium laicũ.

EXercens laicum Officium poteſt eſſe laicus, & poſteà Clericus, & poteſt eſſe ab initio Clericus, & primo:

An factus Clericus poſt receptum Officium laicum à ſeculari Judice, gaudeat Foro?

297 Poſtea factus Clericus gaudet Foro.

AFfirma: ut gaudet, qui poſt delictum fit Clericus, contra de Marin.*c.*72.*n.*4.*&* 15. ajentem conveniendum eſſe coram laico, quoad declarandum debitorem, & deindè cogendum ſolvere à Judice Eccleſiaſtico. *cap. verum. cap. ex tranſmiſſa. de foro compet. cap. omnibus. de prohibita feudi alienat.per Federicum.* Quæ jura nil evincunt, cum loquantur in feudo, de quo

Ju-

Digitized by Google

Judex competens eſt laicus, Iſernia in *cap. 1. qui dicatur Dux*.

An Clericus ſuſcipiens Officium laicum, putà tutelam à Judice laico, conveniatur coram Judice laico pro reddendis rationibus.

298 Clericus ſuſcipiens officiū laicū, non convenitur coram laico.

NEga: ſed convenitur coram Eccleſiaſtico, nam Clericus, nec volens poteſt Judici laico ſubdi. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & ſic remiſſum Eccleſiaſticum deciſum ait Rovitus *deciſ. 20. & Pragm. 1. num. 5. de Clericis ſelvaticis.* de Marinis *tom. 1. cap. 53. num. 18.*

299 Sic deciſum junctis Aulis, quam deciſionē omninò vide, & nuper impugnatur à Frāciſco Maſtelloni, contra Patres Carthuſiæ in cauſa quam habent cum Regio Fiſco ob dimiſſum Hoſpitale S. M. Spinę Coronæ.

An Clericus mandato Judicis laici recipiens depoſitum, conveniri poſſit coram eodem Judice laico?

300 Clericus recipiens depoſitū mandato Judicis corā eo non poteſt conveniri.

NEga: Surdus *conſ. 369. num. 33.* contra Baldum in *l. acceptum. num. 4. Cod. de uſuris.* Capellam Toloſanam *deciſ.* 162. nam hic eſt tantùm contractus, & ex contractu Clericus non variat Forum, & cum non poſſit Foro renunciare, ità nec contractu valet præjudicare ſtatui Eccleſiaſtico. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*.

Clericus delinquens in Officio laico ei dato à Principe, an puniatur à Judice Eccleſiaſtico?

301 Clericus delinquens in officio laico punitur ab Eccleſiaſtico.

AFfirma: Diana *par. 4. tract. 1. de immunitate reſol. 39.* Volpe in *praxi cap. 43. num. 25.* dicens tantùm poſſe Officio dato privari, contra Farinacium *de inquiſit. quæſt. 8. num. 97.* Bobadillam *tom. 1. Politic. lib. 2. cap. 18. num. 99.* dicentes poſſe puniri à Judice laico.

302 Poſſe puniri à laico privatione officii. Cōtra Farin. & Bobad.

Sed difficultas eſt:

An Clericus litigans coram laico, poſſit ab eodem condemnari ad ſolvendum ſalarium Advocato, vel Procuratori illius litis?

303 Clericus litigās coram laico an poſſit damnari ad ſolvendū ſalariū Advocato, & aliis ab ipſo Judice laico, negatur.

NEga: nam Clericus eſt, nec valet conſentire in Judicem laicum, niſi in caſibus jure ſancitis, inter quos hic non invenitur. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*. Hæc enim non eſt reconventio, quæ currit in Actorem, & Reum, & ceſſat, lata ſententia, ut eſſet hic. Francus *deciſ. 193. & deciſ. 376.* Berous In *cap. at ſi Clerici. num. 155. de judiciis.*

De Clerico degradato, an gaudeat Foro?
§. XV.

304 Clericus degradatus nō gaudet Foro

NEga: *cap. degradatio. de pœnis in 6.* Francus *deciſ.* 571. Bartolus in *l. 1. D. de pœnis*. Craſſus *effectu 1. Clericatus num. 83.* ex Trident. *ſeſſ. 13. cap. 4. de reformat.*

De Clerico Negotiatore: an gaudeat Foro?
§. XVI.

305 Clericus negotiator Foro gaudet, niſi ter monitus non reſipiſcat.

AFfirma: niſi ter monitus non reſipiſcat, & delinquat in negotiatione; nam tunc ſubderetur Judici illius artis, qua negotiatione remota, Foro gaudet. *cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum*, ubi Innocentius, Guidon Papa *deciſ.* 291. Semper tamen punitur per Judicem Eccleſiaſticum.

An Judex laicus punire valeat Clericum coram ſe dicentem falſum?

NEga: Francus *deciſ. 470. num. 4.* Anna *ſingulari* 135. Capycius *deciſ. 5. in fine.* Afflictus *deciſ. 230.* de Marinis *tom. 1. cap. 50. n. 1.* dans decem Doctores. Tappia *deciſ. 13.* nam ſicuti verbo, ità facto nequit renunciare privilegio Fori, niſi in caſibus Jure expreſſis. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & juriſdictio Judicis laici contra Clericum eſt improrogabilis, & ſic ceſſat *lex. nullum, C. de teſtibus*, currens in Judice prorogabili. 306

Clericos coram Judice laico dicens falſum, non punitur ab ipſo.

Sed è contrà:

An laicus teſtis falſus coram Judice Eccleſiaſtico ab eodem puniri debeat?

AFfirma: quia hujus juriſdictio prorogabilis eſt verbo, & facto, & de iſto caſu currit Textus in *d. l. nullum, C. de teſtibus*; maximè ob perjurium mixti Fori: *cap. teſtimonium. de teſtibus.* Abbas in *cap. cum ſit generale. num. 21. de foro competenti*, & poteſt etiam puniri à Judice laico, quia Juriſdictio eſt cumulativa, non privativa, & eſt locus præventioni. Afflictus *deciſ.* 219. Clarus *§. fin. quæſt. 34.* Francus *deciſ.* 149. 307

Laicus teſtis falſus coram Judice Eccleſiaſtico ab ipſo punitur

308 poteſt puniri à Judice laico.

An Clericus conſenſu Epiſcopi, poſſit ſe ſubiicere Judici laico?

NEga: Craſſus *effectu 1. Clericatus num. 652.* Pignatellus *tom. 2. conſult. 45. num. 6.* Patet ex *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & ex *cap. ſignificaſti, eodem tit.* 309

Etiam conſēſu Epiſcopi nō poteſt ſubdi Judici laico.

An Epiſcopus poſſit delegare Juriſdictionem laico contra Clericum?

NEga: Doctores citati. contra Sylveſtrum *v. Judex, §. 4.* Toletum *lib. 1. Summæ cap. 28. num. 10.* Dianam *par. 3. tract. 2. reſol. 112.* 310

Nec Epiſcopus laico delegare valet Juriſdictionem contra Clericum.

Patet primo, ex *cap. ſignificaſti. de foro competenti.* Secundo, quia laici non debent ſcire facta Eccleſiaſticorum. *cap. 1. de judiciis.*

An Papa delegare valeat laico cauſam contra Clericum?

AFfirma: Theſaurus *deciſ. 31. num. 12.* Patet ex *can. mendax. 22. quæſt. 5. can. in Synodo diſt. 63. can. illud. 10. quæſt. 3.* Secundo, quia Pontifex derogare valet Juri Canonico aliter decernenti: & hinc redundant fortè privilegia conceſſa quibuſdam laicis, ut ſunt Veneti, cognoſcentes contra Clericos. 311

Poteſt tamen Papa.

An Princeps laicus punire valeat Clericum impedientem ſuam laicam Juriſdictionem?

DIſtinguas: vel procedit vi Juriſdictionis, vel vi defenſionis. 312

Princeps cōtra Clericū.

Si vi Juriſdictionis, nega; nam laicus non eſt Superior Clerici. *cap. quanquam. de cenſibus in 6.* & ut verbo, ità facto criminoſus nequit ſe ſubjicere laico. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.* 313

Vi juriſdictionis non valet cognoſcere.

Vi defenſionis incupatæ cum moderamine naturali, affirma: nam defenſio Juris proprii omnibus licita Jure naturæ, multò magis perſonis publicis permiſſa. *l. 3. D. de juſtitia, & jure.* 314

Vi defenſionis poteſt.

Digitized by Google

re. Clem. unica. de homicidio. l. 2. & 3. *D. de vi, & vi armata.* Megala 3. *par. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 23. Bobadilla *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 84.

An Judex laicus punire valeat Clericum uſurpantem ſuam Juriſdictionem?

315 Clericus uſurpans juriſdictionem Principis.

DIſtinguas: vel utitur defenſione naturali, vel Juriſdictione.

316 Vi juriſdictionis nequit.

Vi Juriſdictionis, nega: quia laicus non habet, nec habere poteſt juriſdictionem contra Clericum, cùm Clericus ſit Superioris ſtatus. *cap. quanquam. de cenſibus in* 6. Concilium Lateraneuſe *ſeſſ.* 9. ubi Leo X. in Bulla, quæ incipit: *Superna, de reformat.* ibi: *cum à Jure tam Divino, quàm humano laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.*

317 Vi defenſionis valet.

Vi defenſionis cum moderamine inculpato, affirma: ſed tunc non eſt pœna, ſed defenſio Juris naturalis, etiam animantibus licita. *Clem. unica. de homicidio.* Martha *par.* 4. *de juriſdictione caſu* 101. volens nec licere laicis bona Clericorum ſequeſtrare, quia hìc eſſet actus juriſdictionis, quæ nequit exerceri à laicis contra Clericos, quoad perſonas, vel bona. *Clem.* 1. *de vita, & honeſtate Clericorum.* & ſi delinquant, à proprio Judice puniantur. Megala *loc. c. n.* 12.

An laicus ejicere poſſit à Regno Eccleſiaſticum ſeditioſum, perturbatorem, ſi alia via nequeat damnum evitare?

318 Eccleſiaſticus ſeditioſus.

DIſtinguas: defenſione inculpata à Juriſdictione.

319 Vi juriſdictionis nequit ejici.

Vi Juriſdictionis, nega, quia non ſunt Clerici ſubditi laico. *Clem.* 1. *de vita, & honeſt. Clericorum*, & ſic à proprio Eccleſiaſtico Judice puniendi, ſi delinquant. *cap.* 1. *§. ſi Clericus. de pace tenenda in uſibus feudorum.*

320 Vi defenſionis ejici poteſt.

Vi defenſionis cum moderamine inculpato, affirma: quia defenſio cum moderamine inculpato omnibus contra omnes competit. Eſt contra Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *num.* 15. *litera* G. Giurbam *conſ. criminali* 48. *num.* 16. abſolutè affirmantes poſſe ejici extrà Regnum hujuſmodi perturbatorem, & ſeditioſum: & ità

321 Sic ejectum Religioſum Militiæ Hieroſolymitanæ à Duce de Alcalà.

ejectum Æquitem Hieroſolymitanum ſeditioſum, perturbatorem Civitatis, extrà Regnum à Duce de Alcalà, teſtatur Fuſcus *lib.* 2. *de viſitatione cap.* 20. *num.* 25.

An Judex laicus cognoſcere valeat de Clericatu?

322 Judex laicus non cognoſcit de Clericatu.

JUre Canonico, nega: nam eſt cauſa Eccleſiaſtica ex materia Eccleſiaſtica, ſcilicet an adſit Clericatus. *cap. ſi Judex laicus. de ſententia excommunic. in* 6. *cap.* 2. *cap. quanta. de judiciis.* Ità ut articulus Clericatus, etiam incidens lite mota, coram laico decidendus ſit, & remittendus ad Judicem Eccleſiaſticum. *cap. tuam. de ordine cognitionum. cap. lator. cap. cauſam, il* 2. *qui filii ſint legitimi.* Bellamera *deciſ.* 25. Capycius *deciſ.* 7. Francus *deciſ.* 52. *in principio deciſ.* 312. *deciſ.* 512. Gamma *deciſ.* 194. *num.* 1. Rota *par.* 2. *diverſorum deciſ.* 30. *num.* 8. Soccinus in *cap. propoſuiſti. num.* 43. *de foro competenti.* Gratianus *cap.* 190. *num.* 10. de Craſſis *effectu* 2. *Clericatus num.* 405. & 1257. Rota *deciſ.* 2. *de ſententia excommunic. in* 6. Pignatellus *tom.* 2. *conſult.* 44. *num.* 2. contra plures apud Dianam *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 27. & *par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 29. Guidonem Papam *quæſt.* 128.

Laicus namque Judex actu, & habitu eſt incompetens, ut cognoſcat de cauſa ſpirituali Clericatus, ſivè principaliter, ſivè incidenter. Cardinalis in *cap. lator. oppoſit. ultima num.* 4. ubi Abbas *num.* 7. *qui filii ſint legitimi.* Maſcardus *de probationibus concl.* 961. 323 Laicus Judex eſt incompetens Clerico.

In Regno in *ritu* 65. ubi Petra *num.* 2. & *ritu* 235. *num.* 21. Judex laicus cognoſcit, an ſit Clericus, itàut coram ipſo Clericatus probandus ſit, non ut probetur, ſed ut Judex inſtruatur, an ſit Clericus: quo cognito, illicò ſine mora remittitur Judici Eccleſiaſtico. Francus *deciſ.* 189. *num.* 1. Sanfelice *deciſ.* 260. *lib.* 2. 324 In Regno Judex laicus cognoſcit, an ſit Clericus. 325 Ut Judex inſtruatur.

Clericatus autem probatur. 326 Probatur Clericatus.

Primo, Bullis. Sperellus *deciſ.* 117. *num.* 33. 1. Bullis.

Secundo, teſtibus de viſu, ſcilicet, qui viderunt illum ordinari. *l. teſtium, §. ſin verò, C. de teſtibus.* Afflictus in *rubr.* 3. *Regni num.* 12. dicens ſufficere unum teſtem de viſu, ex *cap. tuæ Fraternitati. de Clerico peregrino*; licèt alii requirant duos teſtes. Boerius *deciſ.* 171. *num.* 24. Maſcardus *de probationibus concl.* 303. *num.* 1. Covarruvias *practicarum cap.* 33. *num.* 3. Caravita *ritu* 275. *num.* 18. Petra *ritu* 65. *num.* 8. contra Merlinum *centuria* 2. *cap.* 91. Thorum 2. *parte compendii, v. remiſſio*, negantem poſſe Clericatum probari per teſtes, ſed probari poſſe per teſtes fatentur decem, & octo Doctores apud Petram *loc. cit. num.* 9. ex *l. emancipatione, Cod. de fide inſtrumentorum.* 327 2. Teſtibus. 328 Sufficit unus teſtis de viſu.

Tertio, probari valet Clericatus delatione habitus, & tonſuræ per decem, vel viginti annos, ità ut dicatur In quaſi poſſeſſione Clericatus, deciſum Neapoli apud Grammaticum *deciſ.* 81. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 303. *num.* 7. Menochius *lib.* 2 *præſumptione* 76. *num.* 11. contra Sanfelice *tom.* 1. *deciſ.* 7. Mari ad Grammaticum *deciſ.* 81. *num.* 14. 329 3. Delatione habitus, & tonſuræ per x. aut xx. annos Ita deciſum Neapoli.

An Clericus remitti poſſit cum ignominia?

NEga: & remittens cum ignominia eſt excommunicatus, quia eſſet punire Clericum, quæ punitio debet fieri à Judice Eccleſiaſtico: & ità Pientiſſimus, & Juſtiſſimus Rex noſter detogavit Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ, qui remiſerat Clericum catenatum ad ſuum Epiſcopum, ut poſt Baroium *effectu inimicitiæ* 47 *n.* 2. teſtatur Petra *ritu* 235. *n.* 29. & Caravita *ibidem.* Idque currit etiam in Baronibus, qui remittunt Clericos ad proprios Ordinarios cum dedecore, ligatos, & quandoque ſuper aſinum, ut eos ignominia afficiant. Et ſic remiſſio eſt facienda ſine dedecore intrà horas 24. nè contrahatur excommunicatio. *cap. ſi Epiſcopus. de ſententia excommunic. in* 6. *cap. nuper.* 29. *de ſententia excommunic.* Antoninus *lib.* 2. *reſol.* 48. 330 Non poteſt remitti cum ignominia. 331 A Rege exauctoratus fuit Judex cũ ignominia remittẽs Clericum.

De Novitiis: An gaudeant Foro, etiamſi non ſint Clerici?

§. XVII.

AFfirma: Riccius *par.* 4. *praxis reſol.* 243. *n.* 3. Diana *par.* 5. *tract.* 1. *de immunitate reſol.* 18. Carlevalius *lib.* 1. *de judiciis tit.* 1. *diſp.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 3. *à num.* 329. *ad* 445. Novarius *tom.* 1. *Forenſium cap.* 42. Ricc. *par.* 4. *praxis reſol.* 249. dicens ità declaraſſe Sacram Congregationem. 332 Novitii, etſi non Clerici, foro gaudẽt.

Con-

Contra Maſtrillum *deciſ.*290. *num.*166. Soccinum in *cap.propoſuiſti. de foro competenti.* Villadiecum in *Politica cap.*5. §.20.*num.*1112. Rodriquez *tom.*2. *Regularium quæſt.*62. *art.*14. & *qu.*74. *art.* 9. Cænedum *de paupertate Religioſa dubitat.*50. *num.* 20. Porteliam in *dubiis Regularium*, v. *Novitii annus. num.* 54. Suarium 8. *de legibus cap.* 16. *num.* 14. Laparte *de decimis cap.*19. *num.*50. Guttierea *de gabellis quæſt.* 95. *num.*29. Jaſonem in *Auth.ſi qua mulier. in fine.* Treviſanum *lib.*2. *deciſ.Veneta* 54. *num.*17. Tiraquellum *de utroque retractu*, §.1. *gloſ.*8. *n.*21. ajentes conveniendos ſub Foro laico. Montanus *controverſia* 46. *num.*16. ajens, ligari etiam legibus laicis, & conſuetudine hujus Civitatis, qua medietas bonorum antiquorum eſt relinquenda conſanguineis, undè exivit.

Probatur primo, quia in favorabilibus nomine Religioſorum etiam veniunt Novitii. Secundo, quia deſtinatum habetur, ità ac id, ad quod deſtinatur. *l. fundi.* 17. §.1. ibi: *pali, qui exemti ſunt, ut collocentur, fundi ſunt. l.granaria.*18.§.1.*D.de actione emti.* Sacra Congregatio apud Pignatell.*tom.* 2.*diſp.*43.*num.*8.

Dices cum Montano: Primo, Clericus non gaudet Foro, niſi in habitu, & tonſura deſerviat Eccleſiæ. Triden.*ſeſſ.*23.*cap.*6. *de reformat.* ergo nec Novitius inſerviens Eccleſiæ ſine Clericali charactere.

Reſpondetur, Novitium non gaudere immunitate ad inſtar Clerici, ſed ad inſtar Religioſi, licèt non ſit Clericus, cujus nomine in favorabilibus venit.

Dices ſecundo, cum eodem Montano, Novitius non gauderet privilegio Canonis: *Si quis ſuadente Diabolo* 17. *qu.*4. niſi fuiſſet id expreſſum in *cap.Religioſo*, §.*final.de ſententia excommunic. in* 6. ergo non gaudet privilegio Fori non expreſſi. *cap.nonnè.de præſumptionibus.*

Reſpondetur, privilegium Canonis eſſe mixtum pœnalitate Rei excommunicandi, & pœna nõ eſt extendenda. Non ità eſt privilegium Fori per ſe reſpiciens exemtionem ſtatus Eccleſiaſtici, & ut privilegium latè interpretãdum adverſus concedentem. *l.*1.*C.de pact.* Ità latè interpretandum ob reverentiam Eccleſiæ, cum nulla ſit major ratio, quàm quæ pro Religione facit.

Replicabis, Novitius retinet dominium rerum. Trident. *ſeſſ.*25.*cap.*16. ibi: *ſua erant*, retinet feudum, cujus Religioſus eſt incapax. *cap. qui Clericus ſub tit.*51. *de feudo defuncti militis controverſia ſit. cap.*1. *de milite vaſſallo, qui arma bellica depoſuit*. & in Novitiatu retinet ſtatum laicalem, cum ſit in ſtatu deliberationis an velit profiteri.

Reſpondetur, hinc non inferri non gaudere Foro, cum reverà ſit in ſtatu Eccleſiaſtico ſaltem diſpoſitivo, & diſpoſitio eſt in eodem ordine, ac eſt forma, ad quam diſponit, maximè declarante Sac.Congregatione *loc.cit.* Probatque privilegium Canonis, quo Novitii etiam non Clerici gaudent. *d.cap.Religioſo*, §.*fin.de ſentent. excommunic. in* 6.

333 Novitii debent medietatem bonorum antiquorum agnatis relinquere.

Dominium rerum, quo fruuntur durante Novitiatu ad ſummum probat, non poſſe Novitium præjudicare agnatis in medietate bonorum antiquorum relinquenda, vi Conſuetudinis Neapolitanæ, ut deciſum refert Montanus *loc. cit. num.*12.

An laici recepti, ſed ob defectum ætatis non adhuc admiſſi inter Novitios Religionis militantis, gaudeant Foro?

Affirma: Riccius *par.*4. *praxis reſol.*243.*n.*3. Rovitus *lib.*1.*conſ.*96. Diana *par.*6.*Miſcellaneorum part.*8.*reſol.*7. Peregrinus in *conſtitutionib.par.*2.*cap.*3.§.6. Pignatellus *tom.*2.*conſultat.*43. *num.*7. dicens cum Merlino etiam gaudere Canone. Eſt contra Farinacium *deciſ.* 449. Guazzinum *cap.*20.*num* 17. Giurbam *conſ.criminali* 59.*n.*37. Bellettum *diſquiſit.Clericali. de favore Clericor.* §.4.*num.*19. motos ex Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* ubi habetur, quod ante Novitiatum non ſunt Eccleſiaſtici. 334 Laicus ob defectũ ætatis nondum admiſſus inter Novitios Religionis Militenſis, gaudet Foro

Probatur noſtra ſententia, quia deſtinatum ad Religionem eſt ità, ac id, ad quod deſtinatur. *l.fundi.*18. §.*fin.* ibi: *Pali, qui exemti ſunt, ut collocentur, fundi ſunt. l.granaria.* 19. §. 1. *D. de actionibus empti. l.*1. §.*cæpiſſe, D. de pollicitationibus. l.filius familiæ.* 44. *D.de militari teſtamento.* ergo deſtinatus proximè ad Religionem, ut in re noſtra, cum faciat probationes nobilitatis, eſt ità, ac Religioſus in favorabilibus. Sacra Congregatio pluries apud Pignatellum *loc.cit. num.*8.

An familia laica Epiſcopi, Nuntii Apoſtolici, & Cardinalis, gaudeat Foro?

Affirmat Abbas in *cap.* 2. *num.* 5. ubi del Bene *tom.*1. *de immunitate cap* 4. *dub.*5. *ſect.*2.*num.*9. *&* *ſect.*1. *&* 2. loquens de familia laica Epiſcopi. Butrius *de foro competenti*; & in *cap.*9.*de offic.Archidiaconi*, ubi Barboſa, Pacianus *lib.*2.*de probationibus cap.*34. *num.*125. Farinacius *lib.*1.*practicæ criminalis tit.*1.*quæſt.*8. *num.* 46. de Marinis *cap.* 117. Decianus *lib.* 4. *criminalium cap.*9. *num.* 57. Gratianus *Forenſium cap.*340. Capycius *deciſ.*17. *num.* 1. Biſantius *lib.*1. *Forenſium cap.*20. *num.*29. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 27. *num.* 49. Narbona *lib.*2. *tit.*1. *num.*27. *lib.* 4. *recompilationum*. Borrellus *tom.* 1. *Summæ deciſionum*, *tit.*43. *num.*140. Clarus §.*fin.quæſt.*35.*num* 18. Cęnedus *canonicarum quæſt.* 4. *n.* 26. Zerola in *praxi Epiſcoporum*, §. *Epiſcopus*. Gloſſa in *can. Clericorum.*3. *quæſt.*1. Maranta *Medulla decreti litera F*, v. *familia Epiſcopi*. Guazzinus *tom.* 1. *defenſa* 20. *cap.* 9. *num.* 23. Pignatellus *tom.* 1. *conſ.*81.*num.*4. *&* 7. dicens id verum in criminalibus, & civilibus, dans ſeptem declarationes Sacræ Congregationis, & *tom.*2. *conſ.*5.*num.*10. 12. *&* 23. dans alias Sacræ Congregationis declarationes, & *num.*12. affert declarationem Sacræ Congregationis 6. *Decembris* 1627. aſſerentem, etiam colonos Epiſcopi durante colonia gaudere Foro. 335 Familia laica Epiſcopi, Nuntii, & Cardinalis gaudere Foro multi affirmant.

Giurba *conſ.*77. Gavantus in *Enchyridion Epiſcoporum*, v. *familiares Epiſcopi n.*2. Gaieota *reſponſo Fiſcali* 50. *n.*106. de Loca *de Juriſdict. diſcurſu* 67. del Bene *de immunitate c.* 4. *dubio* 17. idem aſſerens de Epiſcopo Titulari, dummodo ab Ordinario loci puniantur. Altera ſententia.

Contra Cęvaglios *de cognitione per viam violentiæ par.*2.*q.*58.*n.*9.*&* 13. Sanfelice *deciſ.*1.*n.*1. dicentem ſe ità vidiſſe practicatum Neapoli. Moriam in *Emporio Juris tit.*2. *n.*14. Suarium ad *Regem Angliæ lib.*4 *cap.*29. *n.*8. *&* 10. Feloagam *Enchyridion Juris cap.*16.*num.*38. dicentem veriorem pro dictione Caſtellæ, & ſubdentem *nu.*44. oppoſitas ordinationes Rotæ, & deciſiones non loqui de hoc caſu, & in dictione Pontificia ex 336 E' contrario ità practicatum Neapoli

cap.

cap. vergentis 10. §. *in terris verò temporali noſtræ Jurisdictioni ſubjectis. de hæreticis*. Gonzalez in *cap. dilecto filio*. 10. *num*. 3. & 8. *de officio Archidiaconi*, dicentem *num*. 8. primam ſententiam veriorem ab auctoritate.

337 Prima verior ab auctoritate.

Probatur.

Probatur igitur prima ſententia ex *l. 2. §. 1. C. de Epiſcopis, & Clericis*, ubi famuli Clericorum indiſtinctè gaudent privilegiis Eccleſiaſticis, inter quæ eſt immunitas Fori. Undè Capycius Galeota *reſponſo Fiſcali num*. 109. & 110. afferit ſervientes remittendos ad Judicem Eccleſiaſticum, cui ſerviunt, & afferit ità ſervari in Camera Summariæ, & in Regio Conſilio. Exemta enim familia, eſt enim exemta pars familiæ, qualis eſt ſervus Domini. *cap. 1. de privilegiis in 6. l. non aliter, D. de judiciis*. Theſaurus *deciſ*. 22. loquens de familiaribus Cardinalium.

338 Privilegium conceſſum Scholaribus eſt etiam datum famulis.

Probatur ſecundo, ex *Auth. habita, C. ne filius pro patre*: ubi privilegium conceſſum Scholaribus, eſt conceſſum eorum famulis; ergo immunitas conceſſa Ordinariis Eccleſiaſticis, cenſetur conceſſa eorum famulis.

Ex *can. Eccleſiarum*.

Probatur tertio, ex *can. Eccleſiarum*. 69. 12. *quæſt*. 2. & ex *l. 1. & 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*; ubi coloni perpetui gaudent immunitate, cujus ſunt coloni.

339 Coloni perpetui gaudent immunitate cujus ſunt coloni.

Probatur quarto, ex *c. 1. de pœnis in 6*. ubi Epiſcopus cognoſcit irrogantes injurias ſuis familiaribus; ergo multò fortiùs cognoſcit delicta ſuorum familiarium.

Ex *cap. 1. de pœnis in 6.*

Ex *cap. fin. de offic. Archid.*

Probatur quinto, ex *cap. fin. de officio Archidiacon*. ubi familia Epiſcoporum eſt ſub juriſdictione Archidiaconi; ergo multò minus ſub juriſdictione Judicis laici.

340 Ex Trid.

Probatur ſexto, ex Trid. *ſeſſ*. 14. *de reformat. cap*. 5. verbo *familiaribus*, & ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barboſam *lib. 1. de Jure Eccleſiaſtico cap*. 39. §. 4. *num*. 34. & ex relatis à Pignatello *loc. cit.*

341 Ex *cap. dilecto filio. de officio Archidiac.*

Tandem probatur ex *cap. dilecto filio. de officiis Archidiac*. ubi familia laica Epiſcopi eximitur ab alia poteſtate, ubi Hoſtienſis, & Joannes Andreas, Boſſius *de foro competenti num*. 177.

342 Objectio.

Objicies primo, ex textu Trid. *ſeſſ*. 23. *de reformat. cap*. 6. & 9. ubi Clerici ſub certis requiſitis gaudent Foro, quales non ſunt laici.

Diluitur primo.

Reſpondetur primo, ibi Trid. velle, non omnem Clericum, ſed habentem requiſita expreſſa gaudere Foro, non verò excludere alios, non Clericos.

343 Secundo.

Secundo reſpondetur, Trident. loqui de illis, qui nomine proprio privilegiis fruuntur, & ſic non loqui de famulis, qui gaudent privilegiis nomine Domini. *l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis. can. Eccleſiarum*. 69. 12. *quæſt*. 2.

344 Objectio.

Objicies ſecundo cum Gonzalez *loc. cit*. nullo Canone talis exemtio probatur; ergo remanet ſub diſpoſitione Juris, ut laicus Judici laico ſubdetur; nam privilegium odioſum, non eſt concedendum, niſi ſit jure expreſſum. *l. jus ſingulare*. 16. *D. de legibus. cap. fin. de filiis Presbyterorum*.

Reſpondetur.

Reſpondetur, jure expreſſum privilegium Dominorum comprehendere famulos *l. 2. §. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis. cap. dilecto filio. de officio Archidiaconi*. Servi namque fruuntur de jure privilegiis Domini. Albericus in *l. 1. nu*. 4. *C. de Epiſcopis, & Clericis*; & ex regula juris: *acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*.

345 Tertia objectio.

Objicies tertio, Pontifex ſuis Canonibus nequit eximere laicos à juriſdictione Regia; nam id non conduceret ad bonum ſpirituale. *cap. cauſam*. 7. *qui filii ſint legitimi*.

Reſpondetur, eximi ipſo jure communi laico, nullibi correcto, quo acceſſorium ſequitur principale. Diluitur.

346 Quarta objectio.

Objicies quarto, iſti ſunt ſeculares; ergo Judici ſeculari ſubduntur.

Reſpondetur, eſſe ſeculares, & nomine proprio non immunes, ſed immunes nomine Domini, *l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*. Diluitur.

347 Quinta objectio.

Objicies quinto, Eccleſiaſticis conceditur immunitas ratione ſpiritualitatis. *can. cui porrò*. 12. *quæſt*. 2. Sed laici non habent ſpiritualitatem; ergo non gaudent exemtione Fori.

Reſpondetur, eodem modo: laicos nomine proprio non habere ſpiritualitatem exiſtentem, ſed nomine alieno, cujus ſunt partes, quæ ſequuntur privilegia Capitis familiæ Eccleſiaſticæ. Sic famuli Inquiſitorum fruuntur Foro Domini. Diana *p. 4. tract. 7. reſol*. 37. Barboſa *de Jure Eccleſiaſtico lib. 1. cap*. 39. §. 2. *n*. 59. Cùm ergo Epiſcopi ſint Inquiſitores de jure. *Clem. 1. & 2. de hæreticis*. Alzedus *de praecxcellentia Epiſcoporum par. 1. cap. 11. num*. 37. meritò ejus famuli utuntur privilegio Fori. Reſpõdetur.

348 Ultima objectio.

Objicies ſexto, ergo etiam famuli Clericorum gaudent privilegio Fori.

Reſpondetur, jure conſequentiam veram, & bonam eſſe cum Narbona, & Menochio apud Dianam *par. 3. tract. 1. reſol*. 47. ſed quia videtur privilegium hoc parum ad praxim redactum, quo ſaltem Epiſcopi frui debent. *cap. fin. de ſententia, & re judicata*, & *cap. fin. de privilegiis*, ubi Epiſcopis multa conceduntur, quæ aliis denegantur. idque ex pluribus declarationibus Sacræ Congregationis apud Pignatellum *tom. 2. conſ*. 51. *num*. 13. ubi Reſpõdetur.

349 Servus Epiſcopi eſt exemtus ab oneribus perſonalibus.

Primò, ſervus Epiſcopi eſt exemtus ab oneribus perſonalibus.

350 Poteſt deferre arma.

Secundo, familiares Epiſcopi poſſunt deferre arma.

351 Famuli Epiſcopi Titularis gaudent Foro, ſed judicantur ab Epiſcopo loci.

Tertio, familiares Epiſcopi Titularis gaudent Foro, ſed conveniuntur coram Ordinario loci, ubi adſunt, non coram proprio Epiſcopo Titulari, 17. *Januarii* 1628.

352 Eximũtur à Juriſdictione laica.

Quarto, familiares laici ſunt exemti à Juriſdictione laica, 7 *Junii* 1595.

353 Item famulus Vicarii.

Quinto, famulus Vicarii Epiſcopi gaudet Foro, 13. *Julii* 1647.

An familiares Cardinalium gaudeant privilegio Fori?

354 Famuli Cardinalium.

AFfirma: etiam in delictis commiſſis extrà officium; non propter ſe, ſed propter Cardinales, quibus inſerviunt. *cap. fin. de officio Archidiaconi*. Sperellus *deciſ*. 128. *num*. 29. dans declarationem Sacræ Congregationis. del Bene *de immunitate cap. 4. dub. 15. num*. 26. Carlevalius *tom. 1. de judiciis diſp. 2. n*. 509. Diana *par. 5. tract. 2. reſol*. 25. Pereyra *de manu Regia tom. 1. cap. 12. num*. 13. Tondutus *tom. 1. de defenſione cap. 29. num*. 23. idem dicens de Epiſcopo, etiam ſi familiaris præſtans ſervitium perſonale, menſa Epiſcopi non utatur.

Patet ex *can. Eccleſiarum* 69. 12. *quæſt*. 2. ex *l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*. ex *cap. 1. de privilegiis in 6*. & ex regula Juris: *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*.

355 Eximuntur à Juriſdictione Ordinarii

Imò familiares Cardinalium ſunt etiam exemti à juriſdictione Ordinarii, ex *Conſtit*. 10, Leo-

Leonis VIII. & conveniuntur coram Auditore Cameræ. Julius II. *Conſtit ut.*23.

An famuli perpetui Clericorum, ſive mancipia, ſivè non, gaudeant Foro Clerici?

356 Famulos perpetuos Clericorum Foro gaudere affirmant plures.

AFfirma: Gloſſa in *can. Judicatu. diſt.*99. Menochius *de arbitrariis centur.*6. *caſu* 562. *num.* 3. Caravita *ritu* 46. *num.* 27. Theſaurus *decif.*22. Abbas, & Felinus in *cap.*2. *de Foro competenti*. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num.* 149. concedens in perpetuis, negans in temporaneis, & conductitiis famulis. Grammaticus *voto criminali* 33. Martha *par.*4. *de juriſdictione caſu* 19. dicens abſolutè verum in ſervis perpetuis.

357 Coloni partitiarii.

At colonos partitarios Clericorum etiam gaudere Foro aſſerit Sacra Congregatio 21. *Septembris* 1663. apud Pignatellum *tom.*2. *conſult.*51. *num.*2. *in fine*, dicens *num.* 13. ſervos Epiſcopi etiam eximi ab oneribus perſonalibus.

358 Famuli Seminarii.

Famuli Seminarii gaudent etiam Foro ipſius Seminarii. Sacra Congregatio 23. *Septembris* 1653. apud Pignatellum *loc. cit. num.*22. & *n.*29. refert Sacram Congregationem 15. *Novembris* 1672. ajentem familiares Regularium non gaudere Foro pro delictis patratis ante familiaritatem; ratio omnium eſt, quia acceſſorium gaudet privilegio principalis.

Secundò, ex *l.*22. *D. ad municipalem*, ubi Libertus ſequitur Forum Hæri, ex *l.*2. *C. de Epiſcopis, & Clericis.*

An laicus offendens familiarem, Miniſtrum Epiſcopi, ſit puniendus ab ipſo Epiſcopo?

359 Vel intuitu officii, vel ex privata inimicitia.

DIſtinguas: vel offendit intuitu officii: vel ex privata inimicitia.

Si ex inimicitia datur locus præventioni.

Si ex privata inimicitia, datur locus præventioni. Menochius *conſ.*230. *num.*82. Fabius Anna *volum.*1. *conſ.*77. *num.*2.

360 Intuitu officii punitur ab Epiſcopo.

Si intuitu officii, debet puniri ab Epiſcopo. Sacra Congregatio 9. *Junii* 1671. apud Pignatellum *tom.*2. *conſult.*52.

361 Nemo eſt Judex in cauſa propria.

Sed mihi una in omnibus ſoppetit difficultas, & eſt, nè Epiſcopus ſit Judex in cauſa propria; cum injuria facta famulo, ſit facta Domino, maximè ſi fiat intuitu officii, & nemo eſt Judex in cauſa propria; igitur te remittas Summo Pontifici: & quod juſtum, da etiam Laicorum juriſdictioni.

Forus Militum.

§. XVIII.

362 Forus Militum.

FOrus Militum eſt, in quo milites conveniuntur apud Magiſtrum militiæ. *l. Magiſteriæ.*6. *C. de juriſdict. omn. Judicum. l. deſertorem, D. de re militari. l. officium.*12. *§. officium, D. eodem*. Et Neapoli remittitur miles ad Auditorem Generalem militum in delictis militaribus, & in aliis non enormibus; nam in delictis enormibus, ut eſt homicidium, non remittitur. Franc. *deciſ.* 78. *num.* 2. At hodie in omni crimine convenitur apud Auditorem Generalem exercitus, ex *Pragmatica* 17. *de militibus*. Rovitus *num.*12.

Forus Scholarium, & Miſerabilium.

§. XIX.

363 Forus Scholarium.

FOrus Scholarium eſt, apud quem Scholares conveniuntur, ut eſt apud Magiſtrum, apud Epiſcopum. *Auth. habita, C. ne filius pro patre.*

Forus miſerabilium perſonarum eſt, ut eligant, & varient Forum, de quo ſupra dictum eſt. 364 Forus Miſerabilium.

Neapolitanorum Forus.

§. XX.

365 Forus Neapolitanorū.

FOrus Neapolitanorum eſt, ut trahant, & non trahantur, ſivè ſint Rei, ſivè Actores. Carav. *ritu* 301. ubi nequeunt renunciare tali privilegio: & ſic trahunt ad Magnam Curiam, non verò trahuntur extrà; idque etiam, ſi Neapolitanus cum Vidua, & pupillo litigaret. Petra ad Capycium *deciſ.* 59. Et nomine Neapolitanorum veniunt habitantes in Civitate, etiam exteri, nam tunc ſunt Cives domicilio. Quodque Privilegium extenditur etiam ad habitantes in Caſalibus intra diſtrictum, & includit etiam Curiales, etiamſi non ſint declarati Neapolitani. *Pragmatica* 2. *de Immunitate Neapolitanorum*. Ubi gaudent Neapolitani hoc privilegio, etiamſi habitent extra diſtrictum.

366 Nec renunciare poſsūt.

Forus Capuanorum.

Capuani etiam trahunt, & non trahuntur ex privilegio ſicut Neapolitani: ſed litigantes cum Neapolitanis amittunt hoc privilegium, ex *Cap. Regni*. Et ceſſat illud: *Privilegia privilegiis conquaſſantur*. Sed Capuani ſi litigent cum exteris, tunc hoc privilegio fruuntur. Fiſcus gaudet privilegio Fori, ſivè Actor, ſivè Reus, itàut apud Judicem Fiſcalem ejus cauſa exagitetur. *l.*2. *C. ſi adverſus Fiſcum. l. ad Fiſcum. C. ubi cauſa Fiſcales.* 367 Fiſci Forus.

Forus Delicti.

§. XXI.

368 Forus Delicti.

QUis ſortitur Forum, ubi delinquit, aut delictum continuat, itàut ibi conveniatur civiliter, & criminaliter. *l.* 1. *D. de juriſdict. omn. Judicum. cap.*1. *de raptoribus. l.*7. *§. idem de accuſationibus*; & quod dictum eſt de delicto, dicas de quaſi delicto. *l. omnium, D. de judiciis.*

Sed cum hoc ſtat, ut delinquens conveniri poſſit, etiam in loco domicilii. *l.*1. *C. ubi de crimine agi.* Peguera *deciſ.*87.

Non tamen poteſt procedere ſimul cum Foro delicti, ſed Forus delicti præfertur. Farinac. *de inquiſit. qu.* 7. *n.*1. & 19. & ſic ex Foro domicilii debet remitti ad Forum delicti. *l. non eſt dubium.* 11. *§. illud, D. de cuſtodia Reorum*, ut ſit exemplum pœnæ, ubi fuit exemplum delicti. *Pragmat.* 1. 3. & 4. *ubi de delictis quis debeat conveniri*.

369 Judex domicilii poteſt procedere in delicto, licèt pro executione Judici delicti remittat Reum.

Si verò Judex domicilii prævenit inquirendo, vel cognoſcendo de maleficio, non tenetur remittere Reum ad locum maleficii. Francus *deciſ.*37. *num.*3. & *deciſ.*88. *num.*5. niſi pro executione ſententiæ, *l. Capitolium.*28. *§. famoſos, D. de pœnis. Clem.*1. *de officio Ordinarii.*

Forus Præventionis.

§. XXII.

370 Forus Præventionis.

QUando ſunt plures Judices, ille præfertur, qui prævenit inquirendo, vel in accuſando, ſive præventio fit à Judice, ſivè à parte. *l. ſi quis poſtea.*7. *D. de judiciis. cap. non omnes. de officio Delegati*; quæ præventio inducitur.

371 Oblatione libelli.

Primo, oblatione libelli, citatione ſequuta: aliàs non eſſet præventio, ſed voluntas præveniendi.

372 Receptione teſtium.

Secundo, inducitur receptione teſtium, etiam ſummariè.

Ter-

Digitized by Google

373 Quocunque actu judiciali.
Tertio, inducitur quocumque actu judiciali, & ſic etiam citatione verbali, vel reali. *l. ubi acceptum, D. de judiciis*. Et citatio realis præ-
374 Citatio realis præfertur verbali.
fertur citationi verbali, ſi unua citet verbaliter, alius citet realiter. Farinacius, Follerius, & alii. Grammaticus *deciſ.* 30. niſi realis ſit in
Limita.
fraudem verbalis, putà ſi citatus verbaliter ab uno Judice, ad fugiendum illius Forum, & pœnas, faciat ſe capi ab alio Judice. *l. & qui, D. ex quibus cauſis*. Cancerius, & Caravita *loc. cit.*

De Foro Prorogationis.

§. XXIII.

375 Forus Prorogationis.
DAtur Forus prorogatus, ſcilicet extenſus de cauſa ad cauſam. Secundo, de caſu ad caſum. Tertio de loco ad locum. Quarto, de tempore ad tempus. Quinto, de perſona ad perſonam. Sexto, de re ad rem.

376 Qui prorogare poſſint.
Perſona, quæ prorogare poteſt, eſt conditor legis, Papa, Imperator, Rex, &c. carentes Superiore. *cap. per venerabile*. 12. *§. videatur, qui filii ſint legitimi*; omnis juriſdictio prorogari valet, niſi inveniatur prohibita. *l. 1. & 2. D. de judic.*

Sed difficultas eſt:

An laicus conſentire valeat, & prorogare juriſdictionem Epiſcopi, & ab eo puniri?

Diſtinguas.
DIſtinguas: vel procedit Epiſcopus per viam accuſationis, vel per viam inquiſitionis.

377 Per viam accuſationis, affirma.
Si per viam accuſationis, affirma. Ciarlinus 1. *Forenſium cap.* 44. *num.* 21. Natta *conſ.* 43. *n.* 14. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num.* 75. Carlevalius *lib. 1. de judiciis diſp.* 2. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 1120. Genuenſis in *praxi cap.* 13. *num.* 2. Gratianus *deciſ.* 1011. Sperellus *deciſ.* 98. *num.* 33. *par.* 1. Pignatellus *tom.* 2. *conſult.* 41. *num.* 1. dicens currere prorogationem in cauſa civili, & criminali coram habente merum, & miſtum imperium, ut eſt Epiſcopus. Patet ex *l. ſi qui ex conſenſu*. 8. *C. de Epiſcopali audientia. cap. ſignificaſti*. 18. *de foro competenti*, ubi Abbas *n.* 4. & 15. Barboſa *num.* 5.

378 Si per viam inquiſitionis, nega.
Si verò Judex procedat per viam inquiſitionis, tunc nega, quia nequit inquirere adverſus ſuum non ſubditum, ut eſt laicus, & cum deſit accuſatio, deeſt partium conſenſus in Judicem, quo deficiente, nulliter inquireret adverſus laicum. Innocentius in *cap.* 23. *num.* 1. *de accuſationibus*. Alexander *volum.* 6. *conſ.* 216. *num.* 16. Patet ex *cap. licèt*. 10. *cap. ex tenore*. 11. *de foro competenti. cap. cauſam*. 7. *qui filii ſint legitimi*.

De Judice ſuſpecto.

TITULUS V.

379 Judex recuſandus ut ſuſpectus, de quo vide Auctorē in *additione ad cap.* 4. *lib.* 1. *praxis Galluppi.*
MOdò agendum eſt de foro declinando, & Judice recuſando: declinatur Forus incompetens, recuſatur Judex ſuſpectus.

Explicuimus, qui ratione Fori declinetur, modò diſquirendum, qui ut ſuſpecti repellantur, recuſentur; cùm periculoſum ſit coram ſuſpecto litigare. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *nu.* 1. ex *cap. cum inter. de exceptionibus*, & *l. aperiſſimi, C. de judiciis.*

Quid ſit recuſatio Judicis?

§. I.

REcuſatio Judicis eſt declinatio Judicia ex cauſa ſuſpicionis. *can. quia ſuſpecti*. 3. *q.* 5. *cap. ſuſpicionis. de officio Delegati. l. apertiſſimi*. 14. *C. de judiciis*. 380 Recuſatio quid.

Qui Judex recuſari valeat?

§. II.

QUivis Judex, etiam dignitate conſpicuus, pius, boni nominis, Civilis, Criminalis, etiam à Principe delegatus, etiam Cardinalis, Legatus à Latere, vel Ordinarius, Aſſeſſor, Syndicator, Conſultor, Arbiter, Fiſci Patronus, Inquiſitor hæreticæ pravitatis, Concilium Provinciale, Nationale, Generalis Religionis, Civitas, Collegium, Univerſitas, &c. recuſari valet. Cujacius *obſervat.* 25. Caſtill. *tom.* 2. *diſp.* 131. *num.* 7. Maſtrill. *par.* 3. *deciſ.* 214. *num.* 12. Fontanella *lib.* 1. *dec.* 5. *num.* 8. Intrigliolus *deciſ.* 47. *num.* 26. Galeota 1. *Forenſium cap.* 39. *num.* 10. Farinac. *part.* 2. *Fragmentorum criminalium. num.* 708. Bordonus *tom.* 5. *cap.* 82. *num.* 20. Ramon. *conſ.* 3. *num.* 22. & 24. Pariſius *conſ.* 31. *num.* 98. *lib.* 1. Rolandus *lib.* 3. *conſ.* 19. *num.* 17. Menoch. *de arbitrar. caſu* 458. *num.* 3. Giurba *deciſ.* 27. loquens de Præſide Tribunalis. Boer. *deciſ.* 269. loquens de Cardinali. Fagnan. in *cap. conquærenti. num.* 37. *de officiis Ordinarii*, loquens de Epiſcopo etiam viſitante. Petra *ritu* 265. *num.* 70. ajens cum decem Doctoribus poſſe etiam recuſari totum Sacrum Regium Conſilium, ſuſpecto capite præſidenti, ſi Judices nequeant, vel non audeant contradicere capiti. Staibanus *lib.* 1. *reſol.* 37. *nu.* 39. Borrell. in *Summa, v. compromiſſum n.* 394. Maſtrill. *deciſ.* 91. *num.* 7. ajentes poſſe recuſari arbitros, & arbitratores ſuſpectos. 381 Omnis Judex recuſari poteſt. 382 Etſi Præſes, Cardinalis, Epiſcopus viſitans.

Patet ex *cap. cum inter. de except.* ex *cap. ſi quis contra*, ex *cap. licèt. de foro competenti*, ex *cap. cum ſpeciali. cap. poſtremò*, ibi: *vel ex alia cauſa juſta ſuſpectus: hujuſmodi Delegatus non immeritò poterit recuſari. de appell. l. apertiſſimi*. 14. *C. de judiciis. cap. ſuſpicionis. de offic. Deleg.*

An recuſari poſſit Curator Patrimonii?

AFfirma: poſſe recuſari tanquam ſuſpectum à creditoribus ſolo juramento, etiam cauſa non probata, niſi major pars creditorum conſentiat eſſe Curatorem. Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ.* 133. *num.* 4. *lib.* 2. Thor. *par.* 3. *compendii, v. Curator datus*. Petra *ritu* 256. *num.* 91. 383 A creditoribus recuſari poteſt Curator patrimonii.

Recuſari etiam poteſt Advocatus, & Procurator partis adverſæ, ſi injuſtè vexet. Joannes Antonius ab Eccleſia *lib.* 2. *obſervat. forenſi* 71. *num.* 17. Valaſcus *conſult.* 114. *num.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 214. *num.* 5.

Sicuti etiam recuſari poteſt ſolo juramento, etiam cauſa non expreſſa, Conſultor, Aſſeſſor. Vivius *deciſ.* 363. & etiam poteſt recuſari Calculator. Donadeus *part.* 2. *de renunciatione cap.* 39. *num.* 26. Et Cōſultor.

Quares, an poſſit recuſari Monaſterium, nè ibi ponatur puella maritanda, vel nè ibi ponatur Novitius pro exploranda voluntate?

384 Etiam Monaſterium.

AFfirma: Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 318. Farinac. in *fragmentis, litera l, num.* 724. & practicavimus; idque ne detur anſa quærelis.

An Princeps Supremus recuſari poſſit?

385 Princeps ſupremus non recuſatur.

NEga: nam recuſandi eſſent tunc ejus Miniſtri; adeòque res injudicata remaneret. Menoch *lib.* 1. *conſ.* 94. *num.* 75. Burattus *conſ.* 21. *num.* 19. Maranta *de ordine judiciorum part.* 6. *num.* 33. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 5. dans decem, & ſeptem Doctores, qui *num.* 21. ait etiam Supremum poſſe recuſari.

An Concilium legitimum Generale recuſari poſſit?

386 Nec Concilium Generale.

NEga: nam Spiritu Sancto inſpirante pronunciat. *can. cuncta per mundum.* 3. *qu.* 9. *can. recta.* 24. *qu.* 1. Thuſc. v. *ſuſpicio, concl.* 907. *num.* 18. Gaillus *lib.* 1. *obſervat.* 33. *num.* 3.

387 Secùs ſi illegitimū, aut particulare.

Concilium verò non legitimum Generale, & legitimum Nationale, Provinciale, recuſari valet, ſive omnis, ſivè capitis perſonam gerentes ſint ſuſpecti. Ità S. Chryſoſtomus recuſavit Concilium Provinciale, teſte Sozomeno *Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 8. *can. quod ſuſpecti.* 3. *quæſt.* 5. Felin. in *cap.* 1. *num.* 6. ubi Decius *num.* 16. *in* 1. *lectura*. Ripa *num.* 40. *de judiciis*. Calderinus *conſ.* 6. *de appellat.* Menoch. *de arbitr. caſu* 208. *num.* 3. Decianus *lib.* 1. *conſ.* 8. *num.* 152.

An commiſſa cauſa, recuſatione remota, adhuc ſuſpectus Judex recuſari valeat?

388 Verita recuſatione adhuc Judex recuſari valet.

AFfirma: Guazzinus *defenſa* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Ricc. *part.* 2. *deciſ.* 233. *num.* 5. Carolus de Cratiis *exceptione* 24. *num.* 15. Ramon. *conſil.* 3. *num.* 37. ajentes cauſam non poſſe committi recuſatione remota, nec à ſtatuto poſſe recuſationem tolli. Contra Gaill. 1. *obſervat.* 33. *num.* 4. Cujacium *except.* 120. *num.* 48.

Ratio eſt, quia, quæ habent vim naturalis defenſionis nequeunt tolli; & non poteſt Princeps rem exponere periculo injuſtitiæ, ut exponeretur judicandus à ſuſpecto. *l. apertiſſimi. l. fin. C. de judiciis.*

389 Quia intelligitur de frivola recuſatione.

Secundo, quia remota appellatione, tantùm cenſetur remota frivola; ergo etiam remota recuſatione, cenſetur remota frivola recuſatio. Decius in *cap poſtremò. n.* 3. *de appellat.* Farinac. *par.* 2. *fragmentorum litera l, num.* 962. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 19.

A quo recuſari valeat ſuſpectus Judex?

390 Ab Actore, ſivè Reo per ſe recuſari poteſt Judex

AB omni, cujus intereſt, ſivè Actor, ſivè Reus ſit per ſe, vel per Procuratorem cum ſpeciali mandato. *cap. cum ſuper. de officio Delegati.* Farinac. *par.* 2. *fragmentorum crimin. num.* 689. & 704. Omnibus namque cavendum, nè in diſcrimen eorum jus revocetur ſub ſuſpecto Judice. *can. quod ſuſpecti.* 3. *qu.* 5. *cap. cum inter. de except. l. apertiſſimi.* 14. *C. de judiciis. l.* 1. *C. ubi pupilli educari debeant.* Afflict. *deciſ.* 235. Gaillus *lib.* 1. *obſerv.* 75. *num.* 7. Apicella *de ſuſpecto Judice num.* 811. Anna *ſing.* 500. Scaccia *lib.* 1. *de judiciis cap.* 101. *num.* 13. Farinac. *par.* 2. *fragmentorum, v. Judex num.* 689. Merlin. *Forenſium centuria* 1. *cap.* 48.

Hinc reſolvitur:

An Procurator exigat ſpeciale mandatum ad recuſandum Judicem ſuſpectum?

391 Et per Procuratorem cum ſpeciali mandato.

AFfirma: Cavalcan. *deciſ.* 28. *num.* 108. *par.* 2. Ludovicus *deciſ.* 368. *num.* 1. Gratian. *cap.* 100. *num.* 44. Valenzuola *tom.* 2. *conſ.* 170. *n.* 16. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 76. dans decem, & octo Doctores. Merlin. *deciſ.* 201. *num.* 8. dicens ſatis eſſe in mandato ad lites, ſi detur poteſtas ad recuſandos Judices. Bajardus ad Clarum *§. fin. qu.* 43. *num.* 8.

Patet ex *l. non ſolum. §. fin. D. de Procuratoribus.* & ratio eſt, quia eſt res odioſa recuſare Judicem, parti nociva; adeòque exigitur ſpeciale mandatum.

Sed ſi principalis ſit abſens, tunc poteſt petere terminum ad certiorandum principalem pro obtinendo ſpeciali mandato, vel ſi periculum ſit in mora, adhuc poterit recuſare Judicem, præſtita cautione de rato. Fontanella *lib.* 1. *deciſ.* 4. *num.* 8. Rovitus *Pragmat.* 1. *num.* 75. *de ſuſpicione Officialium.*

An Clerici, Gubernatores, Syndici Univerſitatis queant recuſare Judices ſine ſpeciali mandato?

392 Semper requiritur ſpeciale mandatum.

NEga: de Marinis *tom.* 2. *cap.* 114. *num.* 8. Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ.* 81. *num.* 3. Simon de Pretis *centuria* 3. *conſult.* 17.

Patet, quia res ſpecialis, & præjudicialis eſt ſuſpicio, exigens ſpeciale mandatum, ſpecialia namque niſi notentur, cenſentur omiſſa. *l. item apud Labeonem, D. de injuriis.*

An contumax incuſatus poſſit recuſare ſuſpectum Judicem?

DIſtinguas: vel purgat contumaciam incuſatam, vel non purgat.

393 Contumax purgās moram, poteſt recuſare.

Si purgat, affirma; nam tunc eſt ita ac ſi lis ab initio eſſet inchoanda: adeòque tunc ſuſpectus Judex recuſatur, nam non cenſetur conſentiſſe in Judicem.

Secùs ſi non purgat.

Si non purgat contumaciam incuſatam, nega; quia primo non auditur, niſi purget contumaciam. Secundo, quia ceſſante lite, Judex non recuſatur ex cauſa præexiſtenti. *cap. inſinuante. de officio Delegati.* Contumacia autem incuſata habet vim conteſtationis. *l. ſi cum, §. ſi quis injuriarum, D. ſi quis cautionibus.* Aſinius in *praxi cap.* 6. *num.* 364. Caravita *ritu* 219. Petra *ritu* 265. *num.* 27.

394 Et renunciavit recuſare.

Judicem recuſare nequit, qui renunciavit recuſationi. *cap. inſinuante. de officio Delegati.*

Secundo, conſentiens Judici expreſsè, vel tacitè, ſcienter non opponens ſuſpicionem ante litis conteſtationem, niſi cauſa ſuſpicionis naſcatur poſt litem conteſtatam. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. cap. inſinuante. de officio Delegati.*

Impetrans Judicem, nequit Judicem impetratum recuſare, ſi cauſa nova non innoteſcat. Theſaur. *deciſ. Pedemontana* 295.

Qua-

Quomodo Judex recuſari debeat ?

395 Judex recuſandus in ſcriptis, niſi cauſa ſit infamis.

DEbet recuſari in ſcriptis *l. apertiſſimi, Cod. de judiciis*. Cortiada *tom. 1. deciſ. 18.* excipiens cauſam recuſationis ſcandaloſam, infamem.

Et in principio litis.

Debet recuſari in principio litis, anteqoam aliquem actum faciat, ſecùs conſentire videtur. Larrea *allegat. Fiſcali* 118. *lib. 2.* ex *l. apertiſſimi, C. de judiciis l. nemo. 4. C. de juriſdict. omn. Judic.* de Marin. ad Reverterium *deciſ.* 219. *num.* 4. dicens etiam poſſe opponi poſtea, ſi ſuperveniat, vel innoteſcat.

396 Niſi poſtea cauſa ſuperveniat.

Et de ſuperventu notitiæ debet ſtari juramento recuſantis. de Marin. *loc. cit.*

397 Intra. xl. dies.

In Regno intra quadraginta dies, à die quo lis notificatur principali, & adverſus novum Judicem à die illius captæ poſſeſſionis. *Pragm.* 15. *cap.* 6. *de ſuſpicione Officialium*. de Marinis ad Reverter. *deciſ.* 219.

Cauſa ad recuſandum.

§. IV.

398 Quævis cauſa ſufficit ad recuſandum

AD recuſandum Judicem ſufficit quævis cauſa, etiam levis, & leviſſima minor, quàm ſufficeret ad recuſandos teſtes. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. cap. cum ſpeciali. de appellat.* Larrea *deciſ.* 48. de Marin. *tom.* 1. *cap.* 211. *num.* 10. Pratus 7. *Forenſium cap.* 49. *num.* 3.

Cauſæ ad recuſandum colliguntur ex triplici origine: Primo, ex amore. Secundo, ex odio. Tertio, ex pœna.

399 Judex magis diligens Actorẽ, aut Reum eſt ſuſpectus.

Ratione amoris recuſatur Judex, magis diligens unam, quàm alteram partem: puta ratione familiaritatis, ludi, commeſtionis cum parte. Doctores apud Petram *ritu* 265. *num.* 144. Similiter Judex conſanguineus, vel affinis parti etiam recuſatur. Franch. *deciſ.* 719. Et recuſatur Judex, ſi ejus conſanguineus fiat Advocatus in cauſa. Seſſe *tom.* 2. *deciſ.* 224.

400 Uſq; ad tertium gradũ.

Et hoc currit uſque ad tertium gradum conſanguinitatis, & affinitatis incluſivè, maximè in Regno, ex *Pragm.* 24. §. 3. *de officio S. R. C.* & *Pragmat.* 5. §. 4. *de muneribus Officialium.*

401 Et conceſſus ad inſtantiã partis.

Recuſatur etiam Judex ſuſpectus, ut ſuſpectus, ſi ſit conceſſus altera parte petente; nam tunc eſt ſuſpectus alteri non petenti. *Auth. offeratur, C. de litis conteſtatione. cap. inſinuante. de officio Delegati.*

402 Et Civis in cauſa ſuæ patriæ.

Eſt etiam ſuſpectus ratione amoris, Civis in cauſa ſuæ Civitatis. Galeota 1. *controverſia* 39. *num.* 17. ſic etiam ſuſpecto Epiſcopo, eſt ſuſpectus Vicarius, quia præſumitur diligere cauſam ſui Epiſcopi, & ſunt ſuſpecti omnes ejus Curiales. Capyc. *deciſ.* 237. *num.* 10. Guazzio. *defenſa* 5. *cap.* 19. *num.* 83. Scialoja *de foro competenti cap* 9. *num.* 170.

403 Et in qua Judex advocavit.

Eſt etiam ſuſpectus Judex in cauſa pro qua advocavit. *cap. poſtremò. de appellat. l. quiſquis, C. de Aſſeſſoribus*, & ex *Pragmat.* 25. *num.* 18. *de ſuſpicione Officialium.*

404 Arbiter ſi fiat Judex.

Eſt etiam ſuſpectus Arbiter, ſi fiat Judex in cauſa, pro qua fuit arbiter. Maſtrili. *deciſ.* 251. *num* 98. Petra *tom.* 3. *ritu* 265. *num.* 153.

405 Si votũ propalavit.

Eſt etiam ſuſpectus, qui votum propalavit. *l. obſervandum, D. de officio Præſidis.* Sanfelic. *deciſ.* 78. *num.* 1. Maſtrili. *deciſ.* 72. adeòque votum nequit propalari ante ſententiam, nec dum cauſa diſcutitur voce geſta. *l. ubi falſus.* 22. *C. ad l. Corneliam de falſis.*

Imò poſt ſententiam Jure Regni nequit propalari à quibus ſententia lata ſit, nec poſſunt propalari vota ſub pœna etiam amittendi togam. *Pragm.* 1. §. 3. *de cauſis decidendis.* Larrea *lib.* 2. *allegat. Fiſcali* 118. *num.* 6. 406 Vota non propalanda.

407 Non tamen qui libris ſuam ſententiam aperuit.

Non tamen eſt ſuſpectus, qui edidit, & ſuam ſententiam libris expreſſerat. Galioppus *par.* 1. *praxis cap.* 4. *num.* 37. Theodor. *alleg.* 87. Petra *ritu* 265. *num.* 180.

Quæres, an Judex finito officio valeat advocare in cauſa pro qua judicavit ?

408 Judex verò poteſt advocare cauſam, quam judicavit.

AFfirmat Franciſcus Marcus *lib.* 1. *dec.* 620. Anton. Faber 2. *C. tit.* 3. *definit. unic.* Sanchez *tom.* 1. *opuſculorum lib.* 3. *cap. unic. dub.* 26. *num.* 6. Guazzin. filius, Speculator, & alii; nam nullo jure id prohibetur. de Marin. 1. *quotidianarum cap.* 8. Caravita *ritu* 11. *num.* 4. contra Amendolam ad Franchum *deciſ.* 226.

Ratione inimicitiæ.

409 Quævis inimicitia ſufficit ad recuſandum.

INimicitia undecumque orta eſt ſatis ad recuſandum, nam jura omne malum ab inimico præſumunt; idque ſivè ſit capitalis, ſivè non ſit capitalis inimicitia, ſivè inimicus ſit principalis, ejuſq; conſanguineus, vel affinis, vel amicus. *cap. ſuſpecti. cap. ſtatuimus. de reſcriptis. cap. repellantur. de accuſat.* Farin. duoa quadragintatres Doctores *part.* 2. *fragment. crimin. num.* 62. Et id currit etiam ſi inimicitia ſit levis. Galeota *lib.* 1. *controv.* 39. *num* 43.

410 Et ſuſpicio inimicitiæ.

Imò repellitur non ſolùm inimicus, ſed ſuſpectus de inimicitia. *l. ſi merces, D. locati.* Capyc. *deciſ.* 178. *num.* 3. Præſumitur autem inimicus, quando acto eſt lis, vel fuit aliqua lis cum Judice, ejuſque filiis. Thuſc. de Marin. & alii.

Secundo, præſumitur ſuſpectus de inimicitia Judex animosè ſe ingerens, ſe offerens ad judicandum, irrequiſitus petens proceſſum. Maſtrill. *deciſ.* 126. *num.* 6. *in fine.*

411 Allegatus fortiter ſe ingerens eſt ſuſpectus.

Præſumitur etiam ſuſpectus, ſi allegatus fortiter adhuc ſe ingerat. Sanfel. *dec.* 85. *n.* 4. *tom.* 1.

412 Inimicus reconciliatus recuſari valet.

Si verò ſit inimicus reconciliatus, adhuc recuſari valet; nam licèt non ſit inimicitia, eſt tamen cauſa inimicitiæ, quæ non removetur per reconciliationem. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. can. accuſatores.* 3. *qu.* 5. & ad recuſandum ſufficit non ſolùm inimicitia, ſed cauſa inimicitiæ. Giurba *conſ.* 60. *num.* 8. Fontanella *deciſ.* 13. *num.* 14. Gyptius ad Capyc. *dec.* 95. *n.* 19.

An ſit ſuſpectus Judex commenſalis parti adverſæ, vel mei inimici ?

413 Judex commẽſalis partis adverſæ eſt ſuſpectus

AFfirma: Abbas in *cap. accedens.* 4. *col.* 1. *n.* 2. *ut lite non conteſtata*; ubi Barboſa *num.* 4. Fermoſinus in *cap.* 4. *qu.* 3. *num.* 23. *de foro competenti.* Farinac. *par.* 2. *fragment. lit. l, num.* 811. Staibanus *lib.* 2. *obſervat. ad reſolut.* 117. *num.* 14. loquens de commenſali mei inimici, etſi cum inimico non litiget. Petra *tom.* 3. *ritu* 265. *num.* 140.

Patet ex *l. obſervandum.* 19. *D. de officio Præſidis.* Secundo, quia commenſalitas continua amicitiam parit intimam. Cavalcan. *deciſ.* 28. *n.* 114. *par.* 1. Novar. *Pragm.* 1. *caſu* 15. *de ſuſpic. Officialium.* Tolnſan. *lib.* 49. *cap.* 13. *num.* 6. Staibanus *loc. cit.* & ex tali nimia commenſalitate, & nimia amicitia naſcitur rationabilis ſuſpicio, quid enim ex tam intimo amico partis adverſæ ſperare poteſt.

Tertio patet ex *Pragm.64.de efficio S.R.C.*ibi: *ne ſimul comedant cum Partibus,Advocatis,Procuratoribus, aut Agentibus.*

An ſemel comedens cum Parte, vel inimico ſit ſuſpectus?

414 Caſu tamen comedens, non eſt ſuſpectus.

DIſtinguas: vel caſu comedit, vel data opera.

Si caſu, nega: nam inde nulla pullulat, nec præſumitur amicitia inter comedentes, nec iſti dici valent commenſales; & ità optimè decilum non eſſe ſuſpectum divertentem ad Rus alicujus, & ibi comedens, quia alibi non aderat locus commodus: Idque etiam ſi invitatus à Domino ibi divertat, nam non eſt index amicitiæ, ſed tantùm proprii commodi, & nè aſperus, & inurbanus habeatur, deficiente aliquo loco commodo. Deciſum apud Petram *ritu* 265. *num.*1400. *num.*3. Nec in Judice probo timenda iniquitas ex unica comeſtione. Cavalcan. *deciſ.*28.*num.*114. *part.*2. Taraſcus *ad leg.recopilationum cap.*4. *num.*117. ibi: *intellige nimis commenſalis, quia ſi ſemel, vel bis, vel pluries in una menſa comederit lite non durante pars adverſa cum Judice, non poterit recuſari.* Si autem lite pendente ex cauſa voluntaria commenſalis ſit, recuſari poterit, ſecùs ex cauſa neceſſaria, ut in Collegio, Capitulo, vel iter faciendo.

415 Vel neceſſitate.

Neceſſitas enim imminens reddit immunem à ſuſpicione, nec eſt ſignum amicitiæ. *l.*2. *§. ſi quis in judicio, §.ſi quis tamen, D.ſi quis cautionibus*. Et ità non fuiſſe ſuſpectum Judicem comedentem decies cum collitigante, deciſum habes apud Thor.*tom.*3. *part.* 3. *v.ſuſpicio.* contra Fabrum 3.*Codicis,tit.*4.*defin.*3.

Vel data opera comedit, & ſubdiſtinguas: vel ſunt, vel deſunt alia indicia amicitiæ.

416 Data opera, & adſunt indicia inimicitiæ, poteſt recuſari.

Si ſunt alia indicia amicitiæ, affirma eſſe ſuſpectum, & in hoc ſenſu recipio de Marinis *lib.*1.*reſol.*190.*num.*73. ubi fuit ſuſpectos Conſiliarius Sanfelicius comedens, & hoſpitans in cella cujuſdam Fratris, fortè quia talis hoſpitatio in illa, & non in alterius cella erat index ulterioris, & diuturnioris amicitiæ. Eodem modo dicas ad deciſionem apud eundem *n.* 13. *in fine*; ubi fuit declaratus ſuſpectus Miniſter hoſpitans, & comedens in Inſula Niſitæ; nam niſi fuiſſet amicus, vel voluiſſet amicitiam contrahere, valuiſſet in altis Pauſilippi domibus hoſpitari, & comedere.

417 Secùs ſi deſint indicia.

Si deſunt alia ſigna, alia indicia amicitiæ, nega eſſe ſuſpectum; nam talis comeſtio eſt ne quis inurbanus, agreſtis, inimicus cenſeatur, non verò ut ſe amicum profiteatur. Thor. *loc. cit.* Taraſcus *loc.cit.*Petra *tom.*3.*ritu* 265.*num.* 144.*&* 145.rectè concludens in hoc ſpatiari arbitrium Judicis.

Et etiam deciſum refert *ibidem num.* 144. non naſci cauſam ſuſpicionis ex commenſalitate cum filio Judicis.

Quares, an Judex ſuſpectus in judicando, ſit ſuſpectus in delegando?

418 Judex ſuſpectus ex inimicitia ad judicãdum, eſt ſuſpectus in delegãdo.

DIſtinguas: vel eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ, vel ex alia cauſa.

Si ex cauſa inimicitiæ, affirma. *l. ſi paucior, D. de liberali cauſa*. Rovitus *Pragmat.* 1. *num.* 16.*de ſuſpicione Officialium.* Maſtrill. *lib.* 4. *de Magiſtratibus cap.*17.*num.*87. Capyc.Latro *deciſ.*90.*num.*4. Petra *ritu* 269.*num.*95.

Si ex alia cauſa tunc ſuſpectus in judicando, non eſt ſuſpectus in delegando. *cap.ſi quis.de foro competenti. cap.cum ſpeciali.de appell. l.Prætor, D.de juriſdict. omn. Judicum.* Menoch. Maſtrill. Capyc. *deciſ.*39.*num.*13. Giurba.

Quares uſque ad quem gradum inimici, conſanguinei, & affines illorum repelli poſſunt?

419 Jure in infinitum recuſari poſſunt.

DIſtinguas: jus commune à Jure Regni. Jure communi in infinitom. Pratus *tom.*3. *cap.*12.*num.*17. in deſcendentibus. At in tranſverſalibus uſque ad decimum gradom, & deinde arbitrarium. Menoch.2.*de arbitrariis centuria* 2.*caſu* 152.*num.*6.

420 In Regno in linea recta uſque in infinitum, in tranſverſali ad quartum gradum cõſanguinei, affines ad tertium.

In Regno in linea recta in infinitum. In tranſverſali conſanguinei uſque ad quartum, affines uſque ad tertium gradum, calculatum de jure Canonico. *Pragm.*15. *cap.*15. *de ſuſpicione Officialium*. Si verò inimicitia non tangat totam familiam; tunc conſanguineus uſque ad tertium, affinis uſque ad ſecuodum gradum recuſatur. Rovit. *Pragmat.* 1. *in fine. de ſuſpicione Officialium.*

421 Formiter allegatus ſuſpectus, ejus acta ſunt nulla.

Poſtquam Judex formiter allegatus eſt ſuſpectus, ſi ſe ingerit, acta ab ipſo, ipſo jure ſunt nulla; nam poſtquam formiter eſt allegatus, tunc eſt ſuſpenſa ejus juriſdictio. *can. quoties.*2. *qu.* 6. Farinac. *par.*2. *fragmentorum num.* 930. dans duodecim Doctores. Sanfelic. *dec.*85.*nu.*2. & patet ex *Pragm.* 40. *de Officio S.R.C. Pragm.*2. *de ſuſpicione Officialium*; ubi nec poteſt eſſe præſens, quando diſcutitur cauſa ſoſpicionis.

De Recuſatione Judicis ob pœnam, puta ob excommunicationem.

422 Judex ſuſpẽſus, aut excomm. recuſatur.

TErtia cauſa recuſandi Judicem eſt pœna laica, vel Eccleſiaſtica. Laica ſi Judex fuit ſuſpenſus ab officio. Eccleſiaſtica, ſi Judex ſit excommonicatus excommunicatione majori per cedulones. *c.ad probandum.*24.*de ſent. & re jud.* Si verò deſint cedulones, tunc pars adverſa poteſt, ſed non tenetur excipere de excommunicatione. Extravag. *ad evitanda*. Guazzin. filius *lib.*2. *de Judice cap.* 2. *n.* 5. dicens *n.* 6. Judicem excommunicatum non denunciatum probabiliter peccara venialiter cum Cajetano, & Laymano, & probabiliùs mortaliter cum Reginaldo.

Recuſatio Judicis coram quo proponi debet.
§. V.

423 Recuſatio coram eodẽ Judice proponitur.

PRoponitur coram eodem Judice recuſato, ſed ipſe de recuſatione non cognoſcit. *l. apertiſſimi, C.de judiciis.cap.ſuſpicionis.*39.*de officio Delegati. cap.*2.*de appell. in* 6. Trid. *ſeſſ.* 14. *de reformat.cap.*5.

424 Eliguntur arbitri, & iſti decidunt de recuſatione.

Eliguntur ergo arbitri, & coram illis tractatur juſtitia recuſationis, qui dicuntur arbitri juris. Cortiada *tom.*1. *deciſ.*18. *num.*57. Fontanella *deciſ.*2.*num.*16.Ricc.*par.*4.*praxis reſ.*519. *num.*2.*&* *reſol.*516.

Patet ex *cap.* 1. *de arbitris*. Gonzalez in *cap. cum ſpeciali.*62. *num.*6.*de appellat.*

425 Niſi ſint alii Judices non ſuſpecti.

At ſi recuſentur Judices Rotæ, tunc non eliguntur arbitri, ſed alii non recuſati ejuſdem Rotæ cognoſcunt de juſtitia recuſationis. Cortiada *tom.*1.*deciſ.*18. *num.*65. Recuſatio proponenda eſt in ſcriptis, etiam quando recuſatus

Vica-

Vicarius Epiſcopi. Ricc. *par. 4. praxis reſol. 517. num. 3.*

Cauſæ ergo ſuſpicionis proponuntur coram Judice recuſato, & probantur coram duobus arbitris electis à partibus, qui cognoſcunt cauſam ſuſpicionis, unà cum incidentibus, connexis, annexis, acceſſoriis ad ſuſpicionem, non verò cognoſcunt cauſam principalem. *cap. cum ſpeciali. de appell.* ubi Gloſſ. v. *juſtæ ſuſpicionis*. Innocent. *num.* 2. Joan. Andreas *num.* 2. Ancharan. *num.* 2. Decius *num.* 8. Zabarella *num.* 2. Imola *num.* 1. Bald. *num.* 1. Abbas *num.* 1. Thuſc. v. *ſuſpicio concl.* 911. *n.* 6. ex *cap. ſuſpicionis cauſa. de officio Delegati*, ubi Hoſtienſis *num.* 1. Butrius *num.* 2.

Et valent arbitri cognoſcere, an recuſationi fuerit renunciatum; nam ſtante renunciatione ceſſant cauſæ ſuſpicionis. Innocentius *loc. cit.*

426 Judex recuſatus ſtatuit terminũ deciſionis.

Judex recuſatus ſtatuit terminum, intra quem arbitri cauſam ſuſpicionis decidant, quo elapſo, & ſi nihil probatum fuerit, vel ſit dictum ſuſpicioni non eſſe locum, Judex recuſatus procedere poterit. *cap. cum ſpeciali. de appellat.*

At ſi pronunciatum fuerit ſuſpicionem obſtare, tunc alius Judex non ſuſpectus conſtituendus eſt à Superiore. *cap. ſuſpicionis. de officio Delegati.* Sicardus in *l. apertiſſimi. num.* 11. *C. de judiciis.* Caravita *ritu* 265. *num.* 31. Speculator *tit. de recuſatione*, §. *qualiter. num.* 4. 7. & 8.

A ſententia arbitri appellari poteſt ad Papam, ſi dans ſententiam ſit Delegatus Papæ, vel alius Ordinarius. Scaccia *de appellat. qu.* 7. *num.* 509.

Pœna allegantis, & non probantis Judicem ſuſpectum.

427 Non probãs ſuſpicionem allegatam jure non punitur.

JUre Civili eſt nulla, nam ſatis eſt ſi allegans juret ſibi videri ſufficientem cauſam, nec illam opponere animo calumniandi. Gloſſ. in *l. apertiſſimi, v. recuſare, C. de judiciis.* Farinac. 2. *part. fragmentorum criminalium num.* 828. Mінſingerus *centuria* 3. *obſervat.* 6. *num.* 3. Covarr. *practicarum cap.* 25. *num.* 2. Pratus *obſerv.* 58. *num.* 7.

Jure Canonico cauſa ſuſpicionis allegata eſt probanda, nulla tamen pœna adjecta. *cap.* 2. *requiris* §. 1. *de appellat.*

428 In Regno modo amittit depoſitũ.

In Regno olim nulla aderat pœna. *Ritu* 265. ubi Caravita *num.* 6. Pratus *Forenſium* 3. *cap.* 49. *num.* 11. At modò niſi allegans probet ſe pauperem, recuſationis cauſa proponitur cum depoſito, amittendo à non probante, vel renunciante ſuſpicioni propoſitæ. *Pragm.* 11. *de ſuſpicione Officialium.*

429 Libellus ſuſpicionis eſt ſubſcribẽdus ab Advocato cum ſpeciali mandato.

Et libellus in cauſis ſuſpicionum eſt ſubſcribendus ab Advocato, vel Procuratore cum ſpeciali mandato. *l. non ſolùm*, §. *final. D. de Procuratoribus.* Valenzuola *tom.* 2. *conſil.* 170. *num.* 16. & Advocato renuente ſubſcribere, ſubſcribendus eſt à principali duplicato depoſito, niſi Advocatus ipſe ſit principalis; nam tunc ſubſcribitur facto ſimplici depoſito. Pratus *loc. cit.* Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ.* 81. *num.* 3. Petra *ritu* 265. *num.* 21. & 29.

430 A principali duplicato depoſito.

De Judice quoad Forum conſcientiæ.

§. VI.

431 Cauſam cõcluſam debet decidere

JUdex potenter judicabitur, & ſi ſibi blandiatur opprimendo, opprimetur. Debet cauſam concluſam decidere, & non decidens ex mora, vel dolo culpabili, facit partibus injuriam, & tenetur reſtituere damna inde ſequuta. *l. properandum.* 11. *C. de judiciis.* Poteſt tamen Judex partibus aperire difficultates, ut illas diſſolvant, nam fortè poſſunt novis motivis illis occurrere.

Detinens ſine cauſa aliquem in vinculis, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere damna. Navarr. Bonac. & alii. 432 Detinẽs aliquẽ in vinculis injuſtè, peccat.

Judex incompetens, vel uſurpans juriſdictionem peccat mortaliter, & tenetur damna parti adverſæ inde ſecuta reparare, nam facit injuriam. *l. fin. C. ſi à non competente Judice.* D. Tho. 2. 2. *qu.* 60. *art.* 6. 433 Incompetẽs peccat.

Ignorans neceſſaria ad ſuum officium, peccat mortaliter, quia exponit ſe periculo errandi, & lædendi alium. D. Tho. 2. 2. *qu.* 76. *art.* 2. Sayrus, & Bonacin. 434 Et ignorans.

Accipiens munera peccat mortaliter, & tenetur illa reſtituere. 1. Regum *cap.* 8. *num.* 3. Deuteronomii *cap.* 16. *num.* 16. ibi: *nec munera, quæ excæcant oculos Sapientum*, & non præſumuntur ſpontè data, vel ſunt data adverſus invitum. Leſſius, Navarr. & alii. 435 Accipiens munera.

Accepta à ſpontè dante, danti non ſunt reſtituenda: accepta ab invitè dante, eidem ſunt reſtituenda, etiam ante ſententiam, cum non ſint accipienti juſtè quæſita.

Accepta pro ferenda juſta ſententia ſunt reſtituenda, nam ſine titulo detinerentur, cùm faciat quod facere tenetur. *l. venales, C. quando provocare non eſt neceſſe.* Menoch. Capyc. Navarra. 436 Pro ferenda juſta ſententia, reſtituenda.

Judex condemnans inauditum peccat, ut calumniator, & ut abutens poteſtate. 437 Damnãs inauditum peccat.

Et cœteris paribus non poteſt expedire cauſam unius ante aliam, nam jus habent, cui ſtandum eſt: niſi una pars cedat alteri jus ſuum. 438 Debet expedire cauſas priores.

An autem Judex non condemnans ad pœnam Fiſco debitam, teneatur reſtituere pœnam Fiſco?

NEgat Diana cum pluribus, quia pœna non debetur Fiſco, niſi poſt ſententiam. 439 Negant Judicem reſtituere Fiſco pœnam non impoſitam Reo.

An autem ſi habet ſalarium conſtitutum, ut talem ſententiam proferat, teneatur ſalarium reſtituere, cùm non fuerit functus ſuo officio, explicabimus cum de Reſtitutione; nam eſt communis controverſia etiam circa illos, qui cuſtodiunt vias ob controbanna, & deinde ſuo officio malè utuntur.

De Actore, & Accuſatore.

TITULUS VI.

ACtor dicitur in civilibus, Accuſator in criminalibus. *l. qui prior, D. de judiciis.* 440 Actor in civilibus, Accuſator dicitur in criminalibus.

Actor, ſivè Accuſator debet probare. *l.* 2. *D. de probat.* & niſi probet, Reus abſolvitur. *cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. l. qui accuſare, C. de edendo.*

Sed tunc eſt difficultas:

Judex competens eſt laicus. Iſernia in *cap. 1. qui dicatur Dux*.

An Clericus ſuſcipiens Officium laicum, putà tutelam à Judice laico, conveniatur coram Judice laico pro reddendis rationibus.

298 Clericus ſuſcipiens officium laicū, non convenitur coram laico.

NEga: ſed convenitur coram Eccleſiaſtico, nam Clericus, nec volens poteſt Judici laico ſubdi. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & ſic remiſſum Eccleſiaſticum deciſum ait Rovitus *deciſ.* 20. & *Pragm. 1. num. 5. de Clericis ſelvaticis*. de Marinis *tom. 1. cap. 53. num. 18.*

299 Sic deciſum junctis Aulis, quam deciſionē omninò vide, & nuper impugnatur à Frãciſco Maſtelloni, contra Patres Carthuſiæ in cauſa quam habent cum Regio Fiſco ob dimiſſum Hoſpitale S. M. Spinę Coronæ.

An Clericus mandato Judicis laici recipiens depoſitum, conveniri poſſit coram eodem Judice laico?

NEga: Surdus *conſ. 369. num. 33.* contra Baldum in *l. accepsum. num. 4. Cod. de uſuris.* Capellam Toloſanam *deciſ.* 162. nam hic eſt tantùm contractus, & ex contractu Clericus non variat Forum, & cum non poſſit Foro renunciare, ità nec contractu valet præjudicare ſtatui Eccleſiaſtico. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.*

300 Clericus recipiens depoſitū mandato Judicis corā eo non poteſt conveniri.

Clericus delinquens in Officio laico ei dato à Principe, an puniatur à Judice Eccleſiaſtico?

301 Clericus delinquens in officio laico punitur ab Eccleſiaſtico.

AFfirma: Diana *par. 4. tract. 1. de immunitate reſol.* 39. Volpe in *praxi cap. 43. num. 25.* dicens tantùm poſſe Officio dato privari, contra Farinacium *de inquiſit. quæſt. 8. num. 97.* Bobadillam *tom. 1. Politic. lib. 2. cap. 18. num.* 99. dicentes poſſe puniri à Judice laico.

302 Poſſe puniri à laico privatione officii. Cõtra Farin. & Bobad.

Sed difficultas eſt:

An Clericus litigans coram laico, poſſit ab eodem condemnari ad ſolvendum ſalarium Advocato, vel Procuratori illius litis?

303 Clericus litigãs coram laico an poſſit damnari ad ſolvendū ſalariū Advocato, & aliis ab ipſo Judice laico, negatur.

NEga: nam Clericus eſt, nec valet conſentire in Judicem laicum, niſi in caſibus jure ſancitis, inter quos hic non invenitur. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.* Hæc enim non eſt reconventio, quæ currit in Actorem, & Reum, & ceſſat, lata ſententia, ut eſſet hic. Francus *deciſ. 193. & deciſ.* 376. Berous in *cap. at ſi Clerici. num. 155. de judiciis.*

De Clerico degradato, an gaudeat Foro?

§. XV.

304 Clericus degradatus nō gaudet Foro

NEga: *cap. degradatio. de pœnis in 6.* Francus *deciſ.* 571. Bartolus in *l. 1. D. de pœnis.* Craſſus *effectu 1. Clericatus num.* 83. ex Trident. *ſeſſ. 13. cap. 4. de reformat.*

De Clerico Negotiatore: an gaudeat Foro?

§. XVI.

305 Clericus negotiator Foro gaudet, niſi ter monitus non reſipiſcat.

AFfirma: niſi ter monitus non reſipiſcat, & delinquat in negotiatione; nam tunc ſubderetur Judici illius artis, qua negotiatione remota, Foro gaudet. *cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum*, ubi Innocentius, Guidon Papa *deciſ.* 291. Semper tamen punitur per Judicem Eccleſiaſticum.

An Judex laicus punire valeat Clericum coram ſe dicentem falſum?

NEga: Francus *deciſ. 470. num. 4.* Anna *ſingulari* 135. Capycius *deciſ. 5. in fine.* Afflictus *deciſ.* 230. de Marinis *tom. 1. cap. 50. n. 1.* dans decem Doctores. Tappia *deciſ.* 13. nam ſicuti verbo, ità facto nequit renunciare privilegio Fori, niſi in caſibus Jure expreſſis. *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & juriſdictio Judicis laici contra Clericum eſt improrogabilis, & ſic ceſſat *lex. nullum, C. de teſtibus*, currens in Judice prorogabili.

306 Clericus coram Judice laico dicens falſum, non punitor ab ipſo.

Sed è contrà:

An laicus teſtis falſus coram Judice Eccleſiaſtico ab eodem puniri debeat?

AFfirma: quia hujus juriſdictio prorogabilis eſt verbo, & facto, & de iſto caſu currit Textus in *d. l. nullum, C. de teſtibus*; maximè ob perjurium miſti Fori: *cap. teſtimonium. de teſtibus.* Abbas in *cap. cum ſit generale. num. 21. de foro competenti*, & poteſt etiam puniri à Judice laico, quia Juriſdictio eſt cumulativa, non privativa, & eſt locus præventioni. Afflictus *deciſ.* 219. Ciarus *§. fin. quæſt.* 34. Francus *deciſ.* 149.

307 Laicus teſtis falſus coram Judice Eccleſiaſtico ab ipſo punitur

308 poteſt puniri à Judice laico.

An Clericus conſenſu Epiſcopi, poſſit ſe ſubjicere Judici laico?

NEga: Craſſus *effectu 1. Clericatus num.* 652. Pignatellus *tom. 2. conſult. 45. num. 6.* Patet ex *cap. ſi diligenti. de foro competenti*, & ex *cap. ſignificaſti, eodem tit.*

309 Etiam conſēſu Epiſcopi nō poteſt ſubdi Judici laico.

An Epiſcopus poſſit delegare Juriſdictionem laico contra Clericum?

NEga: Doctores citati. contra Sylveſtrum *v. Judex, §. 4.* Toletum *lib. 1. Summæ cap. 28. num.* 10. Dianam *par. 3. tract. 2. reſol.* 112.

310 Nec Epiſcopus laico delegare valet Juriſdictionem contra Clericum.

Patet primo, ex *cap. ſignificaſti. de foro competenti.* Secundo, quia laici non debent ſcire facta Eccleſiaſticorum. *cap. 1. de judiciis.*

An Papa delegare valeat laico cauſam contra Clericum?

AFfirma: Theſaurus *deciſ. 31. num.* 12. Patet ex *can. mendax. 2. quæſt. 5. can. in Synodo diſt. 63. can. illud. 10. quæſt.* 3. Secundo, quia Pontifex derogare valet Juri Canonico aliter decernenti: & hinc redundant fortè privilegia conceſſa quibuſdam laicis, ut ſunt Veneti, cognoſcentes contra Clericos.

311 Poteſt tamen Papa.

An Princeps laicus punire valeat Clericum impedientem ſuam laicam Juriſdictionem?

DIſtinguas: vel procedit vi Juriſdictionis, vel vi defenſionis.

312 Princeps cõtra Clericū.

Si vi Juriſdictionis, nega; nam laicus non eſt Superior Clerici. *cap. quanquam. de cenſibus in 6.* & ut verbo, ità facto criminoſus nequit ſe ſubjicere laico. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.*

313 Vi Juriſdictionis non valet cognoſcere.

Vi defenſionis inculpatæ cum moderamine naturali, affirma: nam defenſio Juris proprii omnibus licita Jure naturæ, multò magis perſonis publicis permiſſa. *l. 3. D. de juſtitia, & jure.*

314 Vi defenſionis poteſt.

re. Clem.unica.de homicidio. l.2. & 3.D.de vi, & vi armata. Megala 3.*par.lib.3. cap.11.num.23.* Bobadilla *tom.1.lib.2.cap.18.num.84.*

An Judex laicus punire valeat Clericum uſurpantem ſuam Juriſdictionem?

315 Clericus uſurpans juriſdictionem Principis.

DIſtinguas: vel utitur defenſione naturali, vel Juriſdictione.

316 Vi juriſdictionis nequit.

Vi Juriſdictionis, nega: quia laicus non habet, nec habere poteſt juriſdictionem contra Clericum, cùm Clericus ſit Superioris ſtatus. *cap.quanquam. de cenſibus in 6.* Concilium Lateranenſe *ſeſſ.9.* ubi Leo X. in Bulla, quæ incipit: *Superna, de reformat.* ibi: *cum à Jure tam Divino, quàm humano laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.*

317 Vi defenſionis valet.

Vi defenſionis cum moderamine inculpato, affirma: ſed tunc non eſt pœna, ſed defenſio Juris naturalis, etiam animantibus licita. *Clem unica.de homicidio.* Martha *par.4. de juriſdictione caſu* 101. volens nec licere laicis bona Clericorum ſequeſtrare, quia hìc eſſet actus juriſdictionis, quæ nequit exerceri à laicis contra Clericos, quoad perſonas, vel bona. *Clem. 1. de vita., & honeſtate Clericorum.* & ſi delinquant, à proprio Judice puniantur. Megala *loc.c. n.12.*

An laicus ejicere poſſit à Regno Eccleſiaſticum ſeditioſum, perturbatorem, ſi alia via nequeat damnum evitare?

318 Eccleſiaſticus ſeditioſus.

DIſtinguas: defenſione inculpata à Juriſdictione.

319 Vi juriſdictionis nequit ejici.

Vi Juriſdictionis, nega, quia non ſunt Clerici ſubditi laico. *Clem.1. de vita, & honeſt. Clericorum*, & ſic à proprio Eccleſiaſtico Judice puniendi, ſi delinquant. *cap.1.§.ſi Clericus.de pace tenenda in uſibus feudorum.*

320 Vi defenſionis ejici poteſt.

Vi defenſionis cum moderamine inculpato, affirma: quia defenſio cum moderamine inculpato omnibus contra omnes competit. Eſt contra Ramirez *de lege Regia,§.27.num.15.litera G.* Giurbam *conſ.criminali 48.num.16.* abſolutè affirmantes poſſe ejici extrà Regnum hujuſmodi perturbatorem, & ſeditioſum: & ità

321 Sic ejectum Religioſum Militiæ Hieroſolymitanæ à Duce de Alcalà.

ejectum Æquitem Hieroſolymitanum ſeditioſum, perturbatorem Civitatis, extrà Regnum à Duce de Alcalà, teſtatur Fuſcus *lib.2. de viſitatione cap.20.num.25.*

An Judex laicus cognoſcere valeat de Clericatu?

322 Judex laicus non cognoſcit de Clericatu.

JUre Canonico, nega: nam eſt cauſa Eccleſiaſtica ex materia Eccleſiaſtica, ſcilicet an adſit Clericatus. *cap. ſi Judex laicus. de ſententia excommunic. in 6. cap. 2. cap. quanta. de Judiciis.* ità ut articulus Clericatus, etiam incidens lite mota, coram laico decidendus ſit, & remittendus ad Judicem Eccleſiaſticum. *cap. tuam. de ordine cognitionum. cap.lator.cap.cauſam, il 2. qui filii ſint legitimi.* Bellamera *deciſ.* 25. Capycius *deciſ.7.* Francus *deciſ. 52. in principio deciſ. 312. deciſ. 512.* Gamma *deciſ.* 194. *num.1.* Rota *par.2. diverſorum deciſ.20. num.8.* Soccinus in *cap. propoſuiſti.num.43.de foro competenti.* Gratianus *cap.* 190. *num.* 10. de Craſſis *effectu 2.Clericatus num.405. & 1257.* Rota *deciſ.2. de ſententia excommunic. in 6.* Pignatellus *tom. 2. conſult. 44. num. 2.* contra plures apud Dianam *par.1. tract.2.reſol.27.& par.3. tract.1. reſol.29.* Guidonem Papam *quæſt.138.*

323 Laicus Judex eſt incompetens Clerico.

Laicus namque Judex actu, & habitu eſt incompetens, ut cognoſcat de cauſa ſpirituali Clericatus, ſivè principaliter, ſivè incidenter. Cardinalis in *cap. lator. oppoſit. ultima num. 4.* ubi Abbas *num.7. qui filii ſint legitimi.* Maſcardus *de probationibus concl.961.*

324 In Regno Judex laicus cognoſcit, an ſit Clericus.

In Regno in *ritu 65.* ubi Petra *num.2.* & *ritu 235.num.21.* Judex laicus cognoſcit, an ſit Clericus, itàut coram ipſo Clericatus probandus

325 Ut Judex inſtruatur.

ſit, non ut probetur, ſed ut Judex inſtruatur, an ſit Clericus: quo cognito, illicò ſine mora remittitur Judici Eccleſiaſtico. Francus *deciſ.189. num.1.* Sanfelice *deciſ.260.lib.2.*

326 Probatur Clericatus. 1. Bullis.

Clericatus autem probatur.

Primo, Bullis. Sperellus *deciſ.117.num.23.*

327 2. Teſtibus.

328 Sufficit unus teſtis de viſu

Secundo, teſtibus de viſu, ſcilicet, qui viderunt illum ordinari. *l.teſtium, §.ſin verò,C.de teſtibus.* Afflictus in *rubr.3. Regni num.12.* dicens ſufficere unum teſtem de viſu, ex *cap. tuæ Fraternitati. de Clerico peregrino*; licèt alii requirant duos teſtes. Boerius *deciſ.171.num.24.* Maſcardus *de probationibus concl.303. num. 1.* Covarruvias *practicarum cap.33. num.3.* Caravita *ritu 275.num.18.* Petra *ritu 65. num. 8.* contra Merlinum *centuria 2. cap.91.* Thorum 2. *parte compendii, v. remiſſio*, negantem poſſe Clericatum probari per teſtes, ſed probari poſſe per teſtes fatentur decem, & octo Doctores apud Petram *loc.cit. num.9.* ex *l. emancipatione, Cod.de fide inſtrumentorum.*

329 3. Delatione habitus, & tonſuræ per x. aut xx. annos ità deciſum Neapoli.

Tertio, probari valet Clericatus delatione habitus, & tonſuræ per decem, vel viginti annos, ità ut dicatur in quaſi poſſeſſione Clericatus, deciſum Neapoli apud Grammaticum *deciſ.81.* Maſcardus *de probationibus concluſ.303.num.7.* Menochius *lib.2 præſumptione 76.num.11.* contra Sanſelice *tom.1. deciſ.7.* Mari ad Grammaticum *deciſ.81. num.14.*

An Clericus remitti poſſit cum ignominia?

330 Non poteſt remitti cum ignominia.

NEga: & remittens cum ignominia eſt excommunicatus, quia eſſet punire Clericum, quæ punitio debet fieri à Judice Eccleſiaſtico: & ità Pientiſſimus, & Juſtiſſimus Rex noſter derogavit Regentem Magnæ Curiæ Vica-

331 A Rege exauctoratus fuit Judex cũ ignominia remittẽs Clericum.

riæ, qui remiſerat Clericum catenatum ad ſuum Epiſcopum, ut poſt Baronium *effectu inimicitiæ.47 n.2.* teſtatur Petra *ritu 235.n.29.* & Caravita *ibidem.* idque currit etiam in Baronibus, qui remittunt Clericos ad proprios Ordinarios cum dedecore, ligatos, & quandoque ſuper aſinum, ut eos ignominia afficiant. Et ſic remiſſio eſt facienda ſine dedecore intrà horas 24. nè contrahatur excommunicatio. *cap.ſi Epiſcopus. de ſententia excommunic. in 6. cap. nuper. 29. de ſententiis excommunic.* Antoninus *lib.2.reſol.48.*

De Novitiis: An gaudeant Foro, etiamſi non ſint Clerici?

§. XVII.

332 Novitii, etſi non Clerici, foro gaudẽt.

AFfirma: Riccius *par.4.praxis reſol.243.n.3.* Diana *par.5. tract.1.de immunitate reſol.* 18. Carlevalius *lib. 1. de judiciis tit. 1. diſp. 2. qu.6.ſect.3.à num.279. ad 445.* Novarius *tom.1. Forenſium cap.42.* Ricc. *par.4. praxis reſol.249.* dicens ità declaraſſe Sacram Congregationem.

Con-

Digitized by Google

Contra Maſtrillum *deciſ.*290. *num.*166. Soccinum in *cap.propoſuiſti. de foro competenti.* Villadiecum in *Politicn cap.*5. §.20.*num.*1112. Rodriquez *tom.*2. *Regularium quæſt.*62. *art.*14. & *qu.*74. *art.* 9. Cænedum *de paupertate Religioſa dubitat.*50. *num*, 20. Portellam in *dubiis Regularium* , v. *Novitii annut. num.*54. Suarium 8. *de legibus cap.* 16. *num.* 14. Laparte *de decimis cap.*19. *num.*50. Guttierez *de gabellis quæſt.* 95. *num.*29. Jaſonem in *Auth.ſi qua mulier.in fine.* Treviſanum *lib.*2.*deciſ.Veneta* 54. *num.*17. Tiraquellum *de utroque retractu*, §.1.*gloſ.*8.*n.*21. ajentes conveniendos ſub Foro laico. Montanus *controverſia* 46. *num.*16. ajens, ligari etiam legibus laicis , & conſuetudine hujus Civitatis , qua medietas bonorum antiquorum eſt relinquenda conſanguineis,undè exlvir.

Probatur primo,quia in favorabilibus nomine Religioſorum etiam veniunt Novitii. Secundo, quia deſtinatum habetur , ità ac id , ad quod deſtinatur. *l. fundi.* 17. §.1. ibi : *pali, qui exemti ſunt, ut collocentur , fundi ſunt. l.granaria.*18.§.1.*D.de actione emti.* Sacra Congregatio apud Pignatell.*tom.*2.*diſp.*43.*num.*8.

Dices cum Montano : Primo , Clericus non gaudet Foro , niſi in habitu , & tonſura deſerviat Eccleſiæ. Triden.*ſeſſ.*23.*cap.*6. *de reformat.* ergo nec Novitius inſerviens Eccleſiæ ſine Clericali charactere.

Reſpondetur,Novitium non gaudere immunitate ad inſtar Clerici , ſed ad inſtar Religioſi, licèt non ſit Clericus, cujus nomine in favorabilibus venit.

Dices ſecundo, cum eodem Montano, Novitius non gauderet privilegio Canonis : *Si quis ſuadente Diabolo* 17. *qu.*4. niſi fuiſſet id expreſſum in *cap.Religioſo*, §.*final.de ſententia excommunic. in* 6. ergo non gaudet privilegio Fori non expreſſi. *cap.nonnè.de præſumptionibus.*

Reſpondetur , privilegium Canonis eſſe mixtum pœnalitate Rei excommunicandi, & pœna nõ eſt extendenda.Non ità eſt privilegium Fori per ſe reſpiciens exemtionem ſtatus Eccleſiaſtici,& ut privilegium latè interpretãdum adverſus concedentem.*l.*1.*C.de pact.* Ità latè interpretandum ob reverentiam Eccleſiæ , cum nulla ſit major ratio,quàm quæ pro Religione facit.

Replicabis , Novitius retinet dominium rerum. Trident. *ſeſſ.*25.*cap.*16. ibi : *ſua erant*, retinet feudum, cujus Religioſus eſt incapax.*cap. qui Clericus ſub tit.*51. *de feudo defuncti militis controverſia ſit. cap.*1. *de milite vaſſallo, qui arma bellica depoſuit* . & in Novitiatu retinet ſtatum laicalem , cum ſit in ſtatu deliberationis an velit profiteri .

Reſpondetur , hinc non inferri non gaudere Foro , cum revera ſit in ſtatu Eccleſiaſtico ſaltem diſpoſitivo , & diſpoſitio eſt in eodem ordine, ac eſt forma , ad quam diſponit, maximè declarante Sac.Congregatione *loc.cit.*Probatque privilegium Canonis , quo Novitii etiam non Clerici gaudent. *d.cap.Religioſo*, §.*fin.de ſentent. excommunic. in* 6.

333 Novitii debent medietatem bonorum antiquorum agnatis relinquere.

Dominium rerum,quo fruuntur durante Novitiatu ad ſummum probat , non poſſe Novitium præjudicare agnatis in medietate bonorum antiquorum relinquenda , vi Conſuetudinis Neapolitanæ , ut deciſum refert Montanus *loc. cit. num.*12.

An Laici recepti , ſed ob defectum ætatis non adhuc admiſſi inter Novitios Religionis militantis, gaudeant Foro?

AFfirma: Riccius *par.*4. *praxis reſol.*243.*n.*3. Rovitus *lib.*1.*conſ.*96. Diana *par.*6.*Miſcellaneorum part.*8.*reſol.*7. Peregrinus in *conſtitutionib.par.*2.*cap.*3.§.6. Pignatellus *tom.*2.*conſultat.*43. *num.*7. dicens cum Merlino etiam gaudere Canone. Eſt contra Farinacium *deciſ.* 449. Guazzinum *cap.*20.*num* 17. Giurbam *conſ.criminali* 59.*n.*37. Bellettum *diſquiſit.Clericali. de favore Clericor.* §.4.*num.*19. motos ex Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* ubi habetur , quod ante Novitiatum non ſunt Eccleſiaſtici. 334 Laicus ob defectũ ætatis nondum admiſſus inter Novitios Religionis Militenſis, gaudet Foro

Probatur noſtra ſententia , quia deſtinatum ad Religionem eſt ità , ac id , ad quod deſtinatur. *l.fundi.*18. §.*fin.* ibi : *Pali, qui exemti ſunt, ut collocentur , fundi ſunt. l.granaria.* 19. §. 1. *D. de actionibus empti. l.*1. §.*cœpiſſe*, *D. de pollicitationibus. l.filius familias.* 44. *D.de militari teſtamento.* ergo deſtinatus proximè ad Religionem , ut in re noſtra , cum faciat probationes nobilitatis , eſt ità , ac Religioſus in favorabilibus . Sacra Congregatio pluries apud Pignatellum *loc.cit. num.*8.

An familia laica Epiſcopi , Nuntii Apoſtolici , & Cardinalis,gaudent Foro?

AFfirmat Abbas in *cap.* 2. *num.* 5. ubi del Bene *tom.*1. *de immunitate cap* 4. *dub.*5. *ſect.*2.*num.*9. & *ſect.*1. & 2. loquens de familia laica Epiſcopi. Butrius *de foro competenti*,& in *cap.*9.*de offic.Archidiaconi*, ubi Barboſa, Pacianus *lib.*2.*de probationibus cap.*34. *num.*125. Farinacius *lib.*1.*practica criminalis tit.*1.*quæſt.*8. *num.* 46. de Marinis *cap.* 117. Decianus *lib.* 4. *criminalium cap.*9. *num.* 57. Gratianus *Forenſium cap.*340. Capycius *deciſ.*17. *num.* 1. Biſantius *lib.*1. *Forenſium cap.*20. *num.*29. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 27. *num*, 49. Narbona *lib.*2. *tit.*1. *num.*27. *lib.* 4. *recompilationum* . Borrellus *tom.* 1. *Summa deciſionum*, *tit.*43. *num.*140. Clarus §.*fin.quæſt.*35.*num* 18. Cenedus *canonicarum quæſt.* 4. *n.* 26. Zerola in *praxi Epiſcoporum*, §. *Epiſcopus* . Gloſſa in *can. Clericorum.*2. *quæſt.*1. Maranta *Medulla decreti litera F*, v. *familia Epiſcopi* . Guazzinus *tom.* 1. *defenſa* 20. *cap.* 9. *num.* 23. Pignatellus *tom.* 1. *conſ.*81.*num.*4. & 7. dicens id verum in criminalibus, & civilibus,dans ſeptem declarationes Sacræ Congregationis, & *tom.*2. *conſ.*5.*num.*10. 12. & 23. dans alias Sacræ Congregationis declarationes,& *num.*12. affert declarationem Sacræ Congregationis 6. *Decembris* 1627. aſſerentem , etiam colonos Epiſcopi durante colonia gaudere Foro. Giurba *conſ.*77. Gavantus in *Enchyridion Epiſcoporum* , v. *familiares Epiſcopi n.*2. Gaieota *reſponſo Fiſcali* 50. *n.*106. de Luca *de Juriſdict. diſcurſu* 67. del Bene *de immunitate c.* 4. *dubio* 17. idem aſſerens de Epiſcopo Titulari,dummodo ab Ordinario loci puniantur.contra Cevaglios *de cognitione per viam violentiæ par.*2.*q.*58.*n.*9.& 13.Sanfelice *deciſ.*1.*n.*1. dicentem ſe ità vidiſſe practicatum Neapoli.Morlam in *Emporio Juris tit.*2. *n.*14. Suarium ad *Regem Angliæ lib.*4 *cap.*29. *n.*8. & 10. Feloagam *Enchyridion Juris cap.*16.*num.*38. dicentem veriorem pro dictione Caſtellæ, & ſubdentem *nu.*44. oppoſitas ordinationes Rotæ , & deciſiones non loqui de hoc caſu , & in dictione Pontificia ex

335 Familia laica Epiſcopi, Nuntii , & Cardinalis gaudere Foro multi affirmant.

Altera ſententia.

336 E' contrario ita practicatum Neapoli

cap.

Digitized by Google

cap. vergentis 10. §. *in terris verò temporali noſtræ Juriſdictioni ſubjectis. de hæreticis*. Gonzalez in

337 Prima verior ab auctoritate.

cap. dilecto filio. 10. *num*. 3. & 8. *de officio Archidiaconi*, dicentem *num*. 8. primam ſententiam veriorem ab auctoritate.

Probatur.

Probatur igitur prima ſententia ex *l*. 2. §. 1. *C. de Epiſcopis, & Clericis*, ubi famuli Clericorum indiſtinctè gaudent privilegiis Eccleſiaſticis, inter quæ eſt immunitas Fori. Undè Capycius Galeota *reſponſo Fiſcali num*. 109. & 110. aſſerit ſervientes remittendos ad Judicem Eccleſiaſticum, cui ſerviunt, & aſſerit ità ſervari in Camera Summariç, & in Regio Conſilio. Exemta enim familia, eſt enim exemta pars familiæ, qualis eſt ſervus Domini. *cap*. 1. *de privilegiis in* 6. *l. non aliter, D. de judiciis*. Theſaurus *deciſ*. 22. loquens de familiaribus Cardinalium.

338 Privilegium conceſſum Scholaribus eſt etiam datum famulis.

Probatur ſecundo, ex *Auth. habita, C. ne filius pro patre*: ubi privilegium conceſſum Scholaribus, eſt conceſſum eorum famulis; ergo immunitas conceſſa Ordinariis Eccleſiaſticis, cenſetur conceſſa eorum famulis.

Ex can. Eccleſiarum.

Probatur tertio, ex *can. Eccleſiarum*. 69. 12. *quæſt*. 2. & ex *l*. 1. & 2. *C. de Epiſcopis, & Clericis*; ubi coloni perpetui gaudent immunitate, cujus ſunt coloni.

339 Coloni perpetui gaudent immunitate cujus ſunt coloni.

Probatur quarto, ex *c*. 1. *de pœnis in* 6. ubi Epiſcopus cognoſcit irrogantes injurias ſuis familiaribus; ergo multò fortiùs cognoſcit delicta ſuorum familiarium.

Ex cap. 1. de pœnis in 6.

Probatur quinto, ex *cap. fin. de officio Archidiacon*. ubi familia Epiſcoporum eſt ſub juriſdictione Archidiaconi; ergo multò minus ſub juriſdictione Judicis laici.

Ex cap. fin. de offic. Archid.

340 Ex Trid.

Probatur ſexto, ex Trid. *ſeſſ*. 14. *de reformat. cap*. 5. verbo *familiaribus*, & ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barboſam *lib*. 1. *de Jure Eccleſiaſtico cap*. 39. §. 4. *num*. 34. & ex relatis à Pignatello *loc. cit*.

341 Ex cap. dilecto filio. de officio Archidiac.

Tandem probatur ex *cap. dilecto filio. de officio Archidiac*. ubi familia laica Epiſcopi eximitur ab alia poteſtate, ubi Hoſtienſis, & Joannes Andreas, Boſſius *de foro competenti num*. 177.

342 Objectio.

Objicies primo, ex textu Trid. *ſeſſ*. 23. *de reformat. cap*. 6. & 9. ubi Clerici ſub certis requiſitis gaudent Foro, quales non ſunt laici.

Diluitur primo.

Reſpondetur primo, ibi Trid. velle, non omnem Clericum, ſed habentem requiſita expreſſa gaudere Foro, non verò excludere alios, non Clericos.

343 Secundo.

Secundo reſpondetur, Trident. loqui de illis, qui nomine proprio privilegiis fruuntur, & ſic non loqui de famulis, qui gaudent privilegiis nomine Domini. *l*. 2. *C. de Epiſcopis, & Clericis. can. Eccleſiarum*. 69. 12. *quæſt*. 2.

344 Objectio.

Objicies ſecundo cum Gonzalez *loc. cit*. nullo Canone talis exemtio probatur; ergo remanet ſub diſpoſitione Juris, ut laicus Judici laico ſubdetur; nam privilegium odioſum, non eſt concedendum, niſi ſit jure expreſſum. *l. jus ſingulare*. 16. *D. de legibus. cap. fin. de filiis Presbyterorum*.

Reſpondetur.

Reſpondetur, jure expreſſum privilegium Dominorum comprehendere famulos *l*. 2. §. 2. *C. de Epiſcopis, & Clericis. cap. dilecto filio. de officio Archidiaconi*. Servi namque fruuntur de jure privilegiis Domini. Albericus in *l*. 1. *nu*. 4. *C. de Epiſcopis, & Clericis*; & ex regula juris: *acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*.

345 Tertia objectio.

Objicies tertio, Pontifex ſuis Canonibus nequit eximere laicos à juriſdictione Regia; nam id non conduceret ad bonum ſpirituale. *cap. cauſam*. 7. *qui filii ſint legitimi*.

Diluitur.

Reſpondetur, eximi ipſo jure communi laico, nullibi correcto, quo acceſſorium ſequitur principale.

346 Quarta objectio.

Objicies quarto, iſti ſunt ſeculares; ergo Judici ſeculari ſubduntur.

Diluitur.

Reſpondetur, eſſe ſeculares, & nomine proprio non immunes, ſed immunes nomine Domini, *l*. 2. *C. de Epiſcopis, & Clericis*.

347 Quinta objectio.

Objicies quinto, Eccleſiaſticis conceditur immunitas ratione ſpiritualitatis. *can. cui porrò*. 12. *quæſt*. 2. Sed laici non habent ſpiritualitatem; ergo non gaudent exemtione Fori.

Reſpōdetur.

Reſpondetur, eodem modo: laicos nomine proprio non habere ſpiritualitatem exiſtentem, ſed nomine alieno, cujus ſunt partes, quæ ſequuntur privilegia Capitis familiæ Eccleſiaſticæ. Sic famuli Inquiſitorum fruuntur Foro Domini. Diana *p*. 4. *tract*. 7. *reſol*. 37. Barboſa *de Jure Eccleſiaſtico lib*. 1. *cap*. 39. §. 2. *n*. 59. Cùm ergo Epiſcopi ſint Inquiſitores de jure. *Clem*. 1. & 2. *de hæreticis*. Alzedus *de præexcellentia Epiſcoporum par*. 1. *cap*. 11. *num*. 37. meritò ejus famuli utuntur privilegio Fori.

348 Ultima objectio.

Objicies ſexto, ergo etiam famuli Clericorum gaudent privilegio Fori.

Reſpōdetur.

Reſpondetur, jure conſequentiam veram, & bonam eſſe cum Narbona, & Menochio apud Dianam *par*. 3. *tract*. 1. *reſol*. 47. ſed quia videtur privilegium hoc parum ad praxim redactum, quo ſaltem Epiſcopi frui debent. *cap. fin. de ſententia, & re judicata*, & *cap. fin. de privilegiis*, ubi Epiſcopis multa conceduntur, quæ aliis denegantur. idque ex pluribus declarationibus

349 Servus Epiſcopi eſt exemtus ab oneribus perſonalibus.

Sacræ Congregationis apud Pignatellum *tom*. 2. *conſ*. 51. *num*. 13. ubi

Primò, ſervus Epiſcopi eſt exemtus ab oneribus perſonalibus.

350 Poteſt deferre arma.

Secundo, familiares Epiſcopi poſſunt deferre arma.

351 Famuli Epiſcopi Titularis gaudēt Foro, ſed judicantur ab Epiſcopo loci.

Tertio, familiares Epiſcopi Titularis gaudent Foro, ſed conveniuntur coram Ordinario loci, ubi adſunt, non coram proprio Epiſcopo Titulari, 17. *Januarii* 1628.

352 Eximūtur à Juriſdictione laica.

Quarto, familiares laici ſunt exemti à Juriſdictione laica, 7. *Junii* 1595.

353 Item famulus Vicarii.

Quinto, famulus Vicarii Epiſcopi gaudet Foro, 13. *Julii* 1647.

An familiares Cardinalium gaudeant privilegio Fori?

354 Famuli Cardinalium.

AFfirma: etiam in delictis commiſſis extrà officium; non propter ſe, ſed propter Cardinales, quibus inſerviunt. *cap. fin. de officio Archidiaconi*. Sperellus *deciſ*. 128. *num*. 29. dans declarationem Sacræ Congregationis. del Bene *de immunitate cap*. 4. *dub*. 15. *num*. 26. Carlevalius *tom*. 1. *de judiciis diſp*. 2. *n*. 509. Diana *par*. 5. *tract*. 2. *reſol*. 25. Pereyra *de manu Regia tom*. 1. *cap*. 12. *num*. 13. Tondutus *tom*. 1. *de defenſione cap*. 29. *num*. 23. Idem dicens de Epiſcopo, etiam ſi familiaris præſtans ſervitium perſonale, menſa Epiſcopi non utatur.

Patet ex *can. Eccleſiarum* 69. 12. *quæſt*. 2. ex *l*. 2. *C. de Epiſcopis, & Clericis*. ex *cap*. 1. *de privilegiis in* 6. & ex regula Juris: *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*.

355 Eximuntur à Juriſdictione Ordinarii

Imò familiares Cardinalium ſunt etiam exemti à juriſdictione Ordinarii, ex *Conſtit*. 10. Leo-

Leonis VIII. & conveniuntur coram Auditore Cameræ. Julius II. *Conſtitut.*23.

An famuli perpetui Clericorum, ſivè mancipia, ſivè non, gaudeant Foro Clerici?

356 Famulos perpetuos Clericorum Foro gaudere affirmant plures.

AFfirma: Gloſſa in *can. Judicatu. diſt.*99. Menochius *de arbitrariis centur.*6. *caſu* 562. *num.* 3. Caravita *ritu* 46. *num.* 27. Theſaurus *decif.*22. Abbas, & Felinus in *cap.*2. *de Foro competenti*. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num.* 149. concedens in perpetuis, negans in temporaneis, & conductitiis famulis. Grammaticus *voto criminali* 23. Martha *par.*4. *de juriſdictione caſu* 19. dicens abſolutè verum in ſervis perpetuis.

357 Coloni partitiarii.

At colonos partitarios Clericorum etiam gaudere Foro aſſerit Sacra Congregatio 21. *Septembris* 1663. apud Pignatelium *tom.*2. *conſult.*51. *num.*2. *in fine*, dicens *num.* 13. ſervos Epiſcopi etiam eximi ab oneribus perſonalibus.

358 Famuli Seminarii.

Famuli Seminarii gaudent etiam Foro ipſius Seminarii. Sacra Congregatio 23. *Septembris* 1653. apud Pignatellum *loc. cit. num.*22. & *n.*29. refert Sacram Congregationem 15. *Novembris* 1672. ajentem familiares Regularium non gaudere Foro pro delictis patratis ante familiaritatem; ratio omnium eſt, quia acceſſorium gaudet privilegio principalis.

Secundò, ex *l.*22. *D. ad municipalem*; ubi Libertus ſequitur Forum Hæri, ex *l.*2. *C. de Epiſcopis, & Clericis*.

An laicus offendens familiarem, Miniſtrum Epiſcopi, ſit puniendus ab ipſo Epiſcopo?

359 Vel intuitu officii, vel ex privata inimicitia.

DIſtinguas: vel offendit intuitu officii: vel ex privata inimicitia.

Si ex inimicitia datur locus præventioni.

Si ex privata inimicitia, datur locus præventioni. Menochius *conſ.*230. *num.*82. Fabius Anna *volum.*1. *conſ.*77. *num.*2.

360 Intuitu officii punitur ab Epiſcopo.

Si intuitu officii, debet puniri ab Epiſcopo. Sacra Congregatio 9. *Junii* 1671. apud Pignatellum *tom.*2. *conſult.*52.

361 Nemo eſt Judex in cauſa propria.

Sed mihi una in omnibus ſuppetit difficultas, & eſt, nè Epiſcopus ſit Judex in cauſa propria; cum injuria facta famulo, ſit facta Domino, maximè ſi fiat intuitu officii, & nemo eſt Judex in cauſa propria; igitur te remittas Summo Pontifici: & quod juſtum, da etiam Laicorum juriſdictioni.

Forus Militum.

§. XVIII.

362 Forus Militum.

FOrus Militum eſt, in quo milites conveniuntur apud Magiſtrum militiæ. *l. Magiſtriæ.*6. *C. de juriſdict. omn. Judicum. l. deſertorem, D. de re militari. l. officium.*12. *§. officium, D. eodem*. Et Neapoli remittitur miles ad Auditorem Generalem militum in delictis militaribus, & in aliis non enormibus; nam in delictis enormibus, ut eſt homicidium, non remittitur. Franc. *decif.* 78. *num.* 2. At hodie in omni crimine convenitur apud Auditorem Generalem exercitus, ex *Pragmatica* 17. *de militibus*. Rovitus *num.*12.

Forus Scholarium, & Miſerabilium.

§. XIX.

363 Forus Scholarium.

FOrus Scholarium eſt, apud quem Scholares conveniuntur, ut eſt apud Magiſtrum, apud Epiſcopum. *Auth. habita, C. ne filius pro patre.*

Forus miſerabilium perſonarum eſt, ut eligant, & varient Forum, de quo ſupra dictum eſt. 364 Forus Miſerabilium.

Neapolitanorum Forus.

§. XX.

FOrus Neapolitanorum eſt, ut trahant, & non trahantur, ſivè ſint Rei, ſivè Actores. Carav. *ritu* 301. ubi nequeunt renunciare tali privilegio: & ſic trahunt ad Magnam Curiam, non verò trahuntur extrà; Idque etiam, ſi Neapolitanus cum Vidua, & pupillo litigaret. Petra ad Capycium *decif.* 59. Et nomine Neapolitanorum veniunt habitantes in Civitate, etiam exteri, nam tunc ſunt Cives domicilio. Quodque Privilegium extenditur etiam ad habitantes in Caſalibus intra diſtrictum, & includit etiam Curiales, etiamſi non ſint declarati Neapolitani. *Pragmatica* 2. *de Immunitate Neapolitanorum.* Ubi gaudent Neapolitani hoc privilegio, etiamſi habitent extra diſtrictum. 365 Forus Neapolitanorũ. 366 Nec renonciare poſsũt.

Capuani etiam trahunt, & non trahuntur ex privilegio ſicut Neapolitani: ſed litigantes cum Neapolitanis amittunt hoc privilegium, ex *Cap. Regni*. Et ceſſat illud: *Privilegia privilegiis conquaſſantur.* Sed Capuani ſi litigent cum exteris, tunc hoc privilegio fruuntur. Fiſcus gaudet privilegio Fori, ſivè Actor, ſivè Reus, itàut apud Judicem Fiſcalem ejus cauſa exagitetur. *l.*2. *C. ſi adverſus Fiſcum. l. ad Fiſcum. C. ubi cauſa Fiſcales.* Forus Capuanorum. 367 Fiſci Forus.

Forus Delicti.

§. XXI.

QUis ſortitur Forum, ubi delinquit, aut delictum continuat, itàut ibi conveniatur civiliter, & criminaliter. *l.* 1. *D. de juriſdict. omn. Judicum. cap.*1. *de raptoribus. l.*7. *§. idem de accuſationibus*; & quod dictum eſt de delicto, dicas de quaſi delicto *l. omnium, D. de judiciis.* 368 Forus Delicti.

Sed cum hoc ſtat, ut delinquens conveniri poſſit, etiam in loco domicilii. *l.*1. *C. ubi de crimine agi*. Peguera *decif.*87.

Non tamen poteſt procedere ſimul cum Foro delicti, ſed Forus delicti præfertur. Farinac. *de inquiſit. qu.*7. *n.*1. *&* 19. & ſic ex Foro domicilii debet remitti ad Forum delicti. *l. non eſt dubium.* 11. *§. illud, D. de cuſtodia Reorum*, ut ſit exemplum pœnæ, ubi fuit exemplum delicti. *Pragmat.* 1. 3. *&* 4. *ubi de delictis quis debeat conveniri*.

Si verò Judex domicilii prævenit inquirendo, vel cognoſcendo de maleficio, non tenetur remittere Reum ad locum maleficii. Francus *decif.*37. *num.*3. *& decif.*88. *num.*5. niſi pro executione ſententiæ, *l. Capitolium.*28. *§. famoſos, D. de panis. Clem.*1. *de officio Ordinarii.* 369 Judex domicilii poteſt procedere in delicto, licèt pro executione Judici delicti remittat Reum.

Forus Præventionis.

§. XXII.

QUando ſunt plures Judices, ille præfertur, qui prævenit inquirendo, vel in accuſando, ſivè præventio fit à Judice, ſivè à parte. *l. ſi quis poſtea.*7. *D. de judiciis. cap. non omnes. de officio Delegati*; quæ præventio inducitur. 370 Forus Præventionis.

Primo, oblatione libelli, citatione ſequuta: alìàs non eſſet præventio, ſed voluntas præveniendi. 371 Oblatione libelli.

Secundo, inducitur receptione teſtium, etiam ſummariè. 372 Receptione teſtium.

Ter-

373 Quocunque actu judiciali. Tertio, inducitur quocumque actu judiciali, & ſic etiam citatione verbali, vel reali. *l. ubi acceptum, D. de judiciis*. Et citatio realis præfertur citationi verbali, ſi unus citet verbaliter, alius citet realiter. Farinacius, Follerius, & alii. Grammaticus *deciſ*. 30. niſi realis ſit in fraudem verbalis, putà ſi citatus verbaliter ab uno Judice, ad fugiendum illius Forum, & pœnas, faciat ſe capi ab alio Judice. *l. & qui, D. ex quibus cauſis*. Cancerius, & Caravita *loc. cit*.

374 Citatio realis prefertur verbali.

Limita.

De Foro Prorogationis.

§. XXIII.

375 Forus Prorogationis. DAtur Forus prorogatus, ſcilicet extenſus de cauſa ad cauſam. Secundo, de caſu ad caſum. Tertio de loco ad locum. Quarto, de tempore ad tempus. Quinto, de perſona ad perſonam. Sexto, de re ad rem.

376 Qui prorogare poſſint. Perſona, quæ prorogare poteſt, eſt conditor legis, Papa, Imperator, Rex, &c. carentes Superiore. *cap. per venerabile*. 12. *§. videatur, qui filii ſint legitimi*; omnis juriſdictio prorogari valet, niſi inveniatur prohibita. *l. 1. & 2. D. de judic*.

Sed difficultas eſt:

An laicus conſentire valeat, & prorogare juriſdictionem Epiſcopi, & ab eo puniri?

Diſtinguas. DIſtinguas: vel procedit Epiſcopus per viam accuſationis, vel per viam inquiſitionis.

377 Per viam accuſationis, affirma. Si per viam accuſationis, affirma. Ciarlinus 1. *Forenſium cap*. 44. *num*. 21. Natta *conſ*. 43. *n*. 14. Craſſus *effectu* 1. *Clericatus num*. 75. Carlevalius *lib. 1. de judiciis diſp*. 2. *quæſt*. 8. *ſect*. 1. *num*. 1120. Genuenſis in *praxi cap*. 13. *num*. 2. Gratianus *deciſ*. 1011. Sperellus *deciſ*. 98. *num*. 33. *par*. 1. Pignatellus *tom*. 2. *conſult*. 41. *num*. 1. dicens currere prorogationem in cauſa civili, & criminali coram habente merum, & miſtum imperium, ut eſt Epiſcopus. Patet ex *l. ſi qui ex conſenſu*. 8. *C. de Epiſcopali audientia. cap. ſignificaſti*. 18. *de foro competenti*, ubi Abbas *n*. 4. & 15. Barboſa *num*. 5.

378 Si per viam inquiſitionis, nega. Si verò Judex procedat per viam inquiſitionis, tunc nega, quia nequit inquirere adverſus ſuum non ſubditum, ut eſt laicus, & cum deſit accuſatio, deeſt partium conſenſus in Judicem, quo deficiente, nulliter inquireret adverſus laicum. Innocentius in *cap*. 23. *num*. 1. *de accuſationibus*. Alexander *volum*. 6. *conſ*. 216. *num*. 16. Patet ex *cap. licèt*. 10. *cap. ex tenore*. 11. *de foro competenti*. *cap. cauſam*. 7. *qui filii ſint legitimi*.

De Judice ſuſpecto.

TITULUS V.

379 Judex recuſandus ut ſuſpectus, de quo vide Auctoré in *additione ad cap. 4. lib. 1. praxis Galluppi*. MOdò agendum eſt de foro declinando, & Judice recuſando: declinatur Forus Incompetens, recuſatur Judex ſuſpectus.

Explicuimus, qui ratione Fori declinetur, modò diſquirendum, qui ut ſuſpecti repellantur, recuſentur, cùm periculoſum ſit coram ſuſpecto litigare. Cortiada *tom*. 1. *deciſ*. 18. *nu*. 1. ex *cap. cum inter. de exceptionibus*, & *l. apertiſſimi, C. de judiciis*.

Quid ſit recuſatio Judicis?

§. I.

REcuſatio Judicis eſt declinatio Judicis ex cauſa ſuſpicionis. *can. quia ſuſpecti*. 3. *q*. 5. *cap. ſuſpicionis de officio Delegati. l. apertiſſimi*. 14. *C. de judiciis*. 380 Recuſatio quid.

Qui Judex recuſari valeat?

§. II.

OMnis Judex, etiam dignitate conſpicuus, pius, boni nominis, Civilis, Criminalis, etiam à Principe delegatus, etiam Cardinalis, Legatus à Latere, vel Ordinarius, Aſſeſſor, Syndicator, Conſultor, Arbiter, Fiſci Patronus, Inquiſitor hæreticæ pravitatis, Concilium Provinciale, Nationale, Generalis Religionis, Civitas, Collegium, Univerſitas, &c. recuſari valet. Cujacius *obſervat*. 25. Caſtill. *tom*. 2. *diſp*. 131. *num*. 7. Maſtrill. *par*. 3. *deciſ*. 214. *num*. 12. Fontanella *lib*. 1. *dec*. 5. *num*. 8. Intrigliolus *deciſ*. 47. *num*. 26. Galeota 1. *Forenſium cap*. 39. *num*. 10. Farinac *part*. 2. *Fragmentorum criminalium*. *num*. 708. Bordonus *tom*. 5. *cap*. 82. *num*. 20. Ramon. *conſ*. 3. *num*. 22. & 24. Pariſius *conſ*. 31. *num*. 98. *lib*. 1. Rolandus *lib*. 3. *conſ*. 19. *num*. 17. Menoch. *de arbitrar. caſu* 458. *num*. 3. Giurba *deciſ*. 27. loquens de Præſide Tribunalis. Boer. *deciſ*. 269. loquens de Cardinali. Fagnan. in *cap. conquærenti num*. 37. *de officio Ordinarii*, loquens de Epiſcopo etiam viſitante. Petra *ritu* 265. *num*. 70. ajens cum decem Doctoribus poſſe etiam recuſari totum Sacrum Regium Conſilium, ſuſpecto capite præſidenti, ſi Judices nequeant, vel non audeant contradicere capiti. Stalbanus *lib*. 1. *reſol*. 37. *nu*. 39. Borrell. in *Summa*, *v. compromiſſum n*. 394. Maſtrill. *deciſ*. 91. *num*. 7. ajentes poſſe recuſari arbitros, & arbitratores ſuſpectos. 381 Omnis Judex recuſari poteſt. 382 Etſi Præſes, Cardinalis, Epiſcopus viſitans.

Patet ex *cap. cum inter. de except*. ex *cap. ſi quis contra*, ex *cap. licèt. de foro competenti*, ex *cap. cum ſpeciali. cap. poſtremò*, ibi: *vel ex alia cauſa juſta ſuſpectus: hujuſmodi Delegatus non immeritò poterit recuſari. de appell. l. apertiſſimi*. 14. *C. de judiciis. cap. ſuſpicionis de offic. Deleg*.

An recuſari poſſit Curator Patrimonii?

AFfirma: poſſe recuſari tanquam ſuſpectum à creditoribus ſolo juramento, etiam cauſa non probata, niſi major pars creditorum conſentiat eſſe Curatorem. Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ*. 133. *num*. 4. *lib*. 2. Thor. *par*. 3. *compendii*, *v. Curator datus*. Petra *ritu* 256. *num*. 91. 383 A creditoribus recuſari poteſt Curator patrimonii.

Recuſari etiam poteſt Advocatus, & Procurator partis adverſæ, ſi injuſtè vexet. Joannes Antonius ab Eccleſia *lib*. 2. *obſervat. forenſi* 71. *num*. 17. Valaſcus *conſult*. 114. *num*. 2. Maſtrill. *deciſ*. 214. *num*. 5.

Sicuti etiam recuſari poteſt ſolo juramento, etiam cauſa non expreſſa, Conſultor, Aſſeſſor. Vivius *deciſ*. 363. & etiam poteſt recuſari Calculator. Donadeus *part*. 2. *de renunciatione cap*. 39. *num*. 26. Et Cõſultor.

Quares, an poſſit recuſari Monaſterium, nè ibi ponatur puella maritanda, vel nè ibi ponatur Novitius pro exploranda voluntate?

384 Etiam Monaſterium. AFfirma: Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 318. Farinac. in *fragmentis, litera I, num.* 724. & practicavimus; idque ne detur anſa quærelis.

An Princeps Supremus recuſari poſſit?

385 Princeps ſupremus non recuſatur. NEga: nam recuſandi eſſent tunc ejus Miniſtri; adeòque res injudicata remaneret. Menoch. *lib.* 1. *conſ.* 94. *num.* 75. Burattus *conſ.* 21. *num.* 19. Maranta *de ordine judiciorum part.* 6. *num.* 33. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 5. dans decem, & ſeptem Doctores, qui *num.* 21. ait etiam Supremum poſſe recuſari.

An Concilium legitimum Generale recuſari poſſit?

386 Nec Concilium Generale. NEga: nam Spiritu Sancto inſpirante pronunciat. *can. cuncta per mundum.* 9. *qu.* 9. *can. recta.* 24. *qu.* 1. Thuſc. v. *ſuſpicio, concl.* 907. *num.* 18. Gaillus *lib.* 1. *obſervat.* 33. *num.* 3.

387 Secùs ſi illegitimū, aut particulare. Concilium verò non legitimum Generale, & legitimum Nationale, Provinciale, recuſari valet, ſivè omnis, ſivè capitis perſonam gerentes ſint ſuſpecti. Ità S. Chryſoſtomus recuſavit Concilium Provinciale, teſte Sozomeno *Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 8. *can. quod ſuſpecti.* 3. *quaſt.* 5. Felin. in *cap.* 1. *num.* 6. ubi Decius *num.* 16. in 1. *lecturæ.* Ripa *num.* 40. *de judiciis.* Calderinus *conſ.* 6. *de appellat.* Menoch. *de arbitr. caſu* 208. *num.* 3. Decianus *lib.* 1. *conſ.* 8. *num.* 152.

An commiſſa cauſa, recuſatione remota, adhuc ſuſpectus Judex recuſari valeat?

388 Vetita recuſatione adhuc Judex recuſari valet. AFfirma: Guazzinus *defenſa* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Ricc. *part.* 2. *deciſ.* 233. *num.* 5. Carolus de Craſſis *exceptione* 24. *num.* 15. Ramon. *conſil.* 3. *num.* 37. ajentes cauſam non poſſe committi recuſatione remota, nec à ſtatuto poſſe recuſationem tolli. Contra Gaill. 1. *obſervat.* 33. *num.* 4. Cujacium *except.* 120. *num.* 48.

Ratio eſt, quia, quæ habent vim naturalis defenſionis nequeunt tolli; & non poteſt Princeps rem exponere periculo injuſtitiæ, ut exponeretur judicandus à ſuſpecto. *l. apertiſſimi.* *l. fin. C. de judiciis.*

389 Quis intelligitur de frivola recuſatione. Secundo, quia remota appellatione, tantùm cenſetur remota frivola; ergo etiam remota recuſatione, cenſetur remota frivola recuſatio. Decius in *cap. poſtremò. n.* 3. *de appellat.* Farinac. *par.* 2. *fragmentorum litera I, num.* 962. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 19.

A quo recuſari valeat ſuſpectus Judex?

390 Ab Actore, ſivè Reo per ſe recuſari poteſt Judex. AB omni, cujus intereſt, ſivè Actor, ſivè Reus ſit per ſe, vel per Procuratorem cum ſpeciali mandato. *cap. cum ſuper. de officio Delegati.* Farinac. *par.* 2. *fragmentorum crimin. num.* 689. & 704. Omnibus namque cavendum, nè in diſcrimen eorum jus revocetur ſub ſuſpecto Judice. *can. quod ſuſpecti.* 3. *qu.* 5. *cap. cum inter. de except. l. apertiſſimi.* 14. *C. de judiciis. l.* 1. *C. ubi pupilli educari debeant.* Afflict. *deciſ.* 235. Gaillus *lib.* 1. *obſerv.* 75. *num.* 7. Apicella *de ſuſpecto Judice num.* 811. Anna *ſing.* 500. Scaccia *lib.* 1. *de judiciis cap.* 101. *num.* 13. Farinac. *par.* 2. *fragmentorum, v. Judex num.* 689. Merlin. *Forenſium centuria* 1. *cap.* 48.

Hinc reſolvitur:

An Procurator exigat ſpeciale mandatum ad recuſandum Judicem ſuſpectum?

AFfirma: Cavalcan. *deciſ.* 28. *num.* 108. *par.* 2. Ludovicus *deciſ.* 368. *num.* 1. Gratian. *cap.* 100. *num.* 44. Valenzuola *tom.* 2. *conſ.* 170. *n.* 16. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 76. dans decem, & octo Doctores. Merlin. *deciſ.* 201. *num.* 8. dicens ſatis eſſe in mandato ad lites, ſi detur poteſtas ad recuſandos Judices. Bajardus ad Clarum §. *fin. qu.* 43. *num.* 8. 391 Et per Procuratorem cum ſpeciali mandato.

Patet ex *l. non ſolum. §. fin. D. de Procuratoribus.* & ratio eſt, quia eſt res odioſa recuſare Judicem, parti nociva; adeòque exigitur ſpeciale mandatum.

Sed ſi principalis ſit abſens, tunc poteſt petere terminum ad certiorandum principalem pro obtinendo ſpeciali mandato, vel ſi periculum ſit in mora, adhuc poterit recuſare Judicem, præſtita cautione de rato. Fontanella *lib.* 1. *deciſ.* 4. *num.* 8. Rovitus *Pragmat.* 1. *num.* 75. *de ſuſpicione Officialium.*

An Clerici, Gubernatores, Syndici Univerſitatis queant recuſare Judices ſine ſpeciali mandato?

NEga: de Marinis *tom.* 2. *cap.* 114. *num.* 8. Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ.* 81. *num.* 3. Simon de Pretis *centuria* 3. *conſult.* 17. 392 Semper requiritur ſpeciale mandatum.

Patet, quia res ſpecialis, & præjudicialis eſt ſuſpicio, exigens ſpeciale mandatum; ſpecialia namque niſi notentur, cenſentur omiſſa. *l. item apud Labeonem, D. de injuriis.*

An contumax incuſatus poſſit recuſare ſuſpectum Judicem?

DIſtinguas: vel purgat contumaciam incuſatam, vel non purgat. 393 Contumax purgans moram, poteſt recuſare.

Si purgat, affirma; nam tunc eſt ita ac ſi lis ab initio eſſet inchoanda: adeòque tunc ſuſpectus Judex recuſatur, nam non cenſetur conſenſiſſe in Judicem.

Si non purgat contumaciam incuſatam, nega; quia primo non auditur, niſi purget contumaciam. Secundo, quia ceſſante lite, Judex non recuſatur ex cauſa præexiſtenti. *cap. inſinuante. de officio Delegati.* Contumacia autem incuſata habet vim conteſtationis. *l. ſi cum, §. ſi quis injuriarum, D. ſi quis cautionibus.* Aſinius in *praxi cap.* 6. *num.* 364. Caravita *ritu* 219. Petra *ritu* 265. *num.* 27. Secùs ſi non purgat.

394 Et renunciavit recuſare. Judicem recuſare nequit, qui renunciavit recuſationi. *cap. inſinuante. de officio Delegati.*

Secundo, conſentiens Judici expreſsè, vel tacitè, ſcienter non opponens ſuſpicionem ante litis conteſtationem, niſi cauſa ſuſpicionis naſcatur poſt litem conteſtatam. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. cap. inſinuante. de officio Delegati.*

Impetrans Judicem, nequit Judicem impetratum recuſare, ſi cauſa nova non innoteſcat. Theſaur. *deciſ. Pedemontana* 295.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo Judex recuſari debeat?

395 Judex recuſandus in ſcriptis, niſi cauſa ſit infamis.

DEbet recuſari in ſcriptis *l. apertiſſimi, Cod. de judiciis.* Cortiada *tom. 1. deciſ.* 18. excipiens cauſam recuſationis ſcandaloſam, infamem.

Et in principio litis.

Debet recuſari in principio litis, antequam aliquem actum faciat, ſecùs conſentire videtur. Larrea *allegat. Fiſcali* 118. *lib.* 2. ex *l. apertiſſimi, C. de judiciis l. nemo.* 4. *C. de juriſdict. omn. Judic.* de Marin. ad Reverterium *deciſ.* 219. *num.* 4. dicens etiam poſſe opponi poſtea, ſi ſuperveniat, vel innoteſcat. Et de ſuperventu notitiæ debet ſtari juramento recuſantis. de Marin. *loc. cit.* In Regno intra quadraginta dies, à die quo lis notificatur principali, & adverſus novum Judicem à die illius captæ poſſeſſionis. *Pragm.* 15. *cap.* 6. *de ſuſpicione Officialium.* de Marinis ad Reverter. *deciſ.* 219.

396 Niſi poſtea cauſa ſuperveniat.

397 Intra xl. dies.

Cauſa ad recuſandum.
§. IV.

398 Quævis cauſa ſufficit ad recuſandum.

AD recuſandum Judicem ſufficit quævis cauſa, etiam levis, & leviſſima minor, quàm ſufficeret ad recuſandos teſtes. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. cap. cum ſpeciali. de appellat.* Larrea *deciſ.* 48. de Marin. *tom.* 1. *cap.* 211. *num.* 10. Pratus 3. *Forenſium cap.* 49. *num.* 3.

Cauſæ ad recuſandum colliguntur ex triplici origine: Primo, ex amore. Secundo, ex odio. Tertio, ex pœna.

399 Judex magis diligens Actorē, aut Reum eſt ſuſpectus.

Ratione amoris recuſatur Judex, magis diligens unam, quàm alteram partem: puta ratione familiaritatis, ludi, commeſtionis cum parte. Doctores apud Petram *ritu* 265. *num.* 144. Similiter Judex conſanguineus, vel affinis parti etiam recuſatur. Franch. *deciſ.* 719. Et recuſatur Judex, ſi ejus conſanguineus fiat Advocatus in cauſa. Seſſe *tom.* 2. *deciſ.* 224.

400 Uſq; ad tertium gradū.

Et hoc currit uſque ad tertium gradum conſanguinitatis, & affinitatis incluſivè, maximè in Regno, ex *Pragm.* 24. §. 3. *de officio S. R. C.* & *Pragmat.* 5. §. 4. *de muneribus Officialium.*

401 Et conceſſus ad inſtantiā partis.

Recuſatur etiam Judex ſuſpectus, ut ſuſpectus, ſi ſit conceſſus altera parte petente; nam tunc eſt ſuſpectus alteri non petenti. *Auth. offeratur, C. de litis conteſtatione. cap. inſinuante. de officio Delegati.*

402 Et Civis in cauſa ſuæ patriæ.

Eſt etiam ſuſpectus ratione amoris, Civis in cauſa ſuæ Civitatis. Galeota 1. *controverſia* 39. *num.* 17. ſic etiam ſuſpectu Epiſcopo, eſt ſuſpectus Vicarius, quia præſumitur diligere cauſam ſui Epiſcopi, & ſunt ſuſpecti omnes ejus Curiales. Capyc. *deciſ.* 237. *num.* 10. Guazzin. *defenſa* 1. *cap.* 19. *num.* 83. Scialoja *de foro competenti cap.* 9. *num.* 170.

403 Et in qua Judex advocavit.

Eſt etiam ſuſpectus Judex in cauſa pro qua advocavit. *cap. poſtremò. de appellat. l. quiſquis, C. de Aſſeſſoribus,* & ex *Pragmat.* 15. *num.* 18. *de ſuſpicione Officialium.*

404 Arbiter ſi fiat Judex.

Eſt etiam ſuſpectus Arbitrer, ſi fiat Judex in cauſa, pro qua fuit arbitrer. Maſtrill. *deciſ.* 251. *num.* 98. Petra *tom.* 3. *ritu* 265. *num.* 153.

405 Si votū propalavit.

Eſt etiam ſuſpectus, qui votum propalavit. *l. obſervandum, D. de officio Præſidis.* Sanfelic. *deciſ.* 78. *num.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 72. adeòquo votum nequit propalari ante ſententiam, nec dum cauſa diſcutitur voce geſta. *l. ubi falſus.* 22. *C. ad l. Corneliam de falſis.*

Imò poſt ſententiam Jure Regni nequit propalari à quibus ſententia lata ſit, nec poſſunt propalari vota ſub pœna etiam amittendi togam. *Pragm.* 1. §. 3. *de cauſis decidendis.* Larrea *lib.* 2. *allegat. Fiſcali* 118. *num.* 6. 406 Vota non propalanda.

Non tamen eſt ſuſpectus, qui edidit, & ſuam ſententiam libris expreſſerat. Galluppus *par.* 1. *praxis cap.* 4. *num.* 27. Theodor. *alleg.* 87. Petra *ritu* 265. *num.* 180. 407 Non tamen qui libris ſuam ſentētiam aperuit.

Quæres, an Judex finito officio valeat advocare in cauſa pro qua judicavit?

AFfirmat Franciſcus Marcus *lib.* 1. *dec.* 620. Anton. Faber 2. *C. tit.* 3. *definit. unic.* Sanchez *tom.* 1. *opuſculorum lib.* 3. *cap. unic. dub.* 26. *num.* 6. Guazzin. filius, Speculator, & alii; nam nullo jure id prohibetur. de Marin. 1. *quotidianarum cap.* 8. Caravita *ritu* 11. *num.* 4. contra Amendolam ad Franchum *deciſ.* 226. 408 Judex verò poteſt advocare cauſam, quam judicavit.

Ratione inimicitiæ.

INimicitia undecumque orta eſt ſatis ad recuſandum, nam jura omne malum ab inimico præſumunt; idque ſivè ſit capitalis, ſivè non ſit capitalis inimicitia, ſivè inimicus ſit principalis, ejuſq; conſanguineus, vel affinis, vel amicus. *cap. ſuſpecti. cap. ſtatuimus. de reſcriptis. cap. repellantur. de accuſat.* Farin. dans quadragintatres Doctores *part.* 2. *fragment. crimin. num.* 62. Et id curſit etiam ſi inimicitia ſit levis. Galeota *lib.* 1. *controv.* 29. *num* 43. 409 Quævis inimicitia ſufficit ad recuſandum.

Imò repellitur non ſolùm inimicus, ſed ſuſpectus de inimicitia. *l. ſi merces, D. locati.* Capyc. *deciſ.* 138. *num.* 3. Præſumitur autem inimicus, quando actu eſt lis, vel fuit aliqua lis cum Judice, ejuſque filiis. Thuſc. de Marin. & alii. 410 Et ſuſpicio inimicitiæ.

Secundo, præſumitur ſuſpectus de inimicitia Judex animoſè ſe ingerens, ſe offerens ad judicandum, irrequiſitus petens proceſſum. Maſtrill. *deciſ.* 126. *num.* 6. *in fine.*

Præſumitur etiam ſuſpectus, ſi allegatus formiter adhuc ſe ingerat. Sanfel. *dec.* 85. *n.* 4. *tom.* 1. 411 Allegatus formiter ſe ingerens eſt ſuſpectus.

Si verò ſit inimicus reconciliatus, adhuc recuſari valet; nam licèt non ſit inimicitia, eſt tamen cauſa inimicitiæ, quæ non removetur per reconciliationem. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. can. accuſatores.* 3. *qu.* 5. & ad recuſandum ſufficit non ſolùm inimicitia, ſed cauſa inimicitiæ. Giurba *conſ.* 60. *num.* 8. Fontanella *deciſ.* 13. *num.* 14. Gyptius ad Capyc. *dec.* 95. *n.* 19. 412 Inimicus reconciliatus recuſari valet.

An ſit ſuſpectus Judex commenſalis parti adverſæ, vel mei inimici?

AFfirma: Abbas in *cap. accedens.* 4. *col.* 1. *n.* 2. *ut lite non conteſtata*; ubi Barboſa *num.* 4. Fermolinus in *cap.* 4. *qu.* 3. *num.* 23. *de foro competenti.* Farinac. *par.* 2. *fragment. lit.* I, *num.* 811. Staibanus *lib.* 2. *obſervat. ad reſolut.* 117. *num.* 14. loquens de commenſali mei inimici, etſi cum inimico non litiget. Petra *tom.* 3. *ritu* 265. *num.* 140. 413 Judex commēſalis partis adverſæ eſt ſuſpectus.

Patet ex *l. obſervandum.* 19. *D. de officio Præſidis.* Secundo, quia commenſalitas continua amicitiam parit intimam. Cavalcan. *deciſ.* 28. *n.* 114. *par* 1. Novar. *Pragm.* 1. *caſu* 11. *de ſuſpic. Officialium.* Toloſan. *lib.* 49. *cap.* 13. *num.* 6. Staibanus *loc. cit.* & ex tali nimia commenſalitate, & nimia amicitia naſcitur rationabilis ſuſpicio, quid enim ex tam intimo amico partis adverſæ ſperare poteſt.

Teſ-

Digitized by Google

Tertio patet ex *Pragm.64.de officio S.R.C.*ibi: *ne ſimul comedant cum Partibus, Advocatis, Procuratoribus, aut Agentibus.*

An ſemel comedens cum Parte, vel inimico ſit ſuſpectus?

414 Caſu tamen comedens, non eſt ſuſpectus.

DIſtinguas: vel caſu comedit, vel data opera.

Si caſu, nega: nam inde nulla pullulat, nec præſumitur amicitia inter comedentes, nec iſti dici valent commenſales; & ità optimè deciſum non eſſe ſuſpectum divertentem ad Rus alicujus, & ibi comedens, quia alibi non aderat locus commodus: Idque etiam ſi invitatus à Domino ibi divertat, nam non eſt index amicitiæ, ſed tantùm proprii commodi, & nè aſperus, & inurbanus habeatur, deficiente aliquo loco commodo. Deciſum apud Petram *ritu* 265. *num.*1400. *num.*3. Nec in Judice probo timenda iniquitas ex unica comeſtione. Cavalcan. *deciſ.*28.*num.*114. *part.*2. Taraſcus *ad leg. recopilationum cap.*4. *num.*117. ibi: *intellige nimis commenſalis, quia ſi ſemel, vel bis, vel pluries in una menſa comederit lite non durante pars adverſa cum Judice, non poterit recuſari.* Si autem lite pendente ex cauſa voluntaria commenſalis ſit, recuſari poterit, ſecùs ex cauſa neceſſaria, ut in Collegio, Capitulo, vel iter faciendo.

415 Vel neceſſitate.

Neceſſitas enim imminens reddit immunem à ſuſpicione, nec eſt ſignum amicitiæ. *l.*2. §. *ſi quis in judicio*, §. *ſi quis tamen*, *D. ſi quis cautionibus*. Et ità non fuiſſe ſuſpectum Judicem comedentem decies cum collitigante, deciſum habes apud Thor. *tom.*3. *part.* 3. *v. ſuſpicio.* contra Fabrum 3. *Codicis, tit.*4. *defin.*3.

416 Data opera, & adſint indicia inimicitiæ, poteſt recuſari.

Vel data opera comedit, & ſubdiſtinguas: vel ſunt, vel deſunt alia indicia amicitiæ.

Si ſunt alia indicia amicitiæ, affirma eſſe ſuſpectum, & in hoc ſenſu recipio de Marinis *lib.*1.*reſol.*190.*num.*73. ubi fuit ſuſpectus Conſiliarius Sanfelicius comedens, & hoſpitans in cella cujuſdam Fratris, fortè quia talis hoſpitatio in illa, & non in alterius cella erat index ulterioris, & diuturnioris amicitiæ. Eodem modo dicas ad deciſionem apud eundem *n.* 13. *in fine*; ubi fuit declaratus ſuſpectus Miniſter hoſpitans, & comedens in Inſula Niſitæ; nam niſi fuiſſet amicus, vel voluiſſet amicitiam contrahere, valuiſſet in aliis Pauſilippi domibus hoſpitari, & comedere.

417 Secùs ſi deſint indicia.

Si deſunt alia ſigna, alia indicia amicitiæ, nega eſſe ſuſpectum; nam talis comeſtio eſt ne quis inurbanus, agreſtis, inimicus cenſeatur, non verò ut ſe amicum profiteatur. Thor. *loc. cit.* Taraſcus *loc. cit.* Petra *tom.*3.*ritu* 265.*num.* 144.*&* 145. rectè concludens in hoc ſpatiari arbitrium Judicis.

Et etiam deciſum refert *ibidem num.* 144. non naſci cauſam ſuſpicionis ex commenſalitate cum filio Judicis.

Quæres, an Judex ſuſpectus in judicando, ſit ſuſpectus in delegando?

418 Judex ſuſpectus ex inimicitia ad judicãdum, eſt ſuſpectus in delegãdo.

DIſtinguas: vel eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ, vel ex alia cauſa.

Si ex cauſa inimicitiæ, affirma. *l. ſi paucior, D. de liberali cauſa*. Rovitus *Pragmat.* 1. *num.* 16. *de ſuſpicione Officialium.* Maſtrill. *lib.* 4. *de Magiſtratibus cap.*17.*num.*87. Capyc. Latro *deciſ.*90.*num.*4. Petra *ritu* 269.*num.*95.

Si ex alia cauſa tunc ſuſpectus in judicando, non eſt ſuſpectus in delegando. *cap. ſi quis. de foro competenti. cap. cum ſpeciali. de appell. l. Prætor, D. de juriſdict. omn. Judicum.* Menoch. Maſtrill. Capyc. *deciſ.*39.*num.*13. Giurba.

Quæres uſque ad quem gradum inimici, conſanguinei, & affines illorum repelli poſſunt?

DIſtinguas: jus commune à Jure Regni. Jure communi in infinitum. Pratus *tom.*3. *cap.*12.*num.*57. in deſcendentibus. At in tranſverſalibus uſque ad decimum gradum, & deinde arbitrarium. Menoch. 2. *de arbitrariis centuria* 2. *caſu* 152.*num.*6. 419 Jure in infinitum recuſari poſſunt.

420 In Regno in linea recta uſque in infinitum, in tranſverſali ad quartum gradum cõſanguinei, affines ad tertium.

In Regno in linea recta in infinitum. In tranſverſali conſanguinei uſque ad quartum, affines uſque ad tertium gradum, calculatum de jure Canonico. *Pragm.*15. *cap.*15. *de ſuſpicione Officialium*. Si verò inimicitia non tangat totam familiam; tunc conſanguineus uſque ad tertium, affinis uſque ad ſecundum gradum recuſatur. Rovit. *Pragmat.* 1. *in fine. de ſuſpicione Officialium.*

421 Formiter allegatus ſuſpectus, ejus acta ſunt nulla.

Poſtquam Judex formiter allegatus eſt ſuſpectus, ſi ſe ingerit, acta ab ipſo, ipſo jure ſunt nulla; nam poſtquam formiter eſt allegatus, tunc eſt ſuſpenſa ejus juriſdictio. *can. quoties.*2. *qu.* 6. Farinac. *par.*2. *fragmentorum num.* 930. dans duodecim Doctores. Sanfelic. *dec.*85.*nu.*2. & patet ex *Pragm.* 40. *de Officio S.R.C. Pragm.*2. *de ſuſpicione Officialium*, ubi nec poteſt eſſe præſens, quando diſcutitur cauſa ſuſpicionis.

De Recuſatione Judicis ob pœnam, puta ob excommunicationem.

422 Judex ſuſpẽſus, aut excomm. recuſatur.

TErtia cauſa recuſandi Judicem eſt pœna laica, vel Eccleſiaſtica. Laica ſi Judex fuit ſuſpenſus ab officio. Eccleſiaſtica, ſi Judex ſit excommunicatus excommunicatione majori per cedulones. *c. ad probandum.*24.*de ſent. & re jud.* Si verò deſint cedulones, tunc pars adverſa poteſt, ſed non tenetur excipere de excommunicatione. Extravag. *ad evitanda*. Guazzin. filius *lib.*2. *de Judice cap.* 2. *n.* 5. dicens *n.* 6. Judicem excommunicatum non denunciatum probabiliter peccare venialiter cum Cajetano, & Laymano, & probabiliùs mortaliter cum Reginaldo.

Recuſatio Judicis coram quo proponi debet.

§. V.

423 Recuſatio coram eodẽ Judice proponitur.

PRoponitur coram eodem Judice recuſato, ſed ipſe de recuſatione non cognoſcit. *l. apertiſſimi, C. de judiciis. cap. ſuſpicionis.*39.*de officio Delegati. cap.*2.*de appell. in* 6. Trid. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.*5.

424 Eliguntur arbitri, & iſti decidunt de recuſatione.

Eliguntur ergo arbitri, & coram illis tractatur juſtitia recuſationis, qui dicuntur arbitri juris. Cortiada *tom.*1. *deciſ.*18. *num.*57. Fontanella *deciſ.*2.*num.*16. Ricc. *par.*4.*praxis reſ.*519. *num.*2.*&* *reſol.*516.

Patet ex *cap.* 1. *de arbitris*. Gonzalez in *cap. cum ſpeciali.*62. *num.*6.*de appellat.*

425 Niſi ſint alii Judices non ſuſpecti.

At ſi recuſentur Judices Rotæ, tunc non eliguntur arbitri, ſed alii non recuſati ejuſdem Rotæ cognoſcunt de juſtitia recuſationis. Cortiada *tom.*1. *deciſ.*18. *num.*65. Recuſatio proponenda eſt in ſcriptis, etiam quando recuſatur

Vica-

Vicarius Epiſcopi. Ricc. *par.4.praxis reſol.517. num. 3.*

Cauſæ ergo ſuſpicionis proponnntur coram Judice recuſato, & probaotur coram duobus arbitris electis à partibus, qni cognoſcunt cauſam ſuſpicionis, unà cum incidentibus, connexis, annexis, acceſſoriis ad ſuſpicionem, non verò cognoſcunt cauſam principalem. *cap.cum ſpeciali. de appell.* ubi Gloſſ. v. *juſtæ ſuſpicionis*. Innocent.*num.2.* Joan.Andreas *num.2.* Ancharan. *num.* 2. Decius *num.* 8. Zabarella *num.* 2. Imola *num.1.* Bald.*num.1.* Abbas *num.1.* Thuſc. v.*ſuſpicis concl.911.n.6.* ex *cap.ſuſpicionis cauſa. de officio Delegati*, ubi Hoſtienſis *num.* 1. Butrius *num.2.*

Et valent arbitri cognoſcere, an recuſationi fuerit renunciatnm; nam ſtante renunciatione ceſſant cauſæ ſuſpicionis. Innocentius *loc. cit.*

426 Judex recuſatus ſtatuit terminū deciſionis.

Judex recuſatus ſtatnit terminum, intra quem arbitri cauſam ſuſpicionis decidant, quo elapſo, & ſi nihil probatum fuerit, vel ſit dictum ſuſpicioni non eſſe locum, Judex recuſatus procedere poterit. *cap. cum ſpeciali. de appellat.*

At ſi pronunciatum fuerit ſuſpicionem obſtare, tunc alius Judex non ſuſpectus conſtituendus eſt à Superiore. *cap.ſuſpicionis.de officio Delegati.* Sicardus in *l.apertiſſimi. num.11. C.de judiciis.* Caravita *ritu* 265. *num.31.* Speculator *tit.de recuſatione, §.qualiter. num.4.7.&* 8.

A ſententia arbitri appellari poteſt ad Papam, ſi dans ſententiam ſit Delegatus Papæ, vel alius Ordinarius. Scaccia *de appellat.qu.* 7. *num.*509.

Pœna allegantis, & non probantis Judicem ſuſpectum.

427 Non probās ſuſpicionem allegatam jure non punitur.

JUre Civili eſt nulla, nam ſatis eſt ſi allegans juret ſibi videri ſufficientem cauſam, nec illam opponere animo calnmniandi. Gloſſ. in *l.apertiſſimi, v.recuſare, C.de judiciis.* Farinac. 2. *part. fragmentorum criminalium num.* 828. Minſingerus *centuria 3.obſervat.6.num.3.* Covarr. *practicarum cap.25.num.2.* Pratus *obſerv. 58.num.7.*

Jure Canonico cauſa ſnſpicionis allegata eſt probanda, nulla tamen pœna adjecta. *cap.2. requiris §.1. de appellat.*

428 In Regno modo amittit depoſitū.

In Regno olim nulla aderat pœna. *Ritu* 265. ubi Caravita *num.6.* Pratus *Forenſium 3.cap.*49. *num.* 11. At modò niſi allegans probet ſe pauperem, recuſationis cauſa proponitur cum depoſito, amittendo à non probante, vel renunciante ſnſpicioni propoſitæ. *Pragm.11.de ſuſpicione Officialium.*

429 Libellus ſuſpicionis eſt ſubſcribēdus ab Advocato cum ſpeciali mandato.

Et libellus in cauſis ſuſpicioonm eſt ſnbſcribendus ab Advocato, vel Procuratore cum ſpeciali mandato. *l. non ſolùm, §. final. D. de Procuratoribus.* Valenzuola *tom.* 2. *conſil.* 170. *num.*16. & Advocato renuente ſubſcribere, ſubſcribendus eſt à principali duplicato depoſito, niſi Advocatus ipſe ſit ptincipalis; nam tunc ſubſcribitnr facto ſimplici depoſito. Pratus *loc. cit.* Gyptius ad Capyc. Latro *deciſ.* 81. *num.3.* Petra *ritu* 265. *num.21. &* 29.

430 A principali duplicato depoſito.

De Judice quoad Forum conſcientiæ.

§. VI.

431 Cauſam cōcluſam debet decidere

JUdex potenter judicabitur, & ſi ſibi blandiatur opprimendo, opprimetur. Debet cauſam concluſam decidere, & non decidens ex mora, vel dolo colpabili, facit partibus injuriam, & tenetur reſtituere damna inde ſequuta. *l.properandum.* 11. *C.de judiciis.* Poteſt tamen Jndex partibus aperire difficultates, ut illas diſſolvant, nam fortè poſſunt novis motivis illis occurrere.

432 Detinēs aliquē in vinculis injuſtè, peccat.

Detinens ſine cauſa aliquem in vinculis, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere damna. Navarr. Bonac. & alii.

433 Incompetēs peccat.

Judex incompetens, vel uſurpans juriſdictionem peccat mortaliter, & tenetur damna parti adverſæ inde ſecuta reparare, nam facit injuriam. *l.fin. C.ſi à non competente Judice.* D.Tho. 2.2. *qu.*60. *art.*6.

434 Et ignorans.

Ignorans neceſſaria ad ſuum officium, peccat mortaliter, quia exponit ſe periculo errandi, & ledendi alium. D.Tho. 2.2.*qu.76.art.2.* Sayrus, & Bonacin.

435 Accipiens munera.

Accipiens munera peccat mortaliter, & tenetur illa reſtituere. 1.Regum *cap.8.num.3.* Deuteronomii *cap.16.num.*16.ibi: *nec munera, quæ excæcant oculos Sapientum*, & non præſumuntur ſpontè data, vel ſunt data adverſus invitum. Leſſius, Navarr. & alii.

Accepta à ſpontè dante, danti non ſunt reſtituenda: accepta ab invitè dante, eidem ſunt reſtituenda, etiam ante ſententiam, com non ſint accipienti juſtè quæſita.

436 Pro ferenda juſta ſententia, reſtituenda.

Accepta pro ferenda juſta ſententia ſunt reſtituenda, nam ſine titulo detinerentnr, cùm faciat quod facere tenetur. *l. venales, C. quando provocare non eſt neceſſe.* Menoch. Capyc. Navarra.

437 Damnās inauditum peccat.

Judex condemnans inauditum peccat, ut calumniator, & ut abutens poteſtate.

438 Debet expedire cauſas priores.

Et cœteris paribus non poteſt expedire cauſam unius ante aliam, nam jus habent, cui ſtandum eſt: niſi una pars cedat alteri jus ſuum.

An autem Judex non condemnans ad pœnam Fiſco debitam, teneatur reſtituere pœnam Fiſco?

439 Negant Judicem reſtituere Fiſco pœnam non impoſitam Reo.

NEgat Diana cum pluribus, quia pœna non debetur Fiſco, niſi poſt ſententiam.

An autem ſi habet ſalarium conſtitutom, ut talem ſententiam proferat, teneatur ſalarium reſtituere, cùm non fuerit functus ſno officio, explicabimus cum de Reſtitutione; nam eſt communis controverſia etiam circa illos, qui cuſtodiunt vias ob controbanna, & deinde ſuo officio malè utuntur.

De Actore, & Accuſatore.

TITULUS VI.

440 Actor in civilibus, Accuſator dicitur in criminalibus.

ACtor dicitur in civilibus, Accuſator in criminalibus. *l.qui prior, D.de judiciis.*

Actor, ſivè Accuſator debet probare. *l.2. D. de probat.* & niſi probet, Reus abſolvitur. *cap. cum Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. l qui accuſare, C.de edendo.*

Sed tunc eſt difficultas:

An

Digitized by Google

An Reus ſit abſolvendus tunc definitivè, an potiùs ab obſervatione judicii, ſcilicet rebus ſic ſtantibus, firmo remanento proceſſu?

441 Actor probans ſemiplenè, Reus abſolvitur ab obſervatione judicii.

DIſtinguas: vel Actor probavit ſaltem ſemiplenè, vel nihil probavit. Si probavit ſaltem ſemiplenè, Reus abſolvendus eſt ab obſervatione judicii, hoc eſt rebus ſic ſtantibus, quantum eſt ex deductis, firmo remanente proceſſu. Alex. in *l. properandum, §. & fi. num.* 14. *C. de judiciis*; ità ut ſi intra tempus inſtantiæ ſuperveniant nova indicia, novæ probationes, Judex iterùm procedit contra Reum. Theſaur. *deciſ. Pedemontana* 81, Bart. in *l. admonendi, D. de jure jurando.*

442 Si non probavit, Reus definitivè abſolvitur.

Si verò nihil probavit, tunc debet definitivè abſolvi ut Innocens, ut non debitor. *l. fruſtra, l. Actor, C. de probationibus. l. qui accuſare, C. de edendo*, ubi Alciatus, & Jaſon. Et pars adverſa eſt condemnanda ad intereſſe, ad expenſas. *l. properandum, §. ſin autem, C. de judiciis. l. cum quem, D. de judiciis.*

De Accuſatore.

§. I.

443 Accuſator non debet Reum corrigere.

ACcuſator ante accuſationem non debet Reum corrigere, nam accuſatio tendit ad pœnam, non ad correctionem. *cap. qualiter. de accuſat.* Accuſare debet Reum ubi deliquit. *l. ulterius.* 22. *D. de accuſat.*

444 In delictis privatis cujus intereſt. In publicis omnis non prohibitus accuſare poteſt.

Quivis accuſat in delictis privatis, ſi proſequatur injuriam ſuam, vel ſuorum. *l. fin. D. de privatis delictis.*

In publicis accuſat qui jure non eſt prohibitus. *l. qui accuſatore, D. de accuſat.* prohibetur accuſare ſocius criminis. *l. ſi filium, C. de liberali cauſa.* excommunicatus. *cap. intelleximus. de judiciis.* inimicus. *cap. cum oporteat de accuſat.* ex ſanguine conjunctus unus, alium non accuſat, ſic frater non accuſat fratrem. *l. ſi magnum.* 13. *C. de his. qui accuſare non poſſunt.*

Quando plures volunt accuſare, tunc qui eſt habilior præfertur. *l. quia, D. de liberali cauſa*; & ideò pater, non mater accuſat occiſorem filii. Filius accuſat occiſorem patris, excluſo avo. *l. Senatus Conſulto. de his, qui accuſ. non poſſunt*: & regulariter, qui ſuccedit, accuſat occiſorem defuncti.

445 Accuſator falſus puniebatur pœna talionis.

Accuſator verò falſus punitur pęna talionis, hoc eſt pœna, qua fuiſſet puniendus Reus. Exodi 21. Levitici *cap.* 24. Quæ pœna hodie non eſt in uſu, ſed punitur arbitrariè. Menoch. *de arbitr. caſu* 202. *num.* 3.

Accuſatus abſolutus, difficultas eſt:

An iterùm accuſari poſſit.

446 Abſolutus definitivè, nequit iterũ accuſari.

DIſtinguas: vel eſt abſolutus definitivè, vel ab obſervatione judicii.

Si definitivè nequit iterùm accuſari, niſi ipſemet fateatur delictum. Jaſon. in *l. admonendi. num.* 25. *D. de in litem jurando.*

Secùs ſi ob obſervatione judicii.

Abſolutus verò ab obſervatione judicii, iterùm accuſari valet, novis ſupervenientibus indiciis. *l. libellorum.* 3. *§. quod ſi, D. de accuſat.*

Nota hic, quod Princeps non poteſt facere gratiam homicidæ, ſi homicidium fuit factum cum plena deliberatione, vulgò (*à ſangue freddo, à penſata*) nec poteſt componi; quia vita hominis non debet eſſe venalis, & quia de jure Divino talis homicida debet mori. Numerorum *cap.* 35. *num.* 31. Geneſis 2. Deuteronom. 19. Apocalypſis 13. Peguera *deciſ.* 520.

De Reo.

TITULUS VII.

447 Reus à reatu, vel re.

REus eſt, qui convenitur: in Criminalibus eſt dictus à reatu: in Civilibus à re, qui non condemnatur, niſi clariſſimis probationibus, *l. fin. C. de probationibus.* De quo multa ſunt diſcutienda; & ſic de Reo interrogato, de Reo torto, de Reo confeſſo, & convicto, de Reo condemnato. Et primo quærimus:

An Reus à Judice competente interrogatus legitimè, teneatur fateri delictum cum gravi damno, vel periculo gravit damni?

§. I.

448 Legitimè interrogatus cum gravi damno ſui nõ teneatur fateri ſuum delictum.

LEgitimè interrogatur Reus, quando delictum eſt ſemiplenè probatum.

Affirmat D. Thomas.

Ad quæſitum ergo, affirmat D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1.

Negant alii. Cardenas.

Negant Spatarius in *praxi criminali tract.* 9. *cap.* 7. 8. & 9. Sancius 43. *ſelectarum num.* 29. P. Cardenas *tom.* 1. *diſp.* 16. *num.* 70. dicens moraliter impoſſibile cum tanto periculo teneri reſpondere in cauſa ſanguinis. Navar. *lib.* 2. *de reſtitutione cap.* 4. *n.* 36. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 26. Rodriquez *tom.* 2. *qu.* 16. *art.* 3. Sylveſter v. *accuſatio* 1. *quæſt.* 13. v. *confeſſio* 1. *quæſt.* 1. D. Thomæ opinionem judicans impoſſibilem.

Placet hæc ſecunda ſententia, quæ in praxi omninò tenenda eſt; ut poſt quatuordecim Doctores docet Giballinus *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *§.* 6.

449 Lex poſitiva non obligat cum graviſſimo onere.

Probatur, quia lex poſitiva non obligat cum graviſſimo onere; ergo multò minùs Judicis præceptum: eſſet enim onus intolerabile, ſi quis proprio ore teneretur contra ſe teſtificari, & ità damnari ad carceres, ad triremes, ad majam crucem, aut ad perdendam majorem partem ſuorum bonorum.

Secundo probatur, quia nemo tenetur teſtificari contra ſuos conſanguineos. *l. nimis grave.* 6. *l. parentes, Cod. de teſtibus*; ergo multò minùs tenetur deponere contra ſeipſum.

450 Pater nõ eſt idoneus fidejuſſor filii.

Undè nec pater eſt idoneus fidejuſſor de in judicio ſiſti contra filium in cauſa criminali, & ſic filius patri conſignari nequit. *l. milites.* 13. *§. deſertorem, qui à patre fuerat oblatus, in deteriorem militiam D. Pius dari juſſit, nè videatur (inquit) pater ad ſupplicium filium obtuliſſe, D. de re militari*; ergo multò minùs contra ſeipſum quis deponere tenetur.

451 Reo non incumbit probare pro accuſatore cõtra ſeipſum.

Tertio probatur, quia Reo non incumbit onus probandi pro accuſatore contra ſeipſum: ſed accuſatore non probante, Reus abſolvitur. *l. fin. C. de probationibus*; ergo Reus non tenetur deponere contra ſeipſum, quia ſecùs teneretur probare quis contra ſeipſum.

452 In dubio onera non ſunt imponenda.

Probatur quarto, quia in dubio onera non ſunt imponenda: ſed in re noſtra ſumus in dubio; ideò Reo non eſt onus imponendum, & ſic Confeſſarius tenetur abſolvere Reum nolentem cum tanto onere delictum fateri. Sà v. *judicialis actus num.* 6.

453 Objectio.

Dices: Judex legitimè interrogat; ergo habet jus interrogandi; ergo Reus habet debitum reſpondendi; ergo Reus tenetur reſpondere Judici legitimè interroganti.

Re-

Reſp.

Reſpondetur negando conſequentiam; nam Judex interrogat juridicè, hoc eſt ſecundum ordinem legis; at in alio ſenſu, nego. Cœterum, ut leges, ità Judicis præceptum in hoc caſu eſſe ad terrorem, nam cum tanto onere obligare nequit. Reginaldus *tom. 1. lib. 24. cap. 3. ſect. 3. num. 3.*

Ergo (inquies) daretur bellum juſtum ex utraque parte.

Concedo conſequentiam, ſtante probabili opinione pro utraque parte.

An Reus interrogari valeat non præcedentibus indiciis?

454 Reus nequit interrogari ſine indiciis.

NEga: Soccinus *conſ. 130. num. 34.* Boſſius *tit. de examine Reorum num. 6. & 7.* Sarmiento *lib. 3. ſelectarum cap. 13. num. 4.* dicens peccare mortaliter Judicem interrogando ſine indiciis. Navarrus *rubr. de indiciis, §. 13. num. 1.* Chartarius *de interrogatione Reorum lib 1. cap. 2. num. 2. 5. & 6.* Scaccia *lib. 2. criminalium cap. 58. num. 8.*

455 Jus interrogandi ſupponit delictum ſemiplenè probatum.

Ratio eſt, nam jus interrogandi ſupponit delictum ſemiplenè probatum, & ſic ſupponit ſaltem indicia, vel præſumptiones probantes ſemiplenè, quibus deficientibus, caret jure interrogandi, & ſic interrogatio non eſt juridica, & confeſſio indè ſequuta eſt inutilis; præterquamquod nec peccat Reus non reſpondens, etiamſi juraſſet de veritate dicenda; nam ſubintelligitur, ſi juridicè interrogetur. D. Thomas 2. 2. *quæſt. 69. art. 2.* Chartarius *loc. cit. cap. 2. n. 8.* Pacianus *lib. 2. de probationibus cap. 7. n. 5.*

An confeſſio per ſuggeſtionem extorta ſit nulla?

456 Cõfeſſio per ſuggeſtionẽ eſt nulla.

AFfirma: nam non eſt juridica. *l. 1. §. qui quæſtionem, D. de quæſtionibus.* Angelus de maleficiis, v. *fama publica num. 118.* Boſſius *tit. de examine Reorum n. 52.* Butrius *lib. 5. conſ. 7. num. 14.* Blancos *de indiciis num. 381.* Navarr. in *manuali cap. 58. num. 18.* Peguera *deciſ. 5. num. 20.* & ſic tunc Reus eſt abſolvendus, non obſtante confeſſione facta per ſuggeſtionem, ei refectis expenſis. Cravetta *conſ. 66. num. 4.* Peguera *deciſ. 5. num. 21.* Rolandus *conſil. 40. num. 12.* Guazzinus *defenſa Reorum. 20. cap. 13. num. 1.*

An confeſſio Rei non conſtito de corpore delicti probet?

457 Confeſſio nõ conſtito delicto non probat.

NEga: Rolandus *lib. 1. conſ. 51. num. 10.* Antonius Gabriel *concl. 27.* Caballus *centuria 3. caſu 255. num. 3.*

Nam ante confeſſionem debet conſtare de corpore delicti, quo non conſtito, confeſſio rejicitur, tanquam extorta per errorem, metu, tædio vitæ, tanquam inveriſimilis. *l. 1. §. 1. D. ad Syllanianum.*

458 Etiamſi ſit cõvictus per teſtes.

Idque verum eſt, licèt Reus fuiſſet convictus de delicto per teſtes. Guazzinus *defenſa Reorum 4. cap. 1. num. 2.*

Undè corpus delicti non ſuppletur probatione per teſtes, nec confeſſione Rei. Boſſius *tit. de delictis num. 15.* Burſatus *lib. 2. conſ. 166. n. 3.* Decianos *reſponſo 96. num. 19. & 22.* Maſcardus *volum. 1. de probation. concl. 354. num. 3.* Chartarius *lib. 2. de interrogatione Reorum cap. 4. n. 12.* Caballus *centuria 2. caſu 180.* Burgoſius *de modo procedendi ex abruptis quæſt. 22. nu. 52.* Guazzinus *defenſa Reorum 4. cap. 3. num. 1.*

An confeſſio inveriſimilis, & abſque cauſa probet?

459 Cõfeſſio inveriſimilis non probat.

NEga: Paris de Puteo *de ſyndicatu, v. ſortus, cap. 7. num. 12.* Martilius in *practica criminali, §. poſtquam. num. 29.* Blancus *de indiciis num. 3.* Folierius in *praxi, v. & ſi confitebuntur. n. 45.* Guazzinus *defenſa Reorum 32. cap. 3.*

460 Probatio debet eſſe vera, & probabilis.

Nam probatio debet eſſe vera, vel probabilis: ſed inveriſimilis non eſt vera, nec probabilis: ſecùs eſſet, & non eſſet inveriſimilis: eſſet, ut ſupponitur; non eſſet, quia probaret, & quod probat, eſt verum, vel veriſimile.

An Reus convictus, & infamatus de uno, interrogari valeat de alio crimine, de quo non eſt convictus, nec diffamatus?

461 Deprehẽſus in uno delicto, nõ poteſt interrogari de alio. Limita.

NEga: & ſic deprehenſus in furto nequit interrogari de homicidio, niſi in loco furti homo inveniatur occiſus. Navarr. *lib. 2. de reſtitutione. cap. 4. num. 17.* Paludanus, Sylveſter, & alii.

Quæres, an Reus interrogari valeat de conſociis?

462 Nega ſi deſunt indicia, interrogari poſſe de cõſociis.

DIſtinguas: vel adſunt, vel deſunt indicia. Si deſunt, nega. *l. fin. C. de accuſationibus,* ibi: *cum veteris Juris auctoritas de ſe confeſſos, ne interrogari quidem de aliorum conſcientia ſinat: nemo igitur proprium crimen confeſſus ſuper conſcientia ſciſcitetur aliena. cap. 1. de confeſſis. can. nemini 15. quæſt. 3.* Grammaticus *deciſ. 28. num. 9.* Peguera *deciſ. 5. num. 1.*

Et confeſſio Rei interrogati, quando interrogari non debet, non facit contra complicem indicium ad torturam, quia ſpontè confeſſus ſocium criminis eſt infamis. *cap. propterea. 27. de teſtibus. l. 3. §. lege Julia, D. de teſtibus,* & ſic fidem non facit. *can. primates. 3. quæſt. 3.*

463 Socius criminis non recipitur ut teſtis.

Socius namque criminis non recipitur ut teſtis. *l. quoniam liberi. 10. C. de teſtibus. cap. veniens. de teſtibus.* Boerius *deciſ. 319.* & ratio aſſignatur in *l. fin. C. de accuſationib.* nè fortè Rei veniam ſperantes odio, vel inimicitia alium nominent.

464 Poteſt interrogari de cõſociis, quando tenetur eos denunciare.

Interrogari autem valet de conſociis in illis caſibus, in quibus etiam non interrogatus tenetur ſocium denunciare, nam tunc ei non fit injuria; nam petitur, quod interrogatus faciat, quod facere tenetur, etiam non interrogatus. *can. pœnitentiam. de pœnitentia diſt. 3.*

Sunt autem hujuſmodi crimina, quæ inficiunt totam Communitatem.

465 Crimen læſæ Majeſtatis.

Primo, crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ. *cap. 5. de confeſſis.*

Falſæ monetæ, aſſaſſinii, maleficii, &c.

Secundo, crimen falſæ monetæ, aſſaſſinii, maleficii, graſſationis viarum, & receptationis. *l. Divus Hadrianus. 6. D. de cuſtodia Reorum. l. 5. D. de receptatorib. l. Provinciarum, C. de feriis.*

Similiter ad avertendum malum innocentis, Judex tenetur interrogare de conſociis, qui non habent jus ad famam cum præjudicio innocentis. Peguera *deciſ. 5. num. 10.*

De Reo torto.
§. II.

466 Tortura idē ac quæſtio.
TOrtura idem eſt ac quæſtio. *l.1. D.de quæſtionibus*;& definitur: eſt veritatis perquiſitio per cruciatum corporis, inflictum mandato Judicis.
467 Definitur.
l.item apud Labeonem.15. §.quæſtionem, D.de injuriis. Olim tantùm ſervis infligebatur.
468 Olim tantū ſervis infligebatur.
Et ſine cruciatu non eſt tortura, ſed rudimentum torturæ, ſeù comminatio torturæ. Farinacius *de criminibus quæſt.*38.*num.*34.

469 Duplex eſt continuata.
Tortura eſt duplex. Prima eſt continuata. Secunda eſt replicata, ſeù repetita.

Et replicata.
Replicata eſt, ſi perfectè tortus & depoſitus, iterùm torqueatur: & habet ſuos gradus,ut alia ſit levis, alia gravis, alia atrox.

470 Tortura eſt in ſubſidiū.
Tortura nequit, niſi in ſubſidium adhiberi, & debent præcedere indicia legitimè, quæ debent eſſe indicia gravia,ut faciant præſumptionem delicti. *l.1. l.2. D.de quæſtionibus*. Et ſic agamus:

De Indiciis ad torturam.
§. III.

471 Indicium ab indicando.
INdicium ab indicando eſt dictum. *l.indicia, C.de rei vindicatione. l.verus, D.de probationibus.* Eſt ſignum inducens ad cognitionem rei indicatæ. Farinacius *de indiciis quæſt.*36. *n.* 35. Carena *de officio Inquiſitionis par.*3. *tit.*10. §.2. *num.*4.

472 Multiplex.
Multiplex eſt indicium, plenum,& ſemiplenum, dubitatum, & indubitatum; proximum, & remotum; de quibus infrà cum de indiciis in communi; hic tantùm quærimus in ordine ad indicium pro tortura; nam indubitatum choartat Judicem ad judicandum, non verò dubitatum. Carena *loc.cit.num.*5.

Ex quo indicio torqueri poſſit?

473 Ex indicio gravi, aut urgenti torquetur.
EX indicio gravi, proximo, urgenti. *l.1.D.de quæſtionibus. l.Milites,§.oportet, C.de quæſtionibus.* Soccinus junior *volum.*4.*conſ.*16. *n.*8. Marcardus *lib.*3. *de probationibus concluſ.* 185. *n.*20. Guazzinus *defenſa* 30. *cap.* 4. *n.* 12. Caramuel *in Pandox.diſp.*8.*art.*2. Clarus §.*fin.qu.*64. *num.*14.v.*ceterum*,itàut non ſufficiat indicium remotum,nam non facit ſemiplenam probationem delicti.
474 Non ſufficit indicium remotum.
Miranda *de ordine judiciorum to.* 2. *quæſt.*26.*art.*4.

475 Probatur per duos teſtes.
Et indicium probari debet per duos teſtes omni exceptione majores. Giurba *conſ.*87.*n.*29. Ciriacus *controverſ.* 106. *num.* 41. Guazzinus *defenſa* 30. *cap.* 30. *num.*3. & teſtes debent eſſe conteſtes, itàut non ſufficiant ſingulares de ſingulis indiciis, niſi confluant in unum: ut ſi unus deponat de fuga, alter de gladio, alter de minis, alter de occultatione, nam tunc ſimul uniuntur,& ſufficiunt ad probandum indicium pro tortura. Farinac. *de hæreſi quæſt.*185. *n.*14. Diana *par.*4.*tract.*6. *reſol.*5.
Conteſtes.

An tale indicium debeat probari plenè in actis?

476 probari debet plenè in actis indiciū.
AFfirma. Guazzinus *Reorum defenſa* 30.*cap.* 29. Carena *par.*3.*tit.*10. §.3. *num.*5. Ciriacus *controverſ.*106.*num.*41.Giurba *conſil.*87. *num.*29. Farinacius *de hæreſi quæſt.*185. *n.* 145.

Ratio.
Ratio eſt,quia indicium eſt fundamentum juſtæ torturæ,quo non ſubſiſtente,tanquam injuſtum, corruit decretum torturæ, nam in actis juſtificari non poterit,& ſic ab illo appellari poterit.

Secundo, quia ipſa tortura eſt pœna gravis, non inferenda, niſi ex juſta, & probata cauſa, etiam quando proceditur manu Regia, & in conſcientia. 477 Tortura pœna gravis.

Modò ne confuſus ſermo producat ignorantiam, bifariam incidendum. Primo, de indiciis ſufficientibus ad torturam. Secundo, ad indicia inſufficientia declinabit oratio.

Indicia ſufficientia ad torturam.

PRimo, confeſſio extrajudicialis eſt indicium ad torturam, ſi quatuor ſit munita requiſitis. 478 Primo, confeſſio extrajudicialis.

Primo, ſi ſit veriſimilis, nam inveriſimilis cenſetur falſa. 479 Si ſit veriſimilis.

Secundo, ut ſit circumſtantionata de ſpecie criminis, ejus loco, & tempore. 480 Cum circūſtantiis criminis objecta.

Tertio, nè fuerit facta joco, jactantia, fervente iracundia.

Quarto, ut ſit plenè probata duobus teſtibus conteſtibus. 481 Non ex jactantia.
Gomez *tom.*3. *cap.*3. *tit.de tortura Reorum num.* 18. Menochius 1. *præſumpt.* 89. *num.*17. Carena *par.*3.*tit.*10. §.9.*num.*58. Diana *par.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 12. licèt expreſſionem loci, & temporis non exigat Boſſius *tit. de confeſſis num.* 45. quia iſtæ circumſtantiæ in judicio exprimi ſolent. 482 Plenè probata.

Si confeſſio extrajudicialis probetur pluribus teſtibus ſingularibus, non eſt indicium ad torturam, niſi teſtes eſſent plures, ſed famæ integræ; quia tunc non præſumuntur mentiri, & ſic concurrit depoſitio teſtis, & præſumptio pro teſte. Farinacius *de indiciis quæſt.*82. *n.*43. Palaus *par.*1.*tract.*4.*q.*8.*&* 9.*puncto* 9.*num.*4. 483 Teſtes ſingulares non faciunt indicium ad torturā, niſi famæ integræ.

Sed ſi Reus neget confeſſionem extrajudicialem, tunc non torquetur ſecundum Menoch. *lib.*1.*de præſumptionibus qu.*89. *nu.*25. Sanchez *lib.*6.*opuſc.cap.*6.*dub.*15. *nu.*8. Sed torquendum ait Farinacius *de indiciis qu.* 82. *num.* 280. niſi probet ſe per errorem confeſſum. 484 Negans confeſſionē extrajudicialē non torquetur.

An dictum unius teſtis omni exceptione majoris ſit indicium ad torturam?

DIſtinguas: vel cum depoſitione teſtis majoris omni exceptione concurrunt, vel non concurrunt alia adminicula. 485 Teſtis omni exceptione major cum aliis adminiculis facit indicium ad torturam.

Si concurrunt alia adminicula: putà mala fama, inimicitia, fuga Rei, affirma. Romanus *conſ.* 451. *num.*4. Gomez 3. *variarum cap.* 13. *num.*7. Diana *par.*4. *tract.*6.*reſol.*6. Maceratenſis 3.*variarum reſol.*44.*cap.*4. Boerius *dec.* 365. *n.*3. Antonius Faber 4 *Codicis tit.*15.*definit.*20. contra Fegueram *deciſ. criminali* 17. *num.* 1. Capycium *deciſ.*126. *num.*1. Baldum, Cynum, Bartolum in *l.*3. *C.ad leg.Juliam Maeſtatis.* Caballum *centuria* 1. *criminali caſu* 84. *num.*15. ajentes etiam Reum bonæ famæ torquendum ex depoſitione teſtis omni exceptione majoris.

Patet prima ſententia,quia indicium ad torturam debet probare pluſquam ſemiplenè,nam tortura eſt pœna graviſſima: & ſic delictum debet probari pluſquam ſemiplenè, aliàs ſemiplena probatio retunderetur ex bona fama Rei, & ex regula Juris, qua Reus abſolvendus eſt, Actore non probante, & in pari cauſa; cùm cauſæ Reorum ſint favorabiliores, & in ſola ſemi- Ratio primę ſententiæ.

Digitized by Google

ſemiplena probatione non ſit cauſa, cur Reus condemnandus, quàm abſolvendus à tortura; ergo probatio debet eſſe pluſquam ſemiplena, ut quis etiam in cauſa hæreſis torqueri poſſit. Symanchas *de Catholicis Inſtitutionibus tit.* 65. *num.*23. Sanchez *lib.*8.*opuſc.cap.*3.*dub.*15.*nu.*3. Santarellus *de hæreſi cap.*41. *dub.*1. *num.*1. Decianus *tom.*1.*lib.*5.*cap.*36.*num.*6.

436 Si Reus ſit bonæ famæ, non ſufficit depoſitio unius teſtis.

Si verò Reus ſit bonæ famæ, & non ſint alia indicia, & conjecturæ conquaſſantes præſumptionem innocentiæ pro Reo, tunc ex depoſitione unius teſtis, neque poteſt torqueri, quia præſumptio aſt pro innocentia; at ſi Reus ſit malæ famæ, tunc præſumptio eſt contra ipſum, qui præſumitur nunc eſſe malus, qui ſemel fuit malus, & conſequenter torqueri poteſt; quia tunc dictum unius teſtis omni exceptione majoris conquaſſat, & prævalet, ut non præſumatur innocens. Bajardus ad Clarum *quæſt.*21. *num.* 15. Chartarius in *praxi criminali n.* 110. Menoch. *lib.*1.*præſumptionum qu.*89.*cap.*6.

Hinc reſolvitur:

An denunciatio unius feminæ bonæ famæ dicentis ſe ſollicitatam, ſit indicium ad torturam contra Confeſſarium?

437 Denunciatio unius feminæ bonæ famæ non ſufficit ad torturam cōtra Confeſſariū.

Etiam ex dicto duarum feminarum.

NEga: Simanchas *de Catholicis Inſtitutionibus num.*2. Carena *part.* 2. *tit.* 6. §. 12. *num.* 62. Souſa *de Confeſſariis ſollicitantibus tract.*2 *cap.*21. *num.*6. Rojas *de hæreticis par.*2. *num.* 32. Santarellus *de hæreſi cap.*44. *concl.* 4. *num.* 6. aſſerentes, id etiam de dicto duarum feminarum, ut non ſit indicium ad torturam; contra Zanardum *par.*3.*directorii cap.*88.

Ratio eſt, quia femina non eſt teſtis major omni exceptione, & ſic nec indè carcerari poteſt denunciatus, & duæ feminæ non ſemper conſtant probationem pluſquam ſemiplenam exigitam ad torquendum.

An in criminalibus plures teſtes non repetiti, non confrontati, ſint indicium ad torturam?

438 Plures teſtes nō repetiti, non cōfrontati non faciūt indiciū ad torturā.

Quia probāt ſemiplenè.

NEga: etiam ſi ſint mille. Rolandus *lib.* 3. *conſ.*12. *num.*36. Grammaticus *volum.*3. *conſ.*15.*n.*3. Joannes de Amicis *conſ.*73.*n.*16.

Ratio eſt, quia teſtes non repetiti, non confrontati, non probant pluſquam ſemiplenè.

Depoſitio duorum teſtium ſociorum criminis, an ſit indicium ad torturam?

439 Duo ſocii criminis.

DIſtinguas: vel ſocii tantùm habent defectum aſſerti ſocii, vel habent alios defectus, ratione quorum non ſunt omni exceptione majores.

490 Si non ſint omni exceptione majores nō faciunt indicium.

Si habent alios dafectus, ratione quorum non ſunt majores omni exceptione. Nega facere indicium ad torturam. Carena *part.*3. *num.*37. *tit.* 10. Becanus *de juſtitia qu.* 10. *n.* 10. Clarus *qu.*21. Caramuel *in Pandox.diſp.*8. *art.*25.§.*ult.* cum Treviſano *lib.*2.*deciſ.*13. *n.*14. dicente, dictum ſocii non eſſe indicium ad torturam, cùm

491 Dictum ſocii non eſt indicium ad torturam.

non ſit major omni exceptione ob infamiam: & quis credere debeat hominibus lapſæ fidei? nonnè Muliercula accuſavit Divum Athanaſium, Divum Gregorium Taumathurgum, &c.

VIRDE LIB III. T.II.

An depoſitio ſocii ſit indicium ad torturam?

492 Depoſitio ſocii. Requiſita.

IMplicata ſatis eſt diſcuſſio plures requirens diſtinctiones.

Prima eſt, an ſocius ſit unus, vel multiplex.

Secunda eſt, an ſimus in delictis exceptuatis, vel non.

Tertia, an ſocii ſint conteſtes, vel ſingulares.

Quarta, an deponant contra alium bonæ, vel malæ famæ.

Quinta, an purgaverint, vel non purgaverint defectum aſſerti ſocii tortura, vel juramento. Igitur de ſingulis.

An aſſertus ſocius faciat indicium ad torturam contra conſocium?

DIſtinguas: vel ſumus in delictis exceptuatis, vel non.

493 In delictis exceptuatis facit indiciū ad torturam ſocius.

In delictis exceptuatis: v. g. læſæ Majeſtatis, furti famoſi, falſæ monetæ, aſſaſſinii, &c. Affirmat Cynus in *l. fin. C.de accuſationibus.* Abbas in *cap.* 1. *de confeſſis*. Caballus *centuria* 1. *caſu* 84. *num.* 7. Gomez 3. *variarum cap.* 12. *num.* 18.

494 Ratione enormitatis delicti.

Ratio eſt enormitas horrendi flagitii exigens ſeveriorem inſpectionem, & duriùs proceſſum ad alios avertendos à flagitiis.

495 Quia ut plurimum occulta.

Secunda eſt, quia ut plurimum hujuſcemodi enormitates patrantur occultè, & ſic difficiliùs probantur; undè admittuntur etiam inhabiles ad diſquirendam veritatem.

496 In aliis diſtingue, affirma, cum aliis indiciis, ſi deſint, nega.

Si flagitia non eſſent exceptuata, ſubdiſtinguas: Vel adſunt, vel deſunt alia coadjuvantia ad torturam. Si adſunt, affirma; quia tunc probatio evadit pluſquam ſemiplena. Si deſunt, nega; quia nec ſemiplena eſt unius conſocii depoſitio maculati infamia delicti. *cap.*1.*de confeſſis*: ubi nec de conſociis interrogari valent. *l fin.C.de accuſationibus. cap. veniens.* 20. *de teſtibus.*

497 Coadjuvātia delicti indicia.

Coadjuvantia autem ſunt teſtes de auditu, fuga nominati, ſtricta amicitia cum ſocio, frequens, & ſecreta collocutio inter ſocium, & nominatum. Souſa *lib.*2. *Aphoriſmorum cap.*26. *num.*24. Palaus *par.*1. *tract.*4. *diſp.* 8. *puncto* 9. *nu.*7. Menochius *de arbitrariis caſu* 474.*nu.*47. remittens in arbitrium Judicis qualitatem coadjuvantis indicii.

An dictum plurium conſociorum juratum, & in tortura, ſit indicium ad torturam contra nominatum?

498 Dictum juratum plurium ſociorum ſi conteſtes faciūt indicium.

DIſtinguas: vel ſunt conteſtes, vel ſingulares conſocii deponentes contra nominatum famæ ordinariæ.

Si ſint conteſtes jurati, & in tortura; tunc faciunt indicium ad torturam contra nominatum. Pegna in *Directorio inquiſitionis par.* 3. *commentario* 110. *in appendice*. Menoch. 2. *de præſumptionibus quæſt.*11. *num.*3. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8.*artic.*2.§.2. qui cum id concedat in uno, fortiùs concedit in duplici, niſi ſit peticus malum deponens. Treviſanus *lib.* 2. *num.* 14. *deciſ.* 13. Clarus §. *finali quæſt.* 21. Carena *par.*3.*tit.*10.*num.*37. Peguera *deciſ.criminali* 5. *num.* 37. & 38. Becanus *de juſtitia quæſt.*10. *num.*10. Gothofredus in *l.fin.* v. *reintegrati*, *C.de accuſationibus*. Ciriacus *Forenſium*

cap.10. num.129. Fulaus *par. 1. tract.4. diſp.8. puncto 9.num.7.* Diana *par.4.tract.6.reſol.7.*

Ratio. Ratio ex dictis eſt, quia juramentum, & tortora purgant defectum aſſerti ſocii, & ſic remanet teſtis omni exceptione major, ſi aliis defectibus non tangatur; atque adeò plures, purgato illo defectu, faciunt pluſquam ſemiplenam probationem, ſatis ad inferendam torturam. *Linaritus, D.de quæſtionibus.*

499 Si ſingulares non faciunt indicium ad torturam. Si verò teſtes ſint ſingulares, ſcilicet nominantes ſinguli in diverſo crimine, tunc non conſtant indicium ad torturam. Carena *par.3. tit.10.n.41.* Decius *conſ.189.nu.8.* Natta *conſ.288. num. 9.* Guazzinus *defenſa 32.cap. 8. num. 4.* contra Souſam *lib.2. Aphoriſmor. cap.59. nu.55.* Dianam *par.4.tract.6.reſol.7.*

Ratio. Ratio eſt, quia tunc non excedunt ſemiplenam probationem, & ſic dicendum eſt, tantum probat unus, quantum probant mille. Giurba *conſ.criminali 79. num.24.* Farinacius *de indiciis quæſt.45.num.47.* Ergo ſicuti unus, niſi coadjuvatus aliis indiciis, non excedens ſemiplenam probationem, non eſt indicium ad torturam. Faber 4. *Codicis tit.15.definit.20.* ità plures ſingulares teſtes.

500 Niſi ſint ſingulares in circumſtantiis delicti. At ſi teſtes conſocii ſingulares deponant de diverſis circumſtantiis ejuſdem criminis, tunc eſt indicium ad torturam; nam ſunt conteſtes in principali crimine, in quo coincidunt. Giurba *conſil.criminali 87.num.19.*

An quando conſocii criminis habent alios defectus ſupra conſocietatem criminis, faciant indicium ad torturam?

501 Conſocii criminis habentes alios defectus, non faciunt indicium. NEga: Rojas *ſingulari 188. num. 3.* Souſa *lib.2. Aphoriſmorum cap.25.num.29.* Gigas *lib.2. de crimine læſæ Majeſtatis qu. 7. n.7.* Menochius 2. *de arbitrariis caſu 474. num.54.* Maſcardus *tom.3. de probationibus concl. 1311. num.13. & 42.*

Nam, ut plura adminicula coadjuvant, ità plures defectus infirmant indicium, & probationem. Seſſa *tom.4.deciſ.Aragonenſi 477.nu.32.* Diana *par.4.tract.6. reſol.6.* contra del Rio *lib. 5. in appendice 2.quæſt.17.*

Si verò etiam Reus ſit tactus pluribus præſumptionibus delicti, malæ famæ, fugæ, inimicitiæ, &c. tunc depoſitio teſtium coadjuvatur contra ipſum, & facit indicium ad torturam arbitrio prudentis Judicis, etiam in Sancto Officio. Bajardus ad Clarum *quæſt. 21. num. 15.* Cancerius in *practica criminali num. 110.* Menochius *lib. 1. præſumptionum quæſt. 89. num. 6.*

An nominatio duorum ſociorum contra tertium bonæ famæ ſit indicium ad torturam?

502 Nominatio duorum ſociorum contra tertium bonæ famæ non faciunt indicium. NEga: Grammaticus *conſ. 70. n.7.* Pariſius *conſ.15. lib.4. num. 13.* Rolandus à Valle *vol.1.conſ.16. num.24.* Peguera *deciſ. criminali 5. num.32.* quod in arbitrium Judicis remittit. Farinacius *de indiciis qu.37.num.188.*

Ratio. Ratio eſt, quia una præſumptio retundit aliam, & poteſt eſſe tam intenſa bona fama nominati, ut conquaſſet vires nominationis.

An ut depoſitio contra conſocium faciat indicium ad torturam, requiratur, ut ſit jurata, & etiam tortura confirmata?

503 Affirma. AFfirma: & inſuper debet eſſe veriſimilis, non ab inimico, nec ad ſe exonerandum. Marſilius *conſ.109.num.13.* Genuenſis in *praxi cap.84. num.11.* Carena *par.3. tit.10. §.8.n.38.* Clarus *§. fin.quæſt. 21.* contra Simancham *Catholicarum Inſtitutionum tit. 53. num. 38.* Pegnam *par.3.Directorii commentario 113.* ajentes ſatis eſſe depoſitionem juratam. Diana *par.4. tract.6. reſol. 10.* remittentem in arbitrium Judicis.

Probatur. Requiri torturam probatur, quia Infami non creditur ſine tortura, qua infamia purgatur. Menochius 2.*de arbitrariis caſu 174.num.58.*

504 Depoſitio debet eſſe jurata. Debere eſſe juratam patet, quia nullus teſtis ſine juramento probat, *l.Jurisjurandi. 8. C. de teſtibus. cap.nuper. cap.licèt. de teſtibus.*

505 Veriſimilis. Debere eſſe veriſimilem patet, quia probatio debet eſſe vera, vel veriſimilis, ut talis depoſitio, ſivè nominatio eſſet indicium probans.

506 Non nocet ſpontanea cõplicis depoſitio. Non tamen nocet ultronea ſpontanea complicis nominatio, nam non ſpontè, ſed coactè examini ſubjicitur, in quo differt à teſte, quia eſt citatus, & ſic non ultroneus debet eſſe; ſi tamen ad ſuggeſtionem Judicis nominat aliom, non eſt indicium ad torturam. Carena *par. 3. tit.10.§.8.num.53. de officio Inquiſitionis.*

Minæ, an ſint indicium ad torturam?

507 Minæ. DIſtinguas: vel ſunt ſolæ, vel adminiculatæ.

Si adminiculatæ aliis coadjuvantibus indiciis; puta mala fama in eodem genere, potentis, & ſoliti minas exequi, & delictum ſit ſequutum paulò poſt minas, tunc minæ cum dictis adminiculis conſtant indiciom ad torturam, ſi probentur per duos teſtes. Cum aliis adminiculis inducunt ad torturam. Bartolus in *l.famoſi, §.1. D. ad l. Juliam Majeſtatis.* Angelus in *l.fin.C.de quæſtionibus.* Bartolus, & Cynus in *l.metum, Cod. quod metus cauſa.* Butrius in *cap. tertio loco. de præſumptionibus.* Brunus *de indiciis quæſt.3. num.33. tom. 10. tract. fol.97.* Giurba *conſ.91.num.34.* Peguera *deciſ.criminali 17 num.11.* Carena *de officio Inquiſitionis par. 3. tract.10. §.13.*

Ratio. Ratio eſt, quia ex omnibus iſtis creſcit veriſimilitudo delicti, & ſi ſemel malus in eodem genere mali talis præſumitur, multò magis intenditur præſumptio, & conſtipatur multiplicatis indiciolis.

508 Solæ minæ non cõſtant indicium. Si verò adſint ſolæ minæ, tunc non ſunt indicium ad torturam, maximè ſi minæ ſint prolatæ ex jactantia, ira, inconſideratione, ab homine impotente, non ſolito minas exequi, vel bonæ famæ. Doctores citati. Clarus *§. fin. qu.21. v.minæ.* Blancus *de indiciis p.1.q.3.n.33.*

Ratio. Ratio eſt, quia indicium tunc non eſt veriſimile, cum contra ſe habeat alia indicantia oppoſitum: & bona fama, vel impotentia exequendi minas demonſtrat minas prolatas ſine animo exequendi.

509 Si revocatæ fuerint. Enervat etiam vim indicii ex minis, ſi ſedato animo ſint revocatæ: & revocatio teſtibus comprobatur; ità ut tunc non ſunt indicium ad torturam, etiam in ſolito exequi minas. Farinacius *de indiciis quæſt.36.num.27.*

Sic etiam non ſunt indicium ad tortoram, ſi offen-

Digitized by Google

510 Si offenſus plures habeat inimicos, aut lapſum ſit multum tempus

offenſus habeat plures inimicos, ſi lapſum eſt multum temporis poſt minas, nec fuerunt exequutæ, interim data opportunitate exequendi minas: ſi minæ fuerunt ambiguæ, ità ut potuerunt intelligi ſe velle ulciſci mediante juſtitia, maximè ſi ſolitus ſit viam Juris inire: ſicuti nec ſufficiunt ad torturam, ſi non concordent cum delicto: putà comminatus ſit mortem, & deindè furtum ſit ſequutum; ſicuti nec minæ ſunt indicium, ſi interim ceſſavit cauſa vindictæ: putà ceſſavit læſio honoris. Farinacius *de indiciis quæſt.* 30. *num.* 12. 14. 24. 32. *&* 36.

Mala fama Rei, an ſit indicium ad torturam?

511 Mala fama Rei.

Diſtinguas: vel adeſt ſola mala fama, vel adſunt alia adminiculantia.

512 Sola non dat indicium ad torturam.

Si eſt ſola, maximè orta poſt carcerationem, non eſt indicium ad torturam. Giurba *conſ.* 91. *num.* 45. Bartolus in *l. milites, C. de quæſtionib.* Abbas in *cap.* 1. *in fine. de purgatione Canonica.* Clarus §. *fin. quæſt.* 21. v. *fama ſola*. Carena *de officio Sanctæ Inquiſitionis part.* 3. *tit.* 10. §. 10. *num.* 64. Baldus in *cap.* 1. §. *injuria. de pace juramento firmata*. Salycetus in *l. hac quidem, C. de accuſationibus*. Brunus *de indiciis quæſt.* 3. *num.* 32. *tom.* 10. *tractatuum fol.* 97. dicens per ſolam malam famam non torqueri, ni adeſſet mala fama vehementiſſima.

513 Niſi ſit vehementiſſima.

Ratio.

Ratio eſt, quia poteſt naſci, & diſſeminari à malevolis, ut frequenter contingit contra innocentes, & homines aliqui facilè creduli, facillè obloquuntur, facit textus in *l. Decurionum.* 12. *C. de pœnis*. Caramuel in *Pandox. diſp.* 8. *art.* 3.

514 Si cõcurrant alia indicia poteſt cogi ad torturã.

Si verò cum mala fama concurrant alia indicia: puta mala vita diffamati, commercium cum aliis hominibus, vel cum inimicis offenſi, & infamia ſit publica pro majori parte viciniæ, apud probos viros probata per duos teſtes, deponentes de infamia, & ejus cauſa concludenter, tunc eſt indicium ad torturam. Doctores citati, Peguera *deciſ.* 17. *num.* 13. Carena *de officio Sanctæ Inquiſitionis par.* 3. *tit.* 10. §. 10. *num.* 78. Sanchez *lib. opuſc. cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 19.

Ratio.

Ratio eſt, quia quo plures concurrunt, eò magis intenditur, & creſcit efficacia indicii; ergo licèt ſingula indiciola non ſufficiant, conflabunt tamen unum vehemens indicium, pluſquam ſemiplenè probans, maximè aſſignata à teſtibus cauſa infamiæ.

Ex dictis: intenſior mala fama criminis de novo adaucta circa crimen, de quò aliàs diffamatus fuit, eſt indicium ad torturam, nam creſcit efficacia indicii novis additamentis infamiæ. Clarus §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 1.

515 Mala fama, & unus teſtis eſt indicium ad torturam.

Secundo, mala fama, & unus teſtis eſt indicium ad torturam. *cap. præterea.* 27. *de teſtibus* nam tunc eſt pluſquam ſemiplena probatio Gomez *tom.* 2. *variarum cap.* 13. *n.* 9. *&* 10.

Requiſita, ut tam intenſa mala fama ſit indicium ſufficiens ad torturam?

516 Mala fama uniformis, & ſtabilis.

Primo requiritur, ut ſit mala fama pariformis, & ſtabilis. Conciolus v. *fama reſolut.* 2. *num.* 2. Ciriacus *controverſiarum* 488. *num.* 89. Sperellus *deciſ.* 173. *num.* 37. Majorana *Opopraxis criminalis fol.* 219. *num.* 85. Nam ſi varia, & mutans ſit fama prò, & contra, tunc pro Reo pronunciandum, nè torqueatur; nam bona proſternit malam famam.

517 Hominum probatorũ.

Secundò requiritur, ut non ſit fama, niſi communis hominum proborum, nam illi fide digni ſunt. Pellegrin. in *praxi Vicariorum par.* 4. *ſect.* 2. *num.* 44. Baronius *effectu inimicitiæ* 67. *num.* 2. Sperellus *deciſ.* 173. *num.* 4.

518 Exceptio.

Excipias delictum, cujus infamia nequeat emergere, niſi inter infames: putà ſi delictum ſit patratum in loco, & inter perſonas infames; nam tunc nequit devenire ad notitiam aliorum, & ut tunc probatur per perſonas infames, ità per infamiam ab illis, & inter illas perſonas. Scialoja in *praxi foroindicatorum cap.* 4. *num.* 35. Conciolus v. *fama, reſol.* 10. *num.* 4.

519 Infamia præcedit inquiſitionẽ, &c.

Tertio requiritur, ut infamia præcedat inquiſitionem, carcerationem, & accuſationem, nam ſi ſequatur, naſcitur ex carceratione, ex inquiſitione ipſa; ergo debet ebullire ante inquiſitionem, accuſationem, & carcerationem, ut dicatur naſci ex commiſſo flagitio, & ſit indicium ad torturam. Grammaticus *conſ.* 42. *n.* 9. Conciolus v. *fama reſol.* 9. *num.* 1. Caballus *reſol.* 200. *num.* 133. Carena *par.* 3. *de officio Inquiſitionis tit.* 10. *num.* 73.

520 Et debet cõſtare in actis illam præceſſiſſe.

Quarto, in actis debet conſtare infamiam præceſſiſſe capturam, & in dubio præſumitur pro Innocentia, & ſic pullulaſſe ex carceratione, ex inquiſitione. Vermigliolus *conſ.* 13. *num.* 15. *&* *conſ.* 74. *num.* 14.

521 Per duos teſtes cõteſtes.

Quinto, infamia ſic qualificata debet in actis conſtare per duos teſtes conteſtes, omni exceptione invulnerabiles, ut ſit indicium ad torturam. Gloſſ. in *can. Deus omnipotens.* 20. *q.* 21. Bart. in *l. de minore,* §. *plurium. n.* 19. *D. de quæſtionib.* Carena *par.* 3. *de officio Inquiſitionis tit.* 10. *n.* 66. Majorana *loc. cit. num* 90. Maſcardus *lib.* 2. *de probationibus concl.* 749. *num.* 73. Diana *par.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 13. Ciriacus *controverſ.* 150. *nu.* 49. qui teſtes debent aſſignare cauſam dicti, & perſonas, à quibus audiere, nam depoſitio teſtis ſine cauſa eſt nulla; nam debet ſcire, quæ deponit, & ſcire eſt per cauſam cognoſcere, *l. ſolam.* 3. *C. de teſtibus*. Et ſic cauſa infamiæ erit, inimicitia, fuga, comminatio, rixa præcedens, &c. Farinacius *de indiciis quæſt.* 47. *num.* 229. idque ut indè arguatur veriſimilitudo delicti, nunquam ſine cauſa patrandi. Menochius *lib.* 2. *conſ.* 49. *num.* 41. Et cauſa levis non præſumitur inducere ad graviter delinquendum; Imò ſi naſcatur infamia ex domo defuncti, nil operatur, etiam ſi defunctus dixerit ſe à tali vulneratum fuiſſe. Grammaticus *deciſ.* 42. *num.* 16. Scaccia *de indiciis cap.* 84. *num.* 32. aſſerens, teſtes etiam debere deponere de quidditate famæ juxta propriam capacitatem.

522 Depoſitio teſtis ſine cauſa eſt nulla.

Nec ſatis eſt, teſtes deponere: ità publicè dici, ità eſſe publicam vocem, ſed debent indicare, undè talis vox originem habuit per conjecturas. Carena *de officio Inquiſitionis par.* 3. *tit.* 10. §. 10. *num.* 67. Miranda *de ordine judiciorum tom.* 2. *quæſt.* 26. *art.* 5. *concl.* 2. Bartolus in *l. de minore,* §. *plurium. num.* 12. ubi Marſilius *num.* 54. *in fine, D. de quæſtionibus.* contrà Pegueram *dec.* 17. *num.* 25. Maſtrillum *deciſ.* 295. *num.* 12. Majoranam *loc. cit. num.* 94. ajentes ſufficere, ſi dicant ſe publicè audiviſſe.

Sufficeret tamen, ſi omnes deponerent de infamia, licèt unus dicat, ſe audiviſſe à tali perſona, alios ab alio, vel alio tempore, nam ſunt conteſtes in re principali. *l. ob carmen,* §. *fin. D.*

de

de teſtibus.Bartolus in *d.l.de minore,§.plurium. num.24. D.de quæſtionibus*. Innocentius in *cap. qualiter. de accuſationibus*. Pegna *par. 3. Directorii commentaris* 19. v. *rursùs ſi teſtes.*

Fuga, an ſit indicium ad torturam?

523 Fuga.

FUga biſariam diſcuti, & contemplari valet.

Primo, ut ipſa delictum eſt, Secundo, ut eſt probatio delicti.

524 Eſt delictum à militia diſcedere.

Delictum eſt fuga à militia, & tunc probata fuga,eſt probatum plenè delictum.*l.deſertorem. D.de re militari*. Brunus *de indiciis num.7.tom. 10. tractatuum.*

Diſtingue.

Si verò non ſit delictum, ſed inducat probationem delicti, tunc diſtinguendum eſt: vel delictum probari valet ſola ſuſpicione, vel exigit evidentiores probationes.

525 Fuga cum ſuſpicione probat plenè

Si ſola ſuſpicione probari valet, tunc per fugam plenè probatur, quia fuga eſt ſuſpicio. *l. impuberibus,§.præterea,D.de ſuſpectis tutorib.*

Si verò crimen exigat pleniores, & evidentiores probationes, ut accidit, quando deveniendum eſt ad condemnationem, tunc ſuſpicio non probat delictum.

An autem ſit indicium ad torturam?

DIſtinguendum eſt: aut arripit fugam ante accuſationem, inquiſitionem,comminationem de accuſando, antè citationem inſtitutam, vel poſt.

Si ante,eſt indicium ad torturam. Farinacius *de indiciis quæſt.* 48. Conciolus v. *fuga reſol. 1. num.3.* dans plures Doctores. Giurba *conſil.13. num.* 19. Carena *part. 3. de officio Inquiſitionis tit.10.§.11. num.83.* Thienus *tract.de fuga n.2.* Padilla in *l.tranſigere. num.3.C. de tranſactionibus*. Scialoja in *praxi fors.indicatorum cap. 40. num.12.* Danza *tom.3.pugnæ tit.de indiciis cap. 3.* Majorana *loc. cit. num.55.* Gallus *lib.2. obſervat.109.*

526 Ratio.

Ratio eſt, quia tunc non habet aliud motivum ad fugam, niſi conſcientia patrati ſceleris, niſi aſſignari poſſit aliud motivum, ſcilicet progredi cauſa mercaturæ,cujus officium exercet. *l.ſi cum.28.§ & iuſta,D. de fideicommiſſariis libertatibus*;Nam ſemper pro Reo interpretatio facienda ad excludendum delictum in dubio. *l.non omnes.5.§.à Barbaris, D.de re militari*. Et idem eſt, ſi ſit homo optimæ famæ fugiens, nè occidatur à conſanguineis occiſi, vel quia comminati ſunt eum accuſare; nam tunc fuga habet alium impulſum, quàm patratum ſcelus.

527 Fuga poſt accuſationē, intentatam vel comminatam.

Si verò fugiat poſt intentatam, vel comminatam accuſationem, inquiſitionem, citationem, non eſt indicium ad torturam. Doctores citati. Peguera *deciſ.17. num.32.* Brunus *de indiciis num.9. tom.10. tractatuum fol.*96. Bartolus in *l.1.D.de bonis eorum, qui mortem*. Farinacius *de indiciis quæſt.48.num.39.*Giurba *conſil.13.num.* 20. Maſtrillus *deciſ.296. num.* 230. Clarus *§.fin.quæſt.21.nu.18.* Gomez *3.variarum cap.13.num.10.* Cevaglios *communium qu.393. num.1.* de Marinis ad Reverterium *deciſ.4.n.8.* & *deciſ.257. num.* 2. Riccius *collectaneo* 2120. Danza *tom.3. pugnæ tit.de indiciis cap.3. nu.26.* contra Flotum in *l. ſi quando.num.883. C. undè vi*. Caramuelem *Pandoxion diſp.8. art.* 4. aſſerentes abſolutè eſſe indicium criminis, ſivè ante, ſivè poſt accuſationem, &c. fuga contingat, niſi aliter conſtet de intentione fugientis.

Patet, quia arripiens poſt accuſationem, &c. habet non crimen, ſed alium impulſum ad fugam, ſcilicet timorem carceris, vexationis, nè ſcilicet prematur ſqualore carcerum, ambagibus litium, nè tabeſcat macie, & damnatur innoxius; Multi namque innocentes defenſionibus deſtituti pereunt, & meliùs ingenuè, quàm ſerviliter innocentiam ſuam pateſacere vivens extra carceres. Gallus in *præludiis obſervationum num.* 9. Maſcardus *de probationibus concl.* 819. *num.16.* Boerius *deciſ.215. n.29.* Sic Chriſtus Dominus, non ante, ſed incœpta, vel comminata perſequutione fugere in aliam Civitatem mandavit. Matthæi *cap.* 10. *num.* 33. ibi: *cum perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam.* 528 Ratio.

Quid ſi fugiens poſt inquiſitionem ſit malæ famæ, habens contra ſe alia indicia?

529 Malæ famæ fugiens poſt inquiſitionē facit indiciū ad torturā.

FAcit indicium ad torturam, quia fuga reddit ſuſpectum,tanquam delinquentem, *§.ſi verò, Authent. de exhibendis Reis, §. ſi quis ad ordinationem, Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis*.Et alia indicia augent probationem,ut ſit pluſquam ſemiplena. Chartarius in *præludiis. deciſionum num.* 27. Giurba *conſ. 13. num.* 2. Conciolus *v.fuga reſol.21.num.10.* Peguera *deciſ.17. num.33.* Sed

An fuga è carceribus ſit indicium ad torturam?

530 Fuga è carceribus non eſt indicium ad torturā.

NEga: Peguera *deciſ. criminali* 1. Gomez *tom.4. cap.10.num.10.* Caramuel in *Pandoxion diſp.8.art.*6.ajentes,nec effractionem carcerum eſſe indicium ad torturam. Contra Souſam *lib.2. Aphoriſmorum cap.26. num.30.* Farinacium *de indiciis quæſt.30. num.* 83. Dianam *par.4. tract.6.reſol.14.*

531 Quia fugit horrore carceris.

Nam fugere præſumitur, non conſcientia criminis, ſed horrore carcerum, qui torturæ æquiparatur: & ut quis poteſt fugere, nè capiatur, ità nè detineatur, & marceſcat ſqualore,& ſeveritate carcerum. Hinc multò fortiùs nec eſt indicium ad torturam fugiens à carcere aperto. Baldus in *l.ſuccurritur, D. ex quibus cauſis majores.*

532 Fugiens ſe præſentans Superiori.

Secundo, nec eſt indicium ad torturam fugiens,ſe præſentans Superiori, nam non dicitur fugitivus, ſed ultroneus comparens. *l.225.D.de verbor. ſignif.* Nec Judicem fugit, qui Superiorem adit, nec impulſu culpæ, ſed innocentiæ ſupremum Judicem petit. Maſtrillus *deciſ.296. num.22.*

533 Fugiens citatus cōparens purgat omnem ſuſpicionem.

Tertio, fugiens, citatus, comparens,omnem purgat ſuſpicionem. Farinacius *de indiciis qu.* 48.*num.*48.

534 Bonæ famæ fugiens non facit contra ſe indicium ad torturā.

Quarto, bonæ famæ, & vitæ fugiens,non facit contra ſe indicium ad torturam, quia bona fama retundit præſumptionem contrariam. Vivius *communium opin.343.num.21.* de Marinis ad Reverterium *deciſ.257.& 44.*Archidiaconus in *can. decernimus.3.quæſt.9.*

Effractio carceris, an ſit indicium ad torturam?

535 Effractio carcerum non eſt indicium ad torturā.

NEga: nam ut poterat fugere, nè duceretur, ità nè vinculis prematur, nè pœnas innocens

Digitized by Google

cens luat, nè tabeſcat inedia, nè ab inimicis potentioribus innocentia ſua prematur; ergo non eſt certum fugere conſcientia criminis, cum poſſit fugere ad evitandas alias pœnas, & in dubio pro innocentia præſumendum. Peguera *dec. criminali* 1. Gomez *tom.3.cap.*10. *num.*11. Caramuel *Pandoxion deciſ.* 8. *art.* 6. contra plures ajentes fugam à carcere eſſe indicium ad torturam.

536 Exceptio. Excipias Officialem fugientem finito officio, tempore ſyndicatus; nam fuga illa eſt probatio delicti plena contra fugientem. *l. Conſiliarios, C.de aſſeſſoribus.*

An fuga debeat probari in actis ſaltem per duos teſtes?

537 Fuga debet probari per duos teſtes ſaltem. AFfirma: ut de aliis indiciis dictum eſt, nam in actis debet conſtare juſtificatio decreti torturæ; ergo debet conſtate de indiciis, ſine quibus injuſtum eſſet decretum. Brunus *de indiciis tom.*10.*tractatuum fol.*98.*&* 99.*n.*15.

Contumacia: An ſit indicium ad torturam?

538 Contumaciā eſſe indic ũ ad torturam aſſeverant. AFfirma: ſi per decretum ſit declaratus contumax, niſi deinde comparens purget plenè ſuam contumaciam, alleg ando cauſam, cur non comparuerit. Carena *par.*3.*tit.*10. §. 17. *num.* 17. Giurba *conſ.* 13. *num.* 22. Bordonus *tom.*1.*cap.*35.*num.*26.

539 Quod abſolutè nõ probatur. Sed refugit animus adhærere huic ſententiæ, niſi contra contumacem ſint alia indicia, nam ut citatus poterat fugere, ità non comparere, nam timore carcerum, non verò conſcientia delicti in dubio præſumitur non compatere.

Inimicitia capitalis: An ſit indicium ad torturam?

540 Inimicitia capitalis. DIſtinguas: vel eſt ſola inimicitia, vel eſt coadjuvata aliis indiciolis.

541 Sola nõ facit indicium. Si eſt ſola inimicitia, nega eſſe indicium ad torturam. Giurba *conſ.* 81. *num.* 29. Ciriacus *controverſiarum* 488 *num.* 49. Baronius *effectu inimicitiæ* 20. *a.*3. Burſatus *conſ* 10. *num.* 18. Vivius *communium opinionum* 374. Theſaurus *deciſ.*24.*num.*7. de Ballis *lib.*1.*variarum qu.*21. *num.*94. Matalius in *l.*1. §. *præterea. num.*26. *D.de quæſtionibus.* contra Conciolum v. *inimicitia reſol.*1. *num.*1. Riccium *collectaneo* 2698. Carrerium in *praxi tit.de indiciis*, §.4 *n.*2.

Ratio. Ratio eſt, quia inimicitia eſt indicium valdè remotum. Ciriacus *controverſiarum* 544. *n.*39. Multi namque inimici nobis ſunt ignoti.

542 Quia mors poſſet accidere caſu. Secundo, quia caſu poſſet mors accidere, vel ad defenſionem contra alium ignotum, vel ex rixa; Non ergo indè licet arguere ab inimico occiſum, qui ab aliis fortuitò in rixa, vel ad defenſionem occiſus occubuit.

Tertio, quia aperitetur via inimicis ad delinquendum; enim verò ad vexandos ſuos inimicos poſſent confingere contra ipſos laxatam rotam bellici inſtrumenti ad internicionem, ut

543 Caſus Auctoris. in hac Civitate mihi innotuit. Inimicus namque vindictam volens ſumere de inimico, noctu laxavit igneum belli inſtrumentum, & clamavit ſe occiſum, manè adivit Curiam, & acceſſu viſa tormentorum pila in parietem immiſſa, ſciſcitatus, an ſciret à quo, negavit ſe ſcire; iterùm interrogatus, an habeat inimicos, affirmat: Interrogatus, ut dicat quem inimicum habeat, jam illum nominat. Nominatus, ut ſcit, Eccleſiam petit, ne carceres experiatur. Rursùs furto commiſſo inimicus erat innocens, & verus delinquens, de quo nulla erat ſuſpicio furti, & homicidii commiſſi, diffamabat, dicendo à nemine, niſi ab illo inimico patratum tam enorme flagitium, & inimicus innocens vinculis detentus fuit. At Deus innocentiæ patrocinator apetuit veritatem, qua ille diffamator captos, damnatus fuit; Igitur ſola inimicitia etiam capitalis eſt fallax indicium, dans delinquentibus ignotis anſam ad magis delinquendum, ut ſe liberent, aliis ſuppoſitis ruinæ.

Imò nec inimicitia, & acceſſus inimici ad locum tutum eſt indicium ad torturam, quia, ut fuga poſt inquiſitionem non eſt indicium, quia impelli poteſt ad fugam, nè carceretur: ità fuga inimici non eſt indicium ad torturam, quia moveri poteſt ad fugam, non ex delicto patrato, ſed ex inimicitiis, nam ex inimicitia poſſet carcerari, & contra ipſum inquiri; undè meritò fugam arripit, ut carceres fugiat carcerandus, non ex delicto, ſed ex inimicitia, ex qua præſumitur malum patratum adversùs inimicum. Valenzuola *conſ.*16.*num.*6. Declanus *lib.*2. *reſponſo* 74. *num.*27. 544 Nec fuga inimici.

Si verò fugeret non inimicus ante inquiſitionem cœptam, eſſet indicium ad torturam ex dictis, quia nulla, niſi motivo patrati delicti impelli poteſt ad fugam, ut ex dictis conſtitit.

Si verò cum inimicitia confluant alia indiciola: tunc creſcit indicium, & poteſt adeò augeri, ut ſit proximum ſufficiens ad torturam. Antonellus *conſ* 47. *num.*22. Caramuel *Pandoxion diſp.*8.*art.*10. Gabriel *lib.*7.*conſ* 18.*num* 2. Riminaldus *conſ.* 88. *num.* 7. Scialoja in *praxi foroiudicatorum cap.* 4. *num.* 78. Danza *de pugna Doctorum tit.de indiciis cap.*5 *num* 38. 545 Cũ aliis indiciolis conflat indiciũ ad torturam

Patet ex dictis; quia quod non poteſt unum, plura efficiunt indicia; nam licet unum non moveat, plura movere poſſunt intellectum Judicis ad probabiliter judicandum delictum commiſſum ab inimico totaliter indiciato.

Inimicitia tamen debet in actis conſtare, nam in illa fundatur decretum torturæ, & ex actis decretum juſtificari debet. 546 Inimicitia debet in actis conſtare.

Occiſio: An ſit indicium ad torturam ſe dicentem occidiſſe ad inculpatam defenſionem? 547 Occiſio.

AFfirma: quia confeſſio non pro confitente probat, niſi aliundè conſtet ſe inculpatè defendiſſe, atque adeò debet probare ſe defendiſſe. Boerius *deciſ.* 164. *num.* 15. Grunar *diſp. iuridica theſi* 21. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8. *art.*23. Eſt indiciũ contra dicentem ſe occidiſſe ex defenſione.

An ſit indicium ad torturam contra illum, cujus arma reperiuntur propè occiſum?

AFfirma: ſi conſtet certò certiùs arma ſua eſſe, aut veſtes delinquentis ſuas eſſe; nam tunc torqueri valet ſaltem, ut dicat, cui arma, & veſtes commodavit; nam aut ipſe, aut Commodatarius delictum in publicum educere poteſt. Imò fortiùs urget indicium, ſi vagina apud Dominum armorum reperta fuit armis deſtituta, & illa arma illius ſint vaginæ. Danza *tom.*1.*pugnæ,tit.de remiſſione cauſæ cap.*3.*n.*14. 548 Eſt indicium contra eum, cujus arma reperiuntur propè occiſum.

Scia-

Sclaloja *de foroiudicatis cap.* 4. *num.*61. Menochius 1.*præſumpt. quæſt.*89. *num.* 135. & 137. Farinacius *de indiciis quæſt.* 52. *num.* 74. Maſcardus *de probationibus concl.* 830. *n.*10. Blancus *tractatu criminali in præludiis n.*427.

An dictum juratum moribundi, ſe à tali occiſum, ſit indicium ad torturam?

549 Dictum juratum moribundi.

Sine aliis adminiculis non facit indicium ad torturam, ſed ad inquiſitionem.

Diſtinguas: vel adſunt, vel deſunt alia indicioia contra nominatum.

Si deſunt, nega dictum moribundi eſſe indiciom ad torturam, ſed tantùm eſt indicium ad inquirendum. Brunus *de indiciis quæſt.*3.*nu.*26. *tom.*10. *tractatuum fol.*96. Caramuel *Pandoxion diſp.*8. *art.* 19. referens caſos moribundi invocantis complices aliquos innocentes. Farinacius *de indiciis quæſt.*46.*num.*35. Menochius 1.*præſumptionum qu.*89.*num.*81.

Rationes.

Ratio eſt, primo ex *l. ſi quis in gravi.* 3. §. *ſi quis moriens dixiſſet à ſervo vim mortis illatam eſſe ſibi: dicendum eſt, non eſſe credendum Domino, ſi moriens hoc dixit: niſi potuerit & probari. D. ad Senatum Conſultum Syllanianum*, ubi Angelus.

Secuodo patet ex *l. nullum, Cod. de teſtibus*, & ex *cap. ſicut. eodem.*

Tertio patet, quia accuſator ſuo dicto non probat, ſed indicium eſt probatio; ergo ſicuti ſuo dicto non probat, ità ſuo dicto non facit indicium: nam ſi faceret indicium, faceret probationem.

Quarto, quia ex ſola accuſatione nequit Reus torqueri, ergo nec ex dicto accuſatoris.

Quinto, quia confeſſio morientis in proprium, non io aliorum præjudicium probat. *l. ſi quis in gravi.*3.§.*ſi quis moriens, D. ad Senatus Conſultum Syllanianum.* Grammaticus *deciſ.* 56. *num.*15. Et ſic non nocet inculpatio morientis, licèt proſit ejus exculpatio quoad purgaoda indicia inculpati. Chartarius *deciſ.*27.*num.*9. Menochius 5.*præſumpt.*48., *num.*7. ſi aliundè delictum certò non pateat. Afflictus in *Conſtitut. Terminum vitæ.*46. Gomez 3.*variarum.cap.*13. *num.*17.

Sexto, quia invaſus turbatur, & putat falſa imaginatione ſe videre, quem timet invaſorem.

Septimo, quia etiam moribundi ſunt quandoque perditæ conſcientiæ, ut exemplis oſtendit Caramuel *loc. cit.*

Octavo, quia confeſſio illa poteſt eſſe extorta terrore, odio, vi à ſatellitibus; undè meritò ſola nequit inducere Judicem ad torquendom nominatum.

Si verò adſint contra nominatum alia indicia, tunc quæ ſigillatim ſingula non ſufficiunt, ſimul conflant indicium grave, ſatis ad torquendum arbitrio rationabilis Judicis. Maſcardus *de probationibus concl.* 1135. *num.* 4. Farinacius *de indiciis quæſt.*46.*num.*11[illegible] Majorana *loc. cit. num.*140.

Homicidium: An ſit indicium ad torturam adversùs cohabitantes in loco delicti?

550 Homicidiū.

Eſt indicium adverſus cohabitantes.

Affirma: ſi de alia cauſa non conſtet, nam cohabitantes, vel delictum patrarunt, vel delinquentem indicare valebunt ex frequenter accidentibus. Farinacius *de indiciis. num.* 98. Carena *par.*3. *tit.*10. *num.*18.

Favor, receptatio ſcienter delinquentis: An ſit indicium ad torturam?

Affirma: niſi receptat, ut conſanguineus, & amicus, nam præſumitur complex, conſocius. Turrecremata *part.* 2. *de Eccleſia lib.*4. *cap.*20. maximè ſi alia adminiculantia concurrant.

551 Favor, & receptatio ſciēter delinquētis eſt indicium ad torturam.

Converſatio, conſocietas cum delinquentibus: An ſit indicium ad torturam?

Diſtinguas: vel eſt ſola converſatio, vel ſunt alia coadjovantia.

552 Converſatio cum delinquentibus.

553 Sola, non facit indiciom ad torturam

Si ſola converſatio eſt, nega. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8.*art.* 16. Nam converſatio fieri poteſt ex alio motivo, ſcilicet ut timeatur ab aliis, ut honoretur timore conſtipati ſatellitii, ut ab illis non offendatur, & ad jactantiam, ut frequentiùs accidit. Hinc non eſt indicium delicti patrati, ſed tumoris, ſuperbiæ, ambitionis propriæ.

Si verò alia concurrant adminicula, affirma: putà ſi ex circumſtantiis conſocietas ſit facta, ut contingeret delictum, & præceſſerint aliqua conſideranda hic, & nunc à Judice, ex quibus deprehendat veriſimiliter delictum commiſſum. Capycius Latro *deciſ.* 132. *num.* 22. Chartarius *deciſ.* 88. *num.*50.

Si cōcurrant alia, affirma.

Mandatarii depoſitio: An ſit indicium ad torturam contra mandantem?

Nega: niſi coadjuvetur aliis indiciis.

554 Depoſitio mandatarii abſolutè nō facit indiciū ad torturam

Sola namqoe nominatio non ſufficit, ut nec ſufficit depoſitio unius teſtis, etiamſi mandatarius non acceptaverit mandatum. Scialoja in *praxi foroiudicatorum cap.*4. *num.*76. Ciriacus *controverſ.*485. *num.*17. Conciolus v.*mandatum, reſol.*11. *num.*6. Et fortiùs ſi acceptavit mandatum; nam tunc non eſt teſtis omni exceptione major, ob infamiam conſocietatis facinoroſæ. Maſcardus *de probationibus concl.* 461. *num.* 1. Danaa *tom.*3.*pugnæ tit. de indiciis cap.*9. *num.* 11.

555 Si concurrāt alia, affirma.

Si verò alia concurrant indicia, tunc affirma: nam cumulus indiciorum poteſt adeò intendi, ut reddant pluſquam ſemiplenam probationem: putà inimicitia, ſama, ſi ſit ſolitus delinquere, receptatio mandatarii, aſportatio bonorum, & perſonarum in loco tuto, &c. unum enim indicium coadjuvare alterum, & ſimul augere motivum ad perſuadendam veriſimilitudinem delicti, certiſſimum eſt. Carena *de inquiſitione par.*3.*tit.*10. *num.*48.

Concordia cum Reo: An ſit indicium ad torturam?

556 Concordia cum Reo.

Diſtinguas: vel eſt ſola concordia, & pax: vel adſunt alia indicia.

557 Sola non efficit indiciū ad torturam

Si ſola concordia, nega. Maſtrillus *deciſ.*230. Ratio eſt, quia poteſt fieri ad vexationes tollendas litis etiam injuſtæ. Guazzinus *num.*3.*tract. de pace par.*1 *quæſt.*27.*num.*8.

558 Cum aliis adminiculis efficit.

Si adſint alia indicia, affirma ſufficere ad torturam; quia tunc præſumitur pacem, & remiſſionem obtentam ad evitandam pœnam commiſſi criminis; nam parte non inſtante Fiſcus remiſſiùs procedit; Undè ſi adſint alia prædicta indicia: putà nominatio mandatarii, &

fama

Digitized by Google

ſama præcedens, tunc ex conſcientia criminis, non timore ſolius vexationis litis cemetur pax pecunia, vel alia via redemta. *l.in Fiſci, D.de jure Fiſci. l furti, §.pactus, D.de his, qui notantur infamia.* Menochius *lib. 1. præſumptionum quæſt.*89.*n.*83. Undè in praxi, quando petitur hæc remiſſio, ſolet exprimi, peti ad cavendas litis anguſtias, & diſpendia. Caballus *reſolution. criminalium reſol.*74.*num.*6.

Inconſtans, & ſibi contraria reſponſio: An ſit indicium ad torturam?

559 Reſponſio inconſtans, & ſibi cōtraria non facit indicium ad torturam.

NEga: Gruner *theſi* 10. Caramuel *in Pandoxion diſp.*8. *art.*12. Nam etiam Innocentes Judicis conſpectu turbati, dicunt, quæ nunquam patrarunt, volentes innocentiam inconſtanti excuſatione, & loquutione tueri, niſi concurrant alia indicia, quibus meliùs conſultus tegit, vel tegere ambit delictum. Theſaurus *deciſ.*24. *num.*8. Giurba *conſ* 87. *num.*7. Chartarius *deciſ* 40.*num.*49.

Mutatio coloris, trepidatio, &c. An ſit indicium ad torturam?

560 Mutatio coloris, trepidatio nō facit indicium ad torturam

NEga: niſi accedant alia indicia. Clarus *§.fin.qu.*21.*§.cæterum.* Caramuel in *Pandoxion diſp.*8.*art.*13. Grævius *de tortura lib.*1.*c.*6.

Ratio eſt, quia magis innocentes inſolito offenſi, ex ipſa interrogatione turbantur, & fortiùs de inſidiis, & inimicitiis pavent. & ſic pallor, trepidatio, turbatio pullulat ex timore inſidiarum, non verò delicti nunquam commiſſi. Quando verò adſunt alia indicia, ex illis formari debet animus Judicis, an veriſimiliter damnare poſſit ad torturam. Paris de Puteo *de ſyndicatu*, v. *tortura cap.*5. *num.*7. Grammaticus *voto* 3.*num.* 17.

Silentium Rei juridicè interrogati à Judice: An ſit indicium ad torturam?

561 Silentium interrogati juridicè ex ſe non facit indicium ad torturam.

NEga: niſi alia concurrant indicia; nam in odioſis tacens conſentire non videtur, ſed potiùs non conſentire cenſetur. Decianus *lib.* 3. *conſil.* 177. *num.* 64. Blancus *de indiciis num.*223. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8.*art.*14 contra Scialojam in *praxi foro judicatorum cap.* 4. *num.* 33.

Præſumptio, ſemel malus, ſemper talis præſumitur: An ſit indicium ad torturam?

562 Non currit regula: *ſemel malus, ſemper talis.*

NEga: quia talis præſumptio Juris non probat pluſquam ſemiplenè: licèt ſatis ſit ad inquirendum, an olim fur, talis ſit hodie. Caramuel *loc.cit.art.*15.

Res furtiva inventa: An ſit indicium ad torturam contra detentorem?

563 Res furtiva inventa abſolutè nō eſt indicium ad torturā contra detentorem.

DIſtinguas: vel deſunt, vel adſunt alia indicia.

Si deſunt, nega. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8. *art.*20. Si adſunt, affirma: putà mala ſama detentoris, aut ſi juſſus noluit detegere: tunc eſt indicium ad torturam, niſi oſtenderit à quo rem acceperit. Bartolus in *l.*1.*D.de officio Præſidis.* Maſcardus *volum.*2. *concluſ.*829. *num.*11. Gruner *theſi* 17.

Patet ex *l.*2. *&* 5. *C.de furtis*, ex *l.*3. *§.* 2. *in fine, D.de officio Præſidis.*

An detinens claves hamatas, harpagones, uncinos, ad effringendas, vel aperiendas januas, vel alia inſtrumenta ad fabricandam monetam, ſit indicium ad torturam contra detentorem?

564 Inſtrumēta.

565 Si licitè retineri poſſūt non faciunt indiciū contra detentorem.

DIſtinguas: vel eſt, qui licitè hujuſmodi retinere valet, vel non.

Si licitè retinere valet hujuſmodi inſtrumenta, ut Faberferrarius, tunc non eſt indicium ad torturam, ſed eſt indicium licitæ artis, ſi inſtrumenta licitè confici valeant.

Si illicitè, faciunt indicium.

Si verò non ſit effectus licitæ artis, tunc eſt indicium ad torturam, quia hic ad nullum alium finem detinere valet, niſi ad malum. & ex communiter accidentibus, nemo integræ famæ hujuſmodi detinet: In quo differt à Fabroferrario, qui vocatus ab illis, qui claves amiſerunt, poteſt uti illis inſtrumentis ad januas aperiendas. Menochius *lib.*5.*præſumpt.*31.*n.*16.

Magnos ſumptus, & prodigè facere ſine introitibus: An ſit indicium ad torturam?

566 Prodigalitas non facit indicium ad torturam.

NEga: ſed eſt indicium ad inquirendum, unde pecunias colligat, & ſi non oſtendat, torqueri valet; nam tunc contra ipſum indicium eſt vehemens vivere raptu, furto, aut aliis malis artibus. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8. *art.* 20. *§.ſi aliquet*, qui *§.vidi*, teſtatur, ſe vidiſſe in Aula, & etiam in patibulo Domnum Joannem de Caſtillo celeberrimum furem apud Hiſpanos, qui priùs in campo furatus, Urbem ingreſſus, quatuor conſtipatus ſociis, aliis ſamulis additis, & nuptiis contractis, magnos ſumptus faciebat, quibus invidiæ fomitem præſtitit, undè inviſitur à Conſule, vulgo *Corregidor*, cogitur proferre libros introitus, & exitus, & carceratur, qui omnia ſatetur flagitia, & ſuſpendio traditur in foro Madritenſi cum duobus ſociis ornato oloſerico.

An cruor occiſi ferveſcens, ebulliens, recrudeſcens aliquo præſente, ſit indicium ad torturam contra præſentem?

567 Cruor occiſi ebulliens nō eſt indicium ad torturam.

DIfficultate diverberati in diverſas abiere ſententias Theologi, Philoſophi, Medici, & Juris Conſulti. Tu niſi alia perurgentia adſint indicia.

Sententia negativa.

Nega: Caſſonus *de indiciis cap.*3. Angelus *tit. de homicidio.* Farinacius *de indiciis quæſt.* 52. *num.*156. Maſcardus *volum.* 2. *de probationibus concl.*867. *num.*24. Gomez 3.*variarum cap.*13. dicens eſſe indicium incertiſſimum. Theſaurus *deciſ.* 123. *num.* 7. Cavalcanus *de brachio Regio quæſt.*3.*num.*104. Carena *part.*2.*de officio S.Inquiſitionis tit.* 2. *num* 136. Zacchias *Medico legalium lib.* 4. *tit.*2. *quæſt.* 12. *num.*27. dicens, nullum ex hoc indicium deſumi contra Reum. Pignatellus *tom.* 2. *conſult.* 37. *num.*22. dicens enim *num.*24. non provenire ab inimicitia, ſecùs cadaver bovis præſente occiſore etiam ebulliret. Caramuel in *Pandoxion diſp.*8.*art.*22.*§.ſed nobis*; referens plures caſus, probans ex *l.*1. *§.*1. *D. de quæſtionib.* Martinus del Rio 5. *Magicarum ſect.*4. *§. vigeſimo.* Poſſentius *ſingul.* 240. *num.*2. Bordonus *tom.*5. *praxis crimin. cap.*78.

Eliſeus *Jucundarum qq. campus qu.33.n.26.*

568 *Eſt indiciū valdè incertum.* Probatur, quia indicium valdè incertum, & remotum non ſufficit ad torturam: ſed tale eſt indicium valdè incertum; ergo non ſufficit ad torturam. Major patet, quia indicium ad torturam debet eſſe tale, ut excedat ſemiplenam probationem, & ſit ſignum iodicaos commiſſum deliƈtum. *l.indicia, C. de rei vindicatione.* Incertum verò indicium non indigitat ſcelus, ſed intellectus remanet anceps, egeos aliis probationibos. Qua ratione dictum plurium lamiarum, aſſerentinm ſe vidiſſe alium in execrando conventu, nec eſt indicium ad torturam, imò nec ad inquirendum contra nominatum, quia eſt iodicium aoceps; cùm iſtæ illudi poſſint, & imagioatione falli, & fallere. Symanchas *de Catholicis Inſtitutionibus tit. 37. de lamiis. nu.*14. Scaccia *lib.1. de indiciis cap.*82.*num.*10. Farinacius *de hæreſi quæſt.*185.*num.*151. Palaus *par.1. tract.4. diſp.8. puncto* 16.§.5.*num.*2. Layman *lib.3. tract.6.cap.5. num.*8. Carena *de officio S.Inquiſitionis part.2.tit.*12. §.26. *num.*226. Diana *part. 4. tract. 6. reſol.* 30. contra Valentiam *tom. 3. diſp.6. quæſt.* 23. *puncto* 4. §.2. del Rio *lib.5.Magicarum ſect.*16. *appendice* 2. *qu.*8. ajentes ſoſſicere ad torturam dictum plurium lamiarum.

569 *Ebullitio ſāguinis ex aliis cauſis poteſt naſci.* Minor, ſcilicet effervescentia cruoris ebullientis coram aliis eſſe indiciom valdè incertum, & remotum, patet; oam nequit certificari, cum poſſit naſci illa ebullitio ex aliis cauſis. Et antipatia, ad quam conſugiunt Adverſarii, poſſit eſſe etiam com inimico, qui mortem non intolit, & poteſt occidi à non inimico, vel ab amico fortuitò, vel noiente occidere. Hæc namque ſanguinis ebullitio non poteſt eſſe à natura, à Dæmone, non ab anima, nec à Deo.

570 *Nun à natura provenit.* Non à natura ratione antipatiæ cum inimicos; nam eſſet etiam cum inimico non occiſore. Secnodo, quia ſi antipatia movet ſanguinem, cur oon etiam ſimpatia? quidquid hyrcocerviaverint Scottus, Valeriola, Nirimperins, Chircher, ſcilicet commotionem illam naſci odio, ira, alterante bile, qua occiſor invadit occiſum, & ſpiritus emanant ab occiſore, & tranſeunt in occiſum, & deindè iterùm præſente occiſore alterantur, & alterant ut repetant occiſorem, ut innuebat Plato *lib. 9. de legibus,* dicens: animas interfectorum iraſci interfectoribos; Enim verò id non accideret in allo non inimico, qui occidit nè occidatur, ut quædam matres occiderunt proprios infantes, oè crimen earum detegeretur.

Tertio, quia illa concertatio ſpiritunm ſubtiliſſimorum facilè evaneſceret, recedeote anima; nam ſi evaneſcunt ſpiritus connaturales, fortiùs ſpiritus adverſi.

571 *Nec à Dæmone.* Nec naſcitur à Cacodæmone, ad quem alii recorrunt; nam hic mendax eſt, & ſic ei non credendum eſt, nè aperiatur via contra innocentes.

572 *Neque recurrendum ad animas defunctorū.* Nec recurrendum ad animas defunctorum, ut recurrit Pomponatius, & Bonacciola. Nam anima abeſt, nec ſangoinem movet.

573 *Vel ex ſaoguine.* Nec valet naſci ex charactere remanente in ſanguine mortui, ut Deodatus docuit; nam characteres iſti commentitii ſunt. Nec ex imaginatione, ut docuit Paracelſus; nam imaginatio interfecti abſentis nihil operatur.

574 *Aut recurrendum ad Deum.* Nec recurri valet ad Deum cum Gutterio, Pignatelio, Theſauro; nam Deus, vel veniret, ut cauſa univerſalis, vel nt particularis. Non, ut cauſa univerſalis, quia deeſt exigentia creaturæ, nec ut cauſa ſpecialis, qoia eſſet miraculum remoto agente naturali, à quo exigeretur; Undè non placet Ariſtotiles, docens eſſe opus Divinum, qnia ſanguis clamat vindictam contra interfectorem.

An ſit indicium ad torturam delatio criminis contra deferentem?

575 *Delatur criminis.* Diſtinguas: vel deferens tenetur, vel non tenetur deferre crimen.

Si tenetur, non præſumitur nocēs. Si tenetur deferre crimen: putà ſi crimen ſit patratum in ſua domo, in ſuo fuodo: potà homicidium ſit commiſſum, theſaurus inveniatur in ſuo fundo, tunc ipſe deletens, quia facit quod facere tenetur, non præſumitor nocens, & non deferendo crimen, præſumeretur nocens.

576 *Si nun tenetur deferre, indiciuni eſt deliquiſſe.* Si verò quando noo tenetur deferre, defert, & urgeat de delinquente; tunc indicium eſt, ut ipſe deferens ſit delinquens, aut delioquentem indicet, nam debet oſtendere, undè delictum ei innotuerit. Marſilios io *l.unius facinoris, §.ſervo qui ultrò.num.7.D.de quæſtionibus,* & in *praxi, §.diligenter. num.*150. Gomez 3.*variarum num.*14. Farinacius *de indiciis q.*52.*n.*96.

Et maximè indicium eſt ad torturam, ſi facinus ab alio committi non poterat, quàm ab illis, qui inibi erant, aliis coocurreotibus circumſtantiis. Menochius 1. *præſumptionum qu.* 89. *num.* 91. *&* 107. Follerius *part. 1. praxis.* Gloſſa *dentur capitula, qui ſuffocavit uxorem. num.*10. ubi loquitur de conjuge tacente mortem conjugis, & Giurba *conſ.* 43. *num.*12.

Quando tortura inferri valeat ſine indiciis?

577 *Tortura ſine indiciis datur etiam.* SEmper ac non tendit ad eruendam veritatem, ſed ad alium finem, indicia non requiruntur.

Reo juridicè ioterrogato. Et primo, ſi Reus noiit reſpondere Judici juridicè interroganti; tunc enim torquetur, ad hoc ut reſpondeat, etiamſi deſint indicia. Baldus in *l.accuſationem. num.*11. *C. qui accuſare non poſſunt.* Caravita *ritu* 259. *num.* 14. Gomez 3. *variarum cap.*12.*num.*5. Clarus *§.fin.qu.*45. Diana *par.4.tract.6. reſol.*34.

Aſſaſſino. Secundo, Aſſaſſinus torquetur ad ſciendum mandaotem. *l.& ſi certus.6.D.ad Syllanianum.*

Bandito. Tertio, Banditus torquetur, ut reſpondeat de conſociis, & receptatoribus, ſicuti etiam hæreticus. Bulla Paoli IV. quæ incipit: *Sanctiſſimus Dominus.*

Simulanti ſe fatuum. Quarto, torquetur delinquens, ſimolans ſe fatuum, nè puniatur. Idque ut cognoſcatur, an ſit. Antonius Faber 9.*Codicis, tit.2.definit.*1.

In dubio, an dicendum indicia inſufficientia eſſe ad torturam?

578 *In dubio indicia ſunt inſufficientia.* AFfirma: Giurba *conſ.* 42. *num.*8. Caballus *reſol.*200. *num.*145. Cyriacus *controverſ.* 106.*num.*145.

Motiva. Ratio eſt primò, ut in pœnis imponendis, & ſic reſtringendis *.cap. in pœnis. de regulis iuris in* 6. mitiùs procedamos. *l. interpretationem. D.de pœnis.*

Secundo, quia in dubio: meliùs eſt abſolvere nocentem, quàm innocentem condemnare. *l.1. D. de Carboniano Edicto. l. abſentem.* 5. *D. de pœnis.*

Ter-

Tertio, quia in dubiis pro Reo reſpondendum eſt. *cap. in obſcuris. de regulis juris in 6.*

Quarto, quia tortora eſt pœna ſenſibilior; diuturnior ipſa morte, mutilatione: Capyc. Lat. *deciſ.* 136. *num.* 16. Martha *de Juriſdictione par.* 4. *caſu* 139. *num.* 18. Faber *tit. Codicis, nè quis in ſua cauſa defin.* 2. *n.* 7. Grævius *de tortura lib.* 2. *cap.* 3. referens Tiberium Imperatorem mor-
579 Dictum Tiberii. temſ reposuiſſe inter præmia, non torturam, reſpondentem Reo mori volenti, nondum peperci; ergo ut ad mortem, mutilationem, itá ad torturam in dubio non deveniendum, maximè, quia in dubio innocens cenſetur. Oſaſcus *deciſ.* 79. *n.* 18. & *deciſ.* 8. *n.* 8. Grammaticus *conſ.* 36. *num.* 6. Guazzinus *defenſa* 29. *cap.* 2. *n.* 4. Latro *deciſ.* 13. *num.* 4. Sperelius *deciſ.* 120. *n.* 77. Conciolus v. *delictum reſol.* 1. *num.* 3.

An ex non tam urgentibus indiciis deveniri valeat ad torturam in flagitiis difficilioris probationis, putà in occultis?

580 In delictis difficilioris probationis ex indiciis non urgentibus etiam datur tortura.

AFfirma: dommodò indicia ſint veriſimilia, & concludentia, licèt non veriſimiliora, & concludentiora. Vermigliolus *conſ.* 83. *num.* 2. Farinacius *de indiciis quæſt.* 37. *num.* 150. Giurba *conſ.* 47. *n.* 16. Scialoja in *praxi forojudicatorum cap.* 4. *num.* 198. Conciolus v. *tortura reſol.* 3. Et ſic ſufficit ad torturam, ut explicet mandantem, ſi Reus ſine cauſa alium occidit; nam neceſſariò ſine cauſa non poterat occidere nomine proprio: Nemo enim occidit ſine cauſa, niſi fuerit ameos, Anima namque delicti eſt cauſa; ergo occidit nomine alterius, ut mandatarius. *l. & ſi certus* 6. *l. prius* 17. *D. ad Syllanianum*. Cauſa enim inducit in cognitionem effectus. *l. verum.* 23. *D. de furtis. l. interrogari, C. de quæſtionibus.*

Prærequiſita ad torturam.

§. IV.

581 Requiſita ad torturam.

EX dictis patet multa præexigi ad torturam, quæ in unum ante oculos ponere expedit, antequam ipſam trutinemus torturam.

582 I. Sufficiẽtia indicia.

Primo, præexiguntur indicia ſufficientia ad torturam, itá ut nec Reus conſentire valeat, ut ſine indiciis torqueatur; nam non poteſt cedere Juri, quo caret, & non habet jus ad abuſum, ſed ad uſum corporis; & ut non poteſt conſentire, ut vulneretur; itá nec ut vapulet, torqueatur; utrumque namque contra Jus Divinum: *Non occides*; ergo requiruntur indicia, quibus veriſimile ſit, illum non eſſe innocentem, ut pœnæ torturæ ſubdatur. *l.* 1. *l. fin. D. de quæſtionib. l. milites* 8. *§. oportet, C. de quæſtionibus.* Carrerius in *praxi tit. de tortura num.* 14. Conciolus v. *tortura reſol.* 9. *n.* 1. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 4. *num.* 20.

Et Judex torquens ſine, vel cum inſufficientibus indiciis, peccat mortaliter contra juſtitiam; quia Reus habet jus, nè torqueatur ſine indiciis ſufficientibus: & debet puniri, itá ac ſi
583 Peccat Judex torquẽs ſine indiciis ſufficiẽtibus condemnaret innocentem, & de tali tortura ſyndicatur. Rovitus in *Pragm.* 1. *num.* 59. *de bonis proditorum.* Follerius *par.* 3. *praxis*, v. *& ſi confitebuntur. num.* 3.

Et cenſetur ſine indiciis tortus, ſi de illis ex actis non conſtet; nam ex actis ſententia juſtificatur. *cap. quoniam contra.* 9. *de probationibus. can. non ſolum.* 11. *quæſt.* 3. *l. prolatam, C. de ſententiis, & interlocutionibus.*

584 Tortura ſine indiciis, & confeſſio ſecuta, Reo nõ nocet.

Et ſi tortura detur ſine indiciis, confeſſio indè ſequuta, etiam deindè pluries ratificata, non nocet confitenti, nam eſt nulla, cùm non ſit legitima: Danza *tom.* 3. *pugna Doctorum, tit. de confeſſo cap.* 1. *num.* 7. Grammaticus *voto* 6. *n.* 8. Gomez 3. *variarum cap.* 13. *num.* 25. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 38. *num.* 9. Conciolus v. *confeſſio, reſol.* 2. *num.* 3. Latro *deciſ.* 161. *num.* 15.

Ad hoc autem, ut dicantur ſufficientia indicia, etiam requiritur, ut eorum vis non retundatur contrariis præſumptionibus pro Reo. Grammaticus *voto* 3. *num.* 20. Guazzinus *defenſa* 30. *cap.* 4. *num.* 23.

585 II. Requiritur proceſſus, & Rei defenſio.

Secundo requiritur, ut Reo non reperto in flagranti, tradatur copia indiciorum, & proceſſus poſt publicationem, & dato termino ad ſe defendendum, ad hoc, ut diluat, ſi poſſit, indicia, & ſic non torqueatur.

586 Capitulum Regni *Habebitur.*

Patet ex *cap. qualiter, & quando.* 24. *de accuſationibus*, & ex Cap. Regni: *Habebitur*, ubi de Nigris *n.* 4. Ratio eſt, quia defenſio danda eſt, nè innocens torqueatur, quæ defenſio fieri nequit, non data copia indiciorum evacuandorum. Scialoja *loc. cit. cap.* 6. *num.* 11. Guazzinus *defenſa* 30. *cap* 4.

587 Idque etiam in S. Inquiſitione. Innocentii IV. & Urbani IV. Conſtitut.

Idque etiam ſervatur in Officio Sanctæ Inquiſitionis, nam ibi meditatiùs, & ſanctiùs Juſtitia ſervanda eſt, ubi majus eſſet præjudicium innocentis. Innocentius IV. in Conſtitutione: *Cum negotium*. Urbanus IV. in Conſtitutione, quæ incipit: *Præ cunctis, §. quod ſi teſtibus*, & tantùm ſervatur, nè notentur nomina teſtium, ſed tantùm notentur dicta. Pegna *par.* 3. *commentario* 124. Simanchas *de Catholicis Inſtitutionibus tit.* 52. *n.* 8. Genuenſis in *praxi cap.* 84. *num.* 5. Souſa *lib.* 2. *Aphoriſmorum cap.* 39. *n.* 22. Paramus *lib.* 3. *de origine Inquiſitionis quæſt.* 4. *num.* 53. Carena *part.* 3. *tit.* 10. *§.* 21. *num.* 159. Laurentius *deciſ. Avenienſi.* 15.

588 III. Ut conſtet de corpore delicti.

Tertio requiritur, ut conſtet de corpore delicti, itá ut indicia ſine corpore delicti non ſufficiant. *l.* 1. *§. item illud, D. ad Syllanianum. l. ſi quando, C. unde vi*. Scialoja in *praxi torquendi Reos cap.* 3. *num.* 16. Conciolus v. *tortura reſol.* 2. *num.* 1. nam tortura ſupponit delictum, & indagat delinquentem.

589 IV. Ut teſtes repetantur.

Quarto requiritur, ut teſtes recepti in proceſſu informativo Curiæ repetantur. Danza *tom.* 2. *pugna, tit. de teſtibus repetendis cap.* 1. *n.* 8. Scialoja *loc. cit. cap.* 6. *num.* 19.

590 V. Ut aliunde veritas haberi nequeat.

Quinto prærequiritur, ut veritas aliundè indagari nequeat, quàm per torturam, undè dicitur remedium ſubſidiarium. *l.* 1. *l. Divus in principio. l. Edictum, D. de quæſtionibus. l. quoties, C. eodem.* Scialoja *loc. cit. cap.* 1. *num.* 4.

591 Judex debet interloqui, niſi ex abrupto procedat.

Tandem Judex debet interloqui decretando, ut Reus torqueatur: niſi valeat procedere ex abrupto; nam tunc ſatis eſt, ſi dicat: procedatur ad torturam, juxtà formam ſibi concellam. Guazzinus *defenſa* 30. *cap.* 4. *num.* 15.

An indicium debeat conſtare ex actis?

592 Indicia conſtare debent ex actis.

AFfirma: Antonius de Canario *tract. de quæſtionibus, & tormentis.* Farinac. *tom.* 2. *praxis qu.* 57. *num.* 3. & 13. Carena *par.* 3. *de officio S. Inquiſitionis tit.* 10. *§.* 3. *n.* 15. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *num.* 29.

Ratio eſt, quia ſententia debet eſſe juſta ex actis, & ſic debet conſtare ex actis ejus juſtitia,

Digitized by Google

cap. quoniam contra. 19. *de probationibus*. *can. non ſolum.* 11. *q.* 3. *l.prolatam. C.de ſententiis, & interlocutionibus*; patet etiam ex *l.*1. *D.de quæſtionibus.* Et ſic indicium debet probari ſaltem per duos teſtes omni exceptione majores. Gaillus 1.*obſervatione* 134. *num.*15.

Pœna Judicis damnantis ad torturam ſine indiciis, vel illum, quem ad torturam damnare nequit.

593 Judex torquens ſine indiciis, vel innocētem, puniendus.

EST mortis pœna. *l.Decuriones* 16. ibi: *capitale judicium, C. de quæſtionibus*; vel eſt pœna talionis, qua ſcilicet Reus erat puniendus, ſi fuiſſet nocens. *l. nemo carcerem, C.de exactoribus tributorum.lib.* 10. vel juxta qualitatem doli, & perſonarum punitur arbitraria pœna. *l.omnes Judices, C.de Decurionibus lib.*10.

Si verò damnet ad torturam non dolo, ſed culpa, putà ex ignorantia; tunc punitur pœna injuriæ. *l.injuriarum, D.de injuriis*, & ultrà intereſſe partis in ſyndicatu tenetur ad pœnam applicandam Fiſco. Brunus *tom.*10.*tractatuum de indiciis qu.*11.*num.*15.*fol.*106.

De Tortura.
§. V.

De Tortura.

EXplicuimus præcedentia torturam, ad ipſam torturam oratio maturet.

594 Dicta eſt quoque Quæſtio.

Tortura dicta eſt etiam Quæſtio ab inquirendo, quia tortura veritatem inquirimus, tanquam finis torturæ. *l.cum teſtamentum falſum. l.hoc quod placet, C. de quæſtionibus*; licèt enim fallax medium, tamen veritatis ſcopum collineare debet. *l.*1. *D. de quæſtionibus. l.*1. *§.quæſtionem, D. ad Syllanianum.*

Definitio.

Definitur tortura. Eſt inquiſitio veritatis per inſtrumenta dolorifica. *l. item apud Labeonem.*15.*§.quæſtionis, D.de iniuriis. l.*1.*§.quæſtionem, D. ad Syllanianum.* Abbas in *cap. cum in contemplatione. de regulis juris.* Souſa 2. *Aphoriſmorum cap.*30. *num* 2.

595 Nomine Inſtrumēti dolorifici quid veniat.

Nomine Inſtrumenti dolorifici venit carcer, non ad ſolam cuſtodiam, ſed ad extorquendam veritatem; nam carcer eſt mala manſio, experimentum malorum, conſolatio inimicorum, & patrimonii emunctio.

Secundo, venit denegatio alimenti, donec verum dicat. *l.necare, D.de liberis agnoſcendis.*

Tertio, venit corda. *l.Decuriones.*16.*C.de quæſtionibus. l.nullus, D.ad leg. Juliam Maieſtatis.*

Quarto, venit violenta nervorum contractio, vel extractio, vigilia, pondus alligatum pedibus torti, aduſtio laterum, aculeus, & quævis violentia, quæ corporis ſemetriam, & compaginationem invadit. Inventum crudele veritatis inveniendæ quandoque oppreſſivum, niſi Chriſtiana mitigetur æquitate; ità ut Reus non ſubſtineat majorem pœnam tortura, quam ſubſtineret, ſi apertiſſimis probationibus deliquiſſet. *l.fin.C.de abolitionibus.*

Hinc reſolvitur:

An Judex curare debeat, nè tormenta ſint adeò atrocia, ut ſubſtineri nequeant?

596 Tormenta nō ſint valdè atrocia.

AFfirma: nam ſi valdè urgeant, & dolore lancinent, cenſentur humanæ patientiæ intolerabilia, & conſequenter impoſſibilia, ut ſubſtineantur: & tormenta debent eſſe moderata. *l.de minore.*10.*D.de quæſtionibus*, ibi: *ut moderatæ rationis temperamenta deſiderant*; Ità ut quando tortura eſt immoderata, confeſſio indè ſequuta ſit nulla, nec firmetur ratificatione ſequenti die facta, nam cenſetur ratificata timore, nè iterùm crucietur. de Canario *tract. de quæſtionibus, & tormentis cap.*5.*num.*20.

Quantum temporis debeat durare tortura?

EX gravitate torturæ, & delicti, & qualitate perſonarum diuturnitas torturæ metienda eſt, quæ licèt, ut plurimum arbitraria, ob circumſtantiarum varietatem. *l.quæſtionis.*7.*D. de quæſtionibus.* Conciolus v. *tortura, reſol.* 16. *num.* 4. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 4. *num.*24.*& defenſa* 21. *cap.* 1. Danza *pugna Doctorum, tit.de armatis, cap.*3.*num.*74. ità ut in mitiorem partem ſemper declinandum ſit. 597 Duratio torturæ.

Ex frequenter tamen contingentibus quinque tempora decernunt communiter Doctores.

Primum eſt tenuiſſimum tempus, quando Reus tantùm ſpoliatur, alligatur funi, cordę applicatur ad terrorem, ſed non elevatur, & ſtatim dimittitur ad carceres; & ità fit, quando indicia ſunt levia, ut non poſſit torqueri, & Reus eſt debilis, valdè gracilis. Follerius in *praxi tit.Rei indurati torqueantur. num.* 17. Guazzinus *defenſa* 30. *cap.*5.*& cap.*22.*num.*3. 598 Tempus tenuiſſimum cùm torturę applicatur Reus, & non elevatur.

Secundum tempus eſt, ut elevetur tantiſper per tempus unius *Ave*, aut *Miſerere*. Idque quando dicitur torqueatur leviter, & accidit, quando indicia non ſunt adeò urgentia, nec teſtis eſt omni exceptione major. Farinacius *de indiciis quæſt.*37. *nu.*140. Girlandus *de quæſtionibus quæſt.*4.*num.*4. 599 Secundus tempus quādo elevatus tantiſper.

Tertium tempus eſt duorum *Miſerere*, elevatio à terra paulò plùs, vel minùs, & talis tortura datur in delictis non atrocibus, non capitalibus; & ſi perſona ſit honeſtæ familiæ, bonæ famæ, etiam pro delicto atroci, ità mitè torquetur. Farinacius *loc.cit.quæſt.*37. *num.*46. 600 Tēpus duorum *Miſerere*.

Quartum tempus eſt per dimidium horæ, & proceditur, quando crimen eſt graviùs, & indicia plena: putà adeſt unus teſtis omni exceptione major de viſu, & concurrunt alia, fuga, inimicitia, fama, &c. quæ dicitur gravis tortura, & poteſt etiam durare per horam, intrà cujus ſpatium ſemel, atque iterum, ſi atrocitas criminis exigat, ictu cordæ quaſſatur. Girlandus *loc.cit. quæſt.*1. *num.*9. Farinacius *de indiciis quæſt.*37.*num.*46. Souſa *lib.*1. *cap.*39. *n.*25. Diana *par.*4. *tract.*6.*reſol.*35. 601 Dimidium horæ.

Quintum, in delictis atrocioribus humanæ ſocietati magis nocivis, per horam torquetur, etiam ponderibus pedibus alligatis, & majori pondere magis cruciatur, & etiam multoties ictu funis undique conquaſſatur. Farinacius *loc. cit.num.*50. 602 In atrociorībus per horam.

In Sancto Officio mitiùs proceditur, & tortura non excedit ſemihoram. Genuenſis in *praxi cap.*84.*num.*8 Ciarlinus *cap.*181.*num.*69. Et juxtà urgentia indiciorum, & delicti enormitatem, leviter, graviter, vel atrociter torquetur Souſa *lib.*2. *cap.*39. *num.*25. Ità ut ſemper ad mitiora Judex declinet. *l.interpretatione.*42. *D.de pœnis.cap.in pœnis.de regulis juris in* 6. 603 Mitiùs in S. Officio.

Et ſicuti in dubio abſtinendum eſt à tortura, ut Reo faveamus. *cap.*2.*de regulis juris in* 6. Caballus *caſu* 200. Cyriacus *controv.*106. *n.*55. Guazzinus *defenſa* 29. *cap.*2. *num.* 4. Ità in dubio,

Digitized by Google

blo, an tortura debeat eſſe levis, gravis, aot atrox, debemus decernere torturam levem.

Si verò Reus torqueatur, noo ot fateatur ſuum crimen, quando dicitur torqueri in caput ſuum, ſed ut propalet complices, & fautores, tunc tortura tantùm durat per tertiam, vel ſemiboram. Guazzious *defenſa* 30. *cap.* 9. *num.* 3.

An ex proceſſu informativo, quis torqueri valeat?

Diſtinguas: Jus commune, ab uſu Magnæ Curiæ Vicariæ.

604 Jure communi nō poteſt torqueri ex proceſſu informativo.

Jure commoni, nega, qoia Jure communi oon ſunt Reo denegandæ defenſiones cootra decretum torturæ, & ſi poſſet torqueri ex proceſſu informativo, Reus indefenſus torqueretur.

Secundo, quia noo eſt torqueodus Reus, ſi alia via poſſit delictum plenè probari, oam tortura eſt remedium ſubſidiarium. *l.* 1. *D. de quæſtionibus*. Undè ab initio ab aliis remediis ordinariis, non à tortura exordiendum. *l. milites, C. de quæſtionibus. can. non ſolent.* 3. *quæſt.* 6. ergo ex proceſſu informativo noo debet torqueri, quia fortè aderunt aliæ ordinariæ probationes validiores. Et poteſt eſſe, ut vana ſint indicia, & ſuſpecti teſtes judicii proceſſus informativi; Jure ergo pars audiri debet, nè indefenſus damnetur ad pœnam torturæ, quæ alias excedit pœnas. *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* Rovitus *Pragm.* 1. *de bonis proditorum.* Pratus 3. *Forenſium cap.* 45. *num.* 23.

605 Uſu M. C. Vicariæ poteſt torqueri

Si verò ſimus in Magna Curia, quæ vices fungitur Regis, undè *Vicaria* dicta fuit; tunc habet ſpecialem prærogativam, ut ex proceſſu informativo damnare valeat ad torturam, Reo indefenſo, inaudito, ex *Cap. Regni*, incipit: *Si cum ſceleratis*, ubi de Nigris; Idque pereoni uſu firmatum. Danza *tom.* 3. *pugnæ tit. de præminentia cap.* 1. *num* 16 Tappia *deciſ.* 42.

606 Exceptis Neapolitanis, cum Caſalibus, Baronibus cū feudo, & Militibus.

exceptis Neapolitanis, una cum Caſalibus, Baronibus babentibus feudum, & militibus, qui ex proceſſu informativo, nec in Magna Curia torquentur. Francus *deciſ.* 316. & 459 Riccius *collect.* 641. Ambroſin. *de proceſſu informativo lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 11. Petra *ritu* 54. *n.* 9. & 159. *num.* 14. dans viginti Doctores. de Marinis ad Reverterium *deciſ.* 415. *num.* 3.

Patet ex *Pragmat.* 5. *de immunitatibus Neapolitanorum.* Rovitus in *Pragm.* 1. *num.* 14. *eodem tit.* Id extendens ad milites quoslibet.

Requiſita, ut in Magnâ Curia quis torqueatur ex proceſſu informativo.

607 Requiſita ut quis torqueatur ex proceſſu informativo in M. C.

Sunt tria, quorom uno deficiente ex proceſſu ioformativo nemo torquetur.

608 Delictum enorme.

Primum eſt delictum enorme, atrox, incendii, raptus, forojudicatioois, & ſimile inſignioris maleficii.

609 Ut præcedāt gravia indicia.

Secundum eſt, ut præcedant iodicia gravia, urgentia.

610 Gravis diffamatio delinquentis.

Tertium, ut perſona delinquentis ſit graviter diffamatæ vitæ, honoris, delinquere ſolita, & major. Tappia *deciſ.* 8 & 22. *num.* 3. Afflictos in *Conſtitut. Si damna clandeſtina.* 45. & *deciſ.* 391. *num.* 10. Grammaticus *voto* 3. *num.* 24. Torus *tom.* 1. *compendii*, v. *tortura, an de jure.* Pratus *lib.* 3. *diſceptationum cap.* 45. *num.* 30. Petra *ritu* 54. *num.* 12. v. *requiſita*. Luca ad Francum *deciſ.* 691. Conciolus in *præludiis n.* 9. Paris de Puteo *de ſyndicatu*, v. *tortura*, §. & *an ſi quis* Merlinus *tom.* 2. *Forenſium controv.* 33. *num.* 2. contra Capiblancum *Pragm.* 8. *de Baronibus par.* 1. *num.* 76. Roccum *de officiis*, §. 14. *de modo procedendi num.* 30. Francum *deciſ.* 143. *num.* 1. non requirentes qualitatem perſonalem.

Patet ex *d. Cap. Regni*: *Si cum ſceleratis*, ubi noo proceditur cootra quoslibet ſceleſtos, ſed contra diffamatos, notorios criminoſos, & levioris vitæ, ot ibi etiam obſervat de Nigris *num.* 32. ergo conſideratur perſonalis qualitas delinqueotis ſoliti delinquere, quæ delictum etiam auget.

Secundò, quia dictum *Capitulum Regni* eſt correctorium Juris communis, quo oemo indefenſus damnari debet; ergo reſtringendus intrà proprietatem verborum, ut minus liget. Caravita *ritu* 49. *num.* 17.

Et ſic oec minores poſſunt torqoeri ex proceſſu ioformativo in Magna Curia, nam reſtringi debet diſpoſitio dicti Capituli ad majores; cùm Jure communi minores, etiam defeoſi, ordinaria pœna non plectantur, & qualitas perſonalis ætatis veniam meretur. *l. auxilium* 38. *D. de minoribus. c. pueri. de ſentent. excommunic.* Eſt ergo diſpoſitio *Cap. Si cum ſceleratis.* reſtringenda ad majores, ut ſic minùs corrigatur Jus commune. *l. præcipimus.* 32. *in fine, C. de appellationibus.* Maſtrillus *deciſ.* 295. *num.* 38. Muta *deciſ.* 30. *num.* 17. Danza *tom.* 3. *pugna tit. de minore in delictis cap.* 3. Baronius *effecta* 4. *minoris ætatis.* Novarius ad *Pragmat.* 10. *num.* 182. *de officio Judicis.*

An currat diſpoſitio Capituli: Si cum ſceleratis *in aliis Curiis Regni?*

Nega: exceptis Regiis Audientiis Provincialibus ex *Pragm.* 10. §. 48. *de officio Judicis.* & ſic in aliis requiritur expreſſa, & ſpecialis conceſſio illius, qui poteſt derogare Juri commuoi, ità ut non ſufficiant privilegia etiam turgida, niſi id exprimatur, quia correctio Juris ſemper exprimenda eſt. *l. præcipimus.* 32. *in fine, C. de appellationionibus. l. unica, C. de inofficioſis dotibus*, Et patet etiam ex verbis dicti *Capituli*: *Si cum ſceleratis*, ubi ſpecialis prærogativa fuit Magnæ Curiæ Vicariæ. Saofelice *deciſ.* 350. Capiblancus *de Baronibus Pragm.* 8. *par.* 1. *nu.* 75. Petra *ritu* 259. *num.* 16. Grammaticus *conſ.* 6. *num.* 9. Mari ad Grammaticum *deciſ.* 34. *n.* 21. Francus *deciſ.* 275. *num.* 5. 611 Id non currit in aliis Curiis Regni

An ex proceſſu informativo repeti valeat tortura, ubi poteſt ex proceſſu informativo torqueri?

Nega: de Marinis ad Reverteriom *dec.* 154. *num.* 9. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 28. *num.* 1. de Nigris in *Cap. Regni*: *Si cum ſceleratis. num.* 10. & 30. Grammaticus *conſil.* 64. *num.* 12. contra Bajardum ad Clarum in §. *final. quæſt.* 49. *num.* 54. 612 Tortura nō repetitur quando ex proceſſu informativo poteſt torqueri,

Patet, quia facultas torqoendi ex proceſſu informativo exorbitans à Jore communi poſitivo, & naturali, reſtringenda eſt intra propriam ſignificationem verborum, non debet extendi ultrà primam vicem. *cap. odia. cap. in pœnis. de regulis juris in* 6. Niſi prima tortura fuerit in-

ter-

terimiſſa animo continuandi; nam tunc non eſt repetitio, ſed continuatio primæ; & idem eſt, ſi prima fuerit diminuta, nam tunc non eſt repetitio, ſed complementum primæ torturæ. Vivius *deciſ.*143. *in fine.* Torus *tom.* 3. *compendii part.* 3. v. *tortura, an repeti poſſit*. Intrigliolus *deciſ.*12. *num.*6.

An à decreto injuſto torturæ appellari valeat?

613 Valet appellatio ab injuſto decreto torturæ.

AFfirma: Abbas in *cap.*1.*num.*2.*de confeſſis.* Farinacius *de indiciis quæſt.* 38. *num.*27. Diana *par.*4. *tract.*6. *reſol.*20. Guidon Papa *deciſ.*74.*num.*2. Franciſcus Marcus *deciſ.*907.*n.*4. *vol.*1. Borrellus *conſ.*30.*num.*12.maximè in Foro Eccleſiaſtico.Genuenſis in *praxi cap.*88. Riccius *collectan.*1312. etiam Sancti Officii. Carena *de officio S.Inquiſitionis par.*3. *tit.*14.§.1.*n.*1. Paramus *lib.* 3. *de origine Inquiſitionis quæſt.* 3. *num.*60. Royas *ſingulari* 179.*num.*2. Decianus *lib.* 5. *criminalium cap.* 20. *num.*26. ajentes in Sancto Officio appellari etiam à decreto torturæ expreſſa cauſa gravaminis.

614 Etiam in S.Officio.

Patet ex *l.*2. *D.de appellationibus recipiendis. cap.cum ſit Romana.de appellationibus*; Et ratio eſt, quia à ſententia definitiva, vel quæ habet vim definitivæ omni Jure appellatur.*cap.appellationibus.de appellationibus.* Sed decretum torturæ cum pariat damnum irreparabile, habet vim definitivæ; ergo, &c.& ſic niſi detur copia indiciorum Reo, à decreto torturæ, tanquam injuſto, appellatur. Guazzinus *loc.cit.num.*27.

615 Excepta M.C.V.

Excipias Magnam Curiam Vicariæ, à cujus decreto torturæ non appellatur ob ejus præeminentiam ex *ritu Magnæ Curiæ* 159. licèt in aliis Curiis appelletur, ex *Cap. Regni: Si juſtè quis.* de Marinis 2.*quotidianarum. cap.*10.*n.*13. Petra ad Grammaticum *deciſ.*34.*num.*38.

Quot vices quis torqueri valeat in eadem cauſa.

616 Tortus non cōfeſſus, iterùm nequit torqueri.

PRimo ſemel tortus, non confeſſus crimen, iterùm torqueri nequit.Francus *deciſ.*577. Giurba *conſ.*50.*num.*42.

Patet, quia ſufficienti tortura jam tolerata, prima indicia evanuerunt.

617 Niſi accedāt nova indicia.

At ſi diverſa de novo indicia repullulent, tunc rursùs torquetur. Farinacius *de indiciis quæſt.*38. *num.*79. Queredus *de indiciis part.* 2. *cap.*7. *num.*6.Carena *par.*3.*tit.*10.§.20.*n.*148.

Patet ex *l.unius.*18.§.*Reus,D.de quæſtionibus*, ibi: *evidentioribus argumentis oppreſſus*; nam novum indicium non poterat purgari antecedenti tortura,quæ nec purgat indicia vehementiſſima antecedentia, niſi fuerit vehemens tortura; nam ſi fuerit remiſſa, indicii vis non eſt evacuata, & repeti tortura poterit. Riminaldus. *volum.*4. *conſ.*395. *num* 42.

Licèt non deſit Grammaticus *conſ.* 64. *n.* 11. dicens non poſſe, niſi ſemel torqueri, etiam indiciis non evacuatis.

618 Eodem die pluries nequit torqueri.

Secundo,eadem die non poſſe pluries torqueri,etiam indiciis non evacuatis. Clarus in §.*fin. quæſt.*64.§.*decreta*; Qui ait,nec poſt cibum torqueri poſſe, niſi poſt decem horas. Guazzinus *Reorum defenſa* 30.*cap.*23. *num.* 11. Farinacius *de indiciis quæſt.*38.*num.*103. nam eſſet occidere duplici continua attritione Reum, & ſic non tenderet tortura ad extorquendam veritatem, ſed ad mortem;cùm tamen Reus ſit conſervandus innocentiæ, vel pœnæ delicto debitæ.

619 Tres dies medient inter unam,& alteram torturam.

Imò ad minùs debere mediare tres dies inter unam,& alteram torturam,quia tunc eſt conſopitus dolor primæ torturæ, ſecundum Peregrinum *volum.*2. *conſ.* 2. *dub.*26. Carena *de officio S.Inquiſitionis part.*3.*tit.*10.*num.*154.Bordonus *tom.*1.*cap.*25.*num.*51.

Judicis arbitrio remittitur.

Sed pendet adhuc animus, nam dolor non evaneſcit lapſu tertii diei, & divinare eſt, cur poſt tertium, & non poſt quartum diem; Judicis ergo Chriſtiani rationabili arbitrio rem remittamus.

Sed difficultas eſt:

An pro quolibet indicio poſſis diſtinctè torqueri tot, quot ſunt indicia?

620 Non torquetur pro ſingulis indiciis.

NEga: Ità ut nec Judex proteſtari valeat ſe torquere Reum ſuper uno,non ſuper alio indicio. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.*25. quia tortura pro qualitate delicti, & indiciorum notorum in ſubſidium, ut probatio perquirenda ſemel, quando poteſt haberi, & indiciis notis jam haberi valet illa vice, & plories torquere eſſet abuti probatione doloroſa ad internecionem.

621 Tortus confeſſus, ſequēti die ſi non ratificeat iterùm torquetur.

Secundo,tortus,confeſſus delictum;ſi ſequenti die non ratificet, iterùm torqueri valet. Boerius *deciſ.*163.*n.*19. Afflictus in *Conſtitut.Regni: Damna clandeſtina.num.*44. contra Salycetum in *l.*2. *num.*10. *C.de cuſtodia Reorum.*

Patet ex *l.repeti.*16. *D.de quæſtionibus*;& ratio id ſuadet, quia confeſſione in tortura indicia ſunt confirmata, non evacuata; ergo ſicuti ante, ità fortiùs poſt torturam, & confeſſionem ſufficiunt ad quæſtionem. Secundo, quia ex confeſſione, & variatione pullulat novum indicium, & ſic augeotur prima, non minuuntur. Grammaticus *deciſ.*712.*num.*1. Conciolus v. *confeſſio reſol.*1. *num.* 1. Dahumader in *praxi criminali cap.* 38. *num.* 12. Marſilius in *praxi*, §.*nunc videndum. num.*26. & ſi perſiſtat, & ſequenti tortura non fateatur, jam evaneſcunt indicia, niſi fuerint arbitrio prudentis urgentiſſima tortura non evacuata.

622 Niſi cōfeſſus ſit per errorem.

At non eſſet torquendus iterùm, quando vellet docere de errore ſuæ confeſſionis extortæ torturæ. Grammaticus *voto* 7. & 10. *num.*32. Guazzinus *defenſa* 30.*cap.*24.*num.*7.

Tertio tortus, confeſſus.

623 Tortus confeſſus prima,& ſecunda vice non ratificās tertio tortus, & confeſſus, & non ratificans, quarto, non eſt torquendus.

Si Reus tortus,confeſſus prima, & ſecunda vice nō ratificans confeſſionem, tertio tortus confeſſus non ratificans confeſſionem, non eſt quarto torquendus,ſed abſolvendus.Farinacius *de indiciis quæſt.*38.*n.*96.Boerius *deciſ.*163. *num.* 12. Riminaldus *vol.*4.*conſ.*39.*n.*42. Bordonus *tom.*1. *cap.*35.*num.*51.& *tom.*5.*cap.*78.*num.*56. Diana *part.*4.*tract.* 6. *reſol.*24. Guazzinus *Reorum defenſa* 30.*cap.*24. Marſilius in *praxi*, §. *quoniam num.*4. dicens non poſſe torqueri ſupra tertiam vicem, niſi indicia fuerint graviſſima, non infirmata triplicatis tormentis. Cavalcanus *de brachio Regio par.*3.*num.*184. Sanfelice *dec.*152. Grammaticus *voto* 6. *num.* 17. Layman *de judiciis tract.*6. *cap.* 5. *num.* 10. *in fine.* Majorana *lib.*2. *cap.*9. *num.* 103. de Marinis ad Reverterium *deciſ.*154. *n.*5.dicens *n.*11. Magnam Curiam Vicariæ in atrociſſimis torquentem ex proceſſu informativo inauditum,ſemel tantùm torquere poſſe, ex *Cap.Regni: Si cum ſceleratis.* contra Symanchas *de Catholicis Inſtitutionibus*

tit.

Digitized by Google

tit. 65. *num.* 82. Souſam *lib.* 2. *Aphoriſmorum cap.*39. Sanchez *lib.*6. *Opuſc.cap.*3. *dub.*15.*n.*14. Pegnam *par.* 3.*commentario* 39. Dianam *par.*4. *tract.* 6. *reſol.* 24. ajentes in Sancto Officio non poſſe tertio torqueri.

Ratio.

Ratio eſt, quia, ut metus, ità tormenta extorquent, quæ vera non ſunt, & ſic tortura fallax probatio. *l.* 1. *§.quæſtioni,D. de quæſtionibus.*

Quando tamen tertio torquetur debent eſſe confirmatæ vires, & ſic exigunt lapſum tridui, niſi diuturnius tempus exigat torti debilitas. Farinacius *de indiciis quæſt.* 38. *num.*7. del Rio *lib.*5. *Magicarum in appendice quæſt.*31. Carena *par.*3. *de Officio Sanctæ Inquiſitionis tit.*10.§.20. *num.*154. Bordonus *tom.*1. *cap.*35.*num.* 31. ità ut numquam eadem die ſæpiùs torqueri valeat, nam eſſet occidere. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 23.

An confeſſio delicti extorta vi torturæ, non præcedentibus indiciis ſufficientibus, altera die ratificata, ſufficiat ad condemnandum Reum?

624 Confeſſio extorta per torturam ſine indiciis, & ratificata, non damnat Reum.

NEga: Torreblanca *de Magia tom.* 2. *lib.* 2. *cap.*18. *num.*26. Carena *de Officio Sanctæ Inquiſitionis par.*3. *tit.* 10. *§.*3. *num.* 12. Bobadilla *tom.* 2. *Politicorum lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 14. Abavus *de reatibus quæſt* 19. *num.*11.

Ratio.

Ratio, quia injuſtè extorta, & metu injuſto extorta, nulla ſunt ab initio. *l.qui in carcere* 22. *D.de eo,quod metus cauſa,*& tractu temporis reconvaleſcere nequeunt.

An tortura confeſſione non ſequuta purget, evacuetque omnia indicia, etiam violenta, ob quæ data fuit?

625 Tortura ſine confeſſione evacuat indicia criminis.

AFfirma: pro ſe,& ſociis. Boerius *deciſ.*163. *num.*4. dicens purgare etiam plenas probationes. Decianus *Criminalium reſponſ.* 43. *num.*117. Clarus *§.fin. quæſt.*84. *num.* 37. Cravetta *conſ.* 35. *num.* 20. Guazzinus *Reorum defenſa* 30.*cap.*40. *num.*1. Menochius *de arbitrariis caſu* 351.*num.*12. Natta *volum.*1. *conſ.*102. *num.* 10. Boſſius *tit.de indiciis num.* 129. Farinacius *tom.*1.*conſ.criminali* 6.*num.*20.

Ratio.

Ratio, quia tortura fortiter tolerata, aliquid operari debet, cum ſit ſpecies purgationis, & probationis; ergo debet purgare indicia,& probare innocentiam pro principali torto, & pro acceſſoriis: putà pro ſociis. *l.* 1. *D. de quæſtionibus.*

An convictus probationibus, & indiciis indubitatis, ſubſtinens torturam, damnari valeat ad pœnam extraordinariam?

626 Tortus non cõfeſſus præcedentibus indiciis indubitatis, & probationibus, extraordinariè punitur.

AFfirma: Caballos *caſu* 288.*num.*29. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.* 40. *num.*2. Boſſius *tit.de ſententiis num.*70.Bordonus *to.*5. *cap.*78.*num.*88.Theſaurus *Forenſium quæſt.*45. *num.* 7.

Ratio.

Ratio, quia indicia, & probationes indubitatæ, non in totum evacuantur tortura, niſi atrociſſima fortiter tolerata; gravis enim, non atrociſſima minùs operatur, ergo tantùm relevabit à pœna ordinaria, non ab extraordinaria.

An, & qualiter ſit abſolvendus Reus ſuſtinens acrem, rigoroſam quæſtionem?

AFfirma: abſolvendum eſſe ab obſervatione judicii, ſi indicia gravia fuerunt, ſcilicet rebus ſic ſtantibus, ſeù quantum eſt ex hactenùs deductis, ſivè excarceratur ſub fidejuſſione de in judicio ſiſti novis ſupervenientibus indiciis. Clarus *§. fin. quæſt.* 64. *num.* 37. Bordonus *tom.*5.*cap.*78.*n.*89.Caballus *caſu* 838. *num.*29. Eymericus *part.* 3. *in inſtructione Reorum n.*159. ubi Pegna *commentario* 38. dicens etiam in Sancto Officio liberandum Reum tortum ſine pœnitentiis. Contra Gomez *de delictis cap.* 13. *num.* 28. ajentem abſolvendum definitivè. 617 Abſolvitur Reus ſubſtinens acrem, & rigoroſam torturam. 618 Etiam in S. Officio.

Ratio, quia ità conſulitur Reo, & bono publico. Reo, quia contra eum amplius non inquiritur ex deductis. Bono publico, cui intereſt delicta puniri. *l. Ità vulneratus* 52. *D.ad legem Aquiliam*; Sic novis probationibus, & indiciis ſupervenientibus contra delinquentem procedi valet.

Quid operetur clauſula in decreto torturæ appoſita, ſcilicet, torqueatur ſine præjudicio probatorum?

OPeratur, ut probationes remaneant in ſuo robore, & tunc tortura datur ad probandum, non ad evacuandum alias probationes; undè remanet probatio per indicia non eliſa, & Fiſco Jus ſalvum. Diana *par.*4.*tract.*6.*reſ.*32. Carena *de Officio S. Inquiſitionis part.*3. *tit.* 10. *§.debet.num.*159. Giurba *conſ.*42.*num.*9. Guazzinus *defenſa Reorum* 30.*cap.*40.*num.*6. Bordonus *tom.*5. *cap.*78. *num.*88. 619 Clauſula *ſine præjudicio probatorum* in tortura non tollit probationes factas.

De Reis torquendis.
§. VI.

QUivis torqueri valet, niſi Jure naturali, vel poſitivo excipiatur. *l. Edictum* 8. *D. de quæſtionibus*. Jure naturali excipiuntur, qui veritatem ignorant, vel propalare nequeunt, ut amentes, ſurdi, cœci, & muti. Poſitivo Jure excipiunur plures, ut infrà. 620 Quivis Reus torqueri poteſt.

Hic primo indagandum:

A quibus ex pluribus torquendis ſit exordienda tortura?

AB illo exordiendum, à quo faciliùs obtineri valet finis torturæ, qui eſt veritatem invenire, quæ alia via nequit. *l.*1.*D.de quæſtionibus. l.hoc, quod placuit, C. eodem. l.*1. *§. quæſtionem, D.ad Syllanianum*; quia illa ſemita tenenda eſt, qua lites faciliùs terminantur. *l. properandum, C.de judiciis*; ergo illa via tenenda eſt, qua veritas faciliùs invenitur. Conciolus *v.tortura reſol.*13.*num.*3. 621 A quibus incipiẽda torturæ.

Hinc exordiendum à debiliore, timidiore, ſi æquè omnes ſont ſuſpecti; nam ex illo urgenti timore tormenti veritas in lucem faciliùs profertur. *l.unius* 18.*D.de quæſtionibus*, Undè debet incipere à femina, nam timidior eſt, quàm vir. Debet incipere à ſeniore, quia debilior, quàm Junior. *dicta l. unius*, & *l.* 1. *§.* 1. *D. de quæſtionibus*. Debet incipere à filio coram patre, quia ſic faciliùs à patre, qui magis in filio, quàm in ſe torquetur, Paſchalis *de viribus patriæ* 622 A debiliore, timidiore. 623 A femina, quàm à viro

Digitized by Google

*tria poteſtatis cap.*1.*num.*18. *l.filio,C.de inoſſicioſo teſtamento.l.deferre, D.de jure Fiſci.*

Si verò inæqualiter ſint ſuſpecti, tunc indagandum à magis ſuſpecto, ut eſt ſolitus delinquere: vel ab illo, adverſus quem urgent plura indicia, quia hic magis præſumitur veri conſcius. *l.* 1. *§. idem Hadrianus, D. de quæſtionibus*. Conciolus v. *tortura reſol.* 17. *num.* 3. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.*19. *num.*4.

Qui torqueri nequeant.

634
Nõ poſſunt torqueri.

TOrtura tendit non ad ſęvitiam, & laniamentum torti, ſed ut indagata veritate ſervetur pœnæ, vel innocentiæ. *l.hoc, quod placuit. l.cum falſum, C.de quæſtionibus.* Hinc non debet inferri illis, qui pœnis deficient corporis, vel mentis debilitate, ut ſunt:

Primo, Impuberes.

Primo, impuberes pubertati proximi, etiam in delictis exceptuatis ob corporis, & virium exilitatem; & de facto torti,& confeſſi,nec ſibi, nec aliis nocent, cùm nulla ſit confeſſio. *l.* 1. *§. impuberi, D. ad Senatum Conſultum Syllanianum*, ibi: *Magis eſt, ut de impubere nec quæſtio habeatur. l.de minore quatuordecim annis quæſtio habenda non eſt. l.ex libero.*15. *D.de quæſtionibus*. Maſtrillus *deciſ.*295. *num.*16. Royas *ſingulari* 208. *num.*3. Follerius in *praxi*, v.*Rei indurati torqueantur. num.* 10. licèt poſſint terreri minis,leviter illos ligando,non autem elevando. Gomez 3.*variarum cap.*13. *tit. de delictis*. Conciolus v.*tortura reſol.*1.*num.*2 Guazzinus *Reorum defenſa* 30.*cap.*18.*num.*4. Narbona *de ætate anno* 14. *quæſt.*4 2. *num.* 3. Zacchias *Medico legalium lib.*6. *tit.*2. *quæſt.* 7. *num.*2. id aſſerens *num.*4. etiam ſi habilitentur ſtatuto ad teſtificandum.

Sed minis terreantur.

635
Secundo, ſenes.

Secundo, non torquentur ſenes decrepiti,ſcilicet annorum ſeptuaginta, nam ſunt debiliſſimi magis, quàm pueri, & infirmi cenſentur. *l. ſi quis in gravi.* 3. *§. ignoſcitur, D. ad Syllanianum*. Grammaticus *deciſ.* 35. *num.* 5. Guazzinus *loc.cit.*Conciolus v.*tortura reſol.*1.*num.*14. Zacchias *loc.cit.num.*5. Peguera *deciſ.* 57. *n.*31. Diana *par.* 4. *tract.*6. *reſol.* 29. ajens, nec ſexagenarium torqueri poſſe. Luca ad Francum *deciſ.* 608.

636
Tertio, Prægnantes.

Tertio, nec torquetur prægnans, & differtur uſquequò ex puerperio vires firmatæ ſint. *l. prægnantis, D. de pœnis*. Farinacius *quæſt.* 41. *num.*82. Guazzinus *loc.cit. cap.*14.*num.*1. Diana *loc.cit. §.notandum*. Conciolus v.*tortura reſol.*1.*num.* 15. idem fatentes de lactante; lacte namque tormentis diſtracto per corpus morbi crudeſcent moleſtiſſimi. Zacchias *loc.cit. nu.*19. 20. *&* 21.

Idem de lactante.

637
Quarto, Valetudinarii.

Quarto, Valetudinarii non torquentur cum periculo vitæ, vel debilitatis corporis; nam Reus ſervari debet innocentiæ, vel ſupplicio. *l.quæſtionis modum, D. de quæſtionibus*. Grammaticus *conſ.*40. Decianus *reſponſo* 93.

638
Quinto, Febricitantes, & aliis morbis affecti.

Quinto, non torquentur febricitantes, etiam die quietis, ut in quartana, nec torquentur dolentes capite, vertigine, epilepſia,tuſſi moleſta, affecti reſpirandi moleſtia, quæ tortura augeretur timore ſuffocationis, nec hydropici,hernioſi,rupti, vel morbo quocumque articulari laborantes, vel morbo garvi gallico effecti, vel valdè turgidi obæſitate, vel ob alias cauſas,nec deferens cauterium in brachio. Zacchias 6. *Medico legalium tit.*2.*quæſt.*3.*à nu.*7.*ad*.15.Guazzinus *reorum defenſa* 30.*cap* 4.*num.*25.

639
Sexto, nec poſt cibum, aut potum.

Sexto, nec immediatè poſt cibum,aut potum ſumptum, nam imminet indè reſpirandi ſuffocationis,& mortis periculum. Paris de Puteo *de ſyndicatu*, v.*tortura.* 3. *cap.*4.*num.*11. Zacchias *loc.cit.num.*16. volentes per decem, ſeptem,aut quinque horas ante comediſſe, vel bibiſſe.

640
Septimo, Muti, Surdi.

Septimo, non torquetur mutus, ſurdus, quia ceſſat finis torturæ.Farinacius *de indiciis quæſt.* 41.*num.*84. Guazzinus *loc.cit.num.*13.

641
Octavo, Energumeni.

Octavo, nec torquetur Energumenus, quia hic corpore,& mente laborat,& poſſet de facili Judex illudi à malo genio. Ruginellus in *praxi cap.* 30.

642
Nono, Privilegiati, & ſunt

Nono, ex privilegio non torquentur.

643
I. Nobiles Excepto crimine læſæ Majeſtatis.

Primo, Nobiles. *l.nullus.*4.*v.vel generis,C.ad leg. Juliam Majeſtatis*, excepto crimine læſæ Majeſtatis. *cap.vergentis.de hæreticis.*

644
II. Conſtituti in dignitate

Secundo, Conſtituti in dignitate. *l. Decuriones.*16. *C.de Decurionibus. l.ſeverum.C.de dignitatibus lib.*10.

645
III. Doctores

Tertio, Doctores. *l.Milites.* 8. *C.de quæſtionibus*; nam ſunt nobiliſſimi, & parentes nuncupantur ab Imperatore. *l.ex Divi Antonini,C.locati*. In Regno autem indiſtinctè torquentur. Tartaglia in *praxi criminali cap.* 12. *num.* 1. Grammatic. *voto* 25.*n.*4.

646
In Regno autem torquentur.

647
IV. Conſiliarii Principis,& eorũ liberi.

Quarto, excuſantur Conſiliarii Principis, eorumque liberi, qui nec leviter torquentur. *l. Divo Marco.*11. *C.de quæſtionibus* Exceptis criminibus læſæ Majeſtatis, proditionis, maleficii. *l.& ſi excepta, C. de Maleficis, & Mathematicis. l.*4.*C.ad leg.Juliam Majeſtatis.*

Excepto crimine læſæ Majeſtatis.

648
V. Milites.

Quinto, Milites non torquentur. *l.Milites.* 8. *C.de quæſtionibus*, Marſilius in *l. Edictum. n.*17. *D.de quæſtionibus*. At modò prævaluit maximè in Regno oppoſita conſuetudo. Angelus de maleficiis, v.*quod fama publica.num.*102. Majorana *lib.*2.*opopraxis cap.*9.*num.*56.

649
Aliter in Regno.

650
VI. Clerici, & Sacerdotes.

Sexto, Clerici, & Sacerdotes non torquentur, niſi cum indiciis præcedat infamia; quia Clericatus, & Sacerdotium inducit præſumptionem innocentiæ. Abbas in *cap.* 1. *de depoſito*. Decius in *cap. & ſi Clerici. num.*19. *de indiciis*. Marſilius *ſingulari* 55. Boerius *deciſ.*163.Grammaticus *voto* 11. Maſcardus *lib.* 1. *de probationibus concl.*352. *num.*14. Cephalus *conſ.* 138. Menochius 1.*de præſumptionibus qu.*31.*n.*8.

Mitiùs torquentur cũ oportuerit.

Et quando torquentur,mitiùs,quàm cũ laicis agendum, tùm ob reverentiam Clericatus, tùm ob periculum excommunicationis, ſi excedatur. Vivius v.*Clerici non poſſunt torqueri.* Souſa *lib.*2.*Aphoriſmorum cap.*3.*num.*32.Patet ex *can. illi,qui.*:5. *quæſt.*5.ibi *Religioſus tortor.*

651
Tortor non poteſt eſſe Clericus.

Et tortor Clerici non poteſt eſſe Clericus, ab infamiam, & irregularitatem ex defectu lenitatis,morte ſequuta. Guazzinus *Reorum defenſa* 30. *cap.*10. *num.*5. Barbola in *cap.univerſitatis.num.*3. *de ſententia excommunicationis.*

An non torti ob privilegium, extraordinariè puniendi ſint?

652
Privilegiati nõ torti extraordinariè puniẽdi.

AFfirma: urgentibus ſufficientibus indiciis. Baldus in *l. fin. C. de probationibus*. Capycius *deciſ.* 126. *num.* 14. Bajardus ad Clarum *quæſt.*64.*num.*72.

Patet, quia torturam ſubſtinens urgentibus indiciis,punitur extraordinariè,ut etiam punitur extraordinariè ex confeſſione conſocii tortura firmata. Gloſſa in *l. Edictum*, v. *efficaciſſima.*

Digitized by Google

ma, D. de quæſtionibus. Grammaticus *deciſ.* 8. *num.* 5. *in fine*. Francus *deciſ.* 538. *&* 573. *n.* 17. Menochius *de arbitrariis centuria* 3. *caſu* 273. *num.* 5. Theſaurus 2. *Forenſium cap.* 45. *num.* 6. de Ponte *deciſ.* 24. Merlinus *centuria* 1. *cap.* 19. *num.* 6. ergo fortiùs non tortus indiciis urgentibus puniri poterit extraordinariè, carcere, exilio, relegatione, pecunia; nè duplici privilegio immunitatis ſcilicet à tortura, & à pœna potiatur ſine lege.

An tortus ſit infamis jure, vel facto.

653 Tortus non eſt infamis. NEga: de Mariois *tom.* 1. *quotidianarum cap.* 287. *num.* 9. id afferens etiam ſi poſt torturam abſolvatur ſub fidejuſſione de in judicio ſiſti. Navar. *cap.* 27. *num.* 104.

Patet ex *l.* 14. *C. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, ibi: *nullam extimationis infamiam pertimeſcat*, ubi Caſtro *num.* 2. Salycetus *num.* 3.

An tortus confeſſus cum juramento, ſit condemnandus, ſi ex illis ſit qui torqueri nequeunt?

654 Tortus confeſſus, qui torqueri nequit, etiam cum juramento non damnatur. NEga: nam illa confeſſio eſt nulla, ità ac ſi non eſſet facta; nam eſt contra diſpoſitionem Juris. Guazzinus *defenſa Reorum* 30. *cap.* 18. *num.* 1. Farinacius *quæſt.* 41. *num.* 95.

An teſtis inhabilis ex aliquo defectu, putà ex infamia, tortus evadat habilis?

655 Teſtis inhabilis tortus evadit habilis. AFfirma: quia tortura purgat unum defectum, & conſequenter eſt habilis, ſi in tortura deponat. Guazzinus *loc. cit. cap.* 40. *num.* 9. 13. *&* 15. Grammaticus *conſ.* 18.

De Reo confeſſo.
§. VI.

656 Reus confeſſus. REus non condemnatur, niſi confeſſus, aut convictus. *can.* 1. *&* *can. primates.* 2. *qu.* 1. *l. qui ſententiam, C. de pœnis.*

Et cõvictus. Convincitur teſtibus, inſtrumentis, indiciis indubitatis. *l ſciant cuncti*, ubi Baldus, & Salycetus *C. de probationibus*. Confitetor verò ore proprio; Nos primo de Reo confeſſo, deindè de convicto agimus.

Quid, & quotuplex ſit confeſſio?

657 Quid, & quotuplex confeſſio. Definitio. COnfeſſio in genere, eſt probatio facta ore proprio confitentis, & confeſſio eſt debiti, vel delicti ab ipſo Reo facta. *l. cum te, C. de probationibus*.

658 Duplex. Duplex eſt: Una vera: Altera præſumpta.

Vera fit proprio ore.

Præſumpta eruitur ex contumacia, vel evidentia delicti, & delinquentis inventi in delinquendo, deindè negantis delictum. *cap. fin. de cohabitatione Clericorum. cap. cum olim.* 24. *de verborum ſignific.*

659 Dividitur. Secundo, dividitur confeſſio in Judicialem, & Extrajudicialem.

Judicialis. Judicialis eſt facta coram Judice competente, ſedente pro Tribunali, & ſic intrà fines loci ſuæ Juriſdictionis. Adhæret namque competentia perſonæ, & loco. *l. extrà territorium, D. de juriſdict. omnium Judicum. cap. ſtatutum.* 11. *§. cum verò. de reſcriptis in* 6. Barboſa in *cap.* 2. *num.* 11. *de conſtitutionibus*,

Extrajudicialis eſt facta extrà judicium coram privatis perſonis, vel coram Judice incompetente, vel ubi Judex nequit pro Tribunali ſedere, ob quam etiam pluries repetitam, Reus damnari nequit. *cap. at ſi Clerici. de judiciis.* Guazzinus *defenſa* 32. *cap.* 26. *num.* 1. Farinacius *qu.* 81. *num.* 206. 660 Extrajudicialis.

Judicialis ſubdividitur in ſpontaneam, coactam, ſimplicem, qualificatam, per ſe, & incidenter factam. *cap.* 1. *de exceptionibus.* 661 Subdividitur.

Spontanea eſt, quæ nullo metu fit. *cap.* 1. *de confeſſis.* 662 Spontanea.

Coacta eſt, quæ fit cogentibus tormentis. *l.* 1. *§. D. Severus, D. de quæſtionibus. l.* 2. *C. quorum appellationes*, ibi: *formidine tormentorum territus*. 663 Coacta.

Simplex eſt, quæ abſolutè fit abſque aliqua circumſtantia qualificante. 664 Simplex.

Qualificata eſt, quæ habet adjunctam circumſtantiam, quæ alterat delictum, debitum: putà occidi ob defenſionem inculpatam. Ly *ob defenſionem inculpatam*, qualificat confeſſionem homicidii, quæ confeſſio ſcinditur, nam Fiſcus ſumit verum homicidium commiſſum, & Reus debet defenſionem probare, quo non probante, Reus condemnatur. 665 Qualificata.

Confeſſio per ſe eſt, quando per ſe interrogatus ad interrogata reſpondet.

Incidens eſt, quando non interrogatus Reus aliquid inter dicendum fatetur, de quo non fuerat interrogatus, quæ confeſſio incidens non ſufficit, ut Reus puniatur pœna ordinaria. *cap.* 1. *de exceptionibus.* 666 Quid incidẽs in confeſſione.

Confeſſio ſpontanea: An reddat delictum notorium, ità ut ſufficiat ad condemnandum Reum?

AFfirma: *cap.* 1. *de confeſſis*; nam nulla major probatio, quàm proprii oris confeſſio. *cap. fin. de cohabitatione Clericorum. cap. cùm olim.* 24. *de verborum ſignific.* 667 Confeſſio ſpõtanea facit delictum notorium.

An, & quæ confeſſio ratificatione indigeat?

PRimo, confeſſio ſpontanea nulla indiget ratificatione, niſi ad melius eſſe, nam nullo Jure id præcipitur. Farinacius *quæſt.* 81. *num.* 8. 668 Quę indigẽt ratificatione. Spontanea nõ indiget,

Secundo, coacta tormentis, vel carceris, vel tormentorum metu infirma, ratificatione firmatur extrà locum tormentorum, poſt viginti quatuor horas, relictis depoſitionibus, extortis tormentis, vel metu tormentorum; nam talis confeſſio ſine conſenſu emanata præſumitur ad evitandum, ſcilicet malum præſens, vel imminens. *l.* 1. *§. quæſtionis, D. de quæſtionibus. l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, D. de eo, quod metus cauſa*. Metus namque imaginationem, & intellectum turbat. *cap. cum locum.* 14. *de ſponſalibus.* Menochius 2. *de arbitrariis caſu* 38. *num.* 1. Gomez 3. *variarum cap.* 13. *n.* 24. Coacta verò.

Et ratificatio debet eſſe coram Judice pro Tribunali ſedente, præcedente juramento de veritate dicenda extrà locum tormentorum, aliàs eſt ità, ac ſi non fuiſſet confeſſio ratificata ſpontaneè, ſed metu tormentorum, nec noceret, nec prodeſſet ratificatio. Diana *par.* 4. *tract.* 6. *reſ.* 22. *notabili ult.* Symanchas *Catholicarum Inſtitutionum tit.* 63. *num.* 7. 669 Ratificatio fit corã Judice.

Poſita autem ſolemni ratificatione judiciali, Reus non auditur, niſi doceat de errore confeſſionis. 670 Poſt ratificationẽ Reus nõ auditur, niſi conſtet de errore.

ſionis. *l.ſi per errorem.15.D.de juriſdict.omnium Judicum*. Semper namque licet retractare confeſſionem errore emanatam, quia tunc numquam ſpontanea cenſetur; cùm error tollat conſenſum. *l.nihil.117. D. de regulis juris*; Sed debet docere de errore ad cavendas calumnias, & docere de errore eſt aſſignare cauſam, cur erraverit: De quo errore docere valet, quando ex intervallo, non quando illicò poſt confeſſionem ſe retractat.

De Confeſſione qualificata: An præjudicet confitenti?

§. VII.

671 Confeſſio qualificata præjudicat Reo.

AFfirma: nam qualitas illa eſt facti, quæ non præſumitur, niſi probetur; Undè Reo incumbit probare defenſionem. Bartolus in *l.Aurelius, §.idem quæſivit.num.2. D.de liberatione legata*. Berous in *cap.at ſi Clerici.num.75. de judiciis*. Boerius *deciſ.164. num. 14.* Farinacius *lib.criminalium conſ.120.num.11.*

Sed ſi Reus tortus ſemper perſiſtat in confeſſione qualificata, dicens ſe occidiſſe ad defenſionem inculpatam.

Tunc difficultas eſt:

An debeat puniri pœna extraordinaria?

672 Punitur pœna extraordinaria.

AFfirma: itàut nequeat puniri pœna ordinaria. de Marinis *tom.1.cap.83.nu.4.* dans decem Doctores, & Cacheranus *deciſ 60.num.9.* Menochius 2. *de arbitrariis caſu 279. num. 6.* Ancharanus *conſ.74.num.24* Sperellus *dec.108. num.36.* Abbas in *cap. audiſtis.num.31. de præſumptionibus*. contra Baldum in *l.1.num.44. C. de confeſſis*. Vaſquez *lib. 3. de ſucceſſionum creatione. §.23. num.23.* & Cephalum *lib.2.conſ.88. num.2.* Vivium *deciſ.344. num.3.* Soccinum in *l.1.num.33.D.ſi certum petatur*. Carena *par.3. de Officio Sanctæ Inquiſitionis tit.8 num. 5.* ajentes puniendum pœna ordinaria.

Ratio.

Ratio eſt, quia numquam deveniendum eſt ad pœnam criminalem ordinariam, niſi probationes delicti ſint luce meridiana clariores; tales non ſunt in confeſſione qualificata, etiam qualitate non probata, quia defenſio eſt difficilis probationis, & poteſt adeſſe, & non probari: maximè aggreſſore doloſo primo clamante ſe oppreſſum, & fortè etiam querelante, ut ſolet contingere in iſtis aſſuetis ad delinquendum, ut ità ex Reis fiant Actores.

Secundo, quia confeſſio qualificata ſemper remanet affecta qualitate, ità ut delictum numquam dicatur confeſſum; cùm qualitas illa delictum tollat. *l. 1. §. Divus, D.de quæſtionibus*; niſi aliis ſit circumſecta indiciis, indicitantibus animum delinquentis. *l.qui ſententiam.16. C. de pœnis*, ibi: *ſua confeſſione, aut certè omnium, quæ tormentis*.

Qualis debeat eſſe confeſſio ſpontanea judicialis, ut probet plenè?

673 Spontanea debet eſſe circumſtantionata ut probet.

DEbet eſſe circumſtantionata, & ſic veriſimilis, probabilis, poſſibilis, clara, certa, explicita, aliiſque ſubſtantialibus munita circumſtantiis, maximè in criminalibus, in quibos probationes debent eſſe luce meridiana clariores *l.ſciant. 25. Cod.de probationibus. can.nomen. 12. 2. q.1. can.ſi quis.9. §.incerta.30.qu.5.* Idque ut cognoſcatur an vera, an ex errore, & conſtare etiam debet de loco, tempore, armis; & debet mandari ut adducatur inſtrumentum occiſionis. *l.indè Neratius.23. §. fin. D. ad leg. Aquiliam.* Farinacius *tom.3.praxis par.3.qu.81. num.30.* Felinus in *cap. at ſi Clerici.num.1.* ubi Decius *num.30.de judiciis.*

An confeſſio vera, ſpontanea, circumſtantionata, judicialis, probet coram alio Judice, in alio judicio inter eaſdem perſonas?

AFfirma: *l.jubemus.41.C.de liberali cauſa.* Ità ut ſufficiat ſaltem ad torturam, juxta qualitatem delicti. Guazzinus *Reorum defenſa 32. cap. 26. num. 1.* Souſa, & Carena apud Bordonum *tom.5. cap.72.* 674 Quæ etiam coram alio Judice probat.

An confeſſio judicialis validet nullitatem proceſſus facti coram Judice competente?

AFfirma: quia talis confeſſio ſpontanea Rei reddit delictum notorium. *cap. fin. de cohabitatione Clericorum.cap.cum olim.24.de verborum ſignificat.* Et in notoriis non indigemus probationibus, maximè quia confeſſio ſpontanea circumſtantionata æquipollet notorio evidenti. *c.evidentia.9.de accuſationibus*; & reddit rem indubitatam. *can.nullus.3.quæſt.2.* Maſcardus *de probationibus concluſ. 357. num.4.* Innocentius in *cap.qualiter. & quando, il 2. n.7. de accuſationibus*: & in *cap.1. eodem tit. in 6.* 675 Confeſſio judicialis validat proceſſum.

De confeſſione coacta.

§. VIII.

COnfeſſio coacta hic ſumitur pro confeſſione facta incuſſo metu juſto, vel injuſto tormentorum, carceris. Metus juſtus eſt, ſi tortura juridicè inferatur, vel comminetur præcedentibus ſufficientibus indiciis. Injuſtus eſt, ſi carceres, vel tormenta ſine cauſa, ſine indiciis, præter Juris ordinem comminentur. 676 Confeſſio coacta.

An confeſſio injuſto terrore extorta, jurata, geminata, ratificata, ſit nulla?

AFfirma: & conſequenter nulla, nullum parit effectum. Vivius *opinione 139.num.5.* Talis eſt extorta tormentis ſine indiciis, vel metu tormentorum. Rolandus *lib.3.conſ.3.num.10.* 677 Eſt nulla, etiam ſi ſit jurata, & ratificata.

Patet ex *l.1.§.Divus Severus, D. de quæſtionibus. cap.at ſi Clerici. de judiciis.* Metus namque tormentorum, & tormenta injuſta æquiparantur. *l. 2. C.quorum appellationes*, ibi: *formidine tormentorum territus aliquid dixerit*; & ſic ut eſt nulla extorta tormentis injuſtis, ità eſt nulla extorta metu tormentorum. Franciſcus Marcus *par.2. deciſ.6. num. 10.* Grammaticus *conſ. 65. num.6.*

Nec relevat juramentum, ratificatio, geminatio; nam cum principali omnia corruunt. *cap. acceſſorium. de regulis juris in 6.* Qualitas namque non poteſt exiſtere ſine principali qualificato, ut accidens nequit exiſtere ſine ſubjecto. Maſcardus *concluſ.353. num.3.* Farinacius *quæſt. 83. num.1. 6. & 37.* Marſilius *conſil. 14. num.4.* Grammaticus *conſ.15.num.11.*

Nec convaleſcit indiciis ſupervenientibus; nam quod numquam exiſtit, reconvaleſcere nequit; Undè regula: Non convalidatur tractu tem- 678 Nec convaleſcit ſupervenientibus indiciis.

temporis, quod ab initio non exiſtit. Romanns *conſ.* 167. Rolandus *lib.* 3. *conſ.* 12. *num.* 93.

An Confeſſio extorta juſto metu tormentorum teneat, & ſit ratificanda.

679 Confeſſio metu juſto extorta, eſt verificanda. AFfirma: ſed quia fallax, quia emiſſa à perturbato tormentis, ideò eſt iofirma. Ancharanus *conſ.* 24. *nu.* 2. Soccious io *cap. qualiter, il* 2. *num.* 107. *de accuſationibus*; Ideòqoe ratificanda conſopito dolore extrà locum tormentornm, qnæ ratificatio reddit confeſſionem ſpontaneam. *l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, D. de eo, quod metus cauſa*; qua ratificatione evacuatur metus. Soccinus *loc. cit. n.* 117. *de accuſationibus*. Farinacius *quæſt.* 83. *num.* 63. *& ſequenti*. Gomez *tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 4. Pegna *part.* 3. *comment.* 39. *num.* 150. rectè concludentes, ſine ratificatiooe coofeſſionem metu juſto tormentorum extorta non ſufficere ad condemnationem, quia probatio fallax. *cap. cum locum.* 14. *de ſponſalibus. l.* 2. *C. quorum appellationes*. Et reus infirmis probationibus non condemnandus.

De Reo quoad forum conſcientiæ.
§. VIII.

680 Quoad forū conſcientiæ. REos, ut tueatur ſe, & ſua, poteſt in conſcientia propalare occulta crimioa accuſatoris, & teſtium; nam eſt actus defenſionis licitæ, & ſic non facit injuriam. Coriolanus *de caſibus reſervatis cap.* 5. §. 5. *num.* 19.

681 Non poteſt appellare à juſta ſententia. Non tameo appellare poteſt à juſta ſententia, quia faceret injuriam parti calumniosa dilatione.

682 Poteſt fugere è manu familiæ, à carcere, à triremibus. Poteſt tamen fugere è mann familiæ, à carcere, à triremibus; nam debet pati coactus, non ſpootè pœnas: & ex naturali inclinatione unoſquiſqoe fugit malum, & tribulatio cuſtodum eſt præter ejus intentionem. Sotus *lib.* 5. *de juſtitia qu.* 6. *art.* 4. *ad* 2.

683 Poteſt carceres effringere. An verò poſſit carceres effringere: Affirmat Cajetanus, Sotus, Serra, Imola, Ancharanus, Bonacina, Diaoa. Negat Jaſoo, Bartolus, Genuenſis, Covarrnvias, Bordonus, &c.

De Reo convicto.
§. IX.

REus convincitur probationibus, & ſic agemus. (1)

De Probationibus.

TITULUS VIII.

Quid, & quotuplex ſit probatio?
§. I.

684 Quid, & quotuplex probatio. Definitio. PRobatio eſt actns legitimus inferens nnum ex alio. *cap. forus. de verb. ſignific. cap.* 1. 2. *&* 4. *de probationibus*; ubi ex aſpectu corporis colligitur integritas.

Dicitur *actus*, loco generis.

Dicitur *legitimus*, ad excludendas probationes Jure rejectas per inimicos, per ſervos, per ſuſpectos.

Dicitur *inferens unum ex alio*, ſivè illativus unius ex alio, quia ſemper probatio fit mediante aliquo, ſicuti in philoſophicis mediante termino commuoi concludimus.

Qui terminus ſi eſt evidens, dicitur probatio evidens, ut per evidentiam facti, per ſcripturas authenticas, per indicia indubitata. 685 Probatio evidens quæ.

Si medium eſt probabile, probatio erit probabilis, & veriſimilis, ut per teſtes, per indicia, per conjecturas, per præſumptiones. 686 Probabilis.

Si verò connaxio cum termino ſit dubia, probatio erit dubia. Utuotur ergo Juriſprudentes aliquo motivo, qui eſt medius terminus legalis ad aliquid concludendum, hoc eſt probandum. 687 Dubia.

Licèt olim placuerit afferere: probatio eſt rei dubiæ oſtenſio: Re altiùs meditata, ab illa recedo, quia non eſt genus commune omnibus ſpeciebus probationum, ut eſſe deberet. *l.* 1. *D. ſi certum petatur*; Nam non competit probationi per evidentiam facti, vel per indicia indubitata, & ſcripturas anthenticas, quæ ſunt probationes, & non rei dnbiæ, ſed evidentis. Legiſtæ namque probant etiam analyticè, effectum ſcilicet à ſua cauſa avideoti, & cauſam à ſuo effectu, quæ non eſt probatio rei dubiæ. Ità ut deficientibus mediis, veritas dicatur improbabilis, & relinquatur divino Jndicio, effugieos humanum. *can. Deus omnipotens. can. unum ex nobis.* 11. *quæſt.* 1. *cap. ſi Sacerdos. de officio Ordinarii. cap. ex tenore. de temporibus Ordinationum. can. placuit.* 6. *quæſt.* 2. 688 Alia defiojtio.

Ex his patet primo, probationem eſſe triplicem.

Primo, evidentem. Secundo, probabilem; Tertio, dubiam.

Evidens eſt, quæ nnllum admittit dubium in oppoſitum, ut eſt probatio per confeſſiooem ſpontaneam circomſtantionatam. *cap.* 1. *de confeſſis*. Per evidentiam facti, per indicia proxima, & indubitata, & per notorium notorietate facti, ſcilicet quæ ex aſpectu patet omnibus, ſivè factum ſit interpellatum, nt creſcentia, & decreſceotia, curſus, & recurſus maris, ſivè ſit momentaneum, & tranſiens, nt translatio Epiſcopi de nno in alterum locum, ut celebratio Miſſæ. *cap. quanto. de translatione Epiſcoporum. cap. illud. de Clerico excommunicato miniſtrante. cap. venerabilem. de electione*. Quod notorinm dicitur evideos. *cap. evidentia. de accuſationibus. cap. cum ſit Romana. de appellationibus in* 6. dicitur publicum, & indubitatum. *can. nullus.* 3. *quæſt.* 2. & oequit aliqua tergiverſatione celari. *l. ſi vicinis, C. de nuptiis*. 689 Probatio evidens certò probat.

Probabilis eſt, quando è medio probabili infertur alind, contra qnam probationem admittitur alia probatio. *cap. poſt ceſſionem. de probationibus*, ibi: *donec probetur contrarium*; quæ apud Philoſophos topica appellatur probatio. 690 Probabilis. Apud Philoſophos dicitur topica.

Tertia probatio eſt dubia, qnæ infert ex mediodubio aliqnid æqoè dubium, ad quam Juriſprudentia non attendit, & in dubiis ſemper pro Reo reſpoodendum. 691 Dubia.

Quarta probatio eſt per captionem, per calumnias, quam punit Juriſprudentia. *l.* 1. *D. de calumniatoribus*; & elencha dicitur à Philoſophis. 692 Per captionem, & calumnias.

Secundo, dividitur probatio in plenam, & ſemiplenam.

Ple-

(1) Quæ Auctor hic veluti in propria ſede reponit, ſparſim docuit, ac reciſè tum in *Additionibus ad Galluppi praxim* tum in *lib.* 4. *Civilium Inſtitutionum* à n. 1651. & ſeqq.

693 Probatio plena. Plena eſt, quæ ſufficit ad condemnandum, ad abſolvendum fitque regulariter probatione evidenti, vel topica, per duos teſtes omni exceptione majores. *l. ubi numerus. 12. D. de teſtibus.*

694 Semiplena. Semiplena eſt, cui aliquid deeſt ad probandum, ut poſſit ſequi abſolutio, & condemnatio: ut eſt probatio per unum teſtem omni exceptione majorem. dicta *l. ubi numerus. 12. D. de teſtibus.*

695 Vera. 696 Præſumpta. Tertio, dividitur probatio in veram, & præſumptam. Vera eſt evidens. Præſumpta eſt probabilis, & veriſimilis, quæ eruitur ex præſumptione Juris, indiciis, & conjecturis.

Qui aſſerit, probare tenetur. *l. nimis grave, C. de teſtibus. cap. 1. de probationibus. l. 4. & 8. C. de edendo.* Si verò rationes ſint communes, quæ detinentur ab una ex partibus, tunc poteſt cogi ad illas exhibendas. *l. non eſt novum. 5. l. juſtum. 6. C. de edendo.* Ità ut etiam Fiſcus teneatur edere inſtrumenta, quæ debent eſſe apud digniorem, ſi ſint communia Fiſco, & privato. *l. Procurator. 7. C. de edendo.*

697 Actore, vel Accuſatore non probãte Reus abſolvitur. Et Actore, vel accuſatore nec ſemiplenè probante, Reus eſt abſolvendus. *l. qui accuſare. 4. C. de edendo*, ibi: *Actore non probante, qui convenitur, & ſi nihil ipſe præſtat, obtinebit. l. Actor, C. de probationibus.*

Et probationes in criminalibus contra Reum debent eſſe luce meridiana clariores. *l. ſciant. 25. C. de probationibus*, ibi: *luce clarioribus.* de Ponte *deciſ. 16. num. 21.* Pratus *tom. 2. cap. 20. n. 2.*

698 In Regno ſufficiũt indicia indubitata. In Regno ad condemnandum ſufficiunt indicia indubitata. *Pragm. 1a. de officio Judicis.* Pratus *loc. cit. num. 8.*

Probatio autem fit pluribus modis.

699 Probatio fit. 700 Per teſtes. Primo, per teſtes. *cap. ex literis. 3. de probationibus.*

701 Per confeſſionem. Secundo, per confeſſionem. *cap. cum ad Sedem. de reſtitutione ſpoliatorum.*

702 Per evidentiam facti. Tertio, per evidentiam facti. dicto *cap. cum ad Sedem.*

703 Per literas, inſtrumenta, &c. Quarto, per literas, Inſtrumenta, per libros antiquos, per ſcripturas etiam privatas, per ſepulcra, & epitaphia. *cap. cum cauſam. de probationibus. l. rationes. 6. C. eodem. Auth. quod obtinet, C. eodem.*

704 Per famam. Fit etiam per famam, per indicia, per juramentum, de quibus ſuis locis ſigillatim; Undè à frequentiori exordiamur.

De Probatione per teſtes.
§. II.

PRobatio per teſtes eſt ſpecies legitima. *l. 155. D. de probationibus. l. in exercendis. 15. Cod. de fide inſtrument.*

Quot Nominibus teſtes appellentur?

705 Teſtes varia ſortita ſunt nomina. PRimo, teſtis dicitur à teſtificando, ſcilicet ab aſſerendo rem ita eſſe, vel non eſſe; & etiam dicitur teſtis à teſtando, quia affirmat rem ita eſſe, vel non eſſe. Collegium Juridicum Argentoratenſe *tom. 1. pandectarum lib. 22. tit. 5. num. 2.*

Secundo, teſtes dicuntur ſuperſtites. Plautus in *Artemonei* apud Feſtum in *Superſtites*, ibi: *nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes.* ex *l. XII. Tabularum. cap. 44.* ubi Balduinus, & apud Feſtum: *Utrique ſuperſtitibus præſentibus vindicia ſunto.* Dicti ſuperſtites, hoc eſt ſtantes, ſuper re præſentes. Ita ſupereſſe eſt præſentem eſſe. *l. 1. §. 2. D. de precario. l. 12. D. de Tutoribus, & Curatoribus datis. l. 2. D. de Curatore furioſo.* Vide Gonzalez ad *cap. 1. de teſtibus num. 6.*

Tertio dicebantur Advocati, quia vocati, rogati ad rem probandam, deponendam.

Quarto dicebantur Antiſtites, quia debebant ſtare ante actum præſentes. *cap 10. de verb. ſign.*

Quinto dicuntur Sacramentales in re feudali.

Sexto dicuntur teſtamentarii ſcripti in teſtamento. Duarenus *1. diſputationum cap. 20.*

Septimo dicuntur ſignatores, quia ſe ſubſcribendo ſignant. *l. 7. §. 9. D. de tabulis exhibendis.*

Octavo alii teſtes dicebantur auriti, quia ex auditu, alii oculati, quia ex viſu rem perceptam deponunt. Plautus in *Truc. 2. 6. 8.* ibi:

Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem
Qui audiunt audita, dicunt, qui vident, planè ſciunt.

Quid, & quotuplex ſit teſtis.

TEſtis eſt rei geſtæ probator. Atteſtationes ſũt dicta teſtium in ſcriptis redacta, quæ ſunt faciendæ coram Actuario, Scriba, vel Examinatore, data priùs liſta ſuſpectorum, ut ſuſpectis excluſis, à non ſuſpectis atteſtationes recipiantur. Farinacius *de teſtibus quæſt. 67.* Joannes de Amicis *conſ 94.* Et commiſſo examine eſt etiam commiſſa receptio juramenti. Puteus *lib. 7. deciſ. 358.* prout uſus Curiarum te docebit. *Clem. 1. de officio Delegati.* 706 Quid ſit teſtis.

Teſtis dividitur primo, ut detur major omni, & non omni exceptione. Dividitur.

Major omni exceptione eſt idem, ac teſtis integer, idoneus, legitimus, contra quem nequit aliqua exceptio apponi. *cap. 1. de teſtibus. l. teſtium. 14. C. eodem. cap. atteſtationes*, ibi: *idoneos teſtes. de deſponſatione impuberum.* Riminaldus *lib. 5. conſ. 503. n. 19.* Baldus in *l. optimum, Cod. de contrah. ſtipulatione.* Decius *conſ. 429.* Maſcardus *de probat. concl. 855. num. 10.* Vermigliolus *conſ. 544. num. 10.* Farinacius *de teſtibus qu. 62. num. 14.* putans non eſſe idem idoneum & omni exceptione majorem. Si verò aliqua exceptione poſſit vulnerari, non dicitur teſtis omni exceptione major. *l. 1. D. eodem.*

Secundo, dividitur teſtis in habilem, & in inhabilem. Habilis probat. Inhabilis non probat, ut carens uſu rationis, vel inimicus. 707 Habilis. Inhabilis.

Quando teſtes ſint producendi?

TEſtes regulariter producuntur poſt litem conteſtatam dato termino. nam tunc recipiuntur probationes. *c. quoniam frequenter. 5. ut lite non conteſtata.* Similiter nequeunt produci poſt publicatum in cauſa etiam ab Eccleſia. *cap. fraternitatis. de teſtibus.* Revert. *dec. 458.* ubi de Marin. *n. 5.* quia cum ſint didicitæ teſtificationes, eſt timor ſubornationis: Niſi præſentaret poſt publicatum ſcripturas; nam tunc ad concomitandum illas, poſſet alios teſtes producere. de Marinis ad Reverterium *deciſ. 340. num. 2.*

Quando teſtes recipiantur ante litis conteſtationem?

IN multis caſibus recipiuntur teſtes ante litis conteſtationem. 708 Teſtes recipiuntur ante litis conteſtationem ſi veritas aliàs periret.

Primo, ne veritas, & veritatis probatio pereat: putà ſi teſtis ſit infirmus, vel ſenex, tunc

lite

Digitized by Google

lite non conteſtata ejus depoſitio recipitur. *cap. quoniam frequenter.5. ut lite non conteſtata.* Id etiam eſt, ſi teſtis ſit paratus ad iter, ad bellum. dicto *cap. quoniam frequenter.*

709. Si agatur per inquiſitionem.

Secundo, ſi agatur per viam inquiſitionis, tunc ante conteſtationem litis teſtes recipiuntur. *cap. veritatis.8. de dolo, & contumacia.*

710 Et ad poſterorum memoriam.

Tertio, ſi petatur receptio teſtium ad perpetuam rei memoriam. *cap. ſignificavit.41. de teſtibus.*

711 Et ſi probāda ſit exceptio dilatoria.

Quarto, ſi ſit probanda exceptio dilatoria, tunc ante litem conteſtatam recipiuntur teſtes ad illam probandam. *cap. venient. 38. de teſtibus.*

Quinto, ſi urgeat timor diuturnæ abſentiæ imminentis teſtis, puta accincti ad bellum, ad iter, ad peregrinationem longinquam. *d. cap. quoniam frequenter.*

Sexto, ſi pars citata ſit contumax, ratione cujus contumaciæ lis conteſtari nequeat, tunc Judex teſtes recipere valet etiam lite non conteſtatæ. *cap. cum olim.34. de teſtibus.*

Septimo, ſi agatur de electione alicujus confirmanda, reprobanda, poſſunt recipi teſtes li-te non conteſtata. *cap. eum qui de eo qui miſſi in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ in 6.*

Eſt tamen intrà annum convenienda pars à receptione talium teſtium, & ſic parti denunciandum eſt teſtes eſſe receptos, ad hoc, ut etiam ſibi conſulat, nè ſuæ probationes pereant lapſu temporis. dicto *cap. quoniam frequenter. Auth. ſed & ſi, C. de teſtibus.*

712 Quid in Regno.

In Regno recipiens teſtes ad perpetuam memoriam, parte intereſſata non citata, debet intrà annum utilem litem incipere, nè fraus præſumatur, ex Conſtitutione *Probationum*, ubi Afflictus *num. 2.* de Marinis ad Reverterium *decis.154. num.12.*

Quæres, cujus ſumptibus ſint producendi teſtes?

713 Expenſis poſtulantis producūtur teſtes.

SUnt producendi expenſis poſtulantis teſtes, *l. quoniam liberi.10. C. de teſtibus.*

Antequam tamen teſtis producatur, eſt citandus. *Auth. rogati, C. de teſtibus*; nam teſtis ultroneus repellitur. *l. quæ omnia.25. §. ſed, & ſi, D. de Procuratoribus.*

Inſuper pars debet citari ad videnda juramenta teſtium. *l. ſi quando.15. C. de teſtibus.* Reverterius *deciſ.119.* ubi de Marinis *num.1.*

Quæres, quot debeant eſſe teſtes?

714 Quot teſtes adduci poſſint.

QUando teſtes producuntur per turmam, ut in cauſis publicis, putà ad probandam conſuetudinem, Juriſdictionis

715 Ad probandam conſuetudinem 60.

uſum: & tunc poſſunt produci uſque ad ſexaginta, licèt Judex poſſit teſtium multitudinem refrænare. *l.1. §. quamquam, D. de teſtibus.*

716 In Regno in tota cauſa non excedunt 50.

In Regno in tota cauſa teſtes non poſſunt excedere quinquaginta. *Pragm. 50. de Officio Sacri Regii Conſilii*: & ſuper quolibet articulo non poſſunt excedere ſeptem. *Pragm. de teſtibus refrænandis*, & in materia finium, vel factis

717 Et ſuper quolibet articulo 7.

antiquis non poſſunt excedere decem. dicta *Pragmat. 1. de teſtibus.* Et ſi plures recipiantur excedentes, rejiciuntur examinati ultimò loco, exceptis perſonis privilegiatis, habentes electionem. Rovitus *Pragm.1. num.2. de teſtibus.* Habentes namque electionem, & reſtitutionem, etiam in hoc privilegiati ſunt. Thorus *par. 1. Compend. v. refrænatio teſtium.*

718 Duo conteſtes regulariter ſufficiunt.

Regulariter tamen duo conteſtes ſufficiunt. *l. ubi numerus.12. D. de teſtibus. cap.4. & 23. de teſtibus.* Deuteronomii 17. *num. 6.* ibi: *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*

Excipias ultimas voluntates, de quibus ſuis locis. Similiter ad probandas ſervitutes requiruntur teſtes, & etiam ad probandam prægnantiam alterius requiruntur tres Obſtretices. *l.1. D. de ventre inſpiciendo.*

An teſtis probet plenè?

719 Regulariter teſtis nō probat plenè.

REgulariter nega in civilibus, & criminalibus. *cap. licet.23. cap. in omni. 4. cap.10. de teſtibus. l. juriſjurandi. 8. C. eodem.*

Sed major eſt difficultas:

An unus teſtis idoneus probet ſemiplenè?

720 Unus teſtis idoneus probat ſemiplenè.

AFfirma. *l. juriſjurandi.8. C. de teſtibus. cap. licet.23. tit. eodem. l. Theopompus, D. de dote prælegata.*

721 Duo teſtes probāt plenè.

Duo enim teſtes probant plenè. *l. ubi numerus.12. D. de teſtibus*, ergo probatio plenè fit ex duplici comprobante; ergo quilibet probat, non plenè; ergo ſemiplenè, nam ſi nullus faceret fidem ſolus, nec conjunctus faceret fidem: nam non conjunctio, ſed ſcientia veritatis facit fidem veri; ergo ſi ſolus habeat ſcientiam veri, ſolus facit fidem veri, non plenam; ergo ſemiplenam. Nellus *de teſtibus num.85.* Farinacius *de teſtibus quæſt.63. num 22.*

Nec officit textus in *l. juriſjurandi.8. C. de teſtibus*, ubi *dictum unius non probat, non audi-tur*; nam intelligitur in ordine ad plenam probationem, ratione cujus plenæ probationis dicitur. *Vox unius, vox nullius. cap. veniens. cap. in univerſis.23. de teſtibus.* Imò ſunt aliqui caſus,

722 Caſus in quibus unus teſtis probat plenè.

in quibus unus teſtis probat plenè, & triginta numerat Speculator *tit. de teſtibus, §.4.* ubi videas. Sic creditur uni Porterio dicenti ſe citaſſe. *c. cū parati.19. de appellationibus.* Secundo creditur uni Graffario, uni teſti in ordine ad impediendum matrimonium. *cap. ſuper. 22. de teſtibus.* Creditur uni Interpreti. *l.1. §. ult. D. de verbor. obligationibus.* Creditur uni Sacerdoti dicenti ſe abſolviſſe à peccatis, & cenſuris, baptizaſſe. Farinacius *de teſtibus quæſt.63. n.17.*

Quæres, quando teſtes dicantur conteſtes?

723 Quando teſtes ſunt cōteſtes.

QUando concordant in principali, & circumſtantiis loci, temporis, &c. dummodò circumſtantiæ ſint neceſſariæ. Et deponentes eiſdem verbis ſunt ſuſpecti de falſo. *l.3. §.1. D. de teſtibus.* Maſcardus *de probationibus concl.745. num.16.*

724 Teſtes eodē ſermone loquentes cenſentur ſubornati.

Teſtes ergo debent eſſe conteſtes, ſed non ſuſpecti, ità ut eodem præmeditato ſermone loquantur; nam tunc cenſentur ſubornati, & ſuſpecti. dicta *l.3. D. de teſtibus*, ibi: *præmeditatum ſermonem.*

725 Quando teſtis habilis.

Nunc difficultas eſt non levis. Quando teſtes debeant eſſe habiles, quando deponunt, an quando fit actus, nam poteſt eſſe, ut hodie fiat teſtamentum, & non ſint habiles, & ſint habiles cras, quando deponunt, quia non hodiè, ſed cras ſunt puberes, & liberi.

Dico primo teſtis, qui requiritur de ſolemnitate

726 Quando requiritur de ſolemnitate actus, tunc debet eſſe habilis.

tate actus debet eſſe habilis, quando actus primo ponitur. Ratio eſt, quia ab initio actus debet exiſtere; igitur tunc debet habere omnia eſſentialia ad ſui valorem, ſecùs exiſtere non poſſet. Baldus in *l. 1. num. 6. Cod. de teſtamentis*; ubi Salycetus *num. 1.* & conſequenter teſtes debent eſſe habiles, quando fit teſtamentum in ſcriptis, nec obficit, ſi deindè fiant inhabiles: putà ſi aliquis fiat ſervus, moriatur.

727 In delictis quando examinantur.

E' converſo deponentes circà delictum, ſi ſint inhabiles quando committitur delictum, ſed ſint habiles, quando examinantur, tenet depoſitio, quia examen teſtium habet eſſe, quando teſtes deponunt; nam tunc probant. Felinus in *cap. in literis. num. 5. de teſtibus.*

Si dubitetur, an teſtis ſit habilis.

728 Teſtis dubius remittitur in diſcuſſione cauſæ.

Recipitur ejus depoſitio, & reſervatur diſcuſſio inhabilitatis ad merita cauſæ. *Auth. ſi teſtis, C. de teſtibus.*

729 Inhabiles jure poſitivo ſupplentur majori numero.

Nota hic, quod ſi teſtes ſint inhabiles Jure poſitivo, putà pauperes, feminæ, ſuppletur inhabilitas majori numero teſtium. *l. ſi quis ex argentariis, §. cogentur, D. de edendo.* Cæphalus *lib. 2. conſ. 234. num. 19.*

Qui teſtes ſint inhabiles?

§. III.

730 Unde provenit inhabilitas.

INhabilitas provenire poteſt. Primo, ex defectu intellectus. Secundo, ex defectu ſenſus. Tertio, ex defectu libertatis. Quarto, ex defectu bonorum. Quinto, ex defectu ætatis. Sexto, ex defectu famæ. Septimo, ex intereſſe in cauſa, &c.

731 Ex defectu intellectus.

Ex defectu intellectus ſunt inhabiles, dementes, furioſi, ſtolidi, ſtupidi, fatui, amemores; nam non cognoſcunt veritatem, & ejuſdem reminiſci nequeunt.

732 Defectu ſenſus.

Defectu ſenſus rejicitur ſurdus, & mutus, cœcus, non ſurdus, niſi deponat de viſis, & auditis ante ſurditatem, ante cœcitatem.

733 Defectu bonorum.

Defectu bonorum repellitur pauper, niſi ſit bonæ famæ; nam præſumitur pecunia corruptus. *l. 3. D. de teſtibus*, & in criminalibus in totum repellitur, ſi ſit pauper, vilis. *cap. accedens, ut lite non conteſtata.*

734 Defectu ætatis.

Defectu ætatis, minor non deponit in criminalibus ante vigeſimum annum. *l. in teſtimonium. 20. D. de teſtibus.*

735 Libertatis.

Defectu libertatis repellitur ſervus. *l. quoniam liberi. 10. C. de teſtibus.*

736 Famæ.

Defectu famæ, repellitur infamis. *c. præterea. 7. de teſtib. cogend.* Undè repelluntur Meretrices, Lenones, Lictores, Apparitores, Uſurarii, Concubinarii publici, Perjuri, Judæi, Falſarii, Blaſphemi, Luſores ex conſuetudine, Ebrioſi, Inſtriones, Arenarii, Proditores, Apoſtatæ, Calumniatores, Prodigi, Fuſtigati, Fures, Raptores, Sacrilegi, Homicidæ, Malefici, Milites fugitivi, Spurii, licèt iſti infames admittantur cum tortura, ut etiam ſunt ſocii criminis.

Non verò inter infames numeratur Capitaneus. Riccius *collect.* 25. 29. Sed numeratur Caporalis. Riccius *collect.* 4256. nam numeratur inter birruarios.

Curſores verò Curiæ Archiepiſcopalis probant, nam habent qualitatem Clericatus. Ita pluries deciſit Curia Archiepiſcopalis Neapolit. Riccius *collect.* 2456.

Quando autem ſatellites probent, vide Maſcardum *de probat. concl.* 189. Merlinum *lib. 1. cap. 66. num. 12.*

737 Pœnæ ut excommunicati per cedulonem.

Ex defectu pœnæ, excommunicati per cedulones. *cap. excommunicamus. 13. §. credentes. de hæreticis.*

738 Amicitiæ.

Ex defectu amicitiæ repellitur inimicus, ſivè verus, ſivè præſumptus utriuſque ſexus *l. 3. D. de teſtibus. l. teſtium, D. eodem, §. ſi verò quis. Auth. de teſtibus*, ſitàut nullam faciant probationem, etiam in delictis occultis. *cap. per tuas. de ſimonia.* Grammaticus *deciſ. 86. num. 1.* Roſa *conſ. 68. num. 14.* Non tamen repellitur inimicus non capitalis, ſicuti nec inimicus reconciliatus. Covarruvias *1. practicarum cap. 18. num. 3.*

739 Repellitur conſanguineus inimici.

Repellitur etiam conſanguineus inimici. *l. parentes. 5. C. de teſtibus.*

740 Mulier.

Repellitur etiam mulier, & fortiùs in criminalibus. *l. ex eo. 18. D. eodem.*

741 Vaſallus pro Domino.

Repellitur vaſallus pro Domino. *l. idonei. 6. D. eodem.*

742 Conſanguinei contra conſanguineos.

Conſanguinei etiam repelluntur contra conſanguineum in linea recta in infinitum. *l. teſtis idoneus. 9. D. eod.* In linea tranſverſali uſque ad quartum gradum. *l. lege Julia. 4. D. eodem. can. ſi teſtes. 4. quæſt. 3. l. 3. D. de teſtibus*, niſi veritas aliter haberi nequeat. Maſcardus *de probation. concl. 463. num. 8.*

743 Etiam affines.

Repelluntur etiam affines, ità ut uxor nec pro, nec contra virum admittatur, cùm ſit principium affinitatis. *l. in legibus. 5. D. de teſtibus. l. 2. C. eodem.*

744 Deponentes inveriſimile.

Repelluntur, & ſunt ſuſpecti deponentes inveriſimilia. Abbas in *cap. quia veriſimile. in fine. de præſumptionibus.*

Adeòque deponens de facto noctu, non probat, niſi aſſignet qua luce viderit. Baldus in *l. non ignoſcat, §. ſuper his, C. qui accuſare non poſſunt.* Menoch. *a. de arbitr. caſu* 279. *num. 3.*

Scriba aſſiſtens capturæ non eſt teſtis idoneus. Latro *deciſ. 179. nu. 53.* Franch. *deciſ.* 279. Contra Sanfelice *deciſ.* 48. nam iſte habet affectum ad capturam, & veluti ſunt perſecutores. *l. 3. §. 1. D. de teſtibus.*

In interceptis, & controbandis verò nec creditur Capitaneis, ſed ipſo facto res probatur, cum capiatur cum bonis, cum armis. Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu* 112. *num. 1.*

745 Advocatus, Procurator, &c.

Advocatus, Procurator, Sollicitator non eſt teſtis in cauſa, pro qua advocavit, ſollicitavit, poſtulavit: ſicuti nec arbiter in cauſa, in qua debeat ferre ſententiam. *can. ſi teſtis. 4. quæſt. 3. l. fin. D. de teſtibus.*

746 Intereſſe habens.

Inſuper repellitur omnis intereſſe habens, nè ſit teſtis in cauſa propria. *can. nullus. 4. quæſt. 3. cap. de cætero. 14. de teſtibus.*

Epiſcopus autem poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuæ Eccleſiæ, & quivis de Capitulo pro ſua Eccleſia, & in cauſa Epiſcopi ſi non habeat commodum ſpeciale in cauſa principali. *cap. inſuper. cap. tuis. cap. veniens. cap. nuncius. de teſtib.* Sed tamen non ſunt teſtes omni exceptione majores ob affectum. Afflictus *deciſ. 400. num. 8.*

Tota difficultas eſt:

An Civis ſit teſtis pro Univerſitate,

747 Civis in cauſa Univerſitatis ſi habeat intereſſe non eſt teſtis.

ET ſi habet intereſſe, nega, ut in colonia Jure lignandi, aquandi, &c. *l. nullus. 10. D. de teſtibus.*

Si verò non habeat intereſſe, tunc adhuc ſubdiſtinguendum eſt; Vel cauſa eſt ardua, & magni

Digitized by Google

gni honoris communitatis, vel eſt levis momenti.

748 Si verò cauſa eſt ardua, etiam eſt ſuſpectus.

Si cauſa eſt ardua, adhuc ſunt ſuſpecti Cives, quia cenſentur moveri ex honore tam gravi, quo afficiuntur communitati. Urſillus ad Afflictum *deciſ.*400. Parilius *volum.4.conſ.*138.

749 Si non eſt ardua, poteſt.

Si verò cauſa non eſt ardoa, Cives poſſunt eſſe teſtes. *cap.inſuper. de teſtibus*. Afflictus *deciſ.*400. *num.*5.

Nota.

Nota hic, quod quando teſtes non idonei admittuntor, ut quando veritas alirer haberi non poteſt, tunc nec ſunt teſtes omni exceptione majores. *cap. de cætero.*14. *de teſtibus. cap.cum P.Manconella. de accuſationibus*.

750 Teſtes inhabiles admiſſi de conſenſu probant.

Et teſtes inhabiles admiſſi de conſenſu partium probant, ſi repellebantor favore partium, tanquam non integræ fidei, ut ſunt pauperes, familiares, amici, domeſtici; nam partes tunc cedunt Juri ſuo. Menochius *lib.*2. *caſu* 239. *de arbitrariis*. Maſcardus, & alii.

Teſtis coactus.
§. IV.

751 Teſtes cogi poſſunt ad deponendū.

TEſtis cogi poteſt ad deponendum *l.ſi quando.* 15. *C.de teſtibus*, ibi: *compellas. cap. cum ſuper.* 2. *cap.* 3. 4. 8. & 9. *de teſtibus cogendis*. Ità ut quandoque etiam torqueri poſſit. Riccius *collectaneo* 1146. & ad deponendum etiam per cenſuras compelli. *cap.pervenit. cap. venerabilis. de teſtibus cogendis*.

Debent aſſignare cauſā depoſitionis.

Teſtis non ſolùm debet deponere, ſed etiam debet aſſignare cauſam ſuæ depoſitionis, itàut magis attendatur cauſa, quàm depoſitio. *l.ſolam.* 3. *C.de teſtib.* Nam cùm teſtis debeat ſcire quæ deponit, ideò debet dicere cauſam ſuæ ſcientiæ; nam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere; nec ſufficit dicere ſcio, quia ità eſt; ſcio, quia ſcio. Et cauſa ſi eſt certa, concludit certè, ſi eſt probabilis, concludit probabiliter. *l. neque.* 10. *C. de probationibus*. de Marinis *tom.*2. *cap.* 120. *num.* 10. Itàut non ſufficit dicere ſcio, quia ità mihi videtur. Gregorius *dec.*290. quæ cauſa poteſt eſſe in teſte, & extrà teſtem. Eſt in teſte, ſi dicat, ſcio, quia vidi; quia audivi. *cap.cauſam.de teſtibus*. Poteſt eſſe extrà teſtem, ſi deponat de re, quæ ſenſu non percipitur, putà de dominio; non enim poteſt dicere, iſte eſt Dominus, quia vidi, ſed debet aſſignare aliam cauſam, illam ſcilicet ex qua naſcitur dominium. Baldus in *l.ſolam.n.*7.*C.de teſtibus*.

Teſtis varius vacillans, & ſibi contrarius.
§. V.

752 Teſtis varius non probat.

TEſtis varians, & vacillans eſt idem, & eſt ſi modò unom, modò aliud dicat. Et hic non probat. *l.in teſtibus*. 2. *D. de teſtibus*, ibi: *qui adverſus fidem teſtationis ſuæ vacillant, audiendi non ſunt*. Pratus *tom.*2. *cap.*40.*n.*51. & talis teſtis ſi ſit vilis, poteſt trahi ad torturam. *l.qui falsò.*16.*D.de teſtib.* & ſtatur tunc depoſitioni, quæ firmatur tortura. Clarus *§.fin. quæſt.*25.*num.*6.

Contrarius non probat.

Contrarius ſibimet non probat. *cap. licèt. de probationibus. cap.præterea. de teſtibus cogendis*. Si verò doceat illicò de errore, tunc ſtatur ſuæ correctioni. *cap. accuſatus*, *§. licèt*. *de hæreticis in* 6.

An, & quando teſtis poſſit ſe ipſum corrigere?

DIſtinguas: vel illicò, vel non illicò vult ſe ipſum corrigere.

753 Teſtis illicò ſe corrigere poteſt.

Si illicò ſe ipſum corrigat: affirma licitè, & validè ſe corrigere. *cap.præterea.*7. ibi *ſe incontinenti correxerint reprobari non debent. de teſtibus cogendis*. Nam cenſetur ab Initio veritatem dixiſſe illicò ſe corrigens; cùm quę ſtatim fiunt, cenſeantur ineſſe. *l. lecta, D. ſi certum petatur. l.petens, Cod. de pactis*. Surdus *deciſ.*157. Afflict. *deciſ.* 306. Franch. *deciſ.* 369. Et correctio ſtat ſub eodem juramento. Covarr. 2.*variar.cap.*13. *num.*8. v. *ſecundo ſi teſtis*. Ceſſat enim tunc timor ſubornationis. Pratus *tom.*2. *cap.*40.*nu.*53.

Et incontinenti cenſetur ſe corrigere, ſi adhuc ſit in Curia coram Examinatore. Decem Doctores apud Pratum 1. *reſponſorum criminalium cap.*17.*num.*4.

Non verò ſi aliquod ſiquerit tempus.

Si verò ex intervallo velit ſe corrigere, nega id poſſe. Covarr. *loc. cit.* Pratus *loc. cit.* Souſa *lib.*2.*cap.*6. § 7.*n.*54.

Patet ex *cap. præterea*. 7. ibi: *ſecùs autem erit, ſi correctioni ſuæ interpoſuerint intervallū. de teſtibus cogendis*. Nam tunc primo, eſt timor ſubornationis. Secundo, non creditur ſe corrigenti, qoia in prima depoſitione fatetur ſe perjurum. Perjuro autem non creditur. *cap.ſi quis convictus.can.parvuli.*22.*qu.*5. *cap.ex parte.*7.*de teſtibus*. Tertio, quia varians, ut ſuſpectus de falſo, non eſt aodiendus, ſed eſt puniendus. *cap. ſicut. cap. teſtimonium. de teſtibus. l. eos, D. de falſis. cap. præterea. de teſtibus cogendis*. Pratus *tom.*2. *cap.*40. *num.*51. *num.* 58. Guidon Papa *deciſ.*546. Surd. *deciſ.*135. *num.*10. Seraphinus *deciſ.*1250.*num.*13.

Et qoando ſtandum eſt depoſitioni, ſtatur primæ, non ſecundæ juratæ; nam ſecundæ tanquam à perjuro non præſtatur fides; præſumitur enim in iſta ſecunda ſubornatio, adeòque nec facit indicium contra Reum. *can. ſi quis convictus. can.parvuli.*22. *qu.*5. *cap.ex parte.* 7. *cap.cum in tua.*44.*cap.teſtimonium.*54. *de teſtibus*. Valenzuola *conſ.*163. *num.* 11. *lib.* 2. Bald. in *cap. cum cauſam.*37.*num.*58.*de teſtibus*. Rota *par.*1.*diverſorum deciſ.*346.*num.*2.

In S. Officio etiam ex intervallo teſtis poteſt ſe corrigere.

In Sancto Officio etiam ex intervallo admittitur quis ad ſe corrigendum. *cap. præterea.* 7. *in fine.de teſtibus cogendis*; ubi Barboſa *num.*13. *cap.accuſatus.*8.*§.licèt. de teſtibus in* 6.

An teſtis declarare valeat ſuum dictum obſcurum?

754 Teſtis valet ſuum dictum obſcurū declarare.

AFfirma: nam declarare eſt tantùm explicare ſuum dictum obſcurum, quod obſcurè inerat, non autem addere, nec minuere. *l.hæredes palam.*21. *§.ſi quid. D. de teſtamentis*. Bald.*volum.*3. *conſ.*15.*num.*2. Cæphalus *tom.*1. *conſil.*134. *num.*7. Rolandus *conſil.* 15. *num.*27. Valenzuola *conſ.*23. *num.* 139. Pratos 1. *reſponſorum criminalium cap.*16. *num.*37. & *tom.* 2. *cap.*40. *num.* 52.

An attendatur prima depoſitio, quando teſtis deinde habuit opportunitatem loquendi cum parte, & deinde in tortura dicit contrarium primo dicto?

755 Attendenda prima depoſitio teſtis, ſi ſit timor ſubornationis in ratificatione.

ATtendi primum dictum ſine tortura, non ſecundum in tortura. docet Gabriel *lib.*7. *concl.*

Digitized by Google

concl. 26. *num.*7. Boſſius *de oppoſitionibus contra teſtes*. Cæphal.*lib.*2.*conſ.*234.*num.*12. Farinac. *tom.*2. *conſ.*130.*num.*8.*in fine,& num.*23.

Probant ex *cap.prætereà.* 7.*in fine. de teſtibus cogendis*.

Sed deinde Farinacius *tom.*1.*conſ.*35.*num.*39. ait attendi in teſte vario dictum magis veriſimile, magis adminiculatum, ſivè primum, ſivè ſecundum, ſivè in tortura, ſivè extrà, cum Tiraquello *de revocandis donationib. in præfatione num.*49.Cravetta *conſ.*6.*num.*49.Cæphalo *lib.*1. *conſ.*60. *num.*19.

Teſtis de auditu, & de auditu auditus.
§. VI.

756 Teſtis de auditu. — TEſtis de auditu eſt, qui deponit ſe audiviſſe blaſphemum, & blaſphemantem, & hic probat. *cap.licèt.*47.*de teſtibus.*

De auditu auditus. — Teſtis de auditu auditus eſt, qui dicit ſe audiviſſe ab alio, qui audivit, & hic non probat. *cap.licèt.*47.*de teſtib.l.teſtium,C.eodem.* Nec facit indicium ad torturam, & debent aſſignare illos, à quibus audierunt, ad hoc, ut illi examinentur, & rejiciantur, ſi fortè ſint inhabiles.

Exceptio. — Excipias primo, ſi deponant ad defenſionem Rei. Secundo, in crimine aſſaſſinii, nam teſtis de auditu auditus probat, ut torqueatur Reus. Grammaticus *voto* 11. *num.*4. Probant etiam in rebus antiquis. *can. teſtes*, §. *de his*. 3. *quæſt.*9. Rovitus *conſ.*80.*num.*4. Probant etiam conſanguinitatem, & affinitatem. *cap. licèt ex quadam.* 47. *de teſtibus*. Debent tamen nominare illos, à quibus audierunt, etiam non interrogati, ad hoc, ut repellantur, ſi audierunt ab illis, qui repelli poſſunt: putà ab inimicis; nam non debent illi admitti, quorum repelluntur Authores. dicto *cap.licèt.*47. *de teſtibus.*

757 Cognoſcere à voce non probat. — Qui dicit ſe cognoviſſe alium à voce, non probat, niſi vox ei ſit nota ex familiaritate recenti; nam vox antiqua fortè mutata eſt. dicto *cap. licèt ex quadam. de teſtibus*. Giurba *conſil. criminali* 37.*num*42. ubi dicit, quod iſte teſtis, qui cognovit à voce non ſufficit ad torturam.

De Teſte ſingulari.
§. VII.

758 Teſtis ſingularis. — SIngularis Teſtis eſt, qui cum alio non eſt conteſtis, ſcilicet non deponit idem, ac alius. Afflictus *deciſ.*72.

759 Quotuplex. — Eſt quatruplex. Singularis defectivè. Secundo, obſtativè. Tertio, adminiculativè. Quarto, diverſificativè.

Singularitas defectiva. — Singularitas defectiva eſt, ſi unus dicat ſe vidiſſe occidere in tali die, alius dicat ſe vidiſſe occidere, ſed non recordari de die.

Obſtativa. — Obſtativa eſt, ſi unus dicat ſe vidiſſe occidere in tali loco, alius neget.

Adminiculativa. — Adminiculativa eſt, ſi dictum unius non ſit, ut dictum alterius, ſed illud adjuvet: putà ſi unus deponat de viſu, alter de fama, de auditu.

Diverſificativa. — Diverſificativa eſt, ſi unus deponat de uno delicto: putà de homicidio; Alter deponat de altero delicto: putà de blaſphemia.

760 Singulares obſtativè nõ probant. — Singulares obſtativè nihil probant, quia ad invicem ſe deſtruunt. Barboſa in *cap.*4.*num.*31. *de teſtibus*. ex *can.nihilominus*. 3. *quæſt.*9.

761 Adminiculativè non probãt plenè. — Singulares adminiculativè probant non plenè, ſed pluſquam ſemiplenè.

762 Diverſificativè aliqualiter. — Singulares diverſificativè aliqualiter probant. Gabriel *lib.*1. *tit.de teſtibus concl.*2. *n.*2. Et ſic depoſitio cumulativa, vel diverſificativa, licèt probet, non ſufficit ad condemnationem ordinariam, & in diverſificativa currit illud: tantùm probat unus, quantum probant mille; & ſic omnes tantùm probant ſemiplenè. Spatarius *tract.*7. *cap.*16.*num.*2.

763 Si concordẽt cum principali, & ſint plures, probant. — Si verò teſtes diverſificativè ſingulares concordent in principali, tunc dicuntur conteſtes in principali, & deveniri poteſt ad condemnationem, ſi ſint plures teſtes.

764 Exceptio in crimine ſollicitationis. — Sunt tamen aliqui caſus, in quibus teſtes ſingulares probant: putà Primo, in crimine ſollicitationis, ex Bulla Gregorii XV. itàut denunciatio trium feminarum cum aliis adminiculis, ſatis ſit ad pœnam Bullæ infligendam. Sancius 11.*ſelectarum num.*49.

795 Ad probandam fraudẽ. — Secundo, teſtes ſingulares adhibentur ad probandam fraudem: putà ad probandam donationem factam in fraudem. Bellonus *deciſ.* 184.*num.*16. Roſa *conſultat.*48. *num.*73. Similiter aditio hæreditatis, ætas, ſimonia, probatur teſtibus ſingularibus, ſicuti etiam irregularitas orta ex celebratione illius, qui erat excommunicatus, electio ſepulturæ, ſævitia viri, adulterium, probatur teſtibus ſingularibus. Guidon Papa *deciſ.* 544. Sperellus *deciſ.* 139. *n.*89. de Marinis *tom.*1.*cap.*268. *num.*14.

Teſtes contrarii.
§. VIII.

766 Contrarii. — TEſtes contrarii ſunt, ſi deponant contraria.

Ad invicem deſtruuntur — Et iſti ſi ab eodem producantur, ſe ad invicem deſtruunt in civilibus, & criminalibus. Grammaticus *voto* 26.*num.*14. & conſequenter non creditur teſti vocanti in conteſtem alium, qui vocatus negat. Grammaticus *conſil.criminali* 26.*num.*20. Pratus *tom.*2. *cap.*40. *num.*29. dans quindecim Doctores.

Sed ſi teſtes unius partis contrarientur depoſitioni teſtis alterius partis, ut frequenter accidit, tunc cæteris paribus ſtatur illis, qui ſunt multò plures. *cap.licèt.*9.*de probationibus.* Creditur dicentibus veriſimiliora. Creditur dicentibus pro cauſa favorabili. Creditur dicentibus diſtinctiùs, quia præſumuntur magis informati; & magis creditur ſenioribus, quàm junioribus; magis Clerico, quàm Laico; magis docto, quàm indocto; magis perſonæ publicæ, quàm privatæ; magis maſculo, quàm feminæ. *l. juriſjurandi*. 8. *C. de teſtibus*, ibi: *honeſtioribus teſtibus*.

De Teſte ſuper negativa.
§. IX.

767 Depoſitio teſtis ſuper negativa. — NEgativa eſt, quando teſtis debet deponere rem ità non eſſe: putà pecuniam non eſſe numeratam, Petrum non occidiſſe.

768 Duplex. — Eſt duplex: Una vaga, qua dicit Petrum non occidiſſe: Altera coarctata à ſuis circumſtantiis: putà non occidiſſe tali loco, tali tempore, coram talibus perſonis. (Coarctata.) Negativa vaga non probat, (Vaga.) coarctata probat, maximè ſi teſtes non interrogati aſſignent rationem dicti: putà quia vidiſſent, ſi ipſis præſentibus occidiſſet, maximè ad defenſionem Rei, cujus cauſa eſt favorabi-

tabilior. Grammaticus *deciſ.*56. *num.*4. & *cap. ſuper eo. de renunciatione*; Undè de vaga negativa intelligitur: negantis factum nullæ ſunt probationes. *cap.quoniam contrà.* 11. *de probationibus*.

De Repetitione Teſtium.
§. X.

769 Repetitio teſtium.

REpetitio Teſtium eſt, ſi iterùm Teſtes deponant.

770 Quando, & quomodo repetantur.

Repetuntur primo, quando debent declarare dubiam depoſitionem præcedentem.

Secundo, examinati in judicio ſummario, repetuntur in plenario, parte citata. Itaut nihil probent, ſi antequam repetantur, inveniantur mortui, maximè in criminalibus. *cap. veniens.*38.*cap.cum in tua.*44. *de teſtibus.* Grammaticus *conſ.* 15. *num.*3. Pratus *tom.*2. *cap.* 20. *num.* 71.

771 Recepti corā arbitro.

Tertio, recepti coram arbitro, iterùm recipiuntur coram Judice ordinario, niſi Reus, vel pars huic repetitioni renunciaverit. Baldus in *l.fin.C.de teſtibus num.*1. Patet ex *cap.præſentata.*50.*de teſtibus.*

Pro informatione Curiæ.

Quarto, examinati pro informatione Curiæ non probant, niſi repetantur Reo citato. *Auth. ſed ſi quis, C. de teſtibus. cap.in nomine.*2. *de teſtibus.* Maſcardus *de probationibus concl.* 1366. Idque currit in Regno ſine difficultate; niſi durante contumacia Rei, teſtes moriantur, ex Pragmatica Comitis de Lemos, dicta *Delli* 89. *Capi, cap.*51.& 53.

Vi monitorii.

Quinto, teſtes deponentes vi monitorii, non probant, niſi repetantur coram proprio Judice, nam fuerunt recepti parte non citata, & ſine juramento. *cit. cap.*2.*de teſtibus.* Deciſum apud Farinacium *vol.*2.*conſiliorum deciſ.*138.

In criminalibus parte non citata.

Teſtes examinati in criminalibus parte non citata, nullum faciunt indicium, niſi repetantur. Gomez *tom.*3. *de delictis, cap.* 12. *num.*20. Oſaſcus *deciſ.*29. *num.*18. Maſcardus *de probation. concluſ.* 1366. *num.* 1. Merlinus 1. *Forenſium cap.*42. *num.*1.& citatio debet eſſe ſpecialis, non generalis, itaut interim abſentes, vel mortui non probent. Gomez, Ludovicus, & alii. Patet ex *cap.*2.*de teſtibus*. Undè meritò in praxi ſervatur, quod quando quis dat teſtes pro repetitis, proteſtatur ſe nolle dare pro repetitis abſentes, & mortuos.

772 Poſt publicatū in cauſa nō poteſt peti repetitio teſtium.

Non poteſt peti repetitio teſtium poſt publicatum in cauſa. *Auth.at qui ſemel, C.de probationibus. cap.per tuas.*48.*de teſtibus.*

Teſtis repetendus poteſt petere, ut ei legatur prima depoſitio, vel poteſt ſe referre ad primum examen, ſi nulla adſit ſuſpicio ſubornationis. Relativa namque depoſitio valet. Scaccia *lib.*1. *de judiciis cap.*86. *num.*48. Seraphinus *deciſ.*270.

De Confrontatione Teſtium.
§. XI.

773 Cōfrontatio.

COnfrontatio eſt, quando unus teſtis debet cognoſcere Reum, an ſcilicet ſit ille, contra quem deponit; nam poteſt eſſe, ut ignoret nomen, & tantùm illum cognoſcat de viſu, & etiam poteſt fieri ad conveniendum Reum indiciatum, negantem ſe deliquiſſe. Et praxis ſervat, ut Reus ponatur inter plures, & teſtis indicat quinam ſit ex illis, ad hoc ut tollatur via ſubornationibus. Scaccia *lib.* 1. *de judiciis cap.*86. *num.*59.

A qua Confrontatione eſt abſtinendum, quando ſubditi debent confrontari cum Superiore; nam poteſt eſſe, nè reverentia territi, varient in depoſitione: Undè etiam infirmatur prima depoſitio. Guazzin. *defenſa* 20.*cap.*19.*n.*3.

Reus poteſt interrogare teſtes, ut illos redarguat de falſo, & oſtendat fraudes. Guazzinus *defenſa* 2. *cap.*21.*num.*6. 774 Reus poteſt interrogare teſtes.

Teſtis falſus.
§. XII.

775 Teſtis falſus Punitur morte.

JUre communi punitur morte, ſi Reus indè fuit condemnatus; nam tunc eſt cauſa injuſti homicidii. In aliis hodiè pœna eſt arbitraria. *l.*1.*§.præterea, D.de ſicariis.* Clarus *§. falſum. num.* 31. Et ſi Reus non fuit punitus, mitiùs teſtis falſus punitus. Menochius 2. *de arbitrariis caſu* 360. *num.* 95. *opinione* 937. *num.* 4.

Hodie pœna arbitraria.

De Repulſa Teſtium.
§. XIII.

776 Repulſa teſtium quid.

REpulſa teſtium eſt opponere contra teſtes aliquam exceptionem, quæ repulſa fit poſt publicatum in cauſa.

Nunc eſt prima difficultas:

An in cauſis ſummariis detur repulſa teſtium?

DIſtinguas: vel præjudicium eſt reparabile deindè in judicio ordinario, vel non.

777 Datur in cauſis ſummariis, ſi præjudiciū ſit irreparabile.

Si damnum non eſt reparabile, affirma dari repulſam teſtium. Giurba *deciſ.*26.*num.*1. Oſaſcus *deciſ.*1. *num.*15. Cortiada *tom.* 5. *deciſ.*21. *num.*177. Menoch.*de arbitr. qu.*32.*num.*11. Et ità judicavimus in cauſa ſummaria impedimenti ſponſalium de futuro, in qua cauſa etiam ſummaria, niſi teſtes fuiſſent repulſi: Reus cogeretur contrahere, vel non contrahere nuptias; undè pullulabat damnum irreparabile per aliud judicium ordinarium.

Et ratio eſt, quia in re præjudiciali non eſt alicui deneganda defenſio; cùm ſit juris non ſolùm poſitivi, ſed etiam naturalis. Grammatic. *dec.*439.*n.*38. Et in hac re non ſolùm denegaretur, ſed omninò periret defenſio, & opprimeretur juſtitia partis.

Si verò damnum eſt reparabile per judicium ordinarium.

Secùs ſi ſit reparabile.

Nega dari repulſam teſtium. Menoch. *de arbitr. Judicum qu.*32.*num.*1. Thor.*par.*1.*compendii, v.repulſa teſtium, ſeù impugnatio.* Guazzin. *defenſa* 28. *cap.*8. *num.*9. Farinac.*par.*2. *praxis qu.*62. *num.* 193. Oſaſcus *deciſ.*1. *num.*11. Afflict. *deciſ.*351.*num.*2. & *deciſ.*154.*num.*4. Maranta *de ordine judiciorum par.*6. *actu* 13. *n.*19. Felin. in *cap.veniens.*38.*n.*28.*de teſtibus.* Capyc. *deciſ.*13. ubi repulſa teſtium non conceditur in judicio ſummariiſſimo poſſeſſorio, quia damnum eſt reparabile, deinde per judicium ordinarium. Menoch. *retinendæ poſſeſſionis remed. ult.num.*41. Grat.*Forenſ.cap.*310.*num.*70.

Non diſplicet autem doctrina Cortiadæ *to.*1. *dec.*21.*n.*169 cum Guazzino *defenſa* 28. *c.*8.*n.*8. v.*octavo limita.* Menoch.*de arbitr.quæſt.*32.*n.*11. Farinac. *par.*2. *praxis qu.*62. *num.* 196. ajentis

Et in cauſis levis probationis.

in cauſis ſummariis, in quibus ſufficiunt leves probationes, non dari repulſam teſtium: at in cauſis ſummariis, in quibus requiritur gravis probatio ſaltem ſemiplena, tunc dari repulſam teſtium, ut datur in judicio ordinario. Menoch. *loc.cit. num.*6. Giurba *deciſ.*26. *num.*2. Capyc. *deciſ.*55.*num.*1. Scaccia *lib.*1.*de judiciis cap.*97. *num.*91. Barboſ.in *cap.licet.*49.*n.*2.*de teſtibus.*

Datur tamen in judicio poſſeſſorio.

Et ità in poſſeſſorio requirente ſemiplenam probationem dari repulſam teſtium, ait Capyc. *deciſ.*55. *num.*5. Covarr.*pract. cap.* 17. *num.*3. Molina 3.*de primogeniis cap.*3.*num.*66.

Et in judicio attentatorũ.

Rurſus in judicio attentatorum, in quo ſatis eſt ſemiplena probatio, currit repulſa teſtium. Afflict. *deciſ.* 351. *num.* 9. ubi Urſillus *num.*1. Menoch.*de arbitr.qu.*32.*num.*9.

Niſi petatur calumnioſe.

Intelligas niſi repulſa petatur calumnioſè. Afflict. *deciſ* 351.*num.*7. Thor.*par.*1. v.*repulſæ terminus*. Nam ſemper deneganda eſt repulſa calumnioſè petita. Afflict. *loc.cit. num.*5. & 6. Menoch. *loc. cit. num.*2. Farinac. *par.*2. *praxis qu.*62.*num.*209. (a)

De Teſte quoad forum conſcientiæ.

§. XIV.

STetimus pro foro contentioſo, internum pandamus forum.

771 Juridicè interrogatus tenetur reſpondere, niſi timeat grave damnum.

Teſtis juridicè interrogatus tenetur reſpondere Judici, ſi ſibi grave damnum indè non immineat. D.Thomas 2. 2. *quæſt.*70.*art.*1. ubi Bandez *dub.*1. *ad* 1. & juridicè interrogatur, ſi Judex juridicè procedat per viam inquiſitionis, vel accuſationis.

Hinc Judici procedenti per viam inquiſitionis, teſtis tenetur reſpondere, ſi infamia contra Reum præceſſit ſufficiens ad inquirendum, aliàs reſpondere non tenetur; quia juridicè non interrogatur. Caramuel *tom.* 4. *Triſmegeſti art.*9. *ſect.* 5. *concl.* 2. dans ſeptem Doctores contra Valerum.

Hinc D. Thomas 2.2.*qu.*70.*art.*1. ubi Cajetanus, & Serra, ait, non præcedentibus indiciis, vel diffamatione contra Reum, teſtes non teneri deponere. *cap.inquiſitionis,*§.*sertiæ. de accuſationibus*. Ex infamia enim movetur Judex ad inquirendum. *cap. qualiter*, & *quando*. *de teſtibus.*

Si verò Judex procedat per viã accuſationis; tunc teſtis tenetur reſpondere, ſi ſciat crimen, quod poſſit in Judicio ſufficienter probari per teſtes, per ſcripturas, indicia. Bandez, Diana, & alii. Undè ſi tantùm ſit unus teſtis, nec poſſit eſſe alius, non teneri reſpondere ait Bandez, Serra, & alii; quia accuſator cum uno teſte tantùm non auditur. Sed oppoſitum docet Bonacina, Sayrus, Sot. Bordon. Excipias delictum læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ; quod quis tenetur denunciare, etiam non interrogatus; ergo multò magis interrogatus tenetur reſpondere, etiamſi ſit unus teſtis. (1)

772 Secretò ei commiſſa nõ tenetur prodere.

Non tamen tenetur propalare ſibi commiſſa ſub ſecreto naturali. *Proverbiorum* 11. *verſ.*13. & *cap.*25. *verſ.*10. & 11. ibi: *ſerva, ne exprobabilis fias*: ubi non ſervans ſecretum eſt exprobabilis. Eccleſ. *cap.*27. *verſ.*17. ibi: *qui denudat arcana amici, fidem prodit, & non inveniet amicum*, & *verſ.* 24. *denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis.* ubi eſt exprobabilis, carebit amicis, & eſt infidelis, & infelix propalans amici ſecretum. Ergo excuſabitur à detegendo amici ſecreta; nam eſſet ſubire grave onus in fama, tamquam proditor, & eſſet carere amicis, & honeſtorum ſocietate. Idque nè tollatur convictus humanus, & miſeris facultas conſulendi: Quis enim conſilium peteret ab illo, quem timere poteſt, quandoque contra ſe depoſiturum? Hinc ſecretum naturale cuſtodiendum eſt à Theologo, Juriſperito, Notario, Medico, Procuratore, Obſtetrice, nè miſero obſit ſocietas, & fidelitas & nè avertatur à petendo conſilio, à petendo remedio, ſi morbi propalatio eſſet cauſa majoris damni; Adeòque tunc nec timore excommunicationis debent revelare; nam revelando peccarent contra fidelitatem, contra amicitiam. Corduba, Serra, & alii. Excipias delicta, quæ inficiunt per ſe bonum publicum, vel ſi immineret damnum tertio, quia ſecretum in præjudicium tertii non ligat; ut nec juramentum. *cap. non eſt obligatorium.* 58. *de regulis juris in* 6.

An verò Teſtis, ut liberet innocentem, teneatur ſe offerre ad deponendum pro innocente?

Non tenetur teſtis ſe offerre.

NEga: quia tunc ultroneus eſſet, & ſic ſuſpectus, undè non probaret; Undè tenetur admonere Reum, ut faciat illum citare, & ſic non ſit ultroneus. D.Thomas *loc.cit.art.*1.

Qua-

(a) Litium ambages, ac dilationes reſecare optimi Principis eſſe nulli dubium. Quapropter opus fuit Pragmatica ſanctione amputare inutiles dilationes, quæ in foro ſub remediorum involucro miſerè litigantes diſtendebant, divexabant: Ideò anno MDCCXXVIII. die XXI. menſis Junii emanata fuit ſpecialis Pragmatica per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem de Althann Proregem, qua opportunè dilationes, & ſubterfugia reſecantur, explicatis quoque, additis, derogatis, aut correctis iis, quæ dictæ Pragmaticæ fortè per alias ſanctiones opponebantur. Idcirco operæ pretium duxi in ſubjecta materia in medium adducere aliqua ex §. *VII.* dictæ Pragmaticæ, præſertim circa repulſam, ut poſſit Lector corrigere. quæ Auctor tùm *lib.IV. Inſtitutionum Civilium de officio Judicis*, tùm in *addit.* ad Galuppi *praxim lib.* 2. *cap.*28. & variis in Opuſculis docuit. Sic itaque ſancitum eſt.

Primo, quod Repulſa nequeat peti, niſi aut infra octo dies poſt publicationem, aut in die ſequenti: ut ex Pragm. 11. *de ordine Judiciorum*: Quodque licèt obſervetur in Magna C. V. ut advertit Auctor ex *Ritu* 75. *lib.IV. Civilium num.*1361. tamen cautum eſt obſervari quoque in S. C.

Secundo, Terminum Repulſæ non eſſe concedendum, niſi Procurator partis petentis dictum terminum, in citatione ad videnda juramenta teſtium expreſsè non ſit proteſtatus conſueta forma contra teſtes, & eorum dicta, & dicenda. Atque in eodem termino poſſit adverſarius probare qualitates teſtium examinatorum in cauſa principali, itaut neque perſonæ privilegiatæ poſſint ullo beneficio frui.

Tertio, in termino Repulſæ, & Repulſæ Repulſæ, non admittantur articuli directè oppoſiti eis, quas altera pars in ſuis articulis poſuit, & probavit in cauſa principali, neque admittantur articuli, continentes eadem, quæ in articulis, & probationibus factis in cauſa principali continentur, excluſa etiam depoſitione principalis, ſi reſpiciat directè infamiam, aut delicta teſtium repulſandorum.

Quarto, in termino primi, aut ſecundi beneficii, petens Repulſam, & ei conceſſo termino, nihil probans, mulctetur pœna ducatorum viginti quatuor.

(1) Undè meritò proſcripta eſt propoſitio ab Alexandro VII. in ordine V. *Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis*. Quam propoſitionem Auctor in *Anacephalæoſi tit.* 9. *à num.* 314. impugnat, & luculenter diſcutit.

Digitized by Google

Quæres, an teſtis negans delictum teneatur reſtituere pœnam confiſcationis, quam ſubtinuiſſet Reus, ſi veritatem teſtis depoſuiſſet?

780 Poſt ſententiam.

NEga: nam eſt pœna, quæ debetur poſt ſententiam. Diana *par.1.tract.10.reſ.*23.

731 Dicens falsū tenetur dāna reſtituere.

Sed ſi dicat falſum, undè Reus condemnetur: tenetur reſtituere damna illata, quia eſt illorom cauſa contra juſtitiam commutativam. Bordonus *tom.5. cap.5. num.*18. dicens non teneri reſtituere, ſi ex inadverteotia licèt veniali, teſtis dicat falſum, quia onus reſtituendi inducitur ex gravi læſione contra juſtitiam.

An verò Teſtis debeat ſe retractare cum pari damno mortis, infamiæ?

782 Tenetur ſe retractare.

AFfirma: nam fama pro ſama, vita pro vita innocentis ab injuſto damnificante exponenda eſt. Poteſt tamen ſe ſatis retractare variando in repetitione, vel docendo de errore. Navar.2.*de juſtitia cap.3 num.*250.

Si verò retractatio oihil prodeſſet, nec prodeſſe poſſet, ad eam non teneri ait Navar. *loc. cit.* quia ceſſat fiois, cùm impoſſibilis fiat reſtitutio; Undè ſatis eſt alia damna tunc reparare reparabilia, vel in ſe, vel in pretio.

783 Teſtis ſe occultans.

Teſtis verò ſe occultans, nè deponat verum, reſtituere non tenetur; quia non peccat contra juſtitiam, ſed ad ſummum contra obedientiam, contra quam nec peccat, ſi ex depoſitione veritatis grave ſibi timeat damnum. Sotus *lib.5. de inſtitia quæſt.7. art.1.ad tertium*. Diana *par.3. tract.5. reſol.*101. Hinc patet:

An occultans Teſtem, nè deponat, teneatur reſtituere?

784 Occultans teſtem.

NAm ſi peccat contra juſtitiam, debet reſtituere, non aliàs.

Quæres, an Teſtis accipiens aliquid pro dicenda veritate, teneatur acceptum reſtituere?

785 Teſtis recipiēs aliquid pro dicenda veritate. Juſtè retinet, ſi pro labore, gratitudine.

DIſtioguas: vel accipit pro labore, pro amiſſa die ſibi aliàs lucroſa, & poteſt juſtè retinere, ſicuti ſi accipiat ex gratitudine, ex liberalitate, nam nulli facit injuriam.

786 Pro dicenda veritate tenetur reſtituere.

Si verò accipiat pro dicenda veritate, tenetur reſtituere; nam tunc vel veoderet actum veritatis, qui vendi nequit, vel acciperet pro eo quod facere tenetur, ſine pecunia; & tunc acciperet indebitum omninò reſtituendum. Aragonius 2.2. *quæſt.75. art.4.* Toletus *lib.1. cap.21.* contra Bordonum *tom.5.cap.50.*

De Probatione per juramentum, per evidentiam facti, per ſcripturas.

§. XV.

787 Juramento etiam probatur in Civilibus.

PEr juramentum fit probatio deferendo, & referendo, ut *lib.4. Civil. n.575.* diximus; quod in criminalibus non permittitur; nam ibi probationes debent eſſe luce meridiana clariores. *l. fin. C.de probationibus*. Undè tantiſper inſiſtamus in probatione per evidentiam facti.

Probatio per evidentiam facti.

§. XVI.

788 Probatio per evidentiam facti.

ESt, quando res patet ſeipſa Judici inſpicienti, & tunc Judex etiam nemine accuſante poteſt devenire ad condemnationem Rei. *cap. evidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. 9. de accuſat. cap. ad noſtram, 21.il 3.de iureiurando*, ibi: *manifeſta accuſatione non indigent: nec in eo eſt ordo judiciarius obſervandus*. Sicque ex aſpectu Judici patet infantia, ſenectus. *l.1. D.de ventre inſpiciendo.*

Ut autem prædicta veritati collineent.

Termini.

HAbemus: Primo, occultum. Secundo, notorium. Tertio, ſamoſum. Quarto, rumorem.

Judex debet veritatem cognoſcere, vel immediatè in ſe, vel per medium.

Si nec in ſe, vel per medium cognoſcere valet; tunc veritas non dicitur probabilis, quia per ſe, vel per media probabilis noo eſt, & de tali veritate, quæ nec per ſe, nec per media eſt probabilis, judicat taotùm Deus. Et verificatur effatum. In judiciis non eſſe, & non poſſe probari, æquipollent. *l.4. D. de fide inſtrumentor. l.4.D.de pignoribus.* Qua ratiooe de occultis internis homo non judicat, quia noo habet media ad illa cognoſcenda, & verificatur. Occultorum cognitor Deus; quia Deus oon indiget mediis ad cognoſcendum, ad judicandum. *can. Deus omnipotens. can. unus ex nobis.2.quæſt.1. cap. ſi Sacerdos. de officio Ordinarii. cap. ex tenore. 4. de temporibus Ordinationum.* Deus namque nullis indiget mediis, & probationibus. *can. Dominus. 23.qu.3.cap.in Civitate.de uſuris*; & meritò hæc, quæ nec per ſe, nec per alium probari valent, relinquuntur divino judicio. *cit.can.unus. 2. q.1. cap. 1. de officio Delegati*. Igitur hic agimus de illis, quæ probari valent per ſe, vel per aliquod medium. Per ſe, quando ſunt notoria, vel evidentia. Per medium, quando non ſunt evidentia, ſed probari valent per aliud medium: putà per teſtes, per ſcripturas, per rumorem, per famam; Undè meritò præjacti termini explicandi ſunt. 789 Occulta judicat Deus.

Occultum eſt. Primo, quod nec per ſe, nec per aliud probari valet, de quo judicat Deus. *cap.in Civitate.de uſuris.* 790 Occultum.

Secundo, occultum eſt, quod probari valet, ſed per paucos: putà per quinque. *§.hac ergo ſecreta. v.filiam namque Archiſynagogi*, ubi Gloſſa v. *ſecreta. poſt can. quis aliquando* 87. *de pænitentia. diſt.1.* Fagnanus *in cap. veſtra. 7. de cohabitatione Cleric.& mulier. n.*48.49. ubi factum coram quinque dicitur ſecretum.

Notorium eſt, quod eſt notum pro majori parte univerſitatis, vicinatus, ſivè notorium eſt ex ſe patens oculis omnium ſine medio aliquo. *cap.cum dilectis.15.de purgat.canonica.* 791 Notorium.

Notorium eſt duplex: Unum Juris: Alterum Facti. 792 Juris.

Juris eſt, ſi Jure ſupponatur notorium, Juris præſomptione, fictione. Tale eſt notorium natum ex judicio, ex re judicata, itaut probatio in judicio diſcuſſa, & recepta, dicatur notoria, & ſolet dici notorium juridicum, probatio indobitata, probatio probata. Butrius *tract. de notorio art.2.num.1.*

Notorium Facti eſt evidentia rei ex ſe nulla ratione tergiverſabilis. *l.ſi vicinis, C.de nuptiis.* 793 Facti.

Et eſt non ſolùm notum, ſed notorium; nam cognitum uni dicitur notum; at notorium eſt notum pluribus, ſcilicet toti, vel majori parti

Digitized by Google

Communitatis,vicinatuſvè. *can. ſcelus.2.qu.1.* ibi: *omnibus manifeſtum eſt. can. de manifeſto. 11. quaſt.1.* ibi: *omnes ſciebant. cap. cum dilectis. de purgatione Canonica*, ibi: *Univerſus populus teſtis eſt*.

794 Requiſita. Duo ergo requiruntur ad notorium. Primo, quod res ſit nota, ut revera exiſtat. Secundo, ut res ſit nota toti, vel majori parti populi,ita ut ſaltem major pars populi poſſit deponere de tali veritate; & populus debet eſſe Communitas numeroſa, ità ut non ſufficiant duo, vel tres. Butrius *loc.cit.art.2.num.13.* Et ſic notorium eſt terminus relativus; nam notorium in Collegio, debet eſſe notum majori parti Collegii, notorium in Monaſterio, debet eſſe notum majori parti Monaſterii;Notorium in Provincia, in Civitate debet eſſe notũ majori parti Civitatis, Provinciæ,notorium in Parochia,debet eſſe notũ majori parti Parochiæ,ſivè fuerit præſens, ſivè ex fama, & ex auditu per teſtes, qui decipi non poſſent, nec decipere; Undè factum domi non eſt notorium. *cap.veniens. de teſtibus,*& dicitur difficilis probationis. *l.8. §.fin autem, C. de repudiis.*

De Notorio vide Fagnanum ad *cap. veſtra 7. de cohabit. Cleric. à num.66. & ſeqq.* Gonzalez *ad cap. conſuluit. de appellat.n.3.*

Non ergo abſolutè dici debet, notorium eſſe geſtum coram decem, Bartol. ex *l ſed, & ſi pupillus, §. proſcribere, D. de inſtitoria action.* quaſi decem faciant populum, conſtituant Parochiam. *can. unio.10. quaſt.3.* ut docet Cynus in *l.ea quidem. 7. Cod. de accuſationibus*; & multò minùs notorium eſt factum coram tribus,quaſi tres conſtituant Collegium. *cap. 1. de electione*; ſed relativè,prout Communitas eſt numeroſior vicinatus, numeroſior requiritur notitia pro majori parte.*can.ſcelus.2. quaſt.1. cap. cum dilectis.15.de purgatione Canonica.*

Hoc notorium facti dicitur etiam evidens evidentia facti.*cap.evidentia. de accuſationibus. cap. qua fronte. de appellationibus. cap. cum ſit Romana, eodem tit.in* 6. Et ſolet dici indubitatum. *can.nullus.3. quæſt.2.*

Solet etiam dici publicum. *cap.1. de poſtulatione Prælatorum*;evidentiſſimum,notiſſimum, indubitatum. *l.ſi verò, §.qui pro Rei,D.qui ſatisdare cogatur.*

795 Differt à fama. Et differt à fama, quæ non ſupponit publicam notitiam, ſed eſt opinio bona, vel mala multorum à certo Auctore.*cap.ſuper eo.5.de eo, qui cognovit conſanguineam. cap. veniens. de regularibus*. Et poteſt famæ ſubeſſe falſum. Butrius *loc.cit. num.9. tom.10. tractatuum.* Et ſic fama differt à notorio facti, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſicuti poteſt ſubeſſe famæ.

766 A rumore. Differt autem notorium à rumore publico; nam rumor eſt majoris partis vicinatus, & habet incertum Auctorem. Butrius *loc.cit.*

Notorium ergo, non fama, non rumor eſt indubitata probatio; & ſic definitur notorium: eſt probatio indubitata, nulla indigens diſcuſſione.Eſt ad differentiam aliarum probationum non evidentium, quæ diſcuſſione indigent; Undè meritò dicitur manifeſtum crimen, ideſt notorium notorietate facti nulla indigere diſcuſſione cauſæ, nulla accuſatione, nullo ordine judiciario. *cap. ad noſtram. 21. il 3. de jurejurando.*

De Probatione per ſcripturas.
§. XVII.

797 Scriptura publica eſt ſcripta à perſona ex officio, & probat. SCripturæ aliæ publicæ, aliæ privatæ. Publica, eſt ſcripta à perſona publica, quæ ſcilicet ex officio habet ſcribere, & conſervare; ut Notarii, Actuarii, Vicarii, Epiſcopi. Privata à perſona privata conficitur ſolùm, ut per Epiſtolam miſſivam, per annotationem in propriis libris rationum, nomine, & auctoritate privata. Primo agamus de publicis. Secundo de privatis ſcripturis, ad hoc ut ſine confuſione procedat dijudicatio. Et primo ſit:

Quando ſcriptura eſt neceſſaria ad probandum, itàut tunc non admittatur probatio per teſtes?

PRimo, acta Judiciaria ſine ſcriptura non probantur, nec probant. *l. 5. §. penult. C. de recept. arbitris.* 798 Scriptura requiritur in Actis judiciariis.

Secundo, adoptio probatur per ſcripturam. *l.fin.C.de adopt.* 799 In adoptione.

Tertio,emancipatio legitima per ſcripturam probanda eſt, ſcilicet per inſtrumentum emancipationis. *l.2.C.de emancipatione.l.11. C.de fide inſtrumentorum.* 800 In emancipatione.

Quarto,legitimatio liberorum ſcriptura probatur. *§.fin. Inſtitutionum de nuptiis.* 801 In legitimatione liberorum.

Quinto,cenſus emphyteuticus ſcriptura probatur. *l.1. C.de jure emphyteutico*, ubi Valaſcus *qu. 7.* ſaltem rei Eccleſiaſticæ. *Novella 7. §. 1. v. Anaſtaſius.* Collegium Juridicum Argentoratenſe *tom.1 Pandectarum lib.22.tit.4. num.7. de fide inſtrumentorum.* 802 Ad probandum cenſum emphyteuticum.

Sexto, ſemper ac partes ſe referunt ad ſcripturam,actus ſine ſcriptura non probatur. *l.17, C.de fide inſtrument.l.24.C de donationibus.* 803 Et cùm partes ad ſcripturas ſe referunt.

Si verò ſcriptura ſit amiſſa, tunc debet probari amiſſio inſtrumenti, quæ poteſt probari per teſtes. *l.14.C.de teſtibus.* Et ſi periit dolo adverſarii, cancellatione, laceratione ejuſdem; tunc eo probato adverſarius illicò condemnatur. *l.20. & l.24.C.de probation. l.2.§.1.D.de jure Fiſci.* 804 Scriptura amiſſa poteſt per teſtes probari.

Ex dictis habes principium. Scripturam requiri ſemper ac lex, aut pars ad illam ſe refert, *l.17. C. de fide inſtrumentorum.*

Sine Scriptura.

OMnia alia regulariter probari valent; nam conſenſu perficiuntur, ut matrimonium, ſponſalia, dos, pignus. *l.12.C.de fide inſtrumentorum,*& *l.12.C.de probat.* Et tunc ſi interceſſit, ſed amiſſa ſit ſcriptura, veritas, contractus, & exiſtentia aliundè probari valet. *l. 1. l. 4. l. 5. l.6. l.7. l.8. l.10. l.11. l.12. l.13.C.de fide inſtrumentorum.* 805 Regulariter reliqua omnia ſine ſcriptura ſubſiſtunt.

De Scripturis publicis Inſtrumentariis.
§. XVIII.

HIc Inſtrumentum non ſumitur pro re,qua utimur, ut calamo ad ſcribendum, ſervis topiariis ad opus topiarium. 806 Varia acceptio,& uſurpatio nominis Inſtrumenti.

Sed ſumitur primo pro ſcriptura inſtruente mentem Judicis indagantis veritatem. *l.1.D.de fide inſtrumentorum. l.1. C.de dilationibus. l.14. C. de contrah. emptione*; quo ſenſu comprehenduntur etiam acta. *l.11.C.de fide inſtrument.*

Teſtamenta. *l.19. C. de tranſaction.* Ratiocinia. *l.1. §.1. D.de edendo.*

Secundo, Inſtrumentum ſumitur pro ſcriptura ſolemni,publica,complectente pacta,contractus; in quo diverſificatur ab actis, teſtamen- 807 Hic ſumitur pro ſcriptura publica.

Digitized by Google

mentis, ratiociniis, reſcriptis, privilegiis, ſcripturis privatis. *Clem. 1. de Procurat. l. 1. C. de jure jurand. propter calumn.* (4)

Aliud Inſtrumenti nomen.

808 Inſtrumentū dicitur tabula.

INſtrumentum etiam dicitur tabula. *l. fin. D. de fide inſtrument.* undè dicitur tabula teſtamenti. *rub. Digeſtor. ſi tabulæ teſtamenti. l. 19. D. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Tabulæ nuptiales. *l. 9. C. de nuptiis.* Tabulæ dotis. *l. 66. D. de donat. inter.* Tabulæ dotales. *l. 12. D. de dote prælegata. l. 29. D. de pactis dotalibus.* Tabulæ venditionis. *l. 2. C. ſi mancipium ità veniat.* Tabulæ contractus. *l. 4. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi.* Tabulæ obligationis. *l. 6. C. de fidejuſſor.* Tabulæ cautionis. *l. 1. D. de ſuſpectis Tutoribus.* Tabulæ nativitatis. *l. 9. C. de nuptiis.*

809 Undè tabulæ teſtamenti, dotis, venditionis, &c.

810 Dicitur documentum monimentū.

Secundo, Inſtrumentum dicitur documentum. *l. fin. C. de probat.*

Tertio, Inſtrumentum dicitur monumentum. *l. 10. D. de probationibus.*

Aut cōmonitorium.

Quarto, dicitur commonitorium. *l. fin. §. fin. C. de ſuffragio.*

Quid ſit Inſtrumentum?

811 Inſtrumenti definitio.

EST ſolemnis legitima ſcriptura probans geſta inter partes. *l. 5. C. de tranſaction. l. 4. D. de fide inſtrument. l. 4. D. de pignoribus. l. 12. Cod. de probation.*

812 Dividitur in Publicum.

Dividitur primo ratione cauſæ effectivæ, in publicum, & privatum.

Publicum eſt confectum auctoritate publica, publicam faciens fidem. *Novella 73. l. penultim. C. de fide inſtrument. cap. 11. de probat.*

Et Privatum

Privatum, privata auctoritate fit: puta ſcriptum à perſona privata, ut liber rationum. *l. fin. D. de peculio.* ut liber memoriæ. *l. 7. C. de probat.* ut Chirographum ſcriptum manu debitoris. *l. 20. C. de fide inſtrument.* Quod etiam appellatur *Syngrapha.* Cicero *lib. 7. familiarium, epiſt. 17.* Syngraphus. Plautus *Aſin. actu 4. ſcena 1.* Apocha privata, ſeù ſecuritas. *l. fin. C. ſi certum petatur.*

813 Ratione materiæ dividitur in dotale, ceſſionis, &c.

Secundo, ratione materiæ, dividitur in dotale, ceſſionis, emancipationis, &c. *l. 1. C. de dote cauta non numerata.*

814 Ratione formæ in originale, & exemplum.

Tertio, ratione formæ, dividitur in originale, & exemplum, ſivè copiam. Originale dicitur autographum, authenticum ex ſe probans, independenter ab alia ſcriptura; datur etiam ſcheda, abbreviatura, nota, undè faciliùs conficitur authenticum, quam ſcripturam protocollum dicit Cujacius ad *Novellam* 44.

815 Protocollū eſt primæva ſcripture.

Tu dividas Protocollum, hoc eſt primævam ſcripturam in abbreviatum, ſivè notam; & in extenſum. Collegium Juridicum Argentoratenſe *lib. 22. tit. 4. num.* 18. At noſtri, Protocollum vocant primam ſcripturam extenſam, ex quo deindè ſumuntur copiæ.

Exemplum eſt copia ſcripturæ originalis. *l. 1. & l. 7. C. de probat.*

816 In quavis materia inſtrumentum legitimum probat.

In quavis materia inſtrumentum legitimè factum, probat, ut teſtamentum. *l. 1. D. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas.*

817 Dividitur inſuper.

Quarto, dividitur Inſtrumentum in publicum, & forenſe. Donellus in *l. 11. C. qui potiores in pignore.* Ex *Novella 49. cap. 2. §. 2.*

Publicum eſt confectum coram Judice in actis, & hoc facit publicam ineluctabilem fidem, nec exigit tempus imperii, indictionis, &c. quæ ſupplentur Judicis præſentia. *l. 19. C. de teſtamentis.* In publicū.

Forenſe eſt factum à Notario. *l. 20. C. de fide inſtrument.* De quo verum effatum: tantùm probant teſtes, quàm inſtrumenta. *l. in exercendis, C. de fide inſtrument.* Quod eſt falſum in publico, quod teſtibus infirmari nequit, probatque magis, quàm teſtes. Et forenſe.

Forenſe continere debet nomen Dei, Anni Imperatoris, Regiſvè indictionem, annum, menſem, diem, locum negotii, factum, cauſam, præſentiam, & rogitum teſtium, & Notarius debet ſcribere ſe rogatum, & legere tenorem inſtrumenti coram partibus, & teſtibus. *l. 17. C. de fide inſtrument. Novella 73. cap. 5. cap. 6. §. 1.* 818 Quæ debeat cōtinere dictum Inſtrumentum.

Quodnam Inſtrumentum probet?

PRimo, ſcriptura originalis publica, ſivè forenſis plenè probat. *l. in exercendis. 15. C. de fide inſtrument. Conſtit. Inſtrumentorum robur.* Hujuſmodi ſunt publica, & forenſia inſtrumenta, Regiſtra, Acta Judiciaria, Protocolla, facta ab habente auctoritatem condendi ſcripturas authenticas. *l. cum precibus. 18. C. de probat. Auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo,* ubi ſtatur inſtrumento, donec oppoſitum probetur. Imola in *cap. 1. de Procuratoribus.* 819 Scriptura publica originalis, ſivè forenſis plenè probat.

Chirographa, cœteræque ſcripturæ permanentes in publicis Archivis, Theſaurariis Principum, Civitatis probant, niſi fuerint vitiatæ raſura, litura, &c. *Authent. ad hæc, C. de fide inſtrumentorum.* 820 Scripturæ in Archivis probant, niſi fuerint vitiatæ.

An defectus literæ, raſuræ, lituræ, caſſaturæ vitiet Inſtrumentum, ſcripturam?

DIſtinguas: vel eſt in loco ſuſpecto, vel in loco non ſuſpecto.

Si in loco ſuſpecto. Affirma. Trentacinqu. *reſol. 19. num. 1.* Maſcard. *concluſ. 257. num. 4. & concluſ. 1254. num. 15.* 821 Defectus literæ, raſuræ, &c. in loco ſuſpecto vitiat ſcripturam.

Patet ex *Auth. ad hæc, C. de fide inſtrument. cap. ex literis. 3. de fide inſtrumentorum.*

Si ſit in loco non ſuſpecto. Nega: *cap. ex parte. 11. D. de fide inſtrument.*

Si raſura, caſſatura, litura, &c. fuerit facta ab ipſomet Notario; tunc inſtrumentum non vitiatur, ſi Notarius in calce ejuſdem inſtrumenti faciat fidem de vitio ſcripturæ, caſſatura, raſura, &c. aſſeratque à ſe caſſaturam, raſuram factam in tali linea, & loco lineæ inſtrumenti, & firmet ſuam fidem; tunc ceſſat ſuſpicio falſitatis, & inſtrumentum firmum remanet. 822 Raſura, caſſatura à Notario facta non vitiat ſcripturam, ſi ipſe fidem faciat de ea.

In dubio autem an Notarius ſcripſerit, vocatur, & ejus jurato dicto ſtatur. *l. ſi quis Decurio. 21. C. ad l. Corn. de falſis.* Si haberi nequeat: quid tunc ſervandum: habes deciſum 3. *Pantonomod. à num.* 1233. 823 In dubio ſtatur juramēto Notarii.

(4) Confer quæ Auctor fuſe enucleat de Inſtrumentis conficiendis, eorum fide, & liquidatione, &c. *lib. III. Inſtit. Civilium à num. 1188. & ſeqq.*

Quid

Quid requiratur, ut ſcriptura reperta in Archivio probet.

824 Scriptura in Archivio, ut probet, debet ab Archivio ſubſcribi. Et id conſuetudine ſit probatum.

DUo exiguntur: Primo, ut ſit ſubſcripta ab Archivario publico deſtinato, & ſcriptura ſit Archivii.

Secundo, ut ex conſuetudine ſoleat adhiberi fides. Afflict. in *Conſtitut. Cordi. notabili* 11. Petra *ritu* 26. *num.* 6. Ludovicus *deciſ. Perusinn* 115. *num.* 9. Gratian. *Forenſ. cap.* 738. *num.* 36.

An ſcriptura privata ſcripta propria manu, coram Judice, probet plenè?

825 Scriptura privata facta coram Judice plenè probat.

AFfirma: etiamſi deſint teſtes extranei ad inſtar inſtrumentorum publicorum; nam fovetur calore judicii. *l. ſine in arbitris.* 4. ubi Baldus *C. de receptis arbitris.*

An copia Inſtrumenti probet?

826 Copia ut probet extrahenda eſt mandato Judicis.

NEga: Donellus *lib.* 25. *commentario* 8. ex *l.* 2. *D. de fide inſtrumentorum*. Niſi ſpeciali mandato Judicis ſit extracta. Minſinger. *lib.* 6. *obſervat.* 73. Gaillus 2. *obſervat.* 37. *n.* 11.

Patet ex *cap.* 1. *cap. ſi inſtrumenta. fin. de fide inſtrumentorum.*

Si in Inſtrumento poſteriori ſint mentio prioris Inſtrumenti: an Inſtrumentum poſterius probet.

827 Inſtrumento poſteriori nō probatur prior.

NEga: niſi etiam præſentetur inſtrumentum, cujus ſit mentio in poſteriori inſtrumento; nam relatum eſt in referente, & unum per aliud declaratur. *Novella* 119. *cap.* 3.

An ſtetur Protocollo, non Inſtrumento, ſi Protocollum, & Inſtrumentum diſcrepent?

828 Statur protocollo ſi Inſtrumentum diſcrepet.

STatur Protocollo. Trentacinq. *de fide inſtrument. reſol.* 10. *num.* 1.

Et ſtandum etiam Regeſto, ſchedæ, notæ, matrici, originali, abbreviaturæ, Archetypo, magis quàm Protocollo, ait Maſcard. *concluſ.* 1250. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſu* 187. *n.* 20. Faber 4. *Codicis, tit.* 16. *defin.* 24. nam veritas ab originali, & in originali habetur, cùm ibi adſit primordium veritatis.

An quis teneatur præſentare totum Inſtrumentum, Privilegium, vel potius inter cætera iſtorum?

829 Licet partem Inſtrumenti, aut privilegii præſentare.

NEga: ſed ſatis eſt ſi præſentet partem, ſive inter cœtera, quæ conducit ad ſuum negotium. *cap. contingit.* 5. *de fide inſtrument.*

An falſitas Inſtrumenti, vel quod Inſtrumento deeſt, probari valeat per teſtes?

830 Ejus falſitas teſtibus valet probari.

AFfirma: *cap. cum Joannes.* 10. *de fide inſtrument.* Nam veritas ſemper inquirenda, & ei dandus eſt locus.

An delictum probari valeat per Inſtrumentum?

831 Delictum Inſtrumento non probatur, niſi ſit factū in ipſo cōtractu, ſcriptura.

NEga: primo, quia abſens indefenſus non condemnatur, non convincitur. *l. abſentem, D. de pœnis. l. fin. C. de accuſat.* adeòque nequit ſolo inſtrumento damnari; etiam ſi delictum ſit factum coram Notario. Baldus in *l. cauſa. num.* 6. *D. ad l. Aquil.* Intelligas, niſi delictum ſit factum in ſcriptura, in contractu ſcripto; nam tunc illa ſcriptura probat delictum. Maſcard. *lib.* 1. *concl.* 460. *num.* 14.

Scripturæ præſentari valent uſque ad concluſionem in cauſa. *cap. cum dilectus.* 9. *de fide inſtrumentor.* nam per concluſionem in cauſa aliæ probationes ſunt renunciatæ, niſi partes de præſentandis ſcripturis proteſtentur. Vivius *deciſ.* 371. 832 Scripturæ præſentantur uſque ad concluſum in cauſa.

In Regno ſemper recipiuntur, etiam tempore ferendæ ſententiæ. Gizzarellus *deciſ.* 42. *n.* 2. 833 In Regno uſque ad ſententiam.

Scriptura privata.
§. XIX.

POteſt eſſe ad commodum ſcribentis, ad commodum tertii, ad commodum utrinſque, ad damnum ſcribentis, ad damnum tertii, ad damnum utriuſque. 834 Scriptura privata.

Ad commodum ſcribentis etiam Fiſci non probat. *l. rationes.* 6. & *l.* 7. *C. de probat.* Surd. *deciſ.* 199. *n.* 11. I. Eſt ad cōmodum ſcribentis.

Contra ſcribentem probat, non contra tertium; non enim debet eſſe in poteſtate debitoris ſibi prodeſſe, vel alteri nocere; adeòque contra tertium, & pro tertio nec probat, ſed probat contra ſe, non pro ſe: dummodo conſtet ſcripturam ab ipſo confectam. *l. Publia. §. fin. D. depoſiti. Auth. quod obtinet, C. de probat.* II. Contra ſcribentem, & probat.

Non probat contra tertium, ex *l. fin. C. ſi adverſus creditorem.* Surd. *deciſ.* 312. *num.* 1. III. Contra tertium.

Hinc patet fidem ſcriptam, non facere fidem, nam in illa deficiunt requiſita ad probandum; quia ſi ipſe deponeret pro alio cum juramento, cum citatione, non probaret pluſquam ſemiplenè; ergo qua ratione ejus fides probare poterit, cum deficiat citatio, juramentum, & deficiat citatio partis adverſæ ad videndam productionem ſcripturæ. Farinac. *de teſtib. qu.* 80. *oppoſit.* 35. *num.* 32. dicens illas eſſe chartulas habentes quatuor defectus. 835 Simplex fides non facit fidem abſque citatione partis, & Juramento.

Hinc teſtis mittens ſuam depoſitionem ſcriptam nil probat. *can. teſtes.* 3. *qu.* 9.

Si quis tamen producat ſcripturam privatam; cenſetur fateri in illa contenta, niſi proteſtetur ſe illam approbare, prout eſt pro ſe, non prout eſt contra ſe. *cap. cum olim. de cenſibus.* Surd. *deciſ.* 267. *num.* 1. ſicuti teſtis productus probat contra producentem. 836 Producens privatā ſcripturam approbat contenta, niſi proteſtetur prout pro ſe, non contra ſe.

Scriptura privata recognita, hoc eſt à ſcribente affirmata, quod ſit à ſe ſcripta, plenè probat contra ſcribentem, adeòque antequam recognoſcatur non probat, quia poteſt non eſſe ſua, poteſt eſſe falſa. *§. ſi quis igitur. Auth. de inſtrument. cautela, & fide.* Surd. *deciſ.* 265. *num.* 27. 837 Scriptura privata à ſcribente approbata plenè probat contra ſe.

An ſe ſubſcribens, approbet omnia contenta in illa ſcriptura?

DIſtinguas: vel ſubſcribens ſcit, vel ignorat contenta in illa ſcriptura. 838 Subſcribens approbat omnia, ſi ſcit quæ contineat ſcriptura.

Si ſcit: affirma. *l. plurib.* 140. *D. de verb. oblig. l. emptor.* 47. *§. Lucius. D. de pactis.* Affl. *dec.* 104. *num.* 3. Puteus *lib.* 1. *deciſ.* 226. *num.* 3. Caputaquenſis *par.* 2. *deciſ.* 360. *num.* 7. Ferentillus ad Burattum *dec.* 419. *num.* 3. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 147. *num.* 3. Cavalerius *deciſ.* 75. *num.* 3. Aymon *conſ.*

Digitized by Google

*conſ.*73.*num.*40. Pariſius *lib.*4. *conſ.*47. *num.*6. & dicitur ſcire contenta, ſi illa perlegit, vel audit legentem. Mantica *dec.*321. *num.*4. Peregrinus *lib.* 5. *conſ.* 118. *num.*1. Maſcardus *de probat.concluſ.*1341.*num.*2.Gabriel *de præſumptionibus concluſ.*3. *num.*1. Caſtrenſis *lib.*1.*conſil.*326. *num.*3.

339 Secùs ſi ignorat.

Si ignorat contenta in ſcriptura, nega fateri, quæ inibi continentur; nam voluntas non fertur in incognitum. *l. fin.* ubi Baldus *num.* 1. *C.plus valere, quod agitur.* Gabriel *loc. cit. concluſ.*3. *num.*27.

An ſe ſubſcribens in folio albo, fateatur ibi deinde ab alio ſe ignorante ſcripta?

340 Se ſubſcribẽs in folio albo nõ approbat quę ignorat.

NEga: nam ſe ignorante, & ſic nolente ſcribuntur. *l.nihil conſenſui, D.de regul.juris.* Maſcardus *de probat.concluſ.*1341.*num.*17.pluries deciſum teſtatur Ferrantilius *lib.*2. ad Burattum *deciſ.*419.*num.*14.niſi pars adverſa probaverit ſubſcribenti innotuiſſe, quæ in illo folio erant ſcribenda.Purpuratus in *l.admonendi.*31.*n.*179.*D.de jurejurando.* Gregorius *dec.*328. *num.*2. Merlinus *deciſ.* 90. *num.* 3. Menoch. 3. *præſumpt.*66. *num.*2 Rebuffus *tit. de Chirographis, in præfatione num.*101. Seraphin.*dec.*973. *num.*1. Gonzalez *regula* 8. *Cancellariæ gloſ.*60. *num.*17. Gratianus *cap.* 162.*num.*2.& 3.Petrus Caballus *conſ.*11.*num.*2. 7.& 8.

341 Mandatum ad contrahẽdum matrimonium debet eſſe ſpeciale.

Idque fortiùs currit in mandato ad contrahendum matrimonium, quod debet eſſe ſpeciale, & eſt nullius roboris, ſi mandans ſe ſubſcribat in folio albo. Seraphinus *deciſ.*973.*n.*1. Angelus in *l, ſi ità ſtipulatus.* 26. *§.Chryſogonus n.*2.*D.de verbor.oblig.* ubi Imola *n.*13. Felin.In *cap.quoniam contra.num.*79.*de probation.*

De Actis Judiciariis.
§. XX.

342 Acta judiciaria.

ACta judiciaria ſunt facta coram Judice, vel in legitimo Tribunali coram legitimis perſonis. De his plures controverſiæ conſurgunt. Prima:

An Acta unius Judicis probent plenè, vel ſemiplenè in alio judicio?

Probant in alio judicio inter eaſdẽ perſonas.

DIſtinguas: cum Reverter. *deciſ.* 194. de Marin. *num.* 6. vel lis eſt inter eaſdem, vel inter diverſas perſonas.

Secùs ſi inter diverſas.

Inter eaſdem, affirma; nam ut prima, ità ſecunda vice, & ſemper probare debent, cum partes in illis fuerint plenè auditæ, diſcuſſis, etiam rejectis exceptionibus; nec valent modò infirmare, quod olim non poterant ſine ſuſpicione ſubornationis.*l.*5.*§.fin C.de recept.arbitr.*

Inter diverſas perſonas, nega probare plenè. Ruinus *lib.*1.*conſ.*164.*num.*13. Covarr. *practic. cap.*13.& 15. de Marin.ad Reverter. *obſerv.*64. *num.*6. Maſcardus *de probation. concl.*33. *n.*36. Abbas in *cap. cum à ſe.de reſtitut. ſpoliatorum.* Alex.in *l.*2. *Cod. de edendo.*

Patet ex *tit. Codicis Res inter alios actas, vel judicatas aliis non nocere*; ergo ut ſententia non præjudicat tertio, ità nec acta præjudicabunt.

Secundo, quia ſecùs inter partes aperiretur via ad colludendum in præjudicium aliorum.

343 Probant tamen ſemiplenè.

Semiplenè tamen probant ſaltem, ut ſcripturæ, & confeſſiones extrajudiciales. Soccin. junior *lib.*4. *conſ.*37.*num.*3. Gloſſ. in *l. inſtrumenta, C. de probation.* Ariminenſis in *l.* 1 *§. idem Cornelio, D.de quæſtionibus.* Soccin. *lib.*1. *conſ.*89. & *lib.*2. *conſ.*185.

Patet, quia pro actis eſt præſumptio juris, quæ conſtituit ſemiplenam probationem, & cùm illa acta fuerint plenè diſcuſſa in Tribunali pleno (nam de Baronali, vel de alio non eſt tanta habenda ratio ob quorumdam potentiam, impotentiam, ſcientiam, exſcientiam) pro illis ſtat poſſeſſio, ac præſumptio juris magis, quàm ſtet pro uno teſte omni exceptione majori.

344 Teſtes examinati in uno, probant ſemiplenè ſolùm in alio judicio.

Hinc teſtes plures examinati in uno Judicio ad ſummum probant ſemiplenè in alio. Bartol.in *l.admonendi.*31.*D.de jurejurando.* Abb.in *cap.fin. de jurejur.* ubi Butrius, & in *cap.quamvis. de re judicata.* Alex.in *l.ſæpè, D.de re judicata.* de Marin. ad Reverter. *obſervat.* 64. *n.*7. Non enim in alio Judicio examinati iſta parte citata, & opponente, recuſante, & fortè ab iſta multa contra teſtes objici potuiſſent in alio Judicio, & aliis ignota.

345 In rebus antiquis Acta probant etiã inter alios.

In antiquis acta probant etiam inter alios, fortè pluſquam ſemiplenè ob præſumptionem antiquitate firmatam; ità ut concurrentibus aliis adminiculantibus, probatio poſſit haberi plena, ex regula: Quæ ſingula non profunt, collecta juvant. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 1273. *num.* 4. Decius *conſil.* 11. *num.* 9. Menoch. *de arbitr.caſu* 11.*num.*2. Curtius junior *lib.*1.*conſ.*106.*num.*5.Soccin.*conſ* 86.

346 Et inſtrumẽta in antiquis nocent etiam tertio.

Hinc Inſtrumenta inter alios inita in antiquis nocent etiam tertio; nam in antiquis ſufficiunt probationes leviores. Aretinus *conſ.* 15. *num.* 3. de Marin. ad Reverter. *obſervat.* 64. *num.* 7. dicens *num.* 8. excuſſionem inventarii factam ab hærede cum uno creditore, aliis etiam non citatis præjudicare. Anton. Fab. *tit. Codicis, res inter alios actas definit.* 1. de Ponte *conſ.* 71.

347 Sententia ſtatus nocet aliis etiam ignorãtibus.

Similiter ſententia lata in cauſa ſtatus, ſcilicet aliquem eſſe filium patre audito, & contradicente, nocet aliis agnatis, etiam ignorantibus. *l.*1.*§.fin.l.*2. *D.de liberis agnoſcendis. l. ingenuum, D.de ſtatu hominum.* Videſis de Marin. 1.*quotidianarum cap* 11.*num.*9.& 10.

An acta proceſſus contra Clericum facta coram Judice laico, probent coram Eccleſiaſtico contra eumdem Clericum?

348 Acta contra Clericum facta corã Judice laico, nõ probant coram Eccleſiaſtico contra ipſum Clericum.

NEga: Maſcardus *de probat.concl.*349.Clar. *qu.*36.*num.*44.Grammat. *conſ.*42.*num.*2. Guazzin.*defenſa* 20.*cap.*9.*num.*29.*in fine.* Declanus 4. *Criminalium cap* 11.*num.*5. *par.*1. Valalcus *conſ.*65. Farinac. *par.* 1. *Fragmentorum litera H, num.* 23. Felin. *in cap. at ſi Clerici. de judiciis.* Ricc. *p.*2.*deciſ.*229. *num.*1. Valenzuola *conſ.*68.*num.*46. Vivius *communium, v. Judex laicus.* Ambroſin. *tract. de nullitate. num.* 3. *tract.*10.Formoſinus *in cap.poſtulaſti.qu.*15.*n.*2. *de foro competenti.* Martha *par.*2. *de juriſdictione cap.*32. *num.* 51. Covarr. *practicarum cap.* 33. *num.*7.*in fine.* Craſſus *effectu Clericatus* 1.*n.*227. Genuenſis in *praxi cap.*6.*num.*2. Chartar.*deciſ.* 71.*num.*67. Ità ut nec indicium faciant in Curia Eccleſiaſtica talia acta, nec ex tali proceſſu valet Clericus carcerari, nec contra eum inquiri, ſed tenetur Judex Eccleſiaſticus ab initio inchoare proceſſum. Ruinus *lib.* 6. *conſ.*7. *num.*6.

*num.*6.Bajardus ad Clarum *§.fin.qu.*36.*num.*53. Ambroſin. *de immunitate Eccleſiæ cap.*11. *n.*3. Cortiada *tom.*1.*deciſ.*21.*num.*117. Adeòque Judex debet de novo proceſſum fabricare, teſtes, & eorum depoſitiones integras recipere, ità ac ſi ità non fuiſſent examinati coram Judice laico. Aufredus *ad Capellam Tholoſanam dec.* 165. *num.*1. & *deciſ.*168. *num.* 3. Franch. in *controverſiis inter Epiſcopos,& Regulares par.*1.*qu.*19. ubi Paſchaligius.

849 Proceſſus abſque Juriſdictione factus eſt nullus.

Patet ex *cap.at ſi Clerici.*4. *de judic.* Secundo, quia confectio proceſſus eſt actus Juriſdictionis, qui nullus eſt deficiente Juriſdictione, ut deficit in laico reſpectu Clerici. *l.non putavit,§.non quævis, D.de bonor.poſſeſſ.contra tabulas.cap.illud. de jure-patronatus*. Eſt enim Judex laicus omninò incompetens,& incapax, ut habeat juriſdictionem contra Clericum. *cap. ſi diligenti. de foro competenti.l.fin. Cod. ſi non a competente Judice*.

850 Copia dictorum Actorũ ſaltem eſt actus extrajudicialis.

Hinc moltò minùs probat copia proceſſus Judicis laici contra Clericum,& ſolùm eſt actus extrajudicialis deſerviens ad inſtructionem Judicis Eccleſiaſtici,ut poſſit ſuum proceſſum inchoare, & conſervare. Baldus in *Auth.Clericus, C.de Epiſcopis,& Clericis.* Lanfrancus *deciſ.*399. & debet omnia de novo exordiri, teſtes citare, confeſſionem Rei recipere, unà cum ſcripturis, & aliis probationibus, ità ac ſi numquam fuiſſent præſentatæ coram Judice laico. *l.fin.Cod. ſi non à competente Judice.* Guazzin.*defenſa* 1.*cap.* 5. *num.* 2. & alii, rectè volentes confeſſionem coram Judice laico nullum producere effectum judicialem, nec eſſe indicium ad torquendum, deindè coram Judice Eccleſiaſtico; nam eſt ità ac ſi non fuiſſet facta, & non entis nullæ ſunt paſſiones,nulli effectus. Contra Guidonem Papam *deciſ.*206.*num.*6.& *deciſ.*429.*num.*1. Farinac. *part.*1.*praxis qu.*7. *num.*43.v. *ſublimitas*: volentes confeſſionem illam eſſe iodicium ad torturam.

851 Deciſio Auctoris, qua Eccleſiaſtici convicti corã laico per teſtes, non fuerunt repetiti in Curia Eccleſiaſtica per extenſum, & ſic non convicti.

Ex dictis,Neapoli anno 1683.menſe Decembri. Judicavimus proceſſum non fuiſſe benè formatum contra Eccleſiaſticos inquiſitos de tonſione monetæ, quia periti deponentes in Curia laica per extenſum, repetiti in Curia Eccleſiaſtica, ſe retulerunt, & emologaront depoſitionem factam in Curia laica, nec per extenſum repetiti fuerunt coram Judice Eccleſiaſtico; adeòque eorum depoſitio relativa fuit nulla. Guazzin. *defenſa* 25.*cap.*1. *num.*19.Hondedeus *vol.*1.*conſ.*101.*num.*31. qui enim ſe retulerunt ad primum examen nullum ex defectu juriſdictionis, nullam reddiderunt depoſitionem relativam; cùm unum relativum reſpiciat aliud, nec poſſit unum ſine alio exiſtere;ergo deficiente uno ob defectum Juriſdictionis, corruit & alterum. Zuffus *de legitimatione proceſſus lib.*5.*qu.*98.*num.*3.

An autem confeſſio Clerici facta coram Judice laico, aliquid operetur ſaltem ut extrajudicialis, ità ac ſi facta eſſet privato homini?

852 Confeſſio Clerici corã laico ſaltem extrajudicialiter probat.

Affirma: ſi fuerit circumſtantionata,plena, & probetur coram Judice Eccleſiaſtico, ſaltem per duos teſtes. Farinac. in *praxi par.*3. *qu.*81. *num.*194.

853 Quid ſervatur Neapoli.

Neapoli ſervator, ut remittatur Clericus ſimul cum actis factis coram Judice laico, & Reus deinde conſtituitur, hoc eſt interrogatur à Judice Eccleſiaſtico circa delictum; Et ſi Reus velit habere teſtes illos ut repetitos, proceditur ad ulteriora uſque ad ſententiam, aliàs teſtes repetuntur. Genuenſis in *praxi cap.* 6. Ricc. *par.*2. *praxis reſol.*229. *n.*6. idque ne delicta remaneant impunita, cùm rarò tunc poſſint haberi teſtes alii, & examinati quandoque deſint. Caſtilius *lib.*2.*deciſ.*156.

Quid ſi teſtis, qui depoſuit in laica, deindè contrarium deponat in Curia Eccleſiaſtica: an credendum,& cui depoſitioni?

854 Teſtis deponens coram laico abſque juramento, & alter deponens corã Eccleſiaſtico, ſecundæ depoſitioni ſtatur.

Diſtinguas: vel depoſuit cum juramento in Curia laica, vel ſine juramento.

Si abſque juramento; tunc ſtatur depoſitioni juratæ factæ coram Judice Eccleſiaſtico; nam hic eſt competens, & nulla ratio habenda eſt de alia coram Judice laico. Abbas in *cap. per tuas.de probat.* v.*& hæc faciunt*,ubi Decius *in fine*. Gabr. *lib.* 7. *communium concluſ.* 31. *num.* 1.

Si verò coram Judice laico cum juramento depoſuit.

855 Si cum juramento nec ſecundæ creditur.

Tunc quamvis talis depoſitio repetetur more extrajudicialis, tamen teſtis eſt perjurus; adeòque nec creditur ſecundæ depoſitioni juratæ, tanquam factæ à perjuro. Abbas *loc.cit.* ubi Decius v.*primus*. Cumanus in *l. qui falſu, D.de teſtibus*. Alex. *vol.*1. *conſ.* 154. v. *& quorum.* Cravetta *conſ.*6. *num.*16.Boerius *dec.*108. v. *& hæc quorum.*

An acta, eorumque copia ſint concedenda alteri illam petenti?

856 Quãdo Acta concedi poſſint.

Abſoluto proceſſu vi accuſationis,vel inquiſitionis facto poſt publicationem,acta dantur partibus mutuò, ut ſe defendant adverſus probationes. *l.*2. *Cod. de edendo.* Gomez *tom.* 3. *cap.*13.*num.*21. Fontanella *par.*1.*dec.*120.*n.*14.

Sed proceſſus informativus pro Curia non conceditur etiam accuſatori petenti ad ſubminiſtrandum Fiſco indicia. Clar. *§.fin. quæſt.*49. *num.* 10. Et ad ſummum in cauſa gravi dantur nomina Reorum. Guazzin. *defenſa* 24. *num.* 1. *cap.* 10.

Secundo, nec dantur acta in informatione extrajudiciali, qua ſe Curia informat, an ſibi competat juriſdictio in Reum. Gratian. *Forenſium cap.*596. *num.*11. Giurba *conſ.*10.*num.*28. Merlin. *lib.*1. *cap.* 40. *num.*9. *&* 15. Sanfelice *deciſ.*137.*num.*2. Gomez *ad Regulam Cancellariæ* 8.*in proemio*,*§.*7.*num.*233.

Ratio quia proceſſus iſte extrajudicialis informationis Curiæ numquam publicatur; ergo multò minus debet ejus copia concedi.Cortiada *tom.*1.*deciſ.*21.*num.*143. Si enim ejus copia poſſet dari, tunc Reo innoteſcerent indicia, & probationes, quod fieri nequit, niſi poſt actum publicationis. Bartol. in *l.fin. D.de quæſtionibus*. Decius in *cap.*1.*num.*53.*de probation.* Guazzin. *defenſa* 24.*cap.*1.*num.*3.

Quando autem conceditur copia, ſi in proceſſu ſint ſocii nominati.

857 Quando sũt ſocii nõ nominantur.

Tunc in copia non nominantur ſocii, niſi id noceat Reo,ne ſocii fugam arripiant. Gloſſa in *§.fin.qu.*49. *nu.*7. Genuenſis in *praxi cap.*27. *num.* 11. Follerius in *practica criminali, titulo detur copia Capitulorum.num.*12.

Copia

Copia datur expenſis petẽtis, & pauperi gratis datur. Copia datur expenſis petentis, licèt Reo pauperi detur gratis. Clar. *§.fin.qu.*49.*num.*4. v.*ſed numquam*, ubi Bajardus *num.* 27. Guazzinus *defenſa* 24.*cap.*1.*num.*2.

De Literis miſſivis, ſivè Epiſtolis. §. XXI.

858 Epiſtolæ ut probent conſtare debet de manu ſcribentis. Epiſtolares literæ, quandoque producuntur ad probandum, ſed prius debet conſtare epiſtolam eſſe ſcribentis; Idque probatur primo, legalizatione. Gaitus *de credito. tit.de epiſtola*. Secundo, per teſtes deponentes manum ſcribentis eſſe eis notam. Seraphinus *deciſ.* 700. *num.* 2. Tertio, probatur comparatione literarum. Vivius *opinione* 113. Urſillus ad Affliçt. *deciſ.* 181. *num.* 12. Itaut etiam literæ cambii comparatione probentur. Viſconte ad Franchum *deciſ.* 95. *in fine*. Idque nè commercium retardetur. Contra Abbatem, & Gaitum, requirentes comparationem, & teſtes deponentes eis notam manum ſcribentis.

Patet ex *l.comparationes.*19.*C.de fide inſtrum.* ubi tenet probatio per comparationem ſcripturarum, quæ diſpoſitio non eſt correcta in *§.ſi quis igitur, §.ſi verò. Authent.de inſtrument.caut. & fide*; quia ibi non prohibetur comparatio in literis miſſivis, ſed in aliis ſcripturis; enim verò Epiſtola miſſiva non ſolet teſtibus muniri, nec coram teſtibus ſcribi, aut deferri; quæ ratio ceſſat in aliis apochis comparatione non probandis; de quibus loquitur *text. in d. §.ſi verò Auth.de inſtrumen.caut.& fide.* Nam apocha ſolet coram teſtibus ſcribi, & illis muniri.

Nunc eſt difficultas:

An Epiſtolæ miſſivæ probent plenè?

859 Contra ſcribentem probant plenè. Dicas plenè probare contra ſcribentem, ſi fuerint ab eo recognitæ. Vivius *dec.*474. *num.*804. maximè inter nobiles, & mercatores, inter quos proceditur bona fide. Boerius *deciſ.* 233. *num.*8. & patet ex *l. Publia.* 26. *§.Titius, D. depoſiti*.

860 Et ſi fuerint acceptatæ. Secundo, ſi literæ fuerint acceptatæ, tunc probant plenè inter acceptantes. *l. Publia*. 26. *§.fin. D. depoſiti*. Stracca *de mercatura . tit. de probationibus num.* 3.

Non valet pactum, ut ſcriptura privata probet pro ſcribente. Cynus in *l.ſi quis, C.de Epiſcopis, & Clericis*. Contra Butrium in *cap.*2. *nu.*6. *de fide inſtrum.*

861 Non probant contra tertium. Literæ miſſivæ non probant contra tertium, ex *l.non epiſtolis.*13. *C.de probationibus.*

Epitaphia.

862 Epitaphia publica, & antiqua probant. Probant, ſi fuerint publica, & antiquiſſima; nam tunc præſumitur veritas, ſcilicet quod pars adverſa non ſubſtinuiſſet illa poni, ſi illa fuiſſent falſa, non verò ſi ſint occulta, & in locis occultis; nam ut ſcriptura privata non probant. *l.rationes.* 6. *C.de probat.* Nemini enim in ſe propria credẽdum. *l.omnibus.*9.*C.de teſtib.*

De Probatione per præſumptiones. §. XXII.

863 Præſumptionis definitio. Præſumptio eſt probatio, quæ aſſumit rem ità eſſe, ſivè quæ ſupponit rem ità eſſe ex indiciis. *cap.literis.*2. *de præſumptionibus*; ubi pronunciatur ſententia divortii ex violenta præſumptione fornicationis; & ſic præſumptio ſupponit indicia, ex quibus eruitur. Caram. in *Pandoxion diſp.* 8. *in principio*, *§. præſumptio*, qui definit præſumptionem, quod ſit conjectura ex indiciis.

Nec placet definitio Corvini, & Alciati dicentium: Præſumptio eſt probabilis conjectura proveniens ex certo ſigno; nam hæc definitio non competit præſumptioni in genere; nam non competit præſumptioni temerariæ, vel dubiæ; cùm dubia, vel temeraria non habeat certam conjecturam.

Quadruplex eſt præſumptio. Una temeraria. 864 Quadruplex. Secunda probabilis, ſivè ab homine. Tertia Juris, ſivè violenta. Quarta neceſſaria, ſivè Juris, & de Jure.

Temeraria eſt, quæ nullis, vel leviſſimis fundatur indiciis. 865 Temeraria. *cap.licèt Heli.de ſimonia.* Lucæ 7. ibi: *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique quæ, & qualis eſt mulier, &c.*

Probabilis innititur motivis veriſimilibus. 866 Probabilis. Menochius 1. *de præſumptionibus qu.*5. quæ eſt præſumptio ab homine: nam homo moveri poteſt probabilibus indiciis.

Violenta præſumptio, ſivè Juris reſultat ex 867 Violenta. motivis Jure probatis; Sic ignorantia Jure præſumitur, niſi ſcientia probetur, quia homo ignorans naſcitur. *l. verius.* 21. *D. de probationibus*. Sic præſumitur bonus, qui naſcitur ex patre bono, qui olim erat bonus ex motivo educationis habitus, &c. *cap. ſemel malus. de regulis juris in* 6. Præſumitur vicinus ſcire facta vicini. *cap. quoſdam. de præſumptionibus*. Et in dubio unuſquiſque præſumitur bonus. *cap.unico. de ſcrutinio.*

Quarto eſt præſumptio Juris, & de Jure, ſivè 868 Juris, & de Jure. neceſſaria, & eſt, quando lex ità aſſumit eſſe, ut rejiciat probationem in contrarium. *cap.is, qui.* 30. *de ſponſalib.* Innocentius in *cap.quia veriſimile. num.* 2. *de præſumptionibus*; naſcitur ex cauſis naturalibus; & ideò dicitur neceſſaria, quia arguit effectum ex cauſa naturali.

Ita præſumit inimicum fugientem ſtricto gladio cruore conſperſo occidiſſe inimicum, qui invenitur occiſus. Baldus in *l.furem.nu.*2. *D. de furtis.*

Quæ differentia ſit inter præſumptionem, & fictionem Juris?

Differt præſumptio à fictione Juris. 869 Differt à fictione.

Primò, quia præſumptio, non fictio eſt 870 Fictio non eſt probatio. probatio. Secundo, quia præſumptio eſt rei, quæ forte ità eſt, ut præſumitur: At fictio eſt rei, 871 Quæ præſumuntur fortè ſunt, non quæ finguntur. quæ ità non eſt, ut fingitur: Sic fictio poſtliminii fingit non captum, qui re vera captus fuit. *l.poſtliminii*, *D. de captivis ex poſtliminio reverſis*.

Tertio, quia fictio non cedit veritati, præ- 872 Præſumptio cedit veritati, non fictio. ſumptio verò veritati cedit: & ſic fictio etiam naſcitur à lege, & præſumptio naſcitur etiam ab homine, & etiam ex locis topicis.

Primo ex ſubſtantia. Secundo ex qualitate. 873 Loca topica præſumptionis. Tertio ex quantitate. Quarto ex relatione.

Primo ex prædicamento ſubſtantiæ præſu- 874 Ex prædicamento ſubſtantiæ. mitur vivere, qui anteà vixerat, qui manducavit. *l. ſi quis ex argentariis*, *§. an nec hæredi, D. de edendo.*

Ex prædicamento quantitatis præſumitur 875 Quantitatis. res: putà fundum, grex, pecunia ejuſdem menſuræ

ſuræ eſſe, & numeri, ac anteà. *l. Lucie, D. de actionibus, & obligationibus.*

. Ex prædicamento qualitatis præſumitur talis nunc, qualis anteà, bonus, vel malus, ſur, vel non ſur. *l. ſi cui crimen. §.iiſdem, D. de accuſationibus.*

876 Qualitatis. Ex prædicameoto relationis præſumitur filius poſt mortem patris, qui antè mortem fuit tractatus filius, & præſumitur nunc in poteſtate patris, qui anteà ſuerat. *l. ſi filius.* 8. *D. de prob.*

877 Relationis. Ex prædicamento ſitus præſumitur res nuoc exiſtere, ubi aoteà exiſtebat, & ſur, qui in loco furti ſolitus erat commorari. *l. Dominus.* 57. *D. locati.*

878 Ubi. Ex prædicamento actionis præſumitur metu factum, quando urget periculum mortis. *l. metum.* 5. *D. de eo, quod metus cauſa;* & præſumitur metu facere, metu ſe obligare, quando eſt in manu hoſtium.

879 Actionis. Et ex tali prædicamento præſumitur malè moratus, malos mores communicare illis, cum quibus verſatur.

880 Paſſionis. Ex prædicamento paſſioois præſumitur malè moratus, qui verſatur cum malis, & benè moratus, qui verſatur cum bonis. *l. ediles.* 25. *§. Pædius, D. de edilitio edicto.*

881 Situs. Et ex prædicamento ſitus præſumitur eſſe nunc, ut priùs erat, & eo ſitu, quo priùs erat. *l. ſi locus, D. quemadmodum ſervitutes amittantur.*

882 Habitus. . Ex prædicamento habitus præſumitur talis, qualis in habitu invenitur, Clericus, laicus. *l. item apud Labeonem, §. ſi quis, D. de injuriis.*

883 Vehementior prævalet. Ex iſtis præſumptionibus, quæ vehemeoter eſt, prævalet: & ſic una vehemeotior conquaſſat aliam minùs vehementem, & illa præſumptio eſt efficacior, cui Jus aſſiſtit: & conſequenter præſumptiooes, pro Reo efficaciores, quia Jus illis aſſiſtit.

Omnis tamen præſumptio veritati cedit; nam præſumptio eſt probatio. *l. quidam teſtamento, D. de vulgari;* & probatio ceſſat, quando veritas conſtat aliundè. *l. penult. §. mulier, D. de probationibus. l. continuus.* 137. *§. cùm ità, D. de verbor. obligat.*

884 Veritate nō apparente, præſumptio probat. Cœterum, quando non conſtat de veritate, ipſæ præſumptiones habent vim probationis; & præſumptio Juris, & de Jure habet vim plenę probationis. *cap. afferte. de præſumptionibus.* Præſumptio verò Juris probat ſemiplenè, & refundit onus probandi in partem oppoſitam. *cap. ex inſinuatione. de Procuratoribus.*

885 Præſumptio ab homine. Præſumptio verò ab homine probat magis, vel minùs, prout innititur motivis pluribus, & veriſimilioribus. Abbas in *cap. quanto, col. penult. de præſumptionibus.*

886 Plures præſumptiones plene probant. Et ſi plures præſumptiones confluant, plenè probant. *cap. cum cauſam. de probationibus.* Afflictus *deciſ.* 13. *num.* 19. Undè ex præſumptionibus poteſt probari ſolutio, licèt deſint ſcripturæ, & teſtes. Surdus *deciſ.* 105. Pariſius *volum.* 4. *conſ.* 137. *num.* 15. Pratus *tom.* 3. *cap.* 8.

887 Et præſumptiones ſolutionis ſunt diuturnitas temporis in creditore, qui ſolet exigere ſuum, maximè ſi non ſit valdè dives; nam id ſpectat ad officium diligentiæ io rebus ſuis. Franchus *deciſ.* 316. *n.* 12. Surdus *loc. cit. n.* 2.

Et ſic quæritur:

An verò ex præſumptionibus valeat probari debitum ſolutum, etiamſi deſint ſcriptura, & teſtes ſolutionis?

AFfirma: ex præſumptionibus quandoque probari ſatisfactionem. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 19. Franch. *deciſ.* 316. *in fine.* Surdus *deciſ.* 105. Ubi ex præſumptione fuit probata ſolutio reſidui dotis. Pratus *tom.* 3. *cap.* 8. ubi per præſumptiones fuit probatum debitum ſolutum. Pariſius *volum.* 4. *conſ.* 137. *num.* 13. ubi fuit liberatus hæres debitoris ob præſumptam ſolutionem. 888 Præſumptionibus probari valet debitum fuiſſe ſolutum.

Præſumptio eſt, ſi fuit lapſum diuturoum tempus, & non fuit debituo petitum viveote debitore, tunc enim præſumitur ſatisfactio. Franch. *deciſ.* 316. *num.* 11. Valenzuela *conſ.* 183. *num.* 40.

Secunda præſumptio eſt, ſi differat petere, etiam poſt mortem hæredis debitoris. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 21.

Tertia, ſi labatur tempus diuturnum, puta tempus decem annorum. Afflict. *deciſ.* 13. *n.* 21. Et multò fortiùs trigiota annorum. Theſaurus 1. *Forenſ. quæſt.* 91. *num.* 13.

Quarta, ſi debitor erat ſolvendo, & ſolitus ſolvere. Pariſius *volum.* 1. *conſ.* 83. *num.* 29.

Quinta, ſi creditor erat diligens in exigendo, nec valdè dives; nam tunc præſumitur ſuom exigere; Nam præſumitur unuſquiſqoe diligens in ſuis rebus. Surdus *deciſ.* 105. *num.* 3. Franch. *deciſ.* 316. *num.* 12.

Sexta, præſumitur ſolutum, ſemper ac inveriſimile eſt non eſſe ſolutum. Merenda *lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 2.

An bona acquiſita ab Uxore durante matrimonio, præſumantur quæſita ex bonis Viri? 890 Bona acquiſita ab uxore durante matrimonio præſumuntur ex bonis viri.

DIſtinguas: vel certum eſt Uxorem eſſe caſtam, vel non.

Si certum eſt uxorem eſſe caſtam, tunc præſumptio turpis quæſtus cedit veritati caſtitatis.

Vel res eſt anceps, & tunc ſtandum eſt Textui in *l. Quintus Mutius.* 52. *D. de donationib. inter;* ubi ad effugiendam notam turpis quæſtus, præſumuntur quæſita ex bonis viri. *l. etiam.* 6. *C. de donationib. inter,* ibi: *cùm probari non poſſit, undè Uxor matrimonii tempore honeſtè quæſierit, de mariti bonis eam habuiſſe veteres Juris Authores meritò crediderint.* Pratus *tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 42. & *cap.* 10. *num.* 18. Paris *lib.* 2. *conſ.* 62. atque adeò hæres mariti tunc poteſt repetere pretium rei emptæ ab Uxore, non verò rem ipſam. Bartolus in *l. Uxor. num.* 3. *C. de donationibus inter.* 891 Cum diſtinctionibus iſtis.

Rursùs: ſubdiſtinguendum: vel Uxor habet bona propria, vel non.

892 Si ſit induſtrioſa, & habeat bona, ſua præſumuntur. Si habet bona propria parafernalia, & eſt induſtrioſa, tunc non præſumuntur quæſita ex bonis viri. Si verò non habet bona parafernalia, nec eſt induſtrioſa, tunc præſumuntur quæſita ex bonis viri. *d. l. Quintus Mutius.* Capyc. Latro *volum.* 1. *conſult.* 54. *num.* 58. Sanfelice *par.* 1. *deciſ.* 137. *num.* 2. de Ponte *vol.* 2. *conſ.* 43. *n.* 8.

Regula in materia præſumptionis.

PRima, in dubio delictum non præſumitur. *cap. unico. de ſcrutinio.* Boerius *deciſ.* 215. *num.* 22. 893 In dubio delictum non præſumitur.

Se-

894 II. Regula. Secunda, verba improprianda ſunt ad excludendum delictum, & pœnam. *can. ne quis.* 22. *quæſt.*2. Pratus *tom.*1.*conſ.*20.*num.*33.

895 III. Regula. Tertia, ex præſumptionibus, & indiciis non devenitur ad condemnationem criminalem, niſi excedant lucem meridianam. *l.fin. Cod. de probationibus.* Bartolus in *l.quod Nerva.n.*15.*D. depoſiti.* Boetius *deciſ.*164.*num.*1.

896 IV. Regula. Ultima regula, piores præſumptiones veriſimiles, vehementes probant plenè. *cap.afferte.*2. *cap.quia.*10.*de præſumptionibus.* Capyc.*dec.*126. *num.*13. Grammaticus *deciſ.*22.*num.*6. Peguera *deciſ.criminali.*17.*nu.*40. Pratus *tom.*3.*cap.*8. *num.* 3. ajens ſufficere ad probandum præſumptiones, etiam quando Jura exigunt probationem per inſtrumenta. Menoch.2.*præſumpt.*115. *num.* 6.

De Indiciis, Conjecturis, Signis, Suſpicionibus Argumentis, Adminiculis.

§. XXIII.

897 DIverberantur, & contentioſiſſimè ſcinduntur opinamenta Doctorum in dandis diviſionibus, & differentiis ſpecificis. At nobis altiùs meditantibus duo conſideranda occurrunt. Primum, quod ſe tenet ex parte objecti. Secundum, quod ſe tenet ex parte intellectus judicantis.

898 Differentiæ ſpecificæ Indiciorũ, &c. Ex parte objecti. Ex parte objecti, conſideratur id, quod movet intellectum, in quo eſt idea, præſumptio, indicium, conjectura, ſignum, argumentum; & tantùm differunt quoad movendum magis, vel minùs intellectum; nam ſi moveant abſolutè abſque formidine ſunt indicia, argumenta, ſigna, præſumptiones indubitatæ, & evidentes. Si verò moveant intellectum ad aſſenſum, ſed cum formidine de oppoſito, tunc prout magis, & minùs movent ad aſſenſum, tunc ſunt præſumptiones leves, graves, probabiles, dubitatæ, temerariæ. Alex. *conſ.*129.*num.*8.ex *l.abſentem, D.de pœnis*, ibi: *ſuſpicionibus. l.indicia.* 19. *C. de rei vindicatione.*

899 Ex parte intellectus. Ex parte intellectus certè, vel cum fortitudine aſſentientis, aſſenſus erit certus, erit probabilis, erit temerarius, prout ſpeculanti patebit. Tu rem ſpeciatim diſtinguas, & diſcutias. Et primò:

De Indiciis.

§. XXIV.

900 Quid indicium. INdicium ab indicando eſt dictum. *l.qui vas, §. qui, D. de furtis.* Eſt ſignum informans animum Judicis ad aliquid judicandum. Baldus in *l.in hoc.num.*1.*C.undè cognati.*

901 Diviſio. Dividitur in plenum, & ſemiplenum, ſivè indubitatum, & dubitatum. Bartolus in *l. eo quidem, C.de accuſationibus.*

902 Plenum. Plenum, ſivè indubitatum eſt certò movens animum Judicis ſine formidine ad aſſentiendum. Maſcardus *lib.*1. *de probationibus quæſt.* 15.*num.*11.ex *l.ſi qui.*24. *C.de adulteriis.*

903 Semiplenũ. Dubitatum, ſivè ſemiplenum eſt movens animum Judicis ad judicandum cum formidine de oppoſito.

Secundo, dividitur indicium in proximum, & remotum.

904 Proximum. Proximum eſt, quod tangit immediatè veritatem, ut indicium, quod oritur ex viſu, vel auditu proprio.

Remotum eſt, quod tangit immediatè veritatem, ut inimicitia, fuga. Oſaſcus *deciſ. Pedemontana.*79.*num.*19. 905 Remotum

Tertio dividitur in graviſſimum, graviùs, grave, leve, levius, leviſſimum, facti, Juris, & de Jure, de quibus diſcurras, ut de præſumptionibus. 906 Aliæ diviſiones.

De Conjecturis.

§. XXV.

COnjectura eſt veriſimilitudo inducens Judicem ad judicandum. Mantica *de conjecturis tit.* 1. *num.* 8. Hæc conjectura eſt ſemper probabilis, ſi ex motivis probabilibus eruatur, nam in certis non indigemus conjecturis: In quo conjectura differt ab indicio, quod indicium poteſt eſſe indubitatum, & ſic ſine formidine. 907 Quid Conjectura.

Conjectura etiam dividi poteſt, ut una ſit Juris, altera ſit Juris, & de Jure, altera ab homine. Mantica *de conjecturis lib.* 1. *tit.*2. *num.* 1. quibus conjecturis utimur in ultimis voluntatibus præcipuè, nec alitèr diſcurrendum, ac de præſumptionibus, & indiciis. 908 Diviſio.

De Suſpicionibus.

§. XXVI.

SUſpicio prout ſe tenet ex parte intellectus, habet vehementem dubitationem de oppoſito, in quo diſtinguitur ab indicio probabili, in quo indicio probabili non eſt vehemens dubitatio de oppoſito, ſed tantùm radicalis. Et ſi ſuſpicio nullis innitatur motivis, tunc erit temeraria, maximè ſi intellectus magis aſſentiatur, quàm ſit ratio motivi. Bartolus in *l. admonendi.num.*21.*D.de jurejurando.* 909 Suſpicio.

De Purgationibus.

TITULUS IX.

PUrgationes ſunt modi probandi innocentiam. *cap.ad noſtram.*12.*de probationib.* De quibus Purgationibus nos *lib. IV. Canonic. hoc titulo*, hìc prætermiſſa tangamus. 910 Quid Purgationes.

Antiquitas ſimplex, vel rudis probavit purgationes, quæ etiam improbandæ erant, & jam ſunt improbatæ. Præcipua erat: 911 Antiquæ purgationes.

Purgatio vulgaris.

§. I.

HÆc; quia omnibus permiſſa, vulgaris nuncupabatur. 915 Vulgaris.

Prima erat per duellum, & hæc temeraria. 913 Per Duellũ.

Secunda erat per caldariam, de qua erat lex caldaria, qua Actor, vel Reus ad probandam ſuam innocentiam nudum brachium inducebat in aquam valdè ebullientem, ut Deus miraculo innocentiam declararet. Ad hanc provocavit Abbas Superatenſis Cœnobii, convictus quatuor falſis teſtibus, & aquæ fervorem ſuſtinuit, & brachium extraxit ſanum. Caramuel *Pandoxion diſp.*8.*art.*1.*num.*2. dicens nihil certi colligi; nam etiam arte dæmonis id accidere poſſet, & eſſet tentare Deum miracula exigere; undè veri inde, nihil à Judice cognoſci poteſt. *can. Mennam.* 7. *can. omnibus*, 19. *can. conſuluiſti.* 20. 2.*quæſt.*5. 914 Per Caldariam.

Digitized by Google

915 Per aquam frigidam. Tertia purgatio vulgaris erat per aquam frigidam, undè lex frigidiva, qua homo frigente hyeme ſe immergebat in ſtagnum frigidiſſimum per multas horas, ubi vivere naturaliter non poſſet.

916 Prohibitæ ſunt. Hæc probatio eſt prohibita, quia recurrere ad Deum temeritas eſt: recurrere ad dæmonem ſuperſtitio eſt. *cap. ex tuarum. 8. de purgatione canonica.*

917 Per contrectationē ferri candentis. Quarta purgatio vulgaris erat contrectatione ferri candentis, quæ eodem Jure prohibita eſt. *cap. fin. de purgat. vulg. can. Mennam. 7. can. conſuluiſti.* 20. 2. *quæſt.* 5. Caramuel *loc. cit. n.* 4. referens hiſtoriam Madriti à ſe viſam.

Miſſa Judicii.
§. II.

918 Miſſa Judicii. DE hac agit Macrus in *Notitia vocabulorum Eccleſiaſticorum*, v. *Miſſa Judicii.*

Celebrabatur rudi, vel ſimpliciori illa antiquitate ad indagandam occultam veritatem coram adſtrictis probare veritatem facto, immergēdo ſe abſoluta Miſſa, oſculato Evangelio, in aquas ebullientes, vel ambulando ſuper ignem.

De cujus ritu agit Dunſtanus Archiepiſcopus Dorobernenſis, ubi præmittebantur exorciſmi aquæ, ignis, cum proteſtationibus, & intimabantur delinquentibus prætenſis, quibus in eadem Miſſa dabatur Euchariſtia, præmiſſo trium dierum jejunio, & dando Euchariſtiam, dicebatur: *Corpus, & Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit vobis hodie ad probationem.*

Introitus incipiebat: *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum.*

Prima oratio erat: *Abſolve quæſumus Domine tuorum delicta famulorum, ut à peccatorum ſuorum nexibus, quæ pro ſua fragilitate contraxerunt, tua benignitate liberentur. Et in hoc Judicio prout meruerunt tua juſtitia præveniente ad veritatis cenſuram pervenire mereantur. Per Dominum.*

Epiſtola continebat Decalogum Deuteronomii, incipit: *Ego ſum Dominus.*

Evangelium erat Sancti Marci, ubi eſt ſermo de Decalogo, incipit: *Magiſter bone, quid faciam.*

Offertorium illis verbis continebatur: *Immittet Angelum Dominus in circuitu, &c.*

Præfatio ſimiliter exprimebat probationem.

Oratio Poſtcommunio erat: *Perceptis Domine Deus noſter ſacris muneribus ſuppliciter deprecamur, ut hujus participatione Sacramenti, & à propriis nos reatibus indeſinenter expediant, & in famulis tuis veritatis ſententiam declarent. Per Dominum.*

919 Miſſa Mortuorum. Abſoluta Miſſa, Sacerdos dabat guſtare aquam prætenſis Reis, qui oſculato Evangelio illicò in aquam ſe immittebant. Et ſic Sancta Cunegunda nudo pede ferrum candens preſſit. In Hiſpania celebrabatur etiam Miſſa Mortuorum, ut inimicus celeriùs moreretur, quæ ſuperſtitio fuit abrogata à Concilio Toletano XVII. *can.* 5. *Anno Domini* 694.

920 Hæ Miſſæ abrogatæ ù ab Eccleſia. Hæc pro eruditis tetigiſſe non injucundum, nam hodiè eſſet peccatum ſuperſtitionis, vel tentationis Dei hujuſmodi probationes tentare meritòque hujuſmodi Miſſæ ab Eccleſia abrogatæ ſunt ſub graviſſimis pœnis.

De Reo defenſo.

TITULUS X.

DEbuuit orationem Judex, Actor, modò illam ad ſe rapit Reus, ut contrà ſe defendat.

Defenſiones Jure naturæ debitæ denegari nequeunt, ideòque primo debet dari terminus Reo ad ſe defendendum, etiam non petenti, idque in omni Tribunali, & cauſa, etiamſi hæreticus ſit relapſus, contrà teſtes, eorum dicta, & propriam confeſſionem. *Clem.* 1. *&* 2. *de ſententia, & re judicata. l. ſi non defendantur.* 19. *D. de pœnis,* & *Auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando Judex.* Judex namque ex officio veritatem indagare, & diſcutere debet; quæ magis eluceſcit defenſionibus datis. Boſſius *de hæreticis num.* 9. Farinacius *lib.* 1. *praxis tit.* 5. *qu.* 39. Pegna *part.* 3. *Directorii comment.* 28. Symanchas *de Catholicis Inſtitutionibus tit.* 17. *nu.* 53. Caſtrus Palaus *par.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *puncto* 3. 921 Defenſiones de jure naturæ.

Et defenſiones ſunt concedendæ, etiamſi Reus ſit confeſſus, & convictus, ad hoc, ut ex actis conſtet juſtè damnatum, & confeſſionem non fuiſſe metu, vi, dolo, errore extortam. Pegna *par.* 3. *comment.* 28. *num.* 117. 922 Reo dandæ ſunt defenſiones, etiam confeſſo.

An Reus poſſit renunciare juſtis defenſionibus in cauſa mortis naturalis, vel mutilationis?
§. I.

NEga: Gloſſa in *l. pactum inter, D. de pactis.* Jaſon in *l. ſi quis in conſcribendo. num.* 181. *C. de pactis.* Hyppolitus in *l. ſi quis ultrò. num.* 62. *D. de quæſtionibus.* Guttierez *par.* 3. *de juramento confirmatorio cap.* 10. *num.* 1. Gomez *tom.* 3. *variarum cap.* 13. *num.* 33. Facundez *tom.* 2. *Decalogi lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 2. Riccius in *praxi reſol.* 6. *num.* 4. 923 Reus nequit renonciare juſtis defenſionibus.

Ratio eſt, quia iſtæ defenſiones ſunt Juris naturalis præceptivi, & ut non poteſt ſeipſum occidere, & mutilare, ità nequit poſitivè juſtis defenſionibus renunciare; nam eſſet cooperari ſententiæ, & tranſgredi præceptum Divinum: *Non occides*, & ſic renonciationem non eſſe in favorem ipſius renunciantis, ſed præjudicare Divino præcepto, & dominio Dei. *l. liber homo.* 13. *D. ad legem Aquiliam*; itaut nequeat Judex acceptare talem renunciationem, quia nequit acceptare, quod præjudicat Juri Divino. Covarruvias 4. *tit. de ſponſalibus, &* 2. *par. cap.* 8. §. 12. *num.* 16. 924 Ratio.

An in cauſa capitali valeat Reus dare pro repetitis teſtibus, adversùs ſe receptis in Informatione ſummaria?

NEga: nam hoc eſſet renunciare defenſioni irrenunciabili contra Jus Divinum: *Non occides. l. ſi non defendantur.* 19. *D. de pœnis. l.* 1. *D. de quæſtionibus.* Patet namque in repetitione veritas eluceſcere, opponere teſtes inimicos, & ipſi teſtes poſſunt magis declarare veritatem. Guttierez *part.* 3. *de juramento confirmatorio cap.* 10. *num.* 3. 925 Nequit dare pro repetitis teſtibus in cauſa capitali.

An

An pro defenſione teſtes repetendi ſint, etiam quando proceditur de facto, ſola veritate inſpecta, ad modum belli?

926 Teſtes ſunt repetendi.

AFfirma: Oſaſcus *deciſ.*79. *num.*13. Merlinous *tom.* 1. *controverſ.* 42. Danza *pugna Doctorum tit. de teſtibus repetendis cap.*1.*n.*6.

927 Fortiùs in Regno.

Ratio eſt, quia defenſio tendit ad indagandam veritatem, quæ omni Jure inquirenda eſt, nec à Principe opprimi valet; Idque fortiùs in Regno ex *Pragmat.* 10. §. 11. *de officio Judicis.* & *Pragm.Delli* 89.*capi,cap.*51.*&* 83.

Si Reus non det teſtes pro repetitis, quid agendum?

928 Aliter conceditur Reo terminus ad ſe defendendum.

COnceditur Reo terminus ad ſe defendendum, in quo, Reo citato ad videndum juramenta teſtium, teſtes de novo deponere debent. Follerius in *practica criminali Rubr. Et demùm repetantur teſtes Curiæ. num.* 1. Grammaticus *conſ.* 15. *num.* 3. aliàs teſtes non probant. Campagna in *cap.Regni. Si juſtè.num.*53. Guazzinus *defenſa* 24. *cap.*9.*num.*6. Et ſi inveniantur mortui ante repetitionem, licèt faciant aliqualem probationem, non probant. Conciolus v. *teſtes quoad examen reſol.*6. *num.*10. Hodierna ad Surdum *deciſ.*103.*num.*6. Farinacius *quæſt.*72. *num.*133. Niſi fuiſſent defuncti Reo contumace; nam tunc probant, tanquam repetiti. Danza *Pugna Doctorum tit. de teſtibus repetendis cap.* 4. *num.*14. Petra *ritu* 145. *num.* 1.

929 In Regno.

Bajardus ad Clarum *quæſt.* 45. *num.*23. maximè in Regno ex *d. Pragm.*10. *de officio Judicis.* Scialoja in *praxi torquendi Reos tit.*6.*n.*20.

An Reus non famoſus, non notorius, non evidens, dans teſtes pro legitimè repetitis, valeat excipere contra ipſos, & eorum dicta?

930 Reus non notorius, non famoſus dans teſtes pro repetitis, adhuc poteſt excipere contra eos.

AFfirma: Farinacius *quæſt.* 72. *num.* 154. Bajardus ad Clarum *quæſt.* 45. *num.* 38. Majorana *Opopraxis lib.*3. *cap.*3.*num.* 21. Contra Ambroſinum *de proceſſu informativo lib.* 3. *cap.*5. *num.*53. Conciolum v. *teſtes quoad examen reſol.*6. *num.*29. Petram *ritu* 73. *num.*13. ajentes Reum tunc debere expreſsè ſibi reſervare repulſam.

Patet, quia examen legitimum tantùm efficit, ut teſtes ſint recepti juxtà ſolemnitatem Juris, citati, jurati: Itaut cenſeantur depoſuiſſe parte audita, quoad ſolemnitatem Juris. Conciolus, & Bajardus *loc. cit.* At teſtes legitimè recepti, adhuc repelli valent poſt publicatum in cauſa.

Secundo, quia secùs eſſet renunciare defenſioni irrenunciabili. Guazzinus *defenſa* 27. *cap.*1. *num.*1. Gomez 3. *variarum cap.*13.*n.*37.

Tertio, quia Judex veritatis indagator, & Juſtitiæ patrocinator, debet dare defenſiones, etiam Reo reluctanti; nam Reus non poteſt renunciare Juri Divino, & naturali: *Non occides*; nec poteſt facere, ne ipſe legibus Divinis teneatur, quibus Reus innocens non debet deperire. *l. ſi non defendantur.* 19. *D. de pœnis. l.*1. *D. de pœnis. l.*1. *D. de quæſtionibus.*

Hinc reſolvitur:

An Reo confeſſo, & convicto concedendæ ſint defenſiones?

AFfirma: Clarus §. *fin. quæſt.* 55. Paris de Puteo *de ſyndicatu*, v. *tortura*. Laganarius ad Rovitum *Pragmat.* 10. §. *fi. num.* 5. *de officio Judicis.* Nam veritati, & juſtitiæ ſemper locus debet eſſe, & fortè teſtes ſint inimici, ſubornati, & confeſſio fuit errore, timore, ſpe immunitatis, &c. 931 Reo confeſſo, & convicto dandæ ſunt etiam defenſiones.

An Reus renunciare valeat defenſionibus cum periculo famæ?

AFfirma: nam, ut bona fortunæ, ità famam Dominus projicere valet ſine aliorum præjudicio. D. Thomas 2. 2. *quæſt.*57. *artic.* 4. Covarruvias 1.*variarum cap.*2.*num.*8. Molina *tract.*4. *diſp.* 37. *concluſ.*2. Leſſius *lib.*2. *cap.*11. *dubit.* 6. Sotus 5. *de juſtitia quæſt.* 10. *artic.* 2. dicentes, hominem habere dominium ſuæ famæ. Contra Divum Antoninum 3.*part. tit.* 8. *cap.*4.§.1. Cajetanum 2.2.*quæſt.*23.*art.*2. ajentes non eſſe Dominum ſuæ famæ, nec ſuis defenſionibus renunciare poſſe. 932 Poteſt defenſionibus renunciare cum periculo famæ.

Hinc multò fortiùs renunciare valet defenſionibus in re levi, quia poteſt tunc Juri ſuo renunciare. Imola in *l.Cuſtodis, D. de publicis judiciis col.*3. Ananias in *cap. cum dilecti. num.* 3. *de accuſationibus.*

Adverſùs proceſſum ſe defendit.
§. II.

PRimo, ſi proceſſus ſit nullus. Eſt autem nullus ſi Judex procedat nec per viam accuſationis, inquiſitionis præcedente fama, nec denunciationis. 933 Proceſſus defectus, & nullitates.

Secundo, ſi teſtes, nec citati, nec jurati deponant.

Tertio, ſi Reus indefenſus ſit condemnatus. Abbas in *cap.dilecti. de judiciis.* Silveſter v. *Judex* 1. *quæſt.* 5. Coriolanus *de caſibus reſervatis par.*2. *caſu* 5. *de judicio regularium*, §.6. Navar. *conſ.*4. *de appellationib. in* 6.

Quarto, ſi non ſit citatus, ubi citandus erat, ſi ſit tortus ſine indiciis ſufficientibus.

Quinto, ſi de corpore delicti permanentis non conſtet. Farinacius *de inquiſitione quæſt.* 2. *num.*26. Carena *par.*3. *de officio Sanctæ Inquiſitionis tit.*12.*num.*173. Marſilius *conſ.*12.*n.*34.

Sexto, eſt nullus, ſi ſit formatus coram Judice incompetente, vel legitimè recuſato, vel contrà leges, & ritus Tribunalis, vel contrà reſcriptum Principis. Barboſa in *cap. tuis. de teſtibus.* Genuenſis in *praxi cap.*6. *num.*2. Maraota *par.*4. *diſt.*6. *num.*4.

Reus probat ſe innocentem.
§. III.

PRimo, evidentia facti, oſtendendo adhuc vivum, quem dicunt à ſe occiſum: Sic ſe defendit Divus Athanaſius contra Impoſtores, dicentes ab ipſo occiſum Arſenium ad uſum magiæ, quem in Concilio vivum Inſpexere. Clarus §.*fin.q.*52. Bordonus *tom.*1. *c.* 36.*n.*24. 934 Quomodo probetur Rei innocentia. 935 D. Athanaſius.

Secundo, probando ſe tempore delicti loco remotiſſimo verſatum.

Tertio, ſi conſtet delictum ab alio commiſſum.

Nulla Reo competit defenſio.
§. IV.

936 Quando non cōpetat Reo defenſio.

PRimo, in delicto noto, & notorio, etiam tergiverſatione inexcuſabili.

Secundo, ſi deprehendatur in flagranti delinquens.

Ex proceſſu tamen conſtare debet, cur denegatæ fuerint defenſiones. Menochius *lib. 1. de arbitrariis quæſt.17. num.15.* Decius *volum.1. conſ.18.num.6.* Majorana *Opopraxis lib.2.cap.3. num.21.*

Praxis uſque ad ſententiam.
§. V.

937 Praxis uſque ad ſententiam.

PRoductis probationibus intra terminum, fit decretum publicationis in cauſa.

Facta publicatione in cauſa, acta à partibus perſcrutantur. & ſi opus ſit petitur declaratio circa uſum teſtium, & ſcripturarum, an velint uti teſtibus, & ſcripturis productis.

Tertio, proponitur repulſa teſtium, ſi qui ſint repellendi: putà quia affines, quia inimici, quia ſuſpecti, & repulſa repulſæ; idque ſpectat ad defenſionem, quæ denegari nequit, niſi appareat manifeſta calumnia.

Quibus abſolutis, fit concluſum in cauſa, ratione cujus concluſionis, proceſſus dicitur compilatus, itàut nihil aliud ſit producendum.

Facta concluſione in cauſa, fit citatio ad informandum in Jure, & in facto, & ad ſententiam, ſine qua citatione non poteſt deveniri ad prolationem ſententiæ.

Facta tali monitione, proceſſu remanente penès Judicem, nihil aliud expectatur, quàm prolatio ſententiæ. Et ſic agamus;

De Sententiis pronunciandis.

TITULUS XI.

938 Sententia quid ſit.

SEntentia eſt definitio judicialis finem controverſiæ imponens, condemnando, vel abſolvendo. *l. 1. D. de re judicata.*

Debet ferri à Judice pro Tribunali ſedente. *l. 1. C. de ſententiis, & interlocutionibus.* Et lata ſententia definitiva, extinguitur officium Judicis in illa cauſa. *l. Judex. 55. D. de re judic. cap. venerabilis. de officio Judicis delegati.*

939 Stricte interpretanda.

Seotentia eſt ſtrictè interpretanda. *l. 1. C. ſi plures una ſententia,* & eſt individua. *l. fin. Cod. ſi adverſùs rem judicatam.* Afflictus *deciſ.218.*

Et io dubio pronunciandum eſt pro valore ſententiæ. *l. quoties. 13. D. de rebus dubiis.* Et ſic decernendum nullitates non obſtare. Valenzuola *lib.1.conſ.72.num.41.* Franchus *deciſ.228.* Idque ut lites celeriùs terminentur. *cap. finem litibus. 5. de dolo, & contumacia.*

Quæres: An tot ſint ſententiæ, quot ſunt res?
§. I.

940 Tot ſententiæ quot res judicatæ.

AFfirma: ad inſtar ſtipulationis individuæ, quæ multiplicatur multiplicatis rebus. Magonius *deciſ.55.num.3.* Gizzarellus *deciſ.12. in fine*; Et conſequenter Judex poteſt pronunciare in uno, non in alio capite, & modò in uno, deindè in alio. Franchus *deciſ.173.num.5.* Afflictus *deciſ.217.num.3.* ubi ſubſtinetur ſententia pro una, & non pro alia re, ſi condemnavit in diverſis bonis obligatis, ſcilicet & non obligatis. Similiter tenet ſententia reſpectu moniti, non verò reſpectu non citati. Albericus in *l. 1. C. ſi à non competente Judice.*

941 Contra vivum ferẽda.

Et lata contra vivum, & mortuum, ſubſtinetur contra vivum, non contra mortuum, niſi ſit individua in eodem capite concepta; nam tunc corruit tota. Franchus *deciſ.245.n.3.* Maſtrillus *deciſ.137.num.12.*

Niſi ſint delicta enormiſſima.

Sunt aliqui caſus, in quibus ſententia poteſt ferri contra mortuum, & ſunt enormiſſima delicta, ut læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ; tunc enim delinquens, etiam mortuus, ex hoc delicto condemnatur. idem eſt de illo, qui ſeipſum interimit. *l. quiſquis, Cod. ad leg. Juliam Majeſtatis.*

Et cenſura innodatos.

Similiter in cenſura, nam ſi hæres nolit ſatisfacere, excommunicatur, etiam defunctus; & tunc privatur etiam ſuffragiis, corpus in Eccleſia non ſepelitur. *cap. à nobis. 28. de ſentent. excommunic.*

Mortuo principali, an poſſit ferri ſententia contra Procuratorem, non citato hærede defuncti.

942 Mortuo principali fertur ſententia contra procuratorem.

AFfirma: lite jam conteſtata cum Procuratore; nam tunc Procurator eſt Dominus litis, & ſic condemnatur in damnum hæredis defuncti. Molteſius *conſ.3. num.45.* Galluppus *par. 3. praxis cap. 6. num. 5.* Ripa *ſingularium cap.24.* Maranta *par.5. praxis num.12.* Corduba *ſingulari 95.* Riccius *collect. 688.* Anna *allegat.14.* Capycius Latro *deciſ.85.num 20.* Torus *par.1. Compendii. v. Judicium cœptum.* Rovitus *Pragm.1. num.6. de Procuratoribus.* Petra *ritu 234. num.23.*

Quando ſententia ferenda ſit?
§. II.

943 Quando ferenda.

DIe, non noctu. *§. ſedebunt, Auth. de Judicibus.* Vivius *opin.703. n.1.* idque verùm io quovis actu judiciario. *c. conſuluit. 34. de officio, & poteſtate Judicis delegati.* Niſi conſuetudo obtinuerit noctu ferri ſententias. Felinus in *d. cap. conſuluit. num.18. de officio Delegati*; vel niſi ſententia feratur noctu conſenſu partium. Menochius *de arbitrariis qu.62.num.4.* vel niſi noctu feratur triplici lumine accenſo. Cevaglios *Communium qu. 670. num. 7.* vel ſaltem uno lumine. Gratianus *Forenſium cap. 199. num. 18. & 20.* Ludovicus ab Eccleſia *obſervat. 28. num.15.*

Quotuplex ſit ſententia?
§. III.

Quotuplex.

TRiplex: Deſolutiva: Habens vim definitivæ, & interlocutoria.

944 Definitiva.

Definitiva terminat negotium principale, condemnando, vel abſolvendo.

945 Habens vim definitivæ.

Habens vim definitivæ terminat omne aliud inter principium, & finem litis, ex quo ſequitur damnum irreparabile.

Dicitur habere vim definitivæ, quia ut damnum eſt irreparabile illatum à definitiva, ità illatum à ſententia habente vim definitivæ, ut ſententia condemnans ad carceres, ad torturam, ad triremes loco depoſiti, habet vim defi-

definitivæ, quia damnum illatum numquam reparari poterit per aliam ſententiam, nec enim fieri poterit, ut tortus, carceratus, damnatus ad triremes, non ſit paſſus carceres, torturam, ignominiam triremium. Capycius *deciſ.*144. Riccius *par.*3. *collect.* 537.

946 Interlocutoria.

Interlocutoria terminat omne aliud emergens, incidens, annexum, connexum inter principium, & finem litis, cujus damnum per ſententiam definitivam cauſæ principalis reparatur. *l. ex ſtipulatione.* 7. *C. de ſententiis, & interlocutionibus omnium Judicum.* Scaccia *de ſententia, & re judicata.* *Gloſſa* 14. *quaſt.* 5. Menochius *lib.*1. *de arbitrariis quaſt.*45.

Differentia inter Sententiam definitivam, & Interlocutoriam.
§. IV.

947 Differentiæ inter definitivam, & interlocutoriã ſententiam.

PRima eſt, ut Judex lata definitiva ſententia, nequeat in illa cauſa aliquid amplius judicare, nec ſententiam mutare, aut corrigere quoad ſubſtantiam. *l. Judex poſteaquam.* 55. *D. de re judicata. cap. in literis.* 9. *cap. venerabili.* 37. *de officio, & poteſtate Judicis delegati.*

At in Interlocutoriis poteſt ſententiam corrigere. *l. quod juſſit.* 14. *D. de re judic. cap. cum ceſſante.* 60. *de appellationibus.*

948 Interlocutoria revocatur contrario imperio.

Imò poteſt revocare contrario imperio totam ſententiam. *cap. ſi à Judice. de appellationibus in* 6. *d. l. quod juſſit, D. de re judicata.* Surdus *conſ.*288. *num.* 20. nam remanet Judex in tota cauſa.

949 Et uſque ad definitivam.

Et poteſt ſententiam interlocutoriam revocare uſque ad prolationem definitivæ; itaut quoad Judicem non tranſeat in rem judicatam, etiam elapſis decem diebus. Berous *conſ.* 19. *num.*24. Imò tenetur illam revocare, ſi id ſuadeat æquitas, etiamſi partes elapſis decem diebus nequeant petere revocationem. Jaſon in *l. quod juſſit, D. de re judicata num.*46. Alex. *lib.*3. *conſ.*119. *num.*46.

Et ſi appellatum ſit ab Interlocutoria, adhuc Judex à quo illam revocare poterit, ſi non habeat vim definitivæ. Alex. in *l. quod juſſit, D. de re judicata.* Scaccia *de ſenten. & re judicata.* *Gloſſa* 14. *quaſt.* 17. *num.*101. Maranta *part.*6. *praxis tit. de ſententia num.*46.

950 Secunda differentia.

951 Lata ſententia definitiva Judex caret Juriſdictione in illa cauſa.

Secunda differentia eſt inter definitivam, & Interlocutoriam, quia lata definitiva Judex nihil poteſt in illa cauſa facere, nec ſententiam exequi, etiam intra decem dies conceſſos ad appellandum; nam prorsùs Juriſdictione in illa cauſa caret. *l. Paulus, ſa* 1. *l. Judex poſteà quam.* 55. *l. Actorum.* 46. *D. de re jud.* Et ſi quid faciat, nullum eſt, & revocatur, ut attentatum, *cap. non ſolùm.* 7. *de appellationibus in* 6.

952 Decem dies ad appellandum.

953 Si ſit interlocutoria intra decem dies poteſt procedere ad ulteriora.

At ſi ſententia ſit Interlocutoria intra decem dies datos ad appellandum, poteſt procedere ad ulteriora. Gloſſa in *cap. licèt. fin.* v. *appellari. de appellationib. in* 6. Imò id etiam poteſt appellatione interpoſita, ſi appellationi non detulit, hoc eſt appellationem non admiſit, vel non ſit inhibitum à Judice ad quem; nam ſi ei legitimè ſit inhibitum, nulliter ad ulteriora procedit; & omnia interim acta revocantur, ut attentata. *d. cap. non ſolùm.* Maranta *de ordine judiciorum par.*6. *tit. de appellationibus num.*161. Alex. *lib.*1. *conſ.*89. *num.*9. Aſinus in *praxi* §. 31. *cap.* 3. *num.* 2. Minſiogerius *centur.*3. *obſervat.*87. Covarruv. *practicarum cap.*24. Maſcardus *de probationibus concluſ.*148. *num.*28. Thuſcus *litera A. concl.*547. *num.*3. Theſaurus *deciſ.*49. *num.*1. Oſaſcus *deciſ.*5. *num.*7.

954 Data appellatione Judex nihil innovat.

Similiter ſi Judex detolit appellationi ab Interlocutoria, à ſe abſtulit Juriſdictionem, nec aliquid innovare valet, & ſi quid innovet, revocatur, ut nullum, & attentatum. *cap. cum appellationibus.* 5. *de appellationib. in* 6. Alex. *lib.*1. *conſ.*89. *num.*9.

955 Niſi cum clauſula: *Si, & in quantum juris eſt.*

Niſi detulerit appellationi cum clauſula: *Si, & in quantum Juris eſt*; nam tunc ſe ingerit, non obſtante appellatione ab Interlocutoria. Minſing. *centur.*4. *obſervat.*46.

De Sententiis annullandis.

TITULUS XII.

956 Sententia infirmatur.

SEntentia multis modis infirmari valet.

957 Reformatione.

Primo, per reformationem, qui eſt actus Judicialis, quo pars petit ſententiam contra ſe latam reformari à Judice ſuperiore.

958 Reſtitutione in integrum.

Secundo, per reſtitutionem in integrum adversùs ſententiam, de qua *lib.*1. *Civil. à n.*572.

959 Contrario Imperio.

Tertio, contrario imperio revocatur ab eodem Judice, ſi ſit ſententia Interlocutoria.

960 Reviſione.

Quarto, reviſione ex iiſdem actis.

961 Nullitatibus.

Quinto, oppoſitione nullitatum.

962 Appellatione.

Sexto, appellatione, de quibus omnibus ſuis locis actum, non eſt, quod hìc ampliùs detineam: tantùm aliqua de Appellationibus dabo. (1)

De Appellationibus.

TITULUS XIII.

963 Quid ſit appellatio.

APpellatio eſt provocatio à minori ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi. *cap. ut debitus.* 59. *de appellat. can. omnis, c. ſi quis* 2. *quaſt.*6.

Eſt duplex, una ſuſpenſiva, & devolutiva, altera devolutiva, non ſuſpenſiva.

Dividitur in ſuſpẽſivam.

Suſpenſiva, & devolutiva impedit executionem ſententiæ, & devolvit cognitionem cauſæ à Judice à quo, ad Judicem ad quem.

964 Et devolutivam.

Devolutiva, non ſuſpenſiva eſt, quando ſententiam exequitur, ſed cauſa devolvitur ad Judicem ad quem, & ſolùm Judex ad quem de cauſa cognoſcit, non impedita executione ſententiæ.

965 In judicialẽ.

Datur appellatio judicialis, & extrajudicialis.

966 Et extrajudicialem.

Judicialis fit in Judicio, in Curia. Extrajudicialis fit extra Curiam coram honeſtis viris, & Notario. Et fit quando deeſt copia Judicis, vel Actuarii, dolo, vel caſu fortuito. Cravetta *conſ.*240. *num.*3. Abb. in *cap. ſuſpectum. num.*7. *de appellationibus.*

Qua-

(1) De Nullitatibus, & Appellationibus Auctor in Opuſculis fuſè tractat, abſolutus, & benè digeſtos tractatus in medium adducens, eos digerens ad normam Juris communis, & Regni.

Quæres quando quis poſſit appellare non coram Judice?

§. I.

967 Coram honeſtis viris appellatur abſente Judice.

AFfirma: & accidit quando Judex inveniri nequit, vel eſt abſens, vel nequit inveniri ſine metu: tunc enim licet appellare coram honeſtis viris. *l.1. C.de his, qui per metum Judicis non appellaverunt, cap. ult. de appellat.* Surd. *lib.2.deciſ.*228.

De Tempore ad appellandum.

§. II.

968 Intra decem dies continuos eſt appellandum.

TEmpus ad appellandum ſunt decem dies continui de momento ad momentum, incluſis etiam diebus feriatis ad honorem Dei. *Auth.hodie, C.de appellat.cap.concertationis. de appellat. in 6. l.1. C. de feriis.* Idque etiam Jure Regni ex Conſtitutione: *Appellationum tempora.* Qui incipit currere à die intimationis ſententiæ de jure communi. At à ſententiis S.R.C. incipiunt currere à die latæ ſententiæ. Lanarius *conſ.97.num.2.* & talis terminus non poteſt prorogari etiam conſenſu partium, Cacheranus *deciſ.7.num.6.*

969 Poſita appellatione dantur xxx. dies ad petendos Apoſtolos, & L. ad præſentandas ſcripturas.

Interpoſita appellatione dantur triginta dies ad petẽdum Apoſtolos, & quinquaginta ad præſentandum ſcripturas, intra quos quinquaginta continentur illi triginta. *Auth. ei qui, C. de temp. appellation. cap. ab eo. de appellat. in 6.* Rota *par.1. diverſorum deciſ.*78. Fliſict.in *Conſtitut. Appellationum tempora. num.*8. licèt in Regno in Curiis ſecularium non quærantur Apoſtoli. Caravita *ritu* 260.*num.*2.

970 Currit à die interpoſitæ appellationis.

Quinquaginta dies incipiunt currere in Regno interpoſitæ à die appellationis. Conſtitutione: *Appellationum tempora,* ibi: *à die appellationis interpoſitæ.* Petra *rit.*651.*n.*24. cõtra Gratian. ajentem currere completo primo fatali, hoc eſt elapſo primo termino decem dierum.

971 Quãdo præſẽtanda cauſa appellationis.

Tempus ad præſentandam cauſam appellationis eſt annus, & cum cauſa biennium. *cap. cum ſit Romana.5.de appellat.*

Appellatio eſt proſequẽda, aliter ſẽtentia exequitur.

Appellans tenetur proſequi appellationem, aliàs elapſis fatalibus, ſententia tranſit in rem judicatam, ita ac ſi numquam fuiſſet appellatum. *Auth. ei qui, C. de temporibus appellationum.* Conſtitut. Regni: *Appellationum tempora.*

Id etiam in Reclamationibus.

Et id etiam currit in Reclamationibus Sac. Reg.Conſ. *Pragm.*53.*de officio S.R.C.* Franch.*deciſ.*646.*deciſ.*144.*num.*16.

972 Quando dicatur deſerta.

Et tunc appellatio dicitur deſerta, ita ac ſi non ſit appellatum intra decem dies: vel ſit appellatum, & deindè appellans non proſequatur cauſam appellationum, ſinatque labi fatalia. Conſtitutione: *Appellationum tempora.*

973 Appellans debet producere copiã proceſſus.

Appellanſque ſuis ſumptibus debet producere copiam proceſſus. Cavalcanus *par.3.deciſ.*11.

974 Reus appellans tranſmittitur expẽſis Curiæ.

Si verò Reus ſit etiam tranſmittendus ad Judicem ad quem, tunc debet tranſmitti expenſis Curiæ, quæ tenetur illum tranſmittere. Numquam tamen ad id tenetur Reus etiam dives, nam eſt grave duci ad carceres propriis expenſis, & indè fortè ad ſupplicium. Anton. Faber *9.Codicis tit.3.definit.*1.

Quæres, an deſerta appellatione Judex ad quem procedere valeat in meritis cauſæ?

§. III.

975 Deſerta appellatione Judex ad quem non procedit.

NEga: nam tunc eſt ità ac ſi non fuiſſet appellatum. *l.tempora. l. per hanc, Cod. de temporibus appellationum;* adeòque caret juriſdictione in illa cauſa, quam tantum jure appellationis decidere poſſet. Scaccia *de appellationibus quæſt.*15.*num.*1010.

976 Judex à quo ſententiam exequitur.

Adeòque Judex à quo ſuam ſententiam exequi poterit. Maſtrillus *deciſ.*222. Mintingerius, & Facchineus, qui id aſſerunt etiam ſi appellatio non fuerit declarata deſerta, cujus oppoſitum docet Rovit.in *Pragm.1.n.10. de appellat.* ſcilicet appellationem declarandam eſſe deſertam; adeòque ſemper ac non eſt declarata deſerta, Judex ad quem poteſt cognoſcere ex eiſdem actis de juſtitia appellationis. Urſillus ad Afflictum *deciſ.*39.*num.*2. Ita practicatum refert de Marinis ad Reverter. *deciſ.*535.*num.*3.*in fine.* Marotta *Forenſi cap.*13.

977 In S. R. C. etiam declarata appellatione deſerta, ſentẽtia revideri poteſt.

Inſuper in S.R.C. non obſtante quin appellatio fuerit declarata deſerta, poteſt ex eiſdem actis S.C. illam ſententiam revidere. Capycius Latro *lib.1.deciſ.*100. *num.*15. Sanſelic. *lib.* 1. *deciſ.6.num.*9. Grammat.*deciſ.76.num.*5. quòd non currit in aliis Tribunalibus inferioribus, puta in M.C.V. Ricc.*collectan.*1744. Tappia in *Conſtitut. Regni,* quæ incipit: *Appellationum tempora.num.*9.

Qui non poſſint appellare?

§. IV.

978 Nõ appellat ſcienter cõfeſſus, & damnatus.

PRimo, non appellat judicialiter, legitimè, ſcienter confeſſus, & condemnatus ad pœnam debitam. *l.obſervare.2. C.quorum appellationes non recipiuntur.*

979 Officialis ob abuſum ſui officii, niſi ab exceſſu pœnæ.

Secundo, non appellat Officialis condemnatus ob abuſũ ſui officii, niſi pœna fuerit exceſſiva, nam tunc appellare poterit, ſe gravans ab exceſſu pœnæ. *l.ab executione.5. C. quorum appellationes.*

980 Fiſcus non appellat à ſentẽtia abſolutoria Rei.

In Regno Fiſcus non appellat à ſententia abſolutoria Rei, ex *Ritu M.C.* 258. Franch. *deciſ.* 148. de Marinis *lib.* 1. *cap.* 150. Sed Jure communi appellat. *l.illud.9. la 2.D.de appellat.*

981 A decreto ſpolii, extractationis, alimentorũ, &c. non appellatur ſuſpenſivè.

Quarto, non appellatur ſuſpenſivè à decreto ſpolii, extractationis, ſolutionis penſionis, alimentorum, ſalarii debiti ſervis, funeralium, collationis Parochiæ. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*18.

982 Et in tenui ſumma.

Quinto, in levi ſumma non datur appellatio ſuſpenſiva. Ricc. *par.1.collectan.*138. v.g. ſi ſit ſumma triginta carolenorum.

983 In M. C. V. non appellatur ſuſpẽſivè infra ſummã 150. ducatorum.

Et in M.C. Vicariæ non appellatur ſuſpenſivè in cauſis infra ſummam 150. ducatorum, ſed ſententia exequitur præſtita cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ. *Pragmat.*3. *§.4. de officio S.R.C.*

984 A decretis Viſitationis non appellatur. V. *lib.* 1.*n.*499.

Sexto, à decretis latis in Viſitatione, non datur appellatio ſuſpenſiva, niſi præjudicium ſit irreparabile, ſed datur devolutiva. Genuenſis in *praxi cap.*88.*num.*41.

985 Ab obligatione Camerali.

Septimo, ex ſententia ab obligatione Camerali, nec datur appellatio ſuſpenſiva. Theſaur. *deciſ.*36.*num.*11.

986 Et in cauſis executivis.

Tandem à ſententiis habentibus paratam executionem, & à cauſis executivis non datur appellatio ſuſpenſiva. *l. penult. D. depoſiti.* Menoch.*de retinenda.remedio* 50.

987 Et à ſolutione pẽſionis.

Sicut nec datur appellatio ſuſpenſiva in ſententiis, ut ſolvatur penſio. Gigas *de penſionibus cap.35.num.6.in fine.*

988 In præcedẽtia, ſepultura, in reportandis fructibus.

In cauſis præcedentiæ, in ſepulturis mortuorum, in reportandis fructibus ſub tecto, nec

datur

datur appellatio ſuſpenſiva. Gratian.*deciſ*.232. *num.* 1.

Quot modis poſſit fieri appellatio.
§. V.

989 Appellatur verbo, atque ſcripto.

Duplici modo, primo verbo, ſecundo ſcripto. Verbo ſi pars gravata appellet. *l. litigatoribus, C. de appellation.* Poteſt etiam fieri ſcripto, ſi pars penès acta interponat ſuam appellationem. *l.* 1. *§. dies, D. quando appellandum ſit*, & debet exprimi cauſa gravaminis.

990 Et facto.

Tertio, appellari poteſt facto, ſcilicet adeundo ſuperiorem Judicem ad quem, & Jure Canonico quilibet poteſt appellare ad Summum Pontificem à quolibet Ordinario. *can. ſi quis veſtrum*. 2. *quæſt*.6.

De Re judicata, & Executione Rei judicatæ.

TITULUS XIV.

991 Res judicata eſt ſententia.

Res judicata eſt ſententia, quæ nollo Juris ordinario remedio valet ampliùs reſcindi.

Dixi ordinario remedio, ad excludenda extraordinaria per gratiam Principis, aut per reſtitutionem in integrum contra ſententiam. *Auth. hodie, C. de appellationibus.*

992 Sententia quæ tranſiit in rem judicatam, exequitur.

Poſtquam ergo ſententia tranſiit in rem judicatam, devenitur ad illios execotionem inſtante parte. *l. poſt rem judicatam*. 56. *D. de re judicata. Pragm.* 1. *de officio Sacri Regii Conſilii*, & in Sacro Regio Conſilio ſententia parti non intimatur, ſed expeditur mandatum de parendo. Torus in *Compendio deciſionum*, v. *reclamatio*.

Et conſequenter Jodex, qui ſententiam tulit, illam debet exeqoi. *l. ſi Prator, D. de judiciis*. Pratos *tom*.3.*cap*.12.*num*.2.

Sed quid ſi proferens ſeotentiam careat Juriſdictione in re, vel perſona condemnati: putà deindè Clericati.

Tunc imploratur officium Judicis, cui Reus ſubjicitur. *l. à Divo Pio*. 15. *§. ſententiam, D. de re judicata*; & ſic Clericus in cauſa reconventionis condemnatus à laico, cogitur à proprio Epiſcopo, ut pareat ſententiæ Judicis laici in cauſa reconventionis latæ, & pariſormiter dicas de Judice Eccleſiaſtico pronunciante contra laicum, ut ſcilicet imploret brachium Judicis iaici, pro executiooe ſuæ ſententiæ contra laicum condemnatum. Riccius *collect*. 573. Rovitus *Pragm*.7.*de Citationibus*.

In quibus rebus ſit facienda executio?
§. I.

993 Executio.

Sententia ſequitur naturam actionis: & realis afficit rem, & etiam perſonam, quæ rem detinet. Perſonalis verò fertur contra perſonam, quæ perſona ſolvit deindè ex bonis, ſi habet. *l.*1.*C. qui bonis cedere.*

Sententia lata contra maritum, non exequitur in bonis dotalibus, nec in fructibus dotis. Gamma *deciſ*. 200. niſi proot fructus excedant onera matrimonii, pro rata exceſſus. Galluppus *par*.3.*praxis cap*.2.*num*.9.

994 Executio nõ fit in depoſito facto ad doctorandũ.

Executio verò non poteſt fieri in depoſito facto ad doctorandum. Rovitus in *rubr. de Scholaribus doctorandis num*.18. nec in Breviario; Doctores io *cap. quoad conſultationem. de executione rei judicatæ.*

Quantum tempus detur pro exequenda ſententia?
§. II.

995 Tempus ad ſententiæ executionem.

Diſtingoas: actionem realem à perſonali.

In actione reali ſtatim fit executio, ſi aliqua exceptio non officiat. *cap. quærenti. de officio Delegati.*

996 In actione perſonali datur quadrimeſtre.

In actione perſonali datur quadrimeſtre à die rei judicatæ. *l. debitoribus. D. de re judicata*, & *l.*2.*C. de executione rei judicatæ.*

997 In S. C. ſtatim exequitur.

At in Sacro Regio Cunſilio ſtatim fit executio, ſivè actio ſit realis, ſivè perſonalis. *Pragm.* 4. *de officio Sacri Regii Conſilii.*

Venditis autem rebus ſub haſta, prior Dominus intra octo dies, & etiam arbitrio Judicis poteſt redimere res venditas. Speculator *§. reſtat, §. penult. de executione rei judicatæ.*

998 Bona vendenda, primo mobilia, & poſtea ſtabilia, tertio incorporalia.

Bona autem vendenda ſunt gradatim. Primo Mobilia. Secundo Stabilia. Tertio Incorporalia, nomina, & Jura. *l. à Divo Pio, §. in venditione, D. de re judicata.*

999 Executor non cognoſcit merita cauſæ.

Executor autem non debet cognoſcere de meritis cauſæ, ſi eſt inferior Judex, cujus brachium imploratur. *cap. de cætero. de re judicata. l. ſi Prætor*. 75. *D. de judiciis*. Guidon Papa *deciſ*.574. Roſa *conſult*.4.*num*.5.

Niſi ſit æqualis, vel ſuperioris Juriſdictionsi, ſed ſummariè.

Si verò executor ſit æqualis, vel ſoperioris Juriſdictionis, tunc nequit cognoſcere plenariè de meritis caoſæ, ſed ſummariè, quaſi extrajudicialiter ex ijſdem actis. *l. à Divo Pio, §. ſi ſuper rebus, D. de re judicata, dict. cap. de cætero. de ſententia, & re judicata.* ibi: *toto negotio*; nam poteſt velle inſtruere ſuam conſcientiam de meritis cauſæ, & ſi evidens ſit injuſtitia, illam non exequitur. Sanfelice *deciſ*.298. *in fine*. Merlinus *lib*.2. *Forenſium cap*.98. *num*.22. Abbas, & alii contra Surdum, & Gratianum, ajentes, liberè poſſe exequi ſententiam evidentem injuſtam.

1000 Executio fit juxta leges loci, ubi exequitur.

Et in executione ſervandæ ſunt leges loci, in quo fit executio. Baldus in *l. unica num*.4. *C. ne filius pro patre*. Colerus *par*.1. *de proceſſu executivo num*.210. Roſa *conſult*.4.

De Feriis.

TITULUS XV.

1001 Feriæ Gentilium.

Omnia viciſſitudine aguntor, imò viciſſitudinem ipſam agunt. Meritò etiam, ut ſtudia, ità lites intercidunt; Idque ab aliis dimanatum perenni perſeverat obſervantia. Abrogatæ gentium feriæ fuerunt, Cereales, Vulcanales, Saturnales, Bacchanales. De quibus Macrobius *lib*.1.*cap*.10. Subrogatæ ſunt à Religione Chriſtiaoa aliquæ in honorem Sanctiſſimæ Trioitatis, & aliquæ in honorem Sanctorum, & ab hominibus aliquæ. (1)

Fe-

(1) Feriarum antiquitatem, uſum, ac earum diviſiones latè explicat eruditus Gonzalez ad *cap. conqueſtus. fin. de Feriis* in Commentario, quem adi, ſi eruditionis aculeo pungeris.

Feriæ ſunt tempora in quibus à litibus deſiſtendum eſt. *l. omnes. l. dies, C. de feriis.*

1002 Quot ſunt feriæ.

Feria triplex eſt: Solemnis, Repentina, & Ruſtica. Solemnis ab Eccleſia inſtituta in honorem Divinorum. *cap. 1. & 2. cap. conqueſtus. de feriis*, Quibus non licet partibus renunciare, & acta judiciaria tunc ſunt nulla. *cap. fin. eod. tit. l fin. C. eodem.* Novarius ad *rubr. Pragmat. de feriis. collect. 1. num. 7.* Itaut nec tunc liquida etiam quarantigiata ſcriptura exequi valeat. Alex. *lib. 5. conſ. 78. num. 18.* Menochius *de arbitrariis quæſt. 3. num. 14.* Altimari *de nullitatibus rubr. 9. qu. 40. num. 9.* Magonius *deciſ* 49. *num. 14.* id aſſerens etiam de Laudo; & eſt nulla etiam ſententia forojudicationis tunc lata. de Marinis *lib. 1. cap. 118.* Scialoja *de forsjudicatis cap. 12. num. 18.*

1003 Solemnes in honorẽ Dei, & SS. ſunt inſtitutæ.

1004 Non fit executio in ſcripturis.

1005 Licet tamen appellare.

Fieri autem tunc licet Proteſtatio, Interpellatio, Appellatio, & quivis actus extrajudicialis. Alexander *loc. cit.* Menochius *de arbitrariis quæſt. 3. num. 14.*

1006 Repentinæ ob aliquod incidens indicuntur.

Repentinæ inſtituuntur ob repentinum aliquod incidens, vel emergens: putà ob victoriam, mortem, vel nativitatem Principis. *l. ſed, & ſi. 26. §. ſi feria. D. ex quibus cauſis majores.* Peguera *deciſ. 54. num. 1.* In quibus feriis non fit actus judiciarius. Theſaurus *deciſ. 39. num. 7.*

1007 Ruſticæ ob colligendos fructus.

Ruſticæ ſunt Inductæ favore annonæ, & ſic favore invigilantium rebus ruſticis, ſcilicet frumenti, vini, olei, &c. *l. 1. D. de feriis. l. omnes, C. eodem.*

Excipias cauſas Fiſcales, in quibus proceditur feriis non obſtantibus. *l. publicas, C. eodem.* Excipias ſecundo res, quæ moram non patiuntur. *l. ſolent, D. de feriis.*

Iſtæ valent renunciari.

Iſtis feriis partes renunciare valent, nam inductæ ſunt ad eorum favorem. *cap. fin. eodem tit. l. ſi feriatis. 6. D. eodem.* Theſaurus *loc. cit. num. 1.* Vodè acta tenent, niſi excipiantur. Gizzarellus *deciſ. 58. num. 6.*

1008 Quando incipiant, & deſinant.

In Regno feriæ æſtivæ comprehendunt ferias ruſticas à 14. Julii ad 8. Septembris; deindè impetrantibus Electis hujus Civitatis protractæ ſunt uſque ad diem 4. Octobris, & ad ſummum ad 18. in gratiam litigantium. Calà *de feriis q. 3.* Altimari *de nullitatibus rub. 9. quæſt. 40. nu. 5.*

Tempore feriarũ excarcerantur debitores cũ cautione juratoris.

Et ex *Pragm. 2. de feriis* ſervanda eſt conſuetudo excarcerandi debitores omnes in cauſis civilibus à menſe Julii, uſque dictum menſem, præſtita cautione juratoria, ſi jurans ſit vir probus. *cap. final. de ſententia excommunicationis in* 6. Francus *deciſ. 317.*

1009 Ex conſenſu partium cũ diſpenſatione in cauſis proceditur.

In iſtis feriis conſenſu utriuſque partis ſolet impetrari diſpenſatio à Prorege, ut procedatur feriis non obſtantibus. *l. 1. D. de feriis*, ibi: *Sponte litigantibus.* Hernia in *cap. 1. num. 5. tit. qualiter vaſallus.* Petra *Ritu* 208. *num. 17.* & etiam Epiſcopus diſpenſare poteſt, ut in iſtis procedatur, ſi ità fuerit conſuetudo; nam conſuetudo ità interpretatur Jus commune. Medices *deciſ. 93. num. 21.*

1010 Renuncians feriis, illas nequit allegare.

Renuncians feriis, non poteſt ferias allegare, ex regula: *Quod ſemel placuit.* Petra *loc. cit. num. 150.*

1011 Illæ opponi poſſunt in qualibet parte judicii.

Exceptio autem feriarum opponi valet in qualibet parte judicii. Angelus in *l. 2. §. excipitur, D. de feriis.* Menochius *lib. 1. de arbitrariis caſu 140. num. 3.*

An die feriato valeant examinari validè teſtes qui jurarunt in die non feriato?

1012 Teſtes validè examinantur die feriato, qui jurarunt in die juridico.

AFfirmat Antonellus *de tempore legali lib. 4. cap. 9. num. 19.* Paxjordanus *lib. 11. tit. 1. num. 180.* Maranta *part. 6. praxis actu 10. num. 32.* Menochius *lib. 1. de arbitrariis qu. 30. num. 15.* Guidon Papa *deciſ. 215. num. 3.* Guazzinus *defenſa Reorum 14. cap. 11.* Vivius *opinione 992.*

Patet ex *cap. 2. de feriis*: ubi actus non judicialis poteſt fieri, talis eſt receptio mera teſtium; nam retrotrahitur ad tempus præſtiti juramenti.

Juramentum ergo nequit exigi à teſtibus in die feriato, nec in civilibus, nec in criminalibus. *cap. 1. de feriis*; niſi urgeat graviſſima neceſſitas. Abbas apud Paxjordanum *lib. 11. tit. 1. num. 196.*

An poſſit procedi tempore Feriarum ruſticarum ad actus judiciales, in quibus Judex poteſt procedere de plano, ſine ſtrepitu, & forma judicii?

1013 In feriis ruſticis Judex poteſt procedere ſine ſtrepitu, & forma judicii.

AFfirma: nam tunc hujuſmodi feriæ non tendunt ad veritatem indagandam, & potens procedere de plano ſatis eſt, ſi veritatem ſolam diligenter perquirat, aliis ſolemnitatibus omiſſis. Gizzarellus *deciſ. 58. num. 11.* Barboſa *clauſula: ſola facti veritate inſpecta. nu. 16.* Aſinius in *praxi §. 3. cap. 7.* At non poſſet in feriis ſolemnibus ad divinum honorem, quia non pendent à Principis ſecularis poteſtate. Cavaloanus *par. 4. de brachio Region. 293.*

An tempore feriato liceat carcerare flagitioſos?

1014 Flagitioſi carcerari valent etiam tempore feriarum.

AFfirma: *l. Provinciarum. 9. l. dies feſtos.* 10. *C. de feriis*; ubi famoſis latronibus mors poteſt etiam infligi in die feriato, *l. publicas, C. de feriis*; ubi in cauſis publicis, & Fiſcalibus poteſt procedi in die feriato. *cap. ſignificaverunt. 21. de judiciis.* de Angelis ad Gizzarellum *deciſ. 58. num. 7.* & hodie eſt correcta *lex 6. Cod. de feriis*; ubi tempore Quadrageſimali cauſæ criminales erant conſopitæ.

An autem poſſit fieri executio in cauſa civili?

1015 Executio in cauſa civili an poſſit fieri dubitatur.

AFfirmat Archidiaconus in *can. ſicut. 2. qu. 1.* de Senis *conſil. 139.*

Negat Gratianus *deciſ. 174. num. 16.* Cenedus *part. 2. collectaneo 142. num. 4.*

Diſtinguit Guidon Papa *deciſ.* 215.4 & negat in die Dominico, concedit in aliis feſtis.

An die feſtivo poſſit capi debitor ſuſpectus de fuga?

1016 Suſpectus de fuga capitur tempore feriarum.

AFfirma: Bartolus, & Baldus in *l. dies feſtos. 10. C. de feriis.* Maſcardus *lib. 2. de probationibus concl. 823. num. 23.*

Patet, quia feſtivitas non fovet fugientis iniquitatem. *l. ſi feriatis. D. de feriis. l. cuſtodias, C. de publicis judiciis. l. penultima. C. de feriis.* Francus *deciſ. 259.* Sanfelice *deciſ. 173.* ubi fuit etiam publicus latro ſuſpenſus in die feſtivo. Secundo, quia ſuſpectus de fuga, diù, noctuque

cspi

capi poteſt. Caravita *Ritu* 80. Mauſonius *de cauſis executivis ampliatione* 5.*num*.5.

An in die feriate fieri valeat quivis actus ad publicam utilitatem?

1017 *Et fieri valeſ quivis actus ad publicam utilitatem.*

AFfirma: Rebuffus *de privilegiis Scholarium privilegio* 4. *in principio*. Danza *tom*.2.*pugna DD. tit.de feriis cap*.1. *num*.8. Amatus *deciſ*.26.*num*.8.

Patet ex *l.publicas*.5. *C. de feriis*.

1018 *Sicuti cauſæ pauperum.*

Demùm cauſæ pauperum, & miſerabilium perſonarum valent agitari in die feriato, etiam ad Dei honorem; nam tunc hic eſt actus pietatis, & juſtitiæ; Adeòque etiam in die feriato

1019 *Et ut Reus exearcere-tur.*

decidi poteſt, ut Reus exerceretur. Novarius *tom*.2.*gravamine* 187.*num*.6. Vela *tom*.2. *diſſert*. 39. *num*. 44. *cap. conqueſtur. fin. de feriis*, ibi: (*niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat*.)

Modò eſſet percurrendus vaſtus campus actionum humanarum, quæ in diebus feſtivis exerceri valent, quæ non, & quæ ſint artes ſerviles, quæ feſtivo tempore exerceri nequeunt. Omnia hæc cùm de Sacrificio Miſſæ, ubi quæ in feſtis nequeunt exerceri, comprehenſivo calamo plenè expoſuimus. Modò ievandus tantiſper calamus urgentibus undique non tantùm temporis, ſed etiam humerum refractantibus tempeſtatibus, quæ cogunt navim ducere in altum, nè propè litus naufragium patiatur. Tu verò quiſquis es, qui oſtinato labore ſuperaſti ſtudiorum difficultatem, conquieſcito; nam ego converſo navigio altiora petens, merces nobiliores in tanto vaſto dicendorum pelago eruens è fluctibus ſudorum, adhuc ditare tuam mentem feſtino.

De Advocatis.

TITULUS XVI.

1920 *In Jure, qui dicuntur Advocati.*

ADvocati dicuntur poſtulare in Jure; & poſtulare eſt comprobare, vel tueri Jus alterius coram Judice. *l*.1. §. *poſtulare, D.de poſtulando*.

1021 *Et ſint Doctores, aut Licentiati.*

Advocatus debet eſſe Doctor, vel Licentiatus. Damadeus in *practica civili cap*.96.*num*.4.

Quares, qui non poſſint advocare?

1022 *Advocare non poteſt Mulier. Pueri. Servi.*

PRimo, Mulier. *l*.1. §. *ſexum*, *D. de poſtulando*.

Secundo, Pueri. *d.l*.1.

Tertio, Mancipia. Speculator *lib*. 1. *de Actore*, §. 1. *num*.17.

Muti, Surdi.

Quarto, Muti, & Surdi. *d. l*.1.

Excõmunicati, &c.

Quinto, Excommunicati, Pagani, Hæretici, Saraceni, Infideles, Hebræi. *l. fin.* ubi Bartolus *C. de poſtulando. cap. excommunicatus. de hæreticis*.

Infames.

Sexto, Infames. *d.l*.1.

Procurator non eſt Advocatus.

Septimo, Procurator non eſt Advocatus. Gaillus *lib*.1.*obſervat*.413.*num*.2.

Epiſcopus, Sacerdos, niſi pro ſua Eccleſia, & miſerabilibus.

Octavo, Epiſcopus. *can.Prælatorum.diſt*.1.

Nono, Sacerdos, niſi pro cauſis propriæ Eccleſiæ, Amicorum, perſonarum miſerabilium, & pro aliis rebus neceſſariis. *cap*. 1. *de poſtulando*.

In Sacris.

Decimo, in Sacris conſtituti; Sed in Curia Eccleſiaſtica pro omnibus cauſis, ſcilicet pro illis, pro quibus poſſunt Sacerdotes poſtulare. *cap*.1.*de poſtulando*.

In minoribus poſſunt in Curia laica.

Undecimò, in minoribus conſtituti poſſunt advocare in Curia ſeculari. *cap*.1.*de poſtulando*.

Monachi.

Duodecimo, Monachi, & Regulares advocare non poſſunt, niſi ad utilitatem Eccleſiæ, & de licentia Superioris. *can.Monachi*.16.*quæſt*.1. *l.repetita, C. de Epiſcopis, & Clericis*.

1023 *Onera Advocatorum.*

Advocati debent primo diligenter cognoſcere cauſas.

Secundo, eſſe veraces, nec tumultuoſa voce factum proponere. *l.ult.C.de appellationibus*.

Tertio, non debent excedere juſtam mercedem. *l.quiſquis, C.de poſtulando*, nec antè inſtitutionem litis debent aliquam conventionem cũ partibus inire. *l.ſi quis* 49.*l.ſumptus*.53.*D.de pactis*. Antonius Faber *l*.2.*Codicis.tit*.6. *defi* 21. *nu*.2. In libello debet eſſe breviloquus, nam ob multiloquia Advocatus rejici poteſt. Rolandus *conſ*.36.*num*.25.*l.tanta*, v. *deinde*, *C. de veteri Jure enucleando*.

De Exceptionibus contra Advocatos.

§. I.

1024 *Advocati repelluntur.*

PRimo, excipitur contra Advocatos, vel Procuratorem de illis, de quibus ſuprà diximus.

Si ſint malæ famæ.

Secundo, ſi ſit malæ famæ, & juramenti violator, nam tunç eſt infamis, & punitur pœna extraordinaria. *l*.1.*C.de Advocatis diverſorum*.

Avari.

Tertio, ſi avaritia nimis æſtuet.

Si paciſcantur de quota litis.

Quarto, ſi cum Clientulo pactus ſit de quota litis, nam tunc eſt infamis, *l.ſi qui, & l.ſequenti*, §.*præterea*, *C.de poſtulando*.

Si emit Jus à Clientulo.

Quinto, ſi emit Jus à ſuo Clientulo, vel ſi ob id fuit condemnatus. *l. lege Julia*, *D. ad legem Juliam repetundarum*.

Si procax, & calúmioſus.

Sexto, ſi ſit procax, cerebroſus, aut calumniis magis, quàm dilatione cauſam agat, ſi ſit Monachus, Canonicus regularis. *cap*. 2. *de poſtulando*.

Si ſtatim nõ juret.

Septimo, ſi præſtito à partibus juramento, ſtatim non juravit ſe juſtam cauſam fovere (nam Advocatus ad hoc tenetur), repellitur ab advocando *l.rem non novam, C.de judiciis*.

Si monitus nolit causã patrocinari.

Octavo, ſi monitus à Judice, ut cauſæ patrocinium ſuſcipiat, & nolit. *can.tam*.3.*quæſt*.7.

Nono, repellitur, ſi ſit Magiſtratus, vel Decurio.

Si patrocinatur cõtra patriam.

Decimo, ſi velit patrocinari contra ſuam patriam, repellitur: niſi velit pro ſe, ſuiſque pupillis, & minoribus, quorum tutelam exercet, patrocinari. *l.penult.D.de poſtulando*.

Si poſt litem conteſtatam opponat dilationes.

Undecimo, repellitur Advocatus, ſi poſt conteſtationem litis proponat exceptionem dilatoriam, & tunc etiam punitur in una libra auri. *l.penult. C.de exceptionibus*.

Si ſit inſcius Juris municipalis.

Duodecimo, repellitur ſi exiguam habet notitiam, & Conſuetudinem, & Statuta patriæ ignoret. *l. nemini, C. de Advocatis diverſorum*. *l*.1.v.*Advocatos, D.de variis, & extraordinariis*.

De Procuratoribus.

TIT. ULTIMUS.

1025 *Adminiſtratores dicuntur Procuratores.*

MUltis omiſſis, paucis breviter tactis, ſcitu digniora colligimus.

Omnes Adminiſtratores dicuntur Procuratores. *can*.1.*quæſt*.3.

Diſ-

1026 *Differt à negotiorũ geſtore.*

Differt Procurator à negotiorum geſtore, quia geſtor ſine mandato adminiſtrat. *l.1. D.de Procuratoribus.*

1027 *Eſt ad lites, & ad negotia.*

Procurator, vel eſt ad lites, vel ad negotia. Sicardus in *l.neque.11.num.2.C.de Procuratoribus*. Ad lites præſentat proceſſum, & inſtrumenta. Ad negotium pecuniam recipit, vel ſolvit, &c.

1028 *Ad lites non ſubſtituit.*

Procurator ad lites non poteſt alium ſubſtituere, niſi lite conteſtata. *cap.1, §.licet. de Procuratoribus in* 6. Ad negotia alium ſubſtituere poteſt liberè. *d.cap.1.* (1)

1029 *Qui ſit xxv, annorum.*

In Procuratore ad lites requiritur annus vigeſimusquintus. *l.minor 51. D.de Procuratorib.* In Procuratore ad negotia requiritur annus decemusſeptimus. *cap.qui generaliter. §. licet, de Procuratoribus in* 6.

Procurator generalis ad negotia in omnibus ſe intendit, & ſpeciale mandatum non exigitur. *dict. cap. qui generaliter*, quod non poteſt Procurator ad lites.

1030 *Procurator ad agendum poteſt etiam defendere.*

Procurator ad agendum poteſt etiam defendere. *l. mutus. 43. §. is qui, D. de Procuratoribus.*

1031 *Poteſt proprias cauſas defendere.*

Procuratores poſſunt proprias cauſas defendere, & dicuntur Procuratores in re propria. *l.Procuratore.55.D.de Procuratorib.* Felinus in *cap.licet.3.de officio Delegati.*

1032 *Specialis Procurator.*

Specialis Procurator eſt ille, qui conſtituitur ad cauſas ſpeciales, quas cauſas videas in Gloſſa ad *cap.quid agendum.de Procuratoribus in 6.* & eſt cum v.g. conſtituitur ad compromiſſum, ad tranſactionem, ad pignora dandum, ad jurandum, ad matrimonium tractandum, ad jurandum de calumnia, ad proponendam exceptionem. Guidon Papa *decif.33.*

1033 *Cavet de rato in negotiis ſui Domini.*

Procurator ſpecialis cavet de rato, hoc eſt, quod Dominus, cui ſervit, ſit habiturus ratum id, quod per ipſum Procuratorem agitur; & quia de Procuratoribus ſatis egimus; ideò modò procuramus huic Tertio Libro Inſtitutionum Canonicarum finem imponere, ad Dei laudem, Sanctiſſimæque Virginis, omniumque Sanctorum.

(1) Quorundam Procuratorum exceſſivas, & inutiles dilationes neceſſe fuit tandem refrenare, ut cauſæ quantociùs finem ſuum ſortirentur. Qua propter ſupra laudata Pragmatica *Tit. VIII. Nota II.* multa ſancita ſunt *§. IV.* circa Procuratorum Examen, Conſtitutionem, Renunciationem, & Revocationem, quæ in praxim redacta, proculdubio immanem utilitatem conſecutura ſunt. Ideo eam perlege.

Finis Libri Tertii.

INSTI-

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CANONICARUM
ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI
DOMINI FRANCISCI VERDE
EPISCOPI VICI ÆQUENSIS
LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.

1 Hujus Libri ſumma.

LIbro quarto denſiſsima deliſtorum, & pœnarum mole pro utroque foro ſaginati in publicum prodit, & prodierunt ſermones, ſed antequam ſingula delicta, & pœnas edat Oratio, exponendum nobis eſt, quot modis Judex poſſit procedere adverſus delinquentes, ut totius Reipublicæ machina certè collapſura, niſi puniantur Rei, & ſic primo de Criminibus. Secundo de Pœnis agendum. (1)

De Accuſationibus Inquiſitionibus, & Denunciationibus.

TITULUS I.

2 Judex contra quē procedere valeat.

STernitur via ad puniendos flagitioſos Accuſatione, Inquiſitione, & Denunciatione; non verò Judex procedere valet, niſi contra legitimè accuſatum, inquiſitum, denunciatum. *c.qualiter, & quando el 2.de accuſationib.* Unde meritò ab iſtis exordium ſumit oratio, & primo

De Accuſationibus.

CAPUT I.

3 Unde accuſator.

ACcuſator quaſi cauſator dictus, quia eſt cauſa litem in judicio deducens, ſcilicet ut iis coram Judice diſcutiatur, atque adeò defert delictum, ut probet apud Judicem, ut reus puniatur. Toinſan. *partitionum Juris Canonici lib.5.tit.9.num.2.*

4 Accuſatio ſi ſit fraterna correctio, præcedenda eſt monitio.

Hæc datio cauſæ ad Judicem duplici modo ferri poteſt. Primo modo ad finem correctionis fraternæ, & dicitur caritativa monitio. *c.a. de accuſat.* & hæc monitio debet præcedere judicium. *l.quidam Hiberus. D.de ſervitutib.urbanor.* Secundo modo delatio criminis eſt publica, ad finem ut reus puniatur, & hæc ſolemnitèr quadrupliciter fieri poteſt. Primo, Accuſatione. Secundo, Inquiſitione. Tertio, Denunciatione. Quarto, Exceptione.

5 Secùs ſi intendatur rei punitio.

6 Definitur, & explicatur quid ſit accuſatio.

Accuſatio definitur: eſt ſolemnis delatio, & perſecutio criminis uſque ad ſententiam, facta coram Judice per libellum, juxtà formam juris ad publicam vindictam, & ad pœnam delinquentis. *l.qui cum uatu 14. §.accuſare. D.de bonis libertorum. d.c.qualiter, & quando. de accuſation.* Quæ accuſatio appellatur *quærela*. Dicitur *ad vindictam publicam*, quia Reipublicæ intereſt delicta puniri; & ſic per accuſationem intenditur pœna delinquentis: igitur accuſatio ad vindictam publicam, quæ intereſt Reipublicæ. *l.ità vulneratus.D.ad leg.Aquil.*

Accuſatio exigit primo, ut fiat in ſcriptis. *c.qualiter, & quando. de accuſat.* Secundo debet fieri in bonum publicum. Sotus *de juſtitia lib.5.qu.5.art.1.* 7 Accuſatio in ſcriptis facienda.

Differt accuſatio ab inquiſitione, quia in inquiſitione Judex procedit ex officio contra delinquentem inſtante fama publica, vel præcedente denunciatione. In accuſatione procedit Judex inſtante particulari perſona, quæ judicium proſequitur, probando quæ dixit. 8 Differt ab inquiſitione, in qua procedit Judex ex officio.

Differt accuſatio à denunciatione, quia accuſator probat quæ dixit in judicio: denunciator non probat, quæ dixit. *c.inquiſitioni 31. de accuſat. c.licèt beli 31. de ſimonia. c.qualiter, & quando. de accuſat.* Bart. *in l.non tranſigere.n.31. D.de tranſactionibus. l.fin. C.de tranſact. c.fin. de calumniatoribus.* 9 Et à denunciatione, in qua denunciator non probat, quæ dixit.

Accuſator debet probare quæ dixit; & ſi non probat, de jure communi punitur ſimilitudine, ſupplicii, cùm præſumatur calumniare. *l.1. C. de accuſat. l.1. C.ad turpillianum.* De jure verò Regni requiritur, quod non probans ſit in evidenti calumnia ut puniatur, per Conſtitutionem *Pœnam calumniæ*, ſub *tit. de pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita*. Dearnone *differentia 35.* Ariſt. *5.ethicorum c.5.* & patet ex Levitici 24. Deuteronomii 19. *can. quod debetur. 14.quæſt.1. l.& in privatis. D.ad turpillianum. l.qui crimen. C. qui accuſare non poſſunt*; & ſic calumniator punitur talione, hoc eſt pœna qua erat puniendus reus calumnioſè accuſatus. 10 Accuſator probare debet, aliter talione punitur. 11 Quid de Jure Regni.

An Accuſator poſſit eſſe teſtis?

12 Accuſator nequit eſſe teſtis.

NEga. *c.forus.§.in omni. de verb.ſignif. c.accuſatores.3.qu.3.* Campegius *de ſcriptoribus lib.104.* Teod. *in pract. de reprobandis teſtibus c.5. n.12.* Gramm. *conſ.49. n.12.* Marſilius *conſ.33.n.31.* Maſcardus *de probat.lib.1.conſ.26. n.1.* nam cauſa eſt propria accuſatoris, & nemo teſtis in cauſa propria. *l.nullus. D. de teſtibus. l.omnibus. C.de teſtibus.*

Cauſa propria eſt, in qua quis commodum, aut intereſſe aliquo modo habet. *l.1.§.cum propria. D.quando appellandum ſit.* Gotofredus *in* 13 Et intereſſe aliquo modo habens.

l.in

(1) Lector benevole in Libris, quos edi curavimus, mens Auctoris non fuit tractare de rebus Regni quoad Juriſdictionem, vel iis ſe immiſcere, ſed ſolùm proponere Jus Canonicum, quod explicandum ſuſceperat, & juxtà illud quid cenſuerit aperire.

l.in omnibus.n.1.C.de teſtibus. Baldus *in l.dictantibus,n.4. C. de teſtamentis*. Curtius *de teſtibus conſ.4.n.14.* Oſaſcus *dec.Pedemontana n.40.*

14 Idem dicas in criminibus exceptuatis. Idque etiam currit in criminalibus exceptuatis, in quibus nec accuſator poteſt eſſe teſtis, ut in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis. Oldradus *conſ.210.n.7.* Aymon.Cra.*conſ.281.n.4.* Farin.*de teſtibus qu.60.num.3.* Decius *conſ.133.* Jaſon *in d.l.dictantibus.n.6.ex c.6.qu.5.*

An poſſint eſſe teſtes, qui continuò converſantur cum accuſatore?

15 Teſtificari nequeũt, qui continuò cũ accuſatore converſantur. NEga; nam accuſator eſt meus inimicus, & converſans cum meo inimico, præſumitur meus inimicus; & ſic meritò repellitur. *c.repellantur. c. cum oporteat. de accuſat.* Alex. Immola, & Jaſon *in l.liberis. C.de inofficioſo teſt.* Cynus, Bart.Salicetus *in l.ſi quis.C.de teſtib.* niſi præſumant id agere impulſu Religionis. *c. in omni negotio,* ubi Butrius, & Abbas *n.4.de teſtib.*

An quis teneatur ad accuſandum?

NEgat Summa Angelica v.*accuſatio num.2.* Cajetan. 2.2.*q.68.art.1.* & Tireneus *ibid.* ait Salonius *controv.* 1. atque falſiſſimum fatetur Serra *ibid.dub.1.*

16 Si accuſatio ſit neceſſaria, facienda eſt. Nos cum D.Thoma 2.2. *qu.68. art.1.* cenſemus quandoque teneri quem accuſare, ſi ſcilicet accuſatio ſit neceſſaria pro bono publico, nam particularis tenetur bono publico conſulere. Auth.*res, quæ. C,communia de legatis*. Illa tamen delicta dicuntur damnoſa communitati per ſe, quæ bonum commune expugnant, vel conturbant. Sotus *lib.5.de juſtit. quæſt.5.art.1. concl.1.ad* 1.& numerat inter illa, crimen aſſaſſinii, & læſæ Majeſtatis, imò Bandez 2.2.*q.68. art.1.dub.2.concl.4.* putat aliquem teneri accuſare homicidam, ſi ſecùs illo impunito, ſeditio fieret in populo.

17 Si probare per teſtes nequeat, non tenemur accuſare. Putat D.Thom. 2. 2. *qu.68. art.1.* neminem teneri accuſare, ſi probare non poſſit per teſtes, quia nemo tenetur ad id, quod debito modo perficere nequit. *c.2.2.qu.8.* ibi: *quæ munita ſit idoneis teſtibus.* Serra *loc.cit.§.dicendum* 2.citans Navarrum *c.17.n.134.* (2)

Quot modis accuſatio reddatur injuſta?

§. I.

TRibus modis. Primo, calumniando. Secundo, tergiverſando. Tertio, prævaricando. D.Thom.2.2.*qu.68.art.3.*

18 Quid ſit calumniator, & calumniare. Calumniare eſt imponere falſa crimina.*c.ult. de calumniatoribus.l.1.D.ad S.C.Turpillianum. l.Athletas.§.calumniator.D.de his, qui notantur infamia.*

Secundo, calumniator dicitur ille, qui alios ad accuſationem falſam inſtigat. *l.1. §.incidens. D. ad S. C. Turpillianum. l. noſtris* 8. *C. de calumniatoribus.* D.Thom.*loc.cit.*

19 Propalans delictum occultum improbabile calumniator eſt. Tertio, calumniatorem eſſe illum, qui crimen occultum improbabile propalat; nam jure improbatur falſum, quod idoneis teſtibus probari nequit. Sotus *5.de juſtitia qu.5. art.3.* Band. *loc.cit.qu.68. & 70. art.1.dub.4.ad* 4. Ledeſma 2. *part. Summæ tract.8. c.25. difficult.9.* Serra *loc.cit. art.3.* docentes falſam eſſe in foro externo accuſationem, ſi accuſator nequeat, niſi unico teſte probare, & ſic aſſerunt à Judice repellendum hujuſmodi accuſatorem remoto ſcandalo.

Nec obſtat unum teſtem probare ſemiplenè delictum, & per torturam poſſe confeſſionem extorqueri ad complementum plenæ probationis; nam nec unus teſtis debet teſtificari in iſto caſu. Doctores *cit.* Nec reus veritatem tenetur fateri; quia cùm accuſatio ſit injuſta, reus juridicè non interrogatur, (3) & ad accuſatorem ſpectat reum convincere non ſpe confeſſionis, quæ incertiſſima eſt: & ſic ſi accuſator ei innitatur, imprudens, & temerarius eſt. Serra *loc. cit.* & ſi nihil probat, eſt puniendus pœna talionis. *c.calumniator 2. c.qui non probaverit 2.qu.3.l.& in privatis 3.C.qui accuſare non poſſunt*, & pœna talionis eſt ut puniatur illa pœna calumniator, qua erat puniendus reus calumniatus. Levitici 24. Deuteron. 19. *c.quod debetur el 2.14.qu.1.* Ariſt.*5.ethicorum c.5.*

20 Quid tergiverſatio. Tergiverſando injuſta redditur accuſatio, & tergiverſare eſt, ſi accuſator recedat ab accuſatione, & eam derelinquat. *l.1.D.ad turpillianum.l.fin.C.eod.l.3.D.de privatis delictis.*

Et prævaricatio. Prævaricando fit injuſta, & prævaricare eſt, ſi accuſans cum accuſato colludat, eique faveat, vel pecunia corruptus. Idem eſt ſi Advocatus, vel Procurator accuſatoris adjuvat reum propalando ſecreta partis ſuæ. *l.1. & 2. D.de prævaricatoribus. l.prævaricatores 202. D.de verb. ſign. l.Athletas.§.item prævaricator.D.de his, qui notantur infamia.*

Qui accuſare poſſunt.

§. II.

21 Omnes accuſare valent, niſi eis ſit interdictum. OMnes, quibus jure non eſt interdictum, cùm interſit Reipublicæ delicta puniri. *l.eum qui nocentem 18. D.de injuriis. l.ità vulneratus 52.D.ad l.Aquiliam,* & hoc quando delictum emergit. *c.quicumque.diſt.81. c.qui contenta.diſt.8.* licèt quoad pœnam interdum detur certum tempus, ut patet in crimine adulterii, in quo datur quinquennium. *l. adulter. C. de adulter. c.tua. de procurat.* & in aliis accuſatio nequit poſt vigeſimum annum intentari. *l.querelam. C.de falſis.*

22 Subditi valent ſuum Superiorem accuſare. Hinc omnes ſubditi poſſunt accuſare reſpectivè Superiores: ſic Clerici poſſunt accuſare Prælatum, Monachi Abbatem. D.Thom. 2. 2. *qu.68.art.1.ad 2.c.2.& penult.de accuſat.* ibi: *ſi verò teſtes contra eundem Abbatem producti fuerint, dictorum ipſorum ei copiam faciatis. c.Paulus 42.c.qua propter 4.c.ſi quid 47.2.qu.7.*

23 Horum accuſationes difficiliùs recipiuntur. Sed contra hujuſmodi Superiores, Præpoſitos difficiliùs accuſationes recipiuntur, quia ſubditi quandoque ſunt malè affecti ob Superioris zelum. *c.qualiter 24.de accuſationibus*, qua ratione non licèt laicis accuſare Epiſcopum.*c.Clericos 48.c.Clericos 41.c.laicos 5.2.qu.6.*

24 Qui nequit fieri Sacerdos, illum nequit accuſare. Nemo tamen poteſt accuſare Sacerdotem, niſi qui Sacerdos fieri queat. *c.ipſi Apoſtoli 2.q.7. c.omnes.c.Sacerdotes 6.qu.1.* niſi agatur de ſimonia, vel hæreſi. *c.nos ſequentes 6.q.1.*

An poſt mortem Reus accuſari poſſit?

25 Poſt mortẽ reus nequit accuſari, niſi damnanda ſit ejus memoria. NEga. *c.admonere 33. quæſt.2.c.quorundam. diſt. 23. l.1. C.ſi reus, vel accuſator mortuus. l.defuncto. D.de publicis judiciis.* Exceptia deli-

(2) Attendas tamen propoſitionem ab Alexandro VII. damnatam ordine quintam: *Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis:* quæ intelligenda eſt de Denunciatione, ut infra.

(3) Reus tenetur dicere veritatem Judici legitimè interroganti, legitimè interrogat Judex etiam cùm res ſemiplenè probatur ex D. Thom. vide, quæ alibi notata ſunt.

Digitized by Google

delictis, in quibos memoria rei damnatur, ut in delicto læſæ Majeſtatis Divinæ, & humanæ, ac Peculatus. *l.ex judiciorum* 20. *D.de accuſat.*

Qui accuſare nequeant?

§. III.

26 Clerici nequeunt accuſare, niſi velint proſequi injuriam ſuam, vel ſuorum.

DIximus in Lib. III. Canonicarum *n.*443. hic repetamus quædam neceſſaria, ut noſtrum ſervemus ordinem, &

Primo, Clerici accuſare nequeunt. *c.ſicut Sacerdotes* 6.2.*qu.*7. ibi: *ſicut Sacerdotes, vel reliqui Clerici à ſecularium laicorum excluduntur accuſatione; ità illi ab iſtorum ſunt excludendi, & alienandi criminatione.* Sylveſter *v. accuſatio q* 4. niſi velint proſequi injuriam ſuam, vel ſuorum. Tunc enim licèt reo ſit imponenda pœna ſanguinis, poteſt accuſationem proſequi præmiſſa proteſtatione, quòd non intendat pœnam ſanguinis, qua proteſtatione præmiſſa non fit Irregularis, etiamſi mors ſequatur accuſati. *c.Clerici* 5. *c.ſententiam* 5. *ne Clerici, vel Monachi*; Idque licèt interiùs intendat mortem accuſati; nam de internis Eccleſia non judicat. *c. Prælatis* 2. *de homicidio in* 6. *c.poſtulaſti. de homicidio.* Soccinus *in c.ad audientiam. num.*256. *de homicidio.* Bellamera *conſ.*14.*n.*5.

27 Qui non eſt, vel nequit fieri Sacerdos, Sacerdotem accuſare non valet.

Secundo non accuſant Sacerdotem, qui Sacerdos fieri nequit. *c.ipſi Apoſtoli* 37. ibi: *ipſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores ſtatuerunt, ut Sacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui Ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt.* 2.*qu.*7. *c.Sacerdotes* 8. ibi: *Dei ergo ordinationem accuſat qui eos, qui ab eo conſtituuntur Sacerdotes accuſat, vel damnare cupit.* 6. *qu.*1. niſi agatur de ſimonia, vel hæreſi, vel delictis enormiſſimis publicis: puta læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ, vel dilapidationis Eccleſiæ. *c.ſanè* 15. *qu.*3. *c. nos ſequentes* 19. 6. *qu.*1. vel niſi proſequatur injuriam ſuam, vel ſuorum. Ferrettus *conſ.*183. *n.*4. ex *c.omnibus.*4.*qu.*6.*c.de cætero.de teſtibus*: & ſic laicus non poteſt accuſare Clericum. *c. in Sancta. c.nullus.*2.*qu.*7.

28 Vide *n.* 25.

Tertio, mortuo reo non admittitur accuſatio, niſi in cauſis, in quibus memoria damnari poteſt. *c.admonere* 8. 33. *quæſt.*2. *c.quorundam.*13. *diſt.*23. *l.*1. *C.ſi reus, vel accuſator mortuus. l.defuncto* 6. ibi: *defuncto reo, qui reus fuit criminis, & pœna extincta eſt. D.de publicis judiciis.* Damnatur autem memoria in crimine læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ, & in crimine peculatus. *l.ex judiciorum* 20. *D.de accuſat.*

29 Contra abſentem, niſi ſit cõtumax, nõ datur accuſatio.

Quarto, contra abſentem, niſi contumacem, non datur accuſatio. *c.eorum* 74. 11. *qu.* 3. & *cauſa* 3.*qu.*9. Tandem contra hominem integræ famæ non fit inquiſitio, licèt ſtet denunciatio. *c.cum oportet* 19. §.*niſi ſuper prædictis.*§.3. *c.Inquiſitionis* 21. *c.quæſiviſti. de accuſationibus.*

30 Quando Milites accuſare valeant.

Quinto, Milites non accuſant, niſi ſuam, vel ſuorum injuriam proſequantur, aut in crimine læſæ Majeſtatis, vel fraudatæ annonæ. *c. probibentur* 2.*qu.*1.*l.non prohibentur* 8.*C.qui accuſare non poſſunt. l.crimine.C.de accuſatoribus. l.nullus*, ubi Cynus *C.ad l.Jul. Majeſtatis*, licèt hodie ſimpliciter admitti ad accuſandum voluerit Salicetus *in l. non probibentur. C. qui accuſare non poſſunt.*

31 Pupillus, & minor non accuſant.

Sexto, Pupillus, & minor non accuſant propter defectum ætatis. *l.*2. §.*cum illis. D. de accuſationibus.c.probibentur.*2.*qu.*1.*c.inviti* 4.*q.*3. *l.ad rem publicam. D.de muneribus, & honoribus.* Gigas *lib.*2. *de crimine læſæ Majeſtatis tit. qui accuſare poſſunt qu.* 6. *n.*1. Si tamen ſit minor vigeſimo anno, auctoritate Curatoris accuſat in delictis exceptuatis læſæ Majeſtatis. *l.clarum. C.de auctoritate præſtanda. l.*2. §. *pupillus. D.de accuſat.* In aliis verò criminibus non accuſat, niſi proſequatur injuriam ſuam, vel ſuorum; Idque tamen cum auctoritate Tutoris, Curatoriſve. *l.ceteris.* §.*pupillus*, ubi Bart. *D.de accuſat. l.*2.*C.qui accuſare non poſſunt.* 32 Auctoritate Curatoris minor accuſat in exceptuatis.

Conſuetudine tamen factum eſt, ut habens annum XIV. completum admittatur ad accuſandum. Farinac.*tom.*1.*tract.*2.*qu.*12.*n.*15.*in fin.* & facit text.*in c.ſi annum quartum decimum* 3. *de judiciis in* 6. non habens XIV. annum non accuſat. *l.*1.& 2.*C.legitimam perſonam*; ſed Tutor pro ipſo accuſat. *l.*1. *D. de adminiſtratione Tutorum.* 33 Et ſi proſequatur injuriam ſuam, vel ſuorum.

Septimo, mulieres non accuſant. *l.qui accuſare. D.de accuſat.* Admittuntur tamen ſi ſuam, vel ſuorum injuriam proſequantur. *l. quoniam ſuorum. C.quibus ut indignis. l.femina.C.ad turpillianum. l.*2. *D.de accuſat. l.bis tamen omnes. D.de accuſat.* Secundo, in criminibus exceptuatis læſæ Majeſtatis, Annonæ. *l. fin. in fine. D.ad l.Jul.de Annona.* Tertio, in crimine ſuſpecti Tutoris. §.*ſequens. Inſt. de ſuſpectis Tutoribus. l.*1. §.*ſequens. D.de ſuſpectis Tutoribus.* Quarto, in accuſatione falſi Teſtamenti. Gloſſ.*in l.*2. *v.teſtamentaria. D.de accuſat.* Quinto, in crimine hæreſis, ſacrilegii, ſimoniæ. *l.ſi quis in hoc genus. C.de Epiſcopis, & Clericis. c.in primis.*2.*quæſt.*1. *l.quamquam. C. de Epiſcopis, & Clericis. c.licèt el* 1. *de ſimonia.* Sexto tandem in crimine lapidationis bonorum Eccleſiæ poteſt accuſare illapidantem bona Eccleſiæ, & compatris ſui occiſorem. *d.c.licèt el* 1.*de ſimonia.* Gigas *de crimine læſæ Majeſt.quæſt.*2. *tit.qui accuſare poſſint in crimine læſæ Majeſtatis. l.qui accuſare* 8. *D. de accuſat. c. probibentur* 14. ibi: *hi tamen omnes ſi ſuã injuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excluduntur.* 2.*q.*1.*l.ſororem* 10.*C.de his, quibus ut indignis.*

34 Mulieres non accuſant, niſi proſequantur ſuam, vel ſuorum injuriam.

35 Et in exceptuatis.

36 Et in crimine ſuſpecti Tutoris, aut falſi teſtamenti.

37 Atque hæreſis, ſacrilegii, & ſimoniæ.

38 Et dilapidantem bona Eccleſiæ.

39 Criminoſi diffamati nequeunt accuſare.

Octavo, Criminoſi, puta homicidæ, falſarii, fures, ſacrilegi, raptores, malefici, fuſtigati, concubinarii, & ſimiles non poſſunt omninò accuſare, ſi ſint diffamati. Corradus *in praxi tit. de accuſat.n.*12 *v.*48. *repellitur.* Sed obſervandum, quòd tantùm jure Canonico repelluntur infames infamia facti. Berous *in c.*1.*n.*44.*de accuſat.* Si verò ſint etiam infamia juris, etiam repelluntur de jure Civili infames. *l. qui accuſare. C. de accuſat.*

40 Et infames.

Nono, Infames criminoſi non accuſant. *c.infames* 17.6.*q.*1.*d.l.qui accuſare.* 8. *C.de accuſat. l.infamem. D.de publicis judiciis.*

41 Niſi ſuam, vel ſuorum injuriã proſequantur.

Infamis tamen non repellitur, ſi proſequatur injuriam ſuam, vel ſuorum. *c. prohibentur.* 2.*q.*1.*l.negando.C.qui accuſare non poſſunt*; ſicuti nec Infamis repellitur de litibus exceptuatis læſæ majeſtatis, fraudantis annonæ, ſimoniæ, & ſimilium. *l.famoſi*, ubi Bart. *D.ad l.Jul.majeſt.*

42 Excommunicatus non accuſat.

Decimo, Excommunicatus non accuſat, quia in hoc æquiparatur bandito, vel mortuo. Gloſ.*fin.in c. paſtoralis.de appellat.* eique interdicitur eſſe in judicio. *c.intelleximus* 7. *de judiciis.c.quia.de exceptionibus in* 6.*c.dilecti. c.ſignificavit. de exceptionib. c. decernimus.* 8. *de ſent. excommun.in* 6.

43 Et inimicus.

Undecimo, Inimicus repellitur ab accuſando. Bald.in *l.is, qui reus. D.de publicis judiciis*: ſicuti etiam offerendo teſtimonium. *l.* 3. *de teſtibus.l.*1.§.*præterea. D.de quæſtionibus.* §.*ſi quis dicat.*

dicat. Anth. de teſtib. coll. 7. Et qui nequit eſſe teſtis, nequit eſſe accuſator. *c. ſuper prudentia* 12. *q.* 2. *c. ſi Apoſtoli* 2. *q.* 7. & iſti nec admittuntur io deliƈtis exceptuatis. *c. per tuas. de ſimon.* Alex. *vol.* 4. *conſ.* 10. qnia inimicus nec in exceptuatis teſtis. *c. per tuas. de ſimonia.* Amicus inimici etiam ab accuſando repellitur. *c. accedens. il 2. ut lite non conteſtata. c. cum oporteat* 19. *de accuſatieuibus.*

44 Atque pauperes.

Duodecimo, Pauperes oon accuſant. *l. nonnulli* 10. *D. de accuſat.* Intelligas, niſi ſint booæ vitæ, & famæ.

45 Alieno nomine nemo nequit accuſare.

Decimo tertlo, nemo accuſat alleno nomine. Bart. in *l.* 2. *C. qui accuſare.* Jaſon in *l. poſt dotem. n.* 79. *D. ſoluto matrim.* & ſic ſindicus accuſat nomine proprio ad utilitatem oniverſitatis.

46 Regulariter nō datur accuſatio inter ſanguine cō. junƈtos.

Decimo qoarto, ſic in ſanguine conjonƈtis regulatiter unus non accuſat alterum, ſic frater noo accuſat fratrem. *l. ſi magnum* 13. ibi: *ſi magnum, & capitale crimen, ac non leve frater contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilii pœna plectendus. C. qui accuſare non poſſunt.* In levibus tamen deliƈtis, & in exceptuatis: puta læſæ majeſtatis, ſi proſequatur injuriam ſuam, vei ſuorum, frater fratrem accuſare valet. Gigas *tit. qui accuſare poſſunt in crimine læſæ majeſtatis lib.* 2. *q.* 3. Sic filius non poteſt accuſare patrem, nec pater filium. *l. iniquum. C. de his, qui accuſare non poſſunt. l. qui accuſatores. D. de accuſatoribus*: Sed ſi filius paret inſidias contra patris vitam, poteſt à patre accuſari. *l. propter inſidias* 14. *C. de his, qui accuſare non poſſunt.*

47 Niſi opponatur inhabilitas, proceſſus tenet accuſationis.

Inhabilitas tamen ad accuſandum debet opponi, ſecus proceſſus tenet. Bart. in *l.* 1. *§. accuſationem. D. ad turpillianum.* Et ſi ſit omninò iohabilis, debet à Judice repelli, niſi poſſit inhabiiitas toili partium conſenſu. Corradus *tit. de accuſat. num.* 14.

48 Femina ſemper repellenda.

Femina ſemper eſt repellenda, etiam ex officio. Salicetus in *l. non ignorat. n.* 4. *C. qui accuſare non poſſunt.*

Quando prædiƈti omnes admittantur?

49 Diƈti inhabiles admittuntur, ſi proſequantur ſuam, vei ſuorum injuriam.

ADmittuntur, ſemper ac propriam, vel ſnorum injuriam proſequuntur. *l. hi tamen omnes. D. de accuſat. l. non prohibentur. l. non ignorat. l. ſi crimen. l. ſi de crimine. C. qui accuſare non poſſunt.* Clarus *in praxi. q.* 14. vult nomen ſuorum venire omnes pareotes, & deſcendentes, ac patroni; Alii volunt venire conſanguineos uſque ad decimum gradum; Aiii uſque ad ſeptimum; Aiii uſque ad ſextum; Alii oique ad quartum.

Accuſator Falſus quomodo puniatur?

50 De Jure falſus accuſator pœna talionis punitur.

DE Jure ponitur pœna talionis, ſcilicèt pœna, qua erat puniendus reus, ad quam pœnam accoſator ſe libello aſtringebat. *l.* 1. *§. calumniatores. D. ad S.C. Turpillianum. l. fin. §.* 1. *C. de accuſat.* Auth. *ſed novo jure. C. de adulteriis. c. qui crimen.* 2. *q.* 8. Exodi *c.* 21. Deut. *c.* 19.

51 Sed hodiè arbitrariè punitur.

Sed hæc pœna hodiè non eſt in uſu. Bart. in *l. ſi cui. n.* 2. *de accuſat.* Covar. 2. *var. c.* 9. *n.* 1. Et patet ex *§. pœna autem.* ibi: *in deſuetudinem abiit. lib.* 4. *inſtitution. de injuriis.* Et ſic hodiè pœna hujus caiumniatoris eſt arbitraria. Menoch. *de arbitr. caſu* 322. *n.* 3. & Baidus *in l.* 2. *n.* 4. *C. de his, qui latrones*, teſtatur decapitatum fuiſse Peruſii aiiquem, qui innocentem fecerat decapitare. Clar. *in praxi q.* 81. *v. ſed quæro numquid.*

52 Neapoli accuſator ſe obligat ſub certa pœna.

Sed te oon lateat Pium V. io Bullario. *p.* 2. *Bulla* 5. *v. monemus.* mandare, ut denunciantes per caiumniam puniantur pœna taiioois: & in Curia Neapoiitana adeſt Ritus 199. quo nemo admittitur ad accuſaodum, niſi ſe obliget ſnb aliqua certa pœna. Bajard. ad Clar. In *praƈt. crim. q.* 89. *n.* 4.

53 Excuſatur, qui juſta cauſa, aut juſto errore accuſavit.

Calumniator tenetur ad omne damnum. *l. fin.* ubi Bart. *C. de fruƈtibus, & litium expenſis.* Gramm. *dec.* 29. Capella Toioſana *dec.* 7.

Excuſatnr à caiumnia, qui juſta cauſa, ſivè juſto errore duƈtus accuſavit, licèt deinde ſuccumbat. *l.* 1. *§. ſed non utique. D. ad S.C. Turpill.* Similiter evitantur pœnæ, ſi accuſator ſemiplenè probet. Alex. *lib.* 7. *conſ.* 74. *n.* 13. Canoniſtæ in *c. finem litibus. de dolo, & contumacia.*

Aƈtore non probante quomodo Reus ſit abſolvendus?

54 Aƈtore non probāte reus eſt abſolvēdus.

ACcuſatore, vel aƈtore non probante, Reus eſt abſolvendus. *l. qui accuſare* 4. *in fine. C. de edendo. l. aƈtor. C. de probat.* Aiiqui voiunt debere abſolvi ab obſervatione judicii: unde ſupervenientibus novis iodiciis, iterum torqueri poſſet. Bart. io *l. admonendi. D. de iure iur.* ubi Ripa *n.* 70. Theſaur. *dec. pedemontana* 81.

55 Aut ab obſervatione judicii.

56 Aut definitivè.

Aiii volunt abſolvendum eſſe definitivè. Natta *conſ.* 225. *n.* 2. Roman. *conſ.* 223. Rolandns *vol.* 2. *conſ.* 3. *n.* 2. Abb. & Immola in *c.* 1. *de officio ordinarii.* Felinus in *c. adverſario tuo. n.* 4. *de exceptionib.* præcipuè ſi à Judice præfixum eſſet tempus aƈtori ad probandum. Gloſ. in *l. properandum. §. etſi quidem.* ubi Bart. & Alex. *D. de judiciis.*

In dubio an ſententia ſit definitiva, vel ab obſervatione judicii, recurritur ad aƈta, ut ſi Judex dicat abſolvimus. Baldos, & Angel. In *l. ex morte. C. ad l. Aquiliam* Cynus in *l.* 1. *n.* 9. *C. quando Civilis aƈtio criminali præjudicet.*

De Inquiſitione.

CAPUT II.

57 Quid ſit inquiſitio.

INquiſitio eſt criminis, vel crimlnoſi detegendl indagatio ex Judicis officio. *l.* 3. *§.* 1. *l. congruit* 13. *D. de officio præſidis.*

58 Crimen per inquiſitionē probatū arbitrariè punitur.

Deliƈtum probatum per inquiſitionem ſupponitur pœnæ arbitrariæ regulariter. *c. inquiſitionis* 21. *c. qualiter* 24. *§. verum ità. v. quatenus. de accuſationibus.*

Requiſita ad Inquiſitionem.

§. I.

59 Debet conſtare de corpore deliƈti, ut fiat inquiſitio.

SUnt multa. Primo ut conſtet de corpore deliƈti. *l.* 1. *§. item illud. l. neceſſario. §.* 1. *ad S. C. Syllan.* & ſi non conſtet de corpore deliƈti, inquiſitio fieri nequit.

60 Et Judex ſit competens.

Secundo, Judex inquirens debet eſſe competens. *c. ea, quæ. de ſententia, & re judicata.*

61 Et non adſit accuſator.

Tertio requiritur, ut non adſit accuſator, nam quando adeſt accuſator, proceditur per viam accuſationis; & ſic ceſſat inqoiſitio, quæ eſt remedium extraordinarium, ſeù ſubſidiarium, ſcilicet deficiente accuſatore. *l. reſcripto* 6. *§. ſi quis accuſaret. D. de muneribus, & honoribus.* Si antem informatione capta ſuperveniat accuſatio, rejicitur, niſi adhuc crimeo ſit probandum. *l. ea quidem. D. de accuſation.* Clar. *in §. fin. q.* 3. *n.* 2. Judex io cauſa Inquiſitioois venit loco accuſatoris. Follerius in *prax. crim. rubrica, concedatur repulſa. n.* 3. *fol. mihi* 183.

62 Et precedant indicia.

Quarto reqolritur, ut ad inqnirendom præcedant indicia. *l. milites. C. de quæſtionibus.* Caſalus *conſ.* 204. *n.* 18.

In Regno inquiſitio generalis per Provlncias

contra

Digitized by Google

63 In Regno ordine Regis, vel M.C. in inquiſitione generali per Provincias proceditur.

contra aliquem non denunciatum, nec diffamatum non fit ſine ordine Regis, vel M. C. V. ex Cap. Regni incipit: *ſi quærelas*. Tappia *tit. de inquiſitionibus c.149.*

Quotuplex ſit Inquiſitio?

§. II.

64 Inquiſitio eſt Generalis.

TRiplex. Generalis, ſpecialis, & mixta. Generalis eſt de crimine, vel de criminoſo, an ſcilicèt ſint aliqua delicta, vel an ſint aliqui criminoſi in Civitate.

Specialis.

Specialis eſt, ſi inquiratur an talis perſona ſit delinquens, vel an tale delictum ſit commiſſum.

Et Mixta.

Mixta eſt generalis, & ſpecialis ſimul, ſcilicèt an Petrus ſit delinquens, & poteſt eſſe generalis de crimine, & ſpecialis de perſona: ut ſi Judex inquirat an Petrus commiſerit aliqua delicta. Secundo poteſt eſſe ſpecialis de delicto, & generalis de delinquente, ut ſi inquirat Judex de homicidio, & à quo ſit commiſſum.

Difficultas.

In qua inquiſitione debet præcedere infamia?

65 In inquiſitione generali non requiritur notitia rei, vel criminis.

IN inquiſitionibus generalibus nulla requiritur notitia Rei, vel flagitii. *l. congruit* 13. *D.de officio præſidis.c.pernicioſam* 1.*de officio ordinarii*. Et ſi in tali inquiſitione Superior præcipiat etiam ſub pœna excommunicationis, ut quilibet denunciet crimina, vel criminoſos: nemo tenetur crimen occultum propalare, ſi nulla præceſſit infamia contra criminoſum, excepto delicto hæreſis, vel alterius conditionis ſubvertentis communitatem. Cajet. *tom.1. opuſc.tr.31.reſponſ.5.ad* 1. Serra 2.2.*q.67.art.3. dub.2.v.dicas*. D.Tho.2.2.*q.33.art.7.ad* 5. quæ delicta etiam non conſtrictus à Superiore quis propalare tenetur, prout in *Anacephaleoſi. tit.* IX.

66 In inquiſitione ſpeciali requiritur notitia infamiæ rei, & criminis.

In ſpeciali inquiſitione requiritur notitia infamiæ Rei, & criminis, ut procedatur ad inquirendum, etiam in cauſis regularium. *c.cum oporteat* 19. *de accuſat.* ibi: *niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam noveritis. c.inquiſitionis* 21. ibi: *inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper his, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.de accuſat.c.licèt beli.*31.*de ſimonia.c.qualiter,& quando* 2.*de accuſat.*Carena *p.*3.*tit.*1.§.2.*n.*13.Farin. & alii: Itàut ſit peccatum graviſſimum, ſi inquireret ſpecialitèr Judex contra non diffamatum, quia eſſet illum infamare, & detrahere. Navarrus *rub. de iudiciis n.* 95. Et peccat etiam ſi ob levem ſuſpicionem inquirat. Simanchas *de catholicis inſtitutionibus tit.*50.*n.*28.

67 Contra non infamatum nequit inquiri.

Et ità prærequiritur infamia, ut non poſſit inquiri contra non infamatum, licèt duo, vel plures juramento firment aliquem ipſis videntibus crimen aliquod commiſiſſe. Cajet. 2. 2. *q.*69.*a.*3.Serra *loc.cit.* v.*dicendum* 2. Imò Serra *loc.cit.* & Bandez *ibidem dub.* 1. *concl.* 1. docent nec indicia expreſſa ſine infamia ſufficere, ut non ſufficiant teſtes. Imò ex dicto conſocii nequit Judex inquirere contra nominatum, non diffamatum. *l.fin. C. de accuſat. c. veritas.de teſtibus.* nam ſocius criminis non eſt dignus fide. Decius *conſ.* 189. Sed Leſſius *lib.*2.*c.*29.*dub.*15. *n.*132. rectè putat ad denunciationem, cujuslibet privatæ perſonæ poſſe Judicem procedere ad inquiſitionem ſine infamia prævia; nam infamiam requiri eſt de jure poſitivo, quod conſuetudine tolli poteſt. Clarus in *pract.crim.q.*7. *c.fin.de conſuetudine.l.*2. *C.quæ ſit longa conſuetudo.*

Qualiter infamia debeat eſſe nota Judici?

68 Infamia debet Judici innoteſcere per juridicã informationem.

INfamia debet eſſe nota Judici, vel per juridicam informationem, vel probata per duos teſtes. Barboſa in *c. inquiſitionis. de accuſationibus in* 6. vel per ſimplicem informationem, ut vult Sylveſt. v.*inquiſitio* 2. *q.*8. Navarrus *loc.cit.in rubrica de iudiciis n.* 29. Clar. *in pract.crim.q.*6.

Quæ inquiſitio poſſit fieri non præcedente infamia?

69 Si inquiſitio ſpecialis fiat non ad pœnam, ſed ad evitandum errorem, non debet præcedi infamia.

ILla inquiſitio ſpecialis, quæ fit non ad pœnam, ſed ad evitandum errorem, vel damnum: puta ut dignus recipiat beneficium, ut aſſumatur ad habitum Religioſum, ut matrimonium validè contrahatur; tunc enim non requiritur infamia alicujus delicti. Secundo ſi in Judicio detegatur crimen occaſione alterius: puta ſi occaſione occiſionis detegatur filium fuiſſe occiſorem. Bandez 2.2.*q.*50.*art.*1.*dub.*11. *conc luſ.*4. Imò in delictis atrociſſimis: puta læſæ majeſtatis divinæ, & humanæ, poſſe inquiri ſine infamia, ut ſic bonum commune magis conſervetur, quod iſtis flagitiis exterminatur, vel vehementiſſimè turbatur.

Dicta de inquiſitione ſpeciali congruè dicas de inquiſitione mixta, quando ex parte perſonæ eſt particularis, unde ſine infamia non licet inquirere.

Tempus ad inquirendum, & accuſandum præfixum.

§. III.

70 Ad accuſandum, vel inquirendũ dantur XX. anni à die commiſſi criminis.

PRo accuſatione, vel inquiſitione jura præfigunt XX. annos à die commiſſi criminis occulti, vel publici; itaut illis elapſis peccet Judex inquirendo, & pars accuſando; nam omnia delicta præſcribuntur per XX. annos *l. quærela* 12.*C.ad l.Cor.de falſis.*Gloſ.*in l. libertorum.§.fin.D.de accuſat.* Bartol. in *l. qui crimen. n.*6.*C.de accuſat.*Diaz *reg.*19. Follerius *in praxi crim.* v. *foriudicatur.n.*17. Gomez 3. *variarum tr. de delictis* c. 1. *n.*5. Abbas *in c. cum haberet. n.* 4. *de eo, qui duxit in matrimonium.*Farinac. citans XXIX. Doctores *pract.crim.p.*1.*q.*1.*n.*68. *& q.*10.*n.*3. Peregrinus *de iure fiſci tit.*8. *lib.*6. *rub.de præſcript.fiſci n.*33.Villalob.*communium. v.delictum n.*55. Vivius *communium* v. *accuſatio.* Clar.*in praxi crim. q.*51.*v.& hæc quidem.*

Eodem ergò modo diſcurrimus de tempore ad accuſandum, & ad inquirendum, quia inquiſitio ſucceſſit loco accuſationis. *c. qualiter. il* 2.*de accuſat.l.divus la* 2.*D.de cuſtodia reorum. l. reſcriptum. §. ſi quis accuſatorem non habeas. D.de muneribus, & honoribus.l.*2. *C. de abolitionibus. l. filiosfam.*8.*§.veterani. D. de procuratoribus.* (4)

71 Extra dictũ tempus nec fiſcus procedere valet.

Itàut nec fiſcus poſſit procedere elapſo dicto tempore.Angel. in *l. fin. D. ſi quis teſtam. liber.* Boer.*dec.*26.*n.*5.Villalob. v.*accuſatio. n.*34. Pariſius *vol.*4.*conſ.*169.*in princ.* Theſaur. *dec.pedemontana* 76.*n.*3.

72 Aliter Judex puniendus.

Et Judex procedens poſt tale tempus, peccat, & debet decapitari. Roland. *conſ.* 94. *n.*9. *vol.*3. Pariſius *lib.*4.*conſ.*196.*n.*6.Farin.*p.*1. *prax.crim. q.*19.*n.*2.

Et tranſacto dicto tempore nequit amplius mole-

(4) In hac re ſervandus eſt uſus locorum.

Digitized by Google

73 Et Reus amplius non eſt moleſtandus

moleſtari, etiamſi reus delictum fateatur, quia eſt extincta actio. *l. ſi cum exceptione*, *§. ſatis clementer. D. quod metus cauſa*. Bald. in *c. fin. v. pone quod malæ fidei. de efficie delegati*. Maſcar. *lib. 1. de probat. concl.* 357. *n.* 15. & alii XXIV. Doctores quos ſequitur Farinac. *p. 1. praxis q.* 10. *num.* 14.

In quibus non præſcribitur tempus ad inquirendum?

74 Pro executione Ordinis, Officii, aut Beneficii non præſcribitur tempus.

IN illis, quæ impediunt exequutionem ordinis, officii, vel beneficii nullam currere præſcriptionem; ſecùs ſequeretur, elapſo dicto tempore, poſſe Reum aſſumi ad ordinem, ad beneficium, cauſa non cognita circa delictum; quòd omninò falſum eſt. Boerius *dec.* 26. *n.* 7. Capella Toloſana *dec.* 288. Farinac. *loc. cit. num.* 32.

Quanto tempore inſtantia extinguatur?

75 Inſtantia in criminalibus extinguitur biennio, in Civilibus triennio.

DIcta non currunt quoad extinguendam inſtantiam, quæ in criminalibus extinguitur biennio, in Civilibus per triennium. *l. fin. C. ut infra certum tempus. l. properandum. C. de judiciis.* Itaut abſolutus novis ſupervenientibus indiciis, elapſo biennio amplius moleſtari nequeat, & cenſeatur plenè abſolutus, non obſtantibus novis ſupervenientibus indiciis, & teſtes de viſu ſint: imò & ipſa confeſſio Rei; tunc enim ampliùs inquiri non poteſt ex vi prioris inſtantiæ. Franc. *dec.* 653. de Marinis *tom. 1. lib. 1. c.* 184. *&* *c.* 283. *n.* 10. *&* 11.

76 Elapſis dictis terminis extinguitur etiam data fidejuſſio.

Hinc abſolutus ſub fidejuſſione de in judicio ſiſti, tali biennio, vel triennio elapſo, fidejuſſio eſt extincta, licèt Reus poſt biennium delictum confiteatur, nec poteſt fieri novus proceſſus crimine jam abolito. Franc. *dec.* 653. 654. 250. 240. *num.* 13.

De Denunciatione.

CAPUT III.

77 Quid Renunciatio.

DEnunciatio eſt delatio, non proſequutio criminis latentis, facta Judici legitimo, ſcilicet coram Judice competenti. *l. edicto* 3. *§. id autem deferri debet quod latet, non id, quod fiſci eſt. D. de jure fiſci. c.* 3. *c. novit. de judiciis.* Clar. *§. fin. q.* 7. Pegna 3. *p. directorii commento* 15. Boſſius *tit. de denunciat. n.* 14. Carena *p.* 3. *tit.* 1. *num.* 21.

78 Fit ad emendationē delinquentis.

Finis denunciationis eſt non proſequutio criminis, ſed manifeſtatio ad emendationem, & pœnitentiam Rei. *c. ſuper his* 16. ibi: *ſed ad correctionem. de accuſation.* Toloſanus *partitionum Juris Canonici lib.* 5. *tit.* 9. *c.* 9. *n.* 2.

79 Differt ab accuſatione.

Ly *non proſequutio criminis*, eſt ad differentiam accuſationis, qua accuſans probat; cùm denunciator non probet, ſed tantùm crimen propalet Judici, indicans delinquentem cum indiciis. (5)

80 Reus non eſt puniendus ob vanas populi voces.

Nunquam tamen damnandus, vel abſolvendus eſt ob vanas populi voces. *c. pius* 2. *de elect. c. miramur* 4. *diſt.* 61. *l. decurionum. C. de pœnis*, & ſola fama delicti non facit reum. *c. inquiſitionis* 21. *§ quæſiviſti etiam. de accuſationib.* Ibi: *propter famam, & deponentium credulitatem dumtaxat, non erit ad depoſitionis ſententiam procedendum, ſed infamato Canonica poterit indici purgatio ſecundum arbitrium judicantis.*

Quotuplex ſit Denunciatio?

DUplex Judicialis, & Caritativa. — 81 Denunciatio aut eſt Judicialis.

Judicialis tendit ad vindictam delinquentis, & fit Judici, ut Judex eſt vindex delictorum.

Caritativa tendit non ad puniendum, ſed ad emendandum Reum, & fit Superiori, ut patri, non ut Judici. — 82 Aut Caritativa.

In judiciali denuncians ſe ſubſcribit, ſe habet ut teſtis, & à Judice vocatus debet ratificare, repeti ad hoc ut reus convincatur. Carena *p.* 3. *tit.* 1. *§.* 3. *n.* 20. — 83 Requiſita in denunciatio. ne judiciali, & caritativa

In Caritativa denuncians, non eſt teſtis, nec ſe ſubſcribit, nec repetitur, nec propalari valet.

In denunciatione judiciali indigitantur indicia; nam cùm tendat ad punitionem, debet ex officio Judicis delictum probari; & hic debent indicari teſtes, & indicia.

In Caritativa non tenetur indicare probationes delicti.

Tertio, in Judiciali Reus convictus, vel confeſſus condemnatur, & delictum evadit publicum.

In Caritativa Reus convictus, confeſſus caritativè corrigitur, & delictum fraternè occultatur, & illo non emendato uni, vel alteri propalare valet, prout neceſſum eſt ad opprimendam emendationem. Delbene *de officio S. Inquiſitionis p.* 1. *dubit.* 181. *petit.* 9.

Quarto: In judiciali non eſt onus præmittendæ correctionis fraternæ. Alex. VII. in *Conſtitutione* incipit, *licèt alias.* (6)

In Caritativa præmittenda eſt talis correctio. Fagund. *de præceptis Eccl. tr.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. Peyrinus *tom.* 2. *in Conſtit.* 4. Gregorii XV. *§.* 9. *num.* 26.

Pœna Calumnioſè Denunciantis.

§. I.

84 Falsò denuncians pœna talionis punitor.

DEnunciator calumniator punitur pœna talionis, qua fuiſſet puniendus reus, ſi deliquiſſet. *c. qui calumniam* 2. *c. quia* 3. *c.* 6. *c. delatori* 7. *c. ſi quem. § notandum* 2. *q.* 3. & punitur etiam pœna arbitraria, ut eſt pœna falſi teſtis. Simanchas *de catholicis inſtitutionibus tit.* 19. *rub. de denunciat. n.* 17. *&* *tit.* 64. *de teſtibus num.* 55. Pegna *commento* 40. *§. ad hæc.* Caſtrus Palaus *p.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 8. *p.* 3. *n.* 1. Carena *p.* 3. *tit.* 1. *§.* 2. *n.* 20. vide Cap. Regni: *ſi de furto n.* 11. 13. 14. 17. quia loquitur de pœna calumniantis, & etiamſi debet puniri in expenſis.

Cui, Qui, & ſub qua pœna denunciandi ſint.

§. II.

85 Ordinario, vel Inquiſitori denunciandi ſunt hæretici.

SUnt denunciandi Ordinario, aut Inquiſitori ſub lethali, & excommunicationis pœna. Gregorius VIII. in Bulla: *Excommunicamus.* Innocentius IV. in Bulla: *noverit.*

86 Et ſuſpecti de hæreſi.

Primo omnes, & ſinguli hæretici. Gregor. VIII., & Innoc. IV. *loc. cit.*

Secundo omnes de hæreſi ſuſpecti, ut ſortilegi. *l. quicumque. C. de maleficis, & mathematicis.*

87 Etiam de levi.

Tertio, etiam leviter ſuſpecti de hæreſi. Alex. VII. Bulla. *Licet alias.* Farinac. *de hæreſi q.* 181. *n.* 31. Decianus *tr. crim. lib.* 5. *c.* 47. *n.* 2. Simanchas *catholicarum Inſtitutionum tit.* 1. *de abiur. n.* 18.

---

(5) Quare optimè proſcripſit Alexander VII. Propoſitionem Ordine quintam „ Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis „ quæ excuſabat denunciari hæreticos, quando probare non poſſumus, quia Denunciatio non requirit probationem, & proſecutionem Judicii, ſed manifeſtationem delicti.

(6) Quam per extenſum dat Auctor in Anacephaleoſi *tit.* 12. *num.* 342.

Digitized by Google

*n.*18. contra Genuenſem *in praxi c.*18.*num.*1n. Sanctarellum *de hæreſi c.*9.*dub.un.num.*16. Caſtrum *lib.*2.*de juſta hæreticorum punitioni c.*25. Lazarium *de blaſphemia q.*12.*n.*37.ajentes tantùm denunciandos de vehementi, non de levi ſuſpectos.

Difficultas eſt.

An etiam emendatus ſit denunciandus?

88 Etſi ſit emendatus.

AFfirma: nam hæc eſt denunciatio judicialis pœnam, non emendationem delinquentis intendens, & emendatus delinquens eſt, puniendusque etiam ad aliorum exemplum.

Eſt contra docentes emendatum etiam de hæreſi ſuſpectum, vel ſortilegum denunciandum non eſſe, arbitrantes denunciationis finem eſſe delinquentis emendationem. Sotus 3. *de juſtit. q.*5.*art.*5.Molpheſ.*tom.*1.*ſumma tr.*7. *c.*24.*n.*25.Genuenſis *in praxi c.*18.*n.*67. contra Naldum *in ſumma* v. *accuſare n.* 1. Finellium *de caſibus reſervatis caſu* 2.*n.*8. Zanardum *p.* 3. *directorii c.* 31. Freytam *de confeſſariis ſollicitantibus q.*3.*n.*34.Souſam ibidem *tr.*2. *c.*6. *concluſ.*4.*n.*16. Megalam *p.*1.*lib.*1. *c.*3. *n.*26. Lezanam *regularium c.*19.*n.*34.Palaum *tr.*4. *diſp.*9. *p.*1n. *n.*1. id aſſerentes, niſi de mandato Inquiſitionis aliud conſtet, cum Sancin 11. *Selectarum n.*52.Suario *de fide diſp.*40 *ſect.*4. *n.*5. Sanctarellum *de hæreſi c.*9.*n.*11.Fagund.2. *præcepto Eccleſiæ lib.*6.*c.*4. *n.*16. id aſſerentem de crimine emendato occulto ſine periculo reincidentiæ. Toletum *lib.*5.*ſummæ c.* 57. *n.* 2. id fatentem etiam de hæretico verè emendato, niſi interrogetur ut teſtis juridicè à Judice.

89 Fortiùs ſi dubium ſit, an ſit emendatus.

In dubio autem an reus ſit emendatus, denunciandus fortiùs eſt; nam emendatio eſt facti in dubio non præſumenda: & ſemel malus, ſemper malus præſumitur in eodem ordine mali. *c. ſemel.de reg. juris in* 6., & non delicta denuncianda ferè ſemper aliis nocent, ut hæreſis, maleficium: Communitas, & innocens habent jus, nè exponantur periculo damni, & conſequenter ex juſtitia legali, quæ proſpicit communitati, & ex caritate, quæ in noxiis secùs opprimendis in dubio denunciandus eſt ille, à quo damnum dubium imminet. Navar. 2. *de reſtit.c.*4.*n.*186.Diana *p.*4.*tr.*3. *reſ.*61. ſed ut plenius ſit præſens indagatio, illud orationem non fugiat.

Intra quantum tempus præſumitur emendatio?

90 Referuntur DD. placita, quibus præſumitur emendatio.

PRimo, confeſſum Sacramentaliter emendatum præſumit Feliuus in *c. teſtimonium. de teſtibus.*

Secundo, conſequutum Jubilæum correctum præſumit Genuenſis *in praxi c.*18.*n.*6.

Tertio, ex lapſu plurium annorum emendationem argui, & concludi; itaut emendatus non denuncietur, firmat Diana *p.*4.*tr.*5. *reſ.*23. Sancius 11.*ſelectarum n.*15.Riccius *p.*2.*dec.*159. *n.*14. Homobonus *p.*1.*examinis Eccleſiaſt. tr.*7. *qu.* 37.

Quarto lapſu biennii præſumi reum emendatum, communitèr ajunt Doctores, ſi aliter non conſtet de vita delinquentis.

Quinto lapſu temporis, ut delinquens præſumatur correctus, unde non ſit denunciandus inſpectis circumſtantiis rei, in arbitrium Judicis remittunt Diana *p.*1. *tr.*4. *reſ.*3. Freytas *additio* ad Navarrum *de confeſſariis ſollicitantibus q.*18.*n.*38.

Qui denunciare tenentur?

PRimo omnes, & ſinguli ſcientes, ſi poſſint ſine gravi onere denunciare tenentur; nam tunc non eſt unde excuſentur. *c.ſi.diſt.*4.*l.nulla. D.de legibus.* 91 Omnes ſcientes denunciare tenentur ſi poſſint ſine gravi onere.

Secundo, concurrente damno boni publici, & privati ſuccurrendum eſt publico communi bono, cui pars tenetur ex juſtitia legali.

Hinc Analyſis

An conſanguinei etiam in primo gradu teneantur denunciare conſanguineos, ut pater filium, frater fratrem?

DIſtinguas: vel denunciandus inficit communitatem, vel non. 92 Conſanguineus tenetur denunciare conſanguineum etiam in primo gradu, ſi communitatem inficiat.

Si inficit communitatem, affirma denunciari, quia bonum publicum manutenendum in præjudicio particularis, ſivè damnum publicum ſit in anima, ſive in ſocietate hominum, ſive in politia, & bonis communitatis; Cui damno niſi occurratur à partibus, etiam ipſæ partes damnificabuntur; ergo nè totum, & partes totius, imò ipſi denunciantes damnificentur, tenentur denunciatione impedire malum. *c.vergentis.de hæreticis. l.manichæos. C. de hæreticis.c.ſunt, qui Eccleſiam* 17. *q.* 4. Simanchas *de catholicis inſtitutionibus tit.*29.*n.* 4. Genuenſis *in praxi tit.*58. *num.*91. Diana *p.*1. *tr.*4. *reſ.*4. ajentes teneri denunciare, ſi immineat pernicies communitatis, etiam ipſius denunciantis; nam tunc ut valet ſe, & communitatem defendere contra conjunctum, etiam in primo gradu: ità denunciare tenetur, ut Princeps communitatem defendat, & avertat malum imminens.

Eſt contra ſimplicitèr negantes à patre denunciandum filium, à filio patrem etiam hæreticum, motos quia nemo tenetur denunciare ſe ipſum; ergo nec illum, ex cujus denunciatione denuncianti damnum imminet in bonis, in familia, in fama. Abulenſis in *c.*13. *Deuteronomii.* Ricc. *p.* 3. *lec.*278. *n.*8. Cui motivo ſatis ex dictis factum; nam non denunciando damnum majus pateretur, cui, & communitati occurrere ex juſtitia legali, etiam ex caritate tenetur.

Si non inficit, nega *l.lege julia* 4.*D.de teſtibus.* Crot.*de teſtib.p.*5.*n.*196. Abb.*in c.literas. n.*8.*de præſcript.* Menoch.*lib.*2.*de arbitr.caſu* 497.*n.*5. Gomez *tom.*3.*var.rub.de probat. c.*12. *num.*24. Maſcard. *lib.*1.*de probat.concl.*74. *n.*1. Farinac. *de teſtib.q.*54. *n.*13. unde non teſtificatur adverſus ſocerum, generum, vitricum, privignum, ſobrinam.*d.l.lege Julia* 4. & hoc etiam in cauſa criminali, ſeù civili. Albericus in *d. l. Julia* 4. *num.* 4. 93 Secùs ſi non inficit

Volentes tamen admittuntur. Nellus *de teſtibus n* 9.Simanchas *catholicarum Inſtit. n.*64. *rub.de teſtibus.*

Ultrò tamen ſe offerentes ſpontè ad teſtificandum, ſunt repellendi ut ſuſpecti. Maſcar. de *probat.lib.*1.*concl.*408.*num.*28. Farinac. *loc.cit. num.*17.

Imò conſanguineus, vel affinis nec poteſt compelli, licèt veritas alitèr haberi non poſſit. Ità ſentit Federicus Schienc. *tract. de teſtibus n.*34. contradicente Baldo in *d.l.lege julia.* 4. *D. teſtibus* Maſcardo *loc.cit.n.*2.

Hinc infert Serra 2.2. *q.*68. *art.*1. *in fine* neminem teneri ad accuſandum, vel ad denunciandum juridicè patrem, filium, fratrem, maritum, uxorem, quia cenſetur una perſona.

Alen-

Digitized by Google

Alenſis 3. *p. q.* 33. *art.* 2. qui vult id currere etiamſi ſit hæreticus, ſi alios non corrumpat. Penna 3. *p. directorii inquiſitionis q.* 3. *commento* 160. qui vult uxorem non teneri ad denunciandum ſuum maritum rebellem: Sed hæc magis coarctanda ſunt, quia delicta fœda inficientia communitatem, cui cedit particulare bonum conſanguinitatis, vel affinitatis. Auth. *res, quæ. C. communia de legatis*. Vide Dianam *p.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 4. 5. *&* 6.

Uſque ad quem gradum conſanguinei, & affines denunciare non cogantur?

94 Ad quem uſque gradu conſanguinei, & affines non teneantur denunciare.

ALiqui volunt uſque ad 12. gradum. Doctores apud Maſcardum *de probat. in præf. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 64.

Alii uſque ad ſeptimum. Gloſ. in *l. ſi femina. D. ad turpillianum*. DD. apud Gomez 3. *var. c.* 1. *rub. de delictis n.* 34. Gigas *de crimine leſæ maieſtatis lib.* 2. *rub. quomodo, & per quos q.* 9. *num.* 7.

Alii uſqoe ad ſextum, quam veram dixit Gomez ſententiam *loc. cit. c.* 1. *n.* 34. *ex d. l. Julia* 4. *D. de teſtibus, & l. juriſconſultus*, §. 5. *gradu, &* §. 6. *gradu. D. de gradibus.*

Alii rem coarctarunt uſque ad 4. gradum excluſivè. Campegius *tr. de teſtib. reg.* 2. *fallentia* 3. Duennas *reg.* 284. *ampliat.* 1. Gloſ. *in c. conſanguinei* 3. *q.* 5. Abbas *in c. literas. n.* 8. *de præſumt.* Nellus *tr. de teſtibus n.* 9. quæ ultima ſententia eſt communior.

Quid dicendum in monitoriis Epiſcopi?

95 In monitoriis Epiſcopi uſq; ad quartum gradum nõ tenentur denunciare.

IStos uſque ad quartum gradum non teneri incluſivè, etiam præcipiente Epiſcopo ſub excommunicatione, etiamſi veritas aliter haberi nequeat, docet Clarus in *pract.* §. *fin. q.* 24. *v. ſcias tamen*. Schienc. *tr. de teſtibus num.* 34. Baunius *in theologia morali p.* 2. *diſp.* 4. *tr.* 3. *q.* 10. ubi citat Ugolinum. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 96. *n.* 62. Avila 2. *p. de cenſuris c.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 2. *concl.* 1. Guttierez *Canonicarum quæſt. c.* 11. *n.* 55. Gregorius Lopez *p.* 3. *tit.* 16. *lib.* 11.

Probatur ab iſtis DD. quia ità exigit jus ſanguinis, & revererentia debita conſanguineis, & affinibus; Idque ex eo, quia amor foveri debet inter conſanguineos, & non deſtrui. At depoſitio, ſivè teſtificatio conſanguinei contra conſangoineum eſt contra reverentiam debitam, & amorem ſervandum, & ſic cùm leges nequeant præcipere aliquid contra naturalem inclinationem, conſequenter non poſſunt rationabilem naturalem iſtam inclinationem tollere, niſi urgeat bonum communitatis.

Hinc infertur primo, fratrem contra fratrem non teneri ad teſtificandum. *d. l. lege Julia* 4. *D. de legibus. c. ſi teſtes* §. *lege* 4. *q.* 3. Albericus in *l. parentes n.* 2. ubi Salic. *n.* 6. *C. de teſtibus*. Schienc. *tr. de teſtibus n.* 31.

Secundo, pater contra filium, & è contra non cogitur teſtificari. *l. parentes*. ubi Salicetus *C. de teſtib.* Gomez 3. *var. c.* 12. *n.* 12. *rub. de probat.* (7)

An autem filius teneatur denunciare patrem hæreticum?

96 Filius tenetur denunciare patrem hæreticum.

AFfirmavimus ſupra cum Maſcardo *lib.* 1. *de probat. concl.* 857. quidquid contradixerint aliqui apud eundem *n.* 21.

Tertio

An uxor teneatur denunciare virum, & vir uxorem?

97 Similiter vir uxorem, & è contra, ſi immineat damnum communitati.

DIſt. vel non denunciando damnum imminet, vel non imminet communitati, & partibus.

Si non imminet, denunciare non tenetur, quia ceſſat motivum juſtitiæ, & caritatis, avertendi ſcilicèt malum à communitate, & partibus.

Si damnum imminet communitati; tunc conjuges denunciare tenentur, quia ſicuti ſunt idem inter ſe: ità idem cum toto, cujus ſunt partes; ergò ut totum prævalet parti, ità potiùs occurrendum, & avertendum malum totius magis, quàm partis.

Et cum hac diſtinctione recipio ajentes denunciandum eſſe à conjuge conjugem, ut ait Pegna *p.* 3. *directorii q.* 111. *commento* 16n. Simanchas, Diana, Genuenſis *loc. cit.*

Et ajentes non teneri denunciare conjugem, quia non tenetur denunciare ſe ipſum, & ob graviſſimam reverentiam, unitatem, ac pacem fovendam inter conjuges. *c. aliquando. de pænitentia diſt.* 1. Sanctarellus *de hæreſi c.* 11. *dub. un. n.* 19. nam conjux cum conjuge unum eſt. *c. agatboſa.* 27. *q.* 2. *c. debitum. de bigamis. c. ad Apoſtolicam. de converſione conjugatorum l.* 1. *D. de ritu nuptiarum*, & ità docet Novarius *de electione fori ſect.* 3. *q.* 3. *n.* 13. Cantera *rub. de hæreticis.* Valerus *in differentiis. v. hæreſis n.* 4. Ricc. *p.* 3. *dec.* 279. *n.* 8. Homobonus *de caſib. reſ. p.* 2. *c.* 1. Lazarius *de blaſphemia q.* 12. *n.* 67. Diana *de denunciat. reſ.* 6. Maſcard. *lib.* 3. *concl.* 14an. *nu.* 12. *l. in alia. in fin. D. ſoluto matrim.* (8)

An iſti ſuſpecti de hæreſi denunciandi ad invicem?

98 Suſpecti de hæreſi ſunt denunciandi ad invicem, ſi immineat publicum damnum.

DIſtinguitur: vel imminet, vel non damnum publicum.

Si imminet: puta ſi alios inficiant; tunc denunciare tenentur, quia ex Juſtitia, Religione, & Caritate tenentur ſuccurrere bono publico, aliis innocentibus, & ſibimet ſecùs damnificandis infectione. Carena *par.* 2. *tit.* 9. §. 3. *num.* 13. Diana *par.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 6.

Si verò nulli damnum immineat; tunc ceſſant rationes, unde debitum naſcitur denunciandi, & ceteroquin valdè oneroſum denunciantibus. *l. nulla. D. de legibus. c. erit diſt.* 4. & injuria facta viro eſt facta uxori, facta patri eſt facta filio; & ità recipi poteſt Homobonus *part.* 2. *de caſib. reſerv. c.* 1. Lazarius *de blaſphemia q.* 12. *n.* 67. ajentes patrem, filium, uxorem, virum, fratres ad invicem contra ſe non teneri denunciare. (9)

An offenſus teneatur denunciare, ſi id Epiſcopus præcipiat ſub pœna excommunicationis.

99 Offenſus nõ tenetur denunciare.

NEga; nam eſt conſilium Chriſti Domini condonare proprias injurias. Salonius *loc. cit. controv.* 2. Serra *loc. cit. art.* 1. *in fine. v. de criminibus*, & ſic ponamus titulum.

Qui Denunciare non tenentur.

§. III.

100 Timor gravis damni deobligat à denunciando.

DEobligat à denunciando, primo, timor gravis damni in vita, honore, fama, bonis ſibi, vel alteri ſibi conjuncto patri, matri, filio, fratri, conſanguineo, uxori, affini,

inti-

(7) De Monitoriis Epiſcopi fusè Auctor tractat in Opuſculo *De Excommunicatione ad revelandum*, quod inter Opuſcula rejectum eſt.

(8) Etiam ſine poſita diſtinctione abſolutè tenetur conjux conjugem hæreticum denunciare: quia id exigit bonum fidei, & Religionis, cui omnis reverentia.

(9) At his etiam imminet onus denunciandi, ut praxi receptum eſt.

Digitized by Google

intimo amico, vel ſi uxor ſibi timeat à marito denunciando ot hæretico trucidationem. (10)

Patet primo, quia leges humanæ fragilitati accomodatæ. *c. erit. diſt.*4. nequeunt cum magno onere obligare. *l.nulla. D.de legibus.*

Secundo, quia metus cadens in virum conſtantem gravis damni excuſat ab obſervantia, & pœnis legis humanæ. D.Thom. 2.2. *qu.*147. *art.*3.*ad* 2. Sotus 7.*de inſtit. quæſt.*2. *art.*1.*ad* 2. Sylveſter v.*metus qu.* 7. Homobonus *de caſib. reſerv.par.*2.*n.*1. Diana *par.*1.*tract.*4.*reſol.*7. Hoſtienſis *in c.cum bonum*, obi Innoc.*n.*1. Joannes Andreas *n.* 2. Ancharanus *n.* 10. *de ſponſalibus*. Sanch. 4.*de matrim. diſp.*4. *n.*5. excuſaotes parentes, filios, fratres, à denunciando, ſi patre denunciante malum immineret filio, fratri. D.Thom. *in* 4.*diſt.*29.*qu.un. art.*2.*ad* 2. D.Antoninus 3.*par. tit.*1.*c.*7. excuſantes virum à denunciando, ſi damnum immineret uxori, & è converſo. Præpoſitus *in c.fin.num.*6.*de appellat.* Menoch.2.*de arbitr.centur.*2.*caſu* 135.*num.*18. excuſantes à denunciando ob damnum imminens affini, aut conſanguineo.

Intelligas, niſi urgeat Juſtitia, Caritas, Pietas ſuccurrendi bono commoni Religionis, vel politiæ, quo corruente, ipſe etiam non denuncians cum illo toto damnificaretur in fide, in pietate, in bono pacis. (11)

101 Nota ſub ſigillo Sacramentali, non denuncianda

Secundo, nota ſub ſigillo Sacramentali non ſunt denuncianda, etiamſi totius Orbis excidium immineret; tantùm namque exigi occultationem propalatam homini ut Deus eſt, qui hanc notitiam ſibi reſervavit, & vetuit ad alios uſus converti. D.Thom. *in* 4.*diſt.*21.*qu.*3. *art.*1. Sotus *in* 4.*diſt.*18.*quæſt.*4. *&* 5. Scotus *in* 4.*diſt.*21.*qu.*2.*ad* 2. Suarius *de fide diſp.*20.*qu.*4. *n.*16. Sanch. 6.*Decal. c.*18. *n.*57. Deus namque providebit aliundè publico bono.

102 Nec ſi ſit in damnum ſolius delinquentis.

Tertio, nec ſunt denuncianda ob damnum ſolius delinquentis commiſſa in ſecreto petitionis conſilii, auxilii, Medico, Advocato, Doctori, Obſtetrici: niſi inde vergant in damnum Communitatis, vel alterius innocentis, cui ſuccurrendum ex caritate præponderante fidelitati tacendi occulta.

Patet, quia oppoſitum deſtrueret ſocietatem humanam, quæ eſt pars urgentior boni Publici; averterentur namque homines indigentes à petendo conſilio, auxilio, ſi indè damnum ſibi inhæreret: ut timere deberent, ſi poſſent illi ſecreto naturali commiſſo propalare, nec jus naturale, aut divinum, & multò minus humanum abſtulit ab hominibus jus ſocietatis conſervandæ, & ſecuritatem petendi conſilium. Navarr. *c.*25.*n.*46. Medina *de iuſtitia tract.*4. *diſp.*5. *c.*3. Corduba *lib.*1.*qu.*33.*dub.*2, Petrus Navarra 2.*de reſtitutione c.*4. *n.*122. Delbene *part.*2. *de officio Inquiſitionis dub.*198.*ſect.*25.*petit.*98.*n.*2.

103 Quæ ſunt audita à perſonis levibus non denuncianda.

Quarto, nec denuncianda ſunt audita à perſonis levibus, vel ignotis illis, à quibus audivit aliquem eſſe maleficum, vel ſuſpectum de hæreſi; nam fortè audivit ab inimicis, fortè eſt fama orta ab infamibus pro opprimenda veritate: unde levis ipſe credendo æſtimabitur, cùm certè credendum non ſit. Farinac. *de hæreſi q.*197. *n.*51. Rodriq.*tom.*2.*Regularium q.*6.*art.*7. (12)

Quinto, nemo tenetur denunciare ſe ipſum. *c.aliquando.de punit.diſt.*1. Diana *par.*1 *tract.*4. *reſol.*8. 104 Nec ſeipſum tenetur denunciare.

Sexto, nec tenetur denunciare complices; nam denunciaret ſe ipſum; cùm ſocius interrogatus etiam ipſum complicem propalaret. Suar. *de fide diſp.* 20. *ſect.*4. *n.*18. Diana *part.*1. *tract.*4. *reſol.* 9. excepto crimine ſollicitationis denunciando, licèt non ſcribatur conſenſus ſollicitati. Sac.Congr.25.*Julii* 1624. (13) 105 Nec complices.

Septimo, nec eſt denuncianda non malefica, ex ſimplicitate, ignorantia etiam craſſa conficiens maleficium, etiam hæreticale; nam non eſt contumax, nec pertinax, donec de errore monita non reſipiſcat. Sanctarelius *de hæreſi c.*1. *dub.*5. *n.*20. *&* 22. Farinac. *de hæreſi qu.* 7. *n.*29. Coninck *de fide diſp.*28.*dub.*7.*concl.*4.*&* 5. Suar.*de fide diſp.*19.*ſect.*3.*n.*3. Gennenſis *in praxi c.*18. *n.*4. Carena *de officia S.Inquiſitionis p.*2. *tit.*9.§.7.*n.*32. Palaus *p.*1.*tr.*4.*diſp.*3.*puncto* 2.*n.*6. 106 Nec ſi ignorantia aliquid fiat.

Octavo, nec eſt denunciandus ut ſuſpectus particularis ſciens, & non denuncians aliquem hæreticum; quia non dicitur illi favere; cùm ex officio, aut ex ſpeciali mandato non tenetur denunciare, nec hæreſim extirpare. Palaus *par.*1.*tract.*4. *diſp.*3. *punct.* 5.*n.*7. Farinac.*de hæreſi qu.*182.*n.*27.*&* 36. 107 Particularis ſciens nec denuncians hæreticum, non eſt denunciandus.

Eſſet tamen fautor obligatus ex officio, vel ſpeciali mandato non denuncians. *c. qui poteſt.* 23.*qu.*2. Pegna 2.*Directorii commento* 78. v.*ergo privati.* Suar.*de fide diſp.*24.*ſect.*1.*num.*8. Sanch. 2.*Decal. c.*10. *n.*15. Et hic obligatus denunciare, non denuncians, eſt ſuſpectus ſaltem de levi. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.*2.*can.*1.*qu.*33.*concl.*1. *n.*17. Carena *de officio Inquiſit. par.*2. *tit.*9. §.9. *num.*43.*&* 44. contra Caſtrum *de juſta hæreticorum punitione c.*25. *lib.*2. ajeotem illum ſuſpectum eſſe de vehementi. Intelligas ſi etiam contraxerit arctam amicitiam cum hæretico, ſed ſi non revelet non quia hæreticus, ſed quia conſanguineus, vel affinis, amicus, non eſt ſuſpectus de levi. Carena, & Duardus *loc.cit.*

An Amicus teneatur denunciare contra Amicum?

108 Quid de amico contra verum amicum.

NEgat Speculator *tit.de teſte* §.1. *n.*1. Campegius *de teſtibus rep.*21. & alii apud Maſcardum *de probationibus lib.*3.*concl.*1357.*n.*38. Probant ex *l.*3. ibi: *vel amicus ei ſit.D.de teſtib. c.ſi teſtes* 4. *qu.*3. *c.quoties*, ibi: *nec amicitia. de teſtibus.c.quatuor* 11.*qu.*3.

Sed oppoſitum docent Baldus *in l.eos.n.*1.*C.de teſtibus.* Alex.*lib.*5.*conſ.*88.*n.*14.

Alii diſtinguunt: Et ſi amicitia ſit levis, volunt teneri ad denunciandum: ſi amicitia ſit gravis negant teneri; quia amicus gravis æquiparatur ſanguine conjuncto. Gloſſ. *in l. late.* §.*amicos.* v.*amicos. D.de verb.ſignif.* Felinus *in c.quoties.n.*6.*de teſtibus.*

Exiſti-

(10) Aliqui rectè docent, vix dictas cauſas habere locum, quia Superiorum ope dicta pericula vitari poſſent, & ratione ſtrictiſſimi ſecreti Tribunalis Sancti Officii.

(11) In caſu hæreſis formalis periculum graviſſimi damni non excuſat: quia bonum Religionis, & Fidei, quod eſt bonum publicum, prævalet bono privato. Vide Suarez, & Layman, quos refert Octavius à S. Joſeph *tomo* 1. *tit.* 66. *num.*543.

(12) Semper fieri debet denunciatio rei auditæ, potiſſimùm de hæreſi, etiam à perſona levi, cum juvet ad inquirendum.

(13) In caſu hæreſis formalis complices tenentur denunciare; quia cùm hæreſis ſit Reipublicæ perniciosa, quilibet etiam complex tenetur. Vide Dianam *par.*1. *reſol.* 9. *tract.* 4. Idem dicendum de femina, quæ conſenſum præſtitit Confeſſario ſollicitanti.

Exiſtimarem ponderandas juſtas amicitiæ leges, & an Superior poſſit tollere juſtam, & virtuoſam amicitiam, an poſſit facere, ut quis ſit ingratus: & certè urgente bono communi bonum particulare cedere debet. Cicero *de amicitia*, ubi ponit inter leges amicitiæ, nè amicus roget quid turpe, nec rogatus faciat, quia amicus amico bona debet velle. Ariſt. 8. *ethicorum cap.7.* (14)

Ex his apparet quando amicus teneatur, vel non deponere: & ſemper nota amicum debere eſſe verum, legitimum, glutino virtutis ſtrictiſſimè junctum, ut æquiparetur ſanguine conjuncto, cui æquiparari docet Gloſſ. *in c. requiſiſti. v.nec eſt.de teſtamentis*. Crotus *lib.2. conſ.*182. *n.*35. Farinac. *de teſtibus qu.*56. *n.*177. Sed hæc trepidè ſcribo, tu conſulas peritiores, & rectam rationem.

Tempus ad denunciandum Hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi.

§. IV.

109 Intra xv. dies ſunt denunciandi hæretici.

SUnt quindecim dies. Sacra Congreg. 3. *Januarii* 1623. Alex. VII. in Bulla: *Licèt aliàs*, niſi in delicto terminus ſit productior, vel contractior præfixus.

Pœna non denunciantis Inquiſitoribus, vel Ordinariis intra tale tempus.

110 Non denuncians intra dictum tempus eſt excommunicatus.

ESt excommunicatio latæ ſententiæ reſervata Papæ. Sacra Congregatio 3. Januarii 1623. Alex. VII. in Bulla: *Licèt aliàs* 8. *Julii* 1660. Suarez *de fide diſp.*20.*ſect.*4. *n.*11. Portella *in dubiis regularium v.denunciatio n.* 5. Carena *p.2.de offic. S.Inquiſit. tit.9.§.7.n.*34. Fagundez 2.*præcepto Eccleſiæ lib.4.c.3. n.*31. Genuenſis *in praxi c.* 66. *n.* 2. contra Freytam *de confeſſariis ſollicitantibus q.*21. *n.*44. ajentem feminas non denunciantes ſollicitantes, non eſſe excommunicatas edicto non poſito; quia ſollicitantes non ſunt ſuſpecti de hæreſi.

111 Qui non abſolvitur etiã per Cruciatam, niſi facta denunciatione.

Ab hac excommunicatione nequit abſolvi Reus etiam per Bullam Cruciatæ, niſi denunciatione facta, ut nec abſolvi nequit, niſi ſatisfacta parte. Sancius 11. *ſelectarum n.* 62.

Non denuncians intra terminum præfixum, illo elapſo, an denunciare teneatur?

SEnſus eſt, ſi quis ignoret edictum, vel ſit impotens, aut abſens; itaut non poſſit tunc denunciare: an deindè ceſſante impedimento, denunciare teneatur.

112 Impeditus, vel abſens, etiam elapſo termino, tenetur denũciare.

Affirma, quia præciſo mandato Superioris, etiam in conſcientia denunciare tenetur, urgente juſtitia legali, Religione, Caritate, qood onus non tollitur termino præfixo à Soperiore, qoia nequit Superior tollere obligationem naturalem, & conſequenter terminus non eſt ad finiendam, ſed ad maturandam citiùs denunciationem; itaut ſciens ſemper denunciare teneatur, & non denuncians intra illud tempus præfixum à Superiore ſit excommunicatus. Navar. *in ſumma c.*25. *n.*46. & *c.*17. *n.*134. Lazarius *de monitoriis ſect.*2. *q.*4.*n.*8.

113 Terminus non eſt ad finiendam obligationem.

Impeditus verò ignorantia, impotentia, vel alio impedimento legitimo, impedimento ceſſante, tenetur denunciare intra terminum, qui terminus integer ei conceditur, nè impedito currant tempora, niſi ceſſante impedimento. Acugna *de confeſſariis ſollicitantib.q.*21. *n.*4. Fillincc. *de officio Sacerdotis tom.* 1. *tr.* 14. *c.2.n.*42. Villalobos *tom.1.ſummæ tr.*17. *difficult.* 78. *n.*4. contra Bonac. *tom.* 1. *de obligatis denunciare diſp.* 6. *p.* 2. *§.*4. ajentem debere denunciare ſtatim ac commodè poteſt; itaut toties contrahat excommunicationem, quoties poteſt, & non vult denunciare, quod eſt falſum ait Lazarius *de monitoriis ſect.*2.*§.*4.*n.*8.

Negant Ugolinus *de poteſtate Epiſcopi c.* 45. *§.*5. *n.*1. Philiarchus *de officio Sacerdotis t.*1.*p.*1. *lib.*3.*c.*34. Armilla v.*excommun.n.*34. Tabiena ibidem 4.*n.*5. Naldus *in ſumma* v.*revelare n.*2. quia res eſt odioſa, & oneroſa, & ſic reſtringenda. Sic Salonius *concl.* 5. ait præcepta propoſita in viſitationibus particularibus Epiſcoporum, non obligare illos, quibus innotuerunt expleto tempore viſitationis.

Quod ſi velis ſequi primam ſententiam tutiorem, ſcias quod poſtquam abſens venit, vel ignorans ſcit, habet etiam dies præfixos in decretatione; nam tempus currit à die ſcientiæ. Sanc. Filliuc. Villalob. *loc.cit.* (15)

Volens confiteri, quando teneatur denunciare?

DIſt. vel adeſt, vel non impotentia denunciandi, & neceſſitas communicandi. 114

Si non adeſt impotentia denunciandi, nec communicandi neceſſitas; tunc debet denunciare ante abſolutionem Sacramentalem; nec ſufficit ſi velit poſt abſolutionem denunciare. Gregorius XV. *in Conſtit. Univerſi.* 30. *Auguſti* 1622. contra Confeſſarios ſollicitantes. Avila *p.2.de cenſuris c.7. dub. 7. in fine*. Carena *p.* 2. *tit.9.§.10.n.*48. Diana *p.1.tr.4.reſ.*27. Potens denunciare, tenetur ante abſolutionem ſacramentalem denunciare.

Si verò adſit impedimentum denunciandi: puta deſit hìc, & nunc tempus denunciandi, & urgeat onus communicandi, ad tollendam infamiam; tunc abſolvi valet, ſi promittat ubi primum commodè poteſt denunciare; nam leges humanæ nequeunt obligare cum periculo infamiæ, nec ad impoſſibile, & debent eſſe ſuaves, ac faciles, accomodatæ humanæ fragilitati. *l.nulla D.de legibus c.erit diſt.*4. Zanard. *p.2. ſummæ. punct.2.c.11.in fine*. Rodriq. *tom.2. ſummæ c.*34.*n.*6. Sanctarellus *de hæreſi c.9. dub. un. n.*16. *in fine*. Delbene *tom.2. de offic. Inquiſ. dubit.*237.*ſect.*13.*pet.*6. 115 Secùs ſi adſit impedimentum.

Quomodo denunciandum ſit?

§. V.

PRimo debet præmitti juramentum de veritate dicenda in omnibus, & ſingulis cum ſuis circumſtantiis. 116 Denuncians debet jurare de veritate dicenda.

Secundo denuncians debet ſi ſciat ſe ſubſcribere, & ſi ignoret ſubſcribitur ab actuario. Genuenſis *in praxi c.*18.*n.*2. Carena p.2.*tit.*6.*n.*27. Eymericus *p.*3. *Directorii fol.*415. 117 Et ſubſcribere.

Si denunciator prebeat libellum ſe non ſubſcribendo indicans alios teſtes, nequit ad illos examinandos deveniri; quia denunciatio eſt ſuſpecta, præſumitur falſa, ac calumnioſa ad alios infamandos. Simanchas *de catholicis inſtitutionibus tr.*43.*rub. de ordine procedendi n.* 10. Souſa *lib.*3. *aphoriſmorum c.*3.*n.*11. 118 Non ſubſcribente denũciatore nequit examinari alios teſtes ab ipſo indicatos.

Nec ex tali denunciatione deveniri valet ad ſpecialem inquiſitionem. Farinac. *de hæreſi q.*185.*n.*68. del Bene *p.*1. *dub.*183. *n.*11. Palaus *p.1.tr.4.diſp.8.p.3.n.*4. Diana *p.4.tr.8.reſ.*41. 119 Nec deveniri ad ſpecialem inquiſitionem.

Nec ſecundo ex illa depoſitione, tanquam de re ſuſpecta de falſo, de calumnia, deveniri

valet

(14) Vide notas de denunciatione uxoris.

(15) Primam ſententiam, quæ vera eſt, ſequi tenemur. Vide DD.

valet ad examinandos teſtes in illa denunciatione noo ſubſcripta à denunciante ſciente ſcribere. Cerena *par.3. de offic. S. Inquiſitionis tit.1. §.3.n.22.&27.* Genuenſis *in praxi c.18.n.2.* Zacchias *de caſibus reſ. caſu* 2. Lazarius *de blaſphemia q.12.n.74.* Farinac. *de hæreſi q.185. n.68.*

120 Sollicitãs eſt denunciandus, etſi pœnitens diſſenſerit.

121 Et ſollicitaverit per tertiam perſonam ante, in, & immediatè poſt confeſſionẽ, vel ejus occaſione, etſi non ſit confeſſarius.

De Denunciatione ſollicitantium ad Bullam Gregorii XV. quæ incipit : Univerſi Dominici Gregis.

§. IV.

IN hac Bulla tractatur de Confeſſariis ſollicitantibus, qui denunciandi ſunt. Et ſollicitare idem eſt ac inſtare, provocare, allicere verbo, & ſcripto ad turpia, quæ honeſtè oominari oon poſſunt; Eſtque denunciandus ſollicitans, ſivè ſollicitatus conſentiat, ſivè diſſentiat pœnitens. Diana *p. 4. tr.5. reſ. 3.* Et eſt deounciaodus Coofeſſarius, licèt ſollicitet per tertiam perſonam ante, in, & immediatè poſt confeſſionem, vel occaſione confeſſionis, etiamſi non ſit Confeſſarius, ſed fingat ſe Confeſſarium. Sancius 11. *ſelectarum n.39.*

122 Pœnitens conſentiens, etiam tenetur denunciare confeſſarium.

Pœnitens coofentiens, etiam tenetur denunciare Confeſſarium, licèt oon teneatur dicere ſuum conſenſum, ex declaratione Sacræ Congregatioois ad Archiepiſcopum Neapolitanum.

Sed quid dicendum, ſi pœnitens timeat grave notabile damnum ex denunciatione.

Et non teneri tunc denunciare, quia leges non obligant cum gravi unere, docet Fagundez *præcepto 2. lib.4.c.3.n.21.* (16)

123 Quid ſi timeat grave damnum.

At ego rem maturiùs conſiderans definirem, an ſcilicèt majus bonum ſit io ſervando ſecretũ tectum, ao potius oppoſitum; majus namque bonum ſemper promovendum eſt currente illo principio: majus bonum mioori bono prefertur.

124 Quid de confeſſario ſollicitato.

Si verò Confeſſarius ſollicitatus conſentiat, ſub Judice lis eſt, an inquam denunciandus ſit. · Negat Peguera *tom.1. ad Conſtitutionem Gregorii XV. n.8.* Lezana *conſult.12.n.59.* Tamburrin. *de iure Abbatum diſp.16.q.5.n.13.* quia Gregorius XV. loquitur de ſollicitantibus, & non de ſollicitatis. Sed adhuc hæſitat animus, creditque Confeſſarium debere, & poſſe deſiſtere, & ſi non deſiſtit, abutitur Sacramentis, & malè ſentit de eis.

125 Ex ſola depoſitione pœnitentis non devenitur ad carcerationem, vel torturam.

Ex ſola depoſitiooe pœnitentis ſollicitans non debet carcerari, nec torqueri. Sacra Congregatio 17. Julii 1627. ibi: *Queſta Suprema Congregatione ordina, che per il detta d'una ſola donna V.S. non venga à conſtituire, è carcerare il preteſo reo, ſenza prima darne avviſo*, ut infra: *Ed all'hora ſe deſcriverà ſe debbia, ò nò procedere à carcerarlo.* Bordon. *controv.2.q.19.n.25.*

Concludamus denunciantem facere fidem, ſed ex dicto unius fortè malè effecti, fortè ab Inimico ſtimulati, providè procedeodum eſſe, nec præcipitanter deveniendum ad capturam, Inconſulta Sede Apoſtolica, ut ſtatuit Sacra Congregatio *loco cit.*

126 Pœnitens non abſolvendus, niſi denunciet prius.

Pœnitens verò non poteſt abſolvi, niſi denunciet ante abſolutionem, ſi alia via non urgeat neceſſitas, infamiæ periculum, vel articulum mortis, ut diximus ſuprà. Avila *de cenſuris p.2.c.5. dub.5.* (17)

127 Graviſſimè punitur ſollicitans.

Qua pœna ſit puniendus ſollicitans?

GRaviſſima, niſi cogat ad lenitatem declinare difficultas probationis; & ſic condemnari poterit ad triremes, exilii, vel carcerum perpetuo ſqualore mulctari, fuſtibus etiam cedi, ſi Religioſus ſit, idque per omnes conventus ſuæ Religionis, & deinde carcerari perpetuò, & poteſt quandoque ſuſpendi à cura animarum per tempus, vel in perpetuum, pro ut exigit delicti gravitas, & certitudo. Ricc. *p.3. collect.54.*

An Pœnitens ſollicitatus debeat deſiſtere à denunciatione, ſi credat Confeſſarium correctione fraterna emandatum?

128 Pœnitens debet denũciare Confeſſarium ſollicitantem, etſi credat eum emendatum.

NEgo: ex Conſtit. Alex. VII. contra multos Thomiſtas oppoſitum ſantientes, ut in noſtra Anacephaleoſi *n.337.* & contra Lazarium *p.1. ſumma c.16.n.24.*

Spontaneus comparens.

§. VII.

129 Quis ſit ſpõtaneus comparens.

EſT qui delicti horrore non accuſatus, non denunciatus, non indiciatus, non inquiſitus, non nominatim citatus, nec vocatus, non ſimulatè, ſed verè pœnitens venit coram competente Judice Inquiſitore, & ſpontè fatetur plenè ſuum flagitium, unà cum omni circumſtantia, & complice, veniamque rogat. Bulla Julii III. incipit: *In multis. l.4.§.fin. C. de ſicariis. l. ſponte. D. de muneribus, & honoribus, c. ut officium. de hæreticis in 6.* Gloſ. *in c.1. v. ſponte. 16.q.6.* Souſa *lib.4.c.8.n.5.* Farinac. *de hæreſi q.163.n.28.* Bordonus *tom.1.c.30.n.23.*

130 Non officit ſpontaneo comparenti, ſi præveniat denunciationem, quã ſcit ſecuturam.

Nec officit ſpontaneæ comparitiooi, ſi ſciens ſe denunciaodum præveniat, dummodo id ſpontè faciat horrore culpæ. Hoſtienſis *in c. de hoc. de ſimonia.* Pegna *p.2. commento* 64.

131 Vel neſciat ſe jam denunciatum.

Imò ſi comparens ignoraverat ſe jam denunciatum, gaudet privilegio ſpontè comparentium; nam nullo timore tactus comparuit ſpontè. Farinacius *loc.cit.n.37.*

Non ità eſt ſciens ſe denunciatum, ante citationem comparens; nam tunc cenſetur comparere non ſpontè, ſed timore: licèt etiam tunc mitiùs puniatur. Navar. *conſil. 8. tit. de hæreticis lib.7.n.7.* Carena *p.2. tit.18.n.2.*

132 Sponte comparens, non punitur pœnis ordinariis.

Spontè comparens non punitur pœnis ordinariis, ſed mitiſſimis ſalutaribus, cooſeſſione, oratione, eleemoſyna, jejunio, vel leviſſimo carcere. Concilium Bitterenſe *c.2. c. præsbyterum. diſt.50.* Simanch. *de Catholicis inſtit. tit.44. n.3.* Bordonus *tom.1.c.30.n.21.* Albertious *lib. de aſſertionibus agnoſcendis q.25.n.15.* Suarius *de fide diſp.23. ſect.2.n.4.* Farinac. *de hæreſi q.193.n.5.*

133 Hæreticus formalis ſponte comparens abjurat ſecretò, non publicè.

Si verò ſit hæreticus formalis, ſpontè comparens abjurat de formali ſecretò, non publicè. Royas *ſingulari 23.n.8.* Farinac. *de hæreſi q.194. n.8.* Simanchas *de Catholicis inſtitutionibus tit.1. n.24.* Alii verò ſuſpecti de hæreſi juxta ſuſpicionis quantitatem abjurant. Carena *p.2. tit.18. §.3.n.16.* contra Bordonum *t.1.c.30.n.29.* oolentem illos teneri abjurare, quia ſpontanea comparitione oſtendunt ſe receſſiſſe à malo, quæ ratio probaret idem de formali hæretico ſpontaneo comparente, qui tamen abjurare tenetur.

Spontè comparens, ſed præventus.

134 Spontè comparens, ſed præventus, mitius punitur.

ADhuc evitat pœnam ordioariam, licèt mitiùs puniatur carcere, exilio, fuſtigatione pro qualitate delicti. Farinac. *de hæreſi q.193. n.80.* quod ſervatur etiam in illis, qui ſpontè fatentur, nam ſemper miteſcit pœna, etiamſi jam fuerit carceratus, & etiam cooſidera-

(16) Vide inferiores notas, & *tom.2. par.3. Examinis* P. Felicis Poteſtatis.

(17) Vide quæ de ſollicitantibus ſcripſit Auctor in *Anacephalæoſi tit.12. à num.322. ad 341.*

Digitized by Google

deratur ſi illicò, vel tardiùs fateatur aliis conconſuientibus. Concilium Narbonenſe *c.5.* Pegna *p.3.comment.*140. & ità uſu receptum fatetur Farinac.*de hæreſi q.*193.*§.*2.*n.*44.Simanchas *de catholicis inſtitut. tit.*47.*de pœnitentib. n.*30.

115 Idem dicas ſi in carcere delinquat.

Idemque eſt, ſi carceratus in carcere committat ſortilegium, maleficium, & præveniat ſtatim, antequam denuncietur à concarceratis, tunc enim dicitur ſponte comparens, ſalutari pœna tantùm puniendus. Pegna *par.3.comment.* 12.v.*poſtremo.*

116 Hæreticus damnatus verè pœnitens, mitiùs punitur.

Si hæreticum condemnatum ad mortem verè pæniteat, mitiùs etiam cum eo agitur, ità ut mortem evitet, nec traditur brachio ſeculari; idque etiam ſi pœniteat in loco exequendæ ſententiæ, etiamſi ligatus ſit comburendus ad palum. Declanus *lib.5.crimin.c.*39. *n.*3. Farinac.*de hæreſi q.*193.*n.*59.*&* 60. Simanchas *de Catholicis inſtitut. tit.*47. *de pœnitentibus n.* 73. quod arbitrium Judici aſſerit Menochius 2. *de arbitr.caſu* 373.*n.*7.

Imò volens complices alios propalare, etiam poſt quam fuit traditus brachio ſeculari, eſt reſtituendus Inquiſitoribus, & verè abjurans mitiùs puniendus. Suar. *de fide diſp.*23.*ſect.*2.*n.*16.

117 Hæreticus eſt denunciandus, etiã mortuus.

Tempus conceſſum ad denunciandum?

Eſt denunciandus hæreticus etiam mortuus, ut ejus memoria damnetur, & oſſa projiciantur extra Eccleſiam. *c.ſanè.*24.*q.*2.

Denunciatio facienda eſt intra 15. dies ex Bulla Alexandri VII. incipit: *Licèt aliàs*, niſi edicto terminus prorogetur.

138 Non denuncians intra terminum, illo elapſo, etiam tenetur.

Non denuncians hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum eſt excommunicatus ipſo jure, & excommunicatio eſt reſervata Papæ ex Bulla Alex.VII.incipit: *Licet aliàs.* Portella *in dubiis regularium* v.*denunciatio n.*5. Carena *p.*2.*de officio Sacræ Inquiſitionis tit.*9.*§.*7.*n.*34.

Non denuncians intra terminum, tenetur denunciare, etiam illo elapſo; quia etiam præciſo termino denunciare tenetur urgente juſtitia legali, & Religione. Lazar.*de monit.ſect.*2.*q.*4.*n.*8.

Et pœnitens non denuncians poſt contractam cenſuram, nequit abſolvi, quia eſt Papæ reſervata. Si verò non denunciavit propter ignorantiam inculpabilem, vel ob impotentiam; tunc non eſt excommunicatus, quia nulla lex obligat ad impoſſibile, ſed tenetur denunciare quamprimum poteſt ante abſolutionem, ſi nulla immineat communicandi, & abſolvendi neceſſitas: puta ſi immineat tempus mortis. Sanctarellus *de hæreticis c.*9. *dub.unic. n.*16. ex Bulla Gregorii XV. incipit: *Univerſi.*

Denunciatio facienda eſt præmiſſo juramento de veritate dicenda, & denuncians debet ſe ſubſcribere, ſi ſcribere ſciat, ſecùs actuarius ſubſcribit. Genuenſis *in praxi c.*18.*n.*2.

Si denunciatio non ſit ſubſcripta, nihil relevat, nec excommunicantur tunc teſtes indicati in denunciatione, quia eſt denunciatio ſuſpecta de falſo. Souſa *lib.* 3. *aphoriſmorum c.* 3. *n.*11. Genuenſis *in praxi c.*18.*n.*2.

De Purgatione Canonica.

CAPUT IV.

139 Purgatio aut canonica, aut vulgaris eſt.

Explicuimus quomodo proceditur contra delinquentes, Accuſatione, Inquiſitione, & Denunciatione; modò explicemus quomodo proceditur per Purgationem.

Habemus purgationes Canonicas, & vulgares.

Canonica eſt, qua quis ſe purgat ab infamia delicti.

Purgare namque eſt maculas abolere, & in textu ſumitur pro abolitione infamiæ. Denunciatus namque accuſatus, vel inquiſitus cenſetur de delicto infamatus, à qua infamia ſe purgat manifeſtando ſuam innocentiam.

Talis purgatio ſervatur inter Clericos, & Regulares, & fit quando infamatus coram legitimo ſuo Superiore, & gravioribus perſonis jurat ſe innocentem eſſe, & illi ſeniores dicunt ſe credere illum non dejeraſſe; & tunc aboletur omnis infamia, & pœna. *c.tantis. diſt.*8.*c. ſi quis* 4.*de purgatione Canonica.* Sed aliquantiſper magis in iſtis purgationibus immoremur. 140 Quomodo fiat.

De Purgationibus Innocentiæ apud veteres.

§. Unicus.

141 Olim purgatio fiebat per duellũ, ferro candenti, vel igne, atque aqua, & oleo ferventi.

Olim apud veteres diverſis probationum generibus in obſcuris controverſiis indagandis, utebatur ſuperſtitioſa antiquitas, ut clam commiſſa detegeretur veritas.

Sed tribus potiſſimùm modis indagabatur. Primo, per duellum. Secundo, ferro candenti, vel igne. Tertio, aqua, & oleo ferventi. Aventinus *in ſuis annalibus*, & inventæ fuerunt, quia invocabant Divinum Numen, ut purgantibus, & obſiantibus, occultam, juſtamque veritatem oſtenderet; & ſic in cauſis ambiguis ad Divinam Majeſtatem, quæ falli non poterat, veluti ad omnium Judicem confugiebant, & credebant, quòd Deus non permitteret juſtum opprimi, & ideò aquam calidam conſecrabant, & etiam ferrum candens, prout refert Camerarius in ſuis *horis ſucceſſivis cent.*2.*c.*18. idque æxiſtimabant valdè pium; Sed hodie eſſet tentare Deum, vel ut Deus miraculum faciat, ut ſcilicet ferrum candens non comburat, oleum fervens, & aqua bulliens non excoquat. Salomon *in proverbiis c.*6.*v.*28.

142 Fiebat in cauſis ambiguis ad inveniendam occultam veritatem.

143 Purgatio frequens per ferrum candens exemplis probatur.

Non ignoro tamen olim frequentem, & uſitatam fuiſſe purgationem per ferrum candens, de qua etiam eſt clara narratio da Claraunde uxore Cæſaris, & Ricci, quæ cum marito eſt ſepulta in Eccleſia Pabereæ, ut patet ex promologia Nicephoris, quæ erat Palatina accuſata, quòd virginitatem violaverit, quæ cùm ſe defendere non poterat, oppetit purgationem ferri candentis; & ferrum candans manu guſtavit, & pedibus calcavit, & nullum reportavit nocumentum, præmiſſis priùs ad Deum precibus; ſic Chunegunda ad id confugit, ut calcando vomeres ignitas ſuam innocentiam demonſtraret, & innocentiam, atque pudicitiam probavit. (18)

144 Tales purgationes ſunt prohibitæ, quia eſſet tentare Deum.

Sed non omnia licent, præcipuè, ubi eſſet tentare Deum, & ideò has purgationes meritò eſſe prohibitas, patet ex *tit. de purgatione vulgari*, & ex *c.duarum. de purgatione Canonica*, & quod ſemel caſu Deo annuente, vel aliter accidit, non eſt ad regulam inducendam.

145 Quæ excedunt vim naturalem Diabolo potiùs adſcribenda.

Sed quæ naturalem excedunt uſum, diabolicas potiùs architecturas eſſe, ut homines decepti collabantur in pejus, & ſic ab iſtis omninò abſtinendum; neque enim Deo deficiunt media, quando innocentiam alicujus vult conteſtatam, & abſtinendum præcipit Eccleſia ab hujuſmodi, quæ ſuperſtitionem ſapiunt. Iſtis ita delibatis

(18) De his, & ſimilibus purgationibus vide Gonzalez *ad titulos de Purgatione Canonica, & Vulgari*, & Auctorem *Lib.III. tit.IX. à num.*910.

Digitized by Google

tis ingrediamur delicta. Primo, quæ ſunt contra Deum. Secundo, quæ ſunt contra homines.

De Simonia.

TITULUS II.

SImoniæ titulus pingues aures non deſiderat, & qui acumine non pollet, non tamen ablegetur à ſchola. Rem igitur omni foro neceſſariã, brevibus tamen verbis exponam, de qua in Decretalibus, in Sexto, in Extravaganti, & in Bullis feraciter tractatur; Nos ergo explicitis de accuſatione, inquiſitione, denunciatione, & purgatione Canonica, ingrediamur modò delicta; & primo, quæ ſunt contra Deum, deindè, quæ ſunt contra homines; ideò de Simonia rem obſcuram pro viribus explicandam primo loco ſuſcipimus.

Quid ſit, & undè dicatur?

CAPUT I.

146 Simonia à Simone mago nomen ſumit.

SImonia Simoni Mago à primis Eccleſiæ incunabulis infame nomen debet. D. Thom. *2.2.qu.*100. *art.*1. *Actuum* 1. *&* 8. Caram. a *intentionali num.*865. Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: *Date, & mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Petrus autem dixit ad eum: *pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Actuum c.8.

147 Ejus definitio.

Definitur: eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquod ſpirituale, vel ei annexum. D. Thom. *loc. cit.* Abb. *in c. nemo.* 14. *de ſimonia.* Gloſſ. *in c. qui ſtudent.* 1. *qu.* 1. Toletus *lib.* 5. *c.* 84. Sà v. *ſimonia.* Leſſius *lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 1. Clarus *§. ſimonia in principio.*

148 Requiritur delictum, idest deliberata voluntas.

Dicitur *ſtudioſa voluntas*, quia requirit delictum, & ſic deliberatam voluntatem, ad excludendum actum primo primum, & primo ſecundum, qui non plenè eſt culpabilis. D. Tho. *loc. cit. art.* 1. *ad* 1. Per actum primo primum quis non peccat: & eſt cùm quis dicit abſque conſideratione velle dare 100. Epiſcopo, ut obtineat beneficium, hic eſt actus primo primus, qui poſteà reflectendo eſſe ſimoniam, non vult facere. Actus primo ſecundus eſt ille, qui cum ſemiplena advertentia, non verò plenè advertendo eſſe ſimoniam, & eam velle committere.

149 Quolibet contractu oneroſo cõmitti valet ſimonia.

Dicitur *emendi, vel vendendi*, quo nomine venit quilibet contractus oneroſus, ut permutatio, cambium, ſocietas. Navarr. *lib.* 5. *tit. de ſimonia, conſ.* 59. *n.* 2. Sotus 9. *de juſtitia quæſt.* 5. *art.* 2. *ad* 3.

150 Res quæ emitur, vel venditur ſit ſpiritualis, vel ei annexa.

Dicitur *rei ſpiritualis, vel annexæ ſpirituali*, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & intelligitur de re ſupernaturali ſpirituali, non verò de naturali: puta de anima rationali, quæ eſt ſpiritualis, & ex alia ratione vendi nequit & ſic ſimonia committi, non ſolùm venditione rei Sacræ, ſed etiam alicujus juris, & rei corporalis annexæ rei Sacræ, puta beneficium, jus præſentandi. Navarr. *c.* 23. *num.* 100.

151 Quævis res pretio æſtimabilis venit nomine pretii.

Concluditur *pro pretio*, quo nomine venit quævis res pretio æſtimabilis. D. Th. *loc. c. art.* 4.

Quotuplex ſit ſimonia?

§. UNICUS.

152 Simonia alia vera, alia ficta.

MUltiplex, & primo alia vera, alia ficta.

Vera, ſi adſit animus adimplendi ſimoniacè promiſſum.

Ficta, ſi talis voluntas deſit, ſcilicet vendendi, & ſe obligandi, quæ revera ſimonia non eſt. Suarez *tom.* 1. *de Religione lib.* 4. *c.* 41. *n.* 1. Cajet. *tom.* 1. *opuſculorum tract.* 9. *qu.* 2. Navarr. *in c. fin. n.* 10. *de ſimonia.*

Non eſt idem dicere ſimonia nulla, & ficta; nam ficta ſolùm eſt nulla ex defectu voluntatis; cùm nulla poſſit eſſe ex aliis capitibus. Ognat. *tom.* 3. *tract.* 23. *diſp.* 80. *ſect.* 3. *n.* 45.

153 Alia eſt naturalis, alia poſitiva, ſeu jure Divino prohibita.

Secundo dividitur in naturalem, & poſitivam, ſivè in prohibitam jure Divino. Actuum 8. & in prohibitam jure humano: quo jure humano prohibetur, nè pro temporali vendatur quod eſt ſpirituali annexum. Gloſſ. *in c. cum pridem* 4. v. *illicitæ partitionis. de pactis*, ubi Innocent. Hoſtienſis, & Abb. Gloſſ. *in c. ex parte il* 1. *de officio delegati. v. dimittere.* D. Thom. *loc. cit. art.* 1. Major *in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 3. *ad* 47. Turrecremata, Gloſſ. & Felicianus *in c. ex partem. de ſimonia*, ubi Decius *n.* 7. ex *c. latorem* 1. 21. *qu.* 21. *& ex c.* 1. *de ſimonia*, contra Durandum *in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 5. ajentem non dari ſimoniam de jure poſitivo humano: Cui contradicit Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 18. *de reform.* ubi: *caveantque ne quidquam prorſus occaſione hujus examinis, nec ante, nec poſt accipiant: alioquin Simoniæ vitium tam ipſi, quàm alii dantes incurrant.*

Patet ex Conſtitutione Pii IV. & V. & Siſti V. ubi introducta fuit ſpecies ſimoniæ confidentialis, quæ eſt tantùm de jure poſitivo humano.

Tertio dividitur in mentalem, conventionalem, & realem.

154 Dividitur quoque in mentalem, conventionalem, & realem.

Mentalis ſola mente concipitur. Conventionalis eſt, ſi intercedat pactum. Realis eſt, ſi intercedat vera traditio pretii, & rei Sacræ. Abb. *in c. nemo.* 14. *de ſimonia.* Cajet. 2. 2. *qu.* 100. *art.* 6. *ad* 6. Bonac. *de ſimonia qu.* 2. Filliocc. *tract.* 45. *de ſimonia.* Silveſt. *v. ſimonia qu.* 5. Sotus *de juſtitia qu.* 8. *art.* 1. & de mentali eſt ſermo *in c. fin. de ſimonia. in c. tua not.* 34. *§. conventionalis. c. cum eſſent. c. pridem* 4. *de pactis*, eſt ſermo de conventionali.

Simonia mentalis ſumitur quandoque pro ſimonia externa, ſed concepta verbis obſcuris, pacto occulto noto tantùm partibus. *c. ex tua*, ibi: *ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretum. c. fin. de ſimonia.* Navarr. *conſ.* 15. *n.* 2. *&* 4. *de ſimonia.*

Quæ diviſio ſimoniæ in mentalem, conventionalem, & realem non eſt generis in ſpecies, ſed ejuſdem diverſis modis conceptæ, ſcilicet corde, verbo, & opere.

De Simonia confidentiali.

CAPUT II.

155 Quando committitur ſimonia confidentialis.

SImonia confidentialis multis damnata pœnis à Pio IV. V. & Siſto V. committitur quando reſignatur, confertur, procuratur beneficium alicui cum intentione eum obligandi ex pacto expreſſo, vel tacito aliquo modo ſignificato, ut illud beneficium poſt aliquod tempus ſibi, vel alteri renunciet. Navarr. *in Summa c.* 23. *n.* 110. Leſſius *c.* 35. *dub.* 16. *n.* 96. Reginald. *lib.* 23. *qu.* 4. *n.* 158. Idque factum ad tollendos abuſus; nam quidam delictum patraturi, dabant alteri beneficium, & deindè illud reaſſumebant. Ad quod arcendum ſimonia confidentialis introducta fuit.

Requiſita ad ſimoniam confidentialem.

§. I.

156 Ad committendam ſimoniam cõfidentialem requiritur pactum, & delictum conſummatum.

REquiritur pactum ſaltem implicitum, ita ut non ſufficiat ſola intentio ambarum partium ſine promiſſione, & acceptatione. Navarr. *loc. cit. &* *lib.* 5. *conſ.* 76. *n.* 2.

Digitized by Google

Secundo, ad incurrendas pœnas requiritur delictum conſummatum, & ſic realis traditio rei promiſſæ. Leſſius *c.35.dub.*16.*n.*96. Suar. *lib.4. de Relig.c.*43.*n.*11. Reginald. *loc.cit. n.*159. Filliuccius *tract.*45.*c.*1.*qu.*3.*n.*13.

In qua materia detur ſimonia confidentialis?

§. II.

157 Simonia cõfidentialis tantùm in beneficiis datur.

SOlùm in materia beneficiorum, & ſic in renunciatione cum ingreſſu, regreſſu, acceſſu ex parte dantis, vel accipientis beneficium idem. Dixi idem, nam ſi beneficium ſit aliud, dabitur ſimonia, at non confidentialis. Navar. *loc.cit.* Reginaldus *loc.cit.* Suar. *tom.3.lib.4. de Religione c.*45.*n.*4.*&* 5.

158 Quid ſit regreſſus beneficii explicatur.

Regreſſus hìc eſt, ſi fiat pactum, ut beneficium, cujus poſſeſſionem habui, ad me regrediatur, hoc eſt revertatur.

159 Et ingreſſus.

Ingreſſus eſt ſi fiat pactum, ut beneficium, ad quod jus habebam, ſed illud non dum poſſidebam, & renuncio illud jus, quod habebam cum pacto, ut deindè renuncietur ad ſavorem meum.

160 Et acceſſus.

Acceſſus eſt, ſi ego impeditus alicui impetravi beneficium, ut ſublato impedimento illud mihi renunciet; tunc enim dicor habere acceſſum ad beneficium, ad quod priùs accedere nequibam. Leſſius *lib.2.c.35.dub.*16.*n.*98.

Quot modis committitur ſimonia confidentialis?

§. III.

161 Modi quibus confidentialis ſimonia committitur, explicantur

SImonia confidentialis ex Bulla Pii V. committur quatuor modis.

Primo, ſi quis reſignet beneficium, confidens, quòd reſignatarius reſignabit iterùm in favorem ipſius, ejus conſanguinei, vel amici.

Secundo, ſi confidat, quòd ſaltem reſignabit fructus.

Tertio, ſi prædicto modo eligat ad beneficium, ut det fructos, vel reſignet ad favorem eligentis, vel alterios.

Quarto, ſi prædicto modo ad beneficium præſentet. Bonac. *de ſimonia. qu.*7.§.1. (1)

Cur introducta ſimonia confidentialis?

162 Ratio cur ſit introducta hæc ſimonia

INtroducta eſt ad tollendos abuſus, qoibus delictum patraturi beneficium deindè reaſſumpturi, facto delicto, & abſolutione obtenta ſub tali pacto beneficium cedebant.

Quæ perſonæ ſimoniam poſſint committere?

CAPUT III.

163 Pontifex ſimoniam naturalem valet committere.

SUbditus legibus naturalibus committit ſimoniam naturalem, quæ in Pontifice verificatur, dum ſubeſt legibus naturalibus, quam ſolùm committere poteſt, non poſitivam; nam huic diſpenſat, & non ſubditur legibus poſitivis. Suarius *lib.4.de Religione c.*32.*n.*10. Navarr. *in Summa c.*23.*n.*108.

164 Epiſcopus, & naturalẽ, & poſitivã.

Secundo, Epiſcopus poteſt committere, & naturalem, ſcilicet divinam, & poſitivam, nam ſubeſt legibus humanis à Summo Pontifice emanatis. *c. ſtatuimus.*1. *quæſt.*1. Suar. *loc.cit.* Extravagans 1.*&* 2. *de ſimonia.*

Tertio, ceteri inferiores Summo Pontifici, & Epiſcopis adhuc poſſunt incurrere notam ſimoniæ, qoia legibus ſubdontur. Filliucc.*tr.*45. *c.*12 *qu.*3.*n.*5.

165 Infideles delinquere poſſunt ob ſimoniam divinam.

Quare etiam infideles non baptizati incidunt in culpam ſimoniæ divinæ, licèt excuſantur à pœnis: puta ſi velint baptiſmum emere. Suar.*loc.cit.c.*54.*n.*8.

Quinto, cooperantes conſilio, movendo voluntatem ad rem ſimoniacam, peccant, & ſubduntur pœnis latis contra ſimoniacos. *c.ſtatuimus.*1.*qu.*1. Suarez *loc.cit.c.*53.*n.*14. 166 Conſulentes ſimoniæ pœnis ſubduntur.

Procurator tamen in cauſa Eccleſiaſtica non eſt ſimoniacus, ſi pro laboribus, & induſtria petat pretium; nam accipit temporale pro temporali. Suarius *loc.cit.n.*9. 167 Non ſic procurator pro ſuo labore.

Sexto, teſtis eſt ſimoniacus, ſi pro dicenda veritate velit pretium recipere, niſi accipiat ut ſtipendium laboris. *c.non ſanè.*14.*q.*5. D.Thom. 2.2.*qu.*71.*art.*4.*ad* 3. Abbas *in c.cum nos. n.*15. *de ſimonia*. Riccardus *in* 4. *diſt.*25. *art.*3. *qu.*2. dans verò aliquid nolenti dicere veritatem, ut dicat veritatem, & ad tollendam vexationem, non eſt ſimoniacus. *d.c.non ſanè.*14.*q.*5. D.Tho. *loc.cit.ad* 3. Ugolinus *tabula* 1.*c.*53.§.1.*n.*2. 168 Teſtis erit ſimoniacus, ſi pro veritate dicenda pretium recipit.

Septimo, interceſſores ſunt ſimoniaci, ſi pro interceſſione, gratia, favore ad beneficia, Ordines, ſpiritualia, aliquid accipiant; nam interceſſio illa ſpecificatur à fine, & ſic eſt virtualitèr ſaltem ſpiritualis ob collationem Ordinis, beneficii ſpiritualem. *c.ſtatuimus el* 2. 1. *qu.*1. Abb. & Felin. *in c.ſuam. de ætate, & qualitate.* D. Bonav. *in* 4. *diſt.* 25. ubi Major *qu.* 3. *ad* 2. D.Thom. 2.2.*qu.*100.*art.*2.*ad* 5. 169 Et interceſſores.

Si verò interceſſor interponat tantùm veram relationem meritorum, & non preces, non eſt ſimonia accipere aliquid ſecundum Suarium *lib.*4. *c.*57. *de ſimonia n.*15. 170 Niſi tantùm merita exponant.

An peccatum ſimoniæ poſſit eſſe veniale: & de parvitate materiæ in ſimonia?

§. UNICUS.

171 Videtur nõ dari parvitas materiæ, & peccatum veniale in ſimonia.

AFfirmat Navarr.*lib.*5.*conſ.*2.*n.*3.*tit.de ſimonia*, itaut non incurratur excommunicatio, quæ ſupponit peccatum mortale.

Negat Ugolinus *de ſimonia.tab.*1.*c.*15.*&* 16. Leſſius *lib.*2.*c.*35. Filliucc.*tract.*43.*c.*1.*q.*6.*n.*12. nam velle emere rem Sacram, ſivè magnã, ſivè parvam, eſt velle ponere æqualitatem inter rem temporalem, & non temporalem, puta inter rem Sacram, & profanam. Hoc enim eſt de eſſentia contractus juſtitiæ commutativæ emtionis: quæ eſt enormis irreverentia, & inæſtimatio rei Sacræ; & major eſt irreverentia, quo viliùs res venditur, nec poteſt eſſe æqualitas inter rem, & pretium: & velle emere eſt velle ponere æqualitatem inter rem Sacram, & temporalem, quæ æqualitas eſt impoſſibilis, & injurioſa rebus Sacris, ſivè res Sacra vendatur vili, ſivè caro pretio.

Ad tollendam tamen vexationem licèt dare pecuniam, ad hoc ut Miniſter conferat Sacramentum, quod aliàs nollet conferre; nam tunc non datur ut pretium Sacramenti, ſed ad tollendam vexationem. Ideòque ad tollendam vexationem licèt dare pecuniam Miniſtro alitèr nolenti Sacramenta conferre; nam non datur ut pretium Sacramenti, ſed ut removeatur vexatio. Aragonius 2.2.*qu.*100.*art.*2.*dub.*1. Angelus *n.*12. Roſella v.*ſimonia* 1.*n.*18. ubi Armilla *n.*12. Sotos 9.*de juſtit.qu.*6.*art.*1. Albertus Magnus *in* 4.*diſt.*5. *art.*1. (2) Contra Alenſem 2.*par.q.*179. *n.*3.*art.*1.*dub.*2. Paludanum *in* 4.*diſt.*5.*q.*3.*n.*17. Turrecrematam *in c.gratia.*1. *qu.*1. Sylveſtrum v.*ſimonia.qu.*8. Patet exemplo illius, qui pecunia 172 Licèt dare pecuniam ad tollendã vexationẽ.

(1) Simonia Realis ſcienter contracta, & confidentialis intra Italiam Papæ reſervata eſt.

(2) Quæ ſecunda ſententia videtur verior contra priorem.

Digitized by Google

nia redimit Euchariſtiam ab injuria, Reliquias à paganis, ſecùs conculcandas.

De Materia ſimoniæ.

CAPUT IV.

173 Simoniæ materia.

SImonia in rebus ſpiritualibus committitur; & ideò ex eſſentia, partibus, cauſa effectiva, pergamus ad cauſam materialem, & eſt idem ac inquirere, qualis debeat eſſe res, ut committatur ſimonia. (3)

An res merè naturalis ſit materia ſimoniæ?

§. I.

174 Purè naturale non ordinatum ad Religionem, non eſt materia ſimoniæ.

NEga: nam nihil purè naturale non ordinatum ad Religionem eſt materia ſimoniæ. Actoum 8. Joann. ao Sotus 9. *de juſtitia qu.5.art.*1. Caram.*loc.cit.Theologia intentionali n.*866. Idque etiamſi ſit naturale ſpirituale, ut ſunt dona intellectus, puta doctrina, niſi hæc veritas ſit in ordine ad Religionem. D. Thom. 2.2.*quæſt.*78.*art.*4.*ad* 2. Durandus *in* 4.*diſt.*25. *qu.*3. ubi Riccardus *art.*3.*qu.*2. Paludanus *q.*5. & ſic veodere doctrinam, ejuſque naturalem veritatem non eſt peccatum ſimoniæ, niſi ſit in ordine ad Religionem. D. Thom. 2. 2. *qu.*100. *art.* 3. eſſet tamen peccatum alterius generis; nam veritas inæſtimabilis pretio, turpiter æſtimaretur, niſi pretium ſit pro labore, & induſtria Doctoris.

175 Accipere aliquid pro dando conſilio morali, non eſt ſimonia.

Hinc nec eſt ſimonia accipere pretium pro dando conſilio morali in ordine ad conſcientiam, vel lites, ut eſt patrocinium advocati. D.Auguſt. *epiſt.*54. *ad Macedonium*. D. Thom. 2.2.*qu.*71.*art.*4. ex *c.fin.*14.*qu.*5. & ex *c.non licet.* 11.*qu.*3.

An res Sacræ poſſint vendi ſaltem, quoad materiam?

176 Res ſacræ nequeunt vẽdi, quoad ſpirituale.

IN rebus Sacris habemus materiam, & eſſe Sacrum, ſic in Calice conſecrato habeoms conſecrationem, & aurum.

Certum eſt venditiooem quoad ſpirituale eſſe ſimoniacam. *c. cum in Eccleſia. de ſimonia*; nam res Sacra, ut Sacra vendi nequit. At quoad

177 Secùs quoad materiam, ſi ipſa frangatur, aut ſit res pretioſa.

materiam valet, maximè ſi frangatur; itaut conſecrationem amittat; nam tunc deſinit eſſe Sacra. *c.tantam. de ſimonia.* Gloſſ. *in c.placuit* 1. *q.*1. Angelus v.*ſimonia* 2.*n.*23. ubi Tabiena *n.*39. Enim verò ratione ſacrationis materia, licèt non frangatur, ratione materiæ pretioſæ, pretium noo amittit. D.Thom. 2.2.*qu.*100. *art.*4. *ad* 1. Durand. *in* 4.*diſt.*25.*quæſt.*3. ubi Paludanus, & Riccardus *c.*23.*n.*108. Cajetan. v.*ſimonia reg.*1. licèt ergo non frangatur, poterit ſecundum materiæ valorem pretio æſtimari, itaut nihil ratione ſacrationis petatur. *c.ſi quis obierit.* 1. *q.*3. Soarius *lib.*4.*c.*14.*n.*4.

Secundum quam ſententiam abſque labe ſimoniæ ratione materiæ omnia vendi poſsunt, & commutari retenta forma, in qua conſecrata ſunt. D.Thom.*loc.cit.* Sylveſt. v.*ſimonia qu.*12. Et ratio eſt, quia valor æſtimatur pretio, & valor non eſt res Sacra; & ſic videmus vendi Calices, ſepulturas; tunc enim prout materia naturalis eſt, nihil ſpirituale eſt Sacrum. D.Thom. *in* 4.*diſt.*25. D.Bonav.*ibid. diſt.*5.*dub.*5. Sylveſt. v.*ſimonia qu.*12. (4)

An Sacramentalia poſſint vendi pro materiali?

178 Sacramentalia vendi poſſunt pro materiali.

JUre in genere nulla invenitur Eccleſiæ prohibitio, nè materia vendatur: & ſic Agnus Dei ſecundum pretium ceræ, & elaborationis vendi poſſunt. Caram. *lib.*2. *Theologiæ moralis n.*867. Suarius *lib.*4.*de ſimonia c.*14.*n.*10. Bonac. *de ſimonia qu.*4.§.4.*a.*1. Armilla v.*ſimonia n.*38. Et Conſtitutio Gregorii XIII. quæ videtur in

179 Sic Agnus Dei.

oppoſitum, & incipit: *Omni arte*, non loquitur de venditione ceræ, & operum. At tu Conſtitutionem legas.

Templa.

Secundo, Templa conſecrata vendi poſſunt pro materiali; nam id vetè non invenitur prohibitum. *c.comperimus.*14 *quæſt.*6. *c.cum ſit.*10. *c.in tantum.*23.*de ſimonia.* Suarius *loc.cit.n.*17. *in fine.*

180 Altaria, capellæ.

Tertio, Altaria, & Capellæ vendi pro materiali poſſunt. Bonac.*loc.cit.* Armilla *loc.cit.n.*34. Suar.*loc.cit.n.*24.

181 Chriſma nec pro materiali vendi poteſt.

Quarto, Chriſma, quo ungitur frons in Baptiſmate, vel Confirmatione, nec pro materiali vendi poteſt, quia jure eſt prohibitum. *c. cum ſatis.*8.*c.*16.*c.*36. *de ſimonia. c.ſtatuimus.*1.*qu.*1. Idemque de Oleo Sacro Chriſmate admixto dicendum; & ratio eſt, quia materia eſt parva quantitas, & non datur pretium tam parvæ quantitatis materiæ.

182 Calix, Patena, Pyxis, veſtis pro materiali vendi poſſunt.

Quioto, Calix, Patena Sacra, Pyxis, veſtis pro materiali vendi poteſt, non ut profanis uſibus deſerviat, ſed ut eiſdem aliis Eccleſiis; nam id nullo jure invenitur prohibitum. Immutanda tamen eſſent hujuſmodi vaſa, ſi ad uſus profanos eſſent convertenda, & ſic frangenda, aut confundenda; nam confuſione conſecrationem amittunt. D.Bonav. *in* 4.*diſt.*25.*dub.*5. ubi Argentina. D. Thom. 2.2.*qu.*100.*art.*1. *ad* 6. Ugolinus *tabula* 1.*c.*44.§.2. ex *c.aurum.*12.*quæſt.*2. *c.Canone.* §.*vebius.*10.*qu.*2.

Veteres conſecratione amiſſa etiam poſſe ad oſus profanos cooverti, affirmat Armilla v.*ſimonia art.*34. ex D.Thom.*in* 4.*diſt.*25. Idemque de pane benedicto. Suar.

183 Reliquiæ nec pro materiali vendi poſſunt.

Septimo, Reliquiæ nec pro materiali vendi poſſunt. *c.ult. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum.* At Imagines Sacræ ſecundum valorem materiæ, remoto turpi quæſtu vendi poſſunt;

184 Secùs imagines ratione materiæ.

nam quandoque eſt maximæ æſtimationis, quoad materiale, affirmant Doctores. Sylveſt. v.*reliquiæ.* Filliucc.*c.*3.*q.*12.*n.*27.

An Divina Officia ſint materia ſimoniæ?

§. II.

185 Divina officia ſi vendantur ſunt materia ſimoniæ.

VIſum eſt de rebus ſacris, ad officia tranſeamus.

Omnia Divina Officia, Horæ Canonicæ, Litaniæ, Proceſſiones, Officia Defunctorum ſi vendantur, eſt ſimonia. *c. ad noſtram. c. cum in Eccleſia.*9.*c.non ſatis.*8.*de ſimonia.* D.Thom. 2.2. *q.*100.*art.*3. Sotus 9.*de juſtitia q.*6.*art.*2. Navar. *in ſumma c.*23.*n.*101.

An ſit ſimoniacus vendens ſepulturas Infidelium?

186 Emens ſepulturas infidelium jure civili nõ eſt ſimoniacus.

EMens ſepulturas infidelium, maximè jure civili, non eſt ſimoniacus; nam revera ibi res ſacra, & religioſa non eſt. *tit. D. & C.de Religioſis, & ſumtibus*; nam re vera res ſacra non

(3) De Simoniæ origine, progreſſu, ejuſque materia, & pœnis vide 2. *Diſſert. de Simoniæ crimine* Chriſtiani Lupi *tomo* IV. *Venetæ edit.*

(4) Modo res non ſit prohibita vendi etiam ratione materiæ injuncta declaratione ſimoniæ, ut de ſepultura, quæ ſecundum Canones nec ratione terræ vendi poteſt. Vide notas ſequentes.

Digitized by Google

non eſt. Gloſa *in c. abolendæ. 13. de ſepulturis.*

187 Erit tamen ſimoniacus, ſi ſepultura ſit benedi-cta ab Epiſcopo.

Si verò ſepultura ſi jure Canonico benedicta ab Epiſcopo: tunc locus efficitur Religioſus, & conſequenter eſt materia ſufficiens ad ſimoniam; ſed pro materiali vendi poteſt non aucto pretio pro ſpirituali ratione benedictionis. Sot. 9. *de juſtit. q. 7. art. 1. ad 3.* D. Thom. *in 4. diſt. 25. q. 3. ad 2.* Abb. *in c. quanto. n. 13. de judiciis. ex c. quæſta eſt. c. præcipiendum. c. etiam. c. cum in Eccleſia. c. ea quæ. c. in Eccleſia 13. q. 2. c. cum in Eccleſia. c. non ſatis. de ſimonia.*

Et ſic ſicuti Eccleſia, ità & ſepultura benedicta ſecundum valorem materiæ vendi poteſt. *c. audivimus. c. ad Apoſtolicam. c. tuam. c. penult.* ubi Abbas *de ſimonia.* (5)

Nec obſtat text. in *c. cum in Eccleſia. de ſimon.* nam ibi prohibetur venditio ſepulturæ communia pro uſu pauperum. D. Thom. in *4. diſt. 25.*

188 Jus ad materiale ſepulturæ vendi poteſt.

Non ſolùm vendi poteſt materiale ſepulturæ, ſed etiam jus ad materiale ſepulturæ, ità ac ſi non fuiſſet benedicta. *c. tuam nobis. 29. de ſimonia.* D. Thom. 2. 2. *q. 100. art. 3. ad 2.* Sot. 9. *de juſtit. q. 7. art. 1. ad 3.* Navarr. *in ſumma c. 23. num. 99.*

Eſſet verò ſimonia, ſi venderetur cariùs, quia benedicta, vel quia ſacra; Non verò ſi ità vendatur, quia ornatior, & capacior, honoratior; nam circumſtantia illa ornamenti, & capacitatis non eſt Sacra. D. Thom. 2. 2. *qu. 100. art. 3. ad 2.* Suarius *lib. 4. c. 14. num. 20.* Reginal. *lib. 23. n. 226.* Filliucc. *tract. 45. c. 3. qu. 11. in fine.* Bonac. *de ſimonia quæſt. 4. §. 6. n. 4.* Caram. *lib. 2. Theologiæ moralis n. 868.* Diana *part 2. tract. 15. num. 57.*

189 Licèt dare aliquid pauperibus dicentibus quaſdam orationes, ſed non in earũ pretium.

Tandem quæ dantur pauperibus dicentibus quaſdam orationes, non dantur in pretium orationis, ſed per modum eleemoſynæ. D. Thom. *loc. cit.* Suar. *loc. cit. c. 15. n. 9.* Filliucc. *tract. 45. c. 4. qu. 3.* Unde eſt ſimonia dare pauperibus pecuniam, ut pretium orationis, non verò ſi detur, ut eleemoſyna. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 110. art. 3. ad 2.*

An quis poſſit dare pecuniam alicui, ut convertatur ad fidem, confiteatur, Religioſus, aut Clericus fiat?

190 Licet dare aliquid ut quis alliciatur ad aliquod opus pium.

DIſtinguitur: vel datur, ut alliciatur ad opus pium, vel ut ex pacto obligetur ad tale opus pium.

Si primum, non eſt ſimonia. *c. debet. 23. qu. 4.* Leſſius *lib. 2. c. 35. dub. 12. n. 66.* Molina *de contractibus diſp. 93. n. 5. quæſito 4.* vide *cauſam 23. quæſt. 4.*

191 Secùs ſi datur in pretium actionis rei ſacræ.

Si verò detur ut pretium actionis rei Sacræ, ad quam quis ſe obliget ex pacto juſtitiæ, & eſt ſimonia. D. Thom. 2. 2. *qu. 100. art. 3. ad 4.* ubi Cajet. Abb. *in c. 2. n. 26. de ſimonia,* ubi Felin. *n. 2. de ſimonia.* Angelus v. *ſimonia 3. n. 26.* Sylveſt. v. *Religio 2.* Angel. *in l. Titia. n. 12. de verb. ſignif.* ex *c. quam pio. 1. qu. 2. c. fin. de pactis. c. quæſitum. de rerum permutatione;* contra Cardinalem *in c. debet. & c. dilectus el 2. n. 3. de ſimonia.* Sylveſt. v *Gabellæ. qu. 2.* Adrianum *art. 3. quodlibeto 9.* Sanch. 1. *de matrim. diſp. 28. n. 4.*

Similiter ſi non detur ut pretium rei Sacræ faciendæ, vel ineundæ, ſed ut quis ſe privat libertate faciendi, & non faciendi; tunc non videtur ſimonia, quia illa libertas eſt omninò temporalis, ac naturalis; vide text. *in d. c. fin. de pactis.* Itant pro illo arbitrio, & libertate quis ſe privat, & pretium accipit: tunc negamus eſſe ſimoniam; nam pro amiſſione arbitrii, & libertatis quia pretium accipit, quæ arbitrii amiſſio eſt pretio æſtimabilis, ut patet in illis, qui ſe obligant pro aliis. Vel datur ut pretium rei Sacræ, & tunc eſt ſimonia. Vel datur ut donatio ob cauſam; & tunc cùm non ſit pretium, nec eſt ſimonia. Et ſic concordantur opiniones. Suar. *lib. 4. c. 16.* Molin. *diſp. 3. q. 3. concl. 4.* Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 39. concl. 13. num. 4.* Leſſius *lib. 2. c. 35. dubit. 12. n. 66.* Bonac. *c. de ſimonia. q. 4. §. 7. num. 2.*

Et ſic non eſt ſimoniacum pactum, do mille ſi Religionem profitearis, ſi baptizaberis, ſi confitearis, ſecundum Sanchez *loc. cit. num. 4.* Gloſſ. *in c. dilectus el 2. v. imitari. de ſimonia.*

De Pretio Simoniæ.

CAPUT V.

192 Pretium eſt rerum venalium mẽſura, hìc pro omni re pecunia æſtimabili ſumitur.

EXplicuimus materiam quoad res, explicemus modo illam, quoad pretium.

Pretium propriè eſt rerum venalium menſura, hìc ſumitur pro omni eo, quod eſt pecunia æſtimabile. *l. 1. D. de contrah. emtione.* Sumitur hìc non tantùm pro pecunia numerata, ſed pro eo, quod pecunia eſt æſtimabile cujuſcumque ſit generis, & ſpeciei. *c. ſetum. 1. qu. 3. c. nullus Epiſcopus. 1. qu. 1.* Ariſt. 2. *ethicorum. c. 3.* D. Tho. 2. 2. *qu. 100. art. 5.*

193 Temporale datum pro ſpirituali erit ſimonia, ſi datur per pactum ex juſtitia commutativa.

Tunc autem hoc temporale datum pro ſpirituali habet rationem pretii, quando datur per pactum oneroſum ex juſtitia commutativa. Archidiac. *in c. Judices, & in c. ordinationes. 1. qu. 1.* D. Thom. *loc. cit.* Suar. *lib. 4. c. 35.* Navarr. *in Summa c. 23. n. 100.* ex *c. Agathone. diſt. 63. c. tua nos. c. ſuper eo. c. fin. de ſimonia. c. ult. de pactis.*

Et cùm obligatio ex juſtitia pendeat à contractu, & contractus pendeat à voluntate, & conſenſu partium, obligatio ex juſtitia tunc erit, & deerit, quando partes voluerint, vel noluerint ſe ex juſtitia obligare. Ex qua obligatione ex juſtitia naſcitur malitia ſimoniæ; nam ubi eſt juſtitia, ibi æqualitas, & ubi partes ſe obligant ad juſtitiam, ſe obligant ad æqualitatem, & conſequenter putant ſervare æqualitatem, vel illam intendunt, aut conantur inducere inter pretium, & rem Sacram venditam, quæ eſt graviſſima injuria rei Sacræ nullo æſtimabilis pretio.

Hinc id verificatur, ſi paciſcentes intendant ſe obligare ex juſtitia commutativa; cùm enim obligatio ex juſtitia non ſit ex natura rei, pendet ex voluntate ſe obligantis. Ratio id ſuadet, quia juſtitia commutativa eſt illa, quæ reſpicit æqualitatem inter datum, & acceptum, & ſic ex illa naſcitur irreverentia ſimoniæ conſiſtens in æquiparatione rei ſpiritualis, & temporalis. D. Thom. *quodlibeto. de ſimonia.* Sylveſt. v. *ſimonia q. 5.* Raynaudus *tit. de ſimonia. §. quæritur.* Suar. *lib. 4. de ſimonia. c. 36. n. 6.*

Hinc ex voluntate partium pendet contractum eſſe ſimoniacum; nam ex eadem voluntate pendet rem dari ex juſtitia commutativa.

Suar.

(5) Locus ſacer communis pro ſepultura fidelium vendi non poteſt abſque ſimonia jure humano prohibita, ut ſecundum Canones cautum eſt, & docet Bonacina, igitur nedum ratione conſecrationis, quod eſſet ſimoniacum jure divino, ſed etiam ratione terræ vendi nequit. At ſi rationabilis conſuetudo adſit, poteſt vendi certus locus Eccleſiæ ratione materiæ.

Suar. *loc.cit.c.*36.*n.*12. Filliucc.*c.*9.*q.*3. *num.*5. Talis voluntas obligandi ex juſtitia debet eſſe de facto, nam de jure talis obligatio dari nequit.

An pretium ſimoniacum rectè dividatur in manus à manu, à lingua, ab officio.

194 Pretium ſimoniæ erit munus à manu.

MUnus à manu eſt pecunia, & omnis res temporalis, etiam prandium. *c. Jacobus.* 44. *de ſimonia. c. tantum* 1. *q.*1. & remiſſio debiti habet rationem muneris. *c. veniens* 10. *de ſimonia. c. ſi quis ordinavit* 4. §. *&* *c. penult. de ſimonia*; nam videtur accipere ille, cui remittitur. *l.a.D.de calumniatorib.* Similiter, & mutuum ſpectat ad rationem muneris. *l. quisquis. C. ſi certum petatur*, ubi qui aliquid mutuatur Judici, punitur exilio, ut emtor legum. Navar. in *ſumma c.*23. *n.*101.

Nota, in communi non datur ſimonia, niſi intercedat pactum obligans ex juſtitia ad munus, ad officium, ad preces.

A lingua.

A lingua eſt favor, ut ſi detur beneficium ratione precum, tanquam preces ſint pretium beneficii, eſt ſimonia: puta ſi collatione beneficii intendat obligare aliquem ad preces fundendas pro ſe Principi. *c. ordinationes.* 102.1.*q.*1.

195 Preces ex pacto ſimoniam conſtituunt.

Ut autem preces habeant rationem pretii, requiritur pactum ex juſtitia obligans. D. Tho. *loc.cit.* Sotus 9. *de juſt. q.*7. *art.*3. *ad* 3. Reginal. *lib.*23. *q.*2. *dub.*6. *n.*141.

Ceterum preces ex ſe non ſunt pretium: & ſic precibus poſtulare à Prælato, ut beneficium conferat, non eſt ſimonia; nam quod precibus obtinetur, jure naturæ non emitur, nec jure poſitivo invenitur prohibitum. imò quandoque probatum in *c. tua nos*, ibi: *rogans humilitèr. de ſimonia. c. latorem.* 121. *c. filium.* 122.1.*q.*1. ubi Gregorius fatetur ſe precibus inductum ad ordinandos quoſdam. Hoſtienſis, Cardinalis, Immola, Abb. in *c. per tuam. de ætate, & qualitate.* Cajet. v. *ſimonia.* Navarr. *in ſumma c.*23. *n.*102. Suar. *lib.*4. *c.* 40. *n.*3. Contra Durandum *in* 4. *diſt.*25. *q.*4. Paludan. *q.*5. Major *q.* 3. Adrianus *quodlibeto* 9. *art.*2. *dub.*1.

196 Munus ab obſequio.

Ab obſequio, & ab officio venit ſervitus, & intelligitur omnis actio, quæ exhibetur: dummodo id, ſivè talis actio detur ut pretium beneficii; nam ſi detur ob gratitudinem, non eſt ſimonia. *c. ex diligenti* 17. *c. cum eſſent* 12. *de ſimonia. c. ſunt nonnulli* 114. *c. ordinationes* 1. *q.* 1. *c. ordinationes. c. de ordinationibus* 1. *q.* 3. D. Tho. 2.2. *q.*100. *art.*5. *ad* 3.

197 Conferre beneficium conſanguineo digno non eſt ſimonia.

Dare autem beneficium conſanguineo digno non eſt ſimonia, nec peccatum eſt. D. Thom. *loc.cit.* Altiſiodorenſis *lib.*3. *ſumma tr.*27. Adrianus *quodlibeto* 6. *ad* 3. Covar. 1. *var. c.*5. *num.*4. nam datur propter conſanguinitatem, non pro conſanguinitate tanquam pro pretio. *c. nemo. de ſimonia*, vide tamen Bullam Pii V. quæ incipit: *Quanto.* 58. Suarez *lib.*4. *c.*37. *n.*7.

An ſpirituale poſſit dari pro ſpirituali ſine vitio ſimoniæ?

198 Spirituale pro ſpirituali commutari valet, exceptis beneficiis.

NOn eſt ſimonia commutare ſpirituale pro ſpirituali etiam ex pacto, exceptis beneficiis. *c. ad quæſtiones. de rerum permutatione*, ubi Eccleſia poteſt pro Eccleſia mutari. D. Tho. in 4. *diſt.*25. *q.*3. *art.*3. *ad* 8. ubi Durand. *q.*5. *n.*9. Major *q.*6. Argentina *art.*4. *ad* 3. Sotus 9. *de juſtitia q.*7. *art.*2. *concl.*1. Leſſius *lib.*2. *c.*35. *dub.*3. *n.* 22. Covar. 2. *variar. c.*5. *n.*4. Riccard. *in* 4. *diſt.* 25. *art.*3. *q.*1. *ad* 1. Paludanus *q.*2. *n.*15. Adrianus *quodlibeto* 9. *in fine*: Sic Papa auctore beneficia inter ſe commutantur, quod fieri non poſſet, ſi eſſet ſimonia de jure divino.

199 Permutatio beneficiorū eſt prohibita jure poſitivo.

Ceterum hìc ſcire debes permutationem beneficiorum eſſe prohibitam de jure poſitivo. *c. quæſitum. de rerum permutatione. c. majoribus. de præbendis. c. cum olim. c. cum univerſorum. de ſimonia. c. ult. de pactis.*

Et permutationem iſtam eſſe ſimoniacam ſolo jure poſitivo docent Riccardus, Major, Argentina, Sotus *loc.cit.* Rebuffus 3. *par. praxis tit. de permutatione n.*52. Ugolin. *tab.*1. *c.*23. contra Durandum apud Ivarium *lib.*4. *c.*8.

Probatur ex *c. cum olim*, & *c. quæſitum. de rerum permutatione*, ibi: *Iubem ſemper continet ſimonia*; nam eſt prohibitio facta in ordine ad Divinum cultum ſub pœna ſimoniæ.

Hinc eſt ſimonia dicere; tu eligas me ad iſtum beneficium, & ego eligam te ad aliud beneficium. *c. de hoc. de ſimonia. c. cum pridem. c. ult. de pactis*, niſi fiat hoc auctoritate Papæ. *c. cum univerſorum.* 8. *de rerum permutatione.*

In aliis verò præter beneficia commutare ſpirituale pro ſpirituali non eſt ſimonia, nec jure prohibitum. Gloſſ. *in c. quam pio.* 1. *qu.*2. *v. pactio*, ubi Præpoſitus *n.*2. Gloſſ. *in c. ult.* v. *ceſſare. de pactis.*

Ex his infertur cum Caramuele *lib.*2. *Theologia moralis n.*869. orationes, & actus omnes ſpirituales, voces capitulares, ſuffragia, dignitates Eccleſiaſticas, excepta commutatione beneficiorum, poſſe inter ſe liberè abſque labe ſimoniæ commutari: unde non eſt ſimonia dicere elige me in Provincialem, & eligam te in Priorem; commenda me Deo, & ego commendabo te. Dic Sacrum pro me, & ego dicam Pſalmos pro te, da mihi Epiſcopatum, & ego pro tuo patre centenas Miſſas curabo dicere. Aragonius 2.2. *qu.* 100. *art.*1. Sanch. *tom.*2. *opuſculorum lib.*2. *c.*2. *dub.*54. *n.*5. Sotus 9. *de juſtit. q.*5. *art.*2. *ad* 3. (6)

Cauſæ excuſantes à ſimonia.

CAPUT VI.

200 Cauſæ, quæ excuſant à ſimonia.

MUltæ excogitantur cauſæ, à quibus à ſimonia quis excuſatur, quas expedit hìc ad examen vocare, & primo:

An titulus ſubſtentationis excuſet à ſimonia?

§. I.

201 Miniſtri Eccleſiæ poſſunt accipere ob neceſſariam ſubſtentationē.

MIniſtri Eccleſiæ poſſunt ad neceſſariam ſubſtentationem accipere, eſt de fide. Matth. 10. ibi: *dignus eſt operarius mercede ſua.* Lucæ 10. *v.*7. 1. ad Timotheum 9.19. *v.*18. 1. ad Corinth. 9. *v.*4. Deuter. 14. *v.*22. *c. ad Apoſtolicam* 42. *de ſimonia. c.*3.4. *c. in noſtra. c. fin. de ſepulturis. c. placuit. c. Clericos* 1. *qu.*2. D. Thom. *loc.cit. qu.*100. *art.* 2. *&* 3. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *q.*16. *punct.*3. Et ſic poteſt accipere Sacerdos eleemoſynas Miſſarum abſque labe ſimoniæ; revera tamen non poteſt dici propriè ſtipendium eo modo loquendi, quo ſtipendium vocatur ſalarium, & merces conductionis illius, qui locat operas ſuas. Angel. apud Sotum 9. *de juſt. qu.*6. *art.*1. *ad* 2. & ſic D. Thom. & Sotus ait non pretium, aut mercedem Sacerdotem accipere. (7)

202 Eleemoſina Miſſarū accipitur abſque labe ſimoniæ.

An

(6) In beneficiis omnis pactio eſt ſimoniaca. Vide infra.

(7) De ſtipendio Miſſarum ejuſque origine, vide quæ adnotata ſunt *Lib. II. tit. de Sacrific. Miſſæ adnot.* 6. & P. Berlendi in tractatu cui titulus *Dell' Oblationi all' Altare p.*2. §. 1.2.3. *& ſeqq.* ubi eruditè colligit penè omnium eruditorum ſententias circa Miniſtrorum legitimam ſubſtentationem.

An ſimonia ſit accipere aliquid ex donatione gratuita?

203 Ex donatione gratuita aliquid accipere nō eſt ſimonia.

DOnatio merè liberalis facta ei, à quo recepta eſt res ſpiritualis, non eſt ſimonia. *c. dilectus el* 2.30. *c. & ſi quæſtiones* 18. *de ſimonia. c. placuit. c. Epiſcopus. c. quam pio* 1. *qu.* 2. *c.* t. *qu.* 1. Cajet. 2. 2. *qu.* 100. *art.* 3. *ad* 3. Sotus 9. *de juſtitia qu.* 7. *art.* 1. *ad* 2. Sylveſt. v. *ſimonia qu.* 5. Gratian. *cauſa* 1. *q.* 2. Ratio id ſuadet, quia deeſt pactum juſtitiæ exæquans ſpiritualia temporalibus, in quo conſiſtit malitia ſimoniæ, & quod gratis datur non eſt pretium, & omninò liberaliter datum: nec jure communi id prohibitum invenitur, niſi in quibuſdā caſibus ſpecialibus.

Jura ergo prohibentia donationem rei temporalis non loquuntur generaliter, ſed in quibuſdam caſibus ſpecialibus: puta Baptiſmi, Confirmationis, Ordinis, vel loquuntur de donatione, quæ producit exactionem. *d. c. dilectus el* 2.30. *c.* 18. *de ſimonia*; nam tunc non arguit liberalem donationem, ſed pallium; cùm incivile ſit donatorem præmere. *c. sua nos* 34. *c. ſicut* 39. *de ſimonia. c. ſicut Epiſcopi.* 1. *qu.* 2.

Donatio hujus invenitur prohibita non ſolùm in Baptiſmo, Confirmatione, Ordine, ſed etiam in Chriſmate, & Olio Sancto; nam Miniſtri habent decimas, & etiam in omnibus functionibus Sacramentalium. *c.* 1. *c. ad noſtram* 41. *de ſimonia. c. renovari.* 1. *qu.* 1. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 18.

De Donatione remuneratoria.

§. II.

An hæc ſit ſimonia?

204 Jure communi videtur licitum donare temporale, ut ex gratitudine detur ſpirituale.

JUre communi licet donare temporale, ut ex gratitudine detur ſpirituale. *c. & ſi quæſtiones* 24. *de ſimonia. c. placuit* 102 1. *quæſt.* 2. D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 2. Covarr. 1. *variar. c.* 20. *n.* 1. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 3. *qu.* 16. *punct.* 3. Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *c.* 36. *n.* 2. quia quod datur ob gratitudinem, non eſt pretium, & dans ex gratitudine ſolvit debitum antidorale, & ſolvere debitum non eſt malum, nam actum gratitudinis non eſt malum facere. (8)

An poſſit explicare collatori ſe obſequium illud impendere ſpe beneficii, Ordinis, ſecùs non præſtaturum obſequium?

205 Poteſt quis ſe explicare præſtare obſequium collatori ſpe obtinēdi beneficium.

AFfirma: dummodo non intendatur obligatio ex juſtitia, ſed ex ſolà gratitudine, quo titulo etiam collator beneficii poteſt dicere ſe collaturum beneficium; nam tollitur deformitas, quæ naſcitur ex æqualitate intenta, inter temporalia, & ſpiritualia, ubi ceſſat juſtitia commutativa, & ſolùm intenditur gratitudo. Suar. *loc. cit. c.* 45. *n.* 4. Bonac. *qu.* 6. *punct.* 1. *n.* 3. *de ſimonia.* Filliucc. *c.* 10. *quæſita* 10. Ognat. *loc. cit. n.* 209. *de contractib. tr.* 23. *diſp.* 84. *ſect.* 10. Nec efficit declaratio collatoris dicentis ſe velle dare, ſi, licet dare beneficium ex gratitudine digno.

Hinc infertur Epiſcopum poſſe ordinare familiares, & domeſticos ſuos propter gratitudinem eis debitam, ob ſervitia liberaliter exhibita: dummodo nullum intercedat pactum, nulla exactio. Ugolinus *tabula* 1. *c.* 8. §. 4. Navarr. *c.* 23. *n.* 106.

Secundo, poteſt dare beneficia dignis conſanguineis propter conſanguinitatem, nam eſt actus gratuitus amicitiæ, gratitudinis, benevolentiæ ſine obligatione ex juſtitia. Et in donatione remuneratoria non currunt jura, quæ loquuntur de donatione ſimplici; nam ſumus in re pœnali; & nomine donationis in re pœnali non venit donatio remuneratoria. Ognat. *loc. cit. n.* 207. (9)

An poſſit fieri pactum hujuſmodi gratitudinis?

206 Pactum gratitudinis ſi inducit obligationem ex juſtitia, ſimoniacum eſt.

DIſtinguitur: vel ex tali pacto quis vult inducere obligationem ex juſtitia, pactum fieri nequit. Si verò aliam obligationem ex amicitia, ex gratitudine inducere velit; tunc non eſt ſimonia; nam ratio obligationis ex juſtitia non oritur ex natura pacti, ſed ex natura contractus. *l.* 1. *D. de pactis*. Cùm ergo obligatio ex juſtitia, ex gratitudine, ex fidelitate naſcatur ex voluntate partium, meritò non erit obligatio ex juſtitia, ſi ad illam partes ſe obligare nollnt, nam pactum non obligat ultra intentionem paciſcentis. *l. obligationum* 3. *l. conſenſu* 2. *l. quæcumque* 11. *D. de verb. oblig.* Intelligas remoto ſcandalo, ut rectè obſervat Ognat. *loc. cit. num.* 112.

Contra Filliucc. *tract.* 45. *c.* 10. *n.* 25. Bonac. *de ſimonia qu.* 6. *punct.* 1. *n.* 6. Suar. *loc. cit. c.* 45. *n.* 11. & 12. qui tale pactum reprobant ut ſimoniacum. (10)

An ſit ſimonia dare beneficium, Ordinem, ut quis recuperet rem, aliàs ſibi liquidò debitam?

207 Videtur nō eſſe ſimoniæ dare beneficium, ut recuperet quis rem collatori debitam.

NEga: nam tunc non eſt in pretium rei ſpiritualis, ſed tantùm agit, ut ſibi res ſua reſtituatur. *l. nemo rem ſuam.* 82. *D. de verb. oblig.* ibi: *ſanè rem meam mihi reſtitui rectè ſtipulari videor*. Navarr. *in ſumma c.* 23. *n.* 106. (11)

Eſſet tamen ſimonia dare ſpirituale ſub conditione, ut recipiens remittat collatori debitum ex juſtitia. Suarez *lib.* 4. *c.* 45. *num.* 4. Sotus 9. *de juſtit. qu.* 7. *art.* 1. *ad* 3. (12)

An ſit ſimonia redimere vexationem?

§. III.

208 Quid ſit vexatio in beneficiis.

VExatio hìc ſumitur pro injuria, quam quis patitur ab illo, qui non vult dare aliquid ſpirituale, puta Ordinem, vel beneficium, & redimere vexationem eſt dare aliquid, ut obtineat quod negatur.

209 Licet redimere vexationem in materia Sacramentorum.

Dicimus nunc licere redimere vexationem in materia Sacramentorum. *c. ad aures. de ſimonia*, ubi ſatisfacta parte benè fecit excommunicatus, qui ad tollendam vexationem dedit pecuniam Prælato, nolenti ſecùs eum abſolvere. *c. dilectus el* 1. *cit. tit.* Et ratio eſt, quia tunc non datur in pretium, ſed ad removendam duritiam voluntatis. Et ex alia parte non cooperatur peccato, ſi ille jam ſit paratus ad delinquendum, & pecunia eſt medium indifferens, poteſtque

(8) Vide tamen Propoſitionem 45. Innocentii XI. „ Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, „ quando temporale non datur tamquam pretium, „ ſed duntaxat tanquam motivum conferendi, „ vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contra, & Propoſitionem 22. Alexandri VII. „ Non eſt contra Juſtitiam Beneficia „ Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator „ conferens illa beneficia Eccleſiaſtica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, „ quod tibi conferre non tenebatur. Quam confutat Auctor *in Anaceph. n.* 604.

(9) Vide cit. Propoſitionem 45. Innocentii XI.

(10) Quæ amplectenda eſt.

(11) Simoniacus eſt Epiſcopus, qui ſuo debitori beneficium confert cum pacto, ut ſibi debitum ſolvat; quia in beneficiis omnis pactio eſt ſimoniaca, ſaltem jure canonico. Vide Bonacinam.

(12) Si novam obligationem addit, ſanè eſt ſimonia, quia nova obligatio novum vinculum addit, quo priùs non tenebatur recipiens.

que dare pretium, & removens, prohibens ; idque totom ex mera libertate dantis ; ergo qui dat ad tollendam vexatiooem, non cenletur dare in pretium.

Imò in extrema neceſſitate licet offerre pecuniam, ut mihi miniſtrentur Sacramenta aliundè debita, & iniquè negara ; nam tunc pecunia non offertur, ut ille vendat, ſed ut removeatur iojuſta prohibens voluntas. Altiſidiorenſis 3. *par. ſumma qu. 3. de ſimonia.* Adrianus *quodlibeto* 9. *art. 3. nd* a. Suarez *loc. cit. c.* 12. *num.* 13. Fillincc. *quaſt.* 8. *c.* 3. Leſſius *lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 7. *num.* 39.

210 Redemtio vexationis in beneficiis non licet, niſi ſit jus quæſitũ beneficiatis.

Redemtio vexationis iu beneficiis jure poſitivo non licet, niſi quando eſt jus quæſitum beneficiatis. *c. dilectus* 28. *il* 1. *c. Matthaus. de ſimonia. c. quaſitum* 1. *qu.* 3. D. Thom. 2. 2. *qu.* 100. *art.* 2. *ad* 5. Sotus 9. *de juſtitia q.* 6. *art.* 1. Leſſius *lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 7.

211 In Jure quærendo prohibetur.

In jure tamen quærendo iu beneficiis eſt prohibita redemtio vexationis. D. Tho. *loc. cit.* ubi Navarr. *in ſumma c.* 23. *n.* 102. Abb. *in d. c. Matthaus.* Suar. *lib.* 4. *c.* 5, *num.* 18. ex *c. ſicut* 33. *de ſimonia.*

Sed licèt jura expreſsè id non probent, ſtylus tamen Curiæ Romanæ ſervat, ut ſit ſimonia redimere vexationem in jure quærendo.

Caſus in quibus licèt redimere vexationem in beneficiis.

212 Quando licet redimere vexationem in beneficiis.

POteſt tollere vexationem injuſtam, ſi jam jus ſit incohatum: pota ſi ſit legitimè electus, vel ſi vexetur ut beneficium amittat. *d. c. Matthaus.*

Primo, licet vexationem redimere, ſi jam quis ſit electus, ideſt inſtitutus, non confirmatus, quia confirmatio ſpectat ad exercitium beneficii. Reginal. *lib.* 23. *qu.* 2. *n.* 330. Angelus v. *ſimonia.* contra Abbatem *in d. c. dilectus.*

Secondo, ſi vexetur ad hoc ut beoeficium amittat.

Tertio, ſi vexetur ab extraneo, qui uequeat impedire beneficii obtentionem: puta ſi vexaus non ſit elector, vel confirmator, & conſequenter poteſt vexationem redimere poſſidens beneficium pacificè, vel inſtitutus, licèt adhuc non poſſideat, nec ſit confirmatus.

Caſus in quibus non licet redimere vexationem.

213 Et quando non licet.

PRimo, electus non inſtitutus.

Secundo, ſi ſit inſtitutus, at non Canonicè, & legitimè.

Tertio, ſi lis moveatur ſuper validitatem inſtitutionis, electionis, nominationis.

An res per ſimoniam obtentæ ſint nullæ?

§. IV.

QUandoque per ſimoniam quis facit contractum, recipit Sacramenta, recipit beneficia ; & ſic meritò de iſtis an valeant inquiramus, & primo:

An contractus ſimoniacus ſit nullus?

214 Contractus ſimoniacus eſt nullus.

AFfirma. *c. ult. de pactis. c. ult. de rerum permutatione. c. sua vos* 34. ubi Abbas *de ſimonia. c. quam pio.* 1. *qu.* 2.

An Sacramenta per ſimoniam collata ſint nulla?

215 Sacramenta per ſimoniã collata non ſunt nolla, ſed illicita.

NEga: & ſic gratiam conferunt ritè ſuſcipientibus. *c. omnia. c. intra. c. non nocet. c. Chriſtus. c. multi. c. non quales.* 1. *q.* 1. Et quando dicuntur irrita, damnanda, falſa, inania, intelliguntur ità eſſe quoad gratiam ſanctificantem, quam non conferunt indignè ſcientèr recipientibus. *c. gratiam* 1. *qu.* 1. poſitis enim requiſitis à Chriſto Domino exigitis Sacramentum eſt: per quæ patet reſponſio ad *c. ea, qua. c. ordinationes. c. quibuſdam. c. ſi quis forte. c. non oportet.* 1. *quaſt.* 3. & *c. veniens. c. quoniam. de ſimonia.*

Hinc valet Sacramentum matrimonii ſimoniacè celebratum, valent benedictiones, conſecrationes, dedicariones, & omnes actus Juriſdictionis, ut licentia ob pecuniam data. Ugolinus *tab.* 1. *n.* 16. Suar. *loc. cit. c.* 57. *n.* 6. Bonac. *de ſimonia quaſt.* 7. §. 7. *n.* 6. & *punct.* 2. *n.* 8. Regiual. *c.* 23. *num.* 181.

Valet etiam profeſſio ſimoniaca, nam nullibi annullata invenitur. *c. veniens. c. quoniam. de ſimonia.* Sanch. *lib.* 5. *Decal. c.* 4. *n.* 39.

An beneficia collata ob ſimoniam ſint nulla?

AFfirma: jure poſitivo. *c. ea quæ.* 1. *quaſt.* 3. *c. Matthaus. c. fin. de ſimonia.* D. Thomas 2. 2. *qu.* 100. *art.* 3. *ad* 3. Paludanus *in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 5. *n.* 9. Garzias *de beneficiis parte* 5. *c.* 9. *n.* 9. Covarr. *in regula peccatum. par.* 2. §. 8. *n.* 7. contra Henriq. *quodlibeto* 6. *quaſt.* 26. Armachanum *lib.* 10. *c.* 13. 216 Beneficia verò collata ob ſimoniam ſunt nulla.

Et ſic tenetur reſtituere beneficium unà cum fructibus. Extravag. *de ſimonia. c. ſicut. de ſimonia,* niſi ignoret ſibi beneficium per ſimoniam collatum. *c. ſicut tuis. de ſimonia.* Suar. *lib.* 4. *c.* 57. *n.* 39. 217 Et ſunt reſtituẽdi fructus.

Mihi tamen placet diſtinctio D. Thomæ; nam vel quis confert beneficium ſimoniacè ad hoc ut beneficiatus ignoraus damnificetur, & tunc teoet beneficium, nè unus alterius dolo damnificetur. *c. ſicut tuis* 33. *c. ex multis. c. de ſimoniaca vi. de ſimonia* 218 Nota Auctoris diſtinctionem.

Si verò ob amicitiam quis alteri ignoranti per ſimoniam conferat beneficium, & tunc collatio eſt nulla. *c. Matthaus. c. ex inſinuatione. c. ſicut tuis. de ſimonia.* D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. *ad* 3. Abbas *in c. penult. de electione.* Navar. *lib.* 5. *conſ.* 97. *de ſimonia.*

Debet tamen bona fide poſſidens beneficium, illicò ubi ſcit ſimoniacè ſibi collatum, illud dimittere, & recurrere ad Superiorem pro remedio. *c. penult. de elect. in* 6. Caſſador. *dec.* 6. Ugolinus *de ſimonia. c.* 7. §. 2.

Habet tamen ignorans ſimoniam, utilitatem, ut ſi triennio poſſideat bona fide, ſibi retineat beneficium, ex regula Cancellariæ *de triennali poſſeſſione*, & ſic contra, cum non datur actio. *c. etiam.* 25. *de ſimonia.*

Quid veniat nomine beneficii?

NOn venit jus patronatus; & ſic tenet etiam per ſimoniam acquiſitum, ſicuti etiam tenent cetera officia Eccleſiaſtica per ſimoniam obtenta. *c. ſalvator. c. ex multis.* 1. *quaſt.* 1. Suar. *loc. cit. n.* 13. Filliucc. *tract.* 43. *c.* 13. *qu.* 7. *n.* 22. Bonac. *qu.* 7. §. 7. *n.* 8. 219 Jus patronatus non venit nomine beneficii.

Papatus ſimoniacè obtentus eſt validus, nè ſchiſma ſequatur. *c. ubi periculum. de elect. in* 6. & Conſtitutio Julii II. fuit abrogata per Pium IV. Suar. *loc. cit. n.* 17. itaut contra Summi Pontificis electionem nulla valet exceptio opponi, nè Eccleſia turbetur. 220 Papatus ſimoniacè obtentus eſt validus.

Includuntur inter officia Eccleſiaſtica Clericatus Cameræ, Auditoratus, & officia Religionum, ut Abbatis, Prioris, Generalis, Provincialis, &c. quæ beneficia non ſunt, & ſic in illis ſimonia ceſſat annullans collationem, licèt non ceſſet peccatum. Suarez *c.* 57. *n.* 48. Oguat. *loc. cit. diſp.* 85. *n.* 52. 221 Quæ includuntur inter officia Eccleſiaſtica.

Non ità eſſet in delegato Papæ, in Vicario, &c. quibus collatio ſimoniaca eſſet nulla, ex Extravaganti *de ſimonia*. Suar. *loc. cit.*

An ſimoniacè ordinatus privetur ipſo jure fructibus obtentis beneficii?

222 Simoniacè ordinatus privatur ipſo jure fructibus beneficii.

ALiqui affirmant. Rebuffus *tit. de pacifico poſſeſſore n.* 265. Diaz *in pract. c.* 131.

Sed obtentis beneficiis non privari ante ſententiam condemnatoriam docuit Felinus *in c. inſinuatam. de ſimonia.* Ugolinus *tab.* 1. *c.* 19. quia nullo jure invenitur incurri ipſo facto. Tiraquell. *in l. ſi unquam. v. revertatur. num.* 206. *de rev. don.*

223 Non ipſis beneficiis ante ſententiam.

Certum eſt ſimoniacum in uno, non privari ipſo facto aliis beneficiis legitimè quæſitis, nec debere eorum fructus reſtituere. Suar. *loc. cit. c.* 58. *n.* 8. Reginal. *lib.* 23. *qu.* 4. *n.* 179. Navarr. *in ſumma c.* 23. *n.* 101.

Simoniacus verò in uno beneficio fit inhabilis ad futura beneficia. *c. penult.* ubi Abb. *de electione. c. ſimoniacè. de ſimonia*. Sed eſt inhabilis ad alia beneficia non ipſo jure, ſed poſt ſententiam; nam inhabilitas ipſo facto non fuit uſu recepta. Reginal. *lib.* 23. *n.* 176. Suarius *c.* 58. *n.* 11. Filliuc. *c.* 13. *q.* 9. *n.* 26. Navar. *de ſimonia conſ.* 91. *n.* 5. *&* *conſ.* 93. *n.* 93.

An obtinens beneficium ſimoniacè, illo ipſo jure ſit privatus?

224 Non privatur quis ipſo jure beneficio obtento, ſi in ejus odium ſimoniacè conferatur illo ignorante.

DIſtinguas: vel ei impetratur hoc beneficium ſimoniacè ob amicitiam beneficiati: vel in ejus odium, beneficiato ignorante, vel reſiſtente ſimoniæ pro viribus. Si ob amicitiam beneficiati, tunc collatio eſt nulla. *c. Matthæus. c. ex inſinuatione.* 26. *c.* 27. *c. ſicut tuis. de ſimonia*, & hic ubi primum ſcit ſimoniam commiſſam ejus favore, tenetur dimittere beneficium, vel ad Superiorem recurrere pro remedio, & tenetur etiam reſtituere fructus cum regula.

De Reſtitutione quæſitorum per ſimoniam.

§. V.

225 Quæſita per ſimoniam ſunt reſtituenda.

REs ſacræ per emtionem ſimoniacè obtentæ reſtituendæ non ſunt, nam non adeſt Dominus, cui reſtituantur, cùm rei ſacræ nemo Dominus. Beneficia quomodo reſtituenda patet ex dictis. (13)

Tota autem difficultas eſt.

Cui pretium ſit reſtituendum, ſi ſimonia ſit ex utraque parte.

226 Pretium reſtituendum danti pecuniam.

CErtum eſt mihi pretium reſtituendum, ſi quis accipiat illud pro re, quam ex juſtitia dare tenetur; nam accipit quod ei non debetur. Intelligas niſi Dominus donare velit. D. Thom. 2. 2. *qu.* 100. *art.* 6. Navarr. *in ſumma. c.* 23. *n.* 104. Covarr. *in reg. peccatum* 2. *par.* §. 2. *n.* 7. Abb. *in c. fin. in fine de ſimonia.* Contra Sylveſtrum v. *ſimonia qu.* 20. *diſt.* 1. ubi Cajet. *in fine*. Armilla *num.* 58.

Reſtitutio facienda eſt illi, qui pecuniam dedit, nam ipſe eſt Dominus, & injuriam paſſus. Sotus *loc. cit. qu.* 8. *art.* 1. Bannez 2. 2. *qu.* 32. *art.* 7. Navarr. *in manuali. c.* 17. *n.* 30. Suar. *loc. cit. c.* 59. *n.* 23. *ex c. ult.* 14. *qu.* 5.

Si verò ſimoniam non dicamus contra juſtitiam in aliquo caſu; tunc nihil reſtituendum, quia onus reſtituendi ex læſione juſtitiæ commutativæ oritur. Navar. *in ſumma. c.* 23. *n.* 103. *ex c. ult. de ſimonia* (14)

An ſimoniacè acceptum ex venditione beneficii ſit reſtituendum ante ſententiam Judicis?

NEgat Ugolinus *tab.* 4. *c.* 2. §. 1. *in fine.*

Affirmat Suar. *lib.* 4. *c.* 60. *n.* 3. idque nè quis ex iniquitate reportet commodum. *l.* 3. *l. ſi ob turpem. D. de condit. ob turpem cauſam. l. in hæredem. C. de calumniatoribus*. Sed hæc jura probant talem pœnam potuiſſe ferri, ſed jam non eſſe latam. 227 Simoniacè acceptum eſt reſtituẽdum ante ſententiam.

Melius probat text. *in c. de hoc. de ſimonia*, ubi: *temporalia ſic accepta nequeunt ſine gravi periculo retineri*, ubi Abb. & Hoſtienſis, qui text. intelligitur tantùm de beneficiis.

Et reſtitutionem faciendam danti, docent DD. *citati*, licèt faciendam Eccleſiæ voluerit. D. Thom. 2. 2. *qu.* 61. *art.* 5. *ad* 2. Cajet. v. *ſimonia.* Victoria *relectione de ſimonia. par.* 2. *n.* 6. Covar. *in reg. peccatum* 2. *par.* §. 2. *num.* 6. poteſt tamen compoſitio fieri in Camera Apoſtolica. Suar. *loc. cit. n.* 8.

Acceptum ſimoniacè in ingreſſu Religionis eſt per ſententiam reſtituendum. *c. univerſi. de ſimonia.*

In quibus ſimoniis adſint pœnæ?

§. VI.

POſt Extravagantem Pauli II. nulla eſt ſimoniæ pœna, niſi in tribus. 228 Punitur ſimonia in Ordine, in beneficiis, & in ingreſſu Religionis.

Prima in Ordine. Secunda in Beneficiis Eccleſiis. Tertia in ingreſſu Religionis. (15) Navarr. *in ſumma. c.* 23. *n.* 111. Suarius *c.* 55. *n.* 5. Reginal. *lib.* 23. *c.* 13. *n.* 22. Filliucc. *tract. de ſimonia* 45. *c.* 13. *qu.* 1. *n.* 1. Ugolin. *tab.* 1. *c.* 12. Ognat. *loc. cit. n.* 129. *&* 131. ubi docet nullam eſſe cenſuram, pœnam inhabilitantem in conſecrationibus, diſpenſationibus, benedictionibus, Sacramentis, &c. præterquam in Ordine, beneficiis, & ingreſſu Religionis.

Simonia mentalis, etiam exteriùs prodita, ſine pacto non punitur. *c. ult. de ſimonia*. Imò nec punitur conventionalis pura traditione non ſecuta; nam cùm ſimus in pœnalibus, requirimus effectum conſummatum. Extravag. 2. *de ſimonia, & cauſa* 1. *qu.* 2. Reginal. *loc. cit.* Suar. *loc. cit. n.* 12. Filliuc. *loc. cit. qu.* 11. Navar. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 427. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia c.* 25. *dubit.* 27. Idque ſcientificè conſtabit ex dicendis de lege pœnali in materia de *Legibus*. Imò (quod tamen non recipimus) in ſimonia poſitiva pœnam non incurri, docet Aragonius 2. 2 *qu.* 100. *art.* 6. *dub. penult.* Navarr. *lib.* 2. *de reſtitut. c.* 1. *n.* 476. quia in pœnis verba propriè ſunt accipienda, ut ſic pœna reſtringatur. *c. odia. de reg. Juris in* 6. & propriè poſitiva non eſt ſimonia. 229 Simonia mentalis nõ punitur.

Oppoſitum tamen docent Suarius *c.* 55. *n.* 28. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia c.* 35. *dub.* 25. *n.* 142. Reginal. *lib.* 23. *c.* 12. *n.* 148. qui duo etiam oppoſitam primam cenſent probabilem opinionem.

De

(13) Res ſacræ ſimoniacè habitæ poſt ſententiam reſtituendæ ſunt. De beneficiis vide, quæ dicta ſunt. Sed cui res ſacræ reſtituendæ ſint, vide Doctores.

(14) Semper pretium in ſimonia reſtituendum eſt, quod ſi fortè non ei qui dedit, Eccleſiæ, vel pauperibus.

(15) De Simonia ejuſque pœnis in ingreſſu Religionis, vide eruditam Diſſertationem ſecundam Chriſtiani Lupi *tomo* XI. *Venetæ edit. de Simonia Monaſteriorum*, & Van-Eſpen Juris Eccleſiaſtici *parte prima tit.* 26. *& tomo* 4. *ſeu parte* 4. *operum Diſſertatione de Peculiaritate in Religione, & Simonia circa ingreſſum Religionis.*

De Pœnis contra ſimoniacos.

CAPUT VII.

230 Papæ reſervatur ſimonia in Ordine, in beneficiis, in ingreſſu Religionis.

POEna, vel eſt cenſura, vel bonorum privatio. Primo, agamus de cenſura. Secundo, quæ bonorum privatio ſit appoſita.

Excommunicatione majori latæ ſententiæ Papæ reſervata punitur ſimonia in Ordine, in beneficiis, in ingreſſu Religionis, & reperiuntur *c.quicumque.1.qu.1.* Extravag. 2.*de ſimonia.* Sotus 9.*de juſtit.quæſt.*8.*art.*2.*concluſ.*1. Filliuc. *tract.*45.*c.*13.*quæſito* 4.*n.*9.

231 Nomine Ordinis an veniat prima tonſura.

Hinc prima tonſura eximitur, quia non eſt Ordo, & ſumus in pœnalibus. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia.* *c.*31. *dub.* 23. contra Bonac. *de ſimonia qu.*7.§.2.*n.*3. Ugolin.*tab.*4.*c.*3.*n.*2. (16)

232 Simonia confidentialis etiam excommunicatione punitur

Simonia confidentialis punitur excommunicatione. Pius IV. in *Conſtitutione* 85. & Pius V. in *Conſtitutione* 45. quæ incipit: *Intolerabilis multorum*, & eſt inhabilis in omnibus beneficiis obtinendis.

233 Simoniacus ipſo facto eſt ſuſpenſus.

Secundo, incurritur ſuſpenſio ipſo facto. Extravag. 1.& 2.*de ſimonia*, & ſuſpenduntur recipientes Ordines ſimoniacè, ex Bulla Siſti V. contra malè promotos. Bonac.*loc.cit.*§.6.

234 Ordinans tantùm ab Ordine.

Suſpenſus eſt etiam Ordinans eo ipſo ab Ordine tantùm, non ab officio, & beneficio, ex motu proprio Siſti V. Avila 3.*par.c.*15.*dub.*9.*concluſ.*4.Henriq.*lib.*13.*c.*37. Sylveſt.v.*ſimonia q.*7. Reginal.*lib.*22.*c.*12.*n.*172.

Suſpenſio non invenitur in ſimonia beneficiali, nec in conferente, nec in recipiente. Navar. *in manuali c.*23.*n.*111. Avila 3.*part.diſp.*5.*dub.*9.*concluſ.*5. contra Sylveſt. v.*ſuſpenſio qu.*7. Alterium *tom.*2.*diſp.*15.*c.*5. (17)

235 Et ab ingreſſu Eccleſiæ.

Ordinans ſimoniacè eſt etiam ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ ex dicta Bulla Siſti. Leſſius *loc.cit.c.*35.*dub.*25.*n.*134.

236 An in penſione datur ſimonia.

Simonia commiſſa in penſione nulla cenſura punitur, quia penſio propriè non eſt beneficium. Leſſius *loc.cit.dub.*18.*num.*137. Garz.*de beneficiis par.*1.*n.*12. (18)

237 Depoſitio eſt ferendæ ſententiæ.

Pœna depoſitionis contra ſimoniacos eſt ferendæ ſententiæ. *c. de hoc. c. qui alium. c. per tuas. de ſimonia. c. inquiſitionis. de accuſationibus. c.ſanè.*15.*qu.*3. *c.erga ſimoniaces.*1.*qu.*1.*c.*2. *de confeſſis.* Sylveſt.v.*ſimonia. qu.*19.*dicto* 2.

238 Eſt irregularis ſi ſit infamia, aut miniſtret cū cenſura.

Irregularitas non incurritur, niſi ratione infamiæ, vel ſi excommunicatus miniſtrat. Et infamia eſt ferendæ ſententiæ.*c.ſanè.*15.*quæſt.*3. *c.fin.*2.*qu.*3.*c.ex diligenti* 7.*de ſimonia.*Sotus 9.*de juſtitia qu.*8.*art.*2.*concl.*1.

239 Beneficia ritè aquiſita ſuſtinentur.

Quoad reſtitutionem non amittit ritè acquiſita beneficia, nec eſt inhabilis ad futura, niſi tantùm ad beneficium per ſimoniam obtentum. *c.nobis fuit. de ſimonia. c. penult. de elect.* Quæ inhabilitas ſi publica, tollitur à Papa, ſi occulta ab Epiſcopo: licèt alii velint tolli ſemper à Papa. Leſſius *lib.*2. *de juſtitia c.*25.*dub.*25.*n.*140. & Trid.*ſeſſ.*24.*c.*6 *de reform.* concedens Epiſcopis facultatem in cenſuris occultis, nolint extendi ad inhabilitatem, & irregularitatem.

240 Fructus beneficii naturales, non induſtriales, reſtituendi ſunt.

Fructus beneficii naturales reſtituendos ait Navarr. *conſ.*99. non induſtriales. Sylveſt. v.*ſimonia n.*3.

241 In confidentiali adeſt excommunicatio, & fit inhabilis ad alia, & fructus omnes reſtituendi.

In ſimonia confidentiali adeſt excommunicatio, & inhabilitas ad omnia beneficia, etiam futura, & omnes fructus debet reſtituere à die collationis. Reginal. *lib.*23.*c.*12.*n.*163. Bonac. *loc.cit.*§.3. Navar.*c.*23.*n.*100.

(16) Nomine ordinis quoad ſimoniam, & pœnas contineri primam tonſuram recepta opinio eſt.

Præceptum denunciandi ſimoniam.

242 Curiales obligantur ad denunciandum ſimoniam.

OBligat tantùm Curiales, nam Extravagans 2.*de ſimonia*, tantùm in iſtis eſt uſu recepta. Suarez *tom.*1. *de cenſuris diſp.*22. *n.*5. Filliucc.*loc.cit.c.*4.*quæſito* 7.*n.*82.

Dicta de beneficiis non extenduntur ad penſiones, quæ propriè beneficia non ſunt, & in pœnis reſtringimus intra propriam ſignificationem.*c.odia.de regulis juris in* 6. Navarrus, Leſſius, & alii.

De Delictis contra fidem, & primo:

De Hæreticis, Schiſmaticis, & Apoſtatis.

TITULUS III.

PRodeant hæc tertia enormiſſima ſcelera, & noſtrum detineant ſermonem.

De Hæreſi.

CAPUT I.

Quid ſit Hæreſis.

§. I.

243 Hæreſis definitio.

HÆreſis eſt error voluntarius pertinax contra notam fidei catholicæ veritatem. *tit. Decretalium, de hæreticis. c.* 1. & 2. *de ſumma Trinit.& fide Catholica.*

244 Error ſit voluntarius.

Error voluntarius denotat errantes invincibilitèr ex inadvertentia, vel ignorantia non delinquere. Bandez 2.2.*qu.*11.*art.*2. Coninck *de fide diſp.*18.*dub.*7.*concl.*4. Suar.*diſp.*19. *ſect.*3.*n.*9. Farinac. *de hæreſi quæſt.*179.*n.*39. ajentes etiam affectatam ignorantiam excuſare ab hæreſi, ut excolat à pertinacia. Chriſtineus *vol.*2. *dec.*34. Delgicus Seſſe *tom.*4.*dec.Aragoneſi* 440.

Dicitur *voluntarius*, quia abſque voluntate, ut non datur peccatum, ità nec hæreſis, quæ abſque peccato eſſe nequit.

245 Et pertinax.

Subditur *pertinax* ex *c. dixit Apoſtolus.* 29. & *c.qui in Eccleſia* 24.ibi: *contumaciter ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſiunt.*31.24.*q.*3. *c.ad abolendam.*9.*de hæreticis. c.damnamus.*2.*de ſumm.Trin.& fide Cath. Clem.un.de ſumm.Trin. & fide Cathol.* S.Auguſtinus *epiſt.*168. Seſſe *deciſ. Aragonenſi* 446.*n.*3.*tom.*4.

Unde non eſt hæreticus defectu pertinaciæ paratus ſubmittere ſuum judicium Eccleſiæ.

In quo conſiſtat pertinacia?

§. II.

246 Quando quis ſit dicendus pertinax.

COnſiſtit in voluntate parata ad reſiſtendum doctrinæ Catholicæ, etiamſi ſciat ab Eccleſia proponi, & ſic conſiſtit in nolle proprium judicium Eccleſiæ ſubmittere: *d.c.dixit Apoſtolus* 29.24.*q.*3.ibi: *qui ſententiam ſuam quamvis falſam, & perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt; præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererunt, ſed à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi.* D.Auguſt. *lib.*18. *de Civitate. c.*51. D.Hieronymus *to.*9.*epiſt.*17.*ad Damaſum.* D.Bernardus *ſermone* 80.

An

(17) Sed hæc opinio verior eſt.
(18) Vide Doctores aliter, & meliùs ſentientes.

Digitized by Google

An ad pertinaciam requiratur monitio?

247 Monitio nõ requiritur ut ſit quis pertinax.

NEga: ſed ſatis eſt, ſi ſciens volens teneat contra Eccleſiam Catholicam; nam hoc eſt vera inobedientia, perverſitas, cervicoſitas, audacia perverſa, magis ſibi, quàm Eccleſiæ decernenti credere. *c. cum contumacia. de hæreticis in 6.* Cajet. a. 2. *qu.* 10. *art.* 2. Vaſq. 1. 2. *qu.* 6. *art.* 7. *diſp.* 126. *c.* 3. Suar. *de fide diſp.* 19. *ſect.* 3. *num.* 8. Sanch. 2. *Decal. c.* 7. *n.* 4. contra Alciatum *in l.* 2. *C. de ſumma Trin. & fide Cathol.* Menoch. *vol.* 2. *conſ.* 149. *n.* 49. exigentes monitionem pro utroque foro, & contra Aragonium a. 2. *qu.* 11. *art.* 1. *concl.* 2. Sanctarell. *de hæreſi c.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. exigentes monitionem pro foro externo, non pro foro interno.

Probatur, quia monitio ſolùm exigitur, ut quis ſciat Eccleſiam certè aliter ſentire, quàm ipſe ſentit, cujus monitionis finis ceſſat in illo, qui jam ſcit Eccleſiam aliter ſentire, quàm ipſe ſentit. Sic non requiritur monitio, ut quis incidat in cenſuram ipſo jure impoſitam, ſatiſque eſt ſi ſciat talem cenſuram impoſitam; igitur nec requiritur ad contrahendam contumaciam, ſatiſque eſt ut ſit contumax ſciens catholicam veritatem aliter ſentire.

An proteſtatio tollat pertinaciam, & hæreſim?

248 Proteſtatio tollit pertinaciam, & hæreſim, ſecùs ſi quis ſciens erret.

AFfirma. *c. dixit Apoſtolus.* 29. 24. *qu.* 3. ubi Gloſſ. v. *pertinacis.* Pegna *part.* 1. *qu.* 12. *convenientia* 26. Simanchas *tit.* 55. *rub. de proteſtatione n.* 3. Farinac. *de hæreſi. qu.* 178. *num.* 150. Intelligas, ſi quis cum proteſtatione errans ignoret catholicam veritatem, ſecùs eſt ſi ſciens proteſtetur ad evitandas pœnas, & homines decipiendos; tunc enim eſſet proteſtatio contraria facto, & ut non excuſaretur à notitia veræ fidei, cui ſciens volens adverſaretur, ità nec à pertinacia, & ab hæreſi: ut ergo proſit proteſtatio, requiritur res obſcura, dubia, facta bona fide: idque circumſtantiis, perſona colligendum. Torrebianca *de Trinitate qu.* 30. *art.* 4. Navar. *c.* 11. *num.* 22. Simanchas *de Catholicis Inſtitutionibus. tit.* 55. *c.* 12. Et ſic nec proteſtatio excuſet monitum à Superiore nolentem reſipiſcere. Decianus *lib.* 5 *criminal. c.* 55. *n.* 8.

An dubius in rebus fidei ſit pertinax, & hæreticus?

249 Dubius in fide non videtur pertinax, & hæreticus.

NEga; etiamſi dubium ſit voluntarium. Canus *lib.* 12. *de locis Theologicis. c.* 9. Malderus 2. 2. *qu.* 11. *art.* 2. *membro* 2. §. *reſpondeo.* Sà v. *hæreſis. lib.* 1. Bandez 2. 2. *qu.* 11. *art.* 2. Vaſq. 1. 2. *qu.* 18. *art.* 6. *diſp.* 61. *c.* 1. *n.* 4. Torreblanca *de fide diſp.* 55. *dub.* 1. Sanch. 1. *Decal. c.* 7. *num.* 12. contra Farinacium *in pract. crim. par.* 5. *qu.* 124. *n.* 114. Coninck *diſp.* 18. *dub.* 7. Barboſam *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 40. *n.* 16. contra xxx. Doctores, quos citat, & ſequitur Del Bene *de officio S. Inquiſitionis par.* 1. *dubit.* 6. *n.* 3. (1)

Patet, quia dubitans non errat; nam error eſt difformatio actus ab objecto, & dubitans caret actu, cum pendulus neutri parti adhæreat.

Secundo, quia dubitans non eſt pertinax; cùm pertinacia conſiſtat in adhæſione intellectus circa objectum, & dubitans non adhæret, nec ſcit quid Eccleſia ſentiat, quæ ſcientia requiritur ad inducendam pertinaciam, ut patet ex dictis.

Objicies primo. text. *in c.* 1. *de hæreticis.* Ibi: *dubius in fide eſt infidelis.* Secundo objicies text. *in Clem.* 1. *de ſumma Trinit. & fide Cath.* cum D. Auguſt. *in tract. de Trinitate. c.* 1.

Reſpondetur: dubium in fide eſſe infidelem privativè, non verè eſſe hæreticum; eſt infidelis, quia caret fide, ut etiam Paganus eſt infidelis, non eſt hæreticus; quia non eſt pertinax, nec poſitivè errat, & ſic caret fide habitu poſitivo hæreſis. Infidelis namque magis latè patet quàm hæreticus; & ſic omnis hæreticus eſt infidelis, non omnis infidelis eſt hæreticus; unde D. Bernardus *lib.* 5. *de conſideratione* ait, fides ambiguum non habet, & Ugo de S. Victore *lib.* 1. *de Sacramentis par.* 10. *c.* 2. aſſerit ubi dubitatio eſt, fides non eſt. Dubium ergo tollit fidem, non verò ponit hæreſim, cùm non contineat contumaciam, & errorem; quia eſt actus ſecundæ, non primæ operationis intellectus dubitandi. Dicaſtili. *tom.* 2. *de Sacramentis. tract.* 8. *diſp.* 11. *dub.* 5. *num.* 57.

An poſſit dici aliquod eſſe verum ſecundum Philoſophiam, non ſecundum Fidem Catholicam?

NEga: quia non una eſt veritas rei, cui judicium conforme verum, difforme falſum. Concilium Lateranenſe, ſub Leone X. *ſeſſ.* 8. ibi: *nonnulli temere philoſophantes (ſecundum ſaltem philoſophiam) verum eſſe aſſeverant,* & ibi: *cumque verum vero minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falſam eſſe definimus, & ut aliter dogmatizare non liceat, diſtrictiùs inhibemus, omneſq. hujuſmodi erroneis aſſertionibus inhærentes, veluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes per omnia, ut deteſtabiles, & abominabiles hæreticos, & infideles Catholicam fidem labefactantes, vitandos, & puniendos fore decernimus.* 250 Non poteſt dici verum ſecundum philoſophiã, quod non ſit verũ ſecundum fidem.

An docentes quæſtiones philoſophicas, in quibus à fide deviari poteſt, teneantur fidei Catholicæ veritatem manifeſtare?

AFfirma: Concilium Lateranenſe *ſeſſ.* 8. ibi: *Omnibus, & ſingulis philoſophis publicè legentibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, ut cum philoſophorum principia, ac concluſiones, in quibus à recta fide deviare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeù explanaverint, quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia hujuſmodi, teneantur eiſdem veritatem Religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, & in §. & cum* præcipitur Eccleſiaſticis, ut cum philoſophiæ ſtudio adjungant ſacros canones, aut Theologiam, ſi ſupra quinquennium velint ſtudere philoſophiæ. 251 Docẽtes philoſophiã, ex cujus principiis deviari poſſit à fide, tenentur veritatem Catholicam manifeſtare.

An opinio circa fidem faciat hæreticum?

DIſtinguitur: vel opinio eſt de re ſufficienter propoſita à fide, vel eſt de motivo. Si de motivo, quo quis movetur probabiliter ad aſſentiendum; tunc non eſt hæreticus, dummodo non dubitet de re fidei ſufficienter propoſita, nõ enim repugnat ut quis ex duplici motivo aſſentiatur rebus fidei, ſcilicet ex motivo certo fidei, & ex motivo probabili, & quantum eſt ex motivo certo certiſſimè aſſentiatur, quantum eſt ex motivo probabili, probabiliter; tunc enim non putat rem aliter ſe habere poſſe, ſed rem certam 252 Opinio de re ſufficienter propoſita à fide, eſt hæreſis, ſecùs ſi à motivo.

eſſe

(1) Dubius in rebus, quas ſcit ab Eccleſia propoſitas de fide, errat, quia rem certam ut dubiam putat, & eſt pertinax in dubio, ſciens ab Eccleſia proponi ut certo de fide, proinde eſt vere hæreticus.

Digitized by Google

eſſe ex motivo fidei Divinæ revelationis, & probabilitas non ſe tenet ex parte rei fidei, ſed ex parte motivi. Suarius *de fide diſp.*19.*ſect.*4.*n.*16. Torreblança *de fide diſp.*55.*dub.*1. qui enim dicit rem eſſe ità ex motivo probabili, ut eſt certa etiam ex motivo fidei, non errat, & ſic non poteſt eſſe hæreticus.

An ſit hæreticus tenens de rebus fidei poſſe dubitari?

253 Eſt hæreticus putans poſſe dubitari de rebus fidei.

AFfirma; quia tunc non credit articulum fidei, ſcilicet res fidei eſſe certas. Eſt contra hæreticos, qui appellabantur Hæſitantes, Acephali. Leontius *de ſectis actione* 5. *&* 6. Baronius *tom.*6.*anno Domini* 493. *fol.*470. *impreſſionis Romanæ*, ajens talem fuiſſe Anaſtaſium Imperatorem: Hæretici ergo Hæſitantes, & Acephali, nec recipiebant fidem Conciliis Sacris deciſam, nec hæreſes damnatas complectebantur, ſed pennuli nulli adhærebant ſententiæ.

An ſit hæreticus nolens credere revelationi ſpeciali divinæ ſufficienter propoſitæ?

254 Eſt hæreticus nolens credere revelationi divinæ ſufficienter propoſitæ.

AFfirma; nam jam non credit Deo revelanti ſufficienter ſibi propoſito, in quo conſiſtit malitia hæreſis.

Patet etiam ex Trid.*ſeſſ.*6.*c.*12.*&* *can.*16.ibi: *niſi hoc ſpeciali revelatione didicerit*. Suar.*diſp.*19. *de fide ſect.*5.*n.*11. Azorius *lib.*8.*c.*9.*qu.*4. Sanch. 2.*Decal.c.*7.*n.*32. contra Cordubam *lib.*1.*q.*15. *dub.*2. evitabit tamen pœnas ab Eccleſia impoſitas contra hæreticos diſſentientes propoſitis ab Eccleſia articulis. Suarius *de fide diſp.* 19. *ſect.*5.*n.*11.

An negans concluſionem Theologicam deductam ex rebus fidei, ſit hæreticus?

255 Concluſio Theologica, prout deducta non facit hæreſim, ſecus prout in ſe eſt.

DIſtinguitur: vel negat prout deducta eſt, vel ut in ſe propoſitio eſt. Si primam non eſt hæreticus, quia prout deducta eſt non innititur revelationi, ſed formæ Logiſticæ. Si verò illam negat non ut deducta eſt, ſed ut in ſe propoſitio vera eſt, dicitur errare in Theologia, & eſt ſuſpectus de hæreſi, quia negans propoſitionem deductam, debet negare aliquam ex præmiſſis de fide, ex quibus deducitur. Suar. *de fide diſp.*19.*ſect.fin.n.*3. Aragonius 2.2.*q.*11.*art.*2. ut ſatis in mea *Anacephal.n.*71.

An non Baptizatus poſſit eſſe hæreticus?

256 Non baptizatus poteſt eſſe hæreticus.

AFfirma; nam tota hæreſis conſiſtit in nolle credere Deo revelanti, quæ perverſitas non requirit baptiſmum, licèt baptiſmus requiratur, ut ab Eccleſia puniatur tanquam ſubditus, qui fit per baptiſmum. Trident.*ſeſſ.*14.*c.*14. Farinac.*de hæreſi. qu.*188.*n.*128.

257 Differt paganus ab hæretico.

Differentia tamen à Paganiſmo eſt, quia paganiſmus totum negat; hæreſis aliquem fidei articulum decredit.

Error debet eſſe voluntarius.

§. III.

258 Error voluntarius hæreſim conſtituit.

DEmonſtravimus errore voluntario hæreſim conſtitui, cùm peccatum libertate exiſtat. *c.hæret.*24.*q.*3. D.Thom. 2.2.*q.*11. *art.*1. dicens hæreſim ab eligendo, ſectam à ſectando, itant hæreſis Græcè, Latinè ſectam ſignificet. *c.accuſatus.* §.*cum verò*, ibi: *hæreſis ſpeciem, ſivè ſectam.de hæreticis in* 6. Simanchas *de Catholicis Inſtit. tit.*30.*n.*1.

Hinc

ANALYSIS I.

An ſit Hæreticus carens errore intellectus, exteriùs negans fidem, metu, vi, ira, ſpe libertatis?

259 Non eſt hæreticus carens errore intellectus.

NEga; nam deeſt error conſtitutivus hæreſis. Suarius *de fide diſp.*14.*ſect.ult.num.*3. Leſſius 2.*de juſtitia. c.*43. *dub.*2 *num.*2. Bandez 2.2.*qu.*11.*art.*1. Sanch. 2.*Decal.c.*7.*n.*8. Fagundez 2.*præcepto lib.* 8. *c.*8. *n.*39. Fillincc. *tom.*2. *tract.*22.*c.*6.*num.*164. illum etiam excuſantes à pœnis contra hæreticos in foro interno, quamvis pro foro externo præſumatur exteriùs facere, quæ ſentit interiùs, cùm unuſquiſque præſumatur illa dicere, quæ ſentit. *l.labeo.*7.*D.de ſupellectili legata.* Idque nè detur ania tegendi flagitia propoſita excuſatione ſe alitèr ſentire, ac tacit. Farinac.*de hæreſi qu.*179.§.4.*n.*54. Royas *par.*1.*n.*304. Decianus *tract.crim.lib.*5.*c.*37.*n.*8. concludentes non eſſe credendum eo dicenti ira, levitate, metu, joco, ſine intentione pronunciaſſe verba hæreticalia, niſi circumſtantiæ perſonæ, temporis, loci, occaſionis aliud præſeferant.

An error hæreſis pertinax debeat eſſe exterior conſummatus?

260 Hæreſis externa ab Eccleſia punibilis.

DIſtinguitur: & coram Deo nega: In foro externo Eccleſiæ concedas; nam Deus non Eccleſia judicium fert de actu interno. *c. erubeſcant*, ibi: *quia nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo judicare.* 1.15.*qu.*6. *c.ſicut.* 39. *c.ſua nos.* 30.*de ſimonia.l.*18.*D.de pœnis*, ibi. *cogitationis pœnam nemo patitur.* 1. ad Corinth.4. ibi: *nolite ante tempus judicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Dei ergo eſt judicare, & manifeſtare conſilia cordium, & ſic interna. D.Thom. 1.2.*qu.*91. *art.*4. *&* *qu.*100. *art.*9. probans ibi ab Eccleſia non puniri actum internum, niſi prodeat in externum. Bandez 2.2.*q.*51.*art.*4.§ *quæſitum* 2.ubi Valentia *art.*3. Gloſſ.in *Clem.*1.*de hæreticis.* Sylveſter v.*excommunicatio* 7.§.3. Cajet.v.*hæreſis.* Sotus *in* 4.*diſt.*22.*qu.*2.*art.*3.*concl.*5.

An actus iſte externus punibilis debeat eſſe completus, & conſummatus.

261 Et debet eſſe completa, & conſummata externe lethaliter.

AFfirma; quia pœna ſemper, niſi aliud exprimatur, afficit delictum in proprio genere plenè conſummatum. *c.hæc autem.*17. ibi: *eum effectu. de pœnit.diſt.*1.*c.perpetuò.*7.*de electione in* 6. ibi: *niſi adeò in eo præſliterit, quod ex votis eorum communis electio ſubſequatur*; ubi non incurritur pœna juris ab eligente ſciente indignum, niſi ex ipſius voto re ipſa ſequatur electio.

262 Non percutiens, licet velit Clericum percutere, non contrahit cenſuram.

Sic volens percutere Clericum, detentus non percutiens, non contrahit cenſuram *c.ſi quis ſuadente*: Sic ſcribens ad Monialem, non incidit in cenſuram, ſi ad Monialem litera non perveniat; ſic conſulens duellum non eſt excommunicatus, niſi duellantes perveniant ad locum præfixum. Duellantes enim non contrahunt excommunicationem, niſi pugna ſequuta; At conſulentes contrahunt illam etiam duello non ſequuto, ſi deventum ſit ad locum præfixum, & ipſi non fuerint cauſa, cur duellum non ſit. Sanch. 2.*Decal.c.*39. Bonac. *tom.*3.*diſp.*2.*qu.*3. *punct.*48. Fillincc.*tom.*2.*tract.*15.*c.*5.*qu.*5.

Debet ergo prodire in actum externum proprium conſummatum lethale, ut quis puniatur pœna hæreticorum jure ſtatuta; & ſic non ſufficit actus indifferens, qui ſecundum commu-

nem

Digitized by Google

nem uſum non ſit expreſſivus hæreſis internæ lethaliter: Unde manifeſtans amico, vel confeſſario pro petendo conſilio, vel manifeſtans indeliberatè ex ſubreptione, in ſomno, ebrietate, vel ſi verba poſſint ſumi in bonum, & malum ſenſum, nulla contrahitur pœna, quia actus externus non eſt lethale flagitium completum; Et in dubio ad excuſandum à delictis jura inclinant. Sanch. *loc.cit.c.*8.*num.*19. Decianus *lib.*5. *crim.c.*37.*n.*6. Menochius *lib.*1. *conſ.*8.*num.*10. Farinac. *de hæreſi. qu.*187.*n.*11. Pœnæ namque ſunt ad delictũ plenum, & conſummatum contrahendæ. *l.interpretratione.*42.*D.de pœnis.c.odia.* 15.*& c.in pœnis.*4. ibi: *in pœnis benigniter interpetratio facienda eſt. de reg.juris in* 6. Et ſic ſentiens Chriſtum Dominum non eſſe Deum, vel ſolùm dicens *non eſt*, vel exteriùs ciſris, caractere ab omnibus inintelligibilibus, vel profitendæ hæreſis gratia manum movens, idque ceteris ſit ignotum, vel dicens ſe quondam habuiſſe talem hæreſim, non incidit in pœnas, quia delictum externum non eſt completum. Del Bene *part.* 1. *de officio S. Inquiſit. dub.* 13 *ſect.*4.*num.*2.

An dubitans ſi exteriùs conſummaverit internam conſummatam hæreſim, præſumatur conſummaſſe, & incidiſſe in pœnas?

263 Dubitans exteriùs cõſummaſſe internam veram hæreſim, non incidit in pœnas ejus.

NEga, quia conſummatio eſt facti, & factum in dubio non præſumitur, maximè in pœnis ſtrictè interpretrandis, qua ratione caſus in dubio non ſunt reſervati. Sylveſter v.*caſus. qu.*1. Henriq.*lib.*6.*c.*14.*num.*5. Sanch.1. *Decal. c.*10.*n.*74. Suarius *tom.*5.*diſp.*40.*ſect.*6.*num.*5. Sà v.*caſus reſervati num.* 5. Bonac. *de pœnit. qu.*7. *punct.*5.§.4. contra Armillam v.*caſus.n.*13.

De Suſpectis de hæreſi.

CAPUT II.

264 Suſpicio de hæreſi.

TRiplex eſt ſuſpicio de hæreſi. Prima levis, ſivè modica. Secunda vehemens, ſivè gravis. Tertia violenta, ſivè graviſſima. Afflict. *in conſtitut. Regni. de hæreticis*. Farinac. *de hæreſi. qu.*187.§.2.

265 Aut eſt levis.

Levis conſurgit ex indiciis levibus, ut ex depravata vita, in malo ſtatu Sacramenta miniſtrari, vel recipi, inſordeſcentia in excommunicatione non eſt cauſa hæreſis, ſollicitans ad turpia occaſione Sacramenti, maximè Pœnitentiæ. Del Rio *lib.* 5. *diſquiſitionum magicarum. ſect.*12.

266 Aut vehemens.

Vehemens pullulat ex verbis, vel factis gravioribus inducentibus præſumtionem hæreſis, ut ſpecialem amicitiam exercens cum hæretico. *c.inter ſollicitudines.*10.*de purgatione Canonica.* Religioſus detrahens Apoſtolicis Inſtitutionibus, ſine licentia commorans inter hæreticos. Extravag. *ad noſtram. de regularibus inter communes*. Hæreticis conſilium, auxilium, ſavorem, Inſtructiones præſtans, ut Inquiſitoribus valeant hæreſim celare. *c.accuſatus.*8.*§.fin. c.ut inquiſitionis negotium.*18. *§.fin.de hæreticis in* 6. Si citatus in cauſa fidei per annum inſordeſcat, contumaciter non comparens; in his enim, & ſimilibus cenſetur vehementer ſuſpectus de hæreſi, vehementem exigit defenſionem.

267 Aut violenta.

Violenta, ſeù maxima ſuſpiciò naſcitur ex indiciis graviſſimis generantibus præſumtionem juris, & de jure contra reum præſumtum hæreticum, ut ſi vivat ritu hæretico, ſi in cauſa fidei excommunicatus inſordeſcat per annum, ſi poſt abjuratam hæreſim cum hæreticis cum familiaritatis intimè glutino verſetur, ſi moribundus ejectis catholicis, hæreticis utatur miniſtris. *c.quicumque* 2. *c.accuſatus* 8. *§.de illis quoque c.contumacia* 7. *de hæreticis in* 6. Simanchas *catholicarum inſtitutionum tit.*5.*n.*26.

De Abjuratione, & condemnatione ſuſpecti de hæreſi.

§. 1.

An ob levem ſuſpicionem condemnari valeat, & abjurare.

NEga poſſe condemnari, licèt poſſit inquiri ut abjuret de levi. Farinac. *de hæreſi.q.*187. *n.*26. Decianus in *tr.crim.lib.*5. *c.*37.*n.*2. dummodo indicia illa levia ſint plenè probata. Archidiacon. *in c.ut officium.*11. *n.*9. *de hæreticis in* 6. Maſcardus *lib.*2. *de probat. concl.*861. *n.*6. Boſſius *tit.de hæreticis n.*5. 268 Ob levem ſuſpicionem nequit damnari, & abjurare.

Nec in oppoſitum trahit *l.*2. *C. de hæreticis*. ibi: *levia argumenta*; nam ly *levia argumenta* non ſonat levem præſumtionem, ſed ſonat hæreſim in aliquo fidei articulo, ut rectè Farinac. *de hæreſi.qu.*187.

Sufficit ergo ad inquirendum ſpecialiter levis ſuſpicio. Scaccia *de judiciis c.* 59. *n.*2. maximè in homine improbo; nam in homine probo, nobili, illa ſuſpicio retunditur præſumtione probitatis; ſic videmus procedi contra legentes, vel habentes libros prohibitos, ſollicitantes, inſordeſcentes in excommunicatione, licèt præcipites non debeamus irruere ad capturam etiam contra fidem, niſi aliud circumſtantiæ exigant. (a) 269 Sat eſt tamẽ ad inquirẽdum ſpecialiter.

Ad inquiſitionem verò generalem indubitatè ſufficiunt indicia levia. *c.accuſatus.*8. *de hæreticis in* 6. *c.excommunicatur.*13. *§.adjicimus. de hæreticis.* 270 Et generaliter.

An ex vehementi quis poſſit condemnari?

271 Vehementis ſuſpicione nequit quis damnari.

NEga: nam vehemens ſuſpicio non eſt plena probatio, licèt ſit contra maleficos. *c.accuſatus.*8.*in princ.de hæreticis in* 6. ibi: *hæreſis crimen plenè probatum non fuerit contra ipſum*, ubi Gloſſ. & Archidiac. Geminianus *n.*1. *c.literas*, ibi: *propter ſolam ſuſpicionem (quamvis vehementem) nolumus illum de tam gravi crimine condemnari. de præſumt.* Menoch. 1.*de præſumt.qu.*100.*n.*11. Oltrad.*conſ.*210.

Poteſt tamen cogi ad abjurandum de vehementi, & extraordinariè puniri fuſtigatione, triremibus, pecunia, infamia, privatione beneficiorum, officiorum, vel inhabilitate. *c.inter ſollicitudines.* 10. v. *attendentes. de purgat. Canon.* ubi poteſt inſtari, ut ſe purget Canonicè. Ananias *in c.ad abolendam.*9.*n.*26.*de hæreticis.* Menoch. *loc.cit.num.*11. Inſpecta ſemper qualitate perſonæ. Suarius *de fide diſp.*23.*ſect.*2.*n.*4. 272 Cogi valet ad abjurandum & puniri extra ordinariè.

An ex violenta præſumtione hæreſis poſſit damnari?

273 Ex violenta præſumtione valet damnari.

AFfirma; licèt ſacra Urbis Inquiſitio tanquam contra hæreticum non verum, ſed præſumptum illud adigat ad abjurandum de formali, vel vehementi, tamen condemnari poſſe, docent Doctores, apud Farinac. *de hæreſi. qu.*187.

(a) Sacra Congregatio die 8. Julii 1660. approbante Alexandro VII. declaravit quomodocumque, etiam leviter ſuſpectos de hæreſi denunciandos eſſe.

*qu.*187. *n.*46. tanquam convictum ex præſumtione juris,& de jure,non admittente probationem in contrarium. *c.quicumque.*2. *c.contumacia.*7.*c.contra Chriſtianos.*13.*c.filii.*3.*de hæreticis in* 6.*c.excommunicavimus.* §.*qui autem*, ibi: *inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi juxtà conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam, congrua purgatione moſtraverint, anathematis gladio feriantur, & uſque ad ſatisfactionem condignam, ab omnibus evitentur. de hæreticis*, niſi Reus indirectè velit probare contra præſumtionem,oſtendendo contra ipſum falſos examinatos teſtes, vel non adfuiſſe indicia, ex quibus violenta præſumtio conſurgit. Simanchas *de Catholicis Inſtit.tit.*15. *n.*13. *de probationibus. c.* 3. Del Rio *diſquiſitionum magicarum,ſect.*12.

Quid ſit, & qualiter fiat abjuratio.

§. II.

174 Abjuratio quid.

ABjurare eſt damnare, deteſtari hæreſes in genere, & in ſpecie cum ſuis auctoribus, & libris, jurando ad illos ſe nunquam reverſurum, ſed ſemper fidem Catholicam, quam tenet Romana Eccleſia,profeſſurum, & profiteri. Idque etiamſi abjuret de levi, & unius hæreſis ſuſpicione lædetur. Pegna *in directorio Inquiſitionum par.*3. *commento* 4. Acugna *de confeſſariis ſollicitantibus.qu.*24.*n.*22. Simanchas *de Cathol. Inſtit. tit.* 1. Del Rio *magicarum lib.* 5.*ſect.*12. v.*debet præterea.*

175 Forma abjurationis.

Forma juramenti abjurantis eſt *in c.quoties.*1. *quæſt.* 7. & *in c. ego Berengarius. de conſecrat. diſt.*1.

176 Fit ſcripto.

Abjuratio fit ſcripto, ex Conſtitutione Julii III. incipit *dicto c. ego Berengarius. c. ſi qui voluerint.* 8. *c.maximum.*19. 1. *q.*7. *c.is qui de tempore.*26.*qu.*1.

177 Ætas abjurantis.

Ætas abjurantis, maſculi decimoquarto, Feminæ decimoſecondo:niſi malitia excedat ætatem. Concilium Bituriense *c.* 3. Pegna *part.*3. *Directorii commento* 40.*n.*161.

An abjuratio debeat fieri publicè in loco publico?

178 Abjuratio quando ſit facienda publicè, quando privatim.

DIſtinguitur: vel ſuſpicio eſt publica, Reipublicæ faciem conſpurcat, vel eſt occulta. Si primum,affirma,*c.ad abolendam.*§.*præterea. de hæreticis in* 6. Soccinus *n.* 8. Menoch. 2.*de arbitr.caſu* 672.*n.*1. Barboſa *tom.*2.*collect. lib.*1.*tit.*7.*n.*9.& 11. niſi ſpontè ante accuſationem,vel inquiſitionem adeat Inquiſitionis Tribunal, vel aliud ſuadeat judicanti arbitrari prudentia. Pegna *loc.cit.commento* 4. *n.* 116.

Si verò delictnm, ac ſuſpicio occulta ſit, arbitretur Judex, an ſit ſecreta abjuratio, ſed ſubnectenda ſequens

ANALYSIS.

An ſuſpectus de levi abjuret privatim?

179 Ex publica ſuſpicione levi, publicè abjurat hæreticus.

DIſtinguas: vel eſt publica ſuſpicio levis pullulans ex delicto gravi, puta ex polygamia, vel ex leviori cauſa naſcitur.

Si primum, abjuratione publica Reipublicæ ſatisfaciat, quam infecit. Souſa *in aphoriſmis Inquiſitionis lib.*2. *c.*4.*n.*5.

180 Secùs ſi ſit occulta.

Si occulta ſit ſuſpicio, vel ex levi naſcatur delicto; tunc abjuratione privata contenti ſumus. Pegna *in Direct. Inquiſit. Commento* 40. *n.*71. Simanchas *de Catholicis Inſtit. tit.*1. *n.*4. Gennenſis *in praxi. c.*84. *n.*9.

Hinc

ANALYSIS II.

Differentia inter abjurationem de levi, & de vehementi.

POnnnt primam ratione loci, ut abjuratio de vehementi fiat publicè coram populo; de levi fiat in domo Epiſcopi,vel coram Inquiſitoribus. Simanchas *loc.cit. tit.*1. *n.*24. Pegna *in Directorio. par.*2.*commento* 40. Scaccia *de judiciis lib.*1.*c.*59.*n.*10. Royas *ſing.*16.*n.*26. — 181 In quibus differt abjuratio de levi, & de vehementi.

Secunda ratione objecti abjuratio de vehementi eſt de ſuſpicione hæreſis vehementèr. Abjuratio verò de levi de ſuſpicione levi. Ricciús *tract. de jure perſonarum lib.* 50. *c.*11. *n.*3. Torreblanca *lib.* 30. *de magia c.*20. *n.*21.

Pœna Abjurantis de levi.

ESt nè ampliùs ſi ſit Sacerdos, miniſtret Sacramentum Confeſſionis. Declarat. Sacræ Congregationis apud Locatum *in indice Inquiſitionis* v.*abjurare n.*1. Ricc. *par.*2.*dec.*218. Genuenſis *in praxi c.* 45. referens declarationem Sacræ Congregationis. Id non currere in illo, qui abjurat de levi, niſi ſit Regularis, qui abjurans de levi etiam inhabilitatur ad officium, & dignitatem ſuæ Religionis, ex declarat. Sacræ Congregationis ſub Urbano VIII. apud Alphonſum de Leone *tom.*2.*de officio Confeſſarii n.* 211. contra Rodriq.*tom.*2.*Regularium q.*82.*art.*2. — 182 Abjurans de levi non miniſtrat amplius Sacramentum Confeſſionis.

An ſuſpectus, & inquiſitus torqueri poſſit quoad ſe, & ut complices revelet?

AFfirma: ſi veritas aliter haberi nequeat. *l.*1. *D. de quæſtionibus*, dummodo adſit teſtis omni exceptione major contra ipſum. Del Rio *lib.*5.*magicarum ſect.*3.§.*ſecundum indicium*, — 183 Suſpectus,& inquiſitus valet torqueri, & ut complices revelet.

An ſuſpectus de hæreſi poſſit alia pœna puniri?

AFfirma: ſi pœna ſit carcerum,vel pecuniæ, non tamen confiſcantur ejus bona, nec privatur beneficiis. Puteus *dec.*200. Sanch. 2. *Decal.c.*27.*n.*29. — 184 Et alia pœna puniri.

Abjurans de levi etiam poteſt condemnari juxtà naturam ad fuſtigationes, vel triremes, ad carceres, ut Polygamus, ſollicitator, & ſuſpectus de vehementi ad triremes. Genuenſis *in praxi c.*68. *n.*8. Royas *de hæreſi.par.*2.*n.*301.

De Relapſis, & eorum pœnis.

CAPUT III.

PRimo, Relapſus eſt,qui incidit in hæreſim, quam abjuravit. Royas *ſing.*122. *n.*1. — 185 Qui relapſus.

Punitur ut tradatur brachio ſeculari. *c. ad abolendam.*9.§.*illos quoque qui poſt abjurationem erroris deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim reincidiſſe, ſeculari judicio ſine ulla penitùs audientia decernimus relinquendos. de hæreticis* ubi Abb *num.*3. Butrius *num.*1.& 9. Hoſtienſis *n.*9. Felinus *num.*22.*c.ſuper eo.*4. ibi: *deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim reincidiſſe, ſeculari decernuntur judicio. de hæreticis in* 6. licèt olim perpetuo carceri tradebantur. *c.excuſatus. de hæreticis in* 6. tunc ergo ſivè ſit relapſus ex vehementi ſuſpicione plenè probata, traditur Curiæ ſeculari; licèt prima hæreſis non fuerit plenè probata, ſed tantùm præſumtivè. *c. accuſatus.*8. *de hæreticis in* 6. — 186 Brachio Seculari traditur.

Secundo, Relapſus dicitur,& traditur Curiæ ſeculari,qui poſtquam abjuravit ſuam hæreſim, favet hæreticis conſilio, auxilio, ſociatione. *c.accuſatus.*8. §.*illa quoque de cujus lapſu in hæreſim ante abjurationem conſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos receptet, deducat, viſitet, ſivè aſſociet, aut dona, vel munera, ſeu favorem eis impendat, meritò debet judicari relapſus.* — 187 Dicitur relapſus, qui poſt abjurationem favet hæreticis.

N lapſus.

lapſus. de hæreticis in 6. ex Conſtitut. Alex.IV. quæ incipit *Quod ſuper*. Maſcard. *lib.* 1. *de probat. concl.*863. *num.*3. Menoch. *lib.*1. *conſ.*82. *n.*148.

188 Et qui abjuravit, ut ſuſpectus de vehementi, poſtea convincitur.

Tertio, Relapſus fictè cenſetur, qui priùs ut ſuſpectus de vehementi abjuravit, & ſecundo de delicto convincitur. *c. accuſatus*. 8. *in princ. de hæreticis in* 6. Barboſa *tom.* 3. *collect. lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 8. *n.* 2.

189 Et qui reincidit in vehementem ſuſpicionē.

Quarto, Relapſus etiam eſt, qui abjurata hæreſi denuò reincidit in vehementem illius ſuſpicionem. Menoch. *conſ.*82. *lib.* 1. *n.*145. Burſatus *lib.*1. *conſ.*7. *n.*15. Farinac. *qu.*195. *n.*17. *de hæreſi*, contra Suarium *de fide diſp.*24. *ſect.*2. *n.*7. Trevilanum *lib.*2. *deciſ.*37. Soulam *lib.*2. *aphoriſm. Inquiſitionis. c.*45. *n.*3.

190 Et qui in aliam hæreſim incidit.

Quinto, Relapſis adnumeratur, qui jam abjurata hæreſi in ſpecie, & in genere, incidit in aliam, ſecùs eſſet, ſi abjuraſſet ſpeciem unam, & incideret in aliam. *c. accuſatus*. 8. *§. cum verò*, ibi: *in aliam hæreſim ſpeciem, vel ſectam, aut alio articulo, ſeù Sacramento committat, volumus ut relapſum in hæreſim judicari. de hæreticis in* 6. Suarius *de fide diſp.*23. *ſect.*2. *n.*8. Menoch. *lib.*1. *conſ.*82. *n.*156.

Qui non relapſi ut relapſi puniantur, & tradantur brachio ſeculari?

§. I.

191 Aliqui puniuntur, ut relapſi, etſi non ſint relapſi.

ALiqua turbida enormitate flagitia diſtrictiſſimè ultimo gladio, & inde mulcture mulctanda.

Primo, negans Santiſſimam Trinitatem.

Secundo, negans Chriſtum Dominum eſſe Deum conceptum de Spiritu Sancto, pro nobis in Cruce mortuum.

Tertio, negans Beatam Virginem eſſe veram Dei Matrem, & Virginem, idque ex Conſtitutione Pauli IV. incipit *Cum quorundam*.

Quarto, mulctandi ſunt ut relapſi non Sacerdotes ſacrificantes, aut excipientes, & abſolvere præſumentes Sacramentaliter confeſſiones; iſti namque ſi quos habeant inferiores ordines, degradantur, & brachio ſeculari traduntur, ex Conſtitutione Clem. VIII. incipit: *Si & ſi aliàs*. ſtatuens de abutente Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento. Greg. XV. in Conſtitutione apud Acugnam *de Confeſſariis ſollicitantibus. q.*13. *n.*7. Intelligas, niſi ſit ſpontaneus comparens, ut de quodam Religioſo poſt decennium ſpontaneè comparente teſtatus Cartarius *dec.*13. 14. & 15. Punitur enim pœnitentia ſalutari, præmiſſa abjuratione de vehementi, ſcilicèt formali. Cartar. *dec.*15. *n.*4. & 7.

Quinto, ut relapſi mulctantur omnes magiſtratus, & habentes Dominum temporale, videlicet Eccleſiaſticum, incidentes in hæreſim, videlicet hæreſim excitantes, vel ſchiſma, ex Conſtitutione Pauli IV. incipit: *Cum ex Apoſtolatus* apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas*.

An relapſus ſponte comparens, manifeſtans ſuum errorem, brachio tradatur ſeculari?

192 Relapſus ſpontè comparens non traditur brachio ſeculari.

NEgatiùam non cenſetur timore pœnæ fictè adire ſuperiorem, ſuumque deteſtari errorem, cùm nulla præventus inquiſitione ſuperiorem adeat deteſtaturus errata. Paramus *de origine Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3. *q.*4. *n.*12. Menoch. *lib.*1. *conſ.*82. *n.*118. Locatus *de judiciali Inquiſitione v. abjurare n.*4. Pegna *p.*3. *directorij commentario* 12. *v. ſed quid ſi relapſus*.

An relapſo ſpontè non comparenti ſint miniſtranda Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ?

193 Relapſo etiā ſpontè non comparenti ſunt miniſtranda Sacramenta.

AFfirma, ſi verè eos pœniteat. *c. ſuper eo.* 4. ibi: *nequaquam ſunt humilitèr petita Sacramenta Pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ deneganda. de hæreticis in* 6. Et ità intelligitur textus in *c. duo* 35. 23. *q.*4. ibi: *Non ergo ſuſcipiamus peccatores, propterea quod ſunt peccatores, ſed tamen eos ipſos, quia homines ſunt, humana conſideratione tractemus: perſequamur in eis propriam iniquitatem, miſereamur communem conditionem*, in *l. ult. C. de ſumma Trin. & fide Cath.* ubi Eccleſia gremium non claudit redeuntibus, ſcilicet quoad ſalutem animæ promovendam. Suarius *de fide diſp.*23. *ſect.*2. *n.*12. Angel. *v. hæreticus n.*19. Sylveſt. *v. hæreticus n.*14. (3)

An, & qua pœna puniantur impœnitentes relapſi?

194 Relapſi impœnitentes ultimo ſupplicio ignis puniuntur.

ULtimo ignis ſupplicio, in quo differunt à relapſis pœnitentibus, qui ſuſpenſi moriuntur, & deindè cremantur.

Si verò hæreticus non ſit relapſus, ſed eum pœniteat, morte non punitur, ſed carceri perpetuo traditur, bonis confiſcatis. *c. commiſſi.* 2. *de hæreticis in* 6.

De Pœnis Hæreticorum.

CAPUT IV.

195 Pœnæ hæreticorum, aut ſpirituales, aut temporales.

DUæ ſunt pœnarum ſpecies, quibus hæretici plectuntur, una ſpiritualis, altera temporalis, Nos primo de ſpirituali, & deindè de temporali agamus.

Hæreticorum pœnæ ſpirituales.

§. I.

SUnt. Excommunicatio, irregularitas, Infamia, privatio beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum.

Excommunicatio.

196 Punitur hæreticus excommunicatione in Bulla Cœnę.

EXcommunicatio major olim lenior, modò in Bulla Cœnæ reſervata Summo Pontifici, eſt prima, & maxima pœna, qua ſauciatur hæreticus. *c. ad abolendam* 9. *c. excommunicamus. de hæreticis. c. quicumque* 2. *de hæreticis in* 6. Martinus V. in Conſtitutione quæ incipit: *Inter cunctos*. Leo X. in Conſtitutione, quæ incipit: *Exurge Domine*. Innocent. IV. in Conſtit. quæ incipit: *Noverit univerſitas. c. acrius.* el 1. *c. audivimus* 4. 24. *q.* 1. *can.*1. Bullæ Cœnæ. ad Titum 3. ibi: *hæreticum hominem*.

Et tot contrahit excommunicationes, quot hæreſibus depravatur. Farinac. de *hæreticis q.* 191. *§.*1. *n.*19.

197 Eſt vitandus poſt cedulones.

Eſtque evitandus poſt cedulones, non tantùm declarantes delictum hæreſis, ſed etiam excommunicationem: Ex Conſtit. Martini V. in Extravaganti: *Ad evitanda ſcandala* apud Sotum in 4. *diſt.*22. *qu.*1. *art.*4. Suar. 5. *de cenſuris diſp.*9. *ſect.*2. Navarr. *c.*22. *n.*6. Sanch. 2. *Decal. c.*9. *n.*4.

198 Hæreticus mentalis iſta cenſura non punitus.

Excommunicationem tamen non contrahit purè mentalis hæreticus, & ſic ab illo flagitio quivis legitimus Confeſſarius abſolvit. Cajet. 2. 2. *q.*11. *art.* 3. Suar. *de fide diſp.*24. *ſect.*2. *n.*4. Vaſq. 1. 2. *diſp.*160. *n.*20. Barboſa *de officio Epiſcopi p.*2. *alleg.*40. *n.*5. Sanch. 2. *decal. c.*8. *num.*3. DD. XXXV. apud del Bene, citantem pro oppoſita ſententia XXII. DD. *de officio S. Inquiſitionis p.*1. *dub.*49. *n.*1. Eccleſia namque de purè internis non judicat, cùm illa non cognoſcat, & abſque cognitione judicium ferri nequeat.

c. à no-

(3) An antiquitùs fuerit denegata abſolutio ac Euchariſtia gravioribus criminibus, etiam in articulo mortis, vide Mendozzam ad Conc. Illiberitanum *lib.*2. *cap.*5. & 6. alioſq; adnotatores *ad Can.*1. *d. Concilii*.

Digitized by Google

c. à nobis 2. de ſent. excommun. c. tua. 26. de ſponſalibus. c. ut noſtrum 1. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione. c. ſicut tuis. 33. c. tua nos. 34. de ſimonia. c. contuliſti. 18. 2. qu. 5. c. ſi quandoque. 19. q. 6. c. cogitationis pœnam nemo patitur de pœnit. diſt. 1. l. cogitationis. 18. D. de penis.

Abſolvens ab iſta Excommunicatione.

199 Quam cenſuram Papa abſolvit, ſive publica, ſive occulta

SI eſt publica, Summus Pontifex.

Si eſt occulta, olim poterat Epiſcopus: Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de refor.* ibi: *in hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis, ſit permiſſum*; qui Epiſcopus poterat etiam abſolvere vagos; Garzias *de beneficiis par. 11. c. 10. n. 139.* Suar. *tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. n. 3.* Riccardus *in 4. diſt. 17. art. 3. q. 1.* nam vagus eſt ſubditus illius Epiſcopi, ubi invenitur.

Ly *foro conſcientiæ* indicat, non modò Sacramentalem forum, verùm forum ſecretum; itaut illa abſolutio non præjudicet foro contentioſo, ſi fortè ad tale forum deducatur cenſura. Navar. *c. 27. n. 41.* Suar. *de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. n. 11.* Sanch. 8. *de matrim. diſp. 34. & 2. decal. c. 11. n. 13.* Avila *p. 2. de cenſuris c. 7. diſp. 3. dub. 13.* Rodriq. *tom. 2. regularium q. 20. art. 7.* Henriq. *lib. 7. c. 13. n. 2.* Genuenſis *in praxi c. 66. num. 4.* (4)

An modò ſit revocata iſta facultas abſolvendi ab hæreſi occulta per Bullam Cœnæ?

200 Eſt revocata nunc facultas abſolvendi ab hæreſi occulta per Bullam Cœnæ.

AFfirma, ex declaratione Pii V. Greg. XIII. Clem. VIII. damnavit Alex. VII. & docent XLVI. DD. apud Del Bene *loc. cit. dub. 55. n. 16.* referentem *num.* 8. pro oppoſita ſententia XXXV. DD. & Nos in *Anaceph.* (5)

Imò nec ex generali facultate abſolvendi à reſervatis, veniunt reſervata in Bulla Cœnæ, ob ſpeciale Bullæ, & criminis hæreſis; cùm in generali conceſſione non compræhenduntur.

Patet ex *c. generali. de reg. juris in* 6. maximè quia hæreſis exigit ſpecialem mentionem. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de reform.* & declaravit Greg. XIII. *anno Dom.* 1586. & Pius V. *anno* 1682. D. Antoninus *p. 3. tit. 24. c. 77. art. 1.* Suar. *de fide diſp. 21. ſect. 4. n. 24.* Azorius *tom. 1. lib. 8. c. 19. q. 2. c. 10. q. 12.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 40. n. 71.* Aragonius *2. 2. q. 11. art. 7. §. ſed dubium eſt.* Farinac. *de hæreſi q. 192. §. 4. n. 63.* Navar. *c. 27. n. 175.* Sanch. *2. decal. c. 12. p. 10.* XXV. DD. quos refert, & ut probabiliùs ſequitur Delbenè *p. 1. de officio S. Inquiſitionis dub. 59.* contrà Sotum *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. concl. 7.* Pegnam *p. 1. Direct. commento* 25. Filliucc. *tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 26. 5.* Zerolam *tr. de jubilæo lib. 2. c. 18. concl. 3.* ajentes ità practicari in Sacra Pœnitentiaria Romana, & apud Patres Societatis probabilis ait Suarius *de cenſuris diſp. 17. ſect. 5. n. 12.* aſſerens poſſe vi Jubilæi abſolvere ab hæreſi occulta à quolibet approbato Confeſſario.

Sed quid dicendum in articulo mortis?

201 In articulo, vel periculo mortis omnes Sacerdotes abſolvunt.

TUnc omnes poſſe abſolvere Sacerdotes eſt certum. *c. de his. 26. q. 6.* Trid. *ſeſſ. 14. c. 10. de Sacr. Pœnit.* & nomine articuli mortis venit quodlibet periculum probabile decedendi ſine Sacramento Pœnitentiæ; Idque urgente præcepto Divino Charitatis, & Confeſſionis, cui nequit lex humana derogare: Et ratio articuli mortis conjungit idem in periculo mortis, ut eſt infirmitas periculoſa à die morbi, dolor laterum, timor amentiæ, immineus belli conflictus, inimicitiæ, ſenectus gravis morbo æquiparata perpetuo, partus periculoſus, iter, & navigatio periculoſa, pugna cum inimicis, timor nè à latronibus occidatur, quodlibet perpetuum impedimentum adeundi legitimum Superiorem; Tunc enim eſt in periculo probabili decedendi ſine abſolutione, & à tali tempore abſolvi poterit. *c. ea noſcitur 13. c. quod ſi his. 27. de ſent. excom. c. eos, qui. 22. de ſent. exc. in* 6. ubi tenet abſolutio, ſed abſolutus, periculo remoto, debet ſe ſiſtere Superiori legitimo, Vaſq. *de pœnit. qu. 93. art. 1. dub. 3. num. 2.* Bonacina *de Sacram. diſp. 5. q. 7. p. 1. n. 10.* Reginal. *lib. 1. praxis n. 59.* Paulus Santorus *de caſibus Papalibus n. 38.* Sayrus *2. theſauri c. 20. n. 26.* Sanch. *2. decal. c. 13. n. 5.* Sancius *22. ſelectarum n. 5.* Suarius *de pœnit. diſp. 26. ſect. 4.* Molina *tom. 4. de juſtitia diſp. 63. n. 6.* Farinac. *de hæreſi q. 102. n. 62.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 11. n. 8.* Vide ſupra *lib. 11. à num. 163.*

Nec refert poſſe Superiorem petere per Procuratorem, Confeſſarium, vel per litteras abſolutionem petere: nam dummodo Superiorem adire nequeat, adhuc abſolvere poterit ex *c. quamvis. de ſent. excommunicationis*, ubi non exigitur, ut Superiorem per litteras, vel internuncium petere, & non tenetur alteri quàm Confeſſario aperire peccata, & ſic per ſe, non per Procuratorem, aut epiſtolam Superiorem adire, literæ namque poſſunt aperiri, & de ratione Confeſſionis, non eſt per Confeſſarium Superiorem adire. Suarius *de fide diſp. 21. ſect. 4. n. 25.* Corduba *in ſumma q. 18.* Valentia *tom. 4. diſp. 8. q. 10. p. 2.* Henriq. *lib. 6. de pœnit. c. 9. in fine.* Sanch. *2. decal. c. 17. n. 14.* contra Zambranum *de caſibus occurrentibus tempore mortis c. 4. dub. 4. n. 13.* Bonac. *de cenſuris diſp. 4. q. 3. n. 5.* (6)

Hinc ſequens Analyſis.

An præſente habente Juriſdictionem abſolvendi quivis Sacerdos in articulo, vel mortis periculo abſolvere valeat, etiam à Reſervatis, & Cenſuris?

202 Videtur præſenti habente Juriſdictionem, quivis Sacerdos poſſe abſolvere in articulo mortis à reſervatis.

AFfirma. Cænedus ad Decretum *collect. mea 25. num. 9.* Barboſa ad Trident. v. *nulla ſit reſervatio, & de poteſtate Epiſcopi parte 2. alleg. 25. num. 50.* Salledus *in pract. c. 33.* Sayrus *de pœnit. dec. 21.* Sà v. *abſolutio num. 6.* Vega *tom. 1. ſummæ c. 6. caſu* 19. Rodriq. *tom. 1. ſumma c. 59. concl. 3. n. 5.* Reginal *lib. 2. n. 60.* Navarra *de pœnit. lib. 5. c. 11. n. 4.* Corradus *p. 1. q. 2.* Villalobos *tom. 1. tr. 27. clauſ. 1. §. 2. n. 7.* Valerius *in differentiis* v. *excommunicatio differ. 23. n. 1.* Finellus *de caſibus reſ. c. 7. in fine.* Zerola *in praxi de pœnit. c. 15. num. 4.* Tabiena v. *abſolutio n. 32.* Major *in 4. diſt. 19. q. 1.* Paludanus *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 3. concl. 7.* Sylveſt. v. *Confeſſor 1. q. 20.* Gloſs. *in c. non eſt. de ſponſalibus.* D. Antoninus *p. 3. tit. 4. c. 19. condit. 14.* contra plures, quos ſequitur Zambranus *de caſibus occurrentibus tempore mortis c. 4. dub. 4. n. 3.* Camerarius de

(4) Vide alias adnotationes, ubi probatum tantùm in foro Sacramentali poſſe abſolvere Sacerdotem à Cenſuris, quando in foro conſcientiæ ei commiſſa ſit facultas abſolvendi.

(5) Tit. x. per totum, ubi explicat Propoſi- Vaans Lia. IV. T. II. tionem 3. Alexandri VII.

(6) Oppoſita ſententia, quæ in praxi recepta eſt, tenenda eſt, nec ab ea recedendum. Vide quæ alibi notata ſunt.

*de Sacram.tr.de confeſſione dub.*20. Valent.*tom.* 4.*diſp.*7.*ſect.*10.*p.*2. Santorus *de caſibus Papalibus n.*146. Sanch.2.*decal.c.*13.*n.*6.*&* 7. (7)

, Probant, quia Trid. dat facultatem omnibus pro tali tempore, atque nullam eſſe reſervationem. Idque favore pœnitentis, ut ſibi ſaltem in tali caſu valeat liberè æternæ ſaluti conſulere: verba Trid. *ſeſſ.*14.*c.*7. *de pœnitentia in fine* ſunt. *In Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatis in articulo mortis;* ſi verò poſſet abſolvere hic, non alius, adhuc eſſet reſervatio.

Sententia verò ut proferatur, habens facultatem, ſequenda eſt, ex *c. Presbyter.* 2.26.*q.*6.

Irregularitas.

203 Hereticus eſt irregularis. SEcunda pœna irregularis eſt, qua inhabilitatur excommunicatus. *c. ſaluberrimus* 2. *c.convenientibus* 4.1.*q.*7. Layman *lib.*1.*tr.*4. *de cenſuris p.*5. *c.*4. *n.* 12. quod etiam de hæretico occulto docet Angelus v. *irregularitas* 1. *n.*26. Navar.*c.*27.*n.*205. Farinac.*de hæreſi q.*192.*n.*67.

An id dicendum de notorio. licèt alii velint ſolùm notorium hæreticum eſſe irregularem. Henriq. *lib.*14. *c.*4. *n.* 6. Sayrus *lib.*7.*c.*12 *num.*16. Avila *de cenſuris p.*7. *dub.*2. quia jura de notorio hæretico loquuntur. *c.presbyter.*2.26.*q.*6.

Infamia.

204 Et infamis. TErtio puniuntur Infamia juris hæretici. *c.infames* 17.*q.*1.*c.alienum* 22.2.*q.*7. *c.*2. *§.hæreticus. c. ut commiſſi* 12. *de hæreticis in* 6. *l. cunctos Populos* 1.*C.de ſumma Trinitate. c.excommunicamus il* 1. *§. credentes. de hæreticis.* Farinac.*de hæreſi q.*189.*n.*40. requirens declaratoriam delicti. Azor.*tom.*1.*lib.*8.*c.*13.*q* 8. Sanch. 2.*Decal.c.*26.*num.*1. contra Peregrinum *de jure Fiſci lib.*5.*tit.*1 172.

. Hinc omni honore, officio, dignitate privantur. *c.infamibus. de reg.jur in* 6. Cornel. Papa ad S. Cyprianum *epiſt.*22.*n.*68.

Filii tamen hæreticorum, non ſunt infames infamia juris; nam id non exprimitur, & ſic nec indè irregulares. *c.is, qui* 18.*de ſent.excommunicationis in* 6. licèt ſint inhabiles ad beneficia, & officia. *c.*2. *§.hæretici.de hæreticis in* 6.

Privatio beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum.

§. II.

205 Privatur beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis. QUarta pœna eſt, ut ſpolientur beneficiis, etiam ritè obtentis, dignitatibus, officiis, juriſdictione, & inhabilitentur ad ipſa, & alia beneficia ipſo jure. *c. ut commiſſi* 12. *§. privandi.de hæreticis in* 6. *c.præter.* 5. *diſt.* 32. *c.ad abolendam* 9.*§.*1.*c.excommun.*14. *& c. fin. de hæreticis.* Sanch. 2. *decal. c.* 26. *n.*6. Caſtius *lib.*2.*de hæreticorum punitione. c.* 9. Vaſq. 1. 2. *diſp.*172.*c.*2.*n.*11.

206 An ipſo jure, aut poſt ſententiam. Et ex ſtylo Curiæ vacant ipſo jure à die commiſſi criminis, eorumque collatio eſt reſervata Summo Pontifici, exprimendumque eſt in collatione vacaſſe ob hæreſim, ex Conſtitutione Pii V. Caſſadorus *dec.*14.*n.*1. Rota *p.*3. *diverſorum dec.*707. *&* 728. Farinac. *de hæreſi q.* 189. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.*3. *alleg.*57. *n.*37. eſtque privatus ipſo jure ſub conditione, ſi ſententia ſequatur. Conſtitutione Nicolai III. incipit: *Noverit Univerſitas.*

Ergò requiritur ſententia declaratoria, antequam non tenetur ſe beneficiis ſpoliare, nè ſit Reus, Actor, & Judex contra ſe ipſum, & ut exequtio remaneat Judici intacta. Farinac. *loc. cit.n.*8. Menoch.2.*de arbitr.cenſur.*5. *caſu* 416. *n.*62. Suarius *de fide diſp.*21. *ſect.*6. *in fine.* Azorius *tom.*1. *lib.*8.*c.*13.*q.*3. Sanch. 2. *decal. c.*26. *num.*6.

Si tamen beneficiatum pœniteat hæreſis, illicò ante delationem illius ſponte, non ſit privandus beneficiis ex æquitate. *c. ad abolendam* 9. *§. ſi Clericus. de hæreticis.* ibi: *niſi continuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem ſponte recurrere.* Decianus *tr.crim. lib.*5. *c.* 24. *n.* 8. Doctores apud Farinacium *q.* 180. *num.*82.

Non ſolùm hæreticus beneficiis privatur, ſed quivis alius, qui ſcienter ad preces efficaces hæretici, vel fautoris hæreticorum beneficium obtinet, illo privatur, & inhabilitatur ad alia. *c. quicumq.*11.*§.adhæc. de hæreticis in* 6. 207 Privatur etiam qui ad preces hæretici beneficium obtinuit.

Suſpectus verò de hæreſi, non eſt ipſo jure privatus beneficiis. Abb.in *c.ſollicitudines. de purgat.Canon.* Pegna *p.* 2. *direct. commento* 162. *ad q.*113. Sanch.2.*decal.c.*26.*n.*16.

Pœnæ Temporales.

§. III.

208 Punitur confiſcatione bonorū. SUnt multæ.

Prima eſt confiſcatio bonorum à die commiſſi criminis. *l.manichæos.l.Ariani* 8. *C.de hæreticis. c.Judæi* 7.1.*q.*4.*c.vergentis* 10. ubi: Abb. *n.* 2. *de hæreticis. c.cum ſecundum leges* 19. ibi: *bona hæreticorum ipſo jure decernimus confiſcata. de hæreticis* in 6. Conſtit. Martini V. incipit *Inter cunctos.* Vaſq.1.2.*diſp.*169.

Bona quæſita poſt delictum, delicto non perſeverante, non ſunt confiſcata. *l. ſi mandavero* 22. *§. it cuius. D.mandati.* ibi: *publicatis bonis quidquid poſtea acquiſitum, non ſequitur fiſcum.* *c. felicis* 5.*de pœnis in* 6.

Sed quid dicendum de bonis futuris ſub conditione?

209 Quid de bonis futuris ſub conditione. DIcas confiſcari illa conditionalia futura bona, in quibus conditio retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti, non verò ſi conditio non retrotrahatur, ut eſt conditio poteſtativa, & quæ afficit legata conditionalia. *l.un. § fin autem.C.de caducis tollendis. l.ſi decem* 48. *D.de verb.oblig.l.qui balneum* 9. *D.qui potiores in pignore.*

Sed hìc eſt difficultas.

An Fiſcus acquirat Dominium rerum à die commiſſi delicti ante ſententiam declaratoriam delicti?

210 Non acquirit fiſcus dominium à die commiſſi delicti ante ſententiam. NEgant, aſſeruntque dominium delinquentis Decius *conſ.*57. *n.*15. Archidiac. *in c. cum ſecundum leges* 19. *de hæreticis in* 6. Bandez 2.2.*q.*11.*art.*2.*dub* 2.*concl.fin.* Simanchas *de catholicis Inſtitutionibus tit.*9.*n.*173. Guttierez *lib.*2. *Canon. c.*5. *n.*28. Lopez *tom.*1. *Inſtructionis c* 112. Avila *p.* 1. *de cenſuris dub.* 7. Vaſq. 1.2.*diſp.*170.*c.*3. Medina 1. 2. *q.* 96. *art.*4. *ad* 3. Henriq. *lib.*13. *c.* 59. *n.*2. Peregrin. *de jure fiſci lib.*5. *tit.*1. *n.*170. Corduba *lib.*1. *q.* 36. contra Abbatem in *c.delicti. n.* 12. *de arbitris.* Decianum *lib.*5.*criminalium c.*20.*num.*3. Farinac. *de hæreſi q.*190.*§.*5.*n.*68.

Patet ex *text.in l.cum ancillas. C. de inceſtis nuptiis, & l.judiciorum* 2. *D.de accuſatis. l fin. C.ad l.Jul.majeſtatis.l.quæſitum* 15. *D.qui, & à qui-*

(7) Cum præſens eſt, qui Juriſdictionem habet, non urget neceſſitas, ut abſolutio fiat à non habente Juriſdictionem: proindè dicendum, quod non poſſit. Vide ſupra *lib.*11. *n.*217.

Digitized by Google

quibus, ubi eſt dominus, licèt non poſſit manumittere ſervum.

Hinc non tenetur delinquens ante ſententiam ſe bonis ſpoliare, nec bona deferre fiſco, ſed ſolùm tenetur non reſiſtere fiſco jure accipienti; nam oppoſitum humanæ fragilitati difficillimum, legibus humanis non comprehenſum. *c. erit* 2. *diſt.*4. Alex. *in l. ſi quis major C. de tranſact. n.*13. Cajet. 2.2. *q.*26. *art.*3. Farinac. *de hæreſi q.* 100. *n.* 23. Molina *tom.* 1. *de juſtitia. diſp.*66. Sanch. 2. *decal. c.*22. *n.*8. contra Felinum in *c. inquiſitionis. n.*7. *de accuſationibus.*

Sequuta tamen ſententia, retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti. *c. cum ſecundum leges.* 19. *de hæreticis in* 6.

An ante ſententiam licita ſit quævis, & quovis titulo facta alienatio?

211
Ante ſententiam licita eſt alienatio.

AFfirma: nam eſt dominus, & tertius poſſeſſor poterit ſibi retinere, nec fiſco reſtituere; idque tum ex conſuetudine, qua contrahentes cum hæreticis apud Germanos, Galloſvè retinent accepta, nec ſcrupulis anguntur: tum quia ut Domini diſponunt, tum etiam ex *l. Manichæos* 5. *§. præterea. C. de hæreticis.* Azorius 1. *lib.* 5. *c.* 7. *q.* 7. *in fine.* Farin. *de hæreſi q.* 190. *§.* 5. *n.* 82. Sanch. 2. *decal. c.* 22. *n.* 59.

Et quatenus poteſt alienatio revocari, niſi legitimè ſit præſcripta. *c. fin. de præſcript. in* 6. *l.* 2. *C. de apoſtatis.* in tali textu dicitur nulla, & interdicta in *l. donationes.* 32. *§. fin D. de donationibus. l. manichæos* 5. *§. præterea. C. de hæreticis. l. quiſquis* 5. *l. fin. C. ad l. Jul. majeſtatis.* Vaſq. 1.2. *diſp.* 170. *c.* 2. *n.* 9. Suarius *de fide diſp.* 22. *ſect.* 4. *n.* 3. Farinac. *de hæreſi q.* 190. *n.* 72. Sanch. 2. *decal. c.* 22. *n.* 50. Bandex *q.* 22. *art.* 2.

Imò nec revocari poſſe alienationes neceſſarias, ſcilicèt pro dote, alimentis, ære alieno ſolvendo, pro confirmanda valetudine, pro liberatione à captivitate, à carcere, pro reſtaurandis, atque reficiendis rebus. *l. alienationes.* 13. ibi: *poſt judicium acceptum interdictæ ſunt dumtaxat voluntariæ. D. familiæ erciſcundæ. l.* 1. *D. de fundo dotali. l. prætor. §. præjudicium. D. de leg.* 2.

Quæ non confiſcantur.

212
Jus patronatus non confiſcatur, ſed extinctis vocatis, fit liberum favore Eccleſiæ.

PRimo, jus patronatus non confiſcantur, ſed extinctis, aut non obſtantibus vocatis ad jus patronatus, beneficium fit ſimplex, liberum favore Eccleſiæ. Peregrinus *de jure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 72. Diaz *in praxi c.* 132. *n.* 5. Clar. *§. fin. q.* 78. *n.* 3. Sanch. 2. *decal. c.* 19. *n.* 16. Rota apud Farinac. *tom.* 2. *conſiliorum dec.* 221. & 241.

213
Bona prohibita alienari extra familiam non alienantur.

Secundo, non confiſcantur bona prohibita alienari extra familiam quoad rem, & quoad fructus, etiam durante vita rei. Rota *dec.* 100. *n.* 9. *tom.* 1. *recentiorum.* Gramm. *dec.* 105. *nu.* 29. Boerius *dec.* 268. *n.* 6. Ruinus *vol.* 2. *conſ.* 198. *n.* 4. Decius *vol.* 3. *conſ.* 442. *n.* 27. Idque ſi in fideicommiſſo exprimatur ob delictum proximioris vocati, ſtatim bona debere tranſire ad ſucceſſores quoad omnia, excluſo illo indigno, itaut nullatenus alienatio fructuum, aut commoditas, aut uſuſfructus tranſire poſſit ad extraneos, ex *l. imperator* 12. *D. de fideicommiſſariis libertatibus. l. jura. D. de jure patronatus.* Menoch. *conſ.* 2. *num.* 6. Suarius *de fide diſp.* 22. *ſect.* 5. *n.* 12. Dominus namque de bonis ſuis pro libito poteſt diſponere, illaque relinquere conditione reſolutiva, vel ſuſpenſiva, ſi non delinquat vocatus. *l. ſed etſi.* 28. *§. conſuluit. D. de petitione hæreditatis.* Clar. *in praxi q.* 28. *§. quæro.* Sicuti namque delinquens nequit venire contra diſpoſitionem teſtatoris illius, ut bona relinquit ſic gravata: ità nec per delictum præjudicare valebit ad fideicommiſſum vocatus. *l. ſi filius* 3. *D. de bonis proſcriptorum.*

214
Fructus ſimplicis fideicommiſſi tranſeunt ad fiſcum pro vita delinquentis.

Si verò ſimplex fuerit fideicommiſſum; tunc pro vita delinquentis bona quoad fructus tranſire poterunt ad fiſcum, ut tranſeunt etiam fideicommiſſo facto in fraudem fiſci, ſed non in pœnam delicti. *l. ſtatius* 48. *§. Cornelio. D. de jure fiſci. l. cum pater* 79. *§. hæreditatem. D. de legatis* 2. *l. ex facto* 17. *D. ad Trebell. l. filius fam.* 97. *§. viri.* ibi: *ſed neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe. D. de legatis* 1.

215
Confiſcatis bonis mariti, non confiſcantur bona uxoris.

Tertio, confiſcatis bonis mariti, non confiſcantur debita uxori quovis titulo dotis, donationis cauſa mortis, jure paupertatis, ut authentica *præterea. C. unde vir, & uxor.* veſtes lugubres, Arræ, paraphernа, ſponſalitia largitas. *l. ſi marito* 22. *in princ. D. ſoluto matrim. l. ſi quis poſt hoc* 9. *C. de bonis proſcript. c. decrevit.* 14. *de hæreticis in* 6. ubi excipiuntur mulieres, ſcienter contrahentes cum hæreticis, non verò cùm ſimus in pœnalibus, id currit ſi vir ducat ſcienter hæreticam. Bonac. *diſp.* 3. *de contractibus q.* 8. *p. fin. §.* 1. *n.* 16. Sanch. 2. *decal. c.* 16. *n.* 23.

216
Bona delinquentis non Eccleſiaſtica.

Quarto, confiſcatis bonis Eccleſiaſtici delinquentis, non confiſcantur bona Eccleſiaſtica ab Inquiſitoribus, ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Clem. 2. *de hæreticis.*

217
Et ſint intra juriſdictionem confiſcantis.

Quinto, confiſcatis bonis, non veniunt exiſtentia extra juriſdictionem confiſcantis, puta extra territorium ipſius. *l. libertus* 17. *§. penult.* ibi: *ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena Civitate comparatur, domicilium non facit. D. ad municipalem.*

An confiſcentur bona pœnitentis?

218
Bona hæretici pœnitentis non confiſcantur.

ROmæ non confiſcantur ex æquitate, licèt de jure confiſcanda eſſent. *c. cum ſecundum leges* 19. *de hæreticis in* 6. *c. vergentis* 10. *de hæreticis.* Farinac. *de hæreſi q.* 25. *n.* 616. Decianus *lib.* 5. *criminalium c.* 44. *n.* 2.

In Hiſpania verò non remittitur confiſcatio, niſi ſpontaneo comparenti, & fatenti errores. Pegna *p.* 3. *commento* 12. *v. magnam veniam.* Simanchas *de catholicis Inſtitutionibus tit.* 44. *n.* 3.

Fiſcus, confiſcatis bonis, an ſolvat æs alienum.

219
Fiſcus ſolvere debet æs alienum ex bonis confiſcatis.

AFfirma; nam bona dicuntur delinquentis deducto ære alieno. *l. non poſſunt* 9. *D. de jure fiſci.* non poſſunt bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt, id enim bonorum, cujuſque eſſe intelligitur, quod ære alieno ſupereſt.

Confiſcato toto patrimonio, an debitor liberetur ære alieno etiam in conſcientia?

220
Debitor liberatur ære alieno confiſcato toto patrimonio.

AFfirma; itaut nec teneatur reſtituere, etiamſi deinde deveniat ad pinguiorem fortunam, nam extincta obligatione principalis debitoris, fiſcus tenetur. *l. ſi debitori* 45. *D. de fidejuſſoribus.* ibi: *obligatio contra eum extincta ſit, idque etiam quoad fidejuſſores. l.* 1. *C. de fidejuſſoribus.* Fiſcus namque confiſcato toto patrimonio conſequitur omnes actiones activè, & paſſivè. *l.* 2. *C. ad l. Juliam. de vi publica. l. prædia* 21. *D. de rebus eorum. l.* 4. *C. de ſententiam paſſis. l. ſi marito* 33. *D. ſoluto matrim. l. cum fiſco* 9. *D. ad Syllan. l. ſi tutor reipublicæ. D. de tutelis, & rationibus diſtrahendis.* Baet. *in l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. D. de jure fiſci.* Gramm. *dec.* 85.

Digitized by Google

*dec.*85.Rota *tom.*1. *recentiorum dec.*67. *n.*3. Et ſic creditores debent agere contra fiſcum. *l. ſi debitori* 51.*l.inter eos* 52. *§.fin. D. de fidejuſſoribus l.*2.*&* 3.*D.de ſententiam paſſis. l.*2.*§.*1. *D.de alimentis legatis. l.* 2. *C.ſoluto matrim*. Odo *de reſtitut.in integrum p.*2.*q.*97. *art.*3. *n.*13. Vaſq. 1.2.*diſp.*69.*c.*2.*num.*10.Farinac.*de hæreſi q.*190. *n.*20.Sanch.*loc.cit.c.*22.*n.*86.

Bona confiſcata cui applicentur?

221 Quibus applicantur bona confiſcata.

IN Hiſpania, & Sicilia applicantur Regio Fiſco, cùm Rex de ſuo patrimonio miniſtrat ſua neceſſaria Miniſtris Sancti Officii. Clarus *§.hæreſis n.*11.Farinacius *de hæreſi q.*190.*n.*188

Ceterum alibi applicantur ipſimet Sancto Officio pro expenſis Miniſtrorum. Pegna *p.* 3. *direct.q.*109.*commento* 158. (8)

Olim in ſtatu Summi Pontificis exiſtentia bona Fiſco Eccleſiaſtico, & bona exiſtentia extra ſtatum Summi Pontificia fiſco laico applicabantur. *C. vergentis. de hæreticis*, & non poterat laicus confiſcare, niſi poſt ſententiam latam, & confiſcato patrimonio à Judice Eccleſiaſtico. *c.cum ſecundum leges* 19. *§. confiſcationis.de hæreticis in* 6. ex Conſtitutione Martini V.incipit:*Inter cunctos.*

At in Conſtitutione Innocentii IV. in tres partes dividuntur bona confiſcati. Primo dabatur Civitati, ubi damnabatur reus, ac bona exiſtebant. Secundo dabatur officialibus Sancti Officii. Tertio ſervabatur pro faciendis deinde expenſis ad extirpandas hæreſes, & bona Clericorum confiſcata dabantur Eccleſiæ, ex qua pullularunt. *c. excommunicamus* 1. *de hæreticis.*

Aliæ pœnæ temporales.

§. IV.

222 Hæreticus privatur omni Juriſdictione Regnis, feudis.

SEcunda pœna temporalis eſt privatio omnis juriſdictionis, etiam laicæ, ejuſque feudis, & ut etiam privetur Regnis, feudiſvè, *c. fin. de hæreticis.*

223 Et dominio ſervorum.

Et ſic privatur primo, dominio ſervorum, qui ſervus ſi eſt Chriſtianus, illicò fit liber.*l.un. C.ne Chriſtianum mancipium.l.Deo nobis* 54.*§.ii autem.C.de Epiſcopis,& Clericis. l.manichæos* 4. *in fine. C.de hæreticis.*

224 Subditi abſolvuntur à debito fidelitatis.

Secundo, ſunt abſoluti ab omni debito fidelitatis, & obſequio ſubditi reſpectu Superioris hæretici. *c.abſolutos* 6. *de hæreticis.*

Hæreticus amittit omne jus.

Tertio, hæreticus amittit omne jus etiam juramento firmatum; itaut nequeat hæreticus convenire omnes ſuos debitores *d. c. abſolutos.* 16.*de hæreticis*: ubi Abb. *n.*1.Butrius *n.*3. Farinac. *de hæreſi q.*189.*n.* 57. etiamſi obligatio ſit in forma Cameræ. Butrius in *d.c.abſolutos.n.* 5. Idque ex eo quia omnia jura confiſcantur. *l.cum fiſco.*9.*D.ad Syllan.*Gramm.*dec.*72.

Fides autem in re licita, & honeſta ſervanda eſt hæretico vigore pacti; nam fides etiam hoſtibus ſervanda, ad manutenendum ſocietatis, & humanitatis fœdera. Joſuè *c.* 9. D. Ambroſ. *lib.*1. *officiorum c.*29. *c. venerabilem* 24. *de electione.* 2. Regum 11. & ſic in bello etiam ſervanda fides. *c. novi.*23. *q.* 1. ubi fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt, contra quem bellum geritur. D. Ambroſ. *lib.* 1. *c.* 29. D.Auguſt.*epiſt.*207. D. Iſidorus *lib.*2. *ſinonimorum c.*10.

225 Fides ſervanda hæreticis conceſſo eis ſalvoconducto.

Quarto, ad manutenendum fœdera ſervanda eſt fides in ſalvo conducto conceſſo hæreticis. Patet ex Trid.*ſeſſ.* 25. *in fine, &* 18.*in fine.* ubi ſervata fuit fides ſalvo conducto data: & ſalvus conductus eſt publica fides accedendi, & recedendi ad certum locum. Bart.in *l.utimur. D.de ſepulchro violato*. Abb. in *c. quia diverſitatem. §. de conceſſione præbendæ*; poteſtque concedi ſecundum jus commune, ſcilicèt contra vim injuſtam, ſed non contra juſtam. Concilium Conſtantienſe *ſeſſ.* 6. ibi: *juſtitia ſemper ſalva*; & poteſt etiam concedi cum derogatione juris communis, etiamſi adſit contra venientes juſtitia, ut conceſſit Trid. *ſeſſ.*15.ibi: *ut religionis prætextu &c.*

226 Joannes Hus, & Hieronymus da Praga quare combuſti.

Nec refert Hus, & Hieronymum de Pagra combuſtos in Concilio Conſtantienſi, quo venerant cum ſalvo conducto, nam ibi ſalvus conductus erat ſub illis verbis *juſtitia ſemper ſalva*, nec dicebatur, nè hæreticos etiam in hæreſi oſtinatus puniretur; Accedit, ibi Salvum conductum non fuiſſe conceptum à Concilio Conſtantienſi, ſed à Sigiſmundo Imperatore ſub conditione, nè fugeret, & Hus fugit, meritò ut violator ſalvi conducti puniendus erat.

Inteſtabilis pœna.

§. V.

TErtia pœna temporalis eſt inteſtabilitas, ratione cujus primo quærimus.

An hæreticus poſſit condere ultimas voluntates?

227 Hæreticus nequit ultimas volūtates condere.

NEga, ſivè ſit teſtamentum, ſivè legatum &c. *l.manichæos* 4. *§. propterea. C. de hæreticis. Auth.credentes.c.vergentis* 10. *c.excommunicamus* 1. *§.credentes.* ibi: *fit etiam inteſtabilis. de hæreticis*: cùm enim hæreticis ſit prohibita bonorum adminiſtratio. *c.cum ſecundum leges* 19.*de hæreticis in* 6. eſt etiam prohibita facultas teſtandi, competens habenti rerum ſuarum adminiſtrationem. *l.is cui. l.bonis* 15.*D.de teſtamentis.*

An poſſit eſſe hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreticus?

228 Nec eſſe hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato

NEga. *c.excommunicamus*. ibi: *nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant.de hæreticis.l.manichæos* 5.1. *l. Arriani* 8. *§.cunctis. C. de hæreticis.*Et hæreditas incapacibus relicta datur venientibus ab inteſtato. *l. ſi quis mihi bona* 25. *§. ſi quis planè ſervus pœnæ fuerit effectus, ad gladium, vel ad beſtias, vel in metallum damnatus: ſi fuerit hæres inſtitutus, pro non ſcripto hic habebitur*, *D. de acquirenda hæreditate. l.*1.*C.de hæredibus inſtituendis.*

229 In quo differat incapax ab indigno.

Scio plures diſtinguere incapacem ab indigno, & fateri incapacem locum facere venientibus ab inteſtato, indignum fiſco.

Incapax eſt, qui nequit recipere jus hæreditarium.

Indignus recipere valet, ſed aufertur. *tit. D. de his, quibus ut indignis.*

Si hæreticus ſit incapax, veniunt ſuccedentes ab inteſtato. *l.ſi quis bona* 25.*§.ſi quis planè, D. de acquirenda hæreditate*: nam incapax pro mortuo habetur. *l.*1.*§.ſed ſi patronus. D. de conjungendis cum emancipato liberis.*

Si hæreticus ſit indignus, ſed capax hæreditatis, ut patet exemplo filii ingrati exhæredabilis; tunc ad hæreditatem aditam admittitur fiſcus excluſis venientibus ab inteſtato. *l.* 1. *D. de jure fiſci.l.Papinianus* 53. *l.cum qui tacitum* 18 *fin.D. de his quibus ut indignis.* Anaoias in

c.ex-

(8) In hac re ſervandus uſus rationabilis locorum.

c.excommunicamus, §.credentes. n.7. de hæreticis. ubi Felinus *n.3.* Menoch. *vol. 2. conſ.* 175. *num.* 8.

Nunc hæreticum volunt indignum, & incapacem durante hæreſi Simanchas *de Cathol. Inſtit.tit.9.n.84.* Farinac. *de hæreſi q.*190. *n.*93. Azorius *tom.1.lib.5. c.8.q.5.* Vaiq. *opuſc. de ſeſtam.c.9.§.1.dub.2. n.*122. Gigas *de crimine leſæ Majeſtatis lib.*2. *q.*14. Decianus *lib.7. criminalium c.40.n.*26. Tholoſanus 33.*ſyntagmatum c.8.n.10.ex l.quiſquis 5.§.filii. C. ad l.Jul. majeſtatis.* ibi: *ab hæreditate, & ſucceſſione habeantur alieni. d. c.excommunicamus, §. credentes.* ibi: *nè ad hæreditatis ſucceſſionem accedant. l.manichæos 5. §. 1.* ibi: *volumus amovere ab omni liberalitate, & ſucceſſione quolibet titulo venientes.*

230 An dicta currant poſt ſententiam declaratoriam.

Alii admittunt dictam opinionem poſt ſententiam declaratoriam, & ajunt ante eſſe tantùm indignum, & capacem: & ad jura in oppoſitum ajunt verificari ſecuta ſententia declaratoria, quod fortè judicatum fuit à textu in *l.manichæos* 5. illis verbis: *volumus amoveri*, & illis verbis in *c.excommunicamus: nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant*, ſcilicèt poſt ſententiam, nam de hæreticis declaratis per ſententiam textus loquitur; pœnæ autem non extenduntur, nec, exceptis cenſuris, ante ſententiam declaratoriam afficiunt. Molina *tom.1. diſp.*154. Leſſius 2. *de juſtit. c.19.dub.5.n.*52.

231 Hæreditas tantùm delata hæretico, non acquiritur fiſco.

Aliis placet abſolutè hæreticum eſſe capacem, ſed indignum jure communi. Plures apud Sanch. 2. *decal. c.28. n.*34. quæ ultima ſententia ſuas habet rationes, ſed non colligit probabilitatem oppoſita ſententia.

Dicta currunt in hæreditate adita ab hæretico; nam ſi hæreditas ſit delata ei, non adita; tunc indiſtinctè, ſivè incapax, ſivè indignus fiſco non acquiritur: nec quoad jus adeundi, quia talis hæreditas non cenſetur inter bona hæretici; cùm jus adeundi non adnumeretur inter bona hæredis inſtituti. *l. pretia rerum* 3. *D.ad l.falcidiam*, & hæreditas delata non adita non cenſetur tranſmiſſa. *l.un. C.de his, qui ante apertas tabulas.*

Sed quid, ſi hæreticus in fraudem fiſci hæreditatem repudiet?

232 Repudiatio hæreditatis in fraudem fiſci tenet.

Tenet repudiatio. *l. cum quidam* 26. ibi: *præſcriptum non eſt. D. de jure fiſci*: nec prohibetur alienatio, qua non deterioratur patrimonium alienantis, etiamſi inde ſequatur damnum creditorum. *l. qui autem* 6. *v.pertinet enim. D.quæ in fraudem.*

Unde *l.4 & l.patrem.*19. *D.quæ in fraudem.* ergo nec fiſcus revocabit, qui delinquens acquiſitione non vult.

Nec refragatur text. in *l.in fraudem. D.de Jure Fiſci.* ubi dicitur: *idemque Juris eſt etſi non quæratur; æquè enim in omnibus fraus punitur:* nam text. ibi tantùm vult puniendum illum, qui jam bona publicata diſtrahit, de quibus verificatur illud; *& ſi non quæratur*, & ita docet Francus *dec.10.n.5.* Menoch. *vol.1.conſ.110.n.4.* Decius *conſ.*445. Ruinus *lib.5.conſ.*25.

Pœna inſtituendis Hæreticum.

233 Inſtituens hæreticum hæredem excommunicatur.

Est excommunicatio, ſivè ſit Eccleſiaſticus, ſivè Epiſcopus. *c. ſi quis Epiſcopus hæredes inſtituerit extraneos à ſua conſanguinitate, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos prætulerit, ſaltem poſt mortem ei anathema dicatur. c.in tot.de hæreticis.* ubi Abb. *n.1. &* 3. id extendit ad alios fideles inſtituentes hæreticos.

Pœna privationis patriæ poteſtatis.

234 Hæreticus privatur patria poteſtate.

Pater fam. hæreticus, etiam privatur patria poteſtate; nam privatur omni jure civili, & patria poteſtas inter civilia numeratur. *c.quicumque 3. c.2. §. illorum.* ibi: *filii eſſe in parentum hæreticorum deſierint poteſtate. de hæreticis in 6. c. fin. de hæreticis.* Farinac. *de hæreſi. q.197.§.3.n.29.* Sanch. 2. *decal.c.24.n.6.*

Aliæ pœnæ hæreticorum corporales.

§. VI.

235 Hæreticus puniri valet pœna carceris.

Hæreticus poteſt etiam puniri pœna carceris. *c.excommunicamus. il* 2. ibi: *perpetuo carcere damnetur. de hæreticis*: Qua pœna perpetui carceris punitur hæreticus pœnitens plenè convictus, non faſſus ſuum errorem ante publicationem teſtium, vel tantùm de hæreſi ſuſpectus. *c.excommun.*2. Poſſuntque inquiſitores, ac Epiſcopi perpetuitatem carceris leniri, moderare, prout expediens videtur. Clar. *§.hæreſi n.*3. Farinac. *de hæreſi q.193.n.*103.

236 Et fuſtigatione, ac pœna triremium.

Secundo, poſſunt puniri fuſtigatione, pœna triremium. Farinac. *loc.cit. n.*85. Boſſius *tr. de hæreticis n.*18.

237 Ac pœna mortis, ſi fuerit impœnitens, & pertinax.

Tertio, puniuntur pœna mortis impenitentes, pertinaces, abjurare nolentes, ac relapſi. Extravag. *unam ſanctam.de major. & obed. c. ad abolendam 9. §. ſicut ait. c.excommun. 1. de hæreticis. l. Manichæos 15. l.Arriani 8. l. quicumque 8.C.de hæreticis.* Suarius *de fide diſp.* 23. *ſect.2. n.3.* Clarus *§.hæreſis n.7.* Royas *tr. de hæreticis p.1. n.*69.

238 Et brachio ſeculari tradendus.

Hinc traduntur brachio ſeculari, ut ultimo ſupplicio plectantur; non enim licèt Eccleſiaſticis ſanguine ſe conſpurcare: unde ſententia ſanguinis ſpectat ad Laicos; qui nequeunt hìc illam remittere; etſi Eccleſiaſticus ſit degradandus ante. Clar. *§ fin. q.36. n.*35. quæ degradatio debet eſſe realis. *c.ad abolendam 9. §.præterea.* ibi: *totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur. de hæreticis.* ubi Hoſtienſis *num.*6. Abb. *n.*1. Si verò damnetur ad carceres, vel triremes, ſufficit degradatio verbalis. *c. digna ratio 2.de pœnis in* 6. & ſententia Epiſcopi, qua Eccleſiaſticus reus privatur executione ordinum ſuſceptorum, ad differentiam realis degradationis, qua perſonaliter habitu, & veluti ſuo modo ordine expoliatur. Et degradatio verbalis eſt idem ac depoſitio. *c. degradatio.* 2. *de pœnis in* 6. nec tollit privilegium Canonis, nec habitum, nec forum. *d. c. degradatio.* ubi Gloſ. Cùm degradàtur realitèr amittant etiam privilegium fori, & Canonis. *d. c.degradatio* 2. *de pœnis in* 6. Alciatus *in c. cum non ab homine. n.18.de judiciis.* Abb. *in c.tua.n.2. de pœnis in* 6.

An dictæ pœnæ militent contra Apoſtatas?

239 Idem dicas de Apoſtatis.

Affirma, nam Apoſtaſia includit hæreſim, ut totum partes, & eſt triplex. *c.1.* ubi Gloſ. *v.Apoſtaſia.de Apoſtat.* Valent. *tom.3.diſp.1.q.*12.

240 Domus hæretici devaſtatur.

Tandem hæreticorum domus devaſtatur. *l. Arriani 8. l.cunctis. C. de hæreticis.* Farinac. *de hæreſi.q.190.§.2.n.*39.

De Hæreſiarchis, & Dogmatiſtis.

§. VII.

241 Hæreſiarchæ, & Dogmatiſtæ.

Isti ſunt Principes, & Magiſtri errorum, qui ex officio, vel conſuetudine alios pervertere conantur. *c.qui aliorum.* 32. ibi: *unde qui Magiſter erroris eſt non tantùm hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.24.qu.3.*

242 Si verè ſint pœnitentes, non afficiuntur morte.

Iſti verè pœnitentes morte non afficiendi, ad pœnitentiam recipiendi, ut trahant in viam

verſ.

veritatis, quos devios reddiderunt, & facto, verboque deteſtentur, ſuadeantque vel exemplo reſipiſcentiam, pœnitentiam agendo. *c. ego Berengarius. 41. de conſecr. diſt. 2.* Decian. *lib. 5. crim. c. 54. num. 47.* rejectis legibus laicis in alio caſu decidentibus, & in illo caſu Juris Canonici non obligantibus *in l. fin. C. de Judæis. l. eum qui ſervum. 5. l. fin. C. de Apoſtatis. l. quicumque. 8. C. de hæreticis. l. 2. C. ne Sanctum Baptiſmum iteretur.*

241 Frangantes carceres, nō convincuntur de hæreſi.

Frangentes carceres.

NOn plectendi, ut convicti hæretici, quia carcerum ſquallore, ac tædio tormentorum, & falſorum teſtium metu præſumi etiam poteſt fugiſſe, ſecundum Royas *par. 2. de hæreticis aſſertione 15.* Souſam *in aphoriſmis inquiſitionum lib. 2. c. 26. num. 34.* Pegna *par. 3. Direct. commento 33.* Idque fortiùs ſi cuſtode negligente aufugiant, ſemper tamen arbitrariè puniendi. Seſſe *dec. 471. n. 6. tom. 4.*

244 Filius Catholicus patris hæretici non privatur legitima.

Pœna Catholici filii, cujus pater eſt hæreticus.

EST primo, ut vel illegitimi etiam quoad legitimam dotem, non quoad alimenta jure naturæ debita, maximè extremè indigentibus priventur bonis paternis, non autem bonis fideicommiſſariis, majoratibus, aliiſvè ab illis habitis, vel à parentibus ante delictum obtentis. *c. quicumque. § hæretici in 6. c. vergentis. 10. c. filii. de hæreticis. c. contra Chriſtianos. 13. c. cum ſecundum leges. 19. de hæreticis in 6.* correcta *lege Manichæos. l. cognovimus. 10. l. hæretici. 13. § hortodoxi*, ibi: *filii hæreticorum, qui nihil deliquerunt in parentes illibatum accipiunt, & inde minutum quod eis ab inteſtato competit. C. de hæreticis.* Farinac. *de hæreſi. qu. 191. n. 1.* Torreblanca *de magia lib. 3. c. 11. n. 46.* Surdus *conſ. 386. n. 8.* Royas *ſing. 87.* Sanch. 1. *Decal. lib. 2. c. 26.* Baldus *in l. Gallus. § quidam recte. n. 2. D. de liberis, & poſthumis.* Gomez 2. *variar. c. 2. n. 13.* Molina 4. *de primogeneis. c. 11. n. 36.* contra Angelum *in l. 1. n. 4. C. de hæredibus inſtituendis.* Ancharanum *in c. ſtatutum. qu. 2. n. 2. de hæreticis in 6.* ajentes filium hæretici nec ab extraneo poſſe inſtitui.

Secundo eſt, ut ex linea maſculina filii, & nepotes, ex linea fœminina tantùm filiæ hæreticorum ſint irregulares. *c. 2. § hæretici. c. ſtatutum. el 2. de hæreticis in 6.* & eodem modo ſunt inhabiles ad recipienda bona Eccleſiaſtica, & officia publica etiam laica Judicatus, Notariatus, & cæterorum. *c. quicumque. § hæretici*, ibi: *ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeù officium publicum admittatur. c. ſtatutum. 9. de hæreticis in 6.*

245 Non privatur beneficiis obtentis ante hæreſim patris.

Non tamen privantur beneficiis obtentis ante hæreſim parentum. Suarius *de fide diſp. 24. ſect. 3.* contra Guttierez 4. *Canonicarum lib. 2. c. fin. n. 38.*

246 Nec eſt infamis jure infamia.

Non tamen puniuntur iſti filii infamià juris, nullo Canone irrogata. Menoch. *vol. 1. conſ. 808. n. 44.* Suarius *de cenſuris diſp. 48. ſect. 3. n. 2.* contra Covarr. 2. *variarum c. 8. n. 1.* Farinac. *de hæreſi qu. 191. n. 28.*

247 Hæretici reſipiſcētes ante ſententiā non ſunt tradendi brachio ſeculari, ſecùs ſi poſt.

An Hæretici tardè reſipiſcentes tradendi ſint brachio ſeculari?

DIſtinguitur: vel reſipiſcunt poſt, vel ante ſententiam.

Si poſt, non verò ante ſententiam reſipiſcant, traduntur brachio ſeculari, niſi aliud ſuadeat prudens æquitas. *c. ad abolendam. 9. c. excommunicatus. 1. 2. § ſi quis. de hæreticis.* Suarius *de fide diſp. 23. ſect. 2. n. 15.* Pegna *par. 2. commento 36. & v. poſtquam.* Farinac. *loc. cit. qu. 193. n. 55. & 60.*

De Apoſtatis.

CAPUT V.

APoſtata eſt recedens à primo Inſtituto.

Eſt triplex. Primo, ab Ordine. Secundo, à Religione. Tertio, à Fide. 248 Triplex eſt Apoſtata.

Apoſtata ab Ordine eſt Clericus relinquens Clericatum, & ſuſpiciens ſtatum laicum; & hic ſi ſit Apoſtata ab Ordine minori non retinens beneficium ſimul cum apoſtaſia, non delinquit. Si verò ſit Apoſtata ab Ordine Sacro, dimittens habitum Eccleſiaſticum, eſt infamis. *c. Beatus. 2. 30. q. 4.* peccat mortaliter. *c. tuæ fraternitati. 3. de Apoſtatis. c. quoniam. 9. de vita, & honeſt. Clericor.* Trident. *ſeſſ. 24. c. 6. de reform.* & deponendus, atque excommunicatus ſi nubat. *Clem. un. de affinit. & conſang. c. præcipimus. 5. 21. qu. 4.* Toletus *lib. 4. c. 18. n. 5.* quam excommunicatione vitat talis Apoſtata non nubens. 249 Ab Ordine.

Apoſtata à Religione eſt Religioſus recedens à Religioſo Inſtituto invito Superiore, cum propoſito amplius non revertendi. Cajet. 2. 2. *q. 12. art. 1.* Rodriq. *tom. 1. Regular. qu. 30. art. 1.* 250 A Religione.

Requiritur propoſitum non revertendi, aliàs erit fugitivus, vagus, ad tempus excommunicatus: Si habitum prorſus deſerat pro illo tempore. *c. 2. ne Clerici, vel Monachi in 6.* Si verò habet animum amplius non revertendi, Apoſtata eſt, etiamſi Religionis habitum deferat. Sanch. 2. *Decal. c. 8. q. 3.* Aſcendens tamen ad perfectiorem Epiſcopatus ſtatum non eſt Apoſtata. *c. 1. de elect.* ſicuti nec eſt Apoſtata, qui ex una ad aliam etiam laxiorem Religionem migrat ſine licentia Superioris, quamvis excommunicatione innodetur. Extravag. 1. *de Regularibus*, & compellatur primam repetere, & ſtrictiorem Religionem. *c. intelleximus. 12. de ætate, & qualitate.*

Apoſtata à fide eſt totam fidem deſerens Catholicam. 251 A fide.

De Apoſtata à fide.

§ I.

APoſtaſia à fide eſt receſſus à tota fide. *l. 1. 2. & penult. C. de Apoſtatis. c. contra Chriſtianos. 13. de hæreticis in 6. c. non poteſt. 23. quæſt. 7.* Valent. *tom. 3. diſp. 1. qu. 12. par. 1.* Sanch. 2. *Decal. c. 7. n. 19.* 252 Receſſus à tota fide eſt Apoſtata.

Receſſus ergo à tota fide non acceſſus ad aliam ſectam Paganicam, Judaicam denominat Apoſtatam; ſi verò recedat ab aliquo fidei articulo denominabitur hæreticus. *c. non poteſt. 32. 23. q. 4. c. non obſervatis. 16. 26. qu. 7.*

Crimen ergo Apoſtaſiæ non differt ſpecie ab hæreſi, ſed ſolùm ſecundum majus, & minus non mutans: ſicuti ejuſdem ſpeciei eſt furtum omnium, vel aliquorum bonorum, & occidere omnes homines non differt ſpecie ab occiſiono unius; ergo nec Apoſtaſia recedens ab omnibus fidei articulis differt ſpecie ab hæreſi recedente à quibuſdam revelatis. Cajet. 2. 2. *qu. 10. art. 1.* Caſtrua *lib. 1. de juſta hæreticorum punitione. c. 7.* Valent. *loc. cit. quæſt. 11. par. 1.* Beccanus *de fide. diſp. 57. dub. 1.* Contra Canum *lib. 12. de locis Theologicis c. 9.* Exprimendam tamen volunt ſpeciem infidelitatis, ad quam tranſeunt Paganiſmi, Judaiſmi, quia ſunt diverſæ ſpecies infidelitatis. 253 Specie non differt ab hæreſi.

Apoſtata à fide eiſdem pœnis punitur, ac hæreticus. Innoc. *in c. 1. num. 2. de hæreticis*, ubi Butrius *n. 7.* Ananias *n. 4.* 254 Pœnis hæreticorum punitur.

De

De Renegatis.

§. II.

255 Renegatus quinam ſit.

RENegatus eſt, qui fidem quam ſuſcepit, negat, eſt idem ac Apoſtata, qui puniri poteſt ab Inquiſitoribus. *c. contra Chriſtianos. 13. de hæreticis in* 6. Riccius *tom. 1. prax. reſ. 423. v. Renegati.* Si tamen ſpontè compareant, ac perpatrata propalent, ſunt admittendi, maximè ſi fateantur ſine interna intentione dicta perpatraſſe, vel ex metu negaſſe fidem. Si verò ſpontè non compareant, ſunt perpetuò carceri mancipandi, vel aliis pœnis, ſi confiteantur mentis errorem. *c. excommunicamus* el 2. *§. ſi qui autem,* ibi: *de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint: ad agendam condignam pænitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. de hæreticis.*

256 Sponte comparens admittitur, ſecùs perpetuo carceri creditur.

Pœna Renegatorum eſt pœna Hæreticorum. Innoc. *in c. 1. n. 2. de Apoſtatis;* pœnitens tamen recipiendus eſt, & reconciliandus.

De Schiſmaticis.

CAPUT VI.

257 Quinam ſit ſchiſmaticus.

SChiſmaticus eſt ſe ſeparans ab obedientia Summi Pontificis. D. Thom. 2. 2 *q.* 12. *art.* 1. ubi Bandez *art.* 1. & ſemper imbibit hæreſim, nam non credit obediendum Summo Pontifici tanquam capiti Eccleſię, & multis pęnis ligatur.

258 Variis pęnis punitur.

Prima, eſt privatio poteſtatis Eccleſiæ, non tamen characteris, ſi eſt Epiſcopus. *c. Ordinationes. 7. 9. qu. 1. c. 1. de Schiſmaticis;* ubi omni Juriſdictione etiam privatur unà cum beneficiis, & honore. *c. novatianus. 9. 7. q. 1. c. audivimus. 4. c. didicimus. 31.* ibi: *didicimus omnes omnino hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, & juris. 24. qu. 1.*

Secunda, eſt excommunicatus in Bulla Cœnæ. *c. nulli. diſt.* 19.

Tertia, ſunt inhabiles ad Beneficia. *c. quia diligentia. 5. de electione.*

Quarta, eſt ſuſpenſus recipiens Ordinem à Schiſmatico. *c. Ordinationes. 7. 9. qu. 1.* & collatio beneficii facta à Schiſmatico eſt irrita. *c. 1. de Schiſmaticis.*

259 His pœnis ſubjacet verus Schiſmaticus, ſecùs ſi ex odio, privata vindicta, id faciat, vel incertus ſit Papa.

Prædictæ pœnæ verum efficiunt Schiſmaticum nolentem ſe ſubjicere Summo Pontifici ut caput Eccleſiæ eſt, non verò ſi refugiat obedientiam ex odio, vindicta privata, vel quia non eſt certum eſſe Summum Pontificem, aut quia duriſſimo non vult parere mandato. D. Thom. 2. 2. *qu. 39. art.* 1. ubi Cajet. *dub.* 2. D. Antoninus *lib. 2. tit. 3. c. 11. §. 6. ad* 10. Sanch. 2. *Decal. c. 39. n.* 3. Bonac. *diſp. 3. qu. 4. punct. ult. §. 1. n.* 2. Farin. *de hæreſi qu.* 184. *n.* 11. nec nolens ſe ſubjicere ſuo Epiſcopo, ſed volens ſe ſubjicere Summo Pontifici, eſt impropriè ſchiſmaticus; nam ad ſchiſma propriè requiritur ſeparatio à capite univerſali. 1. ad Corinth. 12. ad Roman. 12. ubi *multi unum corpus ſumus in Chriſto.* Azor. *to. 1. lib. 8. c. 5. qu.* 4.

260 Quādo ſchiſma hæreſim continet.

Ex dictis conſtat ſchiſma continere hæreſim negando, vel communionem Sanctæ Eccleſiæ, vel Summum Pontificem eſſe Eccleſiæ caput, vel affirmans habere duo capita: unde non omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, licèt ſchiſmaticus ſit hæreticus; Intelligas ſi hæreticus communionem Eccleſiæ non deſtruat in membris cum ſuo capite. (9)

Quomodo procedendum ſit in cauſis fidei?

§. UNICUS.

261 In cauſis fidei proceditur ſummariè.

SUmmariè, ſine figura judicii, advocatorum ſtrepitu, ſola veritatis inſpectione, conceſſis Reo defenſionibus neceſſariis pro veritatis indagatione. *c. fin. de hæreticis in 6. c. fin. de hæreticis.* Scaccia *de judiciis c. 52. n.* 2.

262 Denegatur appellatio à ſententia definitiva.

Et procedit denegata etiam appellatione à ſententia definitiva, non ab interlocutoria. *c. ut debitum. 59. de appellat. c. ut Inquiſitionis. 18. de hæreticis in* 6. Farinac. *dec. 133. n.* 232. Barboſa *in collect. tom. 3. lib. 5. tom. 2. c. 29. n.* 26.

263 Reus citandus verbaliter, niſi ſit timor fugæ.

Reus neceſſario, ut ſententia teneat, citandus verbaliter, niſi ſit timor fugæ, dicendo ab Inquiſitoribus aliquid ſciendum, & ſciſcitandum. *c. quiſquis. 4. qu. 5. Clem. ſæpè. de verb. ſignif. c. venerabilis. 10. de dolo, & contumacia.* Paramus *de origine Inquiſitionis lib. 3. qu. 4. n.* 62.

Citato Reo contumacitèr non comparente, exprimitur cauſa citationis, ut reſpondeat quid ſentiat de fide; ſufficitque una pro tribus. *c. cum contumacia,* ibi: *ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, ut de fide reſpondeat excommunicationis vinculo pro eo quod parere ſubterfugit, aut contumacitèr ſe abſentat. de hæreticis in* 6.

264 Defenſiones ſunt concedendæ.

Defenſiones ex officio concedendæ, etiam non petenti. *Clem. Paſtoralis. §. ceterum. de ſentent. & re judicata. Clem. ſæpè. de verb. ſignif.* idque etiamſi Reus ſit confeſſus, aut convictus, ut magis juſtitiæ veritas elucescat. Pegna *part.* 3. *commento* 28. qua ratione Reo eſt dandus Advocatus utriuſque juris peritus, & pius. *c. excommunicamus. 1. §. credentes. de hæreticis.*

265 Et proceditur per viam accuſationis.

In iſto delicto proceditur. Primo, per viam accuſationis in ſcriptis propoſita, nullo accuſatore etiam infami, & excommunicato rejecto. *c. 1. 2. qu. 8. l. Manichæos. 5. §. 1. C. de hæreticis. c. in fidei favorem. de hæreticis in* 6. licèt modò receſſerit ab aula accuſandi modus. Paramus *de origine S. Inquiſitionis lib. 3. qu. 9. n.* 15. Farinac. *de hæreſi. qu. 165. n.* 40.

Denunciationis.

Secundo, proceditur via denunciationis ſubſcripto nomine denunciantis cum juramento, & denunciator iſte eſt teſtis non probator. Scaccia *de judiciis c. 3. n.* 40.

Et inquiſitionis.

Tertio, proceditur per inquiſitionem uſitatiùs, publicis gravibus indiciis, ac fama ſpeciali inſtante pro ineunda ſpeciali inquiſitione. *c. qualiter, & quando. de accuſat. c. excommunicamus. 1. §. adjecimus. § fin. de hæreticis. c. inquiſitionis. §. 3. de accuſat.* Lucæ 16. ibi: *diffamatus.* & ibi: *redde rationem villicationis.*

De Sortilegis, Maleficis, & Sacrilegis.

TITULUS IV.

266 Exhibere Deo cultum indebitum ſuperſtitio eſt.

PRima indagatio erit circa ſortilegia, & ſic circa ſuperſtitionem, quæ eſt cultus Deo indebitus, vitioſus, aut ſuperfluus.

Hæc ſuperſtitio continet falſitatem ex parte cultoris ſignificantis ſe Deum, quem non vult colere. Lactantius *lib. 4. c.* 28. Hæc ſuperſtitio poteſt eſſe cum expreſſo cultu Dæmonum, & cum tacito. Cum expreſſo eſt Idololatria. Cum tacito eſt quivis alius cultus damnatus, in quo licèt

(9) Omnis Hæreticus eſt ſchiſmaticus, quia voluntariè ſe ſeparat à communione Eccleſiæ, & obedientia Romani Pontificis, ſed non omnis Schiſmaticus eſt hæreticus, cùm poſſit quis detrectare obedientiam Romano Pontifici, cui tamen fatetur obedientiam deberi.

licèt expreſsè Dæmon non colatur, colitur tamen tacitè, & utrumque ſuperſtitionis genus pernicioſiſſimum flagitioſum eſt; nam Deo, Christo, & Eccleſiæ injuria eſt. Nos breviter primo agamus.

267 Idolatria unde dicta.

De Idololatria.

CAPUT I.

IDololatria ſuperſtitionis ſpecies dicta ab Idolo, & latria, quia colit Idolum, ſcilicet ſtatuam, imaginem Dæmonum. Sapientiæ 13. 1. ad Corinth. 8. D. Cyprianus *lib. de Idolorum vanitate*. D. Auguſt. 8. *de Civitate. c. 26. & lib* 10. contra Fauſtum *c. 5.* Iſidorus *lib.* 8. *etimologiarum*; & hìc ſumitur pro quavis creatura, quæ adoratur ut Deus. 1. ad Corinth. 5. & 1. ad Corinth. 10. Tertullianus *lib. de Idololatria c. 3.* quoties namque creaturæ latria exhibetur, per ſe eſt idololatria; nam latriæ cultus eſt ſoli Deo exhibendus. D. Auguſt. *lib. 1. in Geneſim qu. 61. & lib. 1. de Trinitate c. 6.*

268 Idolatriæ origo.

Idololatriæ ortus. Primo fuit ex pravo hominum affectu, & Dæmonum callida deceptione. Sapientiæ 14. & 13.

Graviſſimum Idololatriæ flagitium deſtructivum, quantum ex ſe eſt, divinitatis, & hæc idololatria poteſt committi.

269 Quomodo committatur.

Primo, cum errore intellectus æſtimantis creaturas eſſe Deum, eſtque perverſio excellentiam divinam creaturæ tribuere, circa quem cultum nequit dari ignorantia invincibilis in illo, qui aliqualiter naturali lumine unum cognoſcit Deum. ad Romanos 1.

Secundo, poteſt quis exteriùs non interiùs idololatria conſpurcari, ſciens ſcilicet creaturam non eſſe, & volens ut Deum colere. D. Th. 2. 2. *qu.* 10. *art.* 2. Idque deteſtandum eſt, nam tribuit exteriùs creaturæ quod Deo debetur incommunicabiliter. D. Auguſt. 10. *de Civitate. c.* 19. Hæc tetigiſſe ſufficiat de expreſſa Idololatriæ ſuperſtitione, quæ punitur à Deo, & ab homine. Exodi 32. & ſi committatur à baptizato contrahuntur omnes pœnæ, quibus afficiuntur hæretici, ſecundum Cajetanum: licèt ſi tantùm exteriùs, non interiùs ſit Idololatra, revera non eſt Apoſtata, nec puniendus illorum pœnis reſtringendis ad propriam ſignificationem. Navarr. *in manuali c. 11. n. 27.* Sylveſt. v. *apoſtaſia* 1. ubi Tabiena *qu. 3.*

De Divinatione.

CAPUT II.

270 Quid Divinatio.

DIvinatio, divina notio, hoc eſt participatio cognitionis futurorum divinitatis propria. Cicero *lib. 1. de divinatione*. D. Thom. 2. 2. *q. 95. art.* 1. D. Hieronymus in Michæam *c. 3.* Iſidorus *lib. 8. etimologiarum c. 9.*

271 Malum eſt velle ſcire futura.

An ſit malum velle ſcire futura?

§. I.

AFfirma; ſive bona, ſive mala: nam ſi mala diſcruciant prævisa, & timor futuri mali acerrimè angit, & cùm malum poſſit non contingere, illius prænotio conturbat diuturniùs animum; cùm non prævisa jucundiùs ſine illius metu geſta fuiſſent.

272 Mala prævisa diutius nocent.

Imò prænunciatum malum, morbus prævisus non contingiſſet, niſi prædictus; nam mens prædictione illa diverberata negligit prudentia, ſivè media contraria ponere, imaginatio turbatur, & ex illa turbatione, agitatione ſomnus excluditur. Unde laxitudo, & temperatę ſalutis turbatio, tunc morbus, qui animi pathemate auctus inducit cum majore dejectione vitæ exitium, illa præciſa prædictione non eventurum.

Nec refert ſiniſtros eventus præcaveri poſſe prædictione; Nam contra, ſi evitari poſſunt, & evitentur, jam non fuerunt prævisi, & ſi adeſſent media, deberent ad præcavenda mala præjudicari. At ſi illi divini ſuos caſus non præcavent, qua ratione aliis proſpicere valebunt, igitur tamen ad miſeros reddendo ante miſeriam inſerviunt, prænoſcendo, ut optimè locutus fuit Cicero *lib. 2. de divinatione*; quæ enim viſa Priamo profuiſſet ſi ab adoleſcentia ſciſſet, quos eventus ſenectutis eſſet habiturus; & ut abeamus à fabula: Marco ne Craſſo, putas utile fuiſſe tum cùm maximis opibus, fortuniſque florebat, ſcire interfici à filio exercitu deleto trans Eufratrem cum ignominia, & dedecore eſſe pereundum, an Pompejum cenſes tribus ſuis conſulatibus, tribus triumphis, maximarumque rerum gloria lætum ei fuiſſet, ſi ſciviſſet in Ægyptiorum ſolitudine trucidandum iri amiſſo exercitu, poſt mortem verò ea conſequuturum, quæ ſine lacrymis non poſſum dicere.

Quid verò Cæſarem putemus, ſi divinaſſet?

Si bona, prædicta etiam nocent, nam imprudentes, contumaces, ſegnes, arrogantes homines reddunt, neglectis mediis, concepta inani ſpe. Unde evaneſcunt in aere ædificiis conſtruendis.

Prudentiæ ergo dictamen ſequamur, & animum ad quodlibet eventum inconcuſſum Deo protegente pareamus, undè rectè Torquatus Taſſus Cantu X. octava 20. — 273 Divinæ voluntati ſemper parendum.

Ma ch io ſcopra il futuro, e ch'io diſpieghi
De l'occulto deſtin' gli eterni annali
Troppo è audace deſio, troppo alti prieghi
Non è tanto conceſſo à noi mortali.
Ciaſcun' quà giù le forze, e'l ſenno impieghi
Per avanzar fra le ſciagure, e i mali;
Che ſovente adivien', che'l ſaggio, e'l forte
Fabro à te ſteſſo è di beata ſorte.

Et Horatius

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus.

An ſint mala lethaliter facta Dæmonis opera?

AFfirma: primo jure Divino. Deutor. 18. — 274 Mala ſunt lethaliter, quæ fiunt opera Dæmonis.
ibi: *non inveniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, nec qui Pythones conſulat, nec qui Divinos, omnia enim hæc abominatur Dominus*, & ibi: *gentes iſtæ, quarum poſſidebis terram, augures, & Divinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es.* Levitici 19. ibi: *nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini.* Levitici 20. ibi: *vir, ſivè mulier in quibus Pythonicus, ſivè divinationis fuerit ſpecies, morte moriatur.* Eccleſiaſtici 24. & etiam jure Canonico *cauſa* 26. *qu.* 5. atque jure Civili. *tit. C. de maleficis, & mathematicis.* Bonac. *tom. 2. diſp. 3. qu. 5. punct. 4. n. 17.* putans cum tribus Doctoribus non dari parvitatem materiæ.

Malitia autem colligitur, quia vel quis vult ſcire futura Deo, vel Dęmone auctore; Non Deo auctore, id nunquam promittente; ergo Dæmone docente, dum alia non ſuppetat ſciendi naturalis inquiſitio. *c. Epiſcopi. 26. qu. 5.* D. Auguſt. *lib. 2. de doctrina Chriſtiana c.* 22. & 23. D. Cyprianus *de Idolorum vanitate*. D. Tho. 2. 2. *q.* 95. — 275 Rationibus probatur.

Porrò via naturali non poſſe futura cognoſci ab homine. Patet Iſaiæ 41. ibi: *annunciate, quæ ventura ſunt in futura, & dicemus quia Dii eſtis vos.* 2. *Paralipomen.* 33.

Recurritur ergo ad Dæmonē, ut occulta, vel

futu-

futura propalet, quod prohibitum eſt. 1.ad Corinth.10. ibi: *Nole vos fieri ſocios Dæmoniorum.* Origenes *homilia* 16. *Numerorum*, ibi: *non vult Deus auditores vos fieri, & diſcipulos Dæmonii.* Idque meritò, quia futura præcognoſcere non expedit, ſi enim expediret, Deus non deficeret per ſuos Prophetas.

An ſit peccatum velle ſcire à Dæmone, quæ ſcit naturaliter?

276 Etiam erit peccatum velle ſcire à Dæmone, quæ ſcit naturaliter.

AFfirma. Levitici 19. Deutor. 18. 1. ad Corinth.10. ibi: *nolo vos fieri ſocios Dæmoniorum.* Et ratio evincit, quia non tantùm imprudentiæ, ſed temeritatis eſt ab inimico, & mendaci velle diſcere; & quia eſt cooperari Dæmoni intendenti notitiam divinam, unde magis ſuperbit Chriſtianis ad ipſum recurrentibus tanquam magiſtrum; quia videtur indicare Dæmonem non eſſe mendacem ab ipſo edoceri volens, quod eſt hæreticum, cùm ſit de fide Dæmonem eſſe mendacem.

At tale ſit ſuperſtitionis flagitium?

277 Et eſt peccatum ſuperſtitionis.

AFfirma. Suarius *to.1.de Relig.lib.2.de ſuperſt. c.8.n.16.* Sanch.2. *Decal.c.*38. contra Valent. 2.2.*diſp.6. qu.12. par.5.* Leſſium 2.*de juſt. c.*43. *dub.* 5. *n.* 28. nam cooperatur Dæmoni intendenti uſurpare divinitatis arcanum. Superbit Dæmon hominibus maximè Chriſtianis ad ejus notitiam rucurrentibus.

Secundo, non videtur illum ut mendacem habere, qui ab illo edoceri petit, quod eſt contra primam veritatem, illum patrem mendacii declarantem, & ſi illum ut mendacem habes, & inimicum habes, non debes magis illum adire, quàm doctum hominem.

Quot modis quis recurrat ad Dæmones?

§. II.

278 Expreſsè, aut tacitè recurritur ad Dæmones.

DUplici modo. Primo, expreſſa. Secundo, tacita conventione. *c.illud quoque.6.* ibi; *conſultationes, & pacta quædam ſignificationum cum Dæmonibus placita, atque fœderata.* 26. *qu.*2. Dæmon namque Deo permittente futura ambit prædicere, ut homines decipiat, & vel ultroneus mendaciorum mercator animas decentionibus lucraturus ſe offert per ſuos ſceleſtiſſimos ſcelerum miniſtros.

Expreſſa eſt, ſi creatura cum Dæmone paciſcatur, quòd à pauciſſimis initom legitur.

Tacita eſt, ſive implicita, ſi quis agat aliquid, ad quod ſcit infallibiliter Dęmonem concurrere ex vi pacti expreſſi cum altero initi, etſi tale pactum non fuit, ſed ipſe putet Dæmonem ſe immiſcere, adhuc eſt pactum tacitum creditum. Caram. *lib.* 1. *apparatus diſp.* 4. §. 86. & tamen agamus primo:

Quot modis expreſsè cum Dæmone quis paciſcatur?

§. III.

279 Modi, quibus expreſsè paciſcitur cum Dæmone.

DUplici modo. Primo, ut reſpondeat ſenſibili medio. Secundo, abſque voce, ſed per ſigna.

Senſibili voce Dæmon facit id primo per pythones, & pythoniſſas, ſcilicet intrando hominem vivum, per quem arreptitium hominem futura prædicat. Deuter.18.1.Regum 28.Jonæ 8.

Secundo, intrando corpus mortuum, per quod tanquam per vivum interroganti reſpondeat variis ſacrilegis ab ipſo traditis modis ceremoniarum incantationum, & appellatur Negromantia. 1.Regum 28.in facto Samuelis.

Tertio, poteſt per ſtatoas, & idola loqui immutando, & aerem conglobando, unde ſonus naſcatur.

Sine voce ſenſibili poteſt futura prædicere.

Primo per Aruſpicium, quæ futura prædicet per ſigna inventa in viſceribus animalium Dæmoni ſacrificatorum.

Secundo in ſomniis.

Tertio præſtigiis, & illuſionibus, illudendo ſcilicèt fantaſiam, vel oculum, immittendo aliquam ſpeciem, quæ Angelis potentia competit inſenſibilibus, commovendo ſpiritus vitales, & animales. Gabr.in 2.*diſt.8.p.2.art.*3.

Quarto per ſortilegium, ſcilicèt per ſortes.

Quinto poteſt uti elementis, & ſi utatur terra dicitur Geomantia, ſi aqua Idromantia, ſi aere Eromantia, ſi igne Pyromantia.

Sexto poteſt uti animantibus, quo ad volatum, quoad garritum, alioſvè ſonos, & nuncupabitur Augurium omen, auſpicium, quę omnia materialem, non moralem ſpecificam differentiam efficiunt.

An, & quæ futura Dæmon ſcire valeat?

§. IV.

280 Tria genera occultorum referuntur.

TRia genera occultorum exiſtunt.

Primum pendens à voluntate Divina, Angelica, humana.

Secundum pendens à voluntate ipſiuſmet Dæmonis occulta à ſe facienda prædicentis.

Tertium pendens ex aliis cauſis.

Primum genus occultorum pendentium à voluntate, à nemine cognoſci, niſi à ſolo Deo poteſt; Itaut hujuſmodi occulta prædicere ſit divinitatis character. 2. Paralipomenon 6. ibi: *tu ſolus noſti corda hominum.* Jeremiæ 17. Iſaiæ 21. 41. & 46. Daniel 2. Origenes *lib.* 6. *contra Celſum* Juſtin. *reſponſo ad q.*146.D.Chryſoſt. in Jo: *homilia* 18. Hieronymus *epiſt.* 40.

281 Quænam ſint ſecreta cordis.

Secreta autem cordis ſunt omnes actus liberi eliciti voluntatis de præterito, præſenti, & de futuro, & omnes actus illius directi, vel reflexi, ut conſilia, judicia practica, omnes actus memoriæ, ſpecies, habitus relicti ab illis, & totum id, quo cognito, cognoſcitur actus liber. Schottus *lib.1.philoſ.curioſa c.5.§.1.* de quibus arcanis cordium, & ab ipſis in futurum pendentibus, nihil cognoſci, & prædici à creatura valet; Eſt enim id ſolius divinitatis. Regum 3. *c.8.v.*39.ibi: *ſicut videris cor ejus, quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum.* Iſaias *c.44. v.6. & c.41. v.* 2. ibi: *annunciate, quę ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dii eſtis vos.*

282 Quæ nec in ſe, nec in cauſa valent cognoſci.

Et ratio evidenter id ſuadet, quia emanantia à libera voluntate, nec in ſe, nec in cauſa præcognoſci valent; non in cauſa, quia in cauſa indifferenti æquè ad oppoſitum, & ad nihil operandum, ut eſt cauſa libera, nequit magis hoc, quàm oppoſitum, vel nihil prædici; nec in ſe, nam non exiſtentia nullam emittunt ſpeciem motivam intellectus ad cognoſcendum; & intellectus potentia indifferens ad cognoſcendum, & non cognoſcendum determinari debet ab aliquo, ut potiùs cognoſcat hoc, vel non.

Idque ex eo etiam evincitur, quia ſecretum cordis non eſt objectum creati intellectus, niſi applicetur à voluntatis actu propalantis ſecretum; nec mirum, nam etiam objecta unius potentiæ non movent, niſi applicentur ab alia facultate, ſic ſapor niſi applicetur à potentia motiva, non movet guſtum, & potentia motiva non movetur, niſi applicetur à voluntate. Deremnis *de Angelis diſp.2.c.5.n.*3.

Objices cum Scotiſtis ſecreta cordis ſunt ens

naturale, non excedens vim potentiæ naturalis intellectivæ; ergo naturaliter cognoſci valet ab intellectu Angelico.

Reſpondetur primo, hoc argumento probari, ſecreta cordis etiam poſſe cognoſci ab intellectu hominis, nam ens naturale eſt intra limites potentiæ naturalis cognoſcitivæ.

Reſpondetur ſecundo conc. antecedens, & diſtinguo conſequens.
583 Secretum cordis an ſit ens naturale.
Terminativè conc. motivè, nego conſequens; enim verò ſecreta ſunt objectum terminativum, ſed non motivum potentiæ Intellectivæ. Terminativum, quia poſſunt terminare cognitionem, non motivum quia carent ſpeciebus, quibus movere poſſunt
584 Et qualiter.
intellectum; nam ſine voluntate operantis non movent, cùm non emittant ſpecies motivæ.

Reſpondetur tertio, quod ſicuti potentia naturalis nequit producere omne naturale producibile, ità potentia naturalis cognoſcitiva nequit cognoſcere omne naturale cognoſcibile.

Reſpondetur quarto, ſecreta cordis eſſe ens cognoſcibile à potentia cognoſcitiva remotè: At non eſſe cognoſcibile in actu primo proximo ſine voluntate domini ſecreti cordis. Objectum enim remotum, niſi evadat proximum
585 Objectum remotū debet proximè applicari ut operetur.
per applicationem objecti ad potentiam, non mover potentiam ad operandum, ut calor apud Antipodes in ſe viſibilis, ſed à me nequit videri defectu medii, ità ſecretum cordis naturaliter cognoſcibile à me, nequit cognoſci defectu Domini ſecreti cordis, nolentis illa propalare: & in arcam alterius contecta, & clauſa non poſſunt à me videri, niſi à Domino detegantur, ità ſecretum cordis à Domino contegitur, nec poteſt ſine illius voluntate cognoſci. Deus enim voluit actum liberum, ità eſſe alicujus, ut exiſtens nequeat intelligi ſine Domini voluntate. Idque exigit ordo univerſi, ut aliqua ità ſint occulta, ut nequeant percipi ſine conſenſu libero operantis ad hoc ut ità œconomia univerſi meliùs conſervetur.

Secreta ergo cordis exiſtentia, primo ſunt ens naturale. Secundo ens liberum. Tertio innoteſcunt operanti. Quarto cùm ſint libera, debet eſſe in libertate operãtis, cui velit illa propalare.

586 Occulta quæ pendent à propria voluntate dæmon prædicit, ſed non infallibiliter
Occulta verò, quæ à propria voluntate pendent, poteſt Dæmon prædicere, ſed non infallibiliter, quia mendax, quia mutabilis, quia ab allo Dæmone impedire poterit, quia Deus fortè non permittat, vel Dei miniſtri, Eccleſia mediis, & oratione reſiſtent.

587 Et quæ pendent ab aliis cauſis.
Occultà verò quæ pendent ab aliis cauſis, poteſt predicere, hoc eſt ſcientia naturali penetranti omnes cauſas, ac circomſtantias; at non certò, quia aliqua ex illis cauſis poteſt deficere, poteſt nova ſuperaddi diſpoſitio, circumſtantia, vel cauſa, ut Deus fortè ſua providentia aliter decrevit, vel non concurrat.

Ex his reſolvitur.

Quæ malitia ſit occulta à Dæmone ſciſcitari?

§. V.

588 Scire res divinas à Dæmone eſt idololatria.
SI petantur ſecreta cordis, & ut primi generis occulta propalentur, eſt crimen Idolatriæ; nam tribuitur Dæmoni ſcientia propria Dei occultorum cordium; & ſic recognoſcitur in Dæmone divinitas, ſivè divina ſcientia. Certa namque prædictio futurorum immortale dumtaxat Dei opus eſt, ut loquitur D. Chryſoſt. *hom.* 18. *in Joan* & patet Iſaiæ *c.* 41. & 41.

Ex quo etiam Idolatriæ crimen continet ſecundi, & tertii generis certam ſcientiam futurorum à Dæmone petere; nam ut patet, illorum certitudo impediri poterit à Deo, & ab aliis creaturis: unde credens illa prædicta infallibilia, tenet impediri non poſſe, & Dæmonem divinam habere potentiam, cui reſiſti nequeat, aut non eſſe mendacem.

Sed ſi quis petat à Dæmone prædictionem rerum, ut Dæmon illa noſcit naturaliter facta, vel ex connexione cauſarum facienda, nec credat infallibilia, ſed tantùm probabilia.

Adhuc peccat, quia exiſtimat probabilitèr Dæmonem non eſſe mendacem; cùm certiſſimè mendax ſit, hominis damnum ſemper quærens. D. Auguſt. 4. *de Trinitate c.* 17. *&* *in Pſalm.* 54. 589 A dæmone alia ſcire peccatum eſt.

Secundo peccat, quia cum Dei, & ſui hoſte ſocietatem init, eique tanquam magiſtro ſupponitur, in quo veluti Divinæ Majeſtatis reus eſt.

Tertio delinquit, quia exponit ſe periculo deceptionis in materia graviſſima, Diabolus enim ſemper meditatur Chriſtianorum, hominumve damna, & ſi immiſceat vera, eſt ut melius decipiat inveterata arte fallendi. ad Epheſios 6. Unde meritò conqueritur Deus. 4. Regum 1. ibi: *numquid eſt Deus in Iſrael, ut eatis ad conſulendum Belſebub, Deum Accaron*, & Chriſtus Dominus Dæmoni vera dicenti, verè tu es Chriſtus Dominus filius Dei vivi, ſilentium indixit, ut ſuo nos exemplo edoceret à Dæmone, nec vera inquirenda.

De Pacto implicito.

§. VI.

Quid ſit, & unde cognoſcatur?

PActum implicitum cum Dæmone eſt velle ſcire futura, vel abſentia, nulla naturali 590 Quid ſit pactum implicitum cum dæmone.
via, aut divina revelatione cognoſcibilia; enim verò tunc à Dæmone edoceri petit ſaltem implicitè. Si ſcire velit, quæ per ſe à Deo, vel naturalitèr ſcire nequit, & quamvis ex diſparatis nonnulli prædicant, id eſt cooperante tacito invocato cacodæmone: unde meritò hujuſcemodi artes, etiam ſpeculativæ interdictæ, firmat Caram. 4. *Theol. moral.* 1563. & Deuter. 18. v. 16. Idque non quia Deus nobis ſcientia invideat, ſed ut proſcribat commercium cum cacodæmone, & peccandi periculum avertat.

Cognoſcitur autem ineſſe implicitam Dæmonis invocationem, tacitumque cum eodem initum pactum, quoties quis abſentia, vel futura prædicere, inſolitavè operari velit hoc modo. 591 Quomodo cognoſcitur ineſſe pactū implicitum.

Quid adhibetur ad huiuſmodi patranda mira?

VEl eſt ſignum naturale, vel ſignum ad placitum.

Si ſignum naturale, nulla ſuperſtitio, nullum cum Dæmone pactum; nam naturalia naturali inquiſitione cognoſci valent: naturale autem ſignum eſt unum alterius connexi, puta effectus cum cauſa, cauſa cum effectu, accidentis cum ſubſtantia, accidentis cum accidente, & unius cum altero effectu ejuſdem cauſæ, ex quibus ex uno, puta ex cauſa, licèt arguere effectum, vel ex effectu cauſam probabilitèr, ſic medici ex ſignis prognoſticis prædicunt mortem, aut ſalutem, longamvè valetudinem, ſic ex eclipſi, ex influxu ſyderum arguere effectus in hujuſmodi ſublunari, non ſapit ſuperſtitionem.

Si verò quis ex ſigno ad placitum prædicat?

SUbdiſtinguas: vel eſt ad placitum Dei inſtituentis, vel ad placitum Dæmonis, hominivè. 592 Quid de ſigno ad placitum.

Si ad placitum Dei, ut expoſitio Arcus, nulla

Digitized by Google

la eſt ſuperſtitio, prædicere non futurum diluvium diſſipans terram.

Si ad placitum hominis, nec eſt ſuperſtitio divinare illa, ad quæ ſignum inſtitutum eſt ab homine.

Si ad placitum Dæmonis, tunc certum eſt ſuperſtitionem eſſe, & tacitum cum Dæmone pactum, qui hujuſcemodi utitur ad prædictionem, vel aliquid ad efficiendum. Cacodæmon enim multa ſigna ex pacto tacito, vel expreſſo inſtituit, & ſunt omnia illa, quæ non ſunt naturalia, nec à Deo inſtituta ſunt. Imò potius à Deo reprobata. Deutor. 18. v. 10. D. Auguſt. *lib.* 2. *de doctrina Chriſtiana.* 23. & 24. concludens, omnia tantum valent, quantum præſumtione animorum, quaſi communi quadam lingua, cum Dæmonibus fæderata ſunt. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 3. *q.* 5. *p.* 3. *n.* 4. citans IX. Doctores.

Quæ contineant pactum implicitum in particulari?

293 Quæ non habent naturalem connexionem cum effectu, nec à Deo ſunt inſtituta, cōtinent pactū implicitum.

OMnia, quæ naturalitèr cum effectu illo non ſunt connexa, nec à Deo inſtituta, ut ſunt augurium, & ſortilegium. Augurium inducitur inſpectione certarum figurarum volatus, quò reducitur aſtrologia Judiciaria, quam adhibent Genetlieci, inſomnium, auſpicium omen, augurium, hùc reducitur.

Chiromantia, quæ eſt divinatio eventus futuri inſpectione linearum manus.

Motoſcopia divinans per lineas frontis,

Spatulamantia, ſeù Ethomantia divinans per lineas dorſi, Phiſicomognia divinans per figuram totius corporis, reducuntur ſortes, quæ nullam habent cum eventu naturali connexionem, dicunturque ſortes vanæ. D. Tho. *qu.* 91. *art.* 3. & 8.

In quibus omnibus ſi quis ſeriò utatur ſignis ad cognoſcendam rem occultam, illicò contrahit tacitum pactum cum Dæmone, nam ex natura ſua nullam cum effectu connexionem habent, nec à Deo inſtituta ſunt ad illud ſignificandum. Si verò quis hujuſmodi artes vanas, & ut vanas habeat, nec illis credat; tunc ceſſat omnis ſuperſtitio, & pactum cum Dęmone, cui non credit, nec illis utitur. Sanch. 2. *Decal. c.* 38. *n.* 20. dicens eſſe veniale, ſi caſu divinet, citans VI. Doctores, ſi cognoſcat mediorum vanitatem, & velit illis ſeriò uti; At ſi putet ex errore media natura ſua efficacia, & ad cautelam proteſtetur, nullum eſt tacitum cum Dęmone pactum, nec expreſſum, nec tacitum voluntate volente non à Dęmone, ſed à virtute naturali, quam putat rebus ineſſe, errore detentus.

294 Varia ſcripturarum exempla adducuntur, quibus probari videtur auguria licita.

Dices in ſcriptura ſacra habentur multa hujuſmodi, quæ continentur. Primo Geneſis 24. ubi Abraham dixit, *igitur puella, cui ego dixero: inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa reſponderit, bibe Domine, quin & camelis tuis potum tribuam, ipſa eſt quam præparaſtè ſervo tuo Iſaach.* ubi veluti ominatus fuit: idem eſt primo Regum 14. de Jonatha pergente cum Armigero contra Philiſtæos. Idem eſt. 1. Regum 6. de Sacerdotibus Philiſtinorum remittentibus arcam Domini, & Geneſis 44. ubi Joſeph dicitur ſcientia augurandi doctus, & Job 37. ibi: *in manu omnium hominum ſignat, ut ſinguli noverint opera ſua*; ergò augurium eſt licitum, & licita etiam erit Chiromantia.

Quæ explicantur.

Reſpondetur ad primum de ſervo Abrahæ, verba illa prolata ex ſpeciali inſtinctu divino, à quo dirigebatur illa res. D. Tho. *qu.* 95. *art.* 5. *ad* 3. D. Auguſt. in *Geneſi quæſt.* 63. Miſerat namque orationem ad Deum. Geneſis 24. D. Chryſoſtom. *in Geneſi hom.* 48.

Ad ſecundum exemplum de Jonatha cum Armigero reſpondetur fuiſſe actum Divinæ inſpirationis, & ibi non fuiſſe augurium contra Deum. Patet ex illis verbis. *Aſcendamus, quia tradidit nos Dominus in manibus noſtris.* Abulenſis *ibidem q.* 4.

Ad quartum de Sacerdotibus Philiſtęis, dicas illud factum Deo dirigente vaccas in honorem Arcæ, & ſic ſpeciali divina diſpoſitione actum, etiamſi firmare velis, Sacerdotes illi auguratores peccaſſe, Deus namque permiſſa eorum malitia, mirabilia ad ipſorum confuſionem, & aliorum terrorem edidit.

Ad quintum de Joſeph in Ægypto Geneſis 40. & 41. dicas Joſephum amphibologicè loquutum, quaſi timendus ſit; idque quia talis erat apud Vulgum Ægyptianum Joſephi opinio.

Ad ſextum Jobi 37. de Chiromantia, duplex eſt Chiromantia, una eſt naturalis pars phiſiognomica, altera Aſtronomica, & vana. Prior non reprobatur continens ſe intra limites naturales ex ſignis manus complexionem naturalem, ac temperamentum, & temperamenti effectus dignoſcens. Si verò ultrà naturales iſtos effectus ſe extendat conquiſitio vanitatis, ſuperſtitionis nota conſpurcatur. Del Rio 4. *magicarum q.* 5. *c.* 5.

Imò ſi liceat fateri, quæ ſentio, nec naturalis tēperies ex lineis cognoſci valet, unde enim valent dicere lineam vitalem cordi reſpondere, ut ſic humana vita trutinetur, unde lineam mediam eſſe naturalem cerebro reſpondentem. Unde lineam tabularem, baſemque trianguli reſpondere hepati, ac ſtomaco, nihil enim certi, imò nihil probabile; cùm ſine ſufficienti motivo arguatur: quidquid concinat Partonopeus Ovidius. 295 Chiromantia, etiam videtur vana.

Quin' altri poi conſiderar ben pote
D'ogni compleſſione, e d'ogni igegno.
Le tempre interne, e le nature ignote.
Infortunie, e fortune à più di un ſegno.
Nè creda alcun' che coſì fatte nota
Sian poſte à caſo in animal sì degno.
Perche natura, e'l gran Motor ſoprano
Nulla già mai nel mondo oprorno invano.
L'iſteſſo Cielo l'influſſi ſuoi cattivi
Scriſſe all'huom' sù la man, perche gli ſchivi.

Enim verò illa ſigna inducta ſunt caſu multoties ex manus flexione, ex exercitio, quid ergò ex caſu colliges? Accedit hujus vanitatis profeſſores, nec inter ſe conſentientes principiis deſtitutos illuſos illudere.

Sed quid dicendum de divinatione per Aſtra.

296 De divinatione per aſtra.

EX aſtris naturalem, quam Aſtronomiam, & vanam Judiciariam, quam Aſtrologiam dicunt, varia prædicuntur, & Nos nè incertum teramus iter. Primo Aſtronomia lucem profert, ut ſecundo de Judiciaria proferamus judicium.

Ex Aſtronomia naturali tria prædici jactant.

Primum, quod in iſtis aſtris verificatur, ut eſt numerus, magnitudo, velocitas, tarditas, ſtatio, retrogradatio, aſpectus, ex quibus prædicuntur conjunctiones, revolutiones annorum, & quando eclypſantur, etiam poſt multos annos, & hujuſmodi prædici poſſunt dubiè, vel certè, prout quis magis, vel minus eſt in illa

arte

arte exercitatus. Certè verò nihil prædici valet, niſi ab illo, qui peritiſſimè omnia, & ſingula perſcrutatus, nihil habet occultum.

597 An aſtra prædicant affectus naturales.

Secundo, poſſunt prædici effectus naturales tranſeuntes, vel immanenter productos in ſublunaribus, & hoc modo prædici ſerenitates, tempeſtates, hominumvè complexiones ex influxu ſtellarum, ſiccitatem, frigiditatem producentes, vaporeſvè, exalationeſvè excitatas, quæ in turbines conglomerantur, vel in aura leni: ſed hujuſmodi prædictio adhuc incerta eſt, quia effectus unius poteſt impediri ex concurſu alterius aſtri, & ex defectu materiæ, vel diſpoſitionis; quantumcumque namque ſol habeat vim producendi aurum ſuo influxu, tamen non producit in locis, ubi materia diſpoſita deficit; ſic licèt aſtra vim habeant producendi, productio talis effectus erit vacua, deficiente materia diſpoſita, atque adeò ex temeritate deferetur, & certa effectus exiſtentia, probabiliter tamen conjecturari poterit, perpenſis omnibus, & ſingulis requiſitis ad effectus exiſtentiam.

Prædici etiam poteſt ex aſpectu, & influxu aſtrorum ut complexio humida, ſicca, frigida, quia ſydera producunt hujuſmodi temperiem, nec talis prædictio reprobatur à motu Siſti V. Suarius *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 12. Abb. *in c.* 2. *n.* 7. *de ſortilegiis* Cajet. 2. 2. *q.* 95. *art.* 5. Sanch. 2. *decal. c.* 38. *n.* 28. Sed cùm non ſint ſola, fallax erit prædictio, & manca, claudicare poterit ex oppoſitione alterius cauſæ, ex defectu alterius concauſæ, aut materiæ diſpoſitæ: experimento namque videmus ex materiæ majori vel minori diſpoſitione, licèt ſub eodem inſtanti temporis, ſub eodem planeta, quis frumentum in terra projiciat, tamen in uno loco copioſè erumpit fructus, in alio ſterilitate tellus ſqualet, vel contrariis opprimitur: ſic licèt ex ſyderibus ſubeatur influxus pro conſtitutione unius, vel alterius temperiei, tamen poteſt nil produci ex defectu concauſæ diſpoſitionis. Sydera namque ut optimè evincit Caſſeodus. *l.* 6. *de phyſica c.* 4. ſunt cauſæ univerſales nihil cauſantes, niſi determinentur à concauſis particularibus, quibus ignotis, utpotè contingentibus, nihil prænoſci valet, & ſic non à ſydere, ſed à cauſa particulari, puta à ponentibus alimentis aſſuetudine, complexio robuſta fortis arguenda; idque fortius, quia non nativitas, ſed conceptio attendenda, in qua corpus efformare incipit, ex complexionis promeſſionis primordia ponit.

Fallaciter ergo deinde ex complexione inclinationes colligunt, puta ex humida, & calida ad ſerias, ex calida ad rixas, ex malincolica ad ſtudia, ad machinamenta.

598 Prædicere actus liberos futuros vanum eſt.

Tertio prædicere jactant actus liberos futuros, & hæc prædictio eſt omninò vana, & etiam hæretica, graviſſimumque peccatum. D. Thom. *q.* 95. *art.* 5. D. Antonin. 2. *p. tit.* 12. *c.* 1. §. 6. Abb. *in c.* 2. *de ſortilegiis* in Divo Auguſtino relato in *c. illud* 6. ibi: *quamvis unam ſtellarum poſitionem cum quiſque naſcitur conſectetur, & aliquando etiam perveſtiget, tamen quod inde conantur, vel actiones noſtras, vel actionum eventum prædicere, nimis errant.* 26. *q.* 5. *c. illos* 8. *c. ſed illud q.* 26. *q.* 2. Sanch. 2. *Decal. c.* 38. *n.* 30.

Pater primo Iſaiæ 47. ibi: *ſtent, & ſalvent te augures Cœli, qui contemplantur ſydera, ut ex eis annunciarent ventura tibi.* Jeremiæ 10. ibi: *juxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis Cœli nolite metuere, quæ timent gentes. c. non liceat q.* 5. *l.* 2. 5. & 7. *C. de maleficis, & mathem. l. mathematicos. C. de Epiſcopali audientia.* D. Auguſt. *lib.* 5. *de Civitate.*

599 Rationibus etiam probatur.

Ratione ſuadetur, nam divinatio liberorum actuum, vel ex aſtris tanquam ex cauſa neceſſaria, vel tanquam ex cauſa libera influente, vel tanquam ex ſigno ad placitum imponentis, non primum quia tolleretur libertas, cùm cauſa neceſſaria ſyderum neceſſarium effectum producat, non tanquam ex cauſa libera, quia aſtra non ſunt cauſa libera, cùm careant voluntate.

Id ipſum confirmatur, quia influxus aſtrorum materialis, & cauſa materialis nequit attingere, nec producere ſuperioris ordinis actus ſpirituales intellectus, & voluntatis.

Nec producuntur ex aſtris tanquam à ſignis ad placitum Dei, ubique hujuſmodi reprobantis. Jeremiæ 10. ibi *à ſignis Cœli nolite metuere.*

Remanet ergò ut prædicantur tanquam ex ſigno à Dæmone impoſito. D. Cyrillus Jeroſolymitanus *cathecheſi* 6. §. *de ſtatu hominum.* Lactantius Firmianus *lib.* 2. *c.* 17. S. Baſilius *hexameron. hom.* 6. D. Ambroſ. *lib.* 4. *hexameron.*

300 Explicatur locus Geneſis.

Et quando Geneſis primo dicitur, *ut ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos*, intelligendum cum D. Auguſtino in *Geneſi c.* 16. D. Cyrillo *loc. cit.* S. Baſilio *hexameron. num.* 6. eſſe ſigna temporum diei, anni, ac tempeſtatum hyemis, æſtatis, navigationiſque dirigendæ, ut patet in ſydere poli.

Et Iſaiæ.

Sic metheorica eſt loquutio Iſaiæ 34. ibi: *complicabuntur Cœli, ut liber*, ſicut namque liber complicatur, quando uſui non debet eſſe, ſic cœlum poſt judicium dicitur complicatum, quia ejus influxus ad ſerenitatem, ad pluviam, ad varias temporum valetudines non amplius ſerviant, ſicuti tempore Antichriſti complicatus liber dicitur Apocalypſis 6. ibi: *Cœlum receſſit, ſicut liber involutus.*

Hinc multò minus prædici valent actus divinæ voluntatis omnem ſuperantes creaturam.

Secundo nequeunt prædici contingentes, caſuales effectus ex diverſo concurſu ſyderum per accidens concurrentium; nam nec probabiliter prædici poteſt, & altiori divina providentia remorari valent, itant ſit damnata hujuſmodi judiciaria ars, etiam proteſtatione præmiſſa à Siſto V. in motu proprio.

Hinc tertio, nec præſentia occulta, & maximè, quæ ab humana voluntate liberè pendent ex aſtris prædici valent, ut futurum. *c.* 1. *c. tuarum. de ſortilegiis.*

Divinatio per ſortes.

§. VII.

301 Divinatio per ſortes illicita, & ſuperſtitioſa.

Divinatio per ſortes, non diviſorias, quibus lis terminatur, non licet. *l. ſi duobus. C. communia de legatis*; excepta electione. *c. Eccleſia. de ſortilegiis.*

Non conſultorias, quibus Deus conſulitur deficientibus omnibus naturalibus mediis oratione præmiſſa. Origenes *hom.* 23. *in Joſue.* ibi: *præcedente namque oratione non omnia caſu providentia ſors Divinum judicium deferebat.* D. Auguſt. *Pſal.* 30. *concione* 2.

Sed divinatoria ſuperſtitioſa eſt, nam Dæmon tacitè conſulitur. *c. non liceat* 3. *c. ſi quis Epiſcopus* 5. *c. pervenit* 8. *c. Epiſcopi* 12. 26. *qu.* 5. *c. fin. de ſortilegiis.* A ſortibus enim ſor-

Digitized by Google

ſortilegi dicti. *c.ſortilegi.26.q.1.*

Sors fieri nequit inter dignom, & indignom, nam faceret injuiſtitiam. Reginal *lib. 17. n. 74.* nec in electione ad beneficia, ad res Eccleſiaſticas, ad officia. *c. Eccleſia veſtra. de ſortilegiis.* Azorius *lib.9.c.12.*

An pluribus reis liceat per ſortem eligere occidendum, ut omnes pereant?

302 Licet reis ſortes mittere, ne omnes pereant.

AFfirma, & nolens eſſet irrationabiliter invitus, nam ſortem, & mortem certam incertam reddere eſt irrationabile. Layman *lib.4.tr.4. ſ.3. n.81.* poſt Suarium. Sanchez 2. *decal.c.38.n.62.*

Divinatio per ſomnium tanquam per ſignum.

§. VIII.

303 Divinatio per ſomniū eſt ſuperſtitioſa.

ESt ſuperſtitioſa, nam nulla connexio poteſt excogitari inter ſomnium, & res prædictas. *c.Epiſcopus.26. q.5.* Deuter.18.2.Paralipom. 33. Levitici 19. ibi: *non augurabimini, neque obſervabitis ſomnia.* Eccleſiaſtici 34.ibi: *multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in eis.* Eccleſiaſtici 1. ibi: *multa ſunt ſomnia plurima vanitatis* Jeremiæ 29.ibi: *ne attendatis ad ſomnia veſtra.* Tertullianus *lib. 1. de anima c. 46. & 47.* Auguſt. *lib.12. Geneſis ad litteram & 8. de Civitate.c.16.* Lactantius *lib. de opificio Dei c.18.* D.Thom.2.2.*q.172 art.6.*

304 Cognoſcere cauſam ſomnii non eſt ſuperſtitio.

Si verò ex ſomnio quis velit cognoſcere cauſam ſomnii, non eſt ſuperſtitio: puta ſi Medicus cognoſcere velit humorum redundantiam, vel temperiem. Læta namque ſomnia abundantiam ſanguinis, triſtis, horrida atrabilem, ſcilicet malinconiam, onerosa, naufragia, pituitam ſcilicet flemmam, & ignea, velocia, bellicoſa, flavabilem referunt, & multoties indicant ſpecies temporis. Hyppocrates *lib.6. epimediarum.* Galeous *lib. de præſagio in ſomniis*, & *lib. 2. de locis male affectis.c.4.* D.Antoninus *2.par.tit.12. c.1.* licèt fallax inquiſitio. D. Gregorius *lib. 4. dialogi.c.48. & lib.8.moralium c.13.*

305 Somnio à Deo immiſſo poteſt credi.

Divino autem ſomnio, ſcilicet à Deo immiſſo, credi poſſe ſuadent illa de Daniele, de Jacobo vidente ſcalam. Geneſis 28. de Magis. Matth.1.& 2. & Job.32.ibi: *per ſomnium in viſione nocturna.*

306 Somnium differt ab extaſi.

Et differt ſomnium ab extaſi, nam per extaſim Deus illabitur abſtractas à ſenſibus potentias intellectus, & voluntatis, in quas potentias tantùm operari valet Deus, at ſomnium divinum immittitur in ipſis potentiis etiam inferioribus imaginativæ, fantaliæ, æſtimativæ, unde difficile eſt judicare, an ſomnium ſit à Deo, an à cacodęmone, etiamſi ad utilia, & vera tendat, nam Dæmon, ut ſecuriùs fallat veris, ac utilibus ſe includit. D.Thom. 2. 2. *qu.172. art.6.* D. Auguſt. *lib. 2. de doctrina Chriſtiana. c. 19.* ex Deuteronomii 13. ibi: *& ſi dixerit vobis, & ità evenerit, non credatis ei*, idedque pedetentim de iſtis indicandum, & ad nihil inde deveniendum, niſi circumſpectè, docti, & pii viri directione.

De Divinatione per ſomnum, quæ dicitur Onirocritica, ſeù Oniromantia, ſeù Enypriomantia.

§. IX.

307 Somnus quid.

SOmnus eſt feriatio omnium externorum ſenſuom ab operatione, ceſſatio ob animantis quietem, & reſtaurationem, ut vigilia eſt, ſi omnes ſenſus ſoluti ſint, qui exercere valeant; unde cœcus, ſurdus etiam dicitur vigilare, exercens quos valet exteriorum ſenſuum functiones, ly *omnium ſenſuum*, indicat non eſſe ſomnum, ſi ſenſus aliquis ſuas externas exerceat functiones perfectas, nam imperfectè poſſo à dormiente exerceri: unde meritò morti æquiparator. Matth.9.ibi: *non eſt mortua puella, ſed dormit*, & Joannes 11. *Lazarus frater noſter dormit*, fit autem ſomnum ex inſtituto naturæ, vel ad reparandas vires (reſtaurantur autem ſomno omnes ſenſitivę facultates, nam omnia deficiunt, ſi ſomnus deſit) vigilia labefactatas, vel ad ſalutem manutenendam, in qoo differt à ſomno morbi, & ab aliis defectibus ſenſuum, ut apoplexia. Cicero *lib.2. de Divinatione*. Virgilius 2.*Æneidot*.

Tempus erat, quo prima dies mortalibus ægris
Incipit, & dono divum gratiſſima ſerpis.

Emanat naturaliter conſtipato meatu ſenſus, per quem ſpiritus animales tranſmeantur neceſſariò ad ſenſuum functionem, quibus impeditis ſenſus feriantur.

Somnium.

308 Quid ſomnium.

FIt phantaſmatum ſpeciebus excitantibus fantaliam, & imaginationem ad operandum inſomniom præſentis, ſomnium rei futuræ eſſe ut ad Teſſalonicenſes 4. *nolo vos ignorare de dormientibus*. Auguſt. *in Pſalm. 3.* ſomnum pro morte poſitum. Job.7. *ecce ego nunc in pulvere dormio.* Artemidorus *lib.1. onocriticorum. c.1.* D.Thom.2.2.*qu.95.§.6.* Bonac.*tom.2.diſp.3. num.6.*

309 Somnium triplex eſt.

Somnium triplex: Divinom, Dæmoniacum, & Naturale.

Divinum à Deo ſaltem per ſuos Angelos bonos. Geneſis *c.15.c.28.37.& 40.* Daniel.2.& 4. Eſther *c.11.* Matth.1.& 2. Actuum 16. Eccleſiaſtici *c.34* ibi: *niſi ab Altiſſimo fueris emiſſa viſitatio, ne dederis in illis* (ideſt ſomniis) *cor tuum.* Job. 33. ibi: *per ſomnium, in viſione nocturna*, contra Epicurum.

Dæmoniacum à cacodæmone. Levitici 19. Deuter. *c.18.* ubi obſervatio ſomniorum à Deo vetatur ut à Dæmone immiſſorum. D. Gregorius *lib. 4. Dialogi c.48.* Talia ſunt omnia impura bonis viris immixta. Caſſianus *collect.22 c.6.* Caram. 1.*apparatus.diſp.4.§.112.* D.Gregorius 8.*moral.*

Naturale ex cauſis naturalibus. Hyppocrates *lib. de inſomniis, & lib.6.epimediorum.*

Cauſa ſomni.

310 Cauſa ſomni inquiritur.

DE cauſa ſomni, ut in ceteris incoſtans Philoſophia nihil veri proderit, ſolùm diverſitate opinionum obnubilavit veritatis ſolem, probabiliora indigitemus.

Ariſtoteles *de ſomno, & vigilia c.3.* ait ſomnum fieri elevatis è ventriculo vaporibus verſus cerebrum, quibus refrigeratur, & meatus occluduntur, ceſſant functiones ſenſoum, qua obturatione ceſſante, facta coctione evigilamus, putat enim primum ſenſuum eſſe cor. *lib. de anima. c.43.* & cor conſopiri tempore coctionis, quia ex coctione vapores primò cor petunt, & in corde ex illo ad caput elevantur vapores, quibus capitis meatus gravatur. Probabilius Caſſendus *lib.6. Phyſicorum c. 4.* ait ſomnum cauſari inclinatis inedia, vigilia capitibus nervorum, per qoæ qoaſi per oſtiola ſpiritus deberent commeare ad peragendas functiones tempore vigiliæ, & illis inclinatis veluti obſeratis impediri tunc caput: unde ceſſant ſenſationes; fit aotem illa inclinatio perſona debilitata, diotorno labore diſſipatis, imaginatis, evaneſcentibus ſpiritibus, quibus defi-

cien-

cientibos languet vis, & collabuntur capita, & acriola nervorum, & ſic abeuntibus ſpiritibus pigeſcit.

Secundo, ſi tanta ſit copia vaporum, ut premant, & capita inclinando occludant, ut donec evaneſcant, nequeant nervi illi ſe erigere depreſſi, & etiam depaupeiati, copia ſpirituum tunc recorrentium concottumen in ventriculo.

311 Quæ ſomnũ concilient. Hinc patet cur diuturna vigilia ſpiritus evirent caput, & incaleſcant, quia ſpiritus neceſsarii ad exhalationem ſunt caldiſſimi, & magis accenduntur fluxu, & recombeatu, & ſi exiſtant, & cerebro partibus calorem communicant.

Hinc ſomnus continuatur qoouſque initia nervorum non erecta via non faciant ſpirituum commeationem, viam, aut ſibi aperiunt multiplicati commeando vaporum reiiſtentiam, & vires addendo organi nervur, ut erectus conſiſtat.

312 Qui diuturnius dormiunt. Hinc ſoporifera, ſomnifera omnia frigida, & humida, nam eorum vapoie preſſi prolabuntui initia nervi; ſomnum fit impediendo confluxum cerebium, & deſinit adveniente genitorum ſpiiitoum copia, frigidum, & humidum hnmoiem vincentium.

Hinc pueri diuturnios dormiunt, quia humidiores, & breviùs ſiccam, ac calidam habens temperiem, & febris ſomnum tollit, quia humiditatem exſiccat.

Hinc ſonus ſomnum conciliat, quia exſiccat ſpiritus ad aures, & nervos, qui deſtitotis ſpiritibus corruunt, unde ſomnus.

Hinc facilius in tenebris, quàm plena luce expergiicimur, quia inſoetè lux oculum offendit, & ſic vis oculum occludit, nervus etiam declinatur, & ſomnus cauſatur.

Divina.

313 Cujus eſt ſomnia divina interpretari. INterpretrari illins eſt, cui Deus demandet. Daniel *c. 2. v. 30.* ibi: *myſterium quod Rex interrogat, ſapientes magi, Arioli, & Aruſpices nequeunt indicare Regi*. 1. ad Corinth. 2. ibi: *quæ Dei ſunt nemo cognovit, niſi ſpiritus Dei*. Et Deus, qui in ſomnis revelat viam faciet veritati propalandam. Judicum 7. de Daniele. Geneſis 28. ubi de ſcala viſa à Jacob. Matth. 2. & 10. de Magis Job. 32. ibi: *per ſomnium*. Contra Epicurum, qui ut loquitur Tertullianus *lib. de anima. c. 46.* vana in totum ſomnia judicavit, liberans à negotiis divinitatem: licet in prudenti, pio, & docto viro probabiliùs dictamen eruere à Deo: de quibus indiciis Del Rio 4. *magicarum. c. 1. quæſt. 3.* & à Deo præſumitur bonum promovens ad bona, non mala faciens.

Dæmoniaca.

314 Somnia dæmoniaca fugienda. SPernenda, fugienda, non interpretanda. Eccleſ. 34 ibi: *niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne des illis* (ideſt ſomniis) *cor tuum*; ſed ſi quando ſomnia interdiu accidant, ideſt vel caſu, vel ope Dæmonis ſemper incumbentis ad decipiendum hominem; & tunc credens illa immiſſa à Dæmone prævidente futura in ſuis cauſis, & nullam aliam fidem adhibens, ſed ab illis abhorrens, non peccat; eo ipſo enim ac potat à Dæmone immiſſa, cognoſcit, & non adhæret ei tanquam mendaci.

Tacitum tamen pactum cum Dæmone ineunt, qui ad prænoſcendum aliquid per ſomnium certo ſitu dormiunt; nam nec à natura, nec à Deo illud cognoſcunt non poſse contingere. Sanch. 2. *Decal. c. 28. num. 53.* Leſſius 2. *de juſtitia. c. 43. dub. 8. num. 54.* & Bonac. rectè cum Cajet. Navarr. Suario, & Filliuccio, excuſans à lethali timore ſomnii habiti aliquid omittentem, vel facientem, ſicuti nec delinquit muniens ſe contra aliquid contingibile, licèt certè non contingat. Layman *lib. 4. tract. 10. c. 3. num. 4.* Reginal. *lib. 17. num. 173.* clariùs negat, *lib. 4. c. 7. num. 5.* 315 Peccant qui aliquo ſitu dormiunt, ut per ſomnium aliquid prænoſcant.

Naturalia.

DUas indicant cauſas naturaliter. Prima, complexionem, & humorum varietatem. ſecunda, quæ in die attentè quis cogitat. 316 Somnia naturalia, aut ex humorum temperie.

Ob primam cauſam humorum temperies redundans ex ſomnis dignoſci valet, læta ſanguinis abundantiam: Triſtia, cruenta, horrida, atrabilem: oneroſa, naufragia, pituitam, vel phlemmam ignea, velocia, bellicoſa, flavabilem præſerunt, & ob id obſervanda eſſe ſomnia voluit Hyppocrates *lib. de inſomniis*. Engelgrave *par. 2. lucis.* Caſſendus *lib. 1. Phyſices c. 6. § ex his intenſior.* Sanch. 2. *Decal. c. 28. n. 49.* dicens cum ſex Doctoribus, verum obſervare ſomnia ad dignoſcendos humores, & vitiatos, & redundantes. Cirvelo *de ſuperſtitione 2. par. c. 6.*

Ex ſecunda, an ſciens ſomnia cauſari ex rebus præteriti temporis, maximè ex diurnis curis. Ariſt. *de inſomniis c. 2. & 3.* ajens probari inſomnia tentationes in vigilia uias, quibus per vigiliam ſtudioſiùs incumbuerimus, ut rectè cecinit Lucretius *lib. 4.* 317 Aut ex diurnis curis eveniunt.

Et cui quiſque ferè ſtudio devinctus adhæret,
Aut quibus in rebus multū ſumus antè morati,
Atq; in qua ratione fuit contenta magis mens;
In ſomnis eadem plerunque videmur obire.
Cauſidici cauſas agere, & componere leges.
Imperatores pugnare, ac prælia obire.
Nautæ contractum cum ventis cernere bellum:
Nos agere hoc autem, & naturam quærere rerū
Semper, & inventam patriis exponere chartis.

nt ex Epicuro, & Democrite redit Lucretius dicens:

Nec ratione alia, cùm ſomnus membra profudit,
Mens animi vigilat, niſi quòd ſimulacra laceſſūt,
Hæc eadem noſtros animos, quæ, cùm vigilamus,
Uſq; adeò, certè ut videamur cernere eum, quem
Reddita vita jam mors, & terra potita eſt.

Si imagines rerum undique circumfloentes interdiù etiam noctu incurrentes inſopitum penetrant, & dormientem etiam pervellont, & faciunt imaginationes rerum, quarum à quibus promanarunt.

Patet Eccleſ. 5. *multas curas ſequuntur ſomnia. c. non eſt peccatum, quod nolentes imaginibus nocturnis illudimur, ſed non eſt peccatum, ſi antequam illudamur cogitationes affectibus prævenimur, luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpè dormientibus in animo apparent, ſed innoxia, ſi non concupiſcendo occurrunt. 3. diſt. 6.* D. Antoninus 2. *par. tit. 12. c. 1.* rectèque Claudianus præfatione *ad 4. Honorii* conſonat.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno
Tempore nocturno redit amica quiet.
Venator defeſſa toro, dum membra reponit
Mens tamen ad Sylvas, & ſua luſtra redit.

Caſ-

318 Sententia Caſſendi circa ſomnia.

Caſſendus *lib.8. Phyſicorum.c.6.* ait inſomnia naſci non à ſpeciebus relictis, ſed à ſpiritibus commotis inter vigilandum, nervos ſenſorios diſcurrentibus, etiam dum ſopore detinemur; & phantaſiam movent, ut vigilantibus: ità dormientibus, & ſub titulo continuo imaginari, ut continuò ſpiritus confluunt; licèt non omnes dent ſomnia expergafacti, ut accidit in pueris. Ariſt. *lib.7. hiſtoria.c.10.* & in illis populis, qui ſine ſomniis dicuntur vivere. Plinius *lib.5.c.8.& 10.*

Hinc dignoſcitur.

Quam liceat ex ſomniis eruere notitiam?

319 Ex ſomniis, licet eruere notitiã cauſarum.

SOlùm cauſarum, quia ſomnia alicujus cauſa ſunt effectus, licèt ergo ex effectu deprehendere cauſam, & ſic indagare, an à Deo, an à Dæmone, an à natura emanent; Idque conſultiſſimè, ut deprehenſa cauſa, evitetur illuſio, & caveatur ſaluti animæ, & corporis. Pereira *de magia lib.2.qu.7.* Sanch.a. *Decal.c.38.n.50*

An liceat ex ſomniis diabolicis, & naturalibus tanquam à ſignis aliquid divinare?

320 Ex ſomniis diabolicis, & naturalibus nõ licet tanquã à ſignis divinare.

NEga; nam tale ſignum, ſi à Dæmone, ſuperſtitioſum; ſi à natura, hæc non demonſtrat, niſi ſuas cauſas effectui connexas, & nullam connexionem habet ſomnium cum re divinanda: nec à Deo, toties ipſa à ſe probante. Unde vana, & ſuperſtitioſa obſervatio. D.Tho.2.2. *q.95.art.6.* Sanch. *loc.cit.n.53.* *c. Epiſcopi* 26.*q.5.* *c. non obſervetis* 26. *q.7.* Levitici 19. *non augurabimini, neque obſervabitis ſomnia.* Eccleſiaſtici 34. ibi: *multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in eis.* Eccleſ. *c.5.* ubi, *multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & innumeri ſermones.* Jeremiæ 29. ibi: *ne attendatis ad ſomnia veſtra.* Deuter. 18. a. Paralipom.33. & ad evidentiam evincit Cicero *lib.2. de divinatione; quid eſt igitur cur his hominibus conſulens Deus, ſomniis moveat eos, qui illa non modo cura, ſed ne memoria quidem digna ducant, nec enim ignorare Deus poteſt, qua mente quiſque ſit? nec fruſtra, & ſine cauſa quid facere dignum eſt Deo, quod abhorret etiam ab hominis conſtantia. Ita ſi pleraque ſomnia, aut ignorantur, aut negliguntur, aut neſcit hoc Deus, aut fruſtra ſomniorum ſignificatione utitur: ſed horum neutrum in Deum cadit, nihil igitur à Deo ſomniis ſignificari fatendum eſt*, & infra; *qualis autem iſta mens eſt Deorum, ſi neque ea nobis ſignificant in ſomnis, quæ ipſi per nos intelligamus, nec ea, quorum interpretes habere poſſimus.* Et firmaverat alia ratione Ariſt. *lib. de divinatione per ſomnium c. 1. & 2.* quia ſi eſſent divina ſomnia non indiſcriminatim omnibus dimitteret Deus.

321 Ex ſomniis nil certi erui poteſt.

322 Non omnia ſomnia à Deo, & ſic incertæ prędictionis.

Inſuper omnia ſomnia nequeunt eſſe à Deo, quia ſaltem aliqua ſunt falſa, & vera, nec à Deo, quia caſu verificata, niſi Deus quando ſomnia immittit, clarè propalatur futurum, non præcognitum ex ſomniis: Inde patet, quia etiam animantibus communia, ut philoſophatur Lucretius. D. Auguſt. *lib.8. de Civitate. c.16.* Lactantius *lib. de opificio Dei. c.18.* D.Tho.2.2. *q.172.* *§.65.* Caſſendus *lib.3. Ethica. c.4. lib. 8. phyſicæ c.6. §. ex his. §. veruntamen.* contra Pitagoricos, Platonicos, Stoicos, & alios admittentes animam mundo, à qua ſopitis communicari per ſomnium conſilia, & rerum futurarum abſentium intelligentiam, quos optimè impugnat Cicero, *loc. cit.* & Caſſendus, nullam hanc mundi animam oſtendens.

Quod ſi quandoque ſomniata accidant, inde non concludas ſomnia aliquid præſagire contingens, ſed revoca in mentem ſomnia quorum nihil evenit, & ſemel mendaci dicas non oriri in reliquis veritas, ut Cicero 2. *de divinat.* probat, dum eloquentiſſimè, & verè ſcripſit: *quis eſt qui totum diem jaculans, non aliquando collimet? totas noctes dormimus, neque ulla ferè eſt, qua non ſomniamus: & miramur aliquando id, quod ſomniamus evadere, quid eſt tam incertum, quàm talorum jactus? tamen nemo eſt quin ſæpè jactans, venereum aliquod jaceat: non nunquam etiam iterum, & tertium; Num igitur ut inepti veneris id fieri impulſu malumus, quàm caſu dicere, quod ſi cæteris temporibus falſis viſis credendum non eſt, non video, quid præcipui ſomnus habeat, in quo valeant falſa pro veris*, & infra. *Cum mendaci homini, ne verum quidem dicenti credere ſolemus, quomodo iſti ſi ſomnium verum evaſit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quàm ex uno innumerabilia confirmant.* 323 Etſi aliquãdo ſomnia verificetur, nõ inde certa ſcientia erui valet.

De Chiromantia.

§. X.

EST phyſognomiæ pars, cujus profeſſores chiromantes dicuntur. 324 Chiromantia ex lineis manus divinare contẽdit.

Hæc manus volam à ſinu contemplatur aglutinatione manus cum brachio uſque ad digitos incluſivè, ſcilicet metacarpium conſiderant, lineas, montes pollicares, ſcilicet ſub pollice protuberantes. Secundo Indicalem ſub indice. Tertio, medium ſub medio. Quarto, anularem ſub anulari. Auricularem ſub auriculari, ſeù minimo digito, quibus digitis ſingulos planetas adſcribunt Chiromantes. Pollicarem Saturno: Indicem Jovi. Medium Marti. Anularem Soli. Auricularem Veneri. Percuſſionem Lunæ. Mercurio Triangulum.

Deinde quatuor principales lineas obſervant vitalem, naturalem, menſalem, hepatis. 325 Lineæ manus ſunt vitalis.

Vitalis incipit immediatè inter pollicem, & indicem. Dicitur *vitalis*, quia arteria ducta à corde, vitæ origine, terminatur ad lineam illam vitalem, & ideò in illa incaleſcimus, & pulſus magnus.

Naturalis, ſeù capitalis naſcitur ibidem, ſed per mediam manus ad percuſſionem tendit. Dicitur *capitalis*, quia à capitis cerebro vena ad ipſam terminat. 326 Naturalis, ſeu capitalis.

Menſalis, ſeù fortunæ appellant, incipit ſub auriculari à percuſſione manus, & tendit verſus indicem, ad quam terminatur vena communis. Menſalis.

Hepatis incipit à linea vitæ, ubi vergit ad reſtrictas, & aſcendit ad auricularem, & medium digitum, & facit triangulum cum linea vitæ, & naturali. Dicitur *Hepatis*, quia ab hepate determinatur vena ad illam lineam, cingulum veneris à medietate indicis, & medii ad medietatem auricularis, & anularis flectitur ſurſum, reſtricta eſt linea inter junctum manus cum brachio. Linea ſolis eſt linea menſalis ad digitum anularem. Hepatis.

Duplex una Phyſica, altera Aſtrologica.

ASTrologia divinat ex his lineis mores, accidentia, dignitates, mortes, matrimonio proles in fœmina. Caſſendus *lib. 3. ethicorum.c.4.§. quo ſenſu.* 327 Chiromãtia, aut Aſtrologica, & divinat mores, dignitates, &c.

Digitized by Google

328 Aut Phyſica, & divinat corporis temperiem. Phyſica tantùm corporis temperiem, & longitudinem vitæ arguit, puta à natura non caſu, illas lineas effabricatas: ſic Ariſtoteles *lib. 1. de hiſtoria animalium c. 15.* ibi: pars interior manus vola dicitur, carnoſa eſt, & ſciſſuris vitæ indicimus diſtincta longioris ſcilicet vitæ, ſingulis autem binis ducta per totum; nam iſta ſunt magis articulatæ, & magis vitales. Inarticulata enim animantia breviora ſunt vitæ, ut probat Ariſtoteles *ſect. 10. problematum problemate* 48. ibi: *cur qui manus caſuram per totam obtinent palmam, vivere diutius poſſunt at quoniam minùs vivere poſſunt, qui carent articulis, incompactaque ſunt, quale genus omne aquatile eſt?* quod ſi articulata non ſunt, vitam breviorem agere ſolent, conſtat contra ſe ſe habere, quæ articulata. Cujus profectò generis illa etiam ſunt, quæ cum ſua natura omni articulo careant, tamen articulata, non nunquam, quo ad maximè licèt conſiſtant. Manus autem pars exterior penitus articulo vacat.

329 Lineæ melius formatæ robuſtam complexionem arguunt. Et meliùs formatæ inciſuræ non interruptæ, non ſciſſæ, complexionem arguunt valentiorem, & ſic paucioribus morbis obnoxiam, nam arguunt meliorem cauſam organizatam, & calorem. E contra inciſuræ interruptæ morbis obnoxiam vitam oſtendunt, & complexionis debilitatem.

330 Quid ex dictis lineis arguatur. Ex linea vitali profunda, & ampla inducunt ejus cauſam, ſcilicet cor eſſe calidum firmæ valetudinis, unde ad iracundiam inclinare hominem.

Naturalis ſi non ſit conjuncta cum vitali in ſummitate manus, indicat magnum calorem cerebri, idem eſt ſi rubeſcat, nam caloris eſt diſgregare, & rubeſcere, unde dolor capitis; ſi ſubtilis, & longa ſit, complexionem indicat frigidam, & ſiccam; & ſi non ſit ſciſſa lineolis ingenium vegetum, ac crimen arguit.

Ex linea Hepatis benè ordinata profunda, lata, conſona bonum Hepatis, & ſtomachi complexionem colligunt.

Ex menſali arguunt ſplenis ſtatum, & nimis tumida, indicens abundantiam atrabilis, & ſic inclinationem ad quartanam.

Ex multa manus carne temperiem valdè humidam inferunt, ex molli bonum, & vivax. Ex dura hebetem ingenium erount, cum Ariſt. *lib. 2. de anima.* ibi: *duri carne inepti mente, molles autem carne apti ingenio*; ſanguis enim bonus ſpiritus bonos, nec duram carnem, ſed mollem efformat.

Ex manu valdè piloſa multum caloris oſtenditur, inde fortitudo, & cetera à calore producentia. Ariſt. *problematum problem.* 61. *ſect.* 10. *&* 53.

Quæ licita.

331 Chiromantia phyſica ſi non excedat limites naturæ, & probabiliter exerceatur, non eſt ſuperſtitioſa. PHyſica ſi naturæ limites non excedat, & intra probabilitatis limites ſe contineat, nulla eſt digna cenſura. Si verò limites excedat veritatis, etiam ſuperſtitionis nota conſpurcatur cum Valleſio *de ſacra Philoſophia c.* 32. Del Rio 4. *magicarum. c. 3. qu. 5.* Bonac. *tom. 2. diſp. 3. qu. 5. punct. 3. n. 11.* Filliucc. citans quinque Doctores. Sanch. 2. *Decal. c. 38. num.* 47. Baranzanus *in Phyſica. diſp. 9. theoremate* 47 poſt Ariſt. 2. *de hiſtoria animalium. c. 5. 30. &* 32. *& problem. ſect. 10. problem.* 2. Caram. *in apparatu diſp. 4. n.* 114. ajentem eſſe vanam contemplationem, licèt Medicæ artis periti velint ex lineis palmæ temperiem enunciare, eſt vana obſervatio facta ab otioſis lucri gratia, qua arte convicti ſunt Girovagi, vulgò Zingari Ægyptii, licèt dictas artes fateri poſſimus cum Schotto *in Phyſica par. 4. lib. 7. c. 3.* lineas ex manus complicatione in utero ſemper fieri ob eaſdem oſtium plicaturas.

Aſtronomicam vanam eſſe cenſeo cum Pico Mirandulano *lib. 6. de prænotatione c. 1.* Cirvelo *de ſuperſtit. 2. p. c. 4.* Niqueno *lib. 3. de phyſologia.* Cornelio Agrippa *de vanitate ſcientiarum c.* 32. Caſſendo *lib. 3. ethicorum. c. 4. §. quo ſenſu. §. non eſt puto.* Sanch. 2. *Decal. c. 38. n.* 37. dicens prohibitum à Siſto V. *in motu proprio* unà cum omnibus libris, & manuſcriptis illam docentibus, citans ſex Doctores. Baranzanus *tom. 2. Phyſica. diſp. 9. theorema* 48. quia in collocatione planetarum inter ſe diſſentiunt. Cardanus *lib. 15. de varietate rerum. c.* 79. Bonac. *tom. 2. diſp. 3. qu. 5. punct. 3. n. 11.* unde cùm non conſtet de principiis, nihil conſtans deducere valent. Secundo, cur ligna volæ, non alterius partis manus contemplantur. 332 Obſervatio Aſtronomica vana reputatur.

Nec te moveat Job. *c. 37. v. 7.* ibi: *qui in manu omnium ſignat, ut noverint ſinguli opera ſua*; nam vel cum Titelmano ibi eſt ſermo de Chiromantia naturali phyſica, vel ut rectiùs Pineda ly, *ſignat, ut noverint opera ſua*, eſt idem ac Deus claudit manus omnium impediendo illos improbos, ut ceſſent ab operibus ſuis, & ità cognoſcant, quàm ſint infirmi, impotentes in propriis operibus, & ægeſtate preſſi: ſignare enim claudere eſt. Daniel 12. Deuter. 32. unde pro ly, *noverint opera ſua* Septuaginta vertunt, *ut ſciat omnis homo infirmitatem ſuam.* 333 Textus Job explicatur.

An peccet petens à Zingaris divinationem contingentium, caſualium per lineas manus?

SI certò id faciat, peccat, niſi ignorantia excuſetur: ſi id curioſitatis titillatione, jocosè, erit vanitatis peccatum, ut ait Sanch. *loc. cit. n.* 48. citans IV. Doctores. Bonac. *loc. cit. n. 11. in fin.* citans IV. Doctores. 334 Petens certò à Zingaris divinationē contingentium peccat.

De Dæmonis poteſtate.

CAPUT III.

MIra ſanè Cacodæmonis vis, quæ ad perdendum humanum genus in anima, & corpore ſtudioſiſſimè debachatur, & non potens palàm, ſecretò thura extorquet: & niſi ad Deum recurramus, tentationibus urgentiſſimis preſſi languemus; nè tamen invius ſit ſermo, quæ ſupponenda, quæ probanda præmittimus. 335 Dæmonum malitia.

Certum eſt dari Dæmones. Marci 13. Lucæ 1. *c. firmiter. de ſumma Trinitate, & fide Catholica.* Sunt puri ſpiritus. ad Hebræos 5. Matth. 8. Numeroſiſſimi. Job. 25. Daniel 7. 336 Sunt puri ſpiritus, & plures numero.

Dividuntur in bonos, & malos. Boni ſunt Sancti. Matth. 18. ubi vident ſemper faciem Dei. Mali ſunt reprobi inflexibiles in æternum damnati. Apocalypſis 20. 337 Boni ſunt, aut mali.

Hierarchiæ tres, & hierarchia idem ac ſacer principatus, & quælibet hierarchia habet tres ordines. 338 Boni in tres hyerarchias diviſi.

Infima continet Angelos, Archangelos, Principatus.

Media continet Poteſtates, & habent vim contra dæmones. Virtutes, & deſerviunt ad patranda miracula. Dominationes, & præſunt poteſtatibus, & virtutibus.

Sope-

Suprema Hierarchia habet Thronos, Cherubim, & Seraphim.

339 Inter ſe differunt. Inter ſe differunt ſpecie. An etiam numero. negat D.Tho.*1.p.qu.*106.*art.4.* quia Angeli carent materia. Aliis placet oppoſitum, quia principium individuationis non eſt materia, ſed res ipſa.

340 Dæmones non amiſerunt naturalem facultatem. Malus Dæmon amiſit omnia ſupernaturalia, non verò amiſit naturalia. *c. ſciendum* 26.*q.* 3. At facultatem naturalem per peccatum diminutam eſſe, ut fuit diminuta in homine, probat Caramuel *in apparatu philoſophico diſp.* 4. §.82.*&* 84.

341 Illam habent diminutam. Deus hodie permittit Dæmones exercere potentiam naturalem, ſed non omnimodam, nam ſi omnimodam exercerent, perderent humanum genus.

Deus tenetur, ut auctor naturæ permittere Dæmones uti potentia naturali, ut permittit magos uti arte magica; quia ut auctor naturæ non impedit curſum cauſarum, & ſi impediret, eſſet miraculum. Codronchius *lib.* 3. *de morbis veneficis c.* 1.

342 Dæmone cooperante maleficia fiunt. Hinc dantur maleficia Dæmone cooperante, nam Dæmonia poteſtatem non excedunt. Exodi. *c.*8.*&* 22. ibi: *maleficas non patiaris vivere.* Levitici 19.ibi:*non declinetis ad magos. c.1.c.fin. de frigidis, & maleficiatis.*

Nullus homo à maleficio poteſt eſſe immunis ſine ſpeciali Dei protectione, quia nullus homo poteſt eſſe immunis à poteſtate cacodæmonis.

Sed quæres.

Cur id permittat Deus?

343 Permittit tamen Deus, ut peccata. Reſpondetur eo modo, quo permittit homines peccare, & unum alterum interimere, vexare. Secundo ad exercitium virtutis. Job *c.*1.*&* 2. Tobiæ *c.*13.Tertio ut homo perpetuo prælio ſemper vigilet.

Dæmonis officium.

344 Homines tentat. Eſt tentare homines ad malum, & pœnas infligere. Geneſis 3. ibi: *tentavit Ævam*, ideò nuncupatur tentator. 1. ad Theſſalonicenſes 3. ibi: *qui tentat*, Apocalypſis 12. ibi: *Satanas, qui ſeduxit univerſum orbem*. Et quærit hominum ſocietatem in

345 Quid lamiæ, ſtriges, ſagæ, veneficæ. malis, ut plures delinquentes comites habeat, unde utitur lamiis, & lamia eſt venefica inſidians vitæ, & ſanguini puerorum. Hujuſmodi etiam dicuntur ſtriges, quia noctu nocent. Dicuntur etiam ſagæ, quia ſe profitentur ſcire mira; & iſtæ abjurata fide ſe tradunt Dæmoni, à quo ſignantur ſtigmate. Dicuntur etiam veneficæ, quia venenatis rebus inficiunt alios. Dicuntur incantatrices, quia incantationibus etiam utuntur.

Nunc inquiramus quanta Dæmon efficere valeat.

De Magia.

CAPUT IV.

Quid, & quotuplex detur.

§. I.

346 Magus idem ac ſapiens. Magum idem ac ſapientem Græci voluerunt, maximè ſecretorum indagatorem. D. Leo *ſerm.* 4. inde volens Magos vocatos Chriſtum Dominum indagantes. Matth.2. Du-

347 Duplex eſt Magia, naturalis una, ſuperſtitioſa altera. plicem magiam agnovit D. Auguſt. 12. *de Civitate c.* 4. Unam intra naturæ limites ſe continentem applicando activa paſſivis, vel motu diverſorom inſtrumentorum multa efficientem, & hæc naturalis magia occultorum indagatricem, & effectricem rerum naturalium nominant Caram. *intent. n* 295. Baranzanus in *phyſica diſp.* 9. Alteram ſuperſtitioſam traſcendentem naturæ limites, Dæmone cooperante ex pacto ſaltem ab initio inito, quibuſdam adhibitis ſignis.

Quam ſuperſtitioſam magiam negare, eſt error in fide, iſtis namque magiis ſcriptura redundat, ut de Simone mago. Actuum 8. de ſignis coram Pharaone factis. Exodi 7. & 8. de anima Samoelis vocata à Pythoniſſa 1. Regum 28. & Matth. 24. ibi *ſurgent Pſeudo-Chriſti, & Pſeudo-prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia*. D.Auguſt. 3. *de Civitate c.*3. Tertullianus 3.*de anima c.* 57. D. Bonaventura *in* 4. *diſt.* 34. *art.*5. D.Thom. 2.2.*q.*95. 348 Magia ſuperſtitioſa datur.

Et hæc eſt prohibita. Levitici 19. & 20. & *c.illud* 26.*q.* 5.

An ſint diverſa ſpecies contra Religionem magiæ, & divinationis peccata?

Nega, quia ratio formalis ſumitur ex pacto inito cum Dæmone tacito, vel expreſſo, in quo nulla eſt differentia, ſivè quis mira operetur prædicendo per divinationem, ſive operando per magiam. Si verò alia intermiſceantur flagitioſæ circumſtantiæ crudelitatis, homicidii, depopulationis agrorum &c. tunc mutatur ſpecies, maguſque tenetur reſtituere damna cooperante Dæmone illata. Suarius *tom.*1.*de relig.lib.*2.*c.*14. *n.*10. Delbene, & alii. 349 Magia, & Divinatio Religioni adverſantur.

De hac ſuperſtitioſa magia expedit, ut ſe differendo diffundat oratio.

De reprobata magia, ad quæ ſe extendat?

§. II.

Ad tria. Primo, ut ſcientiam det. Secundo, ut morbos repellat, & imminentia mala avertat, ut patet in ambuletis, vel periambatis, qui nequeunt lædi, unde impoſſibiles dicuntur, Dæmone avertente ictus, ſecumve imagines, & caracteres hujuſmodi aſportant. 350 Ad tria ſe extendit Magia reprobata.

Tertio exhibet portenta, aut translationem corporum citatiſſimo ſupra naturam motu.

De ſcientia per magiam quæſita.

§. III.

Scientiam rerum naturalitèr acquiſibilem magia acquiri poſſe, non eſt ſub alea. 351 Scientia naturalis eſt acquiſibilis per magiã, & quomodo.

Duplici autem modo cacodæmon ſcientiam ſuggerere valet. Primo actuali aſſiſtentia non indigenti principia veritatis; ſed ſimplici ſugeſtione, & manifeſtatione rerum, quando etiam memoriam dicitur juvare ſucceſſivè ſingula, ſic Dæmon reddit idiotum Sacræ Scripturæ peritum. Surius *tom.* 1. die 6. Junii in vita S. Noberti *c.* 27. ſic etiam refert del Rio *lib.*2. *diſquiſitionum p.*24.

Secundo, ſi Dæmon rerum naturalium, & ſcientiæ vera principia oſtendat, & ingenii parvitatem amoveat, pulſis impedimentis naturalibus ab organis; quibus potentia utitur ad operandum; tunc expeditiùs diſcurret, & veris principiis ſcientificas concluſiones naturaliter eruere valebit; ſic etiam memoriam augere, & perdere valet, purgato, vel turbato organo neceſſario ad reminiſcendum. D. Thom. Scotus, & alii.

At mihi videtur adeò cacodæmonem homini

352 *Dæmoni nõ credendum, quia eſt mẽdax.*

Inimicum, ut de illo meritò mendacium, vel ne vera propalaturum principia, & remedia ſemper timendum; Invidet enim homini omne bonum, & ſic ſcientiam, etiam peccato comparandam.

353 *Quando ſcientia magia acquiſita poſſit quis uti.*

Poſt quam veritatem quis adeptus fuit, vel cognovit rei virtutem ope magica, aliàs poſſe eadem virtute uti, ac ſcientia licitè, ſi effectus non exigat actualem Dæmonis cooperationem fatetur Victoria *de magia q.4.* Valentia *tom. 3. diſp.6.q.3.p.2.§.4.neque*; licèt namque peccaverit uſus magiſterio cacodæmonis, modo utitur veritate naturali, ſicuti licèt peccet cooperante dæmone theſaurum inveniens, inventa verò pecunia licet uti abſque ſuperſtitionis nota.

Sanitates magia quæſitæ.

354 *Sanitates mediis incongruis acquiſitæ, ſaltem virtute Dæmonis ſunt tacitè invocati.*

SAnitates quibuſdam mediis incongruis impertinentibus acceleratiſſimè, & corporum mutatione in pejus, vel in melius, quibuſdam verbis, etiam ſacris (ut ità ſacrilegè ſacris prophanatis Deo magis injurioſa ſit actio) vel ut quis non lædatur fortuitis, aut enſe non penetretur Dæmone impetu retardante, aut diſtraente; totum namque hoc cùm ſuperet naturalem humanamve virtutem, dæmone ſaltem tacitè invocato fit.

355 *Hujuſmodi media enumerantur.*

Idque poteſt fieri rebus tranſeuntibus, puta verbis inintelligibilibus, inſuetis, ſacris etiam, Dæmone affectante honorem divinum, & quibuſdam inſufflationibus, ac ceremoniis in ſignum effectus, ut poteſt etiam fieri quibuſdam rebus permanentibus geſtatis, linearum artificio inſculptis, aut quibuſdam verbis conſcriptis, quo ſigno poſito Dæmon ſuum præſtet auxilium; totum namque magici eſt laboris ad arcendum. Pſalm. 57. ibi: *non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* D.Auguſt.2.*de doctrina Chriſtiana.c.*20. Hùc revocamus quæ de Virgilio refert Villanus in Cronologia Neapolis, ſcilicet fugaſſe veſpes, & ſanguinem ſugentia animalia, ac evocaſſe piſces, confecta ſub ſydere forma rei fugandæ, vel evocandæ. Hùc etiam revocamus ſigna aſtronomica impreſſa in aliquo annulo cum figura ſyderis ad morbum pellendum, quaſi ab illa conſtellatione vim accipiat producendi hujuſmodi effectum, quæ characteres aſtronomicos vocant: & naturalem virtutem habere licèt concedat Cajet.2.2.*q.*69.*art.*2. meritò negat D. Chryſoſtomus in *epiſt. ad Coloſſenſes. hom.*8. D.Auguſt.*de Civitate.c.*9.*&* 11. D.Tho. 2.2.*q* 69.*art.*2. *& contra Gentes c.*105. Del Rio *lib.*1. *c.*4. *q.*1. nam forma artificialis, nec ab artifice, neque ab arte eſt operativa, neque à forma inſculpta, & expreſſa, quia imago tantùm habet repreſentare rem imaginatam, non verò agere, ut agit res imaginata, ſecùs imago ignis calefaceret; ergo imago ſyderis non habet vim ſyderis.

De Signis magicis.

§. IV.

356 *Species vanæ obſervantiæ eſt magia.*

MAgia eſt ſpecies vanæ obſervantiæ, & eſt poteſtas faciendi mira ope Dæmonis tacitè, vel expreſsè invocati, adhibito aliquo ſigno.

Quotuplex ſit hoc ſignum?

357 *Signum magicum, aut qualificatũ, quod continet hæreſim*

DUplex. Primum qualificatum ſapiens manifeſtam hæreſim, ut quæ verbo, vel facto exerceri nequeunt abſque errore hæreſis Primo intuitu apparentis, ut incenſatio Dæmonis, ejus expreſſa invocatio, petere ab illo, quæ Deus tantùm ſcit, rebaptizatio hominis, alteriuſvè rei abnegatio, & Sanctorum abuſus, Sacramenti, Sacramentalium, rerum, verborum ſacrorum, cultus Dæmonis, atque honor, invocatio Dæmonis ſancti, illum alligatum habere, & pro conſiliis adhibere: ex quibus naſcitur ſuſpicio de vehementi. Souſa *lib.*1.*c.*57.*n.*6. Farinac. *q.*181. *n.*5. *&* 15. Clar. *§.hereſis.* Diana *p.*4. *tr.*7. *reſ.*11. *§. huic difficultati.*

Alterum eſt ſimplex non qualificatum, ut cura vulneris per gladii acumen, prædictio aſtrologica judiciaria, poculum amatorium abſque expreſſa invocatione Dæmonis, adhibere res ſacras, jejunium, orationem impertinenter ad bonum effectum, & ſemper ac deeſt expreſſa Dæmonis invocatio. Souſa *lib.*1. *c.*57. *n.*13. & reddit ſuſpectum de levi. Bordonus *tom.* 1. *c.*18.*n.*26. 358 *Aut ſimplex non qualificatum.*

An Dæmones valeant animantia imperfecta producere?

NEga ipſos habere vim producendi, at ſicut homo poteſt applicare cauſas naturales à ſe cognitas ob producendos effectus, ſic applicat ignem ad comburendum, aquam ut putreſcens edentur vermes. 359 *Dæmones applicando cauſas naturales à Deo non impeditas, Poſſunt animantia imperfecta producere.*

Ità Dæmon Deo non prohibente valet cauſſas ſibi notas applicare ad producenda animantia materia à ſe, vel caſu diſpoſita, unde animal enaſcitur, quod eſt applicare activa paſſivis, hoc eſt cauſas activas, materia diſpoſita.

Qua ratione puto fuiſſe veras ranas in Ægypto productas ope magica: Exodi 7. Idque de cæteris minutis animantibus non diffiteor cum D. Auguſt. *lib.*3.*de Trinitate c.*7. *&* 8. D.Tho. *p.*1.*q.*114.*art.*4. contradicentibus IX. Doctoribus, quos dat, & ſequitur Bonferius *in c.*7. Exodi. D.Bonov. in 2.*diſt.*7. *art.*2.*q.*2. D.Chryſoſt. *homil.* 29. 360 *S. Scripturæ exempla.*

De Colubro, de quo in *c.* 7. Exodi videtur major difficultas; nam nec generari, nec creſcere in grandem molem tam citò poterat, unde videtur dicendum illicò à Dæmonibus, ex aliis locis Dragones illos compoſitos, vel materiam in aliis locis præparatam, & cauſas activas ſubſtituiſſe, & præſentiam ſimul unde Dragones naturales naſcerentur, non quod ipſæ virgæ magorum in ſerpentes ſint revera converſæ, nam tempus majus requirebatur ad materiam illam diſponendam; unde ibi dicitur virgas in ſerpentes mutatas, quia citatiſſima ſubrogatione ope Dæmonis facta, ità videbantur à circumſtantibus; Nec miretur; nam etiam Abraham laviſſe pedes, & cum Angelis comediſſe habetur Geneſis *c.* 18. quia ità circumſtantibus videbatur.

Cæterum fuiſſe veros Dragones, patet; quia Exodi 7. aſſeritur à Dragone Aaronis devoratos Dragones magorum verè, non apparenter, cùm ſcripturæ propria verba audienda, ubi, ut hìc, nullum ſequitur inconveniens.

An Dæmones poſſint efficere, ut animantia loquantur? 361 *Si animantia habeant organa apta ad loquendum, poſſunt virtute Dæmonis loqui*

DIſt. vel habent organa apta ad loquendum, ut Pſyttaci, Corvi, Picæ &c. vel non.

Si primum, affirma, movendo talium organa animantia.

Si ſecundum, nega poſſe facere, ut loqnantur, nam ubi non ponitur cauſa, ibi nequit ſequi vocis effectus, organa autem ſunt cauſa inſtrumentalis; & ſic non aliter, ſed Dæmon propè vocem format aeris percuſſione: ſic oracula audita in odium Chriſtianorum. Euſebius *lib.*9.

Et etiam per bonos Angelos animantia carentia organis aptis non loquuta, ſed Angelos vocem formavit in Aſino Balaam. Numerorum *c.*22. Schottus *lib.*1. *phyſicæ curioſæ c.* 27. idem etiam de Martyribus abſciſſis linguis loquentibus. Procopius, aliivè.

An in maleficio detur parvitas materiæ?

362 In maleficio non datur parvitas materiæ.

NEga. nam graviſſimum eſt, etiam in minimo mendaci Dæmoni credere, obſequiumque præſtare relicto Deo. 4. Regum 1. ibi: *nunquid non eſt Deus in Iſrael, ut eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron.* Sanch. 2.*decal.c.*40.*n.*13. Farinac. *q.*181. *n.*36. Bonac. *diſp.*3.*q.*5.*p.*5.*n.*4. Leſſius *lib.*2. *de juſtitia c.*44. *dubit.*4.

An autem Dæmones valeant immutare ſexus?

363 Dæmon nequit ſexus immutare, ſi deficiãt partes ſexum non diſtinquentes, ſecùs ſi adſint.

DIſtinquas: vel deſunt, vel adſunt partes diſtinguentes ſexum.

Si deſunt, nega, quia Dæmon nequit producere tales partes. Si non deſunt, affirma, quia naturæ non producuntur, tales partes deteguntur, & pluries id contigiſſe tradidere antiquiores. Virgilius Æneidos 6. ibi: *Et juvenis quondam, nunc femina, Cæneus, &c.* Ovidius *lib.* 11. *metamorphoſeos*, & plures hiſtorias refert Licetus *lib.*2.*de monſtris.c.*53. Galeottus *de doctrina c.*18. Torrebianca *de monologia lib.*2.*c.*17.*n.*12.

364 An femina in marem poſſit mutari.

Feminas ergo mutari in mares non eſt fabuloſum. Plinius *lib.* 7. *hiſtoriarum*. Cardoſa *philoſophia libera lib.* 4. *qu.*14. referens plures hiſtorias.

An autem maſculus poſſit tranſire in feminam?

365 Et an vir in feminam.

AFfirmat Euſonius id contigiſſe Beneventi *lib.*1. *epigrammatum*, ibi:

Nec ſatis antiquum quod Campano in Benevento
Unus Ephoborum virgo repentè fuit.

licèt neget Zacchias 7. *Medico legalium tit.* 1. *qu.* 8. *n.* 13. cujus rationes non probo, ut ſuis locis fusè tradendum eſt.

366 Dæmones nequeunt mortuum reſuſcitare.

Non poſſunt tamen reſuſcitare homines, nec illas evocare à Paradiſo, nec à Purgatorio; nam nullum jus habet cacodæmon ab illis locis Sanctorum, nec ab orco aliquem evocare, cùm nequeat divinum tollere decretum; ideòque non eſt credendum dæmoniaco dicenti ſe eſſe animam defuncti damnati, vel beati. Abulenſis in *c.* 8. *Matthæi q.*124. *ad primum.*

367 An evocatio Samuelis fuerit virtute Dæmonis.

Nec officit hiſtoria Samuelis. 1. Regum. *c.* 28. Eccleſiaſtici 46. nam vel tunc non fuit Samuel, ut vult D. Auguſtinus. Tertullianus. Terrecremata: vel ſi velis fuiſſe veram animam Samuelis cum S. Ambroſio, S. Hieronymo, Suario, Lirano, Abulenſi, dicas non vi magiæ, ſed ex ſpeciali diſpenſatione divina veram animam Samuelis de limbo evocatam, & præveniſſe incantationem Pytoniſſæ, quæ inde expavit tremebunda.

An Dæmones poſſint mutare beſtias?

NEga. licèt poſſint imaginationem deturbare, ut ſibi quis videatur animal, & poteſt etiam ſpecies perturbare, ut homo appareat animal, ità D. Auguſtinus *lib.* 18. *de Civitate. c.*17. In italia refertur veneficam tranſmutaſſe viatores in jumenta, & tempore Petri Damiani teſte Majolo tranſmutabat in ſpecies, & vendebat mercatoribus, ità etiam teſtatur Ceſolpinus *c.*9. 368 Dæmon nequit beſtias mutare.

An cacodæmones valeant tranſportare ſtriges, lamias, ſagas, ad nocturnos conventus?

369 Poſſunt tamen ſtriges lamias tranſportare ad nocturnos Conventus.

AFfirma. *c.ſciendum* 26.*q.*3. nam ut Angeli boni poſſunt movere corpora. Daniel. 14. *c.* ità etiam Angeli mali, & de facto Angelus tranſportavit Chriſtum Dominum in montem, in pinnaculum templi. Matth. *c.* 4. Vaſq. *tom.* 2. *diſp.* 18. *n.*1. & 2. Arriaga, Suar. *tom.*1. *lib.*2. *c.* 16. Caram. Fileſacus. Id etiam probant experimenta, & depoſitiones ſagarum, magorum. D. Auguſt. D. Epiphanius, cæterique apud del Rio 2. *magicarum. q.*16. Torrebianca *lib.*2.*q.*36. Leſſius *de juſtitia lib.*2. *c.*44. *dub.*3. *n.*15. Pizzurnus *euchyridion. p.*1. *c.* 7. Bodinus *lib.*2. Simone *c.*4. Codronchius *lib.*3. *de morbis veneficis c.*8. referens hiſtorias, dicens errare id negantes. Toloſan. *lib.*34. *ſintagmatum. c.* 20. Tander. Granadus, Suar. Schottus, Caſſendus, Leand. indicans certa loca, ubi conveniunt, & *q.*22. aſſignat certa tempora, & *q.*23. ait ſagas ibi adorare Dæmones. Nec mirum, Dæmon, qui voluit adorari à Chriſto Domino: Matth. 4. fortiùs ab aliis adorari petit, etſi Deus alia permittit plura, cur non etiam hæc. *c. nec mirum.* 26. *q.*5. & ut renunciant baptiſmo, ità malus Dæmon tentat, ut renuncient Deo per idolatriam, & alii quam plures, Arriaga, Gaſſendus, & alii dicentes poſſe etiam imaginatione id contingere, & tantùm poſſe interrogari de conſociis à Judice, quoad motum localem, non verò quod id imaginatione contingit. Remigius *lib.*2. *de ſomnologia c.* 14. contra Navarrum *c.* 11. *n.*38. & alios id negantes, aſſerentes eſſe peccatum mortale credere talem translationem.

370 An id revera eveniat, dubitatur.

Nec obſtat text. in *c. Epiſcopi* 26. *q.*5. ubi id videtur negari; nam reſpondetur 1. cum Toloſano textum loqui de ſagis, quæ non omninò apoſtatarunt à fide, ſed illuduntur, non verò loqui de lamiis, quæ transferuntur, ſigillantur, fidei renunciant expreſsè, & ſe Dæmoni tradunt.

Secundo, Reſpondet Arriaga textum ibi loqui tantùm de illis mulieribus, quæ credunt Dianam, & Herodiadem eſſe veras Deas.

Reſpondetur tertio, cum Feleſaco *de magia*; dictum Canonem non inveniri in Concilio Ancirano, & ſi inveniretur, Concilium fuiſſe Provinciale, non Univerſale; adeòque errare potuiſſet, maximè quia continet errorem intolerabilem, negans creaturis activitatem producendi, immutandi, cùm tamen vel ipſa remedia immutantur; ergo poteſt tranſportari frequenter. Unde cecinerat noſter Vates.

Quì s'adunan le ſtreghe, & il ſuo vago
Con ciaſcuna di lor notturno viene,
Vien ſopra i nembi, e chi d'un fiero Drago,
E ch'in forma d'un Hirco informe viene.
Concilio infame, che fallace imago
Suole allettare d'initiato bene.

Qua-

Digitized by Google

Quæres an Dæmones valeant reddere corpus energumenum?

371 Quot modis Dæmon homines invadat.

ALiqui ſunt habitaculum Dæmonis, ut lamiæ, malefici. Alii ſunt obſeſſi à Dæmone, quod poteſt tripliciter contingere. Primo ſi abſque maleficio Dæmon hominem invadat, & hic dicitur Dæmoniacus. Secundo Dæmon eſt extra corpus nocens corpori, & hic dicitur Maleficiatus. Tertio Dæmon eſt intra corpus cum maleficio, & tunc eſt Maleficiatus, & Dæmoniacus.

Dari hujuſmodi obſeſſos, & energumenos docet fides. Matth. *c.* 8. *v.*16. Marci *c.* 1. *v.*32. Pernelius, & alii contra Lenium, & alios ajentes eſſe effectum malincoliæ.

Quæres an mali Dæmones poſsint dare veram pecuniam, & theſauros?

372 Deus non permittit Dæmones dare theſauros, & veram pecuniam.

PRimo. Deus hoc non permittit, ità probat eorum mendicitas; idque quia Dæmon auri illicio ſubverteret genus humanum: ſi enim hodie adeò prævalet, & nihil dat, quid ſi daret. Si tamen Deus permittat, poſſet dare veram pecuniam, quæ licitè retineretur, ut ſentit Palaus, Tambur, Leand.

De Artibus vanis.

CAPUT V.

373 Ars vana quænam ſit.

ARs vana eſt, quæ nullam habet connexionem cauſæ, & effectus, & acceſſorii, & non habet Dæmonis aſſiſtentiam: mixta habet vanitatem, & aſſiſtentiam cacodæmonis.

Vanis ſe ſe cacodæmon, etiam non vocatus immiſcet, ut homines ad profundum barathrum attrahat. D. Auguſtinus *de Geneſi ad litteram lib.*2. D. Thom. 2.2. *q.*95. *ad* 2. Cajetanus *in ſumma. v. incantatio.* Suarez *tom.* 1. *de Religione lib.*2.*c.*9.*n.*13. & patet ex *c.*2.*de ſortilegiis*, & ex prima Petri quinto.

374 Ars vana ut vana, non eſt ſuperſtitioſa.

Vana ergo, ut vana, ſuperſtitioſa non ſunt, ſed ad nihil deſerviunt, ut vana, ut otioſa. Si verò ſeriò ex vanis quis velit effectum, tunc tranſeunt in ſuperſtitionem, nam tacitè tunc recurritur ad Dæmonem. Caram. *lib.* 1. *apparatus diſp.*4.*§.*79.

An verò ſit vanitas, an potius ſuperſtitio velle curare vulnera in re intincta ſanguine vulnerati?

375 Curare vulnera in re intincta ſanguine vulnerati non videtur res vana, aut ſuperſtitioſa.

NEgat Clonius, Porta, Hidelprandus Elmontius, contra Kircher, Cabbæum, Bonac., Mazzucchellum.

Probant: quia hic eſt effectus ſimpatiæ, qua partes cum toto ſimpatiam agunt.

Secundo, quia id non excedit vires naturæ, & in dubio res eſt dicenda naturalis, natura namque facit aliquid mirabile. D. Tom. 2. 2. *q.*60. *art.* 4. adeòque res in dubio præſumitur naturalis, non dæmoniaca. Clavis Regia *lib.*4. *c.*6. Suarius *lib.*2.*de religione c.*15.

Tertio, quia in mundo admirabilia, non ſuperſtitioſa admiramur: ſic adeps urſi hyeme intumeſcit; vinum turbatur florente vite, in infante matris imaginatio producit idolum rei imaginatæ, quæ res matureſcit tempore, quo res naturales matureſcunt; Cithara uniſona ſonat tota, ſi una corda tangatur, ſuccinum attrahit paleas, magnes ferrum, mercurium inficit aurum, hirundo marina roſtro ſe vertit ad ventum, etiam poſt mortem, virga ficulnea conducit ad citatiſſimè coquendas carnes aſſas, vel elixas, Carnes acervo tritici obrutæ teneſcunt, ut & carnes ſuſpenſæ à fico. Zacch. *medico legalium lib.*4. *tit.*1. *q.*10. *n.*17. Vinum averſatur braſſica, & avertit vitis ſe à braſſica, Gallinaceus vix natus fugit milvum.

Ajunt deinde diſtantiam non officere. Primo cum Gaſſendo ajente diffundi à vulnerato ad illam partem ſanguine conſpurgatam, & circumfuſam intinctam corpuſcula continuata linea. Secundo volunt alii, agens poſſe agere in diſtans intra ſferam activitatis.

Ad evitandam autem omnem vanitatis, & ſuperſtitionis maculam volunt præmitti ſeriam proteſtationem, ſolùm ſcilicet rem velle obtinere remedio naturali, nullo prorſus ſuperſtitionis, aut vanitatis medio. Bonacin. Sanch. & alii: Tu ex iſtis eligas ſanctiora.

376 Obſervatio dierum ad aliquid agẽdum vanitas eſt, & quando liceat.

Obſervare dies ad aliquid peragendum eſt vanitas. ad Galatas 4. ibi: *dies obſervatis, & tempora, & menſes*: obſervare verò dies criticos, & annos climatericos nulla eſt ſuperſtitio, ut optimè obſervant Medici ex cauſis à Nobis voce tradendis; quia in iſtis temporibus humores moventur, & ideò malignitas propalatur maximè in Climatericis, ubi ipſa natura vergit ad interitum.

De Incantatione, & faſcinatione.

CAPUT VI.

377 Quid Incantatio.

ACantando incantatores vocabuntur: qui verò abutebantur verbis pſalmorum vocabuntur enſalmiſtæ, & incantatio enſalmum. Gotterius *de faſcino dub.*1. *n.*7. Plinius *lib.* 28. *hiſtoriæ naturalis c.*2 *&* 3.

378 Verba nihil efficere valent, quàm exprimere mentis conceptum.

Incantatio utitur verbis; in quo debes duo conſiderare. Primum *ſonum vocis*. Secundo *ſignificationem*, in qua nihil habent efficaciæ, niſi exprimere conceptum mentis; adeòque ſi aliquid aliud intendatur, ad quod naturalitèr nequit, nec ſonus, nec ſignificatio vocis aliquid operari, ſuperſtitio eſt ex pacto cum Dæmone ſe adſtringente, jucundam, vel triſtem orbis faciem inducere, procelloſam, frigiferam, nimboſam reddere, tempeſtates ciere. Virgilius *Egloga* 8.*v.*69.

Carmina, vel cœlo poſſunt deducere Lunam.
Carminibus circe ſocios mutavit Uliſſis:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ovidius *lib.*14. *metam.*

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi.

Ex dictis fit ſonum naturaliter per ſe non poſſe depellere morbus, ſed repellendo malincoliam, excitando jocundas ſpecies, conducit ad exhilarandum animum.

Voces non cauſant effectus veneficii, ſed tantùm adhibentur, ut ſignum ſpeculativum, quo poſito malus Dæmon operatur morbos inferendo, vel auferendo, odium accendendo, &c. Paranzanus *in phyſica diſp.*9. *theorem.* 30.

Hinc patet ſuperſtitionem eſſe uti papiro, hoſtia, vel alia materia ad ſanandum inſcriptis quibuſdam.

De Faſcino.

§. I.

379 Quid, & quomodo fiat faſcinus.

FAſcinus inducitur plories aſpectu oculorum, vel à verbis, quo ligantur, ſtupida redduntur plura, quæ faſcinata ſunt. Unde faſcinus à faſcia dicitur; ſivè ut volunt alii à facinore. Zacchutus *lib.* 7. *hiſtoria* 16. *q.* 32. hic

ſumi-

Digitized by Google

ſumitur pro damnificatione viſu facta, & eſt qualitas perniciosa emiſſa à vidente in viſum. Vairus *lib.2. de faſcino. c. fin.* quæ etiam ſpeculum infigit. Ariſtoteles *lib. de ſomno, & vigilia. c.2.*

380 Faſcinus evenit ex cauſa naturali, & ſuperſtitioſa.

Faſcinus poteſt eſſe ex cauſa naturali, & ex cauſa ſuperſtitioſa. Ex cauſa naturali eſt, quando aliqui malè affecti ſolo viſu damnificant quæ inſpiciunt: ſivè qualitas ſit innata, ſivè adventitia, & poteſt etiam eſſe morbus hæreditarius: Unde plures Populos faſcinare, & necare teſtatur Plinius *lib. 5. naturalis hiſtoriæ. c. 2.* & multa animalia ictu oculi necant. Poteſt etiam eſſe ſuperſtitioſa, ſi ope Dæmonis fiat.

Naturaliter poſſe dari faſcinum probat Ariſt. *ſect. 10. problemate* 34. D. Thom. *3. contra Gentes c.103.* cõtra Vairum, Scaligerum, & Leandrum. Nulla enim in hoc repugnantia, & experientia dari ſuadet, ut patet in quadam familia Geracenſi Ciſerleti, ſolet naſci ex morbo hæreditario: ità plures populos faſcinare, & ligare, quos vident, ait Plinius *lib. 2. c. 2.*

Non tamen ex ſola invidia naſcitur, quia invidia eſt paſſio non operans extra corpus invidioſi. Sapientiæ *c.6.* Proverbiorum *c.14.* unde Horatius.

Invidus alterius marceſcit rebus optimis.

Nec naſcitur ex verbis laudis, vel vituperii, quia secùs omnes haberent vim faſcinandi laude, vel vituperio.

Unde naſcatur faſcinatio?

§. II.

381 Quomodo faſcinatio fit.

OMnibus penſatis putaverim ad faſcinandum concurrere intentionem ſenſuum imaginationis, quandoque invidia movente, & pravam qualitatem per oculos emiſſam; quia imaginatio movente invidia agitat ſubordinatas potentias intra corpus, ex qua agitatione virulenta qualitas excitatur, & per oculos veluti vapor egreſſa afficit rem viſam, & illam contaminat, ac conturbidam reddit.

Ut enim per os flatus: ità per oculos immiſſa qualitas nocet, & hæc eſt ratio cur ut plurimum res meliores, mirabiliores faſcino læduntur, quia hæ magis alliciunt, & tenaciùs potentiam viſivam, & imaginationem ad ſe convertunt, ex qua emanat contagioſa illa qualitas, etiam morbo hæreditario ad poſteros tranſmiſſa: & per oculos emitti, patet exemplo Reguli, Baſiliſci, cecineratque Maro *Ecloga 3. v.103.* ibi:

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Non tamen valet ſe ipſum interimere reflexione ex ſpeculo, quia exitialis ille vapor eſt ei connaturalis, & ut venenum non nocet ſerpenti, ſed aliis. Varius *lib.3. de faſcino. c.9.*

Signa faſcini.

Signa faſcinantium ſunt plura, de quibus videas Doctores, & quando faſcinatio eſt ope Dæmonis, habent ſigna in oculo, puta figuram canis, hirci, habent oculos ſtrabos, concavos, virides, terribiles; nam Dæmones obſignant figuris. Piperuus *lib. 6. de affectionibus magicis. c. 44.*

382 Quæ conducant contra faſcinum.

Contra faſcinum conducit ruta capiti circumpoſita, nam hæc ſuo calore habet vim diſcutiendi vaporem illum ex Ariſtotele. Idem facit allium, curallum rubrum, nam ut res inſolita ad ſe convertit primos exitiales intuitus. vide Plinium *lib.28. c.10.*

De diſſolutione Maleficii.

CAPUT VII.

383 Semper malum maleficium, etiam ad bonum finem.

MAleficium ſemper eſt lethale. Apocalypſis 21. v.8. & c.22. v.5. ità ut nec à paratis maleficis liceat petere maleficium fieri, etiamſi urgeret bonum publicum, puta nè fructus pereant D. Thom. in 4. *diſt.34. q.1. art.3.* & nec licet maleficium conficere etiam ad bonum finem, puta ad recuperandam ſalutem; malum enim nullo fine honeſtari valet. Carena *p.2. tit. 12. n.30.*

Nec obſtat text. in *l. eorum, C. de malefic.* nam loquitur in foro civili ad evitandam pœnam damnificantium maleficorum.

Vexat Dæmon illum, contra quem fit maleficium quamdiù durat maleficium, & maleficium eſt ſignum, quo ſtante Dæmon vexat, & maleficio diſſoluto Dæmon vexare deſiſtit.

384 Quot modis diſſolvatur maleficium.

Maleficium tollitur quatuor ferè modis. Primo diſſolvendo ſtatuas, nodos, volumina. Ferrandinus *de ſcandalo diſp.1. q.47. n.1.*

Secundo adhibendo alia ſigna malefica, quibus Dæmon potentior deſtruat, proferatque ſigna priora, vel cogat Dæmonem inferiorem, ut nocere deſinat, vel ex pacto, quo cacodæmon promittit ſe deſinere nocere poſitis aliis ſignis. Gandavenſis, Leſſius, Sanch. del Rio, & alii.

Tertio maleficium valet tolli mediis naturalibus, puta remediis, quæ ut plurimum ſunt vana reſiſtente malo Dæmone.

Quarto maleficium tollitur virtute divina mediis ſacris ab Eccleſia inſtitutis.

385 Poteſt peti à malefico ut diſſolvat ſigna maleficii.

Primo modo peti poteſt diſſolutio maleficii, puta diſſolvendo ſigna maleficii, quia hoc eſt tollere ſigna, & pacta cum Dæmone, idque licet petere etiam à malefico habente media naturalia; nam tunc petitur res bona mediis bonis. Ovandus in 4. *diſt.34. diſp. un.* Suar. *tom. 1. de religione lib.2. c.18 n.9.* Sanch. Mazzucch., Codronchius dicens licere adire maleficum, & ab eo obtinere, ut tollat ſignum ſine novo maleficio, & pacto cum Dæmone. Victoria, Scotus, Cajetan. Paſqualig. Leand. *tom.6. tr.9. diſp.24.32.33.34.* dicens cuique licere tollere ſigna maleficii, & patet Joann. 3. v.8. ibi: *ut diſſolvat opera diaboli*, & patet etiam ex Rituali Romano Pauli V. ubi præſcribitur Exorciſtæ, ut jubeat Dæmonem dicere, an detineatur in corpore ob ſignum, & illud inveniat, tollat, & comburat.

386 Maleficium nequit tolli maleficio.

Non tamen licet petere à malefico, ut tollat maleficium maleficio, etiamſi maleficus ſit paratus. *c. ex tuarum. de ſortilegiis. c. denique. c. ſcriptum. 14. q.15.* maleficium enim maleficio tollere etiam ad bonum finem eſt malum. *c.2. de ſortilegiis*; licèt jure civili olim fuerit toleratum. *l. eorum 4. C. de maleficis*; & quandoque fuerit etiam punitum. *l. 1. C. de theſauris lib.10.* adeòque non licet uti maleficio pro inveniendo theſauro. *l. 1. C. de theſauris lib. 10.* omnis namque ſocietas cum Dæmone damnata eſt. Deuteron. *c.20. v.6.* 1. ad Corinth. 10.

Nec relevat magum eſſe paratum tollere maleficium maleficio; nam id non reddit licitum, quod eſt illicitum, ſicuti nec mandans excuſatur, ſi utatur ſicario parato ad occidendum.

387 Differentia inter uſurarium, & maleficum.

In quo diverſa eſt ratio petentis mutuum ab uſurario parato, nam ſine uſuris dare mutuum valet, & ſibi tribuit, ſi velit uſuras, eſtque

Digitized by Google

eſtque iuncuti alieno peccato à ſe nolito, illius ſcilicet qui poteſt dare mutoum ſine uſura, quæ ratio non currit in illo, qui vult uti maleficio ad tolleodom maleficium.

Hinc patet licere petere diſſolutionem maleficii ab illo, qoi poteſt uti ad diſſolvendum medio naturali; nam tunc petitur res licita ſibique tribuat, ſi utatur mediis illicitis. Suar. Henriq. Paſqual. Bordon. Leand. & alii.

An maleficus teneatur reſtituere accepta ob faciendum maleficium?

388 Accepta pro maleficio nõ reſtituenda.

MAleficus accipiens aliquid pro faciendo maleficio peccat, & faciens maleficium, acceptum non reſtituit, ex regula juris: *In pari cauſa turpitudinis, melior eſt conditio poſſidentis. l.4.D.de condict.ob turpem cauſam*; licet non deſunt volentes bona eſſe diſtribuenda pauperibus, cum Gratiano in *c.qui habetis* 16. *qu.* 5.

389 Niſi adſit deceptio.

Si verò accipiat aliquid ob truffam; tunc retinere non poteſt, quia in dante deeſt animus dandi.

Et damnificatio.

Damna maleficio illata reparanda ſunt per reſtitutionem. Suar. *tom.1.de religione lib. 2. de ſuperſtitione c.14. n.12. &c. in litteris.de raptoribus.*

Qui Judex procedat contra ſortilegos, veneficos, Magos?

CAPUT VIII.

390 Ordinarii, & Inquiſitores cognoſcunt de crimine maleficii.

HOdie Ordinarii, & Inquiſitores cognoſcunt de maleficio, & malefico, etiamſi maleficium ſit ſimplex. Siſtus V. in Bulla incipit: *Cœli, & Terræ*, & Urbanus VIII. in Bulla incipit: *Inſcrutabilis*. Scaccia *lib. 1. de judiciis. c.23.n.53.* licèt aliqui voluerint eſſe mixti fori ex *c.accuſatus.§.licet.de hæreticis in* 6. adeòque dari locum præventioni voluerit Sanch. *2. decal.c.38.n.92.*

391 Maleficus morte puniebatur.

Pœna jure Civili erat mortis, ſi magia lædat vitam Innocentis, vel ad malum excitet. *l.nemo 5.& l.6.C.de maleficis, & mathematicis.* Secunda eſt pœna concremationis. *l. nullus 3. C.de maleficis, & mathematicis.*

392 Et excommunicatione

Jure Canonico eſt pœna excommunicationis ferendæ. *c.ſi quis Clericus 26. qu. 1.* Suarez *tom.1.de religione lib.2.c.19.n.3.* Navarrus *c.27. n.2.* Bordonus *tom.1.c.21.n.1.* (10)

Secunda pœna eſt, ut Clerici priventur beneficiis, & ſuſpendantur ab Ordine. *c.2.de ſortilegiis.*

393 Aliiſque pœnis puniuntur ſimplices ſortilegi.

Tertio ſimplices ſortilegi puniuntur carcere, mulieres fuſtigantur, & mittootur io exilium. Hodie aotem pœna eſt arbitraria. *c. non afferamus 24.q.1.* Farinac. *de delictis q.20. n.93. & 94.*

Tandem ſi veneficio inferatur mors, adeſt pœna ultimi ſupplicii, ex Bolla Gregorii XV. incipit: *Omnipotentis Dei.*

394 Libri divinationis, & incantationis non retinendi, etſi manuſcripti ſint.

Non licet detinere libros, ſcripta divinationis, incantationis, nam Siſtus V. in *motu proprio* prohibuit omnes libros, omnia ſcripta divinatoria per eleementa, & per alia, in quibos continentor ſortilegia, veoeficia, auguria, auſpicia, incantationes, ex regula 9. *Indicis.*

Modus procedendi contra ſuperſtitioſos.

§. UNICUS.

EST ſummarius quò ad ſolemnitatem, & figuram proceſſus. *c.ſtatuta.de hæreticis in* 6. & plenarius, quò ad indagandam veritatem. *c.ut officium. §.ſi vero de hæreticis in* 6. Clem. *ſæpè contingit.de hæreticis.* 395 Ordo proceſſus contra iſtos ſuperſtitioſos.

Ideòque primo debet conſtare de corpore delicti relinquentis opus poſt ſe: de quo non debet conſtare ſi delictum noo relinqoat opos poſt ſe, ut eſt delictum tranſiens. Farin. *de inquiſitione q.2. n.1. n.25. & 26.* Paramos *de origine inquiſitionis lib.3.q.6.n.28.*

In delictis tamen difficilis probationis, ut ſunt occultè facta, ſufficientèr conſtat de corpore delicti per indicia. Carena *p. 2. tit. 12. n 174.* del Rio *lib.5. magicarum ſect.3. & 4.*

Ut probetur corpus delicti, debet probari infirmitatem, debilitatiooem, amentiam, mortem ex maleficio prodire, ſecùs non eſt probatum corpus delicti, cùm hujuſmodi valeant accidere naturaliter. Carena *loc.cit.n.173.* Torreblanca *lib.3. magiæ.c.16.n.16.*

In delictis non relinquentibus opus poſt ſe, cùm neqoeat conſtare de corpore delicti, ſatis eſt ſi reus fateatur crimen, maximè ſi opere io terno compleantur, ot hæreſis completur intellectu, & voluntate, & illo non confitente ſtaodum eſt indiciis gravioriboa, & proximioribus. Carena *loc.cit.num.174.* Bordon. *tom.1. c.19.num.15.*

Secundo, requiritur ex mandato Jodicis legitima citatio verbalis, vel realis juxtà materiæ exigentiam, & capacitatem. Geneſis 2. Clementina *paſtoralis. de re judicata.* Souſa *lib.2.aphoriſmorum c.27.* 396 Reus citandus.

Verbalis fit, quando non eſt ſuſpectus de fuga, non expreſſa cauſa, ſed ot veoiat, quia Inquiſitor vult ab eo aliqoa ſcire. Simanchas *catholicarum inſtitutionum tit. 43. rubrica de modo procedendi n.12.*

At ſi citandus ſuſpectus ſit de fuga; tunc reali citatione utendum. *l.nullus. C.de exhibendis reis. l.fin. C. de cuſtodia reorum.* Pegna *p. 3. commentario 27.n.73.*

Sed ſi capi nequeat, & citatus verbaliter non compareat; tunc inſerenda eſt io ſecunda citatione ſpecifica cauſa, ut ſcilicèt compareat ad reſpondendum de fide. *c. Cum contumacia. de hæreticis in* 6. quæ citatio tunc debet eſſe trina. *c.conſtitutionem.9.de ſent. excommunicationis in 6.c.omnes 16.q.7.* & ſit domi ſolitæ habitationis. *c. cauſam quæ. de dolo, & contumacia*; & per edictum ad januas Eccleſiæ Cathedralis. Barboſa in *c.fin.num.3.de dolo, & contumacia.*

Citato ad reſpondendom de fide non comparente, devenitur ad ejus coodemnationem in contumaciam tanquam ſit hæreticus. *c.cum contumacia. de hæreticis in* 6. Scaccia *de judiciis.c.98.n.4.* Farinac. *de hæreſi.q.194.n.14.* 397 Citato non comparente deveniri poteſt ad condemnationẽ.

Ad capturam non devenitor ſine probatione delicti, ſaltem ſemiplena, per graviſſima indicia, vel per onum teſtem exceptione inulnerabi- 358 Semiplenè probato delicto ad capturã deveniri poteſt.

(10) Neapoli eſt caſus reſervatus cum excommunicatione ipſo facto, ut in caſu 4. „ Venefici, „ & Veneficæ omnes, Necromantes, Divinatores. „ Sortilegi, Lamiæ, Striges, ſive quovis alio „ nomine nuncupentur, ex utroque ſexu, qui „ cum expreſſa Dæmonis invocatione ad captandam dilectionem, vel odium conciliandum, „ ſive ad inveniendos theſauros, aut ad alium „ finem quemcumque utuntur incantationibus, „ aliiſque maleficiis, ſive etiam ligaturis, ut à „ naturali, & legitimo matrimonii uſu Conjuges avertant: aut ſcienter in prædictis cooperantes, aut quovis modo conſentientes, etiam „ ſi ſemel ea perpetraverint.

Digitized by Google

tabilem. Genuenſis in *praxi c.68. n.1.* Boerius *dec.215.n.34.* Carena *p.3.tit.2.§.6.n.24.*

Non devenitur ad capturam perſonæ inſignis nobilitate, doctrina, boni nominis, niſi conſulta ſuprema Inquiſitione. Farinac. *de hæreſi.q.181.n.7.* Carena *p.3.tit.2. §. 9.n.25.*

399 Perſona inſignis non carceratur inconſulta ſuprema Inquiſitione.

Poſſunt comprehendi etiam in Eccleſia ſortilegi, maleficæ, quia ſuſpecti de fide immunitate non gaudent. Souſa *lib.2. aphoriſmorum. c.26.n.28.*

De Blaſphemia.

TITULUS V.

400 Unde blaſphemia.

BLaſphemia Grecè notante Budeo exprimit *malè dictum* in alterius honorem, & dignitatem. Valent.2.2.*tom.3.diſp.1.q.13.punct.1.*

Hic ſumitur pro contumelia Deo irrogata, eſtque maledictio adverſus Deum. D. Auguſt. *lib.2. de moribus manichæorum. c. 11. & lib.2. de Civit. 9.in fin.*

Quid ſit?

CAPUT I.

401 Ejus definitio.

DEfinitur Blaſphemia, eſt *contumelia advertenter in Deum*: ſivè *eſt convicium in Deum. c.* 2. ibi: *contra Deum linguam in Blaſphemiam publicè relaxare præſumſerit. de maledicis.* D. Aug. *loc.cit.* D.Thom. 2.2. *q.13. art.1.* Arriaga 2.2. *tom.1.diſp.29. ſect.1.n.2.* Bonac.*diſp.3. q.8.* Sanch.2. *dec. c.32.* Laym. *lib.4 tract.20. c.6.* Buſemb. 3. *medullæ tract. 2. c. 1.* Del Bene *tom.1.p.2.de offic. S. Inquiſitionis dub. 218.ſect.1. n.2.* Clarus *§. Blaſphemia.* Dicaſt. *de Juram.diſp.1.dubit.9.n.164.*

402 Requiritur advertentia, ut vera ſit blaſphemia.

Dicitur *contumelia advertenter*, ut exprimatur peccatum hoc graviſſimum perenni pœna uſtulandum, verbis, vel ſignis factum. Unde præciſa advertentia non eſt blaſphemia formalis, qoia nec eſt peccatum. *l. ſi ignorans. D. locati. l.nihil conſenſui. D.de reg.jur.* Suar. *tom.1. de Relig.lib.1.c.4.n.2.* Vaſq. 1. 2. *diſp.127. c.3.* Turrian.2.2.*diſp.158.dub.2.*

403 Blaſphemia eſt contra Religionem.

Dicitur *in Deum*, vel *in honorem Dei*, quo indicatur Blaſphemiam eſſe delictum contra Religionem, qua Deus adorandus, laudanduſque eſt. Pſalm.33. ibi: *ſemper laus ejus in ore meo.* Raynaudus *lib.4.de virt.ſect.3.c.2.n.332.* Ratione cujus virtutis læſæ differt blaſphemia à maledictione, convicio, contumelia creaturæ, quæ lædit juſtitiam, & ſic jus creaturæ: niſi creaturis quis maledicat, ut ſunt aliquid Dei, adeòque in contumeliam Dei; tunc enim eſt Blaſphemia in Deum; in cujus contumeliam immediatè cadit: ut offendens ſervum, canem, intuitu Domini, Dominum offendit. Arriaga *loc.cit.n.5.* Buſemb.3. *medullæ tr.2.c.1.§.3.blaſphemat.* Valent.*tom.3. diſp.1. q.13. punct.1. in fine*, poſt D.Thom.2.2.*q.13.art.1.ad* 2.

Hinc non eſt neceſſe exprimere in definitione, blaſphemia eſt convicium in Deum, vel Sanctos, ſicoti nec eſt neceſſum in definitione juramenti dicere: Juramentum eſt invocatio Divini nominis, vel creaturæ in teſtem; nam blaſpemia à Deo contumelia affecto ſpeciem ſumit.D.Thom.2.2.*q.76. art.2.,& q.13. art.1.* ubi Cajet.

404 Differt ab hæreſi.

Hinc patet Blaſphemiam, quæ lædit Religionem, differre ab hæreſi, quæ opponitur fidei & Blaſphemia eſt ſine errore intellectus dicere aliquid De Deo irridendo, ſivè verum, ſivè falſum id ſit. Blaſphemia namque in irridendo, non in credendo conſiſtit. Covarr. in *c.quamvis pactum.p.1.§.7.n.8. de pact.in 6.* Tolet.*lib.4.ſum.c.13. n.8.* Sylveſter v. *Blaſphemia q.1.* Cajet.2.2.*q. 13. art. 1. in fine.* ubi Bandez *notab.2.* Aragonius *corellario 3.*

An Blaſphemia conſiſtat tantum in verbis, & factis?

405 Blaſphemia conſiſtit in verbis, factis, & ſignis contumelioſis.

AFfirma conſiſtere in verbis, factis, & ſignis, ex quibus contumelia irrogatur, ſic conculcans, conſpuens, cedens, conſpurcans, frangens Imaginem Sacram, Sacramenta, factis blaſphemat, non minus, quàm verbis contumelioſis inhonorans Deum. Matth. 27. ibi: *Blaſphemabant eum.* 2.Paralip.32. ibi: *Epiſtolas quoque ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominum Deum Iſrael*; ut enim verbis, & factis laus, ità contumelia irrogari valet, Angeli Deum laudant, cacodæmones ſine voce blaſphemant. 2. Eſdræ *c.9.* & deterior eſt contumelia re, quàm verbis facta. *l.de pupillo. §.meminiſſe. D. de novi operis nunc.c.dilecti 52. de appell.* facta enim, & ſcripta non minus, quàm verba exprimunt pravam contemnentis, & irridentis voluntatem; ergo blaſphemia non minus, quàm verbis, factis, geſtis, ſcriptis inferri valet. Caſtrus *lib.1. de juſta hæreticorum punitione.c.2.* Corduba *lib. 1.q.17. §.15. notabili* 1. Graffius *lib.1. de caſib. reſ.c.10.n.4.* Menoch.2.*de arb. cent.5.caſu* 576. Arriaga 2.2. *diſp.24. ſect.2. n.13. & 14.*, & ità recipio D.Tho.2.2.*q.13.art.1.* Alenſem 3.*p.q.13. membro 6.* Navarrum *c.12.n.81.* Leſſium 2. *de juſt.c.45.dubit.5.n.45.* Suarium *tom.1. de relig. trat.3.lib.1.c.4.n.4.* ajentes, blaſphemiam propriè verbis irrogari. Intelligas verbo mentali expreſſo quolibet ſigno externo irriſorio.

Quotuplex ſit Bloſphemia?

§. I.

406 Blaſphemia alia eſt in re.

PRimo dividitur blaſphemia, alia in re, alia modo. *Re* ſi aliquid imponatur irridendo Deo, à Deo alienum, *ut Deus injuſtus, Deus iniquus.*

407 Alia in modo.

Modo fit, dicendo verum, ſed contemnendo, irridendo, vilipendendo, ità ac ſi eſſet in Deo aliquid vile, irriſibile, ut Deo invito, vulgo (*à diſpetto di Dio*) *Diazzo, al Coſpettazzo di Dio, Mariazza, Chriſtazza*, & alia hujus modi: vel contemtus cauſa nominando de Chriſto, & Sanctis, deſpiciendo, improperando, quæ honeſtè nominari nequeunt. Navarr. *c. 18.n. 85.* Lupus *de caſib. reſ. p.* 2. *caſu 11. n.17.* Suarius *loc.cit.n.8.* Cajet.2.2.*q.13.art.1.* Sotus 8.*de juſt. q.2.n.3.* Sylveſter v. *blaſphemia q.* 2. *&* 3. Manuel *tom.1.ſummæ c.34. n.2.* Boerius *dec.301. n.2.* Tolet.*lib.4.c.13.n.6.* Covarr.in *c. quamvis pactum. p.1.§.7.n.8.de pactis in 6.* Gramin. *dec. 50.* dicens, damnatum in S. R. C. ad perforationem linguæ blaſphemantem, *à diſpetto di Dio*; ex Conſtitutione hujus Regni ſub rubrica *de blaſphemantibus.* Soccin. *vol.1. conſ.* 102. Bart.*in l.Item apud labeonem.§.convicium. D.de injuriis.*

408 Blaſphemi punitio.

Sic fuit blaſphemia contemnendo nominaſſe Chriſtum Dominum, Jeſule, ut Annu Domini 1261. accidit cuidam Doctori, qui nominabatur Simon Churnau, qui rogatus à ſuis diſcipulis, ut literis poſteritati doctrinam traderet, nè periret, elatus reſpondit: O Jeſule, Jeſule, quantum exaltavi legem tuam, tantùm fortioribus rationibus malignando infirmare, & argumentis deprimere poſſem.

Quod effatus, illicò elinguis, & fatnus evaſit objectum riſus, & vix à ſuo filio divina ultione mitigata didicit Pater, & Symbolum balbutiendo recitare, ut refert Matthæus Paritius Hiſtoria Anglica.

Secundo, dividitur blaſphemia in ſimplicem, & qualificatam, ſivè hæreticalem. Caſtrus *lib. 1. de juſta hæreticorum punitione c.12.* Raynandus *de virtutibus. lib.4. ſect.3. c.2. n.332.* Dicaſtill. *de juram. diſp.1. dub.9.n.169.*

409 Blaſphemia alia eſt ſimplex.

Simplex eſt, quæ nihil exprimit contra fidem; ſed habet depravatũ contemnendi, & irridendi affectum, ut in ò *ſi Deus non eſſet, Deo nolo gratias agere*, vel nominaret de Sanctis, quæ honeſtè dici nequeunt. Lazarius *de blaſphemia q. 7. n.5.* Laym. *lib.4.tract.10.c.6.n.7.* Carena *par.2. tit.2.n.7.* Sanch. 2.*dec. c.32.n.36.* quamvis Bordonus *tom.1.c.25.n.7.* voluerit ſapere hæreſim blaſphemiam optativam, ò *ſi Deus non eſſet*, ò *ſi Deus periret.*

410 Alia qualificata.

Qualificata, ſivè hæreticalis tribuit Deo, quæ ei non competunt, vel negat, quæ competunt; quò ad rem, vel modum: *ut Deus non eſt miſericors, non eſt juſtus, non eſt Sanctus, non habet providentiam, eſt proditor, partialis, crudelis, mendax, immemor creaturæ, nego Deum, puttanazzo di Dio, potta di Dio*, &c. Finellus *de caſib.reſ.caſu 3.n.38.* Vivius *dec. Neap.* 388. & 375. Gram.*dec.50.*Ricc.*p.3. pract. reſ.45.* vel ſi dicat *facere volo etiam Deo invito*, quaſi à Deo impediri nequeat. Menoch.2.*de arb.cent.4.caſu 345.n.4.*Clar. §.*blaſphemia n.21.* Maſc. *lib.1.de probat.concluſ.194.n.3.* Dicaſtill.*de juram. diſp. 1.dub.9.n.174.* Suar. *tom.1. de relig. tr.3. lib.1. c.5.n.7.* Del Bene *de offic.S. Inquiſit. tom.2. p.2. dub.218.ſect.4.n.21.* citans XVIII. Doctores.

411 Blaſphemia hæreticalis poteſt eſſe ſine hæreſi.

Blaſphemia hæreticalis poteſt eſſe ſine hæreſi, puta, ſi ſciens falſum de Deo, dicat ex odio ex ira, ad vindictam; ut ſi voce dicat, Deum ignorantem, impotentem, & hic ponens in Cœlum os ſuum debet puniri ut Hæreticus arbitrio Judicis, ut extertiis Idolatra.

412 Dividitur quoque, ut eſt materia in Deum, & in Sanctos.

Tertio, blaſphemia dividitur ratione veluti materiæ, *in Deum, & in Sanctor. c. 2.* ibi: *contra Deum, vel aliquem Sanctorum. de maledicis*; Intelligas, pro ut creaturæ blaſphemia eſt in contemtum Dei. D.Thom.2.2. *q.13. art.1. ad 3.* Idque ad inſtar contumeliæ factæ ſervo intuitu Domini. Arriaga *loc.cit. n.5.* Deum enim tunc afficit petulanti linguæ licentia, ejuſque honorem detractionis dente abrodit. D.Thom. 2.2. *q.72.art.2.* ubi Cajetan. Menoch. 2. *de arbitr.cent.4.caſu 175.n.4.* Maſc.*vol.1. de probat. concluſ.195.n.1.* Tolet. *lib.4. ſummæ c.13. n.7.* Soar.*tom.1.de relig.tr.3.lib.1.c.5.n.6.*Sayr.*lib.6. clavis.c.13.n.3.*Navarr.*c.12.num.117.* Valentia *loc.cit.n.1.in fine.* Dicaſtil. *de juram. diſp.1. dubit. 9. n. 18.* dicens, propriè non eſſe blaſphemiam, ſi expreſsè preſcinderetur reſpectus ad Deum: Sed eſſe peccatum contra virtutem Duliæ, cum Sanch.3.*dec. c.32.n.7.* At id ut introrſus penetretur, exponamus.

Qua maledictio creaturæ ſit Blaſphemia?

413 Creaturæ rationali nequit malum imprecari.

Creatura, vel ratione dotatur, vel non.

Si ratione, ut intellectiva, & rationalis: tunc nequit imprecari ei malum, divino ſcilicet inhibente præcepto, eritque mortale, vel veniale juxta ratam mali imprecati. Eccl. *c.21.v.3.* Eſtque ſemper veniale, ſi oretenus, vel inadvertentèr malum imprecatur indignatione, ſervente furore, ut ſolent parentes in filios, Domini in ſervos, muliones, cæterique contra animantia maledictiones effundere. Cajet. 2.2. *q.76.art.1.*Navar. *c.23.n.117.*Tolet. *lib.4.ſummæ c.13.n.6.*Sayrus 6. *clavis. c.13.n.7.*

Si verò creatura ratione non utatur.

Tunc quadrifariè poteſt maledici.

414 Quatuor modis poteſt maledici creatura irrationalis.

Primo, prout creatura eſt in ſe; & tunc eſt veniale otii. S.Tho.2.2. *q.76.art.2.* Cajet. v.*maledictio.*Sylveſt.v.*maledictio q.2.in fin.* Navarr.*c.23.n.117.*Tolet.*loc.cit.n.7.*Valentia 2.2. *diſp.5.q.9.punct.1.*

Secundo, poteſt maledici, prout res eſt occaſio, vel cauſa doloris. Job.3. v.8. Jerem.20. ubi maledixerunt diei, in quo nati fuerunt, ob moleſtias, vitævè ærumnas. 1. Regum 1. ubi David maledixit montibus Gelboe, ubi occiſi fuerunt Saul, & Jonathas, & tunc nec veniale eſt.

Tertio maledici ſolet intuitu, & odio Domini, deſiderando rerum jacturam, ut Dominus inde damnum ſentiat; & tunc erit pravum deſiderium mali proximi, & ſic peccatum contra juſtitiam, vel contra caritatem, ſi ex odio maledicat. D. Tho. 2.2. *q.76. art.2.* ubi Cajet. Navarr.*loc.cit.*Molina *tr.2. diſp.122. n.48.* Valentia 2.2.*diſp.3. q.19.puncto 1.* Azotius *tom.3. lib.2.c.23.*

Deſiderare autem abſque odio, ut Deus, qui dedit, auferat vitam, bona, non ex odio, pravovè affectu; ſed tantùm ut illa perſona deſinat damnificare, deſinat eſſe mala, vel quia non poteſt pater, mater ei ſubvenire, timetvè damnum vivente filia: puta, ſi mater injuriis à marito afficiatur ob filiam, vel quia timet ob paupertatem proſtitui, vel aliundè cedere in grave dedecus familiæ: tunc enim deſiderare, ut Deus auferat vitam ad præcavenda mala, malum non eſt: & bonum eſt, ſi quis deſideret, ut moriatur, ſed conſequatur æternam vitam gloriæ: tunc enim deſideratur majus bonum. (1)

Quarto, poteſt maledici creaturæ in ordine ad Deum; & tunc ſemper eſt blaſphemia atrox Deum petens. D.Thom. 2.2. *qu.76. art.2.* ubi Cajet. Maſcard. *de probat.vol.1.concluſ.195.n.1.* Toletus *lib.4. ſummæ c.13.* Dicaſtill.*de juram. diſp.1.dub.9.n.189.*

¿An ſit Blaſphemia ex ira, dicere, Corpo di Criſto?

415 Ex ira dicens *Corpo di Criſto* nõ videtur blaſphemus.

Nega; quia licèt irreverenter, non tamen conviciando, contemnendo contumelioſè nominatur. Cajet. v. *blaſphemia*, ubi Armilla *n.1.* Navarr.*c.12.n.85.*Valentia 2.2.*diſp.5.q.13. punct.1. in fin.* Tolet. *lib. 4.ſummæ c.13.* Sayr. 6. *clavis. c.13.n. 3.* volentes eſſe veniale grave indiſcretæ indignationis, & irreverentis nominatio-

(1) Vide Propoſitiones 13. 14. & 15. damnatas ab Innocentio XI. & expoſitores. Quæ ſic habent: „ 13. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

„ 14. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem, ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

„ Licitum eſt filio gaudere de parricidio Parentis à ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate conſecutas.

Digitized by Google

natlonis, contra Snar. *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib.1.c.6.n.15.* Decianum *tom.2.criminali.lib.6. c.2.n.13.* Diaz *in praxi v.blaſphemia n.107.*

Nec obſtat canon *ſi quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit, ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur. 22.qu.1.*

Nam intelligitur, ſi contumelioſè conviciando dicta eructaverit.

An dicere, ſuum dictum ità eſſe verum, ac eſt Evangelium, ſit blaſphemia?

416 Aſſerere ſuū dictum eſſe verum, ut Evangeliū, blaſphemia eſt.

AFfirma eſſe blaſphemiam hæreticalem; nam eſt idem, ac dicere ſe habere divinam iofailibilitatem, comparatque divinam infallibilitatem, & Deum creaturæ. Suar. *tom.1. de Relig. tract.3. lib.1. c.6. n.12.* rectè monens, attendendam intentionem ioqnentis exagerantis inadvertenter noo æqolparantis. Azorius *lib.11. c.3. in fine.* Dicaſtill. *de juram. diſp.1. dub.9. num.6.*

An ſit blaſphemia contumelioſè nominare, quæ in Sanctis honeſtè nominari nequeunt?

417 Nominans cum contumelia verēda SS. blaſphemus eſt.

AFfirma eſſe blaſphemiam quo ad modom. Sylveſt. v.*blaſphemia quæſt.2. & 3.* Suar. *loc.cit.n.11.* Tolet.*lib.4.c.13.n.6.*

An ſit blaſphemia dicere à diſpetto di Dio?

418 Idem eſt dicere *à diſpetto di Dio.*

AFfirma; quia eſt gravis irreverentia, & contemtus, quaſi Deus eſſet impotens impedire, punire. *c.fin. de maledicis.* Bartol. *in l.item apud labeonem.§.convicium.D.de injuriis.* Socc.*vol.1.conſ.*102. Gram.*dec.*50.

Blaſphemiæ gravitas.

§. II.

419 Ex ſe blaſphemia lethalis eſt.

EST lethalis, interdicta primo Decalogi præcepto. Levit.24.ibi: *blaſphemans lapidibus obruatur.* Iſaiæ 37. 4.Regum 19. 2.Machabæorum 15. D.Hieronymus in Iſaiam *c.18.* ibi: *nihil horribilius blaſphemia, quæ ponis in excelſo os ſuum.* S.Chryſoſt.*homil.55.in Pſal.5.* D.Tho. *2.2.quæſt.13.art.2. & 3. & 3.par. qu.80. art.1.* Suar.*tom.1.de Relig.tract.3.lib.1.c.6.n.1.*

420 Niſi joco, aut levitate animi fiat.

Si verò joco, aut animi levitate fiat, eſt peccatum veniale levitatis, aſſumentis nomeo Dei in vanum. Del Bene *tom. 2. par. 2. dubit.* 218. *ſect.8. n.16.* poſt Suarium, & Valentiam cootra Navarr. *c.12.n.84.* ajentem lethale eſſe joco, levitate blaſphemare.

An poſſit blaſphemia conjungi cum circumſtantia mutante ſpeciem?

421 Blaſphemia cōjungi valet cum hæreſi, perjurib.

AFfirma; & ſic conjungi poteſt cum infidelitate in blaſphemia hæreticali, cum perjurio in pejerante in contemtum Dei. *c.ſi quis. 22.q.1. Auth.ut non luxurientur homines.coll.6.* & ſi blaſphemet ex odio, vel etiam deſperando, erit etiam peccatum odii, & deſperationis. Arriaga *loc.cit.ſect.4.n.24.*

An detur parvitas materiæ in blaſphemia?

422 In blaſphemia non datur parvitas materiæ.

NEga; quia graviſſimum eſt Deo, vel leviter inhonorem inferre. *l. Prætor. §.atrocem. D. de injuriis;* licèt ex inadvertentia, vel ſemiplena deliberatione à mortali blaſphemia excuſet D.Thom. *2.2.qu.13. art.2. ad 3.* Cajet. v.*blaſphemia.* Suar.*loc.cit.n.3.* Valent.*2.2.diſp.1. qu.13.punct.1.notab.3.* Bandez *2.2.qu.13. art.2.* ubi Aragonios, Diana *par.5.tract.5. reſol.3.* Dicaſtill. *de juramento diſp.1. dub. 9. n.218.* rectè dicens cum Sanch. Navarro, blaſphemiam eſſe lethalem etiam joco enunciatam, ſi inde ignominia, irreverentia redundet in Deum. Cootra Abbatem *in c.ſtatuimus.de maledicis;* ajentem, lethalem blaſphemiam etiam indeliberatam ex ludo, vel alia cauſa eructatam.

De Blaſphemia ex conſuetudine.

§. III.

423 Quænam ſit blaſphemia ex conſuetudine.

BLaſphemia ex cooſuetudine eſt, quando quis ex habitu blaſphemat, & ſic ex continuatis actibus inclinatur adepto habitu ad blaſphemandum, non autem ſufficit ſemel, atque iterum blaſphemaſſe, ut dicatur ex conſuetudine blaſphemus; non enim diceretur luſor, venator, qui ſemel, vel iterum luſit, venatur. Menoch.*2.de arbit. centur.4.caſu* 375.*n.*32. & 34. Maſcard.*lib.2.de probat.concl.*194. Alex. *lib.1.conſ.72.n.8.* Bordon.*tom.1.c.26.n.14.*

An conſuetudo blaſphemandi ſit mala?

424 Conſuetudo blaſphemādi advertēter introducta ſemper eſt mala, ſecus ſi inadvertenter.

DIſtinguendum eſt: vel ioquimur de malitia materiali, vel de malitia formali.

Semper eſt mala malitia materialis, quia defectus eſt materialis.

Si verò loquamur de malitia formali, diſtinguendum eſt: vel introducta eſt conſuetudo advertenter, vel invincibiliter, inadvertenter.

Si introducta eſt conſuetudo invincibiliter, inadvertenter: tunc non eſt peccatum, eſt de ſide; quia ut amens, ebrius: ità non advertens invincibilitèr non peccat, quia non cognoſcit malum, & nequit velle malum.

Si verò advertentèr cooſuetudo ſit introducta; tunc eſt mala formaliter, hoc eſt, eſt peccatum; nam qui coguoſcit, & vult malum, peccat, & advertens conſuetudinem pravam, illam introducens, vult illam introducere; ergo vult malum.

Hinc reſolvitur.

An ex conſuetudine advertentèr blaſphemans peccet?

425 Idem dicas, ut ſupra.

AFfirma; nam hic vult blaſphemare, cùm advettens malè ioquatur, ſicque puniendus tanquam blaſphemus. *l.capitalium 28.§.ſolent. §.graſſatores. D.de pœnis. l.3. D.de re militari. l.3. C.ad l.Jul. de vi publica;* adeòque blaſphemans ex cooſuetudine ſemper peccat, vel in ſe, vel lo cauſa, ſi cognoſcit, & non deteſtatur cooſuetudinem voluntariam; nam tunc etiamſi indeliberatè blaſphemet, peccat in cauſa. Arriaga *2.2.diſp.24.ſect.6.n.46.*

An abſolutè pœnitens, & deteſtans conſuetudinem, peccet deindè inadvertenter blaſphemans?

426 Secùs ſi conſuetudo fuerit deteſtata.

NEga; quia nec peccat in cauſa, ſcilicet in conſuetudine, nec in ipſo actu blaſphemiæ: Non in cauſa, hoc eſt in conſuetudine, quia jam deteſtata, & ſic nolita, & qnod eſt nolitum non poteſt eſſe peccatum.

Nec in ſe, quia in ſe non eſt cognitum, & ſic non eſt volitum malum blaſphemiæ. Inadvertentia namque tollens cognitum, tollit voluntarium, tollit peccatum actuale. D.Thom. *2.2. qu.98. art.3. ad 3.* D.Bonav. *in 4.diſt.39. art.1. qu.3.n.21.* Scotus *in 3.diſt.39.qu.un.art.1.in fin.* ubi Durandos *q.5.art.6.* Major *qu.4.* Sotus 8.*de juſt.qu.2.art.5. ad 3.* Proclivitas namque remaneus ex conſuetudine ad blaſphemandum, non eſt peccatum; nam remanet etiam in contritis, & confeſſis, imò minorat voluotarium, ſicque blaſphemia ex tali proclivitate indeliberatò prolata

lata non eſt peccatum. Sapientiæ 4. ibi: *raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum illius.*

An indeliberatè blaſphemans ex conſuetudine peccet mortaliter?

427 Ex conſuetudine blaſphemans, peccat, ſecùs ſi nō ſit voluntaria.

Diſtinguas: vel conſuetudo eſt voluntaria, vel non.

Si voluntaria, ſcilicet cognita, volita, non retractata; tunc eſt blaſphemia in ſe indeliberata, peccatum in cauſa volita.

Si verò conſuetudo non ſit voluntaria; ſed ſit indeliberata in ſe, & in cauſa; tunc non eſt peccatum, quia nolitum in ſe, & in cauſa. Arriaga 2.2.*diſp*.24.*ſect*.6.*n*.46. contra Toletum *lib*.4. *ſummæ c*.13.*n*.7.

Hinc reſolvitur.

An ſit obligatio ſub gravi tollendi conſuetudinem blaſphemandi inadvertenter?

428 Quando eſt tollenda cō ſuetudo blaſphemandi inadvertenter.

Diſtinguas: vel audientes ſciunt, vel ignorant blaſphemiam eſſe indeliberatam ex conſuetudine indeliberata retractata.

Si audientes id ſciunt, non tenetur blaſphemans inadvertentèr tollere dictam conſuetudinem ſub lethali.

Probatur, quia obligatio tollendi dictam conſuetudinem eſt tanta, quantum eſt peccatum ex conſuetudine patratum, in ſe autem nullum eſt peccatum: non in ſe, nec in cauſa; quia indeliberatum in ſe, & in cauſa: nec ratione ſcandali; nam audientes nequeunt ſcandalizari, cùm moraliter non ſit blaſphemia inadvertentèr pronunciata, ut pronunciata ab amente: licèt enim iniquitatem loquatur ponens in excelſo os iniquum, Deum tamen non inhonorat moraliter, nec in Dei clara luce nævum ponit. Obſtrepit, audientes vexat; at neminem vagitu ferit: facit non quod alitèr meretur, ſed bona aliorum malè exagitat; at res benè geſtas maledicè vituperando, ſumptuoſiùs commendat, nigtiùs vituperatione atramento, & quando probitatem amarulentiùs dilacerat, ſe ipſum miſerè corrodit.

Si verò audientes ignorent ex indeliberata conſuetudine indeliberatam blaſphemiam; tunc tenetur ad evitandum ſcandalum conſuetudinem tollere; ut enim maledicus, ebrius lædit moraliter, ſi ignota ſit ebrietas, ità blaſphemus ſi ignota ſit inadvertentia. Arriaga 2.2.*diſp*.24. *ſect*.6.*n*.48.

Dices: ſub mortali eſt evitanda ebrietas, ex qua ebrius prævidet ſe occiſurum alterum; ergo etiam ſub mortali eſt evitanda conſuetudo inadvertentèr introducta, vel retractata, ex qua indeliberatè erumpit in blaſphemias.

Reſpondetur: concedo antecedens, & nego conſeqoentiam: diſparitas eſt, quia ebrietas non tollit occiſionem, & damnum proximi phyſicum: at indeliberata conſuetudo, & contumelia non facit damnum, nec phyſicum, nec morale: verba namque ſtolidè prolata non inficiunt illum, contra quem proferuntur, ſed loquentem conſpurcant, ſaltem phyſicè.

Blaſphemia ergo indeliberatè prolata non lædit: at occiſio in ebrietate lædit occiſum, licèt indeliberatè, & quia potens, tenetur arcere damnum proximi prævíſom, etiam indeliberatè illatum.

An Confeſſarius habeat jus interrogandi de conſuetudine blaſphemandi?

Diſtinguas: vel conſuetudo eſt peccaminoſa, puta ſcientèr, deliberatè inducta, vel non. 429 Confeſſarius jus habet interrogandi de conſuetudine peccaminoſa blaſphemandi.

Si primum: talis conſuetudo eſt peccaminoſa, & de illa ſe pœnitens tenetur accuſare, & interrogatus reſpondere debet, ut de cæteris flagitiis, cum propoſito ſe emendandi. Sanch. 2. *Decal. c*.32. *n*.43. Sayr. 6. *Clavis. c*.5. *n*.8. Idque multò fortiùs ſi ex tali conſuetudine ſit conſtitutus in periculo proximo peccandi; nam tunc tale periculum eſt peccatum evitandum, deteſtandum. (2)

Si verò conſuetudo ſit in ſe indeliberata ſine occaſione peccandi; tunc cùm in ſe ſit nolita, & non ſit occaſio peccandi, tunc non eſt peccatum, nec eſt materia confeſſionis; quo ſenſu recipio Sancium 4.*ſelectarum n*.6. Caramuelem, & alios ajentes Confeſſarium carere jure interrogandi de conſuetudine; ſupponunt namque, vel non peccaminoſam, vel jam deteſtatam; & ſic efficaciter nolitam, contra Bordonum *tom*.1. *c*.26.*n*.31.

De Blaſphemia in Spiritum Sanctum.

§. IV.

Eſt horrendum flagitium, quo homo ſpernit auxilia conſequendæ ſalutis, Sacramenta, Sacramentalia, orationes, opera pietatis. Magiſt.*in* 2.*diſt*.43. S.Thom.2.2.*qu*.14. 410 Quid ſit blaſphemia in Spiritum Sanctum.

Dicitur irremiſſibile ob pertinaciam, duritiemque in malum, ratione cujus cum maxima difficultate tolli poteſt, & quia nolenti, peccatum non remittitur. Marci 3. Matth. 12. Lucæ 12. S.Chryſoſt.*homil*.42. in Matth. Vaſq.*p*.1. *diſp*.97.*c*.1. Valent. 2.2.*diſp*.1.*quæſt*.14. *punct*.3. Arriaga 2.2.*diſp*.24.*n*.54.*in fine*; licèt D.Auguſt. *ſerm*.11. *de verbis Domini*, magna tactus difficultate, voluerit eſſe peccatum finalis deſperationis; & ex parte conſentit Sotus *in* 4.*diſt*.43.

An omnes blaſphemiæ ſint ejuſdem ſpeciei?

Affirma; niſi adſit circumſtantia mutans ſpeciem, odii, hæreſis, deſperationis. 411 Omnes blaſphemiæ ejuſdem ſunt ſpeciei.

Patet; namque omnes per ſe Deum reſpiciunt, ſivè in ſe, ſivè in creaturis Deus contemnatur; ità perjurium, ſivè per Deum, ſivè per creaturas ejoſdem ſpeciei eſt, quia Deum ſemper per ſe reſpicit. Cajet. 2.2.*qu*.13.*art*.1. *ad* 2. *& in ſumma* v.*blaſphemia*. Valentia 2.2.*diſp*.1.*qu*.13. *punct*.3. Sayr.6.*Clavis.c*.13.*n*.4. Petrus Ledeſma *tom*.2.*ſummæ tract*.1.*c*.9.*concl*.5. Azotius *tom*.1. *lib*.9.*c*.28.*qu*.10. Sanch.*loc.cit.c*.38. Suar.*tom*.1. *de Relig.c*.5.*n*.5.*&* *c*.6.*n*.18. Dicaſtill.*de juram. diſp*.1.*dub*.9.*n*.206. contra Arriagam 2.2.*diſp*.24. *n*.42. ajentem, omnes blaſphemias eſſe diverſæ ſpeciei, etiamſi ſint tantùm immediatè contra Deum, dicendo, *Deus eſt peccator*, *Deus eſt injuſtus*, *Deus eſt ignorans.*

Ex quo infert Del Bene *tom*.2.*par*.2.*de officio S.Inquiſit. dub*.218. *ſect*.7. *n*.10. poſt Cajet. 2.2. *qu*.13. *art*.1. contra Bandez *ibid. notab.fin.* Toletum *lib*.4.*c*.13. *n*.6. non eſſe explicandum in confeſſione an ſit contra Deum, an contra Beatiſſimam Virginem, vel Sanctos, nec quibus verbis proferatur, nec in qua materia. Quia ſemper eſt convicium in Deum; ſatiſque aſſerit, ſi ex-

(2) Teneas tamen Propoſitionem ab Innoc. XI. damnatam ordine 58. „ Non tenemur Confeſſario „ interroganti fateri peccati alicujus conſuetudi- „ nem ". Tum etiam explicanda eſt perverſa conſuetudo blaſphemandi ſi in Deum ſit, & in Beatam Virginem, coram pluribus ſupra quatuor, quia eſt caſus reſervatus hic, licet ſine cenſura.

ſi explicet numerum, dicendo toties blaſphemavi non hæreticaliter, toties hæreticaliter, toties ex odio, toties ex deſperatione; ſicuti ſatis eſt fateri, toties gravem contumeliam irrogaſſe, non explicando diverſitatem contumeliæ, an ſcilicet dixerit adulterum, lenonem, maleficum, ſicarium, &c. Sotus *5. de juſt. qu. 9. art. 1. in fine*, quia injuriæ hujuſmodi verbales ſemper honorem lædunt. Molina *de juſt. commutativa tract. 4. diſp. 19. num. 3.* Reginal. *lib. 24. c. 3. n. 102.* Cajet. *2. 2. qu. 72. art. 1.* (3)

Si verò maledicat Sanctos, non prout Sancti ſunt quid Dei, nec intuitu Dei, ſed prout ſunt in ſe homines, unius, vel alterius exercitii, tunc non offenditur Religio; ſed obſervantia, & honor proprius hominis, Sanctorum.

432 Objectis fit ſatis. Dices: diverſa adorationis ſpecie colitur Deus, ac Beatiſſima Virgo, ac Sanctus; ergo diverſa erit ſpecies blaſphemiæ.

Reſpondetur: blaſphemiam non afficere Sanctos, prout una, vel alia adoratione coluntur, ſed in contemtum Dei; ſicque à Deo ſpeciem malitiæ ſumere blaſphemiam.

Fateor tamen, ut injuria facta ſervo in contumeliam Domini afficit ſervum: ità facta Sanctis in contumeliam Dei, afficere Deum, & etiam Sanctos; ſed prout afficit Sanctum habere meræ contumeliæ vim, & inobſervantiæ. Suar. *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 6.* Sanch. Dicaſtill. & alii.

An maledicens Deum, & Sanctos, Deum, & creaturas ſimul, committat unum peccatum blaſphemiæ?

433 Maledicere ſimul Deum Sanctos, & Creaturas unum blaſphemiæ peccatum eſt. AFfirmat Henriq. *lib. 5. ſummæ c. 8. n. 4.* contra Navarrum *de pœnit. & remiſſ. conſ. 14. n. 9.* ajentem, eſſe duo peccata. contra Azorium *tom. 1. lib. 4. c. 4. qu. 1.* putantem tot eſſe peccata, quot perſonæ blaſphematæ; nam ex ſolo Deo ſpeciem ſumit blaſphemia, & numerum ex unitate actus moralis, ut ſemel multa ſuffurari, unum eſt peccatum; pluries eodem impetu verberare, unum eſt peccatum. *c. lotharius 3. 31. q. 2.* ubi Gloſſ. *v. appellavit.* Navar. *loc. cit. n. 2.*

An eodem impetu pluries blaſphemans committat unum peccatum?

434 Idem ſi eodem impetu pluries blaſphemet. AFfirma: ſi blaſphemia ſit ſimplex, quia unus eſt actus continuatus. *arg. legis. cum ejuſdem. §. adiles ajunt. D. de adilit. edict.* unamque contrahit cenſuram unico impetu pluries Clericum percutiens. *c. cum pro cauſa. 27. de ſententia excommunic.* Addentes ad Quarantam *in Bullario. v. blaſphemia.* Graffius *lib. 1. de caſib. reſ. c. 10. n. 59.* Menoch. *lib. 5. præſumt. 2. n. 27.*

Pœna Blaſphemiæ.

§. V.

435 Infidelis blaſphemãs arbitrariè punitur. INfidelis blaſphemans punitur arbitrio Judicis, ut punitur inferens alicui injuriam. Alex. *lib. 6. conſ. 99. n. 15.* Decianus *lib. 6. Crim. c. 4. num. 2.* S. Chryſoſtomus *homil. 1. ad populum.* ait, prius corrigendum, & incorrigibilem alapha percutiendum, ibi: *alapha percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica; & ſi pœnas Judex pro Tribunali ſedente repopoſcerit, dic cum libertate; quod Angelorum Regem blaſphemavit.*

Jure teſtamenti antiqui blaſphemus lapidibus obruebatur. Levit. 24.

Jure Civili blaſphemus morte puniebatur. Auth. *ut non luxurientur homines. coll. 6.* ubi Gloſ. *v. ultimis ſuppliciis.*

Jure Canonico ex *c. ſtatuimus. 2. de maledicis*, laicus blaſphemus jejunabat in panæ, & aqua certis diebus, & ſeptem diebus Dominicis publicè agebat pœnitentiam ante fores Eccleſiæ. 436 Fidelis variis legibus punitur.

Clericus verò blaſphemus deponitur, beneficiis privatur, ac dignitatibus, & redditur inhabilis ad amplius illa conſequenda, ſitque infamis. *c. ſi quis per capillum. 10. 22. qu. 1.* Conſtitutione Julii III. incipit: *In multis.* Pius V. in Conſtitutione, quæ incipit: *Cum primum Apoſtolatus.* 437 Pœna Clerici blaſphemantis.

Laicus blaſphemus eſt infamis, & damnatur ad triremes, & laici ex Concil. Later. ſub Leone X. *ſeſſ. 9. §. ad abolendam.* percutientes, offendentes imagines Sanctorum morte puniuntur. Francus *dec. 504.* Clar. *§. fin. qu. 68. n. 19.*

Hodie pœna juris non eſt uſu recepta, ſed eſt arbitraria. Clar. *§. blaſphemia. v. ſed quæro.* Sayr. *6. Clavis. c. 13. n. 18.* Lazarius *de blaſph. qu. 6. n. 17.* Jaſon. *in l. 3. § jurari. n. 14. D. de jure jurando.*

Hodie namque omnes pœnæ ſunt arbitrariæ ob delictorum circumſtantias. Menoch. *1. de arb. c. 99. n. 16.* Vivius *communium. v. Judex ubicumque n. 6.* Boſſius *tit. de pœnis n. 10.*

Neapoli lingua blaſphemi clavo publicè perforatur, ex Conſtitutione Regni ſub *rub. de blaſphemantibus*; & practicatum refert deciſum Gramm. *dec. 50.* 438 Quid Neapoli practicatum.

Blaſphemia hæreticalis duriùs punitur ad inſtar hæreticorum; & eſt reſervata, Concil. Lateran. *ſeſſ. 9. §. ad abolendam.* Armilla *v. blaſphemia.* Suar. *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 7. n. 21.* Arriaga *2. 2. diſp. 42. num. 51.* Dicaſtill. *de juramento, diſp. 1. dub. 9. n. 221.* dicens, non contrahi cenſuram, nec reſervationem, ſi cum verbali blaſphemia hæreticali deſit error, & aſſenſus internus. 439 De blaſphemia hæreticali.

Joco blaſphemans Deum, vel Sanctos, an puniendus?

AFfirma; & magis debet puniri, ac ille, qui ex ira blaſphemat. Farinac. *de hæreſi qu. 176.* Lazarius *de blaſphemia qu. 6. n. 11.* 440 Joco blaſphemans etiam puniendus.

An puniendus, ut blaſphemus abutens verbis Scripturæ Sacræ in jocis, in cantilenis, in rebus prophanis, obſcœniſvè?

DEbet puniri; nam eſt abuſus proximus blaſphemiæ. Trid. *ſeſſ. 4. in fine.* Graffius *par. 1. de caſib. reſ. lib. 2. c. 19. n. 17.* 441 Et abutens verbis Sacræ Scripturæ.

An denuncianda blaſphemia?

AFfirma denunciandam eſſe hæreticalem Inquiſitori. *c. ſi quis. 10. 22. qu. 2.* ibi: *ſi quis autem talem hominem non manifeſtaverit, non eſt dubium, quin divina condemnatione coerceatur.* Concil. Lateran. *ſeſſ. 9.* ibi: *cum denique deferre, vel notificare apud Judicem Eccleſiaſticum, ſeù ſecularem intra triduum debeant.* Julius III, in Conſtitutione incipit: *In multis.* Arriaga *loc. cit. num. 51.* 442 Blaſphemia hæreticalis eſt denuncianda.

Judex.

§. VI.

IN hæreticali privativè eſt Inquiſitor, vel Ordinarius Eccleſiaſticus loci. Ricc. *par. 1. praxis reſ. 423.* Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg. 51. n. 89.* Scaccia *lib. 1. de judiciis. c. 12. n. 59.* Martha *p. 2. de jurisdictione. c. 23.* Carena *p. 2. tit. 7. n. 13.* 443 In hæreticali tantù Ordinarius, aut Inquiſitio procedit.

Ban-

(3) Si tamen blaſphemia ſit in Deum, vel B. Virginem ex perverſa conſuetudine coram pluribus ſupra quatuor, eſt explicanda, quia hoc peccatum eſt reſervatum. Synod. Card. Pignatelli *p. 16. & 70.*

Bandez 2.2.*q.*13.*art.*1. Villalobos *tom.*2.*tract.*2. *difficult.*15.*n.*7.

444 Aliæ blaſphemiæ ſunt mixti fori. Aliæ blaſphemiæ ſunt mixti fori, & ſic in illis currit præventio. *c.*2. ubi Abbas *n.*9. *de maledicis.* Bordon. *tom.*1.*c.*26.*n.*15.*in fine.* Azorius *tom.*1. *lib.* 9. *c.* 28. *qu.* 9. abolita contrario uſu Conſtitutione Julii III. quæ incipit: *In multis.*

Blaſphemi abjurant.

445 Quando, & quomodo blaſphemi abjurant. DE levi ſecundum Seſſe *tom.*4.*dec.*450.*n.*9. vel de vehementi ſecundum Genuenſem *in praxi c.* 68. *num.* 8. Lazarium *de blaſphemia qu.*6.*num.*17.

Et Religioſus Pœnitentiarius in Officio S. Inquiſitionis redditur inhabilis ad gradus, & officia ſuæ Religionis ex Decreto Urbani VIII. 1. *Octobris* 1626. apud Dianam *par.* 4. *in calce.* Bordon. *tom.*1. *c.*27.*n.*36. Peyerinus ad Conſtitutione IX. Pauli V. *n.*29.

De Sacrilegio.

CAPUT II.

446 Unde dictum ſacrilegium. SAcrilegium, hoc eſt *ſacra lego*, hoc eſt ſacra colligo, dictum ad oſtendendum furtum rei ſacræ. Iſidorus *lib.*1.*lit.S*, Horatius *lib.*1.*ſat.*3. v.117. ibi:

Et qui nocturnus Divum ſacra legerit.

Sivè dictum, quia eſt læſio ſacri. *l.ſacrilegi.* 9. *§.*7.*D.ad l.Jul.peculatus.* Diaz *in pract.Crim.Canonica qu.*87.*n.*1. Bald. *in l.ſi non dum.C.de furtis lib.* 4.

Quid ſit?

§. I.

447 Quid ſit explicatur. DEfinitur, eſt violatio rei ſacræ, ut ſacra eſt. D.Tho.2.2.*q.*99.*art.*1. Valent.2.2.*diſp.*6. *qu.*15.*punct.*1. Gloſſ. *in c.omnes Eccleſiæ.*17.*q.*4. Turrecremata *in c.ſacrilegium.*7.*qu.*4. Peguera *dec.Crim.*24.*num.*2. Decianus *lib.*1.*Crim. c.*14. *num.*1.

Ly *violatio* exprimit irreverentiam, indignam uſurpationem rei dicatæ divino cultui, ità ut tunc ſit ſacrilegus uſus, quando repugnat ſacro cultui, ad quem res deſtinata eſt.

Dicitur *rei ſacræ, ut ſacra eſt*; quia ut ſacra eſt, dicatur divino cultui, ſivè ſit dicatum jure divino, ſivè jure humano; qua ratione ſimonia participat malitiam ſacrilegii. Sotus 9. *de juſt. qu.*5.*art.*1.*ad* 2. Gloſſ. *in c.audivimus*, ubi Turrecrem. *n.*2.*cauſa* 1.*qu.*3.

Adeòque ſacrilegium eſt flagitium graviſſimum contra Religionem. D.Thom. *loc.cit.* Valent. *loc.cit.* Tholoſan. *lib.*33.*ſyntagm.c.*31.

Quotuplex ſit ſacrilegium.

§. II.

448 Triplex eſt. SAcrilegium ratione materiæ triplex. Doctores *in c.ſacrilegium.*17.*qu.*4. D.Tho. *loc.cit. art.*3. D.Bonav. *in* 3.*diſt.*37. *in litera dub.*7.

Primo, contra perſonam. Secundo, contra locum. Tertio, adverſus res ſacras.

449 Contra perſonam. Contra perſonam eſt ſacrilegium. *c.ſi quis ſuadente.*21. *c.ſi quis deinceps.*18. *c.quiſquis.*17. *c.ſicut.*5.17.*qu.*4. ut ſi offendatur perſona dicata ſpecialiter divino cultui. *c.duo ſunt.*7.12.*q.*1. Itaut non ſufficiat generalis, qua omnes Chriſtiani per baptiſmum Deo dicantur, abrenunciato mundo. *c.conſtituit.*17.*q.*4. Valent. *loc.cit.* Turrecrem. *in c.ſacrilegium.*3.17.*qu.*4.*art.*5.

Et fit multis modis. Primo, ob violentam percuſſionem Clerici. *c.ſi quis ſuadente.* 21. 17. *quæſt.*4.

Secundo, violando forum perſonæ Eccleſiæ debitum, *tit.Decretalium. de foro competenti.*

Tertio, violando immunitatem, & exemtionem à tributis; in quo non datur parvitas materiæ, ob graviſſimum præjudicium ſtatus. *c.non minus.*4. *c.adverſus.*7. *de immun.Eccleſiarum.*

Quarto, lædendo votum caſtitatis etiam ſimplex, nam irreligiosè, perfidè agit frangens votum contra fidelitatem promiſſionis Deo factæ. Diciturque perfidum ſacrilegium. Peguera *dec.* 54.*n.*6. Thuſc. v.*ſacrilegium.concl.*6.*n.*1. Farin. *de furtis qu.* 172. *par.*1. *n.*4. tetriorque fœditas; nam infamem reddit ſanctitatem, continentiam ducens criminoſam. Orig. *lib.de ſing.Cler.continentia.*

II. Sacrilegium adverſus locum.

§. III.

COmmittitur ſacrilegium contra reverentiam debitam loco. *c.miror.*17.*qu.*4. 450 Secundo contra locum.

Primo, perforando locum ſacrum. Secundo, abſtrahendo à loco ſacro. *c.ſicut antiquitus.*17. *quæſt.*4.

Tertio, furando rem ſacram de loco ſacro; rem ſacram de loco non ſacro; & rem non ſacram de loco ſacro: dummodo res non ſacra pertineat ad locum ſacrum jure aliquo dominii, cuſtodiæ, ornamenti. *c.ſi quis.*16.*c.qui rapit.*14.17.*qu.*4. Clar. v.*ſacrilegium.n.*1. Menoch. 2.*de arb.caſu* 289. *n.*11. Peguera *dec.Crimin.*24. *n.*8. Harpprectus *lib.*4. *inſtitutionum tit. de publicis judiciis. §.item lex.*9.*n.*16.

Putat tamen Zecca *de pænitentia c.*21. Gabr. à S.Vinc. *de pænit. diſp.*8. *qu.*9. *§.quæres.*3. non eſſe ſacrilegium auferre Calicem conſecratum alicujus perſonæ privatæ; quia hujuſmodi ſacrilegium eſt introductum ob reverentiam Eccleſiæ, quæ non debetur, quando res non eſt Eccleſiæ. At non ſatisfacit, quia eſt introductum favore ipſius rei conſecratæ, cui fit injuria ſubfurando.

Jure Civili non eſt ſacrilegus accipiens rem ſacram ex loco privato. *l.aut facta.* 16. *§.locus. D.de pœnis.* Et nec eſt ſacrilegus accipiens rem non ſacram depoſitatam in loco ſacro. *l.Divi.*5. *D.ad l.Jul. peculatus*; unde duo copulatim exigit ſacrilegium jure Civili, ut res ſacra de loco ſacro auferatur. Sanfelice *deciſ.*35.*&* *deciſ.*243. Francus *dec.* 315. Caìà *ad Prag. XI. de emt. & vendit. par.*2. *num.*89. Peguera *deciſ.* 24. Ponte *dec.*14.*n.*7.

Surripiens verò in Eccleſia à privato crumenam, pallium, non eſt ſacrilegus; quia illa pecunia nullatenus competit Eccleſiæ, nec Eccleſia violatur illius ſubreptione. Zerola *in praxi de pœnit.c.*12.*qu.*17. Leſſ. *lib.*2.*de juſt.lib.*6.*c.*45. *dub.*3.*n.*14. Henriq. *lib.*2.*c.*6.*n.*5. Vaſq. Pontius, & alii, qui volunt occultam pollutionem, aut fornicationem in Eccleſia non eſſe ſacrilegium, quia publicè Eccleſiam non polluit, inhonorat, cum de Magiſtris 2.*p.Sylv.lib.*1.*c.*14.*n.*1. Diana *par.*7.*tract.*11.*miſcell.reſol.*71. Trullenck 2.*Decalogi.lib.*6.*c.*1.*dub.*7.*n.*7. Macadus *tom.*1.*lib.*2. *tract.*4.*documento* 3.*n.*11. Caramuel *in regulari. dub.*76.*n.*1017. contra Sanch.9.*de matrim.dub.* 15.*n.*11. Bonac. *de matrim.qu.*4. *punct.ult. n.*7. Laym. *lib.*4.*tract.*10.*c.*7.*n.*18. Suar. *tom.*1.*de Relig.lib.*3.*c.*4.*n.*7. Regioal. *tom.*2.*lib.*21.*c.*1.*n.*12. Menoch. 2.*de arb.centur.*4.*caſu* 389. & text. *in d.c.quiſquis.* 17. *qu.*4. intelligitur de re non ſacra ſpectante aliquo modo ad locum ſacrum.

Idque vehementiùs probatur, quia jura juribus ſunt concordanda, & minus corrigenda:

minus

minus autem corrigitur per noſtram concluſionem, jus civile tantùm agnoſcens ſacrilegium in furtum rei ſacræ de loco ſacro. *l. Divi.* 5. *D. ad l. Jul. pecul. l. ſi non dum.* 3. *C. de furtis.* Boer. *dec.* 254. *n.* 2.

An tactus impudici in Eccleſia ſint ſacrilegi?

451 Tactus impudici in Eccleſia ſacrilegi ſunt.

NEgant; quia non inveniuntur prohibiti intuitu honoris Eccleſiæ, & ſic volunt malos, non ſacrilegos eſſe Sanch. 3. *de matrim. lib.* 9. *dub.* 15. *n.* 21. Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 31. Homobon. *par.* 1. *tract.* 5. *c.* 12. *qu.* 77.

Sed oppoſitum docet Pitigianus *in* 4. *tom.* 2. *dub.* 17. *qu. un. art.* 5. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 6. *qu.* 10.

Ego agnoſco majorem deformitatem ratione loci orationis, non theatri ſcenici, Chriſto ſuggerente ſe expuliſſe vendentes, & ementes de templo, quanto magis turpiter agentes.

An ſit ſacrilegium ab Oratoriis, & Confraternitatibus publicè non conſecratis, aut benedictis aliquid furari?

452 Videtur non eſſe ſacrilegium furari aliquid ab Oratoriis nō conſecratis.

NEga. *l. ſacrilegi.* 9. *D. ad l. Jul. pecul.* ibi: *amplius quàm fures, minus, quàm ſacrilegi merentur*, non enim ſunt loca publicè ſacrata, aut benedicta, quod conſtituit rationem ſacrilegam. Bartol. *in l. ſacrilegi.* 9. *num.* 2. *D. ad l. Jul. pecul.* Sanch. 9. *de matrim. diſp.* 15. *q.* 3. *n.* 23. Corrad. *in praxi rubr. de ſacrileg. n.* 7. Peguera *deciſ. crim.* 24. *n.* 18. Tholoſan. 33. *ſyntagm. c.* 14. *num.* 3.

An effringentes Eccleſias, Cœmetaria, vel inde extrahentes invitos ſint ſacrilegi?

453 Effringentes Eccleſias, & extrahentes invitos ſunt ſacrilegi.

AFfirma: nam hujuſmodi ſub excommunicatione latæ ſententiæ ſunt prohibitæ in honorem loci ſacri, & benedicti. *c. præſertim. c. miror. c. rerum.* 8. *c. ſi quis contumax.* 16. 17. *q.* 4. *c. inter alia. c. fin. de imm. Eccleſ. l. præſenti. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*; & inde exeuntes ad exonerandum ventrem, nec capi poſſunt. *c. diffinivit.* 28. 17. *qu.* 4. Zecca *de Miſſa. c.* 9. *§. declaratur.*

An ſint ſacrilegi, & excommunicati occupantes, aut invadentes prædia divinis uſibus deſtinata?

454 Similiter invadentes prædia divinis uſibus dicata ſunt excommunicati.

AFfirma. *c. nulli liceat.* 3. *c. quicumque*, ibi: *quicumque militum, vel cujuſcumque Ordinis, vel Profeſſionis perſona prædia Eccleſiaſtica à quocumque Rege ſeculari Principe, vel ab Epiſcopis invitis, ſeù Abbatibus, aut aliquibus Eccleſiam Rectoribus ſuſceperit, vel invaſerit, vel eorum conſenſu tenuerit; niſi eadem prædia Eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat. c. prædia.* 5. *c. in antiquis.* 7. *c. ſi ſeculi.* 9. *c. in legibus.* 10. 7. *qu.* 2.

III. De Sacrilegio ratione Rei.

§. IV.

455 Tertio Sacrilegiū ratione rei violatæ, & quæ ſit.

RAtione Rei fit ſacrilegium violatione, abuſu, vel alter infractione, conſciſſione, conſpurcatione, venditione Sacramenti, rei ſacræ, Reliquiarum, imaginum Sanctorum. *c. ſi quis Presbyter. diſt.* 59. *c. ſi fortè.* 13. *c. omnes.* 4. 17. *qu.* 4. D. Thom. 2. 2. *qu.* 95. *art.* 3. Farinac. *de furtis qu.* 172. *n.* 4. 55. *&* 64. Violatio verò imaginum eſt ſacrilega, ſi imagines deſtruantur, in quantum ſerviunt divino cultui, uti deſtruunt hæretici. Similiter eſt ſacrilegus abuſus Sacræ Scripturæ, ut abutuntur hæretici. Pegna *deciſ. crim.* 24. *n.* 3. *&* 17.

An adverſus Euchariſtiam detur ſacrilegium?

DIſtinguas: vel accipitur prout Sacramentum eſt, vel prout Deus inibi exiſtit.

Si primum, eſt ſacrilegium graviſſimum, nam violatur honor Sacramento, ac ſpeciebus deſtinatus ab Eccleſia. Boerius *dec.* 254. *n.* 16. Pegna *dec. crim.* 24. *n.* 10. Decian. 6. *crim. c.* 30. *num.* 28. Farinac. *de furtis. qu.* 172. *n.* 62. — 456 Datur Sacrilegium contra Euchariſtiam prout eſt Sacramētum.

Si verò conſideretur prout Deus ibi exiſtens, tunc ſicuti contra Deum ſunt cætera peccata, & non ſunt ſacrilega, ſed repoſita in altiori ordine graviſſimi flagitii irreligioſitatis, oppoſiti cultui latriæ: ità tale peccatum eſt maximum irreligioſitatis ſecundum Suarium *loc. cit.*

De Sacrilegio ex tempore.

§. V.

EXplicitis ebullientibus contra perſonas, loca, res, diſquirendum ſe offert fluxiùa temporis conditio.

An ſcilicet ex violatione temporis naſcatur ſacrilegium?

NEga. Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *c.* 7. dicens oppoſitum probabile, contra Leſſium 2. *de juſt. c.* 45. *dubit.* 3. *n.* 15. dicentem, ratione temporis eſſe veniale ſacrilegium quodlibet peccatum in die feſtivo factum, tanquam violans temporis ſanctitatem. — 457 Ratione tēporis in quo fit peccatū, non videtur addi malitia ſacrilegii.

Patet, quia tempus menſura cæterorum non poterat ſpecialitèr ratione ſui, cùm ſit fluxilis naturæ, ſanctificari publicè: nec abſtinere ab opere ſervili in die feſtivo eſt intuitu temporis feſtivi ſacrati, ſed in Dei obſequium: unde non ratione ſui violatur, ſed ratione rei, in quo differt à loco; nam intuitu loci ſacri, vel benedicti prohibitum eſt furtum loci ſacri, prohibita eſt enim inibi negotiatio.

Quo jure malitia ſacrilegii contingat?

SOlo jure poſitivo prohibente aliquas actiones, non omnes intuitu reverentiæ rerum, loci, perſonæ ſacræ; & ſic non eſt inductum ſacrilegium jure naturæ, aliàs omnes actiones pravæ eſſent ſacrilegæ. Vaſq. *par.* 2. *tom.* 4. *q.* 72. *art.* 3. *diſp.* 48. *n.* 4. Henriq. *lib.* 5. *de pœnit. c.* 7. *n.* 5. Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *qu.* 5. *par.* 1. *§. præterea.* Diana *par.* 1. *tract. de circumſtantiis reſ.* 25. licèt Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. diſp.* 8. *qu.* 9. velit ex natura rei dari deformitatem ſacrilegam venialem ex communi apprehenſione. — 458 Jure poſitivo inductū eſt ſacrilegium.

An ſacrilegium poſſit eſſe veniale?

AFfirma. Primo, ex ſemiplena advertentia. Secundo, ex ſubjecta materiæ parva furti, vel ex levi irreverentia, vel abuſu leviſſimo: puta indiſcreto tactu rei ſacræ. Cajet. v. *ſacrilegium.* Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 2. contra Menoch. 2. *de arb. caſu* 586. *n.* 3. Peguer. *dec.* 24. *num.* 2. ajentes, in re levi delictum grave æquali pœna puniendum, ac ſi res fuiſſet gravis. — 459 Aliquando ſacrilegium poteſt eſſe veniale.

Non eſt tamen parva materia exigere à Clerico tenuiſſimam Gabellam, nam indicaret ſtatus ſubjectionis reſpectu laici, materiam gravem. Suar. *loc. cit.* Valent. *loc. cit. par.* 2.

An omiſſio poſſit eſſe ſacrilega?

AFfirma: ſi actio ab Eccleſia præcipiatur in ordine ad cultum rei ſacræ, & ſic eſt ſacrilega omiſſio venerationis Euchariſtiæ perceptæ, omiſſio cuſtodiæ adhibitis clavibus ſub pœna ſuſpenſionis trium menſium ab officio. *c.* 1. *de cuſtodia Euchariſtiæ*; omiſſio munditiei nitoris corporalium, veſtium, vaſis ſacri. *c.* 2. — 460 Omiſſio etiam poteſt eſſe ſacrilega.

De

Digitized by Google

de cuſtodia Euchariſt. omiſſio Inclinationis reverentis, quando Sanctiſſima Euchariſtia elevatur. *c. ſane.* 10. *de celeb. Miſſarum*, ibi: *ut cum in celebratione Miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris reverentèr ſe inclinet.*

Pœna Sacrilegii.

§. VI.

461 Pœna ſacrilegii circa perſonas, & res Eccleſiæ.

JUre Canonico ſunt excommunicati percuſſores Clericorum, violantes immunitatem Eccleſiæ, frangentes cum raptu rei, vel perſonæ ab Eccleſia. *c. ſi quis ſuadente* 22. ibi: *anathematis vinculo ſubjacent. l. ſicut antiquitus.* 5. *c. omnes.* 4. 17. *qu.* 4. *c. conquæſti.* 22. *de ſentent. excomm.* ibi: *memoratos ſacrilegos, excommunicatos nuntietis, & faciatis ſicuti excommunicatos arctius vitari.* Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 11. *de reform. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & Clericis.*

462 Punitur Jure Civili.

Jure Civili eſt arbitraria juxtà circumſtantias. *l. ſacrilegii lu* 1. *l.* 4. §. *mandantis autem. D. ad l. Jul. pecul.* Clar. §. *ſacrilegium. n.* 4. Boerius *dec.* 254. *n.* 5. Peguera *dec. crim.* 24. *n.* 15. & 21. Tholoſ. 33. *ſyntagm. c.* 15. *n.* 2.

Et pœna capitis adverſus ſacrilegos impoſita *in l. ſacrilegi.* 9. *D. ad l. Jul. pecul.* non ſupponit pro morte naturali, ut habet Gloſſa *ibid. v. capite.* Bart. *n.* 1. Boerius *dec.* 254. *n.* 20. & 13. Decian. *lib.* 6. *crim. c.* 33. *n.* 5. niſi ob id expoſcat delicti enormitas. Cancerios *quæſtionum crim. c.* 8. *rubrica de furtis. n.* 21. & Conſtitutio Regni incipit: *Multæ leges.*

An delictum ſacrilegii ſit mixti fori?

463 Sacrilegium eſt mixti fori.

AFfirma. Folierius *pract. Crim. Canonica c.* 17. *n.* 13. Lopez apud Diaz *in praxi c.* 87. *lit. A.* Tholoſ. 33. *ſyntagm. c.* 13. *n.* 7. Decian. 6. *crim. c.* 36. Thuſc. *v. ſacrilegium. concl.* 6. *n.* 15. niſi Eccleſiaſticus fuerit delinquens; nam ab Eccleſiaſtico Judice tunc cognoſcendus, vel niſi ſapiat præſumtionem hæreſis abuſu Sacramentorum pro maleficiis. De Magiſtris *par.* 2. *Sylvæ. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 11. Guidon Papa *dec.* 178.

De Flagitio tentationis Dei.

CAPUT III.

464 Tentatio Dei Religioni opponitur.

UT ſacrilegium, ità tentatio Dei opponitur Religioni per defectum; deficiendo ſcilicet à debito fideli divino obſequio; in quo differt à ſuperſtitione, quæ opponitur Religioni per exceſſum, & per defectum.

465 Cur Deus permittat tentationes.

Hinc non ſumitur tentatio Dei paſſivè, quaſi inducatur: neque activè, quaſi Deus inducat alios ad peccandum. *Deus enim neminem tentat.* Jacobi 1. licet ad aliorum exemplum ſuorum ſervorum virtutes exerceat, ut perficiantur; qua ratione dicitur tentaſſe Job, & Tobiam. Tobiæ 3. Deut. 13. Sed hic tentatio Dei accipitur pro flagitio, quo creatura experiri vult divinam virtutem ſine rationabili cauſa, & definitur: *tentatio Dei eſt actus voluntarius adhibitus à creatura dubitante ad experiendum expreſsè, vel tacitè perfectionem Dei.* S. Tho. 2. 2. *q.* 97. *art.* 2. Valent. 2. 2. *diſp.* 6 *qu.* 74. *punct.* 1. Expreſsè, ſi dubitans de divina perfectione expreſsè id agat, ut experiatur, an Deus illam habeat, tacitè ſi quis credat certò Deum perfectionem habere, ſed ità aliquid agat, ac ſi vellet experiri, an Deus habeat. D. Thom. *loc. cit.* ponens exemplum de agitante equum curſu, hic ſi ſine cauſa curtat; ſtatim arguimus illum currere ad experiendam equi agilem velocitatem, quod non argueremus, ſi curreret, ad effugiendos banditos. Quoties ergo quis ſine cauſa aliquid facit expectans à Deo eventum, licet credat Deum poſſe, agit ità, ac ſi experiri vellet Deum poſſe, quæ eſt ſaltem tacita tentatio Dei.

Eſt prohibita. Levit. 6. ibi: *non tentabis Dominum Deum tuum.* Matth. 4. & tentans delinquit. Pſal. 77. ibi: *tentaverunt Deum in cordibus ſuis.* Exodi 17. ibi: *tentaverunt Deum dicentes, eſt nè Dominus in nobis.* D. Auguſt. 10. *de Civit. c.* 19. 466 Vetitum eſt Deum tentare Jure Divino.

Et jure etiam poſitivo tentatio reprobata, ut purgationes per ignem, per ferrum candens, per aquam. *c. ex tuarum.* 7. *de purg. Canon. c. fin. de purg. vulgari.* Et Canonico.

Quod ſi quandoque Deus innocentiam oſtenderit, tunc ob innocentiam, ſimplicitatem dignatus, illa operatus eſt mirabilia. Del Rio 4. *magicarum. c.* 4. *q.* 4. ex D. Auguſt. *Epiſt.* 137. *ad Hipponenſes.* 467 In oppoſitū adducta refelluntur.

Nec refert Numerorum 5. Deum præcepiſſe ſuſpectam de adulterio aquis amaris purgari, itaut femur putrefieret, ſi re vera adultera eſſet: Nam illa lex fuit judicialis, tunc licita, cùm fuiſſet nota Divina voluntas operandi miraculum ad detegendum crimen: At nunc lex illa abrogata unà cum purgatione eſt.

Magis obſtare videtur text. *in c. ſæpè.* 23. 2. *q.* 5. ubi ad detegendum furem Monachum, Abbas dicta Miſſa, Sanctiſſima Euchariſtia Monachos purgabat, dicendo: *Corpus Domini noſtri ſit tibi hodie ad probationem.*

Sed adhuc reſpondet D. Thom. 3. *par. qu.* 80. *art.* 6. *ad* 3. illam purgationem illicitam fuiſſe, exponentem reum infamiæ, ſi abſtinuiſſet; ſacrilegio, ſi reciperet Euchariſtiam, eratque tentare Deum; erravitque Concilium illud Provinciale Vuormacienſe *c.* 15. ex quo canonem deſumpſit Gratianus; & contrariis decretis revocatum *ex c. ex tuarum. de purg. Canonica.*

An ſit tentatio Dei velle, ut oſtendat ſuam voluntatem in aliquo caſu particulari, ſine dubio Divinæ Potentiæ?

NEgat Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *qu.* 14. *par.* 1. §. 3. Hinc contra Cajetanum *in ſumma. v. Dei tentatio*; quia licèt peccet, ut vanus, & irreverenter curioſus circa Deum, propriè tamen Deum non tentat: cùm nec implicitè, nec explicitè dubitet de divina virtute, quod requiritur ad tentationem, ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 97. *art.* 1. 2. & 4. Hic enim eſt dubius de re volita, non verò de Divina potentia. 468 Non videtur tentatio Dei velle Deum oſtendere ſuam volūtatem ſine dubio ſuæ potentiæ.

An deficientibus mediis naturalibus, urgente cauſa rationabili, ſit illicitum recurrere ad Deum, præmiſſa oratione, & humilitèr?

469 Licitum eſt ad Deum recurrere in neceſſitate, ſi non ſuppetant media naturalia præmiſſa oratione.

NEga. 2. *Paralipom.* 20. ibi: *cum ignoremus, quod agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* D. Tho. *loc. cit. art.* 1. & 2. Sanch. 2. *Decal. c.* 23. *n.* 9. Cajet. *v. tentatio.* Azorius *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 2. *qu.* 7. Valent. *loc. cit.* §. *declarat*, aſſerens non eſſe tentare Deum, ex rationabili cauſa à ſolo Deo effectum expectare; ſed quando deeſt rationabilis cauſa.

An tentatio interpretativa ſit peccatum mortale?

470 Si in tentatione adſit dubietas interpretativa divinæ virtutis mortale eſt.

DIſtinguas: vel adeſt interpretativa dubietas Divinæ virtutis re vera, vel ſolùm materialis cum certitudine Divinæ virtutis.

Si

Digitized by Google

Si dubietas Divinæ virtutis re vera adeſt, licèt interpretativa, & virtualis; tunc eſt peccatum mortale, etiam imbibens infidelitatem; dubius namque in fide, infidelis eſt: ità ac contingit in expreſſa tentatione Dei. *c.1.de hæreticis in 6.* verificatur illud: *non tentabis Dominum Deum tuum*. Deut.6. Matth.4.

471 Tentans Deum ſi ſe exponat periculo gravis damni, peccat mortaliter.

Si verò ſit ſolùm materialis tentatio. Subdiſtinguas: vel tentans ſe exponit periculo gravis damni, vel ſe aliunde non exponit tali periculo: puta, ſi in levi infirmitate à Deo ſalutem expectet, expreſsè non petendo miraculum.

Si adſit periculum gravis damni, ut accidebat in purgatione per ferrum ignitum, peccatum erat mortale.

472 Secùs venialiter.

Si deſit grave periculum, tunc veniale ait Cajet.2.2.*q.97.art.*2. Valent. *loc.cit.p.2. §.contingit*. Sayr.4. *clavis c.7.num.*14.Leſs.2.*de juſt. c.45.dub.1.n.*4.Tolet.*lib.4.ſumma c.19.num.7.* licèt oppoſitum videatur ſentire Suar. *tom.1.de relig.tr.3.lib.1.c.2.n.*16. Expectare namque miracula à Deo ſine dubio de ejus potentia, & ſine periculo damni gravis proprii, vel proximi, eſt levitas, eſt peccatum, ſed non audent lethale dicere prædicti Doctores; cùm nequeant aſſignare motivum gravis lethalis malitiæ.

Eſt modò agendum de Jure jurando, & de Perjurio, etiam Religioni oppoſito, de quo dictum aliqua IV. Part.

De Jure Jurando.

TITULUS VI.

473 Juramentum ad Religionem ſpectat.

JUramentum eſt actus Religionis latriæ. D. Hieronymus in Matthæum *q.5.* ibi: *qui jurat, aut veretur, aut diligit eum, per quem jurat.* Deuteronomii 16. ibi: *per nomen illius jurabis.* Exodi 20.*c.tua nos.c.ſi verò. c.debitores, de jurejurando l.2.C.de rebus creditis.*

474 Dictum Jus Jurandum à Jure, & jurando, quia juſtum, & æquum jurandum.

Juramentum dicitur etiam jus jurandum. Novella 73.*c.*4. & ità nominatur à jure, & jurando in recto, ut indicat inflexio vocis, nam non eſt jurandum, niſi ut jura volunt, niſi quod juſtum, & æquum eſt. *c. animadvertent.22.q.2.* & jure jurando jus acquiritur, conſtituitur, declaratur. *l.8.§.4.D.ſi ſervitus vindicetur.*

475 Secùs erit perjurium.

Hinc non jus jurandum, ſed perjurium eſt jurare quod juſtum, & verum non eſt. *l.22.D.de dolo.l.fin.D.de rebus creditis. l.fin. D.de crimine ſtellionatus.*

476 In jure appellatur Jus Jurandum, & Juramentum.

Juramentum jus jurandum appellatur in *tit. Digeſtorum*, *& Codicis*, & bis tantùm juramentum legitur. *l.34.l.35.D.de rebus creditis. l.25. §.5.D.de probationibus.*

At Juſtinianus ſæpè juramentum vocat in *l.1. & l.2.§.2.§.3.& §.5.C.de jurejurando propter calumniam, l.4.§.1.§.2.C.de receptis arbitris. l.14. C.de Judiciis.*

477 Dictum Jus Sacratum.

Juramentum etiam dicitur jus ſacratum. Cujacius in Paratlitis *C. de rebus creditis.* Virgil. 2.*Æneidos* 157. ibi:

Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura.

478 Et Sacramentum.

Dicitur etiam Sacramentum. *l.11.l.12.l.13.C. de rebus creditis. l. 2. C.de jurejurando propter calumniam l.12.C.de judiciis.l.fin.C.de fideicommiſſis.l.8.C.de legatis. l.fin.§.10.C.de jure deliberandi.* Gellius *lib.7.c.18.*

Ratione metonymiæ jus jurandum ſumitur pro adjuratione, obteſtatione religioſa *l.77.§.23.* ibi: *Jus jurandi Religione præſtare rogaverat. D. de legatis 2.*

Quid ſit Juramentum.

CAPUT I.

479 Juramenti definitio.

JUramentum eſt *deliberata invocatio divini nominis in teſtem veritatis*. D. Th.2.2.*q.89. art.1.* D.Auguſt.*ſerm.28.de verbis Domini.* Tholoſan. *partitionum Juris Canonici lib.5.c.1. & lib.5.ſyntagmatum c.3.* Valentia *tom.3. diſp.6. q.7.punct.1.*

Patet Deuteromii 6. ibi: *per nomen illius jurabis.* Geneſis 22.ibi: *per me metipſum juravi, dicit Dominus*. Jeremiæ 44. ibi: *teſtis eſt mihi Deus*: *Secunda* ad Corinthios *Primo* ibi: *Deum teſtem invoco.* Pſalm.106.ibi: *Juravit Dominus.* Pſalm.62. ibi: *laudabuntur omnes, qui jurant in eo c.etſi Chriſtus.26.de jurejurando.*

480 Quæ explicatur.

Dicitur *deliberata*, quia in re tam ſeria obligante ad culpam, requiritur tanta deliberatio, quantam exigimus ad lethaliter delinquendum. Angelus v.*Juramentum* 5.*n.*8. Sylveſt. v. *Juramentum* 40. Navarrus *c.12.n.*10. Suarez *de Religione tom.2.lib.2.de jure jurando c.7.n.1.& 3.* Sanch.1.*decalogi lib.3.c.19.n.2.*

481 Per juramentũ Deus in teſtem veritatis adducitur.

Dicitur *Invocatio divini nominis in teſtem veritatis*; quia ſemper juramentum Deum teſtem reſpicit. Deuteronomii *c.6.*, & *c.*20. & Deus teſtis adducitur, ſi dicatur in Deo, per Deum, coram Deo, teſtor Deum, teſtis eſt Deus, Vivit Deus. Apoſtolus ad Romanos 9. ibi: *veritatem dico in Chriſto Jeſu*, & ibi: *teſtificor coram Deo.* Jeremiæ 4. ibi: *Jurabunt, Vivit Deus* 2.ad Corinth. ibi: *Deus ſcit, quia non mentior* 2. 2.ad Timotheum 2.ibi: *teſtificor coram Deo.*

482 Infidelis jurans per falſos Deos nõ tenetur ex Religione, ſed lege naturali etſi cõvertatur.

Jurans per falſos Deos, converſus indè ad fidem, juramento non tenetur vi juramenti, quia non adducitur Deus in teſtem. Abulenſis in *cap.9.Matthæi q.*269. Sotus 8. *de juſtitia q.2.* ex lege tamen naturali obligatur vi contractus ex juſtitia ad ſervandam rem promiſſam. *l.non erit. in fine. D.de jure jurando.*

483 Fidelis jurans per falſos Deos peccat.

Fidelis jurans ſeriò per falſos Deos peccat mortaliter, & jurans jocò peccat venialiter; nam ſeriò jurans videtur in fide etiam peccare, fortè credens Deum eſſe quem invocat, cùm non ſit Deus verus, ſed falſus. At jocò jurans peccat venialiter ob otioſitatem. Abulenſis 5. *Matthæi q.*268. Bonac.*tom.2.diſp.4.q.1.punct.1.*

Ut Clariori doctrina Juramenti quidditas eluceſcat, nam dicitur Deum in teſtem juramento adduci. Duo ſunt hic explicanda. Primum qualis debeat eſſe invocatio Dei. Secundum an per creaturas juramentum fieri valeat.

Deus teſtis explicitè.

§. I.

484 Aliquæ formulæ juramenti adducuntur.

APud omnes aliqua formula habet vim juramenti, ut *vivit Deus. c. & Jurabant 7. in fine 22.q.1. Teſtis eſt mihi Deus, ſcit Deus.c.ſi peccatum 14.in fine 22.q.1.ſic me Deus adjuvet, & iſta ſancta reliquiæ. c.de parentela 5.in fine, & c.6.35.q.6.per ſancta Dei Evangelia.c.quoties 9.in medio 1.q.7.* Matth.5.& Matth.23.

485 Per Capillum, aut Caput Dei non licet jurare.

Non licet jurare per capillum Dei, nec per caput Dei, & eſſet blaſphemia hæreticalis, quia videtur ſentire Deum corporeum. *c.ſi quis per capillum 10.22.q.1.* Deus enim ſpiritus puriſſimus eſt. Maranta in *medulla decreti v.jurans.* niſi reſpiciat juramentum Chriſtum Dominum; nam tunc eſt idem ac dicere res, ità vera eſt, ut Chriſtus Dominus habet caput. Caram. *intentionali lib.4.n.1840.*

Eſt etiam hæreticalis propoſitio, qua in juramento nominarentur, quæ honeſtè nominari nequeunt, etſi id de Chriſto Domino evomatur, tunc eſt effrons lethalis irreverentia. Caram. *loc.cit.*

486 *Per Dei vitam, aut Sãcti eſt juramentum cũ blaſphemia.*

Dicere per vitam Dei, per vitam Sancti, eſſe joramentum adjunctum blaſphemiæ aſſerit Sanch. *n.*27. quia eſt idem ac dicere Deus amittat vitam, ſi res ità non eſt.

Sed de hoc eſt dubius Arriaga *tom.*5. *diſp.* 24. *n.*39. quia non eſt blaſphemia jurare per Sapientiam, per Omnipotentiam Dei, nec eſt idem, ac dicere, Deus amittat Sapientiam, Omnipotentiam, ſi res ità non eſt; ergo nec jurare per vitam Dei, eſt dicere Deus vitam amittat, ſi res ità non eſt. Res tota pendet ex intentione loquentis, jurantis, nam ſine intentione nequit quis eſſe blaſphemus. D. Tho. in 3. *diſt.*39. *q.*1. *art.*3. *q.*3. *c. humanæ aures* 22. *q.*5.

Dicere vulgo *Corpo di Dio*, eſt blaſphemia, ſi loquens intelligat de Deo, ſecùs eſt, ſi intelligat de Chriſto Domino, qua homo eſt, non qua Deus eſt.

Dicere *Giuro à Dio, Giuro à Chriſto*, ob ſcandalum fugiendum. Si verò non tendat ad jurandum, ſed in ſignum impatientiæ talia verba proferuntur, tunc non eſſe graviter incriminanda ait Sanch. *lib.*3. *c.*2. *n.*18. poſt Sotum, Caram. *loc.cit. n.*1846.

Per Deum, coram Deo, idem eſt, ac ot eſt Deus verus, ità mea dicta. Caram. *loc. cit. num.*1841.

Per Creaturas jurare.

§. II.

487 *Jurans per creaturas putans illas habere veritatem infallibilem, eſt idolatra.*

Creatura tripliciter ſupponere valet. Sanch. 1. *decalogi lib.*3. *c.*2. *n.*9. Tancredi *tract.*4. *lib.*1. *diſp.*4. *n.*16. Antonius à Sp.S. *p.*3. *directorii tr.*5. *diſp.*5. *num.*15. & 16. Primo ſi jurans putet creaturas ſecundum eſſe, quid divinum continere veritatem infallibilem. Secundo referendo creatoras ad Deum in creaturis relucentem. *l. qui per ſalutem ſuam jurat, licet per Deum jurare videatur* 33. *D. de jure jurando*. Tertiò conſiderando creaturam, ut in ſe eſt, habetque quid boni, vel veri, licèt fallibilis.

Jurans per creaturam in primo caſu eſt idolatra, quia eſt jurans per falſos Deos, cùm putet creaturam eſſe Deum, & eſſe teſtem infallibilem veritatis. *c. movet te* 16. poſt medium 22. *q.*1. ubi D. Auguſtin. ait plus peccatum eſſe jurare falſum, per Deum verum, quàm verum per Deos falſos, cujus diſparitatem dat Arriaga, quia jurans falſum per Deum verum, immediatè tollit à Deo veritatem; adeòque Deitatem, jurans verum per Deos falſos, dat non Diis honorem Deitatis. Majus autem malum eſt per ſe tollere eſſe, quàm dare alteri ſimilitudinem illius eſſe, ut majus malum eſt deſtruere per ſe Regem, quàm dicere alterum eſſe Regi ſimilem.

488 *Si creaturæ referantur ad Deum eſt juramentũ.*

In ſecundo ſenſu, ſcilicet conſiderando in creaturis Deum relucentem, eſt verum juramentum, nam tunc tacitè Deus invocatur in teſtem veritatis tacitè, vel expreſsè. Matthæi 23. ibi: *Veh vobis Duces cæci, qui dicitis, quicumque juraverit per templum, nihil eſt. c. humana* 11. §. *item objicitur* 22. *q.*5. *c. ecce dico* 10. 22. *q.*5. D. Tho. 2. 2. *q.*89. *art.*6. Suarez *tom.* 2. *de religione lib.* 1. *de juramento c.* 13. *n.*23. Dicaſtill. *de juramento diſp.*1. *dub.*1. *n.*18.

In tertio ſenſu, quo ſcilicet creatura ad Deum non ordinatur, non eſt juramentum; nam tunc non adducitur Deus, ut teſtis veritatis, nec eſſe peccatum ait Sanch. *loc.cit. n.*9. cum Navarro, & Suario, ut enim adducens hominem in teſtem non jurat: ità nec jurat adducens ſuam fidem, ſuam conſcientiam, ſuam animam, ſuam qualitatem. 489 *Si creaturæ non ordinãtur ad Deum non eſt juramentum.*

In dubio debet conſiderari creatura ſi habeat ſpecialia conducentia ad Deum.

Nam in dubio præſumitur, quem velle ſe obligare, niſi in minus, quàm poteſt, maximè quando dubitatur an quis invocaverit Deum, vel non.

490 *In dubio ſi creatura habeat reſpectum ad Deũ cenſetur juramentum.*

Si habet, tunc cenſetur verum juramentum per Deum: tales ſunt Sancti, Cœlum, Crux, Templum, Sacra Scriptura, Sacramenta, fides Chriſti Domini, Ordo ſacer, anima rationalis Chriſtiani; nam tunc jurans cenſetur jurare per Deum, cùm Creatura aſſumta, per ſe reſpiciat, ac referatur ad Deum. Suarez *lib.* 1. *c.* 13. *n.*23. Dicaſtill. *de juramento diſp.*1. *dub.*6. *n.*118. & in communi acceptione in illis Deus invocatur teſtis. Leander *p.*2. *tr.*2. *diſp.*5. *n.*20.

Si in Creaturis expreſsè nihil ſpeciale eluceſcat divinitatis, ut ignis, aqua, tunc cenſentur Creaturæ uſurpatæ ſecundum ſe, non in ordine ad Deum in communi acceptione; ideò tunc nullum eſt juramentum, niſi ordo ad Deum exprimatur. Sylveſt. v. *juramentum* 1. *q.*4. Navarrus *c.* 12. *n.* 5. Aragonius 2. 2. *q.*89. *art.*1. *concluſ.*1. Sayr. *lib.* 5. *clavis c.*1. *num.*14. Suarez *lib.*1. *de religione c.*13. *n.*23. Sanch. *lib.*3. *c.*2. *n.*10. Ant. à Sp.S. *p.*3. *directorii tr.*5. *diſp.* 5. *n.*16. Fagundez *primo decalogi c.* 2. Tancredi *tr.*4. *lib.*1. *diſp.*4. *n.*16.

491 *Dicere in veritate, ità eſt, per veritatem, certè, &c. non eſt juramentum.*

Hinc non eſt juramentum dicere in veritate, ità eſt, per veritatem, re vera, veriſſimè, verè, certè, profectò, ſanè.

Patet ex dictis. DD. cit. Sylveſt. v. *juramentum q.*3. Sà v. *juramentum n.*1. Dicaſtill. *de juramento diſp.*1. *dub.*6. *num.*123. poſt Suarium, Sanch., Leſſium, Azorium; nam tantùm eſt dicere rem veram eſſe.

492 *Per me jurare non eſt juramentũ.*

Secundo, nec eſt juramentum dicere juro per me, juro per eum, qui ſum, niſi expreſsè velit Deum in teſtem invocare. Suarez *lib.* 1. *de religione c.*13. *num.*3. Sanch. *lib.*2. *decalogi c.*2. *num.*31. Dicaſtill. *de juramento diſp.* 1. *dub.* 6. *n.*124. Tancredi *loc.cit.* Anton. à Sp. S. *loc.cit.* contra Alvizer *in ſumma c.*15. *dub.*1. Quia tunc illa verba tantùm indicant naturalem bonitatem, qualitatem, nobilitatem, veracitatem ſine ordine ad Deum.

493 *In fide, per fidem meã, aut nobilis, boni Sacerdotis non eſt juramentũ.*

Tertio, nec eſt juramentum dicere in fide mea, per fidem meam, per fidem boni Viri, Nobilis, boni Sacerdotis, boni Chriſtiani, Religioſi. Cajetan. 2. 2. *q.*89. *art.*6. ubi Aragonius *art.*1. Navarrus *c.*12. *n.*2. Covarr. *de pactis p.*1. §.2. *n.*2. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *q.*7. *punct.*2. Leſſius 2. *de juſtitia c.*42. *dub.*2. *num.*4. Sanch. 7. *de matrim. diſp.*79. *n.*28. & 3. *decalogi c.*2. *num.*32. Dicaſtill. *loc.cit. n.* 725. dicens omninò verum. Tancredi *loc.cit.* Anton. à Sp. S. *loc.cit.* contra plures Canoniſtas.

Ratio, quia tunc tantùm exprimitur fidem adhibendam bono viro, Religioſo, Sacerdoti, Chriſtiano; nam ſocietas humana innititur fidelitati humanæ per ſe, non divinæ, niſi exprimatur reſpectus ad primam divinam veritatem, qui in dubio non præſumitur; nam in dubio pronunciandum eſt ad excludendum delictum;

lictum;

Digitized by Google

liĉtum; adeòque ad excludendum perjurium, & juramentum.

494 Nec dicere in mea conſcientia.

Quarto, nec eſt juramentum dicere, in mea conſcientia, per meam conſcientiam, in conſcientia. DD. citati; nam tantùm exprimit ſe ſcire, & ità loqui, ut ſcit. Fagundex 1. *Decalogi c.* 2. Soarez, Tancredi, & alii contra docentes oppoſitum.

495 Si exprimatur Deus in obliquo, tunc erit juramentum.

Quinto, ſi jurans per creaturas exprimat Deum etiam in obliquo, tunc eſt juramentum: ut ſi dicat per domum Dei, per terram Dei, per panem aquam, aerem Dei. DD. cit. Anton. à Sp.S. *loc.cit.n.*57.*&* 58. nam tunc cenſetur veritas divina in teſtem adduci.

Sexto, non eſt joramentum, ſi Deus nominetur, ſed animo non jurandi per aliquem additum, ut juro per non Deum, per nihil; nam tunc palam oſtendit ſe nolle Deum invocare.

496 Promittere ut Chriſtianus baptizatus non eſt juramentū.

Septimo, dicere ut Chriſtianus baptizatus promitto, non eſt juramentum; nam tantùm eſt exagerare naturalem ſuam narrationem, qui non auderet mentiri, nam etiam Chriſtianus debet eſſe magis cautus in loquendo, magis diligens in ſervando promiſſa, etiamſi non innitatur Dei veracitati. Suarius *tom.*2.*de religione lib.*1.*de juramento c.*53. *n.*18.19. *&* 20. Leſſius *lib.*2.*de juſtit.c.*42.*dub.*2.*num.*4. Layman.*lib.*4. *tr.*3.*c.*1.*n.*2. Sanch.2.*Decal.c.*2. *n.*16. unde non ſervans promiſſa, tunc non eſt caspendus, incriminandus de perjurio. Caram.4. *intentionali num.*1839.

An liceat jurare per cacodæmones, vel alios damnatos, puta per Judam?

497 Jurare per Dæmones, putando illos veraces, non eſt juramentum.

DIſtinguas ex dictis: vel putat illos varaces, vel infallibiles, val non putat.

Si putat illos veraces, & infallibiles, nega eſſe juramentum, ſed eſſe idololatriam.

Si verò non putet illos infallibiles, ſed dignos fide, adhuc non licet jurare, quia eſt error, & hæreſis valla dæmones fida dignos, nam ſunt mendaces, & mendax non eſt fide dignus.

Si juret, prout eſt creatura, ſine reſpectu ad Deum, tunc nec licet, quia ſunt indigni, ut eis, val nomini fides præſtetur.

Patet ex *c.conſidera* 8.*&* c.*monet* 16.22.*q.*1.

Si nominetur Dæmon in ordine ad Deum, tunc nec licet per dæmonem jurara, nam talis invocatio eſt ſcandaloſa, offendiculum creaturę, veluti præbens honorem aliquem creaturæ nominatæ in ordine ad Deum, cum cacodæmon nullo honore dignandus ſit. Abulenſis *c.*5. Matthæi *q.*268.

An licitum ſit ſeriò jurare per creaturas irrationales ſecundum ſe?

498 Illicitum eſt jurare per creaturas irrationales ſecundū ſe.

NEga. D. Bonaventura in 3. *diſt.*39. *art.*2. *q.*2. *in fine.* Navarr. *c.*12. *nu.*5. Dicaſtili. *tract.de juramen.diſp.*1.*dub.*1.*n.*26.

Nam vel jurans credit illas habere quid divinum creatum, & eſt idololatria, vel hoc non credit, & aſt vanum juramentum velle teſtem adhibere illum, cui eſt imperceptibilis veritas, & indeponibilis.

Si verò non ſeriò juret, ſed potiùs volens non jurara, velit frænare, & fallere ſuum jorandi appetitum, dicendo per Barbam, per Capillos; tunc præciſo ſcandalo non delinquit graviter; nam illis declinat juramentum, non jurat. Navarrus c.12.*num.*5. Suarez *lib.*1.*de religione c.*5.*n.*7. Dicaſtill. *loc.cit.*

Quotuplex ſit Juramentum?

§. III.

499 Dividitur juramentū in expreſſum, & tacitum.

JUramentum eſſentialiter eſt unius eſſentiæ, ſivè expreſsè, ſivè tacitè in creaturis, vel in ſe Deus teſtis invocetur, quia ſemper Deus invocatur ut teſtis, & Deus eſſentialiter unus eſt. D.Tho.2.2.*q.*89.*art.*1.

500 In reale, verbale, & mixtum.

Ratione materiæ, vel modi jurandi multiplex eſt. Primo eſt triplex reale, verbale, & mixtum. Verbale tantùm verbis, reale ſit tactis rebus ſacris, Cruce, Evangeliis, &c. Mixtum utrumque complectitur, ut ſi quis verbo jurer, & tangat res ſacras. Cabrinus *elucidarii p.*2.*caſu* 3.*annotat.*4.*n.*6.

501 In corporale, & incorporale.

Secundo dividitur juramentum in corporale, & incorporale. Incorporale, ſivè non corporale, ſit ſolo actu interno, nullo ſigno ſenſibili. Corporale ſit aliquo ſenſibili, puta tactis Sacris Evangeliis. De quo in *c. ut circa* 4. *de electione in* 6. ibi: *ſuper hoc teſtimonium perhibeant veritati, corporali præſtito juramento*: Et quando jura exigunt juramentum corporale, ſatis ſit tangendo quaslibet ſcripturas. Immola in *c.cum contingat. de jureiurando*. Gabriel *communium lib.* 2. *tit. de minoribus concl.* 5. *n.*36. Secùs eſt, ſi jura requirant tactum Evangeliorum, nam tunc nullum eſt juramentum non tactis Evangeliis. Ancharan.in *c. ut circa v. item nota. de electione* in 6. Cardinalis in *Clem.*1.*§ porrò q.*4.*de hæreticis.* Felinus in *c.fraternitatis. de juram. calumn.*

502 In ſolemne, & non ſolemne.

Tertio dividitur juramentum in ſolemne, & non ſolemne. Solemne ſit forma à jure præſcripta: puta publicè coram legitimo ſuperiore, tacta Cruce, Evangeliis, &c.

Non ſolemne ſit privatim, prout inter partes convenitur, vel liberè præſtatur. Sanch. 1. *decal.lib.*3.*c.*1 *n.*7.8.*&* 9.

503 In judiciale, & extrajudiciale.

Quarto, dividitur juramentum in judiciale, & axtra judiciale. Judiciale in judicio. Extra judiciale extra judicium præſtatur. Et judiciale ſemper eſt externum.

504 In purum conditionale, ad diem,

Quinto dividitur juramentum in purum, conditionale, ad diem, ex die, modale. De quibus ſatis multotiès.

505 Aliæ diviſiones ratione materiæ.

Sexto, dividitur in aſſertorium, promiſſorium, confirmatorium, execratorium, imprecatorium, deprecatorium, comminatorium, de quibus ſucceſſivè agendum.

Juramentum conteſtatorium.

506 Juramentum conteſtatorium.

EST ſimplex conteſtatorium, ut ſi quis invocet Deum in teſtem veritatis, ut juro per Deum, vel per Sanctos ad Deum ordinatos, & hoc juramentum eſt ſimplex. D. Thom. 2.2. *q.* 89. *art.* 1. *etſi Chriſtus.de jure jurando.* 1. ad Corinth. 1.

Juramentum Deprecatorium.

507 Deprecatorium.

EST quando quis dicit rem ita eſſe, & ſi ità non ſit, Deus tollat ſibi vitam, vel Deus mihi non parcat, Deus non me exaudiat, Deus ipſum ſtrangulet, & alius reſpondet, Amen; Eſt enim idem, ac dicere Deus teſtis ſit mali mihi eventuri, ſi veritatem non dico. Cajetan. 2.2. *q.*89.*art.*1. Sylveſt.v.*juramentum* 1.*q.*1. Sotus 8.*de juſtit.q.*1.*art.*5. Navarrus *c.*12. *n.*6.

Juramentum Execratorium.

508 Execratorium.

SEmpes ac petit Deum teſtem, & Judicem punientem falſitatem, eſt juramentum execratorium. 1. ad Corinth. 5. ibi: *teſtem invoco Deum in animam meam*. Sanch. 3. *decal. c.* 2. *num.* 7.

Digitized by Google

Nec eſt adverſus Caritatem, vel juſtitiam, nam petitur pœna juſtè à Deo infligenda, quod à Deo petere non eſt malum. Pſalm. 54. ibi: *veniat mors ſuper illos.* Pſalm. 67. ibi: *pereant peccatores à facie Dei.*

An verò ſit juramentum Imprecatorium dicere: ſi hoc non eſt verum, Deus auferat meam vitam, me damnet?

909 Quodnam ſit juramentum imprecatorium.

AFfirmat Sanch. 1. *Decal. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 26. dans XII. Doctores: at duram interpretationem iſtam ait Caram. *intentionali lib.* 4. *n.* 1841. dicens quod peccaret mortaliter, ſi intenderet jurare falſum. (1)

Subdit etiam dicere per vitam, per animam meam, ſignificare, ut verum eſt me vivere, me animam habere, verum eſt quod dico, in quo cùm non reſpiciatur divinitas, nullum eſt periurium lethale.

Juramentum Comminatorium.

910 Comminatorium.

EST quo alteri quis comminatur malum pœnæ ad correctionem, vel ex alia cauſa, ut *per Deum te occidam, te verberabo*, & ſolet emitti multoties à parentibus, à magiſtris, adverſus filios, & diſcipulos, ut per Deum te verberabo, niſi tali hora domum veneris, & obligat ad lethale, ſi exequutio pœnæ conducat valdè ad divinum honorem, & emendatio illius, cui pœna eſt comminata, ſit neceſſaria, nec adſit rationabilis cauſa excuſans. Candidus *tom.* 1. *de juramento diſp.* 26. *art.* 20. *dub.* 4. *dict.* 8. tunc enim quando eſt rationabilis cauſa excuſans, non peccat comminatam pœnam non infligens: puta non puniens filium, diſcipulum veniam petentem, & ſe emendantem, vel ſi ex pœna inflicta non ſperetur emendatio, nec aliqua utilitas. Jeremiæ 18. ibi: *Pænitentiam agam ego ſuper verbo meo.* Cajetan. v. *periurium n.* 20. Navarrus *c.* 12. *n.* 1. Sanch. 3. *decal. c.* 9. *n.* 15. Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 7. *punct.* 3.

Similiter pueri jurantes ſe accuſaturos magiſtro, excuſantur, ſi non accuſent ad cavendum majus malum nominis cenſoris, vel ob inadvertentiam, qua loquuntur, vel ob parvitatem materiæ juramenti promiſſorii; nam tunc excuſantur à peccato mortali. Piſtach. *de juramento. c.* 6. *n.* 2. *in fine.*

Nec eſt ſervandum juramentum comminatorium emiſſum durante paſſione, & ira; quia tunc non zelo correctionis, ſed animo vindictæ emiſſum, adeoque non ex bono fine, & juramentum non obligat, quando caret bono fine. Cajet. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *dub.* 1. §. *inſpice.* Bonac. *tom.* 2. *de legib. diſp.* 4. *q.* 1. *punct.* 14. *n.* 8. Sanch. 3. *decal. c.* 9. *n.* 15.

Si tale juramentum comminatorium ſit exagerativum ſine voluntate implendi, eſt veniale, ut vult Porrelia *loc. cit. n.* 5. (2)

Juramentum Aſſertorium.

911 Aſſertoriū.

JUramentum aſſertorium eſt, quando quis fatetur rem ita eſſe, vel non eſſe, & invocat Deum in teſtem. Suarius *de Religione tom.* 2. *lib.* 3. *de juramento c.* 12. *n.* 3.

Habet materiam proximam, & remotam.

Remota eſt res ipſa, de qua fit juramentum. Proxima eſt ipſa propoſitio aſſerens, vel negans. Proxima debet eſſe honeſta, nulli præjudicans injuſtè. Remota poteſt eſſe indifferens.

(1) Non eſt recedendum à prima opinione.

Sotus *lib.* 8. *de juſtitia q.* 1. *art.* 3. Navarrus *c.* 12. *num.* 6.

912 In perjurio non datur parvitas materiæ.

Quævis falſitas, quodlibet mendacium etiam leve reddit periurium lethale, nam in hoc non datur parvitas materiæ, cùm quævis falſitas etiam levis repugnet Deitati, & non ſit Deus, qui vel leviſſimè mentitur; cùm tunc non ſit ſumma, & perfectiſſima veritas, qualis eſt Deus. Cajetanus v. *periurium c.* 1. Sotus 8. *de juſtit. q.* 2. *art.* 3. *concl.* 2. idque etiam verum licèt jocò falſum dicat, & juret; nam etiam tunc adducit Deum teſtem falſitatis, & ly jocò magis Deo eſt inviſum, & injurioſum, cùm nec in re levi Deo parcatur. D. Tho. 2. 2. *q.* 89. *art.* 3. *ad* 2. Sylveſt. v. *periurium n.* 1. Covarr. *de pactis* §. 6. *n.* 5. Imò etiam lethaliter delinquit jurans, putans falſum re ipſa verum; nam re vera jurat falſum, nam jurat quod putat: ut peccat jurans verum exponens ſe periculo jurandi falſum. D. Tho. *loc. cit. art.* 1. *ad* 3. ut etiam lethaliter delinquit jurans rem ſibi certam, ut dubiam; nam tunc mentitur. Sanch. 3. *decal. c.* 4. *num.* 8.

913 Locutio hyperbolica cognita non facit perjurium.

Hyperboles verò cognitæ, & hyperbolica loquutio etiam jurata non eſt periurium, quia hyperbolicè loquens explicat, & intelligitur prout res eſt, ut currunt ſole velociores, pugnant, & vincunt leones animo, fortitudine. patet 2. Regum *c.* 1. D. Thom. 2. 2. *q.* 111. *art.* 1. *ad* 1. Fagundez 2. *præcepto decalogi lib.* 2. *c.* 6. *n.* 10. Navarr. *lib.* 5. *conſ.* 14. *n.* 1. *de hæreticis.*

Hinc patet qualiter intelligatur præceptum Decalogi, *non aſſumas nomen Dei tui in vanum.*

Eſt idem ac non jurare rem falſam, nam vanum eſt idem ac vacuum, ſcilicet pro carentia veritatis. D. Thom. 2. 2. *q.* 122. *art.* 3. *ad* 1.

914 Jurare rem levem verā ſine cauſa, veniale eſt.

At jurare rem levem veram, ſed ſine cauſa, non eſt lethale, ſed veniale; nam non opponitur divinæ veritati; adeòque non invocatur Deus teſtis falſitatis, licèt contineat aliqualem irreverentiam. In quo eſt differentia inter Deum, & Regem creatum, nam eſſet gravis irreverentia adducere Regem in teſtem rei levis etiam veræ, quia adducitur perſona Regis, quæ niſi pro re gravi perſonaliter non movetur; at id non currit in Deo, quando juratur, nam non adducitur perſonaliter, ſed invocatur, & offertur à loquente. Suarez *n.* 4.

Juramentum Promiſſorium.

915 Juramentum promiſſorium.

EST quando quis promittit aliquid, & jurat, & contingit frequenter in contractibus. Nunc eſt difficultas.

An juramentum, quo quis jurat aſſertivè omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, validet, firmet donationem, vel contractum nullum?

916 Jurans omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, non videtur firmare donationem, aut contractum nullum.

NEgat Tondutus *part.* 3. *quæſtionum civilium c.* 185. *n.* 7. Sanch. 6. *de matrim. diſp.* 12. *n.* 4. Menoch. *præſumpt.* 12. *n.* 45. & *n.* 48. Covarr. 1. *variarum c.* 7. *n.* 4. Vaſq. *de ſucceſſionum creatione.* §. 29. *n.* 12.

Probant, quia Juramentum in contractibus, ut firmet, debet eſſe promiſſorium non aſſertorium.

Ju-

(2) Sed ſemper ac mendacio innitur, eſt mortale.

Juramentum ſuppletorium.

517 Suppletorium.

ESt ſuppiens defectum plenæ probationis; enim vero quando quis probavit ſemiplenè; tunc ſuppletur probatio per Juramentum, quod dicitur ſuppletorium. Cephal. *to.a. conſ.27.n.38.& 39.* Et poteſt quis inſtare, ut ſibi deferatur Juramentum ſuppletorium; niſi ſit ſuſpectus, & aliàs perjurus. Cynus *in l.bonæ fidei. C. de Jurejurando*. Cephal. *tom.2. conſ.27. n.39.40.& 41.*

Probatio ſemiplena debet aſſe vera, aliàs non ſuppletur per jurameotum. Affl. *deciſ. 36. columna fin.v.13.caſus.* Cephal. *tom.a. conſ.325. num.10.* Jaſon. *in l. admonendi. columna 10. de jure jurando.* rectè concludens ſemiplenam probationem per teſtes omni exceptione majores admittare ſuppletorium juramentum.

An admittatur juramentum ſuppletorium, quando res eſt probata per plures teſtes ſingulares?

518 Si teſtes ſingulares probant obſtativè non additur juramentum ſuppletoriũ.

DIſtinguas: vel teſtes ſunt ſingulares obſtativè, vel adminiculativè.

Si obſtativè, tunc non admittitur juramentum ſuppletorium; quia plures probant minus, quàm probaret unus; cùm ad invicem ſe deſtruant contrariæ depoſitiones teſtium, & unus tunc nec ſemiplenè probat, cùm ejus depoſitio proſternatur à contraria depoſitione. Decius *conſ.310.in fine.* Felin. *in c. licèt cauſam, columna 4.de teſtibus.* Baldus *in l.jusjurandi. columna 3.de teſtibus.* Cephal. *tom.3.conſ.448.n.9.*

Secùs ſi adminiculativè.

Si teſtes ſint ſinguiares adminiculativè, tunc admittitur joramentum ſuppletorium, quia tunc habetur probatio ſaltem ſemiplena, & fortè pluſquam ſemiplena. Felin. *loc.cit.* Soccin. *conſ.26.n.6.lib.1.* Decius *in c.licet cauſam,n.16. de probationibus.*

Juramentum confirmatorium.

519 Confirmatorium.

ESt firmans actum, contractus infirmos ſine juramento; & tunc ex tali contractu eſt duplex obligatio. Prima ex juſtitia vi contractus; nam omnis contractus validus ex juſtitia obligat.

Secunda obligatio eſt ex Religione, nata ex juramento. D. Thom. 2.2. *q.89.art.3. ad 3.* ex *c.cum contingat. de jure jurando.* Qui autem contractus juramento firmentur, nulli nè, an validi, ſed infirmi, erit deindè diſceptandum.

Eſſet etiam agendum de juramento vi, metuvè extorto, de juramento rei illicitæ, puro, conditionali, &c. & de juramento nullo, de quibus infrà commodiùs: Nunc repetamus iter ab ipſis exordiis, & agamus.

Requiſita ad juramentum licitum, & validum.

CAPUT II.

520 Judicium, Juſtitia, & Veritas requiruntur in Juramento.

AD hoc, ut juramentum ſit licitum, & validum requiruntur tria. Primo *judicium.* Secundo *juſtitia*. Tertio *veritas*. Jeremiæ *c.4. c.etſi Chriſtus 26. §.Jacobus,* ibi: *dummodo illos tres comites habeat juramentum, de quibus propheta ait: & jurabunt vivit Dominus in veritate, & judicio, & juſtitia. de jure jurando.c.& jurabunt 7. 22. q.1. c.animadvertendum 2. 22. q.2.c.Innocens 23.§.illud 22. q.4.* D. Thom. 2.2. *q.89.art.3.* Sylveſt. *v.juramentum.2.q.5.* Ferrandinus *de ſcandalo diſp.1.q.40.n.3.*

521 Judicium importat cauſam rationabilem.

Judicium eſt, ut jurameotum fiat cum cauſa rationabili, & prudentia; nam id exigit reverentia debita Deo invocato. D. Thom. *loc. cit. art. 3. ad 3.* Philo *lib. de decalogo* Valentia *tom.3. diſp.6. q. 7. punct. 3. v. deniq. judicium.* Sanch. 1. *decalogi lib. 3.c.4.n.2.3.& 4.*

Indicat etiam debere eſſe deliberatum; nam judicium plenam cognitionem, & deliberationem ſupponit. *l.fin. C.de non numerata pecunia.* Ricc. *p.3.praxis reſol.229.*

Hinc ſine neceſſitate non eſt jurandum. *D.* Auguſt. *ſerm.28.de verbis Apoſtoli.* ibi: *juro, ſed quantum mihi videtur magna neceſſitate compulſus, cum videro non mihi credi, niſi faciam.* Terillus *p.1.regulæ morum q.25.num.25.& 26.* D. Thom. *2.2.q.89.art.5.*

Patet primo ex *c. ità ergo. 22. q.1.* Secundo quia finis juramenti eſt ſupplere fidei humanæ defectum; ergo eſt remedium ſubſidiarium adhibendum deficiente ordinario, quando ſcilicet eſt neceſſitas, ut alitèr nolit quis credere.

Juſtitia eſt, ut quis juret ſine præjudicio alterius: nam juramentum non eſt vinculum iniquitatis. *c. non eſt obligatorium. de regulis juris in 6.* unde nullum eſt juramentum in præjudicium alterius *c.innocens.23.in fine 22.q.5.* nec poteſt eſſe contrà juſtitiam commutativam, diſtributivam, legalem, nec contrà alias virtutes, caritatis &c. 522 Juſtitia excludit præjudicium alterius.

Veritas conſiſtit in hoc, ut non ſit falſum, quod juramento aſſeritur, vel confirmatur: ſivè juramentum ſit aſſertorium, ſivè promiſſorium. In aſſertorio veritas requiritur ſemel, ſcilicet quando quis jurat, ſcilicet ut tunc putat verum eſſe quod aſſerit, quod jurat. *c.juramenti 52 in princ. 22. q.5. c.conſidera 8.in fine. 22.q.1. c.quacumq. q.22. q.5.* Navarr. *manuali c.16.n.16.* 523 Veritas excludit falſitatem in Juramento.

In Promiſſorio requiritur duplex veritas, una quando promittit, & jurat, ut ſcilicet tunc velit ſervare promiſſa, altera de futuro, quando erit tempus implendi promiſſum. D. Tho. 2.2. *q.89.art.7.ad 1.* ubi Cajet. Sotus *lib.8.de juſtitia, q.1.art.7.ad 1.* Sanch. *3.decal.c.4. num.2.in fine.* Valentia *tom. 3. diſp.6. q. 7. punct.3. v.veritas.* Ferrandinus *de ſcandalo diſp.1. q.40.n.4.* 524 In promiſſorio duplex veritas promittitur.

Hujuſmodi ſunt requiſita neceſſaria jure divino. Jeremiæ 4. Nunc differenda ſunt.

Alia Requiſita de Jure humano.

§. I.

PRimo de conſilio requiritur, ut jurans ſit jejunus. *c.honeſtum 22.q.5.c.1.de teſtibus,* ubi Gloſ. 525 Requiſita de Jure humano referuntur.

Secundo, nè præſtetur juramentum die feſtivo, niſi imminente neceſſitate, vel pro bono pacis, aut cauſæ piæ. *c. conqueſtus. de feriis.* Suarez *tom.1.de religione tr.2.lib.1.c.30.n.6.*

Tertio, non præſtatur juramentum, nec exigitur toto tempore Adventu uſque ad octavam Epiphaniæ incluſivà, in vigiliis, in quatuor temporibus, & à ſeptuageſima uſque ad octavam Paſchatis incluſivè. *c.decrevit.22. q.5.* ubi Gloſ. monet in deſuetudinem id abiiſſe.

Quarto, perjuri in judicio non jurant. *c. parvuli 22.q.5.* & repelluntur exceptione perjurii. *c.teſtimonium.de teſtibus,* 526 Hodie non jurant perjurii.

Quinto, Impuberes non jurant, nam illa ætas vim juramenti non percipit. *c. parvuli. c.pueri.22.q.5.* 527 Et impuberes non jurant.

Sexto, Sacerdotes in levi cauſa non jurant in judicio. *c. ſi quis presbyter.2.q.5.* nec valent jurare de calumnia ſine licentia ſuperioris. *c.nos. 22. q. 7.* nec juraot in manu laici ſine licentia Ordinarii. *c.quanquam.24.q.2.* & Jurantes 528 Quomodo, & quando jurent Sacerdotes.

Digitized by Google

tes jurant tacto pectore; niſi jure exprimatur, ut tangant Evangelia. *c. ſi quis presbyter. 2. q. 5.* Sylveſt. v. *juramentum q. 3.*

Peccatum non ſervantis dictas conditiones.

§. II.

529 Jurans ſine neceſſitate ex ſe venialiter peccat.

JUrans verum ſine judicio, hoc eſt ſine neceſſitate, præciſo contemtu, & periculo jurandi falſum, venialiter delinquit. Sanch. 3. *decal. c. 4. n. 35.* Suar. *de juramento lib. 3. c. 12.* Dicaſtill. *de juramento diſp. 2. dub. 5. n. 61.* nam eſt tantùm levis irreverentia otioſitatis invocando ſine neceſſitate nomen Dei.

Sine juſtitia peccat peccato injuſtitiæ, ſed ſi habeat veritatem, non peccato perjurii.

530 Sine veritate fit perjurium.

At ſi contineat injuſtitiam, & falſitatem, peccat primo peccato perjurii, & eſt ſacrilegium contra Religionem. Secundo peccat contrà juſtitiam. Tertio peccat contra veritatem, patet ſpeculanti.

531 Quid ſi fuerit execratorium.

Si verò juramentum ſit execratorium contra ſe ipſum: puta ſi quis dicat jurejurando res ita eſt, & niſi ità ſit, Deus ipſum faciat repentè mori; tunc ſi juramentum ſit falſum, duas ſpecies malitiæ ait Lumbier *in additione propoſitione 26. n. 2056.* Prima perjurii, & eſt malitia ſacrilegii contra Religionem. Secunda eſt contra caritatem propriam. Tu addas tertiam malitiam contra veracitatem ob mendacium; adeòque ibi eſt mendacium contra veracitatem, Perjurium contra Religionem, & peccatum contra caritatem imprecando malum contra ſe ipſum.

Si quis juret ſe facturum rem malam, quot peccata faciat?

532 Jurans facere malum non eſt perjurus, ſed abutitur Juramento, & peccat illo peccato, quod vult facere.

PEccat primo abuſu Juramenti. Secundo, vel vult, vel non vult rem malam facere quando jurat.

Si vult: puta trucidare, occidere, quando jurat; tunc non peccat peccato perjurii, nam non jurat falſum. Scotus *in 3. diſt. 39. q. un. art. 3.* Cajetan. v. *perjurium in princip. §. 2.* Anton. à Spir. S. *tom. 3. Directorii tract. 1. diſp. 5. n. 39. 40. & 43.* Sed peccat illo peccato, quod vult facere: puta occidere furari.

Si jurat ſe facturum malum, nec vult illud facere, peccat lethaliter peccato perjurii; nam jurat falſum. Suarez *lib. 3. de Religione c. 19. n. 9.* Sanch. 3. *Decal. c. 4. num. 26.* Leſſius *de juſtit. c. 42. dub. 4. num. 18.*

Semper ergo peccat jurans ſe facturum malum; nam vel vult facere, & peccat abuſu juramenti, & committit peccatum, quod jurat facere. Si verò juret nolens exequi juratam rem malam, tunc peccat peccato perjurii ob mendacium. Modò difficultas eſt.

An Juramento firmans rem malam, graviter delinquat abuſu Juramenti?

533 Firmans juramento rem malam venialiter peccat.

NEgat Leſſius *loc. cit.* quia non læditur aliquod ex divinis attributis: non veritas, quia ſupponimus verum jurare: non bonitas, nam non invocatur Deus, ut cooperetur malo: nec fidelitas, quia hìc Deus non venit, ut promiſſor, nec ut fidejuſſor, adeòque eſſe venialem indecentiam cum veritate invocare Deum in teſtem mali aſſerit Dicaſtill. *loc. cit. n. 81.* Suarez *lib. 3. de juramento c. 12. nu. 7.* Sanch. 3. *Decalogi c. 4. n. 33.* unde jurans ſe non daturum eleemoſynam, peccat venialiter ſecundum Dicaſtillum *n. 91.* & tale juramentum non tenet. *Cajet. 2. 2. q. 89. art. 7.*

Hinc reſolvitur.

An Juramentum ſit licitum?

§. III.

534 Cum dictis requiſitis licitum eſt juramentum.

AFfirma: ſi habeat prædicta tria requiſita, ità D. Auguſt. *ſerm. 28. de verbis Apoſtoli,* & Pſalm. 109. D. Thom. 2. 2. *qu. 89. art. 5.* contra Wicleph *errore 43.* negantem juramentum licere ad firmandos contractus.

Patet primo ex Concilio Conſtantienſi *ſeſſ. 8.* ubi damnatus fuit Wicleph.

Secundo, ex *c. & ſi Chriſtus. 26. de jure jurando.*

Tertio, ex Pſalm. 109. ibi: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.* Pſalm. 62. ibi: *Laudabuntur omnes, qui jurant in eo.* ad Hebræos 6. ibi: *Omnis controverſiæ finis eſt juramentum.* 1. ad Theſſalonicenſes 4. ibi: *In verbo Dei.* ad Romanos 1. ibi: *Teſtis eſt mihi Deus.* 2. ad Corinth. 1. ibi: *Teſtem Deum invoco in animam meam.* Deuteronomii *c. 6. & c. 10.* ibi: *Per nomen illius jurabis.* D. Hieronymus in Ezechielem 16. ibi: *Vivo ego, dicit Dominus.* Dei juramentum in veteri Teſtamento erat; *Vivo ego,* in novo verò *Amen, Amen.* D. Chryſoſtomus *Epiſt. ad Hebræos homil. 11.*

Nec obſtat Matth. 5. ibi: *Non jurate omninò.* Jacobi 5. ibi: *Nolite jurare,* nam ut rectè ponderat D. Auguſt. *tom. 4. lib. de mendacio c. 15.* Salmeron *tom. 5. cap. 40.* in Matthæum. *c. 5.* ibi: *ſolùm probibetur juramentum vanum carens prædictis requiſitis.* Exodi 20. v. 7. ibi: *nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà.*

An Juramentum ſit actus virtutis Religionis.

§. IV.

535 Eſt actus virtutis Religionis.

AFfirma. D. Thom. 2. 2. *qu. 79. art. 4.* ubi Cajetan. Navarrus *c. 12. n. 2.* Suarius *tom. 2. de Religione lib. 1. de juramento. c. 4. n. 4.* Sanch. 2. *Decal. c. 3. n. 1.* Caram. 4. *intentionalis n. 1837. & 1839.* Felicianus Oliva *de foro Eccleſiæ p. 1. n. 8 qu. 30.* Covarr. *in c. quamvis. par. 1. §. 3. de pactis in 6.*

Patet; nam qui Deum teſtem invocat, illum colit, ac ut primam veritatem honorat.

Secundo, quia exercet etiam actum fidei credens Deum primam infallibilem veritatem.

Tertio patet, ex Deuteron. 6. *ex c. ſi verò. c. tua nos il 1. c. & ſi Chriſtus. 26. de jure jurando. l. 2. C. de rebus creditis.*

An omnia Juramenta ſint ejuſdem ſpeciei?

§. V.

536 Omnia Juramenta ſunt ejuſdem ſpeciei.

AFfirma. Cajetan. 2. 2. *qu. 89. art. 1.* Sotus *lib. 8. qu. 1. art. 1.* Covarr. *de pactis par. 1. n. 3.* Valentia *tom. 3. diſp. 6. qu. 7. puncto 2.* Bonac. *de præceptis Decalogi præc. 1. diſp. 4. q. 1. puncto 2.* Sanch. 3. *Decalogi c. 1. in fine.* Sayrus *lib. 5. Clavis c. 2. num. 2.*

Ratio eſt, quia juramentum ſpecificatur à Deo, eſſentialiter unus: nec materia refundit ſpeciem, adeòque nec eſt explicanda in tranſgreſſione, niſi quando etiam præciſo juramento deberet explicari. Dicaſtill. *de juramento diſp. 1. dub. 3. n. 80.* concludens *n. 84.* poſſe etiam in confeſſione ſeparari peccatum perjurii, fractionis voti à peccato materiæ fortè malæ, ut jurans ſe non furaturum, non occiſurum, poteſt ſeparare peccatum perjurii à peccato furti, homicidii, dicendo toties pejeravi, toties furtum gravem, homicidium commiſi, cum Navarro *in ſumma c. 6. in fine.* Henriq. *lib. 5. c. 5. num. 4.* Sà v. *confeſſio n. 31.*

Digitized by Google

*n.*31. Sanch. 4.*Decal.c.*11.*n.*24. Dicaſtill. *de pœnitentia tract.*11.*diſp.*9.

An juramentum ſit ſtrictè interpretandum?

§. VI.

517 Strictè interpretandum. AFfirma. Ricc.*par.*3.*praxis reſol.*226. ubi ſe non extendit ad futura contingentia non expreſſa. Angel.v.*juramentum* 4.*qu.*1. Leſſ.2.*de Juſtitia c.*42.*dub.*1. Sanch.1.*Decal. lib.*13.*c.*14. *num.*1. dicens ſtrictiſſimè interpretandum ob perjurii periculum. Dicaſt.*de Juramento diſp.*3. *n.*347. Ferrandinos *de ſcandalo diſp.*1.*q.*40.*n.*20. Anton. à Spir.S. *par.*3. *Directorii tract.*1. *diſp.*5. *num.*179.

Patet primo, ex *c.ad audientiam. de his, quæ vi*, ubi reſignans vi juramenti de reſignando, poteſt beneficium reſignatum repetere. Clem.*fin. de reſcriptis*, ubi conceſſio beneficii vacaturi non comprehendit beneficium poſteà creatum.

Secundo, ex *c.Clericus.* ex *c. ad audientiam* il 3. ex *c.penult. de jurejurando. c.cum Clerici. de verb.ſignif.c.*1.*de jurejurando in* 6.

Tertio, ratione, quia in dubio onera non præſumuntur, & reſtringenda, ut obligent debitorem minus quàm poſſunt; Juramentum verò eſt graviſſimum onus.

Quarto, quia ſi extenderetur juramentum, extenderetur periculum animarum, ratione perjurii non ſervantis juramentum.

Ex hoc principio plura analyticè reſolvuntur.

518 Plures caſus reſolvuntur. Primo, promittens juramento ſe facturum, quod præcipitur, quod requiritur, reſtringitur, ut teneatur juramento tantùm ad honeſta, licita, tolerabilia, adeòque nec valdè dura, *c.veniens. c.quintavallis. c.quemadmodum. de jurejurando.*

Secundo, Juramentum reſtringendum eſt ad id, quod fieri poteſt ſine alterius damno, & incommodo; adeòque Jurans ſe ſervaturum ſecretum commiſſum, non tenetur Juramento, ſi ex ſecreto ſequatur damnum ſui, vel alterius. *c.ſicut nobis. de jurejurando. c quamvis pactum. de pactis in* 6.

Tertiò, Juramentum præſtitum de ſervandis ſtatutis Communitatis, Collegii, Capituli, non extenditur ad ſtatuta futura. *c.veniens.c.penult. de jurejurando*, ubi Baldus, Roſella v. *jurare n.*22. Sanch.*tom.*1.*Decalogi lib.*3.*c.*14.*n.*5. dans decem Doctores.

Quarto, dubitans an juraverit, Juramento non tenetur. Dicaſtillus *de Juramento diſp.*3. *n.*393. dans XIV. Doctores. Anton.à Spir.S. *par.*3.*tr.*5. *diſp.*1. *n.* 100. id docens ſivè dubium ſit poſitivum, ſivè negativum. Sanch.1.*Decal.c.*10.*n.*36. & 4.*Decal. c.*5. *n.*16. contra Vaſq. 1.2.*qu.*109. *art.*6.*diſp.*65.*c.*3.*in fine.*

Patet, quia in dubio factum non præſumitur, onera non ſunt imponenda, pronunciandum eſt pro poſſeſſore libertatis, & quia Juramentum eſt ſtrictè interpretandum, reſtringendum ad caſum certum; cùm ſit graviſſimum onus.

Quinto, in omni juramento intelligitur conditio, ſi licitè potero, & ſi alitèr Superior non diſpoſuerit. *c.quemadmodum.c.querelam. c.quintavallis. de jurejurando*; nemo enim ad impoſſibilia, ad illicita ſe obligare valet, nec eſt obligatus juramento ultrà ſuam veriſimilem intentionem. *c.quemadmodum. c.petitio.c.brevi.c.veniens.de jurejurando.* D.Thom.2.2.*qu.*89.*art.*7. Sic ſtante notabili mutatione, ſponſalia etiam jurata evaneſcunt. *c.quemadmodum. de jurejurando.*

Et nullum eſt juramentum ſemper ac præjudicat alteri, cui ex Juſtitia, caritate, pietate, miſericordia quis tenetur. *c. ſicut tuis. c.cum contingat. de jurejur. c.* 2. *de jurejur. in* 6. Sylveſt. v.*juramentum.*4. *qu.*14.& 15. Dicaſtill. *loc.cit. diſp.*3.*n.*407. unde donans, jurans ſe non revocaturum, poteſt revocare donationem natis filiis, mutato ſtatu; quia juramentum non eſt in præjudicium filiorum, donantis. Dicaſtill, *lib.*2. *de juſt.tract.*5.*de donat.dub.*7.*n.*171.

Sexto, Juramentum non extenditur ex caſu prævíſo ad non prævíſum mutationis notabilis rei juratæ; itaut tunc non ſit neceſſaria relaxatio juramenti, nam juramentum non adeſt *c.quemadmodum.de jurejurando.* Dicaſtill.*de juramento diſp.*3.*n.*418.contra Sotum *in* 4.*diſt.*27. *qu.*1.*art.*3.*ad* 1. exigentem relaxationem juramenti.

Septimo, Juramentum non extenditur ultrà intentionem jurantis. *c. humanæ* 11.22. *qu.* 5. *c.veniens.* 16. *de jurejurando*; adeoque non extenditur ad incognita, quia incognita ſunt ultrà intentionem Jurantis. *c.Clericus.* 35. *de jurejurando.*

Adeòque non comprehendit illa, ad quæ conſenſus Jurantis non ſe extendit. *l. fin. C. de non numerata pecunia.*

Octavo, Juramentum debet reſtringi, ut obliget minus, quàm poteſt. Abbas *in c.cum Clerici. de verb.ſignif.*

Difficultas eſt.

An debitor Juramento ſe obligans ad certum tempus ſolvere, ſi à creditore prorogetur terminus, ſit etiam prorogatum Juramentum?

NEga: itaut pro ſecundo termino remaneat prorogata obligatio ſine Juramento. Cardinalis, & Decius *in c.de cauſis.num.*7.*de officio delegati*, & apud Covarr.*par.*1.*de pactis in princ. num.*6. 519 Debitor jurans ſolvere debitum ad certum tempus, illo prorogato à creditore, non prorogatur juramentũ.

Contra Dicaſtill. *de jurejurando diſp.*3.*n.*464. Gutticrez *par.*1.*c.*39.*n.*10. Suarium *lib.*2.*de juramento c.*36.*n.*12. Sanch. 3.*Decal.c* 17.*n.*24.& *lib.*4.*Decal.c.*55.*num.*6. referens *n.* 5. plures pro noſtra ſententia.

Patet, quia juramentum eſt ſtricta interpretatione reſtringendum ad caſum expreſſum. *c.ad audientiam. de his, quæ vi.* Clem.*fin. de reſcriptis.c.penult.de jurejurando*; ergo non extendendum de tempore expreſſo, præfixo, ad tempus non expreſſum, quando juramentum fuit præſtitum, nec de re ad rem. *c. Clerici. de jurejurando.*

In re autem noſtra obligatio reſtricta ad primum terminum fuit jurata; ergo non debet extendi ad ſecundum terminum prorogatum, ſine expreſſa voluntate debitoris, quæ ſemper præſumitur nolle ſe obligare, velle ſe obligare minus, quàm poteſt; ergo non præſumitur juramento ſe obligaſſe ad terminum prorogatum, niſi ſe expreſſerit obligatus.

Nec officit Dicaſtill. *loc. cit.* dicens creditorem, non remittere debitum prorogato termino; ergo nec remittere juramentum. 520 Objectis ſit ſatis.

Nam nego ſuppoſitum conſequentis, ſcilicet Juramento debere remitti à Creditore prorogato termino, ſed juramentum ceſſat ex ſe vi primæ intentionis jurantis, uſque ad tale tempus; adeòque ultrò non ſe extendit illud juramentum; ſed de novo deberet jurare, nam Juramentum non pendet à voluntate creditoris

pro-

prorogantis, ſed à voluntate debitoris juramenti reſtringentis ad præfixum tempus, & ut ab initio poterat ſine juramento ſe obligare, ità obligatio prorogata remanet deſtituta juramento, niſi exprimatur.

Quando incipiat, & quantum permaneat obligatio Juramenti?

§. VII.

541 Juramĕtum purum ſtatim obligat.

DIſtinguas Juramentum purum à conditionali.

Si juramentum ſit purum, obligatio ſtatim incipit, & durat ſemper rebus in eodem ſtatu permanentibus, *c. quemadmodum. c. pervenit. de jurejurando.*

542 Sub conditione, illa purificata obligat.

Secundo, ſi juramentum ſit conditionale conditione ſuſpenſiva, ſtatim obligat purificata conditione, ſed illa pendente obligatio juramenti eſt ſuſpenſa, & ſolùm obligatus expectare debet eventum conditionis, & nequit ponere impedimentum in purificanda conditione.

Unde Juramento promittens ſe ducere, A, ſi pater intra annum conſenſerit, nequit ſine perjurio ducere aliam purè, pendente conditione. Gloſſa *in c. ſuper eo. v. alieno. de conditionibus appoſitis.* Molina *diſp. 285. qu. 5.* Suarius *lib. 2. c. 35. n. 2.* Dicaſtili. *de juramento diſp. 3. n. 457.*

543 Sub conditione reſolutiva.

Tertio, ſi conditio non ſit ſuſpenſiva, ſed reſolutiva; tunc juramentum eſt purum, ſtatim obligans quamdiò actus non reſolvitur, ſed reſoluto actu, puta reſoluta emtione, locatione inita cum pacto legis commiſſoriæ, vel adjectionis in diem; tunc deſinit juramentum.

Ad tempus

Quarto, Juramentum ad tempus, elapſo illo tempore ceſſat, & juramentum ex die, ante illud tempus non obligat.

Sub modo.

Quinto, Juramentum ſub modo ab initio obligat, ſed ſub illo modo, non modo variato.

Hæc ex ſe adeò clara, ut alia evidentiori probationis luce non egeant.

Quot modis in Juramento valeat intercedere fictio. Ad Propoſitionem damnatam xxv. Innocentii XI. ibi: Cum cauſa licitum eſt Jurare ſine animo Jurandi, ſivè res ſit levis, ſivè gravis.

§. VIII.

544 Quot modis fictum reddatur juramentum.

TRibus modis fictum poteſt reddi juramentum. Primo, ſi juret quis ſine animo jurandi.

Secundo, ſi juret animo jurandi, & implendi, non ſe obligandi.

Tertio, ſi juret ſine voluntate implendi; de ſingulis, & ſic de primo.

Jurans ſine animo Jurandi.

545 Jurans ſine animo jurandi, non jurat.

DUpliciter quis poteſt Jurare ſine animo Jurandi. Primo, Jurando falſum ſine animo Jurandi. Secundo, Jurando verum ſine animo Jurandi.

Certum eſt jurantem ſine animo Jurandi, verè non jurare, quia juramentum eſt deliberata invocatio Divini nominis in teſtem veritatis, & jurans ſine animo jurandi caret deliberata voluntate invocandi Deum in teſtem, meritò non jurat: ut carens voluntate conficiendi Sacramentum, illud non conficit, & meritò reponitur in prima ſpecie juramenti ficti, ſivè juret verum, ſivè juret falſum ſine animo jurandi.

546 Tamen peccat.

Peccat Jurans ſine animo jurandi, ſivè adſit, ſivè deſit cauſa, & id latis eſt expreſſum in prædicta propoſitione.

Sed quodnam peccatum?

547 Ficte jurans falſum peccat graviter.

DIſtinguas: vel jurat verum, vel falſum. Si juret falſum, peccat lethaliter. Anton. à Spir. S. *tom. 3. Directorii tract. 5. diſp. 1. n. 19.* dans 13. Doctores. Dicaſt. *de juramento diſp. 2. dub. 11. num. 276.*

Ratio, quia eſt gravis abuſus Divini nominis eo tegere fraudes.

Secundo, quia decipit proximum, & eſt mendax perniciosè, & ſcandalosè, licèt non juret niſi fictè.

548 Non tamen perjurus.

Non tamen contraheret caſum reſervatum, nec excommunicationem latam fortè contra perjurios, quia revera non eſt perjurus, cùm deſit juramentum. Suarez *lib. 1. de juramento n. 11.* Dicaſtilius *de jurejurando diſp. 1. dub. 4. num 97. & 98.*

Si juret verum ſine animo jurandi, ſubdiſtinguendum eſt: vel jurat in Judicio, & in contractibus verum ſine animo jurandi, vel ità jurat extra Judicium, & extra contractus.

549 Jurans ſine animo jurandi in judicio, & cōtractibus peccat graviter.

Jurans ſine animo jurandi in Judicio, & in contractibus, peccat lethaliter, quia in re gravi decipit Judicem, & ſecum contrahentem, volentem ſibi majori Religionis obligatione conſulere jurejurando, quo damno præciſo non eſſe lethale vult Anton. à Spir. S. *loc. cit. n. 61.* poſt Palaum, & Leandrum, Sanch. *lib. 2. Decalogi c. 7. n. 20.* de quo Nos infrà.

550 Extra judicium leviter

Si juret ſine animo jurandi extra judicium, & extra contractum, & læſionem alterius, eſſe veniale ait Anton. à Spir. S. *loc. cit. n. 60.* cum Leſſio, Sanch. Bonac. Palao, Leand. *tract. 1. diſp. 44. qu. 4.* nam tunc nemo læditur, nec aliquis habet jus ad verum juramentum, adeòque eſt peccatum, quia invocatur Divinum nomen in vanum, & Deus eſt teſtis veritatis ſuo modo. Sotus *lib. 8. de juſtit. qu. 1. art. 7. ad 4.* Aragonius *qu. 89. art. 7. concl. 6. ad 4.* Suarez *lib. 3. c. 17. n. 30.* Bonac. *diſp. 4. qu. 1. puncto 12.*

551 Auctori non arridet.

Sed hæret animus, quia videtur injuria gravis, & contemtus Dei, flocci habiti invocare in teſtem ſine animo jurandi.

Nunc eſt major difficultas.

An peccet jurans ſine animo jurandi ex aliqua cauſa, puta ex metu.

AFfirma. Hic eſt caſus Bullæ.

552 Jurans ſine animo jurandi ex aliqua cauſa etiam peccat

Et Affirma peccare. Cajetan. 2. 2. *qu. 89. art. 7.* Suar. *lib. 3. de juramento c. 19. n. 2.* Lumbier *propoſit. 25. n. 1821.* videſis Leandrum *de Juramento diſp. 44. qu. 2.* Contra Tambur. 3. *Decal. c. 3. §. 2. n. 1.* Sanch. 3. *Decal. c. 6. n. 9. & 10.* Palaum *tom. 3. diſp. 1. punct. 8. n. 5.* Leſſium 2. *de juſtitia. c. 42. dub. 8. n. 72.* Bonac. *diſp. 4. qu. 1. puncto 7.* Sancium 35. *Selectarum n. 3.* Mayam *tom. 1. Selectarum tract. 4. qu. 2. §. 3. n. 16.* Sotum, & Valentiam ajentes nec venialiter peccare injuſtè coactum proferendo verba juramenti tantùm materialiter.

553 Probatur:

Patet primo, quia pervertit juramenti finem, ſcilicet firmandi actum ob Dei invocati reverentiam.

Secundo, peccat ſine neceſſitate jurans animo jurandi; ergo fortiùs jurans ſine animo jurandi abutens Divino nomine, ſimulando ſe jurare ad decipiendum proximum.

Tertio, quia hoc eſt mendacium non conformans verba menti, eſtque dolus malus aliud agens, aliud ſimulans, aliud dicens, aliud corde tegens. *l. 1. D. de dolo malo.* D. Auguſt. *tom. 9. tract. 7. in Joannem*, ibi: *dolus pravus, fraus eſt,*

ſimu-

Digitized by Google

ſimulatio eſt, quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur.

Quarto, dans incenſum Idolo ſine animo dandi incenſum, peccat; ergo etiam jurans ſine animo jurandi.

Quinto, blaſphemans externè ſine animo blaſphemandi Deum interiùs, peccat; ergo etiam invocans in teſtem Deum, ſine animo invocandi, delinquit.

Dices: ſimulans ſe orare ſine animo orandi, non peccat; ergo nec ſimulans ſe jurare ſine animo jurandi ex cauſa.

Reſpondetur primo, antecedens non eſſe verum, & hypocriſis ſpeciem habet, ex quo argumentum eſt pro nobis.

Secundo, orationem ſimulatam non invocare Deum exteriùs, nec abuti Dei nomine exteriùs, & nemini præjudicat: In juramento verò abutitur Dei nomine.

Ad ſecundum.

Jurans ſine animo ſe obligandi, ſed cum intentione.

554 Jurans animo ſe obligandi tantum Deo, nõ homini, non peccat, præciſo damno, & mendacio

QUandoque quis jurat volens jurare, & implere promiſſa, ſed nolens ſe obligare.

Et id poteſt dupliciter contingere. Primo, ſi nolit ſe obligare homini ex juſtitia, vel ex fidelitate, ſed velit ſe obligare Deo ex Religione. Secundo, ſi nec nolit ſe Deo obligare.

Si velit ſe Deo, non verò homini ex Religione ſe obligare, juxtà text. in *c. debitores. de Jure Jur.* tunc non peccare, niſi illi homini præjudicet, ait Sanch. *3. decal. c. 6. n. 5.* dans XII. Doctores. Tu verò conſidera mendacium, quod etiam hìc intervenit voce, non animo, volens ſe homini obligare, quod mendacium non tollitur reſtrictione mentali, de qua alibi. adeòque venialiter peccare ait Antonius à Sp. S. *tom. 3. directorii tr. 5. diſp. 1. n. 63.* Tamburr. *lib. 3. c. 3. §. 2. num. 6.*

555 Si verò juret animo non ſe obligandi Deo, peccat.

Jurans animo jurandi non ſe Deo obligandi.

Peccat mortaliter, nam graviter illudit, & irreverenter Deo, velle ſcilicet Deum eſſe teſtem, & nolle ejuſdem auctoritate conſtringi. Dicaſtill. *de juramento diſp. 2. dub. 11. n. 282.*

Ad tertium.

Jurans ſine voluntate implendi.

556 Jurans animo non implendi peccat mortaliter.

VOlens ſe juramento obligare, & nolens implere, quod juravit, lethaliter delinquit, quia tollit à Juramento veritatem. Tamburr. *lib. 3. c. 3. §. 1. n. 1.* Tancredi *tr. 4. lib. 2. diſp. 4. n. 12.* Leand. *tr. 1. diſp. 44. q. 7.* Excobar *lib. 29. n. 200.* Anton. à Sp. S. *tom. 3. directorii tr. 5. diſp. 1. num. 58.*

An poſſit quis velle jurare, ſed nolle ſe obligare ex Juramento?

557 Nequit quis jurare, & nõ ſe obligare ad juramentum.

NEga. Sylveſt. *v. juramentum 3. q. 2.* Cajet. *2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.* Sotus 8. *de juſtitia q. 1. art. 7. ad 4.* Covarr. *de pactis p. 1. §. 5. n. 2.* Gutierez *lib. 2. c. 22. n. 31.* Aragonius *2. 2. q. 89. art. 7.* Valentia *2. 2. diſp. 6. q. 7. puncto 4.* contra Abbatem *in c. ſi verò. de jure jurando*; & alios plures apud Dicaſtillum *de juramento diſp. 3. n. 321.* Sanch. *3. decalogi c. 10. n. 8.* dantem XXV. DD. & dicentem probabiliùs: ità ut nolens ſe obligare, nolit jurare, ut nolens ſe obligare ad fidem matrimonii, non vult matrimonium.

Patet, quia obligatio juramenti naſcitur ex juramento deliberato, humano modo poſito, non ex voluntate jurantis, cui tantùm erat liberum verum juramentum ponere, quo poſito naſcitur obligatio ob reverentiam divinæ veritatis in teſtem adductæ, velit, nolitque jurans, ut ex contractu valido naſcitur obligatio; etſi nolit contrahens ſe obligare, ut ex igne naſcitur calor, & licèt liberum ſit ponere ignem, non eſt liberum impedire calorem; igitur dicens velle jurare, & nolle ſe obligare ex juramento: vel vult certum juramentum; & tunc non poteſt retardare obligationem, & proteſtatio eſt contraria facto: vel non vult juramentum; & tunc non vult jurare, ſibique contradicit, quo ſenſu retineri poteſt ſententia Sanch.

Ex his patet.

An Juramentum verbis amphibologicis praſtitum ſecundum Jurantem, non ſecundum illum, cui juratur, an obliget vi juramenti?

558 Juramentũ verbis amphibologicis factum obligat ſecundum mentẽ jurantis, nõ audientis. V. Prop. 26. & 27. Innoc. XI.

DIcas non obligare vi juramenti ſecundum mentem audientis, ſecundum quam non juravit jurans in alio ſenſu; nam nequit eſſe juramentum in eo ſenſu, in quo quis non vult jurare, cùm intentio jurantis ſit regula obligationis. D. Thom. in *3. diſt. 39. q. 1. art. 3.* Sanch. *1. decalogi lib. 3. c. 10. n. 13. & 14.*

Patet ex *c. humanæ aures. 22. q. 5.*

Secundo obligat ex alio titulo, puta ad tollendum ſcandalum, ad tollendam deceptionem proximi. Sanch. *loc. cit. n. 13.* dans VIII. DD.

Patet ex *c. quicumq. 22. q. 5.* idque nè ex ſuo dolo lucrum reportet.

An Hyperboles juratæ reddant juramentum fictum?

559 Hyperboles juratæ reddunt juramentum verum.

NEga: ſed reddunt juramentum verum, ſi humano modo prolatæ veritatem contineant. D. Tho. *2. 2. q. 111. ad 1.* Sanch. *1. decal. lib. 3. c. 4. n. 19.*

Ratio eſt, quia ad illam veritatem explicandam hyperbole utimur, ità Apoſtolus ad Romanos 1. v. 9. ibi: *teſtis eſt mihi Deus, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio in orationibus meis.* 1. Regum. *c. 1.* Ità etiam Parentes, Domini hyperbolicè jurantes ſe filios occiſuros, contrituros, non ſunt perjuri, licèt non conterant, non occidant; nam intelliguntur de animo graviter corrigendi ad rationabilem menſuram delicti.

Eſſet, hìc modò agendum de reſtrictione mentali in juramento, de quo Deo favente in propriis materiis: modò explicita eſſentia, & diviſione, ac acceſſoriis juramenti, ingrediamur cauſam primo effectivam. Secundo materialem juramenti. *Vide Prop. 26. 27. & 28. Innoc. XI.*

De Cauſa effectiva Juramenti.

CAPUT III.

560 Cauſa effectiva juramenti.

CAuſa effectiva juramenti eſt jurans, multis turgens difficultatibus, à facilioribus incohandum.

561 Non jurant impuberes.

Primo, impuberes in judicio non jurant, nec in cauſis civilibus. *c. parochi 15. 22. q. 5. c. honeſtum 16. 22. q. 5. l. qui juraſſe, D. de jurejurando. c. 1. de delictis puerorum.*

Minores.

Secundo, minorennes non jurant ante 20. annum in criminalibus. *l. inviti. D. de teſtibus.*

Tertio, ſemel in judicio perjuri repelluntur, quia præſumuntur iterum pejeraturi. *c. parvuli. 22. q. 5.*

562 In re gravi Sacerdotes abſque licentia.

Quarto, Sacerdotes, & Prælati non jurant in judicio ſine gravi cauſa. *c. ſi quis presbyter. 2. q. 5.* nec jurant in manu Laici ſine licentia proprii Epiſcopi. *c. quamquam. 24. q. 5.*

563 Deus & Angeli jurant.

Quinto, Deus jurare poteſt. ad Hebræos 6.

564 Dæmones, & damnati nõ jurant ſponte.

Sexto, Angeli jurare poſſunt. Apocalypſis 10. ibi: *juravit per viventem in ſecula*.

Septimo, mali Angeli, & damnati non jurant ſecundum Anton. à Sp. S. 3. *directorii tract.5.diſp.1.n.*90. ex Fagundez, quia juramentum eſt actus Religionis, & reverentiæ Deo debitæ, qui actus non exhibetur à malo dæmone.

Tu verò dicas non ſponte, ſed coactos à divino oumine poſſe de facto jurare, ut jurant quando exorcizantur; nam tunc etiam coguntur ad adorandum Deum, atqoe invocandnm ad eorum pœnam.

Aſſerit Anton. à Sp. S. *loc. cit. n.*8. nec Chriſtum Dominum juraſſe, & ly *Amen* non eſſe juramentum, ſed ſignificare fiat. Sed non ſemper in ſacris literis ly *Amen* ſignificat fiat, & eſſe formulam juramenti, patet Apocalypſis 3.

Qui teneantur Jurare.

§. I.

565 Non omnes tenentur jurare.

MUlti non adſtringuntur, licèt poſſint jurare ſi velint; multi jurare coguntur, & ſunt ferè omnes, qoi miniſteria exercent publica, & etiam privata, ut judices, procuratores, tutores, de qoibus io propriis materiis. Nos egamus hìc.

De Juramento præſtando à medicis monendi ægrotum, ut confiteatur.

566 Medici tenentur vi juramenti monere ægrotum, ut confiteatur.

JUre divino Caritatis medici per ſe, vel per alium debeot monere periculsntem ægrotnm, ut ſibi Sacramentis neceſſariis conſulat.

Secundo ad id etiam tenentor jure humano. *c. cum infirmitas.de pœnit.*, *& remiſſ.* ibi: *diſtrictè præcipimus*.

Motus Beati Pii V. incipiens *ſuper gregem*, ubi ultrà tertiam vicem neqneunt viſitare ægrotnm non confeſſum, niſi confeſſarius prorogat tempus.

Tertio, de hoc debent Medici juramentnm præſtare in tempore doctoratus. Piua V. in dicto motu *ſuper gregem* Caram. *tom.4. Triſmegiſti de uſu reſtrictionum meutalium in princ.* rectè dicens, Medicos debere monere infirmos, etiamſi illos erigendo dent illis ſpem vitæ, nam non debent in præjudicium ſalutis æternæ præmittere ſalutem corporis dubiam, nè turbent ægrotum, & tunc peroiciosum eſſet mendacium nulla equivocatione expiandnm.

567 Quando teneantur.

Dicta currunt in infirmitate certè, vel dubiè periculoſa, nè interim morbus ingraveſcat cum periculo damnationis ægroti. Cajetan. v. *Medicus*. Snarius *tom.4.in 3.p. diſp.35. ſect.* 3. *num.*4. (3)

Sed quid ſi ægrotus proterviat nolens Sacramenta recipere, & à medico deſertus, utrumque ſubiret periculum corporis, & animæ?

Tunc Medicus non poteſt deſerere ægrotum, licèt debeat cootinuò monere, ſi monitio proficere valeat; nam tunc adeſt præceptum divinum Caritatis ſuccurrendi etiam obſtinato periclitanti, cui nequit derogare jus humanum. D. Antoninus *3.p.tit.7.c.*254.*§.*4. Angel. v. *Medicus n.*8. Sanch. 1. *decal. lib.*3. *c.*16. *n.*10.11.12. Soarez *loc.cit.ſect.*3. *n.*5.

Hinc ſi morbus moram confeſſionis non patiatur, poteſt, & tenetur curare, nè interim vulnere, vel aliter moriatur, & poſt medelam meliùs confiteatur.

Juramentum illud Pii V. obligat ubi, & eo modo, quo uſu receptum eſt. Sanch. *loc.cit.n.*5. 568 Sicut uſu receptum eſt.

Sed quid ſi Medici monentes ægrotum, redderentur inviſi, & excluderentur tanquam ignari, & mali prognoſtici, adeò ut, & amitterent ægrotos, & ad alios non vocarentur, cum magno damno officii, honoris, rei familiaris, & lucri, &c.

Tunc duo videnda ſunt. Primum an eos obliget jus divinum, & Caritas cum tanto onere? Secundum an eos obliget jus humanum; quod cùm ſit actus juriſprudentiæ à juriſprudentia regulatur, nec imprudentem rem jus præcipit, nec malam. Et ipſi poterunt Parocho dicere ægroti periculum, ut ſuis ovibus periclitantibus conſulat, & prudenter, ſuaviterque conſcieotiæ vulnera detegat, & curet, ſauciatamque imagioationem reparet, celato Medico ounciante. 569 Quid ſi certò damnum Medicis immineret?

Confeſſio autem facienda ab ægroto, qoam exigunt jura, eſt illa, qua ægrotus cooſequitur remiſſionem peccatorum per gratiam ſanctificantem; adeòque debet eſſe valida, non ſacrilega, informis, nulla. Caram. *fundamento* 55. *n.*1564. *&* 1565. Frances *ſemicenturia conſultat.*30. *n.*2. ità intelligens Bullam Pii V. incipientem *ſuper gregem* confirmatam à Gregorio XIII. in Bulla incipit: *Aliàs piæ memoriæ*, præcipieote non viſitare ultra tertiam diem ægrotos oon confeſſos; intelligas non confeſſos validè cum effectu; Imò adſtriogit etiam prima die in morbo periculoſo, quando fortè ægrotus tertiam diem oon pertinget. Diana *p. 3. tr. de Sacramentis reſol.* 93. Frances *ſemicenturia conſultat.*30. *num.*3. *&* 4. Bonac. *tom.*2. *diſp.*4. *q.*1. *puncto* 16. *n.*9. dicentes morbum eſſe periculoſum, in quo ſit miniſtrandum viaticum; nam tunc ægrotus, ut tenetur recipere Euchariſtiam, ità tenetur confiteri, & admonendus eſt à Medico. Modo eſt difficultas. 570 Requiritur vera, & ſalutaris confeſſio ægroti.

An poſſit Ordinarius diſpenſare in tali Juramento exigito à Beato Pio V.

AFfirma. Frances *ſemicenturia conſultat.*30. *n.*9. *in fine*. nam non eſt juramentum reſervatum, qua diſpenſatione poſita, remanet obligatio divina, & oaturalis, & poſitiva in c. *cum infirmitas.de pœnit. & remiſſ.* etiamſi tunc deſit juramentum. 571 Ordinarius valet diſpẽſare in hoc medici juramento.

De Juramento emiſſo à Communitatibus, Collegiis, & Congregationibus.

§. II.

COnſuevit emitti Juramentum ſervandi ſtatuta Communitatum, Capitulorum, Congregationum, Confraternitatum. 572 Juramentũ communitatis ſat eſt ſi à majori parte emittatur.

Hoc jurameotum emitti ſolet unita uoiverſitate, convocato Capitulo &c. & tuoc ſatis eſt, ut emittatur à majori parte, quæ repræſentat Communitatem, Collegium, Capitulum, dummodò non ſit deſtitutum requiſitis juramenti. Suarius *lib.*2. *de juramento c.*31. *n.*9.

Tale juramentum obligat juxtà oaturam, & menſuram ſtatuti, nam ſi ſtatutum ſit de re levi, tunc juramentum etiam obligat ſub levi, cùm velit ſervare rem illam, ut in ſtatuto eſt, 573 Et obligat juxta naturam ſtatuti.

& in

(3) Attende hìc Neapol. caſum reſervatum, ſine excommunicatione *n.* 4. Sic t „ Medici viſitantes in lecto infirmos, poſt tres dies à viſitatione non curaverint, ut prædicti infirmi „ peccata ſua idoneo Confeſſario confiteantur, „ aut aliàs non deſervorint, ſecundum termi„ nos Conſtitutionum S. Pii V. & Innocentii XI.

& in re levi juramentum non obligat, niſi ſub levi re promiſſa.

Patet ex Clem.1.§.*cum igitur* v.*declaramus. de verb.ſignif.* Sanch.3.*Decal.c.*14.*num.*3. dans VI. Doctores.

574 Non tamen comprehendit futura. In hoc juramento plura conſideranda ſunt.

Primo, juramentum non comprehendere futura, niſi id in juramento exprimatur. D. Tho. 2.2.*q.*98.*art.*2.*ad* 4. Abbas in *c.penult. n.* 2. *de jure jurando.* Suarez *lib.* 2. *de juramento c.* 32. *num.*11.

Patet, quia futura, ut ſunt incerta, ità ignota, ità non volita. *c.quemadmodum. de jur.jur.* Sanch.1.*Decal.lib.*1.*c.*14.*n.*1.dans X.DD.

575 Nec præſentia ſpecialiſſima. Secundo, non comprehendit præſentia ſpecialiſſima, quia in generali locutione ſpecialia non veniunt. *l.item apud labeonem. D. de injuriis. l.fin. C.quæ res pignori.* D.Thom. 2.2.*q.*98. *art.*2.*ad* 3.

576 Nec ignota. Tertio, nec comprehendit præſentia ignota juranti; quia voluntas non fertur ad ignota. *l. nihil conſenſui. D.de regulis juris.* Adeòque juramentum deliberatum, non comprehendit præſentia veriſimiliter ignota, *c.quintavallis. de jurejurando.*

577 In dubio reſtringitur ad conſueta. Quarto, Juramento ſe obligans ſervare etiam futura, non obligatur ad ſpecialiſſima. Abbas in *c.penult.n.*2.*de jurejurando.*

Quinto, In dubio juramentum reſtringitur ad conſueta, ordinaria; idque quia nemo præſumitur ſe velle obligare, niſi minus quàm poteſt.

578 Obligat ſecũdum materiam, aut pœnam. Sexto, Juramentum promiſſorium ſervandi ſtatuta Communitatis obligat ſub levi, ſi ſtatutum ſit de re levi, & obligat tantùm ad pœnam, non ad culpam, ſi ſtatutum ſit pœnale. Sanch. 3. *decal.c.*14. *n.*2. & 4. dans VI. DD. del Bene *de juramento c.*2.*dub.*27.*petit.*1. *n.*4. nam jurat ſervare, prout ſervare tenetur; ergo quæ tenetur ſub levi, vel tantùm ad pœnam ſervare per juramentum, ſub eodem onere ſervanda ſunt. Gerſon.2 *p.regulæ moralis tract. de ſuperbia alphab.* 24. *lit. R*, Onera enim reſtringenda etiam cum juramento. *c.*1. *de jurejurando in* 6. Clem.1.§. *cum igitur in primis v. declaramus. de V.S.* Adeòque jurans ſe ſervare ſecretum Congregationis in re levi, ad leve tenetur. Sanch. *loc.cit. num.*5.

579 Si fuerit rei illicitæ nullum erit. Septimo, Rei illicitæ ſtatutum, & juramentum nullum eſt, ſicut nullum eſt juramentum ſi ſtatutum in deſuetudinem abiit.

Octavo, Juramentum non comprehendit ſtatuta abrogata, uſu non recepta, revocata, quia hujuſmodi non ſunt amplius ſtatuta juramento ſervanda, cùm non exiſtant. Navarr. *c.*25. *n.* 23. Piſtach. *de juramento c.* 22. *n.*5. & ſi quando præſtatur juramentum ſtatuta non exiſtunt, etiamſi deindè ſtatuta reconvaleſcant novo actu, Juramentum ad iſta non ſe extendit; cùm tantùm comprehendat præſentia uſu recepta, & ad illa reſtringendum ſit juramentum. Fagundez 2.*decal. c.*23. *nu.*20. contra Piſtachium *loc.cit. nu.*6. del Bene *de juramento c.*2.*dub.*49.*n.*16.

580 Revocato ſtatuto non obligat juramentum. Nono, Si univerſitas ex juſta cauſa revocet ſtatutum; tunc non officit juramentum de ſervandis ſtatutis, quia juramentum reſpicit ſtatuta exiſtentia, non verò revocata, & non eſt juramentum de non revocando, ſed de ſervandis ſtatutis exiſtentibus.

An juramentum Capituli, Collegii, Univerſitatis, Congregationis, &c. obliget ſingulos, etiam non jurantes?

581 Obligat tantùm repræſentantes communitatem.

Diſtinguas. vel tantùm juramentum emittitur ab illis, qui repræſentant Collegium, Univerſitatem, &c. ut repræſentantes Collegium, Univerſitatem &c. vel emittitur à ſingulis Civibus, ut ſinguli ſunt.

Si primum, obligat tantùm Civitatem, Collegium, & illam repræſentantes, in quantum illam repræſentant, & perſeverat ſemper perſeverante illa Communitate, & repræſentantibus, obligat enim Civitatem, & illam repræſentantes; Singuli autem, nec ſunt Civitas, Communitas, nec Civitatem, Communitatem repræſentant, unde tunc ſinguli juramento non tenentur; cùm enim juramentum ſit perſonale, non obligat, niſi jurantes in quantum repræſentant Communitatem, cujus nomine, & quam repræſentantes jurant.

582 Secùs ſi à ſingulis civibus fuerit emiſſum.

Si verò jurent ſinguli, ut ſinguli; tunc ipſi, non eorum ſucceſſores juramento tenentur; nam ſucceſſores non jurarunt. Suarez *tom.*2. *de Religione lib.*2. *de juramento diſp.* 3. del Bene *de juramento c.*2. *dub.*44.*n.*12.

De Inducente alium ad Jurandum.

§. III.

583 Ex cauſa licet alium ad jurandum inducere.

Licet inducere alium ad jurandum verum urgente aliqua rationabili neceſſaria cauſa: Nunc eſt prima diſcuſſio.

An liceat petere juramentum ab illo, qui cognoſcitur certè pejeraturus?

584 Ex officio licet petere juramẽtum ab illo, qui dejerabit.

Diſtinguas cum D. Tho.2.2.*q.*98. *art.*4. *in corpore*: vel petitur ex officio juramentum in judicio, vel extra; vel non petitur ex officio.

Si petitur ex officio, puta à Judice, ab Actuario recipientibus depoſitionem principalium teſtium: Nega peccare, ſi nequeant evitare perjurium illius, quem ex officio interrogant. Suarius 2.*de Religione lib.* 3. *de juramento c.*14. *n.*13. Dicaſtill.*de juram. diſp.*2. *dub.* 13. *n.*297. Ferrandinus *de ſcandalo diſp.*1.*q.*41. *nu.*4. Piſtachius *de juramento c.*11.*nu.*11. Sanch. 1.*Decal. lib.*3.*c.*8. dicens certum. Vaſq.*de ſcandalo q.*62. *art.*8.*dub.*3.*n.*93. Leſſius *lib.*2. *de juſtitia c.* 42. *dub.*10.*n.*40. Hurtadus 2.2.*diſp.*183.*ſect.*15.*ſubſectione* 2.*n.*187.

Probatur. Patet, quia peccaret non exigendo juramentum ex officio exigendum, nè acta ſint nulla.

Secundo, quia aliàs ſequeretur perplexitas; cùm non poſſet admittere per ſe deponentes falſum cum juramento, nec poſſet illos repellere exigente ordine juris, & inſtantibus partibus, ſecùs ſe gravantibus de denegata juſtitia.

Tertio, quia petit rem licitam, ſcilicet juramentum veritatis, & ſibi imputet jurans falſa, potens jurare verum.

Quarto, quia petit id, ad quod petendum jus habet, nec quis tenetur jura ſua amittere, nè alius peccet, aliàs nemo poſſet petere creditum à debitore, ſi ſciat illum debitum negaturum, & uti falſis probationibus. Nec æger poſſet petere Sacramenta à Parocho ſacrilegè adminiſtraturo, impotens ab aliis petere, quod infandam abſurditatem redolet. Sotus 4.*diſt.*1. *n.*5.*art.*6.*concl.*23.

585 Licebit etiã parti nè acta corruant.

Et quando licèt Judici tale juramentum exigere à Reo pejeraturo; tunc licet etiam parti inſtare, ut petatur, nè acta, ut nulla corruant; tunc enim intentio reſpicit rem licitam, ſcili-

cet ur acta teneant, & perjurium eſt ex ſola malitia pejerantis præter intentionem petentis, inſtantis, &c. Sanch. *loc. cit.* Dicaſtill. *loc. cit. n.*402. Suarez *lib.* 3. *de juramento c.*14. *n.*16. non ergo tunc peccat petens contra juſtitiam, aut contra Caritatem, quæ non obligat jus ſuum deſerere, ut nocens lucrum reportet effrontiſſima protervia.

Si juramentum petatur à perſona privata.

586 Licet etiam à perſona privata nè damnificetur.

Diſtinguas: vel non petens juramentum damnificaretur, vel nullum ſubiret damnum, nullum pateretur detrimentum.

Si damnum pateretur: puta ſi abſque juramento corrueret inſtrumentum guarantiglatum, via executiva evaneſceret, vel contractus non firmaretur; tunc licitè juramentum petitur, etiam ab illo, qui pejerabit. Sanch. 3. *Decal. c.*3. *n.*21. Leſſius 2. *de juſtit. c.*42. *dub.* 10. *n.*49. Sayrus *lib.* 5. *Clavis c.*4. *nu.*19. Suarez *loc. cit.* Dicaſtill. *loc. cit. n.*42. ajentes commodum privatum ſufficere, ut quis petat tale juramentum, nam petit juramentum licitum, & malitia perjurii eſt ex ſola protervia mali, & ſacrilegi hominis, præter intentionem petentis: nec caritas evitandi proximi perjurium obligat, ut quis non utatur jure ſuo, nec ſibi conſulat, nè alius pereat.

Si verò nullum intereſſe, nullum commodum reſultet petenti; tunc nega poſſe petere juramentum à pejeraturo; nam eſſet contra caritatem, & honorem Deo debitum. Videlis D. Auguſtinum *tom.* 2. *epiſt.* 154. *ad Publicolam.*

An liceat inducere ſcientèr ad jurandum falſum ignorantem ſe jurare falſum?

587 Non licet inducere ad jurandum falſum ignorantem falſitatem.

NEga. Azorius *p.*1. *lib.*11. *c.*11. *q.*2. *v. quæres* Suarius *tom.*2. *de Religione lib.*6. *de juramento c.*14. *n.*8. Paſchaligus *centur.*1. *Canonicarum qu.*5. *n.*3. contra Hurtadum *tom.* 2. *de fide diſp.*173. *ſect.*15. §.199. Dianam *p.*5. *tract.* 7. *reſol.*16. *v. ſed ego motus*, quia tunc ceſſat peccatum ſcandali; cùm jurans falſum, ignoranter putans invincibiliter verum, non peccet.

Probatur, quia inducens ſcienter ad jurandum invincibiliter ignorantem falſum vult Deum adhiberi, & eſſe teſtem falſi, mediante ignorantia alterius, ut patet: nunc ſic, Deus prima veritas in eſſendo, & indicendo exigit veritatem materialem, & formalem jurantis, ſecùs ſi aliqua veritas deficeret, non eſſet perfectiſſima, & ſumma unica veritas; Deo enim repugnat omnis falſitas materialis, formalis, nota, ignota juranti; ergo injuriam facit ſummæ, perfectiſſimæque veritati volens adduci in teſtem falſitatis materialis.

Jurans ergo invincibiliter ignorans falſum, privilegio ignorantiæ non peccat: peccaturus ſi ſciret rem falſam, quæ ignorantia non excuſat inducentem ſcienter ad jurandum falſum.

Hinc licèt hic inducens non peccet peccato ſcandali ob ignorantiam jurantis inducti; peccat tamen peccato contra Religionem, & reverentiam debitam ſummæ veritati, quando ſcienter vult adduci in teſtem falſi, ſicuti inducens amentem ad occidendum, non peccat peccato ſcandali; nam amens, carens uſu rationis, non peccat, ſed peccat contra juſtitiam ſua inductione inducens alium ad occidendum contra jus occiſi.

Quæ ratio ceſſat in confeſſario ſciente nullitatem matrimonii bona fide contracti, non propalans nullitatem; nam non inducit ad peccandum, imò non reddendo ex conſcientia erronea conjux peccaret, putans alium habere jus petendi. Sanch. 2. *de matrim. diſp.*38. *num.*8. ex D. Thom. in *c.* 5. *epiſtola ad Galatas.* ubi quis peccat non ſequens conſcientiam erroneam.

An ſit inducere ad jurandum ſi quis aliquid aſſerenti interrogando dicat: Ità ut eſt per Deum, per tuam vitam?

588 Quid ſi interroganti, ita nè eſt per Deum, reſpondeat?

PRimo ſi ità interrogans habeat intentionem inducendi ad jurandum ſine neceſſitate, peccat. Patet ex dictis, quia juramentum ſine neceſſitate, & legitima cauſa non eſt exigendum. *c. etſi Chriſtus. de jurejurando.*

Ille verò qui reſpondet, an reſpondendo juret? Diſtinguendum eſt cum Sanch. 1. *decal. lib.* 3. *c.*2. *n.*28. Piſtach. *de juramento c.*3. *n.*9. vel reſpondens dicit ità eſt, vel dicit prorſus ſic, ità, aut capite annuit.

Si dicat ità res eſt; tunc non jurat, nam reſpondet non juramento, ſed interrogationi illius, quod cupit ſcire interrogans.

Si verò aſſerat ſimpliciter ſic, ità, vel capite annuat; tunc videtur juramento aſſentiri; adeòque jurare, niſi tantùm velit exprimere quod eſt.

Quod peccatum faciat inducens alium ad malè jurandum?

589 Peccata, quæ committit inducens alium ad malè jurandum

COmmittit illud peccatum, quod jurans contrahit. D. Tho. 2. 2. *q.*88. *art.*4. nam qui cooperatur flagitio, illud flagitium committit, ut eſt fur, qui furto cooperatur.

Secundo, peccat etiam peccato ſcandali, nam præbet alteri occaſionem peccandi ſua inductione. Suarius 2. *de Religione lib.* 3. *de juram. c.*14. *n.*1. Sanch. 3. *Decal. c.*8. *n.*1.

Si verò jurans non peccet ob inadvertentiam, ob invincibilem ignorantiam; tunc ceſſat peccatum ſcandali, ſed ſcientèr inducens ad jurandum falſum peccat, quia volt Deum eſſe teſtem falſitatis, ſaltem materialis, contra reverentiam debitam perfectiſſimæ divinæ veritati. Suarez *loc. cit. n.*8. *ex c. ſi quis convictus. c. ſi pejeravit.* 22. *q.*5.

Inducens verò ad jurandum aſſertivè verùm, ſed turpe factum, puta homicidium; non peccat ſi ex officio id agat: ut Judex cogit delinquentem ad jurandum.

Si verò nulla eſt neceſſitas; tunc peccat peccato invocantis Deum in vanum, ut ex dictis.

An liceat Chriſtiano petere Juramentum ab Idololatra ad firmandum contractum?

590 Peccat fidelis petens ab infideli, ut juret per falſos Deos.

DIſtinguas: vel petitur, ut juret per falſos Deos, vel petitur abſolutè ut juret.

Si petitur, ut juret per falſos Deos. Nega licere; nam tunc directè petitur ut committatur peccatum, ut jurans faciat actum idololatriæ, exhibendo per juramentum actum Religionis falſis Diis, adeòque eſſet cooperari idololatriæ, cui non eſt cooperandum: etiamſi Idololatria ſit materialis ex parte jurantis; nam petens ſcit, & vult actum illum exhiberi falſis Diis.

591 Secùs ſi ex neceſſitate petat ut tantùm juret.

Si petatur abſolutè ut juret. Subdiſtinguas: vel adeſt, vel non adeſt cauſa rationabilis, neceſſitatis, utilitatis petentis, vel alterius. Si non adeſt: nega licere, quia Juramentum ſine neceſſitate ut nequit emitti, ità nequit peti. Si verò adeſt neceſſitas, vel utilitas: affirma licere petere Juramentum. D. Tho. 2. 2. *q.*78. *art.*4. ibi: *Inducere hominem ad peccandum, nullo modo licèt, uti peccato alterius, ad bonum licitum eſt.* Navarr. *c.*14. *n.*39. Suarez 2. *de Religione lib.* 3. *de juramen-*

Digitized by Google

ramento c.13. §.notandæ. Sanch. 1. *Decal. lib.3. c.8. num.32.* Petrus Hurtadus *diſp.173. ſect.15. ſubſectione 1. notando 2.* Ferrandinus *de ſcandalo diſp.1.qu.12.num.2.& 3.* Dicaſtill. *de Juramento diſp.2.dub.13.n.284.*

Patet primo ex D. Auguſt. *epiſt.154.* ibi: *Movet te utrum ejus fide utendum ſit, qui ut eam ſervet, per Dæmonia juraverit: ubi te volo prius conſiderare, utrum ſi quiſpiam per Deos falſos juraverit ſe fidem ſervaturum, & eam non ſervaverit, non tibi videatur bis peccaſſe? Si enim tali juramento promiſſam ſervares fidem, ideò tantùm peccaſſe judicaretur, quia per Deos falſos juraverit ſe fidem ſervaturum; illud autem nemo reprehenderet, quia fidem ſervavit; nunc vero, quia & juravit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem, quod non debuit; bis utique peccavit. Ac per hoc, qui utitur fide illius, quem conſtat juraſſe per falſos Deos, & utitur non ad malam rem, ſed ad bonam, & licitam, non peccato illius ſe ſociat, quo per Dæmonia juravit, ſed bono pacto ejus, quo fidem ſervavit; neque enim hic eam fidem dico ſervari, qua fideles vocantur, qui baptizantur in Chriſto; illa enim longè alia eſt, longèque diſcreta à fide humanorum placitorum, atque pactorum*; & refertur in Canone *movet.16.22.q.1.*

Et ratio inſuper eſt, quia nunquam inducitur tunc ad peccandum; nam vel jurans cognoſcit, vel non cognoſcit invincibiliter verum Chriſtianorum numen. Si cognoſcit, ſibi imputet jurans per non numen, omiſſo cognito vero numine, per quem Juramentum ex ſe petitur, & tunc petens ad proprium commodum utitur alterius peccato, ad quod non inducit. Si verò invincibiliter ignorat verum Deum; tunc non peccat; adeòque nec inducitur ad peccandum, præſcindendo hìc an poſſit dari hæc ignorantia invincibilis.

592 Objectis fit ſatis. Et ità patet etiam ex facto Machabæorum ineuntium fœdus cum Romanis jurantibus per falſos Deos. Machabæorum *c.* 8. Similiter Jacob, & Laban, & alii. Geneſ. 31. *v.*31.

Scio aliquos velle non poſſe peti Juramentum ab illo, qui invincibiliter ignorat verum Deum, quia tunc hic non poſſet jurare, niſi per falſum Deum.

Sed non placet, quia commerciorum uſus id non exigit, & tunc eſt tantùm alterius peccato uti ad ſuum commodum.

Nec officit paritas petentia maleficium ad destructionem maleficii; nam tunc maleficus peccat, quia ponit medium illicitum, ſcienter putans, ſcilicet eſſe illicitum, & peccatum, nec à paratiſſimo licet petere. In re autem noſtra ſupponimus ignorantem invincibiliter ignorare verum Deum, & petens juramentum petit legitimum, & tantùm paſſivè ſe habet circa Juramentum infidelis, ità Chriſtus Dominus Joann. 13. *quod facturus es, fac citiùs*, ſcilicet permiſſivè.

Dices: petens juramentum ab ignorante invincibiliter verum Deum, petit ut juret per illum, quem cognoſcit; ergo petit exhiberi actum Religionis illi, quem jurans cognoſcit; in quo quamvis jurans ignorans non peccet, peccat tamen ſciens petens; nam ut non licet offerre Dæmoni incenſum per amentem, ità nec cultum Religionis per ignorantem.

Reſpondetur, petentem juramentum directè velle cultum Deo vero offerri, & Juramentum ignorantis verum Deum non intendit, ut præſtetur à jurante, ſed tantùm permitti; nec juramentum jurantis tribuitur petenti, qui illud non petit, nec præſtatur ut inſtrumentum petentis, ſed tantùm permittitur modo explicato, quæ ratio non currit in illo, qui per amentem dat incenſum Dæmoni, nam tunc amens venit ut inſtrumentum dantis incenſum per amentem, meritò non amenti, ſed principali actio peccaminoſa tribuitur.

An Juramentum vi Religionis ſit merè perſonale, & perſonaliſſimum?

§. IV.

593 Juramentum ex ſe eſt perſonale, perſonaliſſimum. AFfirma: etiamſi quis juret pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus. D. Thom. 2.2.*q.*98. *art.*2. *ad* 4. ubi Cajetan. Bonac. *tom.2.diſp.4.puncto* 15. *n.*1. Olea *de ceſſione jurium. tit.*6.*qu.*11.*miſcellaneo.n.*22.*&* 23. dans XXI. Doctores, dicens nec hæredem jurantis obligari ſub pœna perjurii, nec poſſe trahi ad forum Eccleſiæ. de Mario. *lib.*1. *c.*91. *n.*38. *& c.*36. Cyriacus *lib.*1.*controverſ.*182.*n.*36. Guttierez *in Auth. Sacr. puberum. n.*15. *C. ſi adverſus venditionem.* Carlevalius *lib.*1. *de judiciis tit.*1.*diſp.*2.*n.*390. Sotus *lib.*8 *de juſtitia qu.*2.*art.*2.*ad* 4. Navarr. *c.*12.*n.*56. Suarius *lib.*2.*de juramento c.*31.*n.*12. Sanch. 3. *Decal.c.*3. *n.*1.*&* 2. Dicaſtill. *tr. de Juramento diſp.*3.*n.*421.

Ratio eſt, quia obligatio contrahitur per formalem actum Religionis, qui eſt voluntatis, & ſic perſonaliſſimus jurantis.

Hinc primo, ſucceſſores Univerſitatis, Collegii, Confraternitatis, Capituli, non ligantur juramento facto à prædeceſſoribus. Bayo *lib.*3. *praxis.q.*67.

594 Communitas non tenetur vi juramenti, voti facti ab anteceſſoribus. Secundo, Communitas, Populus non tenetur vi juramenti, voti facti ab anteceſſoribus, niſi adſit ſtatutum; nam tunc tenebitur vi ſtatuti, non voti, vel juramenti. Sanchez 3. *Decal.c.*13. *n.*1. *&* 2. Dicaſtill. *de Juramento diſp.*3.*n.*422. Sylveſt. v. *Juramentum* 4. *q.*2. Piſtachius *de Juramento c.*19. *n.*3. dicens ſucceſſores non teneri Juramento præſtito nomine Communitatis de faciendo aliquo feſto.

Hinc tertio reſolvitur.

An ceſſionarius, & quivis ſingularis ſucceſſor teneatur Juramento cedentis, vel anteceſſoris?

595 Ceſſionarius, aut Succeſſor nõ tenetur juramento cedentis, vel anteceſſoris. NEga. Olea *de ceſſione jurium tit.*6. *qu.*15. *miſcellaneo.num.*23. dicens poſſe cogi ad ſervanda illa, ad quæ tenebatur cedens, ſed non vi Juramenti. Natta *lib.*1.*conſ.*10.*n.*5.

Ratio, quia Juramentum eſt perſonale, imò perſonaliſſimum intranſmiſſibile; adeòque tunc nec cedens, nec ceſſionarius erit perjurus; non cedens, qui non amplius poteſt agere, nec juravit non cedere: non ceſſionarius, quia ad ceſſionarium juramentum non tranſit.

Hinc quarto reſolvitur.

An Juramentum, ejuſque obligatio tranſeat ad hæredes jurantis?

596 Juramenti onus non tranſit ad hæredes. NEga. D. Thom. 2.2.*qu.*98. *art.*2. *ad* 4. ubi Cajetan. Caſſadorus *dec.*2.*de jurejurando.* Roman. *ſingular.*233. Felin. *in c. cum ſit. n.*9. *de foro competenti.* Bilotta *de abſolutione juramenti lib.*2.*c.*12.*n.*5. Trullench. 2. *Decalogi c.*1. *dubitatione* 16.*n.*2. Petra *ritu* 183.*n.*5. Suarez *lib.*2. *de juramento c.*31. Sanch. 1. *Decal. lib.*3. *c.*13. *n.*1.2.*&* 3. Anton. à Spir. S. *p.*3. *Directorii tract.*5. *diſp.*1. *num.*161. Ricc. *par.*3. *praxis juramenti reſol.*219.*n.*1.*&* 2. concludens hæredem jurantis non eſſe perjurum, *& reſol.*225.*num.*2. Olea *de*

ceſſio-

Digitized by Google

*ceſſione jurium tit.*6.*qu.*11.*miſcellan.n.*22.*&* 23. de Marin. *lib.*1.*quotidianarum.c.*91. *n.*38. Carlevalius *lib.*1.*de Judiciis tit.*1. *diſp.*2.*n.*390. Cyriacus *lib.*1.*controv.*182.*n.*25.

Patet, quia Juramentum ſequitur perſonaliſſimam voluntatem jurantis, & hæres non habet actum perſonaliſſimum defuncti; adeòque non tenetur ſtare juramento defuncti jurantis pro ſe, & ſuis hæredibus. Et ratio inſuper eſt, quia actus jurandi eſt actus Religionis, qui tantùm prodeſt juranti, nam actus virtutis prodeſt tantùm virtuosè operanti, ut ergo hæres non habet meritum juramenti defuncti, ità nec onus.

Tranſit ergo contractus juratus defuncti ad hæredem ſine juramento.

Nec hæres repræſentat perſonam defuncti in actu Religionis meritoriæ, nec contrahentes ſunt decepti. *c.de viduis.* 27.*qu.*1.*c.veritatis. de jure jurando. l. cum quis decedens. §. codicillis. D.de legatis.*3. *l.neceſſario. §.quod ſi pendente.D. de periculo, & commodo rei venditæ. c. à nobis el* 2.*de ſententia excommunic.* Et hoc quia contractus licet perſonalis non eſt perſonaliſſimus ut juramentum. Alex.*vol.*6.*conſ.*129.*n.*21. Guidon Papa *deciſ.*140.*num.*5.*& deciſ.*375. Afflict. *deciſ.*338.*in fine.* Petra *ritu* 182. *n.*5. Staibanus 1.*forenſ. reſol.*63.*n.*15. Seraphinus *de privilegiis juramenti.privileg.*77.*n.*22.Cagnolus *in l.ſi quis major.n.*199. *C.de tranſactionib.* Bordon. *tom.*4. *c.*147.*n.*8. Ricc.*loc.cit.n.*2. Bonac.*de juramento puncto.*15. Palaus *de juramento diſp.*2.*puncto* 11. *n.*1. Sanch.3.*Decal.c.*13.*n.*1.

In quo vides cur in hoc juramentum non ſequatur naturam actus, cui adjicitur, quia ſcilicet non poteſt deſerere ſuam perſonaliſſimam quidditatem.

597 Succeſſor feudi denuò jurat fidelitatem jam juratam.

Hinc primo, ſucceſſor feudi debet de novo jurare fidelitatem, etiamſi à defuncto fuerit juratam *c.*1. *de probibita feudi alienatione per Federicum §. præterea. c.* 1. *de juram. fidelitatis*, licèt ad hæredem feudatarii tranſeant cæteræ obligationes ex contractu feudali.

598 Plures caſus reſolvuntur.

Secundo, hæres jurantis uſuras, non tenetur uſuras ſolvere vi *capituli debitores. de jure jurando*, quia ad hæredem tunc nec contractus, nec juramentum tranſit.

Tertio, cenſura lata adverſos pejerantem, non ligat hæredem jurantis, vel pejerantis. Covarr. *de pactis par.*2.§.1.*n.*7.

Quarto, nec hæres tenetur petere abſolutionem juramenti à defuncto præſtiti. Bilotta *de abſolutione Juramenti lib.*2.*c.*12.*n.*6.*in fine.*

Quinto, hæres poteſt repetere quod defunctus juravit non repetere, & quod juravi non repetere à te, poſſum repetere à tuo hærede, quando eſt ex vi juramenti. Soccin. *conſ.*115.*n.*12.*lib.*1. Calderinus *conſ.*8.*tit.de Jurejur.* Azorius *lib.*11. *c.*8.*qu.*15.

At jurans vi juramenti ſolvere, & ſe obligans alicui, & ejus ſucceſſori; tunc vi juramenti à ſe emiſſi tenetur ſolvere illi, cui juravit, & ſucceſſori illius; unde juramentum obligat jurantem non ſolùm præſenti, ſed etiam ſucceſſori præſentis cui juravit; nam tunc non tranſit juramentum de perſona ad perſonam jurantis; *l. neceſſariò. §. quod ſi. D.de periculo, & commodo. l. ſi pactum.* 9. *D.de probationibus. c. ſi tibi. diſt.*63. Angel. v.*Juramentum* 5.*num.*40.Sanch. *loc.cit.c.*13.*n.*6. Sylveſt. v.*Juramentum* 4.*q.*43. Covarr. *de pactis par.*1. §.5.*n.*6. Suarius *de Juramento lib.*2.*c.*31.*n.*14.

Sexto, ex contractu nullo, ſed jurato à defuncto, ejus hæres nullatenus tenetur; nam in hærede ceſſat obligatio juramenti intranſmiſſibilis, & contractus jam nulli. Butrius *in c. cum ſit generale.colum.*3. *de foro competenti.* Capyc. *dec.*174.*n.*12.

Juramentum per Procuratorem.

§. V.

Juramentum ſemper perſonaliſſimum excepto teſte nequeunte jurare per Procuratorem. *c.licèt. de teſtibus*, & excepto juramento præſtando propria manu. *c.ſi verò. de ſentent.excommun.* ut inquam poteſt juramentum præſtari per principalem, ità per Procuratorem. *l.Procuratorem. l. Procurator cui. l. Procurator Tutorum. D.de Procuratoribus. c.fin. de juramento calumniæ in* 6.*l.qui bona.§.ſi alieno.D.de damno infecto*; nec obſtat eſſe perſonale, nam matrimonium etiam eſt perſonale, & valet per Procuratorem iniri. *c.fin.de Procuratorib.* Alex. *in l.ſolutum.§.fin. D.de pignoratitia actione.* Bartol. *in l.qui bona. §.ſi alieno. D.de damno infecto*; & ille eſt perjurius, qui ſciens falſum juramentum præſtat, ſivè ſit Procurator, ſivè ſit principalis. Del Bene *de juramento c.*2.*dub.*47.*n.*16.

599 Juramentum per procuratorem non præſtatur à teſte, aut à præſtando propria manu.

Poteſt ergo juramentum præſtari per Procuratorem.

600 In aliis caſibus licet.

Et difficultas eſt.

An talis Procurator debeat habere ſpecialiſſimum mandatum ad Jurandum de tali re, in tali cauſa, cum tali perſona?

Affirma: ità ut non ſufficiat generale mandatum ad jurandum cum clauſula, nec ſpeciale ad jurandum in quacumque cauſa ex parte dantis tale mandatum ad jurandum, ſed requiritur mandatum ſpecialiſſimum particulare ad jurandum in tali cauſa. Covarr. in *c. quamvis pactum.p.*4.*n.*6.Sotus 8.*de Juſtitia q.*2. *art.*2.Petrus Ledeſma *tom.*2.*ſummæ tr.*11. *c.*5. *dub.*2.*corollar.*4. Cajetan.2.2. *q.* 98. *art.*2. *ad* 4. Clar.*§.feudum q.*49.*in fine.* Sanch.3.*Decal.c.*13. *num.*19.Tholoſan.*lib.*3.*partitionum juris Canonici tit.*13.*c.*3.Dicaſtill.*de juram. diſp.*3. *n.*439. *& n.*440. idem dicens de juramento aſſertorio, & promiſſorio del Bene *de juram. c.* 2. *dub.* 47. *n.*17. Idem docens de juramento calumniæ Piſtachius *de juram.c.*12.*n.*2.6.*&* 10. Ant.à Sp. S. *p.*3.*directorii tr.*5.*diſp.*1. *n.*166. dicens non ſufficere ſpeciale ad jurandum in quavis cauſa, ſed debere eſſe ſpecialiſſimum ad jurandum in tali cauſa; itàut aliter principalis teneatur vi mandati ad ſervandum contractum, non vi juramenti; & contra principalem ceſſaret guarantigia, & via executiva. Palaus *diſp.* 2. *punct.* 3. *num.*2.

601 Mandatum de jurando debet eſſe ſpecialiſſimū de tali re, in tali cauſa, & cū tali perſona.

Probatur primo ex *c.fin.de juramento calumniæ in* 6. *ex c.*1. *§. verum. de ſtatu Regularium in* 6.*ex c.fin.de Procuratoribus in* 6.*l.Procurator cui. D. de Procuratoribus. l. jusjurandum* 17. *§.Procurator.*ibi: *nominatim.l.ſi itaque* 59.*D.de jurejurando.*

Ratio eſt, quia obligatio juramenti habet ſpecialiſſimas pœnas, & ſupponit in jurante, vel mandante individuam rerum notitiam, quæ nequit haberi circa res, niſi determinentur in individuo: & Principalis fortè in individuo nollet præſtari juramentum ob culpam, & pœnam, & fortè rebus clariùs diſcuſſis, veritas individualis aliter ſe habet; ergo nequit de tali veritate individuali juramentum præſtari, niſi eluceſcat individuale mandatum.

Et San-

Et Sanch. *loc.cit.n.*20. poſt Sot.& Ledeſmam. Dicaſtill.*loc.cit.n.*441.aſſerit nec ſufficere mandatum cum facultate præſtandi quodlibet juramentum nomine mandantis, adeò ut procurator non poſſit vi illius mandati jurare, quia juramentum debet eſſe de re cognita mandanti, cùm ipſe mandans tunc dicatur jurare: Res autem ità incerta, contingens, futura, non eſt cognita mandanti; adeòque de illa nequit jurare, nec dare mandatum jurandi.

Inſuper Sanch.*loc.cit.n.*24. ait mandatum ad jurandum de calumnia in tali cauſa Romæ, non poſſe præſtari Neapoli, niſi exprimatur. Omnium eadem ratio eſt, juramentum eſſe perſonaliſſimum ſtrictè interpretandum.

602
Non tenei juramentū ſi Procurator juret revocato mandato.

Si Procurator juret poſt revocatum mandatum, ſed id ignoret, quis teneatur juramento?

Dicas neminem juramento teneri; non procurator, qui non juravit nomine proprio. Cajetan.2.2.*q.*98.*art.fin.*

Nec mandans. Primo quia jam non adeſt mandatum. Secundo quia non datur juramentum ſine voluntate jurandi deliberata, & hac voluntate caret principalis revocans mandatum. Suar.*loc.cit.n.*5. Sanch. *loc.cit.* Piſtachius *loc.cit.* dicentes pro foro externo juramento teneri, nè alter decipiatur. *c. mandato. de procuratoribus.*

603
Prædicta currūt in aſſertorio, & promiſſorio.

An in Aſſertorio, & Promiſſorio prædicta currant?

Affirma. Dicaſtill.*de juramento diſp.*3.*n.*440. utrobique enim eſt eadem ratio, ſcilicet juramentum eſſe de re nota juranti. Res autem nota juranti eſt determinata, & cognita in individuo; ergo in individuo debet dare mandatum; Et ut juramentum per procuratorem præſtatur de re in individuo; ità de re in individuo mandans debet exprimere mandatum; nam de eo debet eſſe mandatum, de quo mandatarius debet jurare; at mandatarius non jurat in genere, ſed in individuo, ut per ſe patet; ergo debet individuari mandatum ſemper ac præſtatur per procuratorem, ſivè aſſertorium, ſivè promiſſorium, ut omittam caſus, in quibus nequit per procuratorem præſtari aſſertorium præſtandum à teſtibus. *c.2.de teſtibus. c.ſi verò il 2.de ſententia excommunicationis.*

604
Sindicus Univerſitatis jurat ſine ſpeciali mādato.

An Sindicus Univerſitatis poſſit jurare ſine ſpeciali mandato?

Affirma. Nacta *lib.*3.*conſ.*548.*nu.*44. Jaſon. *lib.*1.*conſ.*158.*n.*3. Alex. *in l. ſolutum. §. fin. D. de pignoratitia actione* in *apoſtilla* ad *Bartol.* ajens in re ſolita poſſe procuratorem ſervare conſuetudinem jurandi ſine ſpeciali mandato. Patet, quia ità fert diſpoſitio juris conſuetudine probata. *l. municipibus* 95. *D. de condit.& demonſtrat.* & tunc jurantes Sindici falſum ſunt perjuri, non Univerſitas, quæ eſt perſona ficta. *l. mortuo. D. de fidejuſſoribus.*

De Materia Juramenti.

CAPUT IV.

605
Materia juramenti.

Juramentum eſt actus virtutis Religionis, ideòque materia juramenti debet eſſe materia actus virtutis.

Materia diſtinguitur in bonam, malam, indifferentem.

Bona. Bona eſt continens honeſtatem, juſtitiam, judicium paſſivum.

Mala. Mala eſt carens honeſtate, bonitate, & inſuper addens deordinationem à recta ratione, hoc eſt contrarietatem ad rectam rationem, ſivè ſit prohibita lege naturali, divina, poſitiva, ſivè lege humana, ſive reddat juramentum contemtibile, vel inobſervabile, ut materia impoſſibilis.

Indifferens est nec bona, nec mala; ità ut nec ordinetur ad rectam rationem, nec deordinetur. Indifferens.

606
Materia bona juramenti eſt illa, ſi per ſe nō impediat majus bonum.

Materia bona eſt materia juramenti, ſi per ſe non impediat majus bonum; nam Deus volens majus bonum, majus obſequium ſibi debitum vult non impediri minori reverentia cæteris paribus.

Dixi *cæteris paribus*, nam ſi juras dare decem Petro, non eris excuſatus dans 100. Eccleſiæ: & jurans ducere Bertam, non excuſatur ſi deinde ducat aliam; ſecùs eſt ſi jurans ducere uxorem, deinde velit profiteri Religionem; nam poteſt Religionem profiteri, quia promiſſio illa jurata intelligitur, niſi velit tranſire ad ſtatum perfectiorem. *c. ex publico. de converſione conjugatorum.* Sanch.4.*decal.c.*19.*n.*30.

607
Jurans ducere feminam acceptantem, tenetur priùs illam ducere, & monere ſi velit poſtea ingredi Religionē

Quomodo autem intelligatur *text. in c. commiſſum. de ſponſalibus.* ubi jurans ducere feminam acceptantem, nequit ingredi Religionem; licèt torqueantur DD. apud Suarez *lib.*2. *de juramento c.*13.

Reſpondetur Pontificem ibi tantùm velle priùs contrahendum matrimonium, & deinde ante conſummationem ingrediendam Religionem monita femina de tali intentione; nam ità ſatisfacit utrique obligationi *c. fin. c. ficut. de ſponſalibus*, qua femina non monita non eſſe conſultiua contrahere ait Suarez *loc.cit.n.*9.

608
Materia voti, eſt materia juramēti, ſi fiat Deo.

Ut melius materia juramenti expendatur, debes diſtinguere: vel juramentum fit Deo ſoli, jurans non loqui, non ludere, vel fit homini acceptanti, ut in contractibus quis promittit alteri cum juramento dare, vel facere.

Si juramentum tantùm fit Deo, tunc habeas principium univerſale: materiam juramenti eſſe illam, quæ eſt materia voti, & quæ nequit eſſe materia voti, nequit eſſe materia juramenti.

Patet ex D.Tho.2.2.*q* 89.*art.*7.*ad* 2.Cajetan. *v. perjurium c.*3. Sanch. dans XIV. DD. 1.*decalogi lib.*3.*c.*9.*n.*11.& 12.

609
Si reſpiciat partem, debet eſſe tunc materia contractus.

Si verò juramentum ſit in contractu, adeòque etiam reſpiciat partem contrahentem; tunc quæ eſt materia contractus, & promiſſionis obligantis eſt materia juramenti.

610
Non tenetur juramēto jurans rē bonam ſine malo.

Jurans Rem bonam ob finem malum. An teneatur Juramento?

Nega: Suar. *lib.*1. *de voto c.*5. *n.*1. ex parte Dicaſtill.*diſp.*4.*de juram. dub.*3. *n.*70. & *n.*127. contra Sotum 7. *de juſtitia q.* 1. *art.* 3. Aragonium *q.*88.2.*dub.*2.

Ratio eſt, quia finis eſt ſpecificativum ſaltem extrinſecum actus; ergo finis malus reddit actum malum; adeòque materia tunc deſinit eſſe bona, cùm malum ex ſingulis defectibus.

Hinc jurans Religionem ad finem contriſtandi patrem, ad vindictam patris nolentis dare pecuniam, juramento non tenetur, quia finis eſt malus. Dicaſtill.*loc.cit.n.*71.

Secundo, jurans Religionem ingredi ad finem lautè, & commodiùs vivendi, vel pinguem Abbatiam, aut Epiſcopatum conſequendi, juramento non tenetur, quia finis non eſt honeſtus, non eſt objectum virtutis; adeòque inficit materiam. Sanch.4.*decal.c.*6. *n.*14. Navarr.

com-

Digitized by Google

commentario 2. *de regularibus in fine.* v. *votum* 2. *in fine.*

Tertio, jorans non amplius velle adire domum improbam, ut contriſtet inhabitantem, juramento non tenetur, quia finis eſt malus, contriſtare velle ex odio, ex vindicta aliquem, licèt non adire dictam domum ſit res bona, ſed malo fine conſpurcata. Dicaſt. *loc. cit. num.* 72. Suar. *lib.* 2. *de voto c.* 2. *n.* 9.

Hinc materia juramenti debet eſſe bona in ſe, & in circumſtantiis, puta in fine bono.

Materia Mala.

§. I.

611 De re mala etiam venialiter nullum eſt juramentum.

JUramentum de facienda re mala etiam venialiter eſt nullum; adeòque non eſt materia juramenti: res etiam levitèr mala, adeòque rei illicitæ nullum eſt juramentum. *c. cum contingat. c. quanto. c. ad noſtram.* il 3. *de jurejurando.*

Et Ratio, quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis. *c. non eſt obligatorium. de reg. juris in* 6. *& cauſa* 22. *q.* 4.

Idem patet ex *l. non erit §. ſed ſi.* ibi: *Si quis illicitum juramentum ſcilicet improbatæ publicæ Religionis detulerit, videamus, an pro eo habeatur, atque ſi juratum non eſſet? quod magis exiſtimo dicendum. D. de jurejurando. l. in conditionib. in fine. D. de condit. & demonſtrat.*

Tertio patet, quia juramentum eſt actus virtutis Religionis exhorrentis iniqua, & in malis promiſſis eſt reſcindenda fides. *c. in malis. de regul. juris in* 6. *c. in malis.* 22. *q.* 4.

Quarto patet etiam, nam rei malæ cenſetur impoſſibilis rei promiſſio. *l. filius.* ibi: *quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt.* 15. *D. de conditionibus inſtitutionum. l. ex eo. D. de inutilibus ſtipulationibus.* Bilotta *de abſolutione juramenti lib.* 1. *c.* 11. *n.* 2. *& c.* 16. *n.* 1.

In dubio an materia ſit bona, vel mala, nulla naſcitur obligatio; quia operari cum dubio mali, eſt certò malum. Sanch. 4. *decal. c.* 6. *num.* 6.

Si materia ſit partim bona, partim mala, partim impoſſibilis, tunc ſervanda quæ de Voto diximus.

Juramentum rei Illicitæ.

612 Idem eſt de re illicita.

ESt nullum. *l. non erit* 5. ibi: *ſed ſi quis illicitum juſjurandum detulerit, ſcilicet improbatæ publicæ Religionis; videamus an pro eo habeatur, atque ſi juratum non eſſet? quod magis exiſtimo dicendum. D. de jurejurando.*

Secundo ex *c. inter cætera.* 22. *q.* 4. *c. quanto. de jurejurando. c. in malis. c. quæ contra jus. de regul. juris in* 6. nec mirum, quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis. *c.* 1. *§. quia. de jurejurando. in* 6. *c. non eſt obligatorium.* 58. *& c.* 69. *de regul. juris in* 6. eſt enim actus Religionis in re mala non verificandus. Pariſius *to.* 7. *conſ.* 99. *n.* 19. Coccinus *dec.* 440. *n.* 4. ut autem felicius, & faciliùs omnia diſcutiantur, inquirendum eſt.

Contra quas leges debeat eſſe res mala?

613 Juramentũ contra leges.

HAbemus leges diſpoſitivas, leges conſilia probantes. Secundo habemus leges naturales præceptivas, & permiſſivas. Tertio habemus leges divinas poſitivas. Quarto leges humanas, Gentium, Civiles, Canonicas, municipales. Nunc videndum eſt.

An ſit illicitum, quidquid lege prohibetur, itàut juramentum de eo faciendo non teneat?

614 Nullum eſt juramentum de re, quæ Deo diſplicet.

PRimo eſt nullum juramentum de non facienda re, quæ Deo non placet: puta de non videnda miſſa etiam in die feriato, de non facienda eleemoſyna pauperi, nam tunc talis materia non eſt bona, & veluti participat abuſum rationis, diſponitque ad pravitatem, & tendit in detrimentum animæ. *c. verum* 1. *c. ſi vero* 8. *c.* 2. *de pact.* D. Tho. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 2. dicens, jurans ſe facturum malum, peccat jurando, & ſervando juramentum; at jurans ſe non facturum majus bonum peccat jurando, non tamen ſervando juramentum, quod non extat. Sà v. *Juramentum*, dicens nullum eſſe juramentum de re imprudenti, vel impeditiva majoris boni. Cajetan. ait peccare venialiter jurantem facere, quod facere non tenetur, dummodo illud non ſit ex ſe malum. Tu rem ex dictis diſcutias.

Jurans rem illicitam contra legem naturalem.

615 Et ſi fuerit contra legẽ naturalem.

NUlliter jurat, quia tunc juramentum eſſet in perniciem animæ, ut jurans ſe occidere. Dicaſtill. *de juram. diſp.* 3. *dub.* 7. *num.* 121. idemque dicas de juramento contra legem divinam, etiam poſitivam, eſſe ſcilicet de re illicita nullum, ſivè præjudicet ipſi juranti, ſivè alteri, ſivè ſit contra juſtitiam, ſivè contra Caritatem. Hinc reſolvitur.

An omittens primum, & deinde contrarium ſecundum juramentum, teneatur ſequenti juramento?

616 Ad primum juramentum adſtringitur ſi ſecundum contra primum emittatur.

NEga: quia ſecundum juramentum eſt de re illicita, cùm ſit contra obligationem primi, nec poſſit utrumque ſervari. *c. veniens.* 16. *de jurejur.* ubi advocatus, qui juramento ſe adſtringit adeundi Curiam, nequit ſequenti juramento ſe obligare ad Curiam non adeundam, quia ſecundum eſſet contra primum.

Primum ergo non ſecundum juramentum eſt de re licita, ideò ſecundum eſt nullum. *c. quanto* 18. ibi: *juramentum licitum fuit, & ſervandum & c. intellecto* 33. ibi: *qui in ſua coronatione juravit, jura regni ſui ſervare. de jurejurando. c. ſicut. de ſponſalibus.*

Hinc etiam reſolvitur.

An teneat juramentum contra votum antea factum?

617 Juramentum contra votum non tenet.

NEga: nam tunc eſt de re illicita. *c. rurſus, qui Clerici, vel voventes.* Sed quid dicendum ſi prius juret nubere, & deinde facit votum Caſtitatis, Religionis.

618 Secùs ſi utrumque ſervari poſſit.

Dicas utrumque eſſe de re licita, & utrumque ſervari poſſe, ut ex dictis; unde prius contrahit nuptias juratas, & illis tantùm ratis ingredietur Religionem.

Si verò quis juret contra promiſſionem antea factam; tunc juramentum non tenetur, quia tunc eſſet vinculum iniquitatis. *c. non eſt obligatorium. de reg. jur in* 6. Angelus v. *juramentum.* 5. *n.* 14. Covarr. *de pactis par.* 2. *§.* 2. *n.* 4.

Semper enim ac juramentum eſt de re illicita eſt nullum. Dicaſtill. *de juramento diſp.* 3. *dub.* 7. *n.* 121. & peccat ità jurans ſivè velit, ſivè nolit implere promiſſum, puta ſi juret non reſtituere, quod tenetur reſtituere, tunc peccat contra juſtitiam, quia non vult reſtituere, & contra Religionem etiam peccat, quia abutitur actu Religionis, ut eſt juramentum; ità qui jurat ſe occidere

Digitized by Google

eidere Petrum, peccat contra juſtitiam, cùm velit injuſtam occiſionem; & peccat contra Religionem abuſu juramenti; ſi enim peccat qui in re vera, licita jurat ſine cauſa; multò fortiùs qui in re illicita jurat; nam ſine juſta cauſa jurat.

619 Jurans facere rem malam, ob jactantiam, non peccat contra juſtitiam.

Si verò juret ſe facturum rem malam: puta maleficium, homicidium, libellum famoſum, ſed revera non vult facere, juratque ad jactantiam, ad terrorem; tunc non peccat contra juſtitiam, quia non vult facere malum juratum contra juſtitiam, ſed peccat peccato jactantiæ, & peccato perjurii, cùm careat veritate juramentum.

Ex dictis ſequitur Analyticè.

610 Nullum eſt juramētum, non obediēdi legitimo Superiori, aut in ejus præjudiciū.

Primo, nullum eſſe juramentum non obediendi Superiori præcipienti legitimè, nam eſt de re illicita. *c. veritatis. 19. de jurejurando.*

Secundo, nullum eſt juramentum in præjudicium Superioris. *c. ſicuti. c. intellecto. de jure jur.* Cephal. *lib. 1. conſ.* 101. *n.* 39.

Tertio, Jurans parere alteri, juramento non tenetur, illo jubente illicita. *c. Quintavallis. 23. de jure jur.*

611 Similes caſus juramēti nulli referuntur.

Quarto, nullum eſt juramentum conjugum reciprocè jurantium nunquam ſe cohabitaturos, quia præbent anſam adulteriis. *c. tua nos. 24. de jure jur.*

Quinto, nullum eſt juramentum, quo vir jurat non accuſaturum ſuam uxorem, de quovis crimine; nam ſternit viam ad delinquendum. *c. quemadmodum. 25. de jure jur.*

Sexto, nullum eſt juramentum Religioſi jurantis nolle manere in Monaſterio, cui ſe profeſſione adſtrinxerat. *c. ſicut ex literis. 13. de jure jur.*

622 In præjudicium Eccleſie nullum eſt juramentum.

Septimo, nullum eſt juramentum Eccleſiaſticorum in præjudicium Eccleſiæ, vel immunitatis Eccleſiaſticæ. *c. ſicut nobis. 27. c. petitio. 31. de jure jur. c. contingit. 1. de jure jurando in 6.* ubi juramentum de ſervandis conſuetudine, & ſtatutis Eccleſiæ eſt nullum, ſi ſit de re impoſſibili, vel illicita: puta de re ſimoniaca. Et jurans ſervare ſtatuta ſuæ Eccleſiæ, non tenetur ad poſteà edita. *c. Clericus. 25. de jure jurando.*

Octavo, Jurans non obedire, non loqui patri, matri, fratri, ſorori, vel eis egentibus non ſuccurrere, nulliter jurat. *c. cum quidam. §. illi verò, qui jurant non loqui patri, vel matri, ſorori, vel fratri, aut eis humanitatis ſubſidium non exhibere, abſolvendi ſunt ab illius obſervantia juramenti; cùm illicitum ſit, & contrarium rationi, injuncta eis de hoc, quod male juraverint, pænitentia competenti. de jure jur.* ubi juramentum nullum dicitur abſolvi ad cautelam ad finem imponendæ pœnitentiæ, ità nulliter, & cum culpa juranti. *c. inter cætera. 22. q. 4.*

623 Et in præjudicium animæ, & corporis.

Nono, Juramentum etiam ſpontè præſtitum in præjudicium animæ, corporis, propriæ, vel alterius eſt nullum. *c. cum contingat. 28. in fine. de jure jur.*

624 Et de re illicita.

Decimo, nulla ſunt juramenta de re illicita contra Eccleſiam, contra pauperes, vel de re impoſſibili. *c. 1. de jure jur. in 6. c. quanto. de jure jurando. c. inter cætera. 22. q. 4.* Rei enim illicitæ nulla obligatio, ſivè res illicita ſit finis, ſivè ſit medium: finis eſſet, ſi promittat decem alteri, ut occidat, & juret ſe daturum; nam finis malus ſpecificat, & inficit totam materiam; bonum enim ex integra cauſa: malum enim ex ſingulis defectibus. eſt contra Sotum *lib. 7. q. 1. art. 3.* Dicaſtill. *de juram. diſp. 3. n. 127.* ajentes tale juramentum tenere, quia eſt de re bona; licet finis ſit malus: In quo decipiuntur, quia materia ſolutionis reſpicit finem malum, adeòque mala eſt.

625 Aut metu, vi, dolo extortum.

Undecimo, nullum eſt juramentum metu, vi, dolo, fraude extortum. *c. cum contingat. 28.* ibi: *ſervare debeant hujuſmodi juramenta ſine vi, & dolo ſponte præſtita. de jure jurando*; non enim juramentum eſt vinculum iniquitatis. *c. contingit. 1. de jure jurando in 6.*

Sed quia hoc frequens eſt etiam pro foro contentioſo, diſtinctiùs agamus. Primo de metu extorto. Secundo de extorto dolo. Tertio de extorto in ſimulato contractu.

An Juramentum injuſto gravi metu extortum ſit nullum?

§. II.

626 Metus gravis injuſtus invalidat juramētum.

AFfirma. Pariſius *tom. 1. conſ. 99. n. 18.* D. Bonaventura *3. diſt. 39. art. 5. q. 2.* ubi Almainus *qu. un.*

Probatur ex *c. pervenit* 2. ibi: *rebus ſuis ſpoliatum, & jurare compulſum, quod non repeteret ſic ablata. cognita igitur contumelia valdè doluimus, aſſerentes ipſum Epiſcopum, nullius juramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi, quem tamen abſolvimus, quia nefandiſſima coactione juravit. de jure jur.* ubi abſolutio fuit ad cautelam, ut ibi ait Gloſſa v. *abſolvimus.*

Nota ly *rebus ſuis*; nam gratis ad effugiendam vim argumenti Gloſſa ibi intelligit de bonis Eccleſiæ.

Patet etiam ex *l. interpoſitas. C. de tranſaction.* & ex Auth. *Sacram. puberum. C. ſi adverſus venditionem.*

Patet tertio, quia ſi talis promiſſio jurata teneret, daret anſam ad delinquendum; Injuſtus enim extortor, ſi juramento ſibi conſuleret, quo valido etiam in conſcientia, injuſtitiam paſſus adſtringeretur, & tamen juramentum non debet dare anſam ad delinquendum, nec eſſe vinculum iniquitatis. *c. 1. de jure jur. in 6.* ibi: *juramentum non eſt vinculum iniquitatis, & cauſa. 22. q. 4.*

627 Juribus in oppoſitum ſit ſatis.

Nec officit text. *in c. ſi verò. 8.* ibi: *graviſſimo metu ſub Religione juramenti ſuum jus refutare. de jure jur.* ubi juramentum metu extortum videtur dici validum; nam ibi non conſtabat de injuſto metu, & juramentum metu juſto extortum tenet. *c. ex reſcripto. 9. de jure jur.*

628 Sponte ſe obligans in id ad quod non tenetur, obligatur reddere.

Secundo, currit ſi ſciens ſe non eſſe obligatum, adhuc ſpontè velit juramento ſe obligare, ſecùs ſi id ignorans ſe obligavit. *l. 1. D. quod metus cauſa*, & abſolutio ad cautelam datur in *c. cum quidam. 12. §. illi.* ibi: *abſolvendi ſunt ab illius obſervantia juramenti. de jure jurando.*

Idque patet ex *c. verum. 15. de jure jurando.* ubi abſolvendi ſunt de facto, non de jure, cùm juramentum ſit nullum; itaut non ſervans promiſſa non peccet mortaliter. Peccaret autem mortaliter, ſi metu emiſſum juramentum eſſet validum, & non ſervaretur. *c. perlatum. quod metus cauſa.*

Ex his patet.

An Mulieres debeant ſervare Juramentum, quo conſentiunt alienationi dotis, donationis propter nuptias, &c.

629 Mulieres debent ſervare juramentu ſuper alienationem dotis, ſi ſpontè jurent.

DIſtinguas pro nunc: vel juramentum eſt ſpontè, vel metu emiſſum.

Si ſpontè, affirma. *c. cum contingat 28. de jure jur. c. licet mulieres. 2.* ibi: *non vi, nec dolo præſtitum.*

ſtitum. de jure jur. in 6. ubi ſtatuitur ab Epiſcopis poſſe Judices compelli ad ſervandum hoc juramentum.

610 Secùs ſi metu, vi, dolo.

Si verò juramentum ſit extortum metu, vi, dolo, nega. *c. cum contingat.* 28. *de jure jur. c. licet.* 2. *de jure jurando in* 6. ubi non eſt ſervandum juramentum vi, dolo præſtitum, adeòque jura quæ volunt abſolutionem petendam à juramento vi, dolo præſtitum, intelliguntur de facto, non de jure, tantùm ad finem cautius agendi, & conſultiùs. *c. verum.* 15. *de jure jur.* ibi: *conſultiùs*. vel ſunt correcta ab iſto textu Bonifacii VIII. *c. ſi verò. de jure jurando. c. Abbas. de his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt.*

Difficultas tamen eſt.

An ſint correcta Jura Civilia volentia alienationem dotis juratam, etiam ſponte factam non teneri. l. lex Julia. D. de fundo dotali. l. un. §. fin. C. de rei uxoriæ actione.

Infrà ſuis ponderabit oratio ponderibus.

Contractus doloſus Juratus.

§. III.

611 Contractus dolo celebratus, etſi juratus, nullus eſt.

Eſt nullus unà cum juramento, omni jure prohibitus; nam caret conſenſu, quando dolus eſt circa ſubſtantiam, vel objectum rei volitæ. *l. ſi quis cum aliter. D. de verb. oblig. l. fin. C. de non numerata pecunia.* Abbas *in c. cum contingat. de jure jur. & lib. 2. conſ.* 214. *dub.* 4. Baldus *in c. 2. colum. 2. de arbitris.* rectè concludens nullam requiri abſolutionem, niſi illam velis ad cautelam petere. Angel. *in l. ſi quis pro eo. D. de fidejuſſoribus.*

Doloſus verò nequit dicere de nullitate contractus, & juramenti, ſi paſſus damnum velit ſtare contractui, & juramento. *l. cum profitearis. C. de revocandis donation.*

Contractus Juratus ſimulatus.

§. IV.

612 Idem de cōtractu ſimulato.

Eſt nullus ex defectu conſenſus. *l. ſimulatè. D. de ritu nuptiarum. l. per diverſas. D. mandati. l. imaginatio. C. de diſtractione pignoris. l. nuda. D. de reg. juris.* unde tale juramentum non indiget abſolutione. Baldus *in l. rogaſti. §. ſi tibi. colum. fin. D. ſi certum petatur.*

Simulans verò jurans, non auditur, ſi petat abſolvi à contractu jurato ſimulato; nam allegans propriam turpitudinem non auditur. *l. cum profitearis. C. de revocandis donat. l. ſi creditoribus. C. de ſervo pignori dato. l. inter dilectos. D. de fide inſtrumentorum.* Butrius *in c. cum contingat. caſu* 8. *de jure jurando.* Immola *in c. ad noſtram. in fine. de emtione, & venditione.* Alex. *in l. nemo poteſt. D. de legatis* 3. *& lib. 2. conſ.* 112.

Eſſet modò agendum de Juramento ſolvendi uſuras de quo infrà opportuniùs.

De Juramento Rei prohibitæ jure poſitivo humano.

§. V.

Diximus de illicitis jure naturali prohibente: modò indigitanda jure humano prohibita: an inquam juramentum circa rem jure humano prohibitam ſit nullum.

In hoc magno divortio per acclivia, & declivia contentioſè contendunt non ſolum Legiſtæ, verùm cum Canoniſtis etiam Theologi, & Ità diſcurrunt.

613 Juramentū contra jus Gentium nullum.

Primò, conſiderant jus Gentium, & afferunt juramentum contra conſtitutiones juris Gentium eſſe nullum, tanquam de re illicita, quia illicitum eſt recedere à probatis Univerſi moribus.

614 Et contra jus civile reſpiciens bonum publicum.

Secundo, afferunt leges Civiles, vel reſpicere per ſe bonum publicum, & conſequenter privatum, vel reſpiciunt per ſe bonum privatum, & conſequenter publicum.

Si Juramentum ſit contra ſtatuta à Jure Civili reſpicientia per ſe bonum publicum: puta nè annona extrahatur, nè dentur arma hoſtibus, &c. tunc afferunt juramentum de contrafaciendo eſſe nullum, quia præjudicat bono publico. *l. juriſgentium.* 7. *§. ſi paciſcar. D. de pactis. c. ſi diligenti. de foro competenti.* Abbas *in c. cum contingat. de jure jurando.* Sanch. 1. *Decal. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 43. adeòque afferunt contractus prohibitos ob publicam utilitatem non firmari juramento, & dat viginti Doctores. Tuſch. *v. juramentum concl.* 258. *n.* 56.

615 Etiamſi de conſequenti illud reſpiciat.

Si leges Civiles per ſe reſpiciant bonum privatum, conſequenter publicum, ut nè minores, pupilli, feminæ, Eccleſiæ diſtrahant, contrahant, nè parentes donent, nè dos alienetur; tunc volunt contractum jure Civili prohibitum, Juramento firmari. Tuſch. *concl.* 500. *n.* 18.

Infrà de hoc commodiùs cùm de juramento confirmatorio, modò.

616 Nullum igitur juramētum contra jus humanum civile.

Abſolutè affirma juramento non firmari; adeòque juramentum eſſe nullum tanquam de re illicita, etiamſi illicita ſit, quia prohibita jure Civili humano. Bartol. *in l. ſi quis pro eo.* 57. *n.* 9. *D. de fidejuſſoribus.* Alciatus *in c. cum contingat. n.* 97. *de jure jurando.* ubi Baldus *num.* 2. Tuſch. v. *juramentum. concl.* 500. *n.* 21. contra Sanch. 1. *Decal. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 35. ajentem legem Civilem reſpicientem per ſe bonum privatum, non obligare ad culpam, & privatum jurando cedere juri ſuo. *l. quod favore. D. de legibus.*

Probatur.

Patet, quia juramentum in præjudicium alterius eſt nullum. *c. quamvis pactum. de pactis in* 6. *c. cum contingat. in fine. de jure jurando.* cùm contineat cum præjudicio iniquitatem. Bartol. *in l. ſi quis pro eo.* 57. *n.* 9. *D. de fidejuſſorib.* Alciatus *in d. c. cum contingat. n.* 97. *de jure jur.* ſed tale juramentum ſemper eſt in præjudicium alterius, ſcilicet filiorum, creditorum, hæredum, conſanguineorum, quibus nocet ſuum conſanguineum depauperari in bonis, & in honore.

Inſuper tale juramentum nocet bono publico, cujus intereſt leges ſervari, & nè quis rebus ſuis malè utatur; ergo tale juramentum ſemper eſt nullum.

Nec dicas tunc jurantem cedere juri ſuo; nam primo, cum hoc non debet aliis præjudicium inferre, & ex dictis inferret.

Secundo, hoc jura prohibent, ſcilicet non poſſe cedere juri ſuo Eccleſiam, minorem, pupillum, infantem, feminam, & actum annullant. Idque ritè conſtitutum, nam etiam invito datur Curator, nec poteſt dicere renuncio juri meo: & licèt videatur lex ad bonum privatum per ſe, tamen per ſe eſt ad bonum publicum, nè Cives rebus ſuis malè utantur: & quamvis parum interſit iſtum, vel alium Civem bona habere; tamen multum intereſt bono communi non aperiri viam ad delinquendum, ad fragiles peſſumdandos, decipiendoſque; & ut rectè prohibetur ſubditis, nè quid in animæ damnum: ità nè quid in corporis, & bonorum præjudicium fiat, per quæ ceſſant congeſta à Sanch. *loc. cit. n.* 35.

Nec

Digitized by Google

637 Actus nullus jure civili juramento non firmatur.

Nec facienda eſt diſtinctio legis obligantis, & non obligantis ad culpam; ſed an faciendo contra legem, præjudicet, vel præjudicare poſſit in alio ſtatu ſibi, vel alteri, vel bono publico, vel privato; nam tunc juramento non firmatur actus jure Civili nullus, etiamſi ſine culpa poſſit legem non ſervare, puta condere teſtamentum ſine teſtibus; nam tunc teſtamentum eſt nullum, nec juramento adjecto ſubſiſtinetur: ità proteſtatio, renunciatio Profeſſi ante tempus jure præfixum eſt nulla, non obſtante juramento. Trident. *ſeſſ.25. de reform. c.16.*

Lex ergo Civilis, vel Canonica irritans actum ſecundum ſe, niſi apponatur certa forma; tunc actus remanet nullus, nec juramento firmatur; quia juramentum non poteſt dare actui obligationem, quam lex abſtulit; adeòque ſi actus eſt nullus, etiam juramentum corruit, quod ſequitur naturam actus. Sed de his iterùm cùm de juramento confirmatorio.

Materia indifferens.

§. VI.

638 Materia indifferens nõ eſt materia juramenti.

Est ex ſe nec bona, nec mala; & hæc non eſt materia juramenti; adeòque juramentum de re indifferenti eſt nullum. D.Thom. 2.2. q.98. *art.3.* ubi Cajetan. *in ſolut. ad 3.* Sanch. *tom.1. Decalogi lib.3. c.9. & c.4. n.31.* Armilla v. *perjurium n.3.* Sotus 8. *de juſt. q.2. art.3. ſect.5.* Suar. *lib.2. de juram. c.16. n.3.* nam eſſet tunc juramentum de re vana, & non neceſſarium. Deus enim bonitas amans bonitatem, non amat indifferentem actum, quia amor reſpicit bonitatem; idque ſivè juramento fiat Deo de re indifferenti, ſivè fiat homini de re indifferenti; ſemper enim nullum eſt, ſi homo non apponat finem bonum, quo materia indifferens eſſet ei grata, commoda, bona; tunc enim deſinit materia eſſe indifferens à fine, & ex fine bono evadit bona, ex malo mala: puta ſi quis juret deferre ad moliendum, ad coquendum, in molendino, in furno alterius; tunc enim res illa eſt utilis alteri, & materia juramenti.

639 Exponitur per exempla

Hinc nullum eſt juramentum non emendi, non vendendi, niſi tanto pretio; nam ſi pretium ſit injuſtum, materia eſt illicita; ſi verò ſit intra menſuram juſti pretii, tunc eſt indifferens; nam poteſt ad infimum, & ad ſummum pretium trahi, & nolle vendere, niſi ſummo pretio eſt damnoſa pauperi, nolle emere niſi infimo eſt damnoſa venditori, participatque malitiam monopolii.

Secundo, Jurans ſe non amplius colloquuturum cum tali perſona, non amplius ingreſſurum talem domum, inceſſurum per talem viam, Juramento non obligatur; nam eſt rei indifferentis, niſi apponatur bonus finis: puta ad cavenda perjoria, ſcandala, quia ille, cum quo non vult loqui, eſt improbus, eſt rixoſus; nam tunc ratione finis materia honeſtaretur.

Sed quid dicendum, ſi res ſit indifferens tempore Juramenti, ſed deindè evadat non indifferens, an inquam teneat Juramentum, quando res indifferens deindè fiat bona?

640 Materia indifferens tẽpore juramẽti, ſi evadat bona poſteà, juramentum nõ tenet.

Nega. Sanch. 1. *de matrim. diſp.50. n.5.* Suar. *lib.2. de juram. c.19. n.16.* Dicaſtill. *de juram. diſp.3. dub.3. n.47. & 48.* contra Navarrum *Manuali c.12. n.89.*

Patet ex regula: *quod ab initio non valet, tractu temporis nec valere poteſt. c.18. de regulis in 6. l. quod ab initio. D. de regulis juris.*

Secundo, quia juramentum eſt onus ſtrictè interpretandum, & reſtringendum. Abb. *in c. cum Clerici. de verb. ſignif.* Juramentum remanet nullum licèt materia indifferens, ſivè impoſſibilis, evadat deindè bona, & poſſibilis.

Sed quæres.

An Juramentum de re bona ad finem indifferentem ſit nullum?

Affirma. Suar. *lib.2. de voto c.2. n.9.* Sanch. 4. *Decal. c.7. n.12.* Navarr. *c.12. n.28.* dicens nullum eſſe juramentum, nullum votum petendi Romam ad videndam Urbem, licèt ibi ſint Reliquiæ. 641 Juramẽtum de re bona ob finem indifferentem nullum eſt.

Ratio, quia finis dat ſpeciem actui, redditque actum indifferentem finis indifferens, ut reddit malum finis malus.

In dubio an ſit indifferens? non tenetur juramento; nam in dubio pro libertate poſſidente à gravamine pronunciandum eſt. Sanch. *loc. cit. c.6. n.24.*

Hinc reſolvitur.

An teneat Juramentum non fidejubendi, non mutuandi, non commodandi? 642 Nullum juramentum ex ſe non mutuandi, non fidejubendi, &c.

Affirma eſſe nullum, niſi apponatur bonus finis, vitandi ſcilicet lites, peccandi occaſionem; nam deficiente fine bono: illa materia, vel eſt mala contra conſilia Chriſti Domini: vel ſi non ſit contra conſilia Chriſti Domini, eſt indifferens. Abbas *in c. ſi verò. de iure iur.* Angel. v. *Juramentum. 5. n.4.* Cajetan. v. *votum c.2.* Sotus 7. *de juſtitia q.1. art.3. dub.2.* Sanch. 1. *Decal. lib.3. c.9. n.14.*

Tertio reſolvitur.

An Juramentum non ludendi teneat? 643 Jurare non ludere ob bonum finem, tenet.

Diſtinguas: vel habet bonum, vel malum, vel finem indifferentem.

Si habet bonum finem. Juramentum tenet, puta abſtinendi à blaſphemia, Deo, & orationi magis vacandi, ſe mortificandi. D.Thom. 2.2. *qu.168. art.2. in corpore.* Sotus 7. *de juſtit. qu.2. art.2.*

Si finis ſit malus: puta abſtinendi à ludo licito, nè mœrore oppreſſo ſuccurrat; tunc juramentum eſt nullum. 644 Secùs ſi nõ malum finẽ.

Si verò finis ſit indifferens, vanus; tunc juramentum nec tenet.

Nam ludere ad ſummum eſt res indifferens, & remanet indifferens, ſi finis etiam ſit indifferens. Rodriq. *tom.2. Summa c.94. n.6.* Dicaſtill. *de Juramento diſp.3. dub.5. n.98.* Sanch. 3. *Decal. c.18. n.10.* 645 Aut indifferentem.

Hinc patet nullum eſſe juramentum non ludendi tali loco, tali pecunia, tali ludo, cum tali perſona, quia nullus finis bonus adjicitur; adeòque remanet indifferens; nam ludus eſt verus contractus, & poteſt trahi etiam ad virtutem Eutrapeliæ; & tunc non ludere eſſet malum reddens hominem agreſtem. Similiter ſi nollet ludere ob ſuperſtitionem in tali loco, eſſet finis malus.

Si finis juramenti ſit evitare jacturam, tunc poterit ludere alterius pecunia.

Si quis juret patri ſe non luſurum, poteſt ludere patre conſentiente. Dicaſtill. *de Juramento diſp.3. dub.5. n.114.*

Tertio patet.

An teneant Juramenta Parentum, Dominorum, puniendi filios, ſervos, accuſandi fratres? 646 Juramenta Parentum, Dominorum circa filios puniendos, aut ſervos non tenet.

Nega: ſi fiant ad finem vindictæ; quia tunc materia non eſt bona; ſed potiùs mala: ſed tenent, ſi fiant ad finem corrigendi; & tunc

ſi jam filii ſint correcti, tunc ceſſat juramentum, vel ſi filii correctione deteriores fiant; quia tunc ceſſat contrarie finis juramenti.

Similitèr ſi filius petat ſibi ignoſci, vel alios pro filio, promittatque ſeriam correctionem; tunc enim ceſſat fiois bonus juramenti, remanetque materia ſaltem indifferens, incapax juramenti. Cajet. 2.2.*q*.89.*art.7.dub.1.& in ſumma.v.perjurium in fine*. Valent.*tom.3.diſp*.6.*q*.7.*puncto* 3. Sanch.3.*Decal.c.9.n*.19.

Similitèr jurans amico oon ſe moturum è ioco, non ante egreſſurum, ad hoc ut cum illo urbaoè agat; tunc ceſſat urbanitas, & fiois bonus, ſi oſtinatè perſiſtendo, appareret magis rudis, quàm urbanus; adeòque alio cedente honori ſuo, ceſſat finis juramenti bonus. Leſs. *lib*. 2. *c*.42.*n*.21. Suar.*lib.3.de juramento c*.17.*n*.9.

647 Mutata materia de bona in malā aut impoſſibilem, non tenet juramentum.

Quinto, ſi ſequatur mutatio in materia: ut ſi materia ex bona fiat mala, ex poſſibili fiat impoſſibilis, ex prudenti fiat imprudens, vel fiat indifferens; tunc ceſſat juramentum: Sic jurans non petere domum alicujus ob periculum ludendi, delinquendi; tunc ceſſaote tali periculo, ceſſat juramentum, quia materia evalit indifferens. Sanch. 4.*Decal.c*.2. Dicaſtill. *tract.de juramento diſp.3.dub*.3.*n*.67.

Peccatum Jurantis cum materia indifferenti animo implendi?

648 Eſt veniale jurare de materia indifferenti cū animo adimplendi.

EST veoiale, quia eſt ſioe judicio, ac vanum. Si verò ſit ſine animo implendi, eſt mortale, quia continet falſitatem. Sanch. 1.*Decal, lib.3.c.4.n*.32.

Ex dictis patet.

An Juramentum ſit vinculum materiæ iniquæ, vel indifferentis?

649 Juramētum non eſt vinculum iniquitatis.

NEga: nam tunc ex defectu materiæ nollum eſt, ideòque neqnit habere rationem vinculi, nec obligationem inducere, quia non entis nullæ ſunt paſſiones, nec proprietates, nec effectus.

Secundo, qnia juramentum nequit eſſe obligatorium de re iniqua. *c.inter cetera*.22.27.*q*.4. *c.quanto*. 18. *de jure jur*. Sanch. 3.*Decal. c*.17. *num*.18.

Tertio, quia juramentum non obligat contra bonos mores. *c*.58.*de reg.jur.in* 6. *c.cum contingat. de jure jurando*, & juramentum ſemper eſt illicitum, ſive ſit de re mala, ſive de re indifferenti: Eſt illicitum de re mala, quia Deus non vult obligationem rei malæ; & etiam de re indifferenti eſt illicitum; quia vanum ſioe neceſſitate, ut ex dictis patet.

Ex dictis etiam conſtat juramentum ab initio validum, ceſſare, ſi materia evadat iocapax, puta evadat impoſſibilis, mala, indifferens.

Nunc repullulat quæſtio.

An Juramentum ab initio nullum ex defectu materiæ, reconvaleſcat, ſi materia fiat capax: puta ex impoſſibili fiat poſſibilis, & ex mala, indifferenti, fiat bona?

650 Juramētum de re mala, ſi poſteà evadat bona, quoque nullum eſt juramentum.

ET nega recoovaleſcere, quia nunquam extitit validum, ſed ab ioitio fuit nullum; adeòque tracto temporis valere non poteſt; niſi nulliter jurans ex defectu materiæ, velit mutata materia io bonum jurare, & adhuc juret; qoia ad juramentum validom non ſufficit ſola exiſtentia materiæ, ſed requiritor deliberata voluntas jurandi, quando juramentum poteſt validè recipere eſſe.

An lex Civilis poſſit annullare contractum, cæteroquin validum, ex hoc quia apponitur Juramentum?

NEga. Bart. *in l.omnes populi.n*.25.*de juſtitia, & jure*. Alex. *vol*.1. *conſ*. 59. Felicianus Oliva *de foro Eccleſiæ par*.1. *q*. 30. *n*.7. dans ſeptem Doctores contra Gamam *dec*.247. Barboſ. *in l.1.par.1.n*.73. *D.ſoluto matrim*. ajentes tales leges latas in Luſitania, & in Hiſpania. *l*. 11. *tit.1.lib.4.recopilationum*. idque nè vi juramenti omnes contractus traherentur ad forum Eccleſiæ. Guttierez *in Auth.Sacramenta puberum*. *n*.155. & etiam in Regno eſt *Pragmatica l. ad Vellejanum*. (Sed hæc recipit æquam interpretationem.) Contra Vaſquium Mencacam *de ſucceſſionum creatione*.§.28.*n*.3. Alex.*vol.4.conſ*.39. *n*. 6. ajentes tuoc cootractum eſſe nullum, ſed juramentum ſervandum ob Dei reverentiam. 651 Jus civile nequit annullare cōtractum, quia apponitur Juramentum.

Ratio eſt, quia actus licitus Religionis latriæ, & fidei, nulla lege humana prohiberi valet, talis eſt actus jurandi.

Secundo, quia juramentum eſt materia merè virtutis Religioois; adeòque merè ſpiritualis, quæ non ſubeſt poteſtati laicæ, nec ab ea prohiberi valet. *c.novit. de judiciis*.

De Juramento confirmatorio, & non confirmatorio.

§. VII.

652 Juramētum non confirmatorium obligat tantùm ex Religione.

JUramentum non confirmatorium validum inducit tantùm obligationem ex Religione vi juramenti: de quo fortè *in c. debitores. de jure jurando*.

653 Confirmatorium ſupponit obligationem promiſſionis validam.

Juramentum confirmatorium producit obligationem ex Religione, & ſupponit obligationem contractus promiſſioois validam, ſed infirmam, eamque confirmat; redditque veſtitam, ut obligatio ex pacto nudo valida jure naturæ, ſed jure Civili infirma, non producens actionem Civilem, firmatur, ac veſtitur juramento, ut firmatur ſtipulatione, ſcriptura, traditione rei; itàut jurans tunc obligetor efficaciter, non tantùm ex Religione vi juramenti, ſed etiam ex juſtitia vi contractus. D.Thom. 2. 2. *qu*.89. *art.7.ad* 3. Suar.*lib.2.de Religione c*.25. *num*.7. Dicaſtill. *de jure jurando diſp*.3.*n*.161. *in fine*.

Patet ex *l.jurisgentium.7.D.de pactis.ex c.cum contingat. de jure jurando*.

Quodnam debeat eſſe Juramentum confirmatorium?

654 Confirmatorium duplex, aſſertorium, & promiſſorium.

POteſt eſſe aſſertorium, & promiſſorium. Aſſertorium eſt in teſtibus; nam eorum depoſitio ſine jurameoto infirma, jurameoto firmatur. Idem eſt de depoſitione principalis ſuper interrogatoriis Fiſci, vel partis; nam juramento firmatur, ſine juramento caſura: nec in hoc ſenſu oppoſitum ſentire valent Guttier. in *Auth.Sacramenta puberum.n*.133. *C.ſi adverſus venditionem*. Seraph. *de privilegiis juramenti privileg*.83. *n*.5. negantes dari juramentum aſſertorium confirmatorium.

Secundo, datur juramentum confirmatorium promiſſorium pro aliquo dando, faciendo, non dando, ooo faciendo: puta non revocandi contractum, non veniendi contra promiſſionem. Bartol.*in d.Auth.Sacramenta puberum.n*.23. ubi Jaſon.*n*.28. ibi: *ſuper contractibus non revocandis.C.ſi adverſus venditionem*.

Et patet ex *c. cum contingat*. ibi: *ne ulterius controveniant. de jure jur*. & ex *c. ad aures. de his, quæ vi*. & *d.Auth.Sacram.puberum*. ibi: *ſuper*

Digitized by Google

per contractibus non revocandis. C.ſi adver.vend. qoandoque enim non ſolùm qnis jurat ſe ſoluturum, ſed etiam non repetiturum ſolutum, quia jurans ſe ſoloturum, poſſet ſolvere, & deinde poſſet repetere ſolutum, nec faceret contra joramentum de ſolvendo, quod ſervaretur momentanea ſolutione. *c. debitores. de jure jur.* & ideò nltrà juramentum de ſolvendo, alii exigunt juramentum de non repetendo ſolutum, de non petenda abſolutione à joramento. Leſs. *2.de inſt.c.26.n 2.*

Qui contractus Juramento firmentur?
§. VIII.

655 Contractos validi juramento magis firmantur.

HAbemus contractus plenè validos. Secundo, contractus, & promiſſiones validas, ſed infirmas. Tertio, contractus omninò nullos.

Contractus plenè validi etiam jorameoto magis firmantur, quia habentes ex ſe obligationem ex juſtitia, actionem, & exceptionem pro omni foro, vi juramenti acquirunt aliam obligationem ex Religione, quibos magis firmantur, & plures alios ſortiuntur effectus; nam plura vincula magis ligant. *l.re conjuncti. D.de leg.3. c.1. de tregua, & pace.*

656 Contractus validi, ſed infirmi Juramento validantur.

Secuodo, promiſſiones validæ, ſed infirmæ ſunt, quæ producunt obligationem tantùm naturalem, quæ contingit regulariter ioter illos, qui mortui ſunt civiliter, ot inter ſervos, & etiam inter illos, qui ſunt alieni juris, nt ſunt pupilli, filii familias, & hæc obligatio juramento veſtitur, ac firmatur, itàut cum jurameoto producat obligationem naturalem, & Civilem, quam ſine juramento non produceret. *l. jurisgentium. 7. D. de pactis.* ſic contractus minoris ſine Coratoris auctoritate ſunt infirmi. *l. ſi Curatorem. 3.C.de in integr.reſtitutionibus.*

657 Contractus nulli, ex defectu eſſentiali, oon validantur Juramento.

Tertio, ſi contractus ſint oulli, tunc diſtinguendum eſt: an ſint nulli ex defecto eſſentiali, puta ex defectu materiæ, vel conſenſus; & tunc juramento nequeunt confirmari, niſi reponatur quod deeſt, puta coonſenſus, materia.

658 Alii contractus ſunt nulli ex diſpoſitione juris humani.

Si verò contractus ſint nnlli ex diſpoſitione juris humani: puta quia non eſt ſervatum quod jus humanum exigit ad valorem actus, ut ſi non ſit facta renunciatio à Novitio iotra tempus à jure præſcriptum, ſi matrimonium ſit clandeſtinnm, ſi pupillus, mioor, Eccleſia alienet ſine requiſitis à lege pro valore actus.

Pro quo fit

An contractus nullus diſpoſitione juris humani, Canonici, vel Civilis, Juramento reconvaleſcat?

659 Contractos nulli ex jure humano juramento firmantur, ſi lex vult juramento validari.

DIſtinguas: vel jus exprimit, vel noo exprimit, ut contractus nullus reconvaleſcat poſito juramento.

Si exprimat: affirma contractus nnllos reconvalidari; nam tunc intuitu juramenti jus reſtituit contractui obligationem, quam abſtulerat.

Et in hoc ſenſu currit *c.cum contingat.de jure jur. c. contingit. de jure jur. in 6. c. quamvis pactum.de pact.in 6. Auth.Sacram.puberum. C.ſi adver. vendit.* ubi alienatio fuodi minoris, dotalis, renonciatio ſucceſſionis futuræ expreſſo juramento firmantur.

Et ratio eſt, quia juramentum ex ſe tantùm habet obligationem ex virtute Religionis, & ſolùm habet vim teſtificationis divinæ de veritate rei aſſertæ, vel promiſſæ; adeòque ex ſe non habet vim confirmandi, dandi obligatiooem ex juſtitia, & dandi eſſe contractui, quem firmat. Si enim hoc ex ſe haberet, quilibet actus nullus juramento firmaretur, recoovaleſceret, quod abſnrditatem cootioet intolerabilem, cùm matrimonium, profeſſio, renunciatio nulla, jurameoto non firmentur.

Secundo, quia per cauſas, per quas naſcitur, res reſolvitur; ergo obligatio, quam lex abſtulit, à lege reſtitueuda eſt: nec cenſetur reſtituta, niſi exprimatur.

Si jure noo exprimatur juramento contractus firmari, contractus recoovaleſcere, recipere eſſe; tunc nega juramento contractus oullos habere eſſe. Jaſon *in Auth. Sacram. puberum n.5.* ubi Igneus *n.5.c.ſi adver.vendit.* Portius *in §.extraneis n.11. Inſtitution. de hæred. qual. & diff.* Cyn. *in d.Auth.Sacram.puberum.n.2.* Bulgarus, quem ſequitur Gallius *de actione revocatoria. c.5.n.4.* dicontes oppoſitam Martini ſenteotiam ad inferos tranſmiſiſſe multas animas. Gramm. *dec.103.* Cootra Sanch. *1.Decal.lib.3.c.12.n.10. & 11.* dantem XL. Doctores, ajentes contractus irritos juramento firmari, & donariooes irritas inter coojuges juramento firmari. ex *c.fin.de donat.inter.* Contra Dicaſt. *de juram.diſp.3.n.166. & 411.* ajentem cum pluribus juramentum habere vim teſtificandi, & confirmandi contractus infirmos, & reddere validos actus oullos, irrevocabiles actus ex ſe revocabiles. 660 Secùs ſi non exprimat.

Patet primo: per caoſas, per quas naſcitur res, reſolvitur. *c.2.de reg.juris.l.nihil tam naturale. D.de reg. jur.* ergo exiſteoria, & obligatio contractus à lege irritata, annullata, abrogata, remanet abrogata, annullata, niſi in tali lege expreſsè diſpenſetur per aliam legem expreſſam. *l.præcipimus. D.de appell.l.un.C.de inoffic.dotib.* ergo ſemper ſtaodum eſt juri annollanti, abroganti, quouſque contraria lex reſtituens eſſe ablatum, pooatur. 661 Multipliciter probatur.

Probatur ſecundo, quia vis juramenti eſt ex Religione; adeòque ex natura ſua nequit ponere eſſe obligationis ex joſtitia, emanans ex contractu valido; debet ergo aſſignari alia cauſa reſtituens eſſe, & obligationem abrogatam, quæ non poteſt eſſe, niſi ipſa lex ex legiſlativa poteſtate, quæ poteſt reſtituere, quam abſtulit contractus exiſtentiam, & obligationem; ergo ubi talis lex deeſt, ibi etiam cum contractu juramentum non exiſtit.

Tertio, patet ex *l.non dubium.5.C.de legibus.* ibi: *nec Sacramentum admittitur.* ubi juramentum non firmat pacta iotra contra legem irritantem. *ex l.jurisgentium.7.§.ſi paciſcar.* ibi: *nec jusjurandum de hoc ad actum, ne quis agat, ſervandum. D.de pactis.*

Nec dicas juramento contractus nullos non validari; at vi juramenti habere effectus, quos habet contractus validus, nt ait Mnlina *diſp.150.* Suar. *lib.2.de juramento c.29.n.9.* 662 Objectis fit ſatis.

Nam contra, quia hæc eſt petitio principii; id enim eſt de quo quærimus, unde nam habeantor illi effectus ſine cauſa, cùm juramentum tantùm ſit virtutis Religionis, non juſtitiæ; ergo ſaltem debet aſſignari lex expreſſa, quæ det effectus contractus nulli ob adjectum juramentum, quæ lex non debet deindè extendi ad alios caſus, cùm ſit correctoria, & exorbitans à jure commuuni. *d.l.non dubium. C.de legib.l.jurisgentium.7.§.ſi paciſcar.D.de pact.*

Probatur quarto, juramentum ſequitur naturam actus cui adjicitur, ſolùmque addit Religionis vinculum. *l.fin. C.de non numer. pecun.* 661 Aliæ probationes.

l. &

Digitized by Google

l.& ſi poſteriori.§.item ſi juravero. D.de jure jur. c.quemadmodum.25.de jur.jur. Cavaler.*dec.*109. *n.*9. Gramm.*dec.*15.*n.*2. Barboſa *axiomate* 134. Bordon. *tom.*4.*c.*146.*n.*6. Sanch. 1.*Decal. lib.*3. *c.* 17. *n.* 27. ubi venditio jurata ſine traditione non transfert dominium, quia ante traditionem, etiam ſine juramento, non transfert dominium. *l.quoties. C.de rei vindic.*ergo ſi actus eſt nullus, juramentum etiam erit nullum.

664. Non ſubſiſteret jus Civile, & Canonicum, ſi juramento omnes actus nulli validarentur.

Probatur quinto, quia secùs ſubverteretur univerſum jus Civile, & Canonicum tam prudentiſſimè conſtitutum, ſummis vigiliis elaboratum, quo actus annullati ſunt. *l.non dubium.* 5.*C.de legib. l.juriſgentium.*7.*§.generaliter.D.de pactis. l.ſi quis inquilinos. §.fin. D.de legat.*1. *l.ſi quis pro eo. D.de fidejuſſ. c.ſi diligenti in fine. de foro competenti. Auth.Sacram.puberum.C.ſi adver.vendit.§.item Sacram.ſub tit.de pace tenenda inter ſubditos.* ubi juramentum tenet quando contractus tenet, nec læditur contrahens; quis autem diceret ſola adjectione juramenti poſſe eludi univerſum jus Canonicum, & Civile? Eluderetur autem, ſi ſolo juramento actus nullus reciperet exiſtentiam.

665 Aliter non poſſet occurri dolis, fraudibus.

Sexto patet, quia actus ſunt jure annullati ad cavendas fraudes, dolos, ad ſuccurrendum inexpertis contrahentibus, & fragilibus, minoribus, mulieribus, &c. *l.un.C.de rei uxor.act. Auth.Sacram.puberum. C.ſi adver.vend.* ergo debent remanere nulli, etiam adjecto juramento; nam juramentum non tollit inexperientiam, fragilitatem, damnum contrahentis, & ſi actus exiſteret vi juramenti, ſuccurreretur experto, ſagaci, & magis damnificaretur alter contrahens.

Hinc deſumitur ſeptima probatio, ſcilicet totum jus decernens actum nullum eſſe manutenendum, nec corrigendum appoſito juramento, niſi in caſibus jure expreſſis. *l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam. l.præcipimus.§.fin.C.de appellationibus.*

Tandem probatur, quia juramentum ſi daret eſſe contractibus nullis, aperiret viam fraudibus, & deceptionibus in damnum animæ, & bonorum, & tale juramentum non tenet. *c.inter cetera.*22.*q.*4.*c.ſi verò. c.cum contingat. c.quanto.§.ſuper.de jure jurando.*

666 Objecta in oppoſitum diluuntur.

Solvuntur Argumenta.

Objices primo cum Sanch. 1. *Decal. lib.* 3. *n.*11.*&* 15. contractus minoris, alienatio fundi dotalis, renunciatio, jure eſt nulla. *l.un. C.de rei uxor.act.l.*1.*C.ad Vellejan.*& tamen ſpontaneo juramento firmata, tenent. *c.quamvis pactum.*ibi: *omninò ſervari debet.de pactis in* 6.ubi eſt ſermo de renunciatione hæreditatis juratæ. *c.*2.*de jure jur.in* 6. *c.cum contingat.de jure jur.* ubi tenet alienatio jurata fundi dotalis. *Auth. Sacram.puberum. C.ſi adverſus vendit.* ergo juramentum firmat contractus etiam nullos; ergo habet vim confirmandi contractus etiam nullos.

Reſpondetur primo, firmare dictos contractus, quoties ex illis eſt nata obligatio ſaltem naturalis; non verò ſi nihil obligationis etiam naturalis natum ſit. *d.l.non dubium.* 5. ibi: *nec Sacramentum admitti. C. de legib.* & indicatur per ly *retractandis*; nam ſi nulla, nec naturalis aliqua obligatio adeſſet, nihil retractari deberet, cùm non ens non exiſtat, & contractus nullus non ſit contractus. *l.ſi ſe non obtulit. §. condemnatum, D. de re judicata. c.ad diſſolvendum. de deſponſatione impub.* & ità etiam patet in *Auth. Sacram.puberum.* ibi: *ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis.C.ſi adverſ.vendit.* ergo adeſt contractus ſaltem quoad obligationem naturalem; nam ſi eſſet nullus, non diceretur contractus retractandus in futurum. *l.ſi ſe non obtulit.§.condemnatum. D.de re judicata.c.ad diſſolvendum. de deſponſ.impuberum.*

Reſpondetur ſecundo, dicta jura eſſe ſpecialia tantùm in dictis caſibus jure expreſſis; nec ad alios jure non expreſſos actus nullos producenda, ſed corripienda intra proprios terminos; cùm juramentum ex ſe habeat tantùm vim ex Religione confirmandi veritatem, non dandi eſſe contractibus.

667 Alia jura explicantur.

Objices ſecundo, juramentum dolo extortum tenet. *l.quod ſi. D.de dolo*; ergo juramentum alterat naturam actus; ergo juramentum poteſt confirmare actum nullum.

Reſpondetur, negando antecedens, ſi dolus tollat cognitionem, adeòq; conſenſum deliberatum jurantis. *l.*1. *D.de dolo malo. c.quia propter.* ubi Innoc.*n.*12.*de electione.* Sà v.*Juramentum.*9.

Secundo, ad textum *in d. l. quod ſi deferente.* dicas ibi ſervari auctoritate Judicis juramentum, non verò ſervari pactum vi juramenti.

Objices tertio: mater tenetur reſtituere hæreditatem ſubſtituto fideicommiſſario, etiam teſtamento nullo. *l.cum pater. §.filius. D.de legatis* 2. ergo etiam nullo pacto debet juramentum ſervari, & pactum reconvaleſcet vi juramenti.

Reſpondetur *in d.l.cum pater.§.filius.* admitti ſubſtitutum non vi juramenti, ſed vi enixæ voluntatis defuncti demonſtratæ ex actione ipſa juramenti, ut patet *ex d.l.cum pater.§.filius.*ibi: *enixa voluntatis preces.*

Objices quarto, minor jurans ſe habet ut major. *c.& ſi Chriſtus. de jure jurando. c.ſi annum. de judiciis in* 6.

668 An minor jurans habeatur ut major.

Reſpondetur, Juramentum reddere minorem, majorem in illis impedimentis, quæ juramento poſſunt tolli: at in re noſtra juramentum non tollit finem à lege intentum, ob quem actus à lege irritantur, ut patet ex dictis.

Objices quinto. *c.quamvis.de pactis in* 6. ubi filia renuncians juramento promiſit ſe non petituram bona patris, & hæc promiſſio jurata ſervanda eſt vi juramenti, quamvis à lege reprobata *in l.pactum dotale.C.de collat.*ergo actus nullus vi juramenti ſubſtinetur.

669 Caſus ſpecialis non eſt extendendus ad alios jure non expreſſos.

Reſpondetur, in dicto textu ſubſtineri promiſſionem non vi juramenti, ſed vi ſpecialis legis reſtituentis obligationem in illo caſu ſpeciali; qui caſus non eſt trahendus ad alios jure non expreſſos. *c. quæ à jure communi. de reg. juris in* 6.*l.quod contra. D.de reg.jur.* & Galitius *loc. cit.n.*14.*in fine.* ait dicta jura eſſe exorbitantia, & nihil ultrà operari, & ſi trahantur ad alia, eſſe tincturam in cartis, & confuſionem in mentibus, nec ſervanda, ubi foverent iniquitatem, dolum, injuſtitiam, redderent delinquentem tutiorem, audaciorem, & magis innocentem opprimerent.

Objices ſexto: ſi juramentum non validaret actus nullos, ad nihil deſerviret, ſi apponeretur ſuper contractu valido; ergo debet operari, ut actus nullus recipiat eſſe vi juramenti.

670 Cur actui valido juramentum adjiciatur.

Reſpondetur negando ſequelam, nam adjectum actui valido operatur id, quod teſtes operantur, quando adhibentur in actu valido.

Secun-

Secundo, magis affirmant addendo vinculum Religionis.

Tertio, tale juramentum addit forum; nam vi juramenti contrahens poteſt etiam jure Canonico cogi ad ſervandum juramentum, ad ſervandum promiſſum. *c. fin. de foro competenti in* 6. Immola *in c. cum contingat. n.*29. *de jure jurando.*

Quarto, addit majorem pœnam non ſervantis promiſſum, & eſt pœna infamiæ, amiſſionis cauſæ, perjurii; adeòque magis quis movetur ad ſervandum quod promiſit timore majoris pœnæ contra perjuros. *l. non ſufficit. D. de dolo. l.* 2. *C. de jure jurando. l.* 2. *C. de rebus creditis.*

Ex his patet contractus nullos non reconvaleſcere vi juramenti, niſi in illis caſibus tantùm jure expreſſis.

Secundo patet, juramentum non firmare contractum, ſi nequeat contractus ſervari abſque tranſgreſſione juris naturalis, divini, humani præceptivi; adeòque nemo juramento abſtringi ad peccandum, ad non denunciandum maleficum, ad ledendum communitati, ad ledendum tertio. *c. cum contingat. de jure jurando. c.* 2. *de pactis in* 6.

Tertio fit, matrimonium, renunciationem, profeſſionem nullam, juramento non firmari.

Hinc etiam reſolvitur.

671 Quæ fiunt contra juramentum valida ſunt, ſed illicita.

An geſta contra Juramentum ſint valida?

Affirma eſſe valida, ſed illicita; adeòque jurans non contrahere nuptias, validè, ſed illicitè illas contrahit. *l. traditionibus. C. de pactis. l. quoties C. de rei vindicat.* Sanch. 1. *Decalogi lib.* 3. *c.* 17. *n.* 19.

672 Explicatur cap. *Debitores.*

De Juramento ſolvendi uſuras. Ad Capitulum Debitores. de jure jurando. *Debitores ad ſolvendas uſuras, in quibus ſe obligaverant, cogi non debent. Si verò de ipſarum ſolutione juraverint, cogendi ſunt Domino reddere juramentum; & cum uſuræ ſolutæ fuerint, creditores, ad eas reſtituendas ſunt Eccleſiaſtica ſeveritate (ſi neceſſe fuerit) compellendi.*

CAPUT V.

Recipientes ad uſuram jurant pluries ſe illas ſoluturos, nunc certum eſt illas uſuras non teneri ſolvere, cùm ſint illicitæ. Difficultas remanet.

673 Jurans uſuras ſolvere, etſi ad illas ſciat non teneri, ſi ſponte jurat, tenetur illas ſolvere.

An vi juramenti uſuras illicitas ſolvere adſtringatur?

Diſtinguas: vel jurans ſcit, vel ignorat ſe non teneri.

Si jurans ſcit ſe non teneri, & adhuc jurat ſpontè, ſcientèr ſe ſoluturum uſuras: Affirma illas ſolvere teneri. D. Tho. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. & ità intelligitur textus in *c. verum.* 19. *& c. debitores. de jure jurando.* Et ratio eſt evidens, quia tunc ſpontè vult juramento projicere ſuum, licèt indebitum: & ut tenetur juramento ſcientèr promittens, jurans, & volens ſolvere indebitum. *l.* 1. *D. de condict. indeb.* eſtque tunc obligatio principalis, non acceſſoria alteri; ergo tunc tanquam res donata, cùm aliundè ſit indebita, illam ſolvere tenetur. *d. c. debitores.* At cùm accipiens ſit uſurarius, accipiatque titulo uſuræ, lex in pœnam uſurarii vult dantem poſſe repetere ſolutum; nolunt enim jura donationem iſtam validam, ſufficitque turpitudo recipientis formalis, vel materialis ad repetendum, in execrationem uſurarum.

Si verò ſolvens ſciat ſe ſolvere uſuram, etiam ſubdiſtinguas: vel ſolutio uſurarum eſt licita, vel illicita. Si illicita, affirma juramentum eſſe nullum; nam promiſſio jurata debet impleri, quando licitè impleri valet. Valentia 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 21. *p.* 4. *v. jam de* 2. ajens ſolutionem eſſe lethalem. Cajetan. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 3. *dub.* 1. ajens juramentum non obligare; quia tunc ſolutio uſurarum non eſſet actus virtutis. Ferrandinus *de ſcandalo diſp.* 1. *q.* 40. contra Sanch. 1. *decalogi lib.* 3. *c.* 11. *n.* 3. indiſtinctè ajentem ut certiſſimum inter omnes tale juramentum obligare, adeòque ſolutionem ſemper eſſe licitam. 674 Si ſciat ſolvere uſuras illicitas, nullum eſt juramentum.

Patet, quia ſemper ac ſolutio eſt illicita, juramentum obligans ad ſolutionem eſſet vinculum iniquitatis, quod eſſe nequit. *c. inter cætera* 22. 27. *q.* 4. *c. quanto* 18. *c. cum contingat. de jure jurando.*

Illicita autem eſt ſolutio: Primo ex parte recipientis ſemper. Secundo etiam ex parte ſolventis ſemper ac præbet alteri occaſionem peccandi; non enim licet dare alteri occaſionem peccandi, ut non licet præbere activè ſcandalum, nec cooperari peccato alterius. Sic nec licet ſpontè vero creditori irato, & furenti dare enſem ad occidendum; ergo multò minus licet dare uſuram titulo uſuræ uſurario; nam dare gladium Domino eſt res ex ſe indifferens, & ſibi imputet accipiens gladio malè utens; nam non acceptio gladii, ſed prava voluntas peccatum conſtituit. At ſolutio uſuræ ex ſe eſt mala, non indifferens accipienti titulo uſuræ: & talis acceptio eſt peccaminoſa, augens, multiplicans, atque conſervans peccatum exigendi uſuras; ideò libera ſolutio titulo uſuræ non eſt indifferens, ſed mala; cùm unum relativum ab altero ſpecificetur, & ſolutio ut debiti ſolutio: ergo ſi debitum ſit illicitum, eſt ſolutio illicita debiti. Accedit quòd tunc talis ſolutio non eſt actus virtutis, & tamen ex D. Tho. *q.* 89. *ar.* 5. debet eſſe materia virtutis, enim verò tunc non tollit, ſed fovet malum injuſtum; & actus virtutis veracitatis recipiens obſervantiâ promiſſionis, nequit eſſe contra bonos mores, ut patet in jurante occidere, furari, &c. Inſuper non eſt actus virtutis ſervare promiſſionem juratam, quando promiſſarius cedit juri ſuo, remittens creditum debitori: ità nec eſt actus virtutis veracitatis ſervare juramentum ſolvendi uſuras, quia creditor non habet jus illas petendi, ſed ſolutio eſt profigua uſurario; cùm peccet illius receptione, & retentione, ac ſtatim reſtituere teneatur. *d. c. debitores. de jure jurando.* 675 Quando ſit illicita ſolutio.

Cùm ergo illicitum ſit proximo præbere occaſionem peccandi: ità illicitum erit ſine juſta, & legitima cauſa uſuras illicitas ſolvere. Et ut licet cum cauſa petere mutuum ab uſurario parato, & ſolvere uſuras ex cauſa ad tollendam inimicitiam, & vexationem, quæ cauſa, ſi ceſſet tempore ſolutionis, ſolutio redditur illicita, nec juramento ad illam obligari valet. Ferrandinus *loc. cit. n.* 47. adeòque tunc ſolutio illicita non eſt facienda, nec vi promiſſionis nullæ, nec vi juramenti nulli ad iniqua non adſtringentis. *c. quanto* 18. *de jure jurando.* 676 Sine juſta cauſa illicitum eſt illicitas uſuras ſolvere.

Si verò ſolutio ſit licita. Affirma juramento ad illam teneri. *c. debitores. de jure jurando.* Et juſta cauſa reddit ſolutionem licitam: puta ſi ſolvat ad tollendum periculum mortis, ad tollendas inimicitias, rixas, odium, & ut preſſus neceſſitate invenire valeat mutuantem, famę

aliàs

Digitized by Google

allàs periturus, niſi ſolvet uſuras; tunc enim ſolutio non eſt illicita, ſed licita juramento firmabilis.

677 Si ignorat ſe non teneri, & juret, tunc non tenetur uſuras ſolvere.

Si ignoret ſe non teneri ſolvere, & putans ſe teneri foivere, juret ſoluturum uſuras tanquam rem debitam ex juſtitia? Nega tunc juramento teneri, quia ignorantis nulla voluntas. *l. nihil conſenſui. D. de regulis juris*, & non juraſſet ſi ſciviſſet non teneri ſolvere uſuras. *c. quemadmodum. de jure jurando.* caret enim tunc jurans judicio ad jurandum exigito.

Solvuntur Argumenta.

678 Objectia fit ſatis.

OBjices primo: jurans ſcienter ſolvera uſuras poteſt illas ſtatim repetere; ergo non tenetur illas ſolvere. Antecedens patet ex *c. debitores. de jure jurando.* Conſequentia probatur, quia habens actionem ad repetendum illicò, habet exceptionem nè ſolvat. *c. qui ad agendum. de regul. juris in 6. l. invitus* 197. *§. cui damus. D. de regul. juris*; ergo potens repetere, poteſt non ſolvere. Sanch. 6. *de matrim. diſp.* 38. *num.* 34.

Reſpondetur concedendo antecedens, & nego conſequentiam, & ad probationem diſtinguo antecedens: habens actionem ad repetendum, habet exceptionem nè ſolvat, ii repetitio fundetur in compenſatione, concedo antecedens, ſi fundetur in alio titulo de futuro, nego antecedens, qui enim de præſenti poteſt compeoſare, ſi ſolvat, poteſt repetere; meritò cùm de præſenti poſſit compenſare, de præſanti poteſt non ſolvere, ot ſolutum poſſet repetere. *l. 1. & l. 2. D. de compenſationibus*. Et hæc compenſatio ceſſat in illo, qui ſpontè ſciens non teneri, juravit ſe ſoluturum uſuras, adeòque non habet jus nè ſolvat quod ſpontè juravit ſe ſoluturum, meritò nequit compenſatione uti. Sed facta ſolutione beneficio legis repetit ſolutum in odium accipientis uſuras; ſolvit enim tantùm ad ſervandum juramentum, cui momentanea ſoiutione ſatisfit, cùm revera non ſit ſolutio facta ad commodum debitoris, ſed ut ſervetur juramentum, quod ſervatur momentanea ſoiutione, cùm ſit ſtrictè interpretandum; adeòque legis beneficio repetit, quod pro obſervantia juramenti ſolvit. *c. debitores. de jure jurando.*

679 Non eſt circulus vitioſus ſolvere uſuras, & illicò illas repetere.

Objices ſecundo: eſſet circulus otloſns ſolvere, & illicò repetere ſolutum.

Reſpondetur negando ſequelam, quia ſolutio fit pro implendo juramento: unde ſolutio non eſt otioſa, qua recedente, juramentum non impleretur; repetitio deindè fit beneficio legis nolentis aliquid juris acquiri uſurario. *d. c. debitores.*

Objices tertio: dolo facit petens, quod ſtatim reſtituere ſolventi debet. *c. dolo* 59. *de regul. juris in 6. l. dolo* 8. *D. de doli mali except.* ergo poteſt opponi exceptio doli petenti uſuras, quas illicò reſtituere debet ſolventi.

Reſpondetur: hoc argumentum tangere quæſtionem judicialem, an ſcilicet Judex debeat admittere iſtam exceptionem doli contra inſtrumentum uſurarium ad impediendam liquidationem inſtrumenti, non obſtante *c. debitores. de jure jurando.* de qua mox. Secundo dicas exceptionem doli non eſſe liquidam, ideòque non poſſe impedire ſolutionem debitam vi juramenti liquidi, ſpontanei; idque nè opponens ſit perjurus, vel ſe exponat periculo perjurii.

Objices quarto: non dicitur ſolvere, ſtatim repetens ſoiutum. *l. qui ſic ſolvit. D. de ſolutionibus*, ex regula, parom pro nihilo; ergo jurans ſolvere, ſolvens, & illicò deindè repetens, non cenſetur ſoivere; ergo nec juramento ſatisfacit. 680 Alius juribus reſpondetur.

Reſpondetur primo, ſolventem, & illicò repetentem ab illo, cui res ſolvendo acquiri debet, non dici ſolvere: at ità non eſt, ſi nequeat res acquiri illi, cui ſit ſolutio, ſolùmque ſolutio reſpiciat juramenti obſervantiam. *dict. c. debitores.*

Reſpondetur ſecundo, in re noſtra ſoiutionem habere plenum ſuum effectum implendi juramentum; adeòque eſſe veram ſolutionem, quoad iſtum effectum.

Nec officit *d. l. qui ſic ſolvit. D. de ſolut.* nam ioquitur de ſolutione, quæ non ſatisfacit creditori, cujus commodum reſpicit: quod commodum ceſſat, ſi illicò repetatur ſolutum, ut patet in illo, qui mutuum dat, & illicò illum repetit; cenſetur enim tunc non mutuaſſe, quia mutuum debet eſſe ad commodum, quod commodum ceſſat ſolutione, & repetitione ſimultanea ſoluti, quæ ratio commodi in re noſtra deeſt.

An contractus juratus ſit exequendus vi Capituli Debitores. de jure jurando, *non obſtante exceptione uſurarum?*

681 Caſus nota dignus.

CAſus contingit, de quo Merlinus *tom. 1. forenſium c.* 73. 74. 75. *&* 76. ubi anticipatè ſolvit pecuniam ad emendum oleum pro tempore juſti valoris, quando coiiigebatur: & & deindè tale oleum non fuit conſignatum, unde factum fuit aliud inſtrumentum ob conſignationem non ſequutam, & inde lucrum rei conſignatæ vendendæ amiſſum, quod ſe venditor obligaverat ſolvere: mercator enim non recepit oleum, frumentum ſtatuto tempore, quod alibi vendidiſſet duplo cariùs. Et ſic mercator inſtabat pro capitali, & ioteresse vigore inſtrumenti jurati liquidi; pars oppoſuit de uſura, quia lucrum olei, frumenti vendendi non debebatur, ut uſurarium. Mercator ut ait Merlinus *c.* 76. confugit ad Aſylum capituli *debitores. de jurejurando*. Petens ſolvi ſibi rem promiſſam vi dicti capituli *debitores*, ubi pro obſervando juramento debitor debet ſoivere etiam uſuras, licèt deindè repetere poſſit, ideò diſtrictè, & brevitèr.

An exceptio uſuræ emergens ex ventre, & corpore inſtrumenti jurati admittatur, & impediat liquidationem, ac pactum executivum?

682 Exceptio liquida uſuræ impedit liquidationem inſtrumenti jurati, & pactum executivum.

AFfirma. Merlinus *centuria* 1. *c.* 76. *n.* 30. deciſum referens *n.* 14. Valenzuola *conſil.* 48. *n.* 28. Muſcatellus *p.* 5. *praxis gloſſa reſervatis n.* 21. Garzias *de beneficiis p.* 1. *c.* 5. *n.* 489. Seſſe *tr. de inbibitionibus c.* 4. *§.* 2. *n.* 7. Rovitus *rubrica de liquidat. inſtrum. n.* 32. Gaitus *de credito c.* 2. *tit.* 7. *n.* 2498. dicens impediri judicium exequutivum, & liquidationem inſtrumenti exceptione notoriæ uſuræ, vel ſuſpicione notoriæ uſuræ. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 40. *lib.* 2. Gratian. *forenſ. c.* 118. *num.* 48. Rota *deciſ.* 490. *tom.* 2. *in noviſſimis* apud Farinacium, ubi ſula dubia exceptio uſuræ non impedit liquidationem inſtrumenti jurati, Petra, de Marinis, & alii.

Patet primo, quia omnis exceptio liquida opponi valet contra inſtrumeotum juratum. Menoch. *de arbitr. centur.* 1. *caſu* 17. Baldus *in* 683 Rationes adducuntur.

c.1.

c.1.n.6. de jure jur. Caſſadorus *dec.10.de reſcriptis*. Gaitus *de credito q. 2. tit. 8. n. 3162.* ab uſura expreſſa etiam jurata, non eſt ſolvenda; & ſtatutum, aut pactum rejiciens exceptiones, non intelligitur de liquidis. Valenznola *conſ.* 88.*num.*57.

Probatur ſecundo, nam Judex ex officio debet reſiſtere contractui uſurario etiam jurato: Capyc.*dec.*175. *num.*1. Vivius *lib.1.dec.*304.*in princ.*Natta *conſ.* 90. *n.*9. Borrell. *tom.2. tit. de inſtrumenti liquidat.n.*45.Cavaier.*lib.*1.*dec.*35. *n.*32. Scaccia *de commercio* §.7.*gloſ.*5.*n.*77.

Probatur tertio, quia aliàs eſſet cooperari flagitio exigentis uſuras, & receptione augentis peccatum. At juramentum, non eſt ſervandum fovens iniquitatem. Francus *deciſ.* 594. *n.*11. Guttierez *de juramento p.*1. *c.*11.

Probatur quarto, quia debitor ſe exponeret injuſtæ liti, & neceſſariis expenſis in repetendis bonis ſibi liquidò debitis, Juramentum autem non debet dare anſam injuſtis litibus, & expenſis.

684 Objectio ex cap. *Debitores.*

Objicies *c.debitores 6.c.ad noſtram 7.de jurejurando*, ubi vi juramenti debent ſolvi uſuræ.

Reſpondetur primo, textum reſpicere partes non Judicem, qui ex officio debet tollere, non fovere uſuras. *c. tuas. de uſuris*. Capyc. *deciſ.*175.

Reſpondetur ſecundo, contractui nullo nullam ineſſe obligationem, & denegandam exequutionem à Judice. Caravita *ritu* 167.*num.*4. Et juramentum non afficit Judices, ſed partes. Mancinus *tract. de juramento p.4. effectu* 1. *q.*3. *num.*4.

Reſpondetur tertio, textum in *d.c.debitores* currere, quando debitor vult agere adverſus creditorem uſurarium, & venire contra ſuum juramentum agendo, non verò quando vult excipere. Boreſius *loc.cit.n.*5.*&* *n.*55.*&* 60.

Reſpondetur quarto, text. in *d. c. debitores* currere in illo, qui ſponte ſcienter juravit ſolvere uſuras, & id voluit non obſtante, quod non teneretur; tunc enim cenſetur donare. *l. cujus per errorem D.de regul.juris.l.1.D.de condit.indeb.l.indebitum. C.de condit.indeb.* & currere etiam in illo, qui ignorabat: nec poteſt licitè ſolvere, nam tunc juramentum eſt nullum. Tuſcus *litt.l. v.juramentum concluſ.*516. *n.*11.*tom.*1.Pariſius *lib.*1. *conſ.*55. *nu.*22. Lupus *in l.*2.*C.de pactis inter.*

Imò jurans non repetere ſolutas uſuras, nec adire Judicem, adhuc poteſt adire; quia tale pactum dat anſam ad delinquendum, ut ſcilicet uſurarius perſeveret in peccato, & Judex etiam ex officio poteſt cogere uſurarium, ejuſque heredem ad reſtituendas uſuras. *c. ad noſtrum 20.de jurejurando.*

An poſſit allegari in hac quæſtione textus in c. Debitores. de jure jurando?

685 Textus c. *Debitores* multiplicem habet ſenſum.

NEga: & probatur, quia jus habens multiplicem incertum ſenſum nequit deſervire pro decidenda cauſa: at textus in *c. debitores.de jurejurando.* habet multiplicem incertum ſenſum; ergo &c. Major patet ex *c.erit. diſt.* 4. ubi lex debet eſſe clara, & habens incertum ſenſum, non eſt clara, ut patebit in materia de *Legibus*. Mi: patet percurrendo intelligentias doctrinales, quæ ſunt incertæ, & multiplices, itàut nequeat conſtare de ſenſu anthentico *d.c.debitores*.

Primo dicit textus, debitores non debere cogi ad ſolvendas uſuras promiſſas, & hoc eſt clarum; ſubdit deinde. *Si verò de ipſarum ſolutione juraverint, cogendi ſunt domino reddere juramentum.* Hæc obſcura ſatis.

Quid enim ſibi vult iy *cogi* Domino juramentum reddere? eſt ne cogi ſervare juramentum, nè faciant Deum teſtem falſi? Si ità eſt, à quo cogendi ſunt, à judice, an à parte? Non à parte, quæ jure caret, & eſt puniendа; licèt à parte poſſe cogi velit Abbas *in c.1. n.1.de jurejurando.* Cardinalis *in d.c.debitores.n.*1. Valen. 2.2.*diſp.*6.*q.*7.*puncto.*4. Clavis Regia *lib.* 5. *c.*6. *n.*16. Sed illis reſiſtit Sanch. 1. *decalogi lib.* 3. *c.*11.*n.*8.

Ergò dices cum Ferrandino *de ſcandalo diſp.* 1.*q.*40.*n.*22.§ *ſi verò* debere cogi à Judice. At à Judice non poſſe cogi; imò Judicem debere reſiſtere ſolutioni uſurarum, non obſtante joramento ait Capyc. *dec.*175.*n.*1. Vivius *lib.*1. *deciſ.*304. Borrellus *tom.* 1. *tit.*2. *de inſtrumentorum liquidatione nu.* 45. Scacc. *de commercio.* §.7.*Gloſſa* 5. *n.*78. Merlinus *centur.*1. *c.*76. *n.*3. ergo non conſtat à quo cogi poſſit.

Secundo, alii volunt textum in *d.c.debitores* currere inter partes, nec reſpicere Judicem. Merlinus *loc. cit.* Sed non explicat quomodo poſſit id contingere vigore contractus nulli injuſti.

Tertio, alii intelligunt textum in *d.c.debitores*, ſi debitor vellet agere adverſus uſurarium creditorem, & venire contra juramentum, non verò ſi debitor vellet in judicio excipere. Borrellus *loc.cit.n.*55.*&* 60.

Quarto, ſi jus eſſet quæſitum Deo, & non parti petenti uſuras, ut volunt aliqui: Cur in *c.1.de jurejurando.* uſurarius poſſet cogi remittere juramentum, ſi nihil ei quæſitum eſt, an pars poterit remittere jus Deo quæſitum vi juramenti? Nec poteſt dici partem remittere utilitatem uſuræ, nam nullum jus habet ad talem utilitatem; ex quibus remanet probata minor, ſcilicet in *c.debitores* valdè obſcuram eſſe explicationem, nec poſſe eo quæſtionem decidi.

Præcurramus modo duo alia æquè difficilia circa juramentum rei injuſtæ, & primo.

An juramentum vi injuſta extortum obliget ad redenndum ad Banditos, carceres, Turcbas &c.

686 Juramentum vi injuſta extortum non tenet.

NEga: itaut nec indigeat relaxatione. Tholoſanus *lib. 5. partionnm juris Canonici tit.13.c.9. litt. D*, Sarmiento *p. 1. de reditibus Eccleſiaſticis c.4. tit.3. num.*7. Angelos v. *juramentum* 5.*n.*10. Sylveſter v.*juramentum* 4.*q.*8. Azorius *lib.*11.*c.*7.*q.*2.Covarr.1. *variarum c.*4. *n.*7.& probabile ait Dicaſtill. *de juramento diſp.* 3.*n.*270.*&* 371.

Licèt oppoſitum ipſe Dicaſtill.ſentiat *loc.cit. n.*257.poſt D.Tho.2.2.*q.*89. *art.*7. *ad* 3. D. Bonav. *in* 3. *diſt.*39. Sanch. 1. *decalogi lib.* 3. *c.* 11. *n.*14. dicens certiſſimum, & n.20. ait tale juramentum indigere relaxatione. Burdonum *tom.* 4.*reſol.*146.*num.*4.

687 Non tenet juramentum de non repetendo, ſi injuſte quis ſpolietur.

Patet ex *c.2.de jurejurando.*ibi: *nullius juramenti vinculis*, ubi Epiſcopus non obſtante juramento de non repetendo, repetit bona, quibus fuit injuſtè ſpoliatus.

Aliis juribus probatur.

Secundo: Patet ex *c. Abbatem. de eo, quod metus cauſa. c. cum contingat. de jure jurando. c. 2. de jure jurando in 6. c. quamvis pactum. de pactis in 6.* Auth. *Sacramenta puberum. C. ſi adverſus venditionem.* ibi: *per vim*, & ibi: *nul-*

Digitized by Google

nullius eſſe momenti jubemus, ubi tenet promiſſio jurata, ſi juramentum non ſit vi, vel dolo extortum.

Tertio, quia juramentum dolo extortum eſt nullum. *l. 1. D. de dolo malo*, ergo etiam metu injuſto extortum; nam metus injuſtus, & dolus æquiparantur in dictis juribus.

Quarto, quia Deo res injuſtæ non ſunt gratæ; ergo nec juramenta ad illas firmandas, cui enim non placet principale, nec acceſſorium.

Nec obſtat textus in *c. ſi verò* 8. *c. verum* 15. *c. debitores* 6. *de jure jurando. c. ad audientiam* 2. *de his, quæ vi*. ubi tranſgreſſor talis juramenti peccat.

Nam de tali peccato non conſtat, & peccatum eſt jurando, non verò non ſervando, niſi ex conſcientia erronea: & veniale eſſe non ſervare juramentum metu extortum ait Angelus *v. juramentum* 5. *n.* 10.

Tu reſpondeas ex dictis, ſi ſciens, volens juraverit ſponte, & ſciens ſe non eſſe obligatum, adhuc voluerit ſe obligare; nam tunc peccat non ſervando.

Hinc patet.

An jurans redire ad injuſtos carceres, ad hoſtes, vel de mittendo pretio, teneatur ſervare promiſſum?

688
Jurans redire ad hoſtes, ad injuſtos carceres, ſi cooperetur peccato, & adſit periculum vitæ, fidei, non tenetur.

PRimo, ſi ſit cooperari ad peccatum, vel redire cum periculo vitæ, vel fidei; tunc juramento, vel promiſſis non tenetur. DD. XXIII. apud Sanch. 3. *Decal. c.* 11. *n.* 27. Major *in 4. diſt.* 15. *q.* 22. *art.* 2. Covarr. 1. *variar. c.* 2. *n.* 7. Seraphinus *de privilegiis juramenti privilegio* 132. *n.* 6. Guttierez *p. 1. de juram. c.* 57. *n.* 24.

Ratio eſt, quia ſervando promiſſa peccaret cooperando alterius peccato, aut ſe exponens periculo vitæ corporalis, aut ſpiritualis. Juramentum autem non eſſe vinculum iniquitatis, nec contra bonos mores, teſtatiſſimum eſt in *c. inter cætera* 22. 27. *quæſt.* 4. *c. quanto* 18. *cap. veniens. de jure jurando. c. humana.* 5. 22. *quæſt.* 5.

Non ſolùm juramento non adſtringitur ſi adeſſet certa cooperatio ad peccatum, ſed etiam ſi ſe exponeret peccandi periculo, aut periculo vitæ corporalis, aut ſpiritualis; nam certum flagitium eſt ſe exponere tanto periculo.

689
Jurans de mittẽdo pretio hoſtibus non tenetur, niſi adſit ſcãdalum.

Hinc relaxatus ab hoſtibus ſub juramento de redeundo, vel mittendo pretio, vi juramenti non tenetur; cùm ſit nullum: ſed teneretur ad evitandum ſcandalum, nè Infideles murmurarent in Chriſtianam Religionem, quaſi non ſervantem juramenta.

690
Aut nõ cooperetur peccato, aut deſit periculũ vitæ, aut fidei.

Si verò jurans ſe daturum, rediturum non cooperetur alterius peccato, & nulli vitæ periculo ſe exponat; tunc juramento tenetur ſtare promiſſis, niſi contingat mutatio materiæ, vel alia cauſa excuſans; nam juramentum obligat juxtà intentionem jurantis, & capacitatem materiæ. *c. veniens* 16. *de jure jurando*, nec extenditur ad incogitata, nec ultrà conſenſum jurantis. *c. Clericos* 35. *de jure jurando*. Aretinus *conſ.* 24. *n.* 1. Cravetta *conſ.* 102. *n.* 7. & idem eſt ſi juramentum ſervatum redondaret in præjudicium tertii, filiorum, uxoris peſſundatis eorum bonis, nam tunc non obligaret. *c. ſicut noſtris.* 27. *de jure jurando.*

Ex his patet nullam eſſe diſparitatem ajentium votum injuſto metu extortum eſſe nullum, quia pendet à voluntate voventis; at juramentum injuſtè extortum tenere, quia id exigit Dei reverentia. Decipiuntur enim, quia uterque eſt actus Religionis, & exigit voluntatem voventis, jurantis, ultrà quam non ſe extendit, & quæ non debet eſſe extorta contra bonos mores, nec fovere malum. *c. quanto.* 18. *c. veniens.* 16. *de jure jurando, & c. Clericus.* 35. *de jure jurando.*

Nec dicas debere ſervare juramentum injuſtè extortum ad tollendam vexationem; nam redeundo, ſervando, non tollit, ſed fovet, ponit ad effectum, atque conſummat injuſtam vexationem.

De Extinctione Juramenti.
CAPUT VI.

Termini.
§. I.

691
Juramentum extinguitur irritatione.

PRimo, Juramenti irritatio. Secundo, condonatio, ſivè abſolutio pro foro interno, & pro foro externo. Tertio, relaxatio. Quarto, diſpenſatio. Quinto, commutatio. De ſingulis.

Irritatio fit ab habente poteſtatem dominativam, vel quaſi, & fit ex ſola voluntate irritantis, etiam ſine cauſa, ità ac Dominus de rebus ſuis diſponit. *l. in re mandata. C. mandati.*

692
Condonatione.

Condonatio, ſivè remiſſio juramenti fit ab illo, cujus favore juratum eſt: puta à creditore cedente juri ſuo, acceptilatione, donatione, remiſſione, &c. *c. præterea il* 1. *de ſponſalibus*, ubi quis poteſt remittere juramentum in ſui favorem. Guttierez *par. 1. de juramento confirmatorio. c.* 49. *n.* 9.

693
Relaxatione.

Relaxatio eſt ablatio vinculi juramenti facti ad favorem hominis ab habente juriſdictionem ex cauſa rationabili.

694
Diſpenſatione.

Diſpenſatio eſt ablatio juramenti facti intuitu ſolius Dei, & conceditur ab Eccleſiaſtica Juriſdictione ex cauſa rationabili. Suarius *lib. 2. de juramento c.* 38. *n.* 2. licèt relaxationem, & diſpenſationem juramenti confundat Leſſius 2. *de juſtitia c.* 40. *dub.* 17. §. 2. *&* c. 42. *dub.* 12.

Commutatione.

Commutatio eſt juramenti mutatio de una in aliam rem, quæ ſolet dici redemtio, ſi tranſmutetur in eleemoſynam pecuniariam.

De Irritatione.
§. II.

695
Quid ſit irritatio.

IRritatio eſt actus poteſtatis quaſi diſpoticæ, dominativæ circa dominio tali ſubjectum. D. Thom. 2. 2 *qu.* 88. *art.* 8. *ad* 4. *& art.* 9. *ad* 3. Sylveſt. *v. juramentum.* 3. *q.* 7. Patet *Numerorum c.* 30. *& c. pueri.* 15. *c. honeſtum.* 16. 22. *q.* 5.

Poteſtas illa dominativa diſpotica, vel quaſi diſpotica poteſt eſſe. Primo, circa perſonas. Secundo, circa res; nam dominium diſpoticum utrumque reſpicere valet perſonas, & res; de quibus pro libito valet uti conſervando, & deſtruendo, & altèr diſponendo (lege non prohibente) *l. in re mandata. C. mandati.* Ità pater habet dominium diſpoticum circa filium, & ejus operationem, Dominus circa ſervum, Superior Religionis circa Religioſum; itaut olim licuerit etiam vitam tollere. *l. 2. D. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*; quod hodie ut non licet in vita: ità licet in aliis actionibus, & de aliis actibus diſponere, etiam perſonalibus.

696
Irritatio duplex, perfecta, quæ perpetuò juramentum, aut votum irritat.

Alii diſtinguunt duplicem irritationem juramenti, voti, unam dicunt propriam perfectam; alteram impropriam imperfectam. Propria, & perfecta directè tendit in ipſam obligationem, & actum obligandi, itaut illum extinguat: ſicuti

cuti Dominus diſpoticus poteſt deſtruere, & extinguere rem ſuam, & hæc irritatio propria tantùm competit habentibus dominicam diſpoticam poteſtatem, qualis competit Patri circa filium, Domino circa ſervum, Prælato circa ſuum Religioſum. Dicaſtill. *de juramento diſp.*4.*n.*5.13.16. & hæc irritatio ſemel poſita, perpetuò extinguit juramentum, votum, ut Dominus diſpoticus deſtruens rem ſuam, perpetuò illam extinguit, nec reviviſcit juramentum, votum, ſe aliàs extincta, quando ceſſat dominica talis poteſtas, ſubjectio. *c.quidam.c.placet.de converſione conjugatorum.* ubi irritatio voti, juramenti facta à viro in primo, durat etiam in altero matrimonio. Sanch.*lib.*3.*Decal.c.*19.*n.*2. Dicaſtill. *loc.cit.n.*15.

697 Imperfecta, quæ ad tempus irritat.

Impropria, vel imperfecta irritatio non eſt actus poteſtatis, ac dominationis diſpoticæ per ſe, ſed eſt actus etiam Juriſdictionis non tendens in actum vovendi, jurandi, ſed in materiam voti, juramenti, quam Superior ſubtrahit à jurante, à vovente, qua ſubtracta ceſſat juramentum, votum, non perpetuò, ſed durante ſubtractione materiæ. Sic qui juravit obedire Superiori, non tenetur obedire, ſi Summus Pontifex tollat jus præcipiendi, vel illum excommunicet. Sic qui juravit dare tale prædium Eccleſiæ, non tenetur juramento, ſi à Superiore confiſcetur tale prædium; & iſta dicitur irritatio impropria, ſcilicet per ſubtractionem materiæ, & hæc requirit cauſam; nam eſt actus dominii Juriſdictionis requirentis cauſam in Superiure, & durat tantùm ſubtracta materie. Cajetan. 2.2.*q.*89.*art.*8.*&* 9. Suarius *lib.*2.*de juramento c.*38.*n.*3. Sanch.4.*Decalogi.c.*24.*n.*7.

Ex his pro nunc duplex eſt diverſitas inter propriam, & impropriam irritationem. Propria durat perpetuò, & valet exercere pro libito ſine cauſa, quia dominio ſuo diſpotico pro libito quis uti valet. At irritatio Impropria debet fieri ex cauſa rationabili, & durat durante ſubtractiona materiæ, quia eſt actus dominii Juriſdictionis ex ſe requirentis cauſam rationabilem. Ex his.

Principium.

§. III.

698 Poteſtas dominica, quæ irritare valet vota, poteſt etiam juramenta.

POteſtas dominica, diſpotica potans irritare vota, poteſt irritare juramenta circa res, & perſonas, in quibus dominatur. D. Thom. 2.2.*q.*88.*art.*8.*ad* 4. Auton. à Spir.S. *par.*3.*Directorii n.*5.*diſp.*1.*n.*183. Sanch. dans XII. Doctores *to.*1. *Decal. lib.*2. *c.*19.*n.*2. Dicaſtill. *de juramento diſp.*4.*n.*5. *&* 16. contra Valentiam 2.2. *diſp.*6.*q.*7.*punct.*4.*v.quartum eſt*, ajentem ſolùm irritare poſſe vota, juramenta reſpicientia materiam ſubjectam voluntati, & dominio irritantis. Patet *Numerorum c.*30. Secundo, quia eſſentia dominii diſpotici eſt pro libito conſervare, vel deſtruere, niſi lege prohibeatur.

Hinc habens diſpoticum dominium circa actiones alicujus, circa res, circa utrumque, poteſt irritare juramentum perſonale, reale, mixtum. Perſonale afficit actiones perſonales: puta peregrinandi, orandi, &c. Reale afficit rem: puta rei diſtractionem, vel non diſtractionem. Mixtum afficit utrumque. *c.puella.*2.ibi: *poſſunt ſtatim parentes ejus.*20.*q.*2.*c.mulier.*14. ibi: *in domo patris ſui.*32.*q.*2.

Ex his reſolvitur.

An irritantes, petenteſvè irritationem juramenti ſine cauſa, peccent ſaltem venialiter?

NEga. Paludanus *in* 4.*diſt.*38.*q.*4. D. Antoninus 2.*par.tit.*11.*c.*2.§.4. Navarrus *c.*11. *n.*73. & alii apud Sench. 4.*Decalogi c.*24.*n.*11. ajentem veniale ſine cauſa irritare votum, juramentum, quia non eſſet proſpicere ſaluti jurantis. 699 Non peccant qui irritant, aut petunt irritari juramentum ſine cauſa.

Patet ex *c.puella.*ibi: *irritum facere, ſi voluerint.*20.*qu.*2. *c.mulier.*14. ibi: *contradixerit pater.* 32. *quæſt.*2. ubi pro libito parentes, & Tutores irritare valent juramenta, & vota impuberum.

Secundo patet, quia Dominus liberè poteſt uti dominio, & exercere actum dominii diſpotici etiam ſine cauſa; Nec refert dabere promovere profectum pupilli in bonum animæ, & corporis; nam non per hoc amiſit jus dominandi, nec neceſſitatur promovere bonum per viam jurementi, magis quàm per aliam viam, nec nunc magis, quàm alio tempore.

Ex his analytica oratio ſecernat, & ante oculos ponat diſcriminatim laconicè illos, qui irritare valent vota, aut juramenta.

Qui irritare valeant Vota, Juramenta?

Pater familias.

§. IV.

HAbere valet filium impuberam, & puberem. Primo, de impubere jurante.

Pater familias irritare valet omnia omninò juramente filii impuberis, etiam proximè pubertati, etiamſi ejus malitia ſuppleat ætatem. Primo, durante pupilleri ætate. Secundo, tranſacta pupillari ætate: dummodo orta fuerint in pupillari ætate; nam inſpicitur initium exiſtentis juramenti. *arg.leg.*1. *D. de pœnis.* Et ſi dubitetur an emiſerint in pupillari ætate, adhuc in tali dubio ſunt irritabilia poſt pupillarem ætatem, nè in dubio pater privetur poſſeſſione irritandi vota, et juramenta filii certè, & dubiè impuberis. Sanch.4.*Decalogi c.*35.*n.*20. Fagundez *præcepto* 2.*Decal.c.*38. *n.*13. Cajetanus 2.2. *q.*189.*art.*5. Navarr.*c.*12.*n.*71. 700 Pater familias valet irritare omnia vota filii impuberis, etiam tranſacta impubertate.

Patet *Numerum c.*30. ubi Abulenſis. Secundo ex *c.puella.* 2. ibi: *ſi ante XII. annos ætatis ſpontè ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit, poſſunt ſtatim parentes ejus, vel Tutores id factum, irritum facere, ſi voluerint.* 20. *qu.*2. *c.pueri, ſi ante annum XIV.* 15. ibi: *vota, & juramenta ejus irrita ſunt. & c.honeſtum.*16.*in fine.*22.*q.*5.

Idque etiam currit ſi juramentum fuerit confirmatum à patre familias, durante pupillari ætate; nam, etiam ab eodem irritari poterit, quia per confirmationem non deſinit eſſe pater familias; nec privatus dominica diſpotica poteſtate diſponendi pro libito de re, cujus rei eſt Dominus: ejuſque conſenſus, & confirmatio ſolùm operatur, nè veniat pro libito contra ſuam confirmationem, ſed ex aliquali alia rationabili cauſa, puta petente filio irritationem. Sylveſt. v.*votum.*4.*q.*2. *dicto* 6. Navarrus *c.*12.*n.*71. Cajetan. 2.2.*qu.*189.*art.*5. Sanch. 4.*Decalogi c.*30. *n.*3. contra Suarium *tom.*2.*de Religione. lib.*6.*de voto c.*6.*n.*15. 701 Etſi fuerit confirmatũ à patre.

Non cenſetur votum, juramentum confirmatum lapſu ætatis impuberis, nec obſervantia ſequuta poſt pubertatem; quia ſervet poſt pubertatem juramentum non ad finem illud con- 702 Secuta pubertate non cenſetur cõfirmatũ juramentum factũ in impubertate.

Digitized by Google

ſirmandi, ſed quia eo obligatur, & illud ſervare tenetur donec irritetur; adeòque confirmatio exigit novum actum voluntatis ſcientis, potentis, volentis novitèr juramentum confirmare, ut reddatur irritabile. *l.denique.3. D. de minoribus*. Et tandem ratificatio, & confirmatio eſt facti in dubio non præſumenda. Cajetanus 2.2.*qu.*189. *art.*5. Sanchez 4.*Decalogi c.*30. *num.*38.

Juramenta filiorum familias puberum.

703 Juramenta filiorum familias non præjudicantia patriæ poteſtati, nequeunt à patre irritari.

ALiqua præjudicant, aliqua non præjudicant patriæ poteſtati.

Quæ non præjudicant patriæ poteſtati, & habent materiam capacem, etiam emiſſa ſine conſenſu patris, tenent: nec à patre irritari valent, quia in illis non eſt locus diſpoticæ dominativæ poteſtatis. *c.puella.*20. ibi: *ante* XII. *annos. q.*2.*c.pueri.*15. ibi: *ante annos* XIV.22.*qu.*5.ergo poſt dictam ætatem ceſſat poteſtas diſpoticè dominativa.

704 Secùs ſi præjudicent.

Si verò votum, juramentum præjudicet œconomicæ, & patriæ poteſtati. Subdiſtinguas: vel continet electionem ſtatus nubendi, profitendi: vel non continet electionem ſtatus.

Si primum, ſcilicet ſi continet electionem ſtatus, à patre irritari nequit; quia tunc pater non habet jus impediendi rationabilem ſtatus electionem; ergo nec jus irritandi votum, juramentum, quo ſtatus eligitur. Secundo, patet ex *c.puella.*2. ibi: *ſi verò in fortiori ætate adoleſcentula, vel adoleſcens ſervire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.*20.*q.*2.

Si ſecundum, ſcilicet non contineat ſtatus electionem, & præjudicent familiæ, domui, patriæ poteſtati, œconomicæ adminiſtrationi paternæ, tunc eſſe à patre irritabilia eſt communis Scholaſticorum ſententia, cum D.Tho. 2.2. *qu.*88.*art.*8.*ad* 3. ubi Cajet. Sotus 7. *de juſtitia qu.*3. *art.*1. Suar. *lib.*6. *de voto c.*5. *n.*4. Sanch. 4.*Decalogi c.*25.*n.*15.

Idque etiam currit in nuptis filiis, nam jure communi non liberantur à patria poteſtate. *l.*2. *C.de bonis, quæ liberis. l.ſi uxor. C.de conditionibus inſertis.*

705 Juramentũ nullum non indiget irritatione.

At mihi diuturniùs meditanti, juramentum videtur nullum ab initio, non indigens irritatione. Patet ex ante jactis principiis, ſcilicet nullum eſſe juramentum emiſſum in præjudicium alterius. *c.inter cætera.*22. *q.*4 *c.non eſt obligatorium.*58.*de reg.jur. in* 6. *c.quanto. c.cum contingat. de jure jur.* nam tunc caret juſtitia, cùm præjudicet alteri, eſtque de re illicita.

Ità eſt nullum juramentum in præjudicium Superiorum. *c. venientes.* 19. *de jure jur.* ergo etiam nullum erit in præjudicium patris, & familiæ. *c.ſicut.c.intelligo.de jure jur.* Sic nullum eſt juramentum in præjudicium Eccleſiæ factum ab Eccleſiaſticis. *c.ſicut nobis.*22.*c.petitio.*31. *de jure jur. c.contingit.* 1. *de jure jur. in* 6. ergo etiam nullum erit juramentorum factum à filio in præjudicium familiæ, domus, patris.

Hinc jurans non obedire patri, juramento non tenetur, quia præjudicat obedientiæ patri debitæ. *c.cum quidam.*12.*§.illi verò. de jure jur. c.inter cætera* 22.*q.*4.

Hinc jurans jejunare cum diſpendio domus, vel cum periculo infirmandi, Jurans immoderatas pœnitentias, jurans orationem diuturnam, unde conſueto labori non poſſit ſupereſſe; jurans peregrinari, Jurans dandi bona ſua, unde redactus ad inopiam, à patre ſubſtentandus, nec patrem inopem ſubſtentare valeret: Juraret nulliter contra juſtitiam, pietatem, prudentiam, nec indigeret irritatione, imò peccaſſet jurando, ut peccat jurans illicitè. *c.in malis.*5. *c.quæ Sacramento.*11. *c.ſi aliquid.*6. *c.unusquiſque.*8. *c.non ſemper.*12. *c.non eſt.*13. *c.neceſſe.* 14. *c.non pejerabis.* 15. ibi: *malum tamen quod facturum ſe ſe Sacramento devoverat, omninò non faciat. c.ſi aliquid.*16.22.*q.*4.

Non ergo indigent hujuſmodi irritatione, cùm ab initio fuerint nulla, niſi irritatio petatur ad cautelam. *c.inter cætera.*22.*q.*4. *c.quanto.*18.*de jure jurando.*

Mater.

§. V.

MAter non habet matriam poteſtatem, poteſt eſſe tamen, & non eſſe tutrix, ſi velit; cùm tutela ex privilegio competat matri, cui renunciare ſponte valet. 706 Mater tutrix, aut curatrix juramenta irritat filiorum.

Si mater ſit tutrix, aut curatrix, poterit irritare juramenta, vota, quæ à tutore, vel à curatore ſunt irritabilia. De quibus infrà.

Si verò non ſit tutrix; tunc præſente patre vota, & juramenta non irritat. Mortuo patre, vel longè abſente: tunc ipſa poteſt exercere diſpoticam dominicam poteſtatem, cui de jure naturæ filius ſubeſſe debet, ideòque irritare juramenta, vota poterit, ut poſſet pater familias, ſi eſſet præſens. Leſſius 2.*de juſtitia c.*40.*dub.*14.*n.*82. Azorius *par.*1.*lib.*11.*c.*17.*§.quæres.* Suarius *to.*2. *de Religione lib.*6.*c.*6.*n.*23.*de voto.* 707 Item mortuo, vel longè abſente viro.

Si verò adſit pater, vel tutor, & filius juret, exiſtimetque mater tardiùs, & conſideratiùs agendum in implendo juramento; tunc poteſt filio juranti præcipere, nè juramentum exequatur, antequam patrem, vel tutorem adeat, conſulatque. D.Thom. *opuſculo* 17.*art.*1. Suar. *loc. cit.num.*21.

Et cùm inſpiciatur tempus emiſſi juramenti, tranſacta impubertate, retinet tale jus circa juramenta ab impubere emiſſa. Cajetan. 2.2.*q.*189. *art.*5. Navarr. *c.*12. *num.*71. Sanch. 4. *Decalogi c.*30.*n.*74.

Tutor.

§. VI.

TUtor eſt loco patris; datur enim filio impuberi, qui deſtituitur patriæ regimine poteſtatis, per ſe reſpiciens perſonam; ideòque irritare valet juramenta, vota, ut poteſt pater familias. *c.puella* 2. ibi: *parentes ejus, vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint.*20.*q.*2. Ideòque omnia juramenta realia, perſonalia, & mixta tutor irritare poterit durante tutela. Leſſius 2.*de juſtitia c.*17.*n.*56. Angelus v.*votum* 2. *n.*10. Suar. *tom.*2. *de Religione lib.*6.*de voto c.*6. *n.*22. Diana *par.*9.*tract.*8.*reſol.*14. Quæ poteſtas tranſit in curatorem, qui fuit tutor, ut poſſit irritare vota, juramenta facta tempore impubertatis certæ, vel dubiæ. *l.in copulandis.*9.*C.de nuptiis.* Sanch. 4.*Decalogi c.*30.*n.*15. 708 Tutor irritare valet juramenta pupillorum.

Curator.

§. VII.

NOn habet diſpoticè diſponere per ſe de actibus perſonalibus minoris, ſed bona per ſe reſpicit, concomitanter perſonam minoris; ideòque nequit irritare juramenta ſpontanea, etiam ſine ſua auctoritate emiſſa. Auth. *Sacram. puberum. C. ſi adverſus venditionem.* Si verò præjudicent alteri, & ejus legi- 709 Et Curator minorum.

timæ

Digitized by Google

timæ adminiſtrationi ; tunc ſunt nulla, nam ex dictis juramentum alteri præjudicans eſt nullum; nam debet eſſe de re licita, & juſta. Et præjudicantia aliis ſunt de re injuſta, iniqua. Si enim non obligat, nullum eſt juramentum de re indifferenti, impeditiva melioris boni, multò fortiùs nullum eſt de re mala, qualis eſt præjudicans alteri. Riccardus Arſdechyn *tom.* 2. *theologiæ tripartitæ p.*3.*tr.*5.*c.*2. §.2.*n.*10. ergo multò fortiùs emiſſum in præjudicium curatoris adminiſtrantis erit nullum, quidquid irritabile dicat Sanch. 4. *Decalogi c.*35.*n.* 17. Bonac. *tom.* 2. *præcepto* 2. *Decalogi diſp.*4.*q.*2.*puncto* 7. §.2.*n.*25. Suarez *loc.cit.n.*14.

Similiter ſi juramenta perſonalia minoris præjudicent adminiſtrationi œconomicæ concreditæ curatori in hoc exercenti paternum munus. *l.in copulandis* 9. *C.de nuptiis.* Curator poterit illa declarare nulla, & ità impropriè dicitur irritare.

Magiſter.

§. VIII.

710 Et Magiſter deficiẽte patre, & tutore.

POteſt irritare juramenta diſcipuli, nam eſt loco patris, intelligas deficiente patre, tutore ; non enim tunc debent remanere ſine auxilio. Suarez *loc.cit.* Piſtachius *p.*2.*de juram. c.*30.*num.*5.

Vir, & Uxor.

§. IX.

DUo ſunt diſtinguenda. Primo id, in quo mutuò dominantur, uxor in corpus viri, & vir in corpus uxoris. 1.*ad Corinth.*7. Ibi: *mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, & è contra. c. gaudemus. de divortiis.* In quo dominio ſunt pares. D.Tho. 2.2.*q.*89.*art.*9. *ad* 3.

711 Juramenta uxoris præjudicialia viro ab ipſo irritantur, & è contra, niſi mutuo conſenſu emittantur.

Hinc ad invicem hujuſmodi juramenta præjudicialia, non emiſſa mutuo conſenſu, ſunt irritabilia ſecundum D. Tho. *loc.cit.* Sanch. 9. *de matrim.diſp.*42.*num.*2.

At mihi hujuſmodi juramenta videntur nulla ex dictis, ſcilicet nullum eſſe juramentum alteri præjudicans.

Secundo conſiderari debet dominium familiæ, gubernationis domus, & domeſticorum, & ipſius uxoris, quod non competit uxori circa virum, ſed viro circa uxorem. Geneſis 3. Ibi: *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Ad Epheſios 5 ubi vir eſt caput uxoris.

Hinc uxor non poteſt irritare juramenta, vota viri, ſed vir poteſt irritare juramenta, uxoris, quia vir dominatur uxori. Abulenſis Numerorum *c.*30.*q.*87. Unde ſi uxor juret non exire à domo, patria, nolle viſitare conſanguineos, velle omnia alienare, irritabilia ſunt ſecundum DD. prædictos. Secundum nos ſunt nulla hujuſmodi, quia juramenta, vota præjudicantia juri alterius.

Servus.

§. X.

712 Dominus irritat juramenta ſervi, ſi præjudicent dominicæ poteſtati.

EST ſub poteſtate diſpotica Domini potentis hujuſmodi juramenta, vota irritare, ſi præjudicent dominicæ poteſtati, Secundum D. Thom. 2.2.*qu.*89.*art.*9.*ad* 3. Sylveſt. v. *juramentum* 3.*q.*7.

At tu dicas talia juramenta nulla, nam præjudicantia dominicæ poteſtati. *c. ſi ſervus.* 13. *c.ſi ſervus ſciente.* 14.*diſt.*54.

Prælatus Religionis.

§. XI.

713 Prælatus Religioſorum valet irritare juramenta ſuorum ſubditorum.

HAbet diſpoticè dominium actionum profeſſorum, ideòque irritare valet vota, & juramenta ſubditorum. *c.Monachum* 3.20. *q* 4. *c.placuit* 8. *in fin.* 16. *q.* 1. Idque etiam ſi juramenta ſint de re interna, & à Superiore ipſo confirmata, excepto juramento tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, & excepto juramento perpetuò ejecti à Religione. *c.licet.de regularibus.* Major *in* 4.*diſt.*38.*q.*4.*dub.penult.* Cajetan 2.2.*qu.*88.*art.*8. Sanch. 4. *Decal.c.*27.*n.*25. Anton. à Sp. S. *de juram. tr.*5. *diſp.*1. *n.*188. enim verò actus jurandi etiam à Superiore confirmatus, Superiori ſubditur. *c.non dicatis.*12. *q.*1. *c.ſi Religioſus. de electione in* 6. & perpetuò ejecti à Religione non ſubduntur illius Superiori.

Ut eſt Papa.

Talis Superior eſt Papa, qui dicitur etiam Generaliſſimus, & rigoroſiſſimè Superior profeſſorum, habetque dominativam diſpoticam ipſorum poteſtatem. *c.auctoritatem venerabilium* 2.15.*q.*6. Valentia 2.2.*q.*6.*diſp.*6.*puncto* 6.

714 Et Generalis, ac Superior Monaſterii particularis.

Secundo eſt Generalis, & quivis alius Superior Monaſterii particularis, non verò ſuperior ſecundarius, Miniſter, Vicarius, Superior, niſi abſente propriè in capite Superiore. Pelizzarius *tom.*1.*tr.*3.*c.*4.*n.*65.

Abbatiſſa.

715 Idẽ de Abbatiſſa reſpectu ſuarum Monialium.

IN ordine ad gubernationem Monaſterii œconomicam eſt ad inſtar Matris, dominans, potens irritare juramenta, vota ſubditarum. Pellizzarius *tom.*1.*tr.*2. *c.*4.*n.*64. Sanch. 4. *Decal.c.*31.*n.*19. Leſſius 2. *de juſtitia c.*20. *dub.* 18.*num.*133.

Superiores cæteri.

716 Irritatur juramentum per ſubtractionem materiæ.

POſſunt irritare juramenta vota indirectè, ſubtrahendo ſcilicet materiam, præcipiendo contra id, quod juratum eſt à ſubditis. Suar. *lib.*2.*de juram.c.*38. *num.*5. Del Bene *de juram. c.*3.*dub.*3.*num.*1.& 14. Sotus 8. *de juſtitia q.*1. *art.*9. Patet ex *c.venientes.de jure jurando.*

Condonatio.

§. XII.

717 Condonatione tacita, vel expreſſa tollitur juramentum.

JUramentum tollitur condonatione tacita, vel expreſſa, etiam mutuò obligatorum, ſi illi ſcilicet ad quorum favorem eſt juratum, cedant proprio favori. D.Tho. 2.2. *q.*89. *art.*9. *ad* 2. Suarius *lib.*2.*de juram. c.*39.*n.*2. Dicaſtill. *de juram.diſp.*4.*n.*35. Sanch. 3. *Decalogi c.*20.*n.*4. Anton. à Sp.S. *p.*3. *Directorii par.*5. *diſp.*1.*n.*190. Felinus in *c.*1.*n.*6. *de jurejurando.* Bilotta *lib.*2. *de abſolut.juram.c.*14.*n.*1. Ricc. *p.*3. *praxis reſol.* 220.*n.*1. Azorius *lib.*11.*c.*9.

718 Per ceſſionẽ ſui juris extinguitur obligatio.

Patet, quia quando quis cedit juri ſuo, extinguitur obligatio ; ergo extinguitur materia juramenti ; adeòque juramentum ceſſat defectu materiæ : ut juramentum dandi talem equum, extinguitur eo mortuo.

Secundo, quia condonatione rei ſolvendæ, non præjudicatur teſtibus, nec valent dici eſſe teſtes falſos ; ergo nec præjudicatur juramento, nec Deus dicitur teſtis falſus ; Juramento enim Deus tantùm adhibetur ut teſtis.

Tertio, quia probans in judicio debitum ſibi condonatum à creditore, nequit moleſtari ad ſolvendum; ergo juramentum ſolvendi fuit extinctum condonatione.

719 Si juramentum fiat tantum intuitu Dei, non ceſſat, niſi ſolutione.

Quarto, patet ex *c. præterea* 21.*il* 1.*de ſponſalibus. c.*1.*de jure jur.l.fin.D.qui, & à quibus.*

Jurans dare eleemoſynam, videre ſacrum, nul-

nullius particularis hominis intuitu, ſed ſolius Dei intuitu: tunc non eſt, qui cedat juri; adeòque non poteſt tale juramentum ſolutione ceſſare. At ſi juramentum reſpiciat utilitatem talis perſonæ, puta ob Dei amorem dare eleemoſynam Titio. Tunc ab illo paupere poteſt jus cedi, & juramentum ità extinguitur. Dicaſtill. *de juram.diſp.4.num.42.& 44.* Sanch 1.*de matrim.diſp.52.num.*8.Perez *de matrim.diſp.3.ſect.3.*contra Angelum v.*ſponſalia n.* 20. Sotum 8. *de juſt.q.1. art.9. ad* 2. volentes tunc vi juramenti alteri eſſe dandam eleemoſynam, eſſe ducendam aliam pauperem à jurante ducere A, pauperem, ſi A cedat juri ſuo.

Ratio eſt, quia promittens patri dare decem ejus filiæ, illa recuſante, patri ad nihil tenetur. Imò licitè poteſt petere, ut ſpontè condonet, remittat, cedat; Et mutuo juramento ſe obligantes poſſunt reciprocè petere, ut condonent, remittant jus; nam non jurarunt non petere condonationem, & juramentum eſt ſtricti juris non ſe extendens ad caſum non comprehenſum ab initio. Suarez *loc.cit.n.3.* Dicaſtill.*loc.cit.n.44.& 47.* Filliucc.*tom.2.tract.25.c.9.n.267.*

Difficultas ſecunda eſt.

De Jurante ad commodum proprium, puta rem non donare, non vendere: an inquam poſſit ſibimet remittere juramentum?

720 Videtur poſſe remitti juramentū factum in proprium commodum.

AFfirmant plures apud Sanch.6. *de matrimonio diſp.13. n.* 6. maximè ſi juraverit non mutuare, non alienare, non donare ad evitandas vexationes litis potentium; nam tunc ſpontè poteſt cedere juri ſuo, & liti ſe ſubiicere.

721 Alii aliter docent.

Oppoſitum docet Covart. *in c. quamvis pactum. p.2.§.2 n.4. de pactis in* 6.Suarez *lib.2. de juram.c.39.in fine*, quia aliàs juramentum eſſet vanum, & nullum ab initio, ſi non eſt de re honeſta, & ſi eſt de re honeſta, debet eſſe validum.

Cui motivo ſatisfit; quia licèt juramentum ſit validum, donec quis cedat juri ſuo, non eſt juratum de non cedendo juri ſuo: nec debet juramentum ſtrictè interpretandum extendi de uno ad alterum caſum.

Tertio inquirendum:

De Juramento mutuò præſtito inter duos de ingrediendo ſimul Religionem, de ſtudendo ſimul, de dando eleemoſynam, &c. an unus teneatur juramento, altero nolente implere?

722 Juramētum de faciendo aliquid ſimul cum alio, ſi eſt purum, adimplendū eſt, etiam alio reluctante.

DIſtinguas: vel juramentum eſt purum, vel conditionale. Si purum, affirma teneri, etiam altero flagitiosè reluctaute implere; nam ſunt duo juramenta, & unum ab alio non pendet. Sanch.3.*Decal.c.15.n.*8. Azorius *lib.11.c.8.qu.4.in fine.*

723 Secus ſi ſit conditionale ut alter etiā adimpleat.

Si juramentum reciprocum ſit conditionale, itaut invicem jurent unus ſi alter impleat; tunc nega juramento unum teneri altero non implente; quia extinguitur tunc juramentum conditione non purificata, ut patet ex *c.pervenit 3.il 2.de jurejur.*; adeòque uno noleote ſervare juramentum, alter non tenetur.*c.ſicut 29. § juramentum. de jure jur.* Sylveſt. v.*juram.5. q.9.in fine.* Angelus v.*juramentum 6. n.2.* Tapiena v.*jurare q.2.*

In dubio an juramentum reciprocum fuerit purum, an conditionale?

TU ad mitiora declines favore libertatis, & quia juramentum eſt reſtringendum, ut minus obliget. Dicaſtill. *loc.cit.num.50.* contra Sotum 8.*de juſt.q.1.art.9.* — 724 Quid ſi dubitetur an purum, vel conditionale fuerit.

An Judex valeat compellere partem, cui juratum eſt, ad remittendum juramentum ex juſta cauſa.

AFfirma. Primo ſi Judex ſit Eccleſiaſticus, qui id poteſt per cenſuras. *c.2. de ſponſalibus. c.1. de jure jur.* ubi Judex cenſura cogit creditorem uſurarium ad remittendum etiam creditum juratum. — 725 Judex poteſt compellere partem ut ex juſta cauſa remittat juramentum.

Secundo. Idem poteſt Judex laicus, quando adeſt juſta cauſa, poteſt enim compellere creditorem, ut remittat jus ſuum juratum, ſicuti poteſt compellere ad vendendam rem ex juſta cauſa, quam juravit non vendere. Qui ſuperior debet eſſe ille, cui juratur; nam hic debet condonare jus ſuum vi juramenti quæſitum. Sanch. 1.*decal.lib.3.c.22. n.15.& 16.* Sà v.*juramentum num.*29. Molina *tom.1.de juſtitia diſp.149.colum.*6. de Nevo *in c.2.n.16.de jurejur.*

Relaxatio, diſpenſatio, abſolutio juramenti.

§. XIII.

REIaxatio eſt juramenti reſpicientis favorem hominis. Diſpenſatio eſt juramenti reſpicientis tantùm favorem Dei. Abſolutio, cum utroque confunditur, ac promiſcuè uſurpatur pro relaxatione, & diſpenſatione, eſt actus juriſdictionis legitimi ſuperioris. Hic primo de abſolutione pro foro conſcientiæ. Secundo de abſolutione pro foro contentioſo. — 726 Explicatur Relaxatio, Diſpenſatio, Abſolutio Juramenti.

Quid, & quotuplex ſit abſolutio juramenti?

ESt actus legitimæ juriſdictionis circa ſubditum ex cauſa rationabili relaxans, vel diſpenſans in juramento. D. Thom. 2.2.*qu.*89. *art.*9. Bilotta *lib.2. de abſolut. juramenti c.13. num.5.* — 727 Quid abſolutio juramenti.

Dixi *legitimæ juriſdictionis*, quia tantùm poteſt concedi à Superiore habente dominium juriſdictionis, & ex rationabili cauſa reſpiciente honorem Dei, ſalutem animæ. — 728 Abſolvitur tantùm ab habente Juriſdictionem Epiſcopalem ut infra.

Abſolutio à juramento non reſpicit forum Sacramentale pœnitentiæ; nam hujus fori materia tantùm eſt peccatum exiſtens poſt baptiſmum commiſſum, & juramentum non eſt peccatum, & petere abſolutionem à juramento, non eſt petere abſolutionem à peccato.

Hinc Confeſſarii licèt poſſint abſolvere à peccato etiam perjurii, nequeunt à juramento abſolvere.

Competit ergo abſolutio juramenti, ſivè relaxatio, Primo pro foro conſcientiæ. Secundo pro foro contentioſo.

Foros conſcientiæ juriſdictionem habentis poteſt diſpenſare, relaxare ex cauſa juramentum, maximè occultè jurantis ſe facturum, daturum, vel non facturum, non daturum: & hæc juriſdictio competit Epiſcopis, eorum Vicariis, & Pœnitentiario majori. Vide, quæ infrà. — 729 Qui in foro conſcientiæ abſolvāt juramentum.

Secundo: abſolutio reſpicit forum contentioſum in pactis juratis, & tunc ut poſſit quis litigare ſine timore perjurii, prius petat relaxationem, diſpenſationem, abſolutionem ad finem agendi: nec afficit pactum, de quo litigan-

gandum eſt, & ità abſolutus nequit venire contra pactum, ante quam declaretur nullum, ſed ſolùm poteſt litigare ſine timore perjurii. Abbas in *c.1.num.12.de jurejur.* Gomez 2.*variar.* *c.12.n.27.* Guttierez *in Auth.Sac.puberum.n.20.* *C.ſi adverſus venditionem.*

Facultas hæc abſolvendi, diſpenſandi, relaxandi, habilitandi competit habenti juriſdictionem ſpiritualem pro foro contentioſo.

A quo juramento peti valeat abſolutio, relaxatio, diſpenſatio pro foro conſcientiæ, aut contentioſo?

730 Relaxatio, Abſolutio, aut Diſpenſatio tantùm à juramento promiſſorio peti poteſt.

POteſt peti à juramento promiſſorio, non ab aſſertorio. D.Tho.2.2. *q.89.n.9.* Sylveſter v.*juramentum 5.q.2.* Sotus 8.*de juſtitia q.1.* *art.9.ad 3.* Suarez 2.*de juram.c.40. n.1.* Sanch. 3.*Decal.c.19.n.4.* Valent.*tom.3.diſp.6.qu.7.puncto 4.* Felicianus Oliva *de foro Eccleſ.p.1.qu.31.* *num.1.* Covarr.*in c.quamvis pactum. par.7. §.3.* *num.3.*

Ratio eſt, quia juramentum promiſſorium habet materiam in futurum pendentem mutabilem, adeòque diſpenſationis capacem. At in juramento aſſertorio res, vel eſt ità, vel non eſt ità. Si ità eſt, juramentum tenet, & re vera eſt; ſi res ità non eſt, eſt perjurium: in quo ergo diſpenſabit Superior? Si juramentum ſit verum, non poteſt diſpenſare, ut non ſit verum. Si juramentum non contineat veritatem, eſt perjurium, nec poteſt diſpenſare, ut non ſit perjurium; & tunc danda eſt abſolutio à peccato perjurii in confeſſione Sacramentali, non diſpenſatio à juramento, quod non adeſt, cùm fuerit perjurium, etiamſi metu quis extorſerit juramentum.

Ad quid proſit iſta diſpenſatio, abſolutio, relaxatio ad finem agendi?

731 Supradicta proderunt tantùm ut poſſit litem proſequi abſque perjurio, juramento tamen tenetur, ſi ſuccumbat.

PRodeſt tantùm, ut poſſit litigare ſine timore perjurii, & ſi ſuccumbat, remanet juramento innodatus, ut ità conſulatur utrique, ac alteri parti conlitiganti. Covarr. *var.* *c.4.n.6.* Paulus de Caſtro *lib.2.conſ.259.num.2.* Galiſius *de actione revocatoria c.5. n.18.in fine.*

Qui habeat facultatem abſolvendi, relaxandi, diſpenſandi à juramento?

§. XIV.

732 Abſolvere, diſpenſare juramenta eſt Juriſdictionis Epiſcopalis.

EſT actus Juriſdictionis Epiſcopalis. Sanch. 1.*Decal. lib.3.c.21.num.1.* Alexand. *lib.1.* *conſ.59.* Afflict. *deciſ.5. n.11.* Sà v.*juramentum* *n.32.* Azorius *lib.11.c.1.q.2.* Bilotta *lib.2.de abſolutione juramenti c.1.n.1.* Suar. Valent. Sanch. concludentes, habentes ordinariam facultatem diſpenſandi in voto, poſſe etiam diſpenſare in juramento, relaxare, & abſolvere.

733 Quoad relaxationẽ juramenti laicus convenitur in foro Eccleſiæ.

Ratio eſt, quia juramentum eſt vinculum ſpirituale. *c.nos Sanctorum.c.juratos.15.q.8.c.licet.* *de jure jur. in 6.* adeòque eſt materia, quæ non ſubeſt laicæ Juriſdictioni. *c.fin.de foro competenti*, ubi ratione juramenti laicus convenitur in foro Eccleſiæ: Intelligas quoad petendam hanc relaxationem. Et obtenta abſolutione, deindè laicus cognoſcit de validitate contractus inter laicos. Sanch. 1.*Decalogi lib.3.c.13. n.17.* poſt Guttierez, & Covarr.

Papa.

734 Papa pro toto Orbe relaxat, abſolvit, diſpenſat juramẽta

PRimo, Papa pro toto Orbe habet Juriſdictionem ſpiritualem; ideòque poteſt relaxare, abſolvere, diſpenſare in juramento non ſolùm pro foro conſcientiæ, ſed etiam pro foro contentioſo. Gloſſa *in c.quanto.v.abſolvi.de jure jurando.*

Patet ex *c. ſi verò. de jure jur.* idque etiam ſi juramentum ſit favore hominis, ut eſt juramentum fidelitatis, vel aliquid dandi, aut faciendi ad bonum alterius; poteſt enim ex juſta cauſa relaxari. *c.nos Sanctorum. c.juratos.15.q.8.*

735 Etſi partes juraverint non petere diſpenſationem.

Idque etiamſi partes juraverint non petere diſpenſationem, relaxationem, abſolutionem. Riccardus *in 4.diſt.38.art.4.* nam tale juramentum ut non tollit ſubjectionem ſubditi, ità nec Juriſdictionem Superioris, cui nequit juramentum præjudicare. Bilotta *lib.2.de abſolutione juramenti c.3.* ajens validam abſolutionem, etiamſi in ſupplicatione non fuerit expreſſum juramentum de non petenda abſolutione, relaxatione, diſpenſatione, fortè quia tale juramentum abſolutè emiſſum eſt nullum: utpote præjudicans Juriſdictioni Superioris, & propriæ animæ, quando adeſt cauſa rationabilis petendæ diſpenſationis; idemque de voto non petendæ diſpenſationis: ait Riccardus *ſupra.*

736 Et poteſt cũ ſe ipſo diſpenſare.

Papa poteſt etiam diſpenſare cum ſe ipſo in juramento. Ricc. *par.2.praxis reſol.221.num.1.* quia non ſubditur legi poſitivæ id prohibenti, & abſque omni difficultate poteſt hanc facultatem delegare alteri, qua delegatus diſpenſat cum Papa.

Legatus Papæ.

737 Legatus Papæ etiam relaxat in loco ſuæ legationis.

ABſolvit, diſpenſat, relaxat in loco delegationis. Franciſc.Marcus *q.342.&* 350.

Pœnitentiarius Magnus.

ABſolvit pro foro conſcientiæ, maximè in juramentis occultis, vel factis ſine comparte, niſi Papa hanc facultatem ſibi retinuerit. Geminianus *in c. ſi Abbatem. de electione in 6.* & durat officium talis Pœnitentiarii etiam Sede vacante: quod ſervata proportione dicas de Pœnitentiario majori Cathedralis. Bilotta *de abſolutione juramenti lib.2.c.4.n.5.*

Epiſcopus.

738 Et Epiſcopus cũ ſuis ſubditis.

CUm ſuis ſubditis diſpenſat, relaxat, abſolvit pro foro conſcientiæ, & judiciali; idque etiamſi juramenta reſpiciant favorem aliorum. *c.Quintavallis. c. cum contingat. c. illo. c. quemadmodum. de jure jur.* habet enim Juriſdictionem ſufficientem. Suarius *lib.2.de juramento c.41.n.5.*

739 Juſta tamen exigente cauſa.

Sine cauſa verò rationabili nequit concedere hanc relaxationem, abſolutionem, ita quia nequit tollere jus alterius: quod jus non habet, ſi ſit turpitudo ex parte illius, cui res promittitur: puta ſi ſit juramentum extortum, vel de re pernicioſa. *c ſi verò.c.verum.de jure jur.* Sanch.1.*de matrim.diſp.32.n.5.*

Vicarius Generalis Epiſcopi.

740 Inſuper Vicarius Generalis cũ ſpeciali mandato.

VIcarius Generalis Epiſcopi id non poteſt ſine ſpeciali mandato pro foro conſcientiæ, ſed poteſt pro foro externo ad effectum litigandi; ſi enim poteſt cognoſcere cauſam, poterit relaxare etiam juramentum ad effectum agendi, ut præparatorium ad cauſam. *c. cum propterea. c.prudentia. de officio delegati. c. cum pridem.§.fin.de jure jur.* Abbas *in c.debitores. de jure jur.* Dicaſtill.*loc.cit.n.124.* Sanch.2.*de matrim.diſp.40.n.12.*

Capi-

Digitized by Google

Capitulum Sede vacante, ejusque Vicarius.

741 Et Capitulum ſede vacante, ejuſq; Vicarius.

POteſt etiam abſolvere, diſpenſare, relaxare juramentum. Bilotta *lib.* 2. *de abſolutione juramenti c.*8.*n.*9.*&* 11. Felin. *in c.*1.*de jure jur.* Galiſius *de revocatoria actione c.* 5. *n.*19. Sanch. 3.*Decal.c.*21.*n.*29.*&* 30. Dicaſtill. *de juramento diſp.*4.*n.*124. Palaus *de juramento diſp.*3.*puncto* 1. *n.*1. Anton. à Spir. S. *par.*3. *Directorii tract.* 5. *diſp.*1.*n.*136. Azorius *lib.*11.*c.*9.*q.*8.

Nam habet Juriſdictionem Epiſcopalem, pro utroque foro. *c. fin. c penult. de ſupplenda negligentia Prælatorum. c. unic. de majoritate, & obedientia in* 6.

Abbates Mitrati habentes ſubditos.

742 Atque Abbates Epiſcopalem habẽtes Juriſdictionem.

SI habeant Juriſdictionem Epiſcopalem, poterunt relaxare, diſpenſare, abſolvere, non aliàs. Felin. *in c.*1.*n.*20. *de jure jurando.* Bilotta *lib.*2.*de abſolutione juramenti c.*9.*n.*8.

Superiores Regularium.

743 Item Superiores Regularium ſi Epiſcopalem habent Juriſdictionẽ.

SI habeant ſubditos cum Epiſcopali Juriſdictione, valent juramenta relaxare, diſpenſare, &c. etiam pro foro contentioſo. Anton. à Spir. S. *par.*3.*Directorii tract.*5.*diſp.*1.*n.*156. dans quinque Doctores, ſed oppoſitum docet Sanch. 2.*de matrim. diſp.*31.*n* 17. quia id deberent habere vi privilegii, quo carent.

Superiores Seculares.

An valeant relaxare juramentum inter ſuos ſubditos?

§. XV.

744 Superiores laici nequeũt juramenta ſubditorum relaxare.

NEga. Felin. *in c.*1.*de jure jur.n.*11. Guttier. *in Auth. Sacram. puberum. n.*160. *C. ſi adverſus venditionem.* Barboſa *in leg.*1.*par.*1.*n.*77. *D. ſoluto matrim.* Baldus *in l. pactum. qu.*5.*C. de collat.* Soccin. *lib.*2. *conſ.*279. Sanch. 1.*Decalogi lib.*3.*c.*22. *n.*6.*&* 10. dans ſeptem Doctores. Felicianus de Oliva *de foro competenti par.*1.*q.*30. *n.*18.*&* 31.

Contra Molinam *tom.*1. *de juſtitia diſp.* 149. *v. ex his colligo.* Gloſſam *in l. ambigere. §. fin. D. de jure patronatus.* Ratio eſt, quia eſt materia merè ſpiritualis ſuperans laicam Juriſdictionem. *c. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtitut.*

745 Quando ex cauſa eis liceat.

Cum hoc tamen ſtat ex juſta cauſa. Primo, Judicem laicum poſſe cogere ſibi ſubditum ad cedendum juri ſuo in juramento; adeòque ad remittendum debitum juratum, & tunc ceſſat juramentum; imò ipſe Judex poteſt remittere debitum juratum partis, ut poteſt cogere partem ad dandum ex juſta cauſa; nam tunc factum Judicis eſt factum partis. Sanch. 1.*Decal. lib.*3.*c.*22. *n.*15. Covarr. *de pactis par.* 1. *§.*3.*n.*7. De Novo *in c.*1.*n.*13. *de jure jur.* De Oliva *loc. cit.n.*4. Sà *v. juramentum n.*24.

Secundo, poteſtas Juriſdictionis laica valet decernere contractum factum ſine certa ſolemnitate eſſe nullum, etiam juramento adjecto; adeòque valet tollere materiam juramenti laicam ex rationabili cauſa.

746 Judex laicus cognoſcit de ſubreptione, & obreptione talis relaxationis.

Tertio, Judex laicus cognoſcere valet de ſubreptione, vel obreptione obtentæ abſolutionis, diſpenſationis, relaxationis juramenti. Afflict. *dec.*200.*n.*9. Pariſius *lib.*1. *conſ.*96. *n.*93.99. *& conſ.*43. *n.*31. Cravetta *conſ.*13. Hyppolitus *ſingulari* 367.

747 Si conſtet de obreptione perjurus nõ auditur.

Quarto, Conſtito de ſubreptione, vel obreptione obtentæ abſolutionis, poteſt non audire perjurum, ut deciſum in S. R. C. ait Bilotta *lib.*2.*de abſolutione juramenti c.*1.*n.*12.*in fine.*

748 Et punitur à Judice laico.

Quinto, Judex laicus poteſt punire perjurum. Fortunius *de ultimo fine illatione* 28. Guidon Papa *q.*178.

Qui abſolutionem, diſpenſationem, relaxationem juramenti petere poſſint?

§. XVI.

749 Poteſt peti relaxatio tã à principali, quàm à procuratore cũ ſpeciali mãdato.

PRimo, poteſt illam petere principalis per ſe. Secundo, poteſt illam petere ejus procurator cum ſpeciali mandato, qui ut poteſt jurare, ità debet petere abſolutionem à juramento. *l. habeo. D. de jure jurando. c. fin. de juramento calumniæ in* 6. Nihil enim tam naturale, ut res reſolvatur per cauſas, per quas fit. *l. nihil tam naturale. D. de reg. jur.* Sanch. 1. *Decal. lib.*3.*c.*21. *num.*37.

Hæres verò principalis, ut non tenetur juramento perſonali: ità nec debet petere juramenti abſolutionem, nam ad ipſum tranſit obligatio non jurata, cùm juramenti obligatio ſit perſonaliſſima.

Quando debet petere abſolutionem à juramento?

750 Ante controventionẽ peti debet relaxatio juramenti.

PRimo, debet illam petere antequam controveniat actioni juratæ. Natta *lib.*1. *conſ.* 10.*n.*5. Immola *in c. debitores. de jure jurando.*

Secundo, debet illam petere antequam veniat dies ſolutionis, obligationis juratæ. Roman. *conſ.*326. Alex. *lib.*2.*conſ.*222.*colum.*2. *& lib.*7. *conſ.*118.*colum. fin.* Decius *conſ.*151.*colum.*1.

Itàut termino elapſo, etiamſi exprimatur terminus elapſus, non poſſit Epiſcopos, ſed tantùm Papa relaxare juramentum; nam tantùm Papa poteſt diſpenſare in jure communi. Anchatan. *conſ.*198. Felin. *in c.*1.*v.*7.*quaro. de jure jur.* Ruinus *conſ.*66.*colum.*2. *lib.*4. Roland. à Valle *lib.*1. *con.*34.*num.*4. Baldus *in Auth. quod eit. de nuptiis.*

751 Etiam per inſtans.

Sufficit ſi impetretur abſolutio ante adventum termini ad ſolvendum, ſaltem per inſtans. Bilotta *lib.*2. *de abſolutione juramenti c.*14.*n.*3. *&* 4. contra Afflict. *dec.*31. volentem impetrandam abſolutionem per viginti dies ſaltem ante terminum obligationis, dicentem ſed gratis, hanc eſſe praxim noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis, & ità decidentem contra illum, qui impetraverat abſolutionem juramenti per unam diem ante terminum ſolutionis.

Ratio eſt, quia tunc non dicitur perjurus agendo, ſi antequam agat, & conveniri poſſit, ſit abſolutus. Et ſtylus Curiæ Archiepiſcopalis fortè obtinebat, quando concedebatur abſolutio cauſa cognita, parte contraria citata, & audita, quæ diſcuſſio ſpatium prolixius temporis exigebat ante adventum diei ſolutionis.

An pro petenda abſolutione à juramento detur actio?

752 Pro petenda abſolutione imploratur nobile judicis officium.

NEga: ſed imploratur nobile Judicis officium ab illo, qui indiget abſolutione. Bilotta *lib.*2.*de abſolutione juramenti c.*13. *n.*5.

Ratio eſt, quia eſt ad inſtar gratiæ diſpenſatæ, ad quam nemo actionem habet. Abbas *in c. & ſi Clerici. §. de adulteriis n.*10. *de judiciis. l. Imperium. D. de Juriſdict. omnium judicum,* & poteſt etiam dari non petenti, ſi ad id urgeat cauſa juſta, ut etiam quandoque invitus abſolvitur ab excommunicatione. Bilotta *loc. cit. num.*6.

An perjurus poſſit petere abſolutionem juramenti?

753 Perjuros nequit petere abſolutionẽ juramenti.

NEga. Federicus de Senis *conſ.*300. Bilotta *lib.*2. *de abſolutione juramenti c.*14. *n.*1. ajentes nec à parte tunc poſſe remitti juramentum.

Digitized by Google

tum. Bartol. *in l.labeo. D.de jure jur.* Abb.*in c. præterea. de appell.* Patet ex regula juris, qua non meretur veniam, aut gratiam abſolutionis delinquens in legem.*c.quia fruſtra.de uſuris.*

Non impetrans abſolutionem Juramenti, agens, obtinens in cauſa, parte non opponente de perjurio, an acta, & ſententia teneant?

754 Parte non opponente de perjurio, acta, & ſententia teneri.

AFfirma. Lapus *tit.de jure jur.alleg.*24.Baldus *in l.fin.* ubi Salicetus *C.de non numerata pecunia.*Alex.*lib.2.conſ.*89.*colum.penul.& conſ.*133.Gramm.*dec.*89.

Nam perjurium eſt delictum perſonale non reddens acta nulla, ſed eſt favore alterius volentis, & valentis excludere perjurium.

Hinc an acta teneant illius, qui dixit juramento ſe recepiſſe pecuniam contractu ſimulato, nec fuit abſolutus à juramento, cui ſi pars adverſa non oppoſuit de perjurio,idem eſt ac ſi probavit contractum eſſe ſimulatum, & non fuit oppoſitum de juramento; nam probata ſimulatione debet audiri, & obtinere. Gramm *dec.*89.

Patet paritate rei judicatæ, ad quam impugnandam nemo admittitur: ſed ſi impugnet, & pars non opponat exceptionem rei judicatæ, probans ſua jura debet obtinere. Alex. *in l.Judex poſtea quam. v.ſexto fallit. colum.*3. *D.de re judicata.*

Quæ ſint explicanda impetranti abſolutionem à juramento?

755 Petens abſolutionem à juramento debet explicare ejus materiam.

PRimo, debet explicari materia, actus ſcilicet cui adjicitur juramentum. Romanus *conſ.*380.

756 Et quot ſint juramenta.

Secundo, ſunt explicanda omnia, & ſingula juramenta, quot ſint ſcilicet, & natura reflexa juramenti. Soccin. *lib.*3. *conſ.*59. requirens tot abſolutiones, quot ſunt juramenta. Unde expreſsè eſt facienda mentio etiam juramenti, Primo, quo quis juravit obſervare contractum. Secundo, quo juravit abſolutionem non petere. Tertio, quo juravit petita, & obtenta abſolutione non uti. Quarto, quo juravit toties confirmare contractum, pactum, quoties abſolutionem petit. Quinto,quo juravit nunquam ſe moturum litem parti. Bart.*in l.2.v.& quoad. D.de jure jurando.*

Et prius eſt petenda abſolutio juramenti,quo renunciavit abſolutioni, vel abſolutionem petere. *c.1.de jure jur.* aliàs abſolutio non prodeſſet, tanquam impetrata à perjuro. Bart. *loc.cit.* Bilotta *lib.2. de abſolutione juramenti c.*15. *n.*5. Romanus *conſil.* 326. ajentes abſolutum à juramento de non contraveniendo,non eſſe abſolutum à juramento de non utendo abſolutione,relaxatione, diſpenſatione. Felinus *in c. conſtitutus. de reſcriptis.* Pariſius *conſ.*43. *n.*15. Afflict. *dec.*30. *&* 220. Gram. *dec.*66.*n.*11. Rolandus à Valle *lib.2.conſ.*35.*n.*11.*& lib.1.conſ.*34.

An in impetranda relaxatione, habilitatione ad finem agendi, abſolutione à juramento, requiratur citatio partis?

757 Ad obtinendam relaxationem, abſolutionem juramenti ad finem agendi, non requiritur citatio partis.

NEga. Afflict. *deciſ.*120.*n.*10.*&* 220. Rota *in antiquit de jure jurando deciſ.* 766. De Oliva *ritu Curiæ Archiepiſcopalis Neapolit. ritu* 52.*n.*3. Paris *lib.*1. *conſ.*96. *n.*25. dicentes hanc relaxationem poſſe fieri etiam diebus feriatis,Judice pro Tribunali non ſedente.Camillus Bilotta *de abſolutione juramenti lib.* 1. dans in fine XLII. Doctores,dicens *n.*50. junctis aulis deciſum in S.R.C.8.*Februarii* 1564. ubi reſervata fuit exceptio perjurii ob abſolutionem obtentam parte non citata ad merita cauſæ,ideoque indirectè Sacrum Conſilium cognovit de vi juramenti, contra XXII. Doctores apud Bilottam *ibidem.*

Patet,quia nihil præjudicii inde fit parti,quæ auditur in probationibus ſuis, cùm per habilitationem ad finem agendi,remaneant jura partis, & alii effectus juramenti. Natta *conſ.*167.

Secundo, quia datur ex mero officio Judicis, unde pars non eſt citanda, cùm non tractetur de meritis cauſæ, ſed ſolùm de tollendo impedimento proponendi jura ſua.

758 Requiritur verò ſi relaxatione illa reſcinderetur contractus.

Secùs eſſet,ſi per relaxationem juramenti reſcinderetur contractus;nam tunc plenè citanda, & audienda eſſet pars, de cujus intereſse agitur. Bilotta *loc.cit.n.*2.*&* 4.*&* 7. Felin.*in c.*1.*de jure jur.* Alexander *lib.2.conſ.*222. *& lib.*4. *conſ.*40. patet *ex l.2.D.de reſtitutionibus in integrum.*

Obtinens relaxationem juramenti ad finem agendi, ſi propoſitis ſuis juribus clareſcat ejus bonum, & certum jus: an requiratur alia abſolutio, ad hoc ut obtineat in illa cauſa?

759 Obtenta relaxatione ad finem agendi, non requiritur alia relaxatio, ſi evadat certum ſuum jus, ut obtineat in ſua cauſa.

NEga. Caſtrenſis *lib.2.conſ.*249. Natta *conſ.* 167.*n.*24. Afflict.*deciſ.*322. Minſingerius 2.*obſerv.centur.*2.*n.*57. Bilotta *lib.*1. *de abſolutione juramenti.c.*8.*n.*3. Contra Felinum *in c.*1. *qu.*8.*de jure jur.* volentem aliam abſolutionem impetrandam.

Ratio eſt primo, quia obtinere in cauſa principali propoſitis juribus, pendet à Judice decernente, & judicante, qui nihil juravit.

Secundo, quia abſolutio juramenti ad finem agendi reſpicit, ut obtineat juſtitiam habens, aliàs inutilitèr lis agitaretur; adeòque abſolutio ad finem agendi, eſt etiam ad obtinendum, ut procurator conſtitutus ad agendum valet obtinere in cauſa.*l.qui procuratorem dat.D.de procuratoribus.*nec in hoc parti plenè auditæ irrogatur injuria.

Abſolutio impetranda à Judice jurantis, vel alterius partis?

760 Abſolutio eſt obtinenda à Judice jurantis.

ESt obtinenda à Judice jurantis, etiamſi ille, pro quo juratum eſt, ſit alterius fori. Sanch.3.*Decal.c.*25.*n.*28.*&* 34.

Patet, quia altera pars, quæ nec eſt citanda, nec impedire poteſt relaxationem juramenti, in hoc non poteſt ad ſuum forum trahere, cùm non adhuc ſit reus, nec ei aliquid præjudicii infertur, ſolùmque hac relaxatione conſulitur ſubdito, nè ſit perjurus litem movendo.

An ut abſoluta vota, ità abſoluta juramenta ſpontanea Religionis, Caſtitatis, Peregrinationis Jeroſolymitanæ ſint reſervata Papæ?

761 Juramenta ſi imbibant vota reſervata, à Papa abſolvũtur.

DIſtinguas cum Sanch.8.*de matrim.diſp.*13. *n.*5.*& lib.3.Decal.c.*19.*n.*6. vel ſunt tantùm juramenta adhibito Deo in teſtem rei dandæ, faciendæ non in ejus obſequium, vel tantùm intuitu Dei: vel ſunt juramenta imbibentia votum.

Si imbibunt votum, ut eſſet, ſi promitteretur peregrinatio in obſequium Dei, Deo etiam in teſtem adhibito, & tunc ſunt reſervata Papæ ratione voti, non ratione juramenti, ut ex ſe patet.

762 Secùs ſi ſint mera juramenta.

Si verò ſit merum juramentum rei non promiſſæ Deo, nec intuitu Dei, & tunc non ſunt reſervata Papæ; nam reſervatio odioſa lata pro votis, non eſt extendenda ad juramenta.

Digitized by Google

Secundo, quia Epiſcopi ſunt in legitima poſſeſſione diſpenſandi in omni eo, quod certè non eſt reſervatum Papæ. Vnta autem, non juramenta jure reſervantur Papæ: & ità concordantur Cajetanus, Sotus, Valentia, Leander *par. 7. tract. 1. de voto. diſput. 17. quæſt.* 80. volentes juramenta hujuſmodi reſervari Papæ, cum Navarro, Tabiena, Ledeſma, apud Sanch. *loc. cit. num. 3. & 6. de matrim.* Bruno *de privilegiis tract. 5. c. 5. propoſ. 1. n. 2.* ajentibus, talia juramenta non reſervari Papæ.

An Juramentum nullum indigeat abſolutione?

763 Juramẽtum certò nullũ etiam in foro externo, non indiget abſolutione.

DIſtinguas: vel loquimur pro foro externo, vel pro foro cnnſcientiæ.

Pro foro externo, Subdiſtinguas: vel eſt certè nullum, puta de re certò indifferenti, mala, impoſſibili: vel eſt res dubia.

Si eſt certò nullum, nega poſſe abſolvi. Baldus *in c. quanto. n. 2. de jure jur.* Sanch. *1. Decal. lib. 3. c. 9. n. 13.* Bilotta *lib. 1. de abſolutione juramenti c. 11. n. 9.* Cravetta *conſ. 152. n. 6.* Boich *in c. ſi verò. de jure jur.*

Patet ex *c. in malis. de regulis juris in 6. c. in malis. 22. qu. 4.* nullum enim juramentum, nullum habet effectum, non ligat; igitur nequit ſolvi, nec abſolvi; quia abſolutio ſupponit exiſtere juramenti vinculum, quod tollit.

764 Si adſit dubium, tunc relaxatur ad finem agendi.

Si verò res eſt dubia, tunc relaxatur ad finem agendi, excipiendi. Doctores citati, & patet ex *c. venerabilem. vid达 etiam. de electione. c. cum quidam. §. fin. de jure jur.*

765 Et ad cautelam, ſi adſit ſcandalum.

Inſuper ſi aliquis ignarus patitur ſcandalum, tunc ad arcendum proximi ſcandalum, abſolutio conceditur ad cautelam. *d. c. cum quidam. §. illi. de jure jurando.* Lucas de Penna *in l. 1. col. 2. C. qui militare poſſunt, vel non lib. 12.* Zabarella *conſ. 35.* Berous *lib. familiarium quæſtionum. c. 28.* Guidon Papa *qu. 463.* nec requirens abſolutionem, ſemper ac juramentum deſtituitur uno ex tribus requiſitis.

766 In foro conſcientiæ non abſolvitur juramentũ nullum, licet ſit peccatum malè jurando.

Pro foro conſcientiæ nullum juramentum, nulla indiget abſolutione, nec ad cautelam indiget abſolutione. *c. quanto. 18. de jure jurando*; & licèt peccaverit jurando nulliter, falsò, vel abuſu divini nominis. Abbas *in c. ſicut ex literis. de jure jur. ex c. neceſſe. 22. q. 4. c. cum quidam. §. illi. de jure jur.* At non peccat non obſervando nullum juramentum. *c. ubi periculum. §. penult. de electione in 6.*

Quando non eſt relaxandum, etiamſi validè relaxari poſſit juramentum?

767 Si adſit ſcandalum, nequit relaxari juramentum, etiam validè relaxandum.

SEmper ac eſt avertendum ſcandalum puſillorum, & Religionis opprobrium debet abſtineri à concedenda, etiam valida abſolutione juramenti: puta niſi ſolvatur pretium redemtionis, niſi ſtetur juramento, Chriſtiana fides, & nomen Dei blaſphematur. Sanch. *1. Decal. lib. 3. c. 21. num. 15.* Cajetanus 2. 2. *quæſt.* 89. *art. 7. dub. 1.*

Quando Juramentum ab initio certè nullum eſt, nulla indigeat abſolutione?

768 Juramẽtum carens requiſitis eſſentialibus, non indiget abſolutione.

PRimo, nullum eſt ſi careat eſſentialibus tribus requiſitis. Baldus *in c. 1. num. 6. de jure jurando.* Covarr. *in c. quamvis pactum. de pactis in 6. par. 2. n. 4.* Boich. *in c. ſi verò. de jure jur.* licèt tunc aliqui velint cum Geminiano *conſ. 6. num. 41.* tunc adhuc petendam abſolutionem ad cautelam.

769 Si fuerit in præjudicium animæ, corporis, vel alterius.

Unde nullum eſt, redundans in præjudicium animæ, corporis, bonorum, vel in præjudicium alterius, præjudicio non renunciato. *l. non erit. 5. D. de jure jur. c. quanto. de jure jur.* adeòque nullum eſt jurameni um præſtitum ab impubere in alienatione rei ſuæ; nam nequit cedere juri ſuo. Pariſius *tom. 1. conſ. 99. n. 17.* & Auth. *Sacramenta puberum. C. ſi adverſus venditionem. l. ſi quis major. C. de tranſactionibus.*

Vel de re illicita.

Hinc ſecundo, nullum eſt juramentum rei illicitæ. *d. l. non erit.* Ibi: *ſi quis illicitum jus jurandum detulerit, ſcilicet improbata publica Religionis: videamus an pro eo habeatur, atque ſi juratum non eſſet? quod magis exiſtimo dicendum. D. de jure jurando. c. inter cætera. 22. qu. 4. c. quanto. de jure jurando.*

770 Vel ex eo ſequatur majus damnũ.

Tertio, nullum eſt juramentum, ſi ex ejus obſervantia ſequatur majus damnum. *c. ſi aliquid. il 1. 22. q. 4.* Ricc. *par. 3. praxis. reſol.* 122.

771 Vel emiſsũ non cum plana deliberatione.

Quarto, nullum eſt juramentum emiſſum fervente ira, defectu judicii deliberantis. *c. ſicut ex literis. de jure jur.* ubi Abbas *l. quidquid calore. D. de reg. juris.* D. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 1.* Ricc. *par. 3. praxis. reſol. 223. n. 1.*

772 Vel fueris rei inutilis.

Quinto, nullum eſt juramentum rei inutilis, vel impedientis majus bonum. D. Ambroſius *lib. 1. de officiis. c. fin.* Sanch. 1. *Decal. lib. 3. c. 9. n. 13.* Valent. *tom. 3. diſp. 6. q. 7. puncto* 4.

773 Vel de non dicendo contra ſententiam nullã ex defectu juriſdictionis.

Sexto, nullum eſt juramentum jurantis ſe non dicturum de nullitate ſententiæ, ſi ſententia ſit nulla ex defectu Juriſdictionis, nam præjudicat Juriſdictioni veri judicii. Unde jurans non dicere de nullitate ſententiæ, ſine perjurio, & abſolutione dicere valet de nullitate ſententiæ ex defectu Juriſdictionis Judicis. Milanenſis *dec. 5. n. 29. lib. 2.* Barboſa *in Clem. un. tit. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum n. 41.* Cyriacus *controv. 499. n. 6.* Giurba *obſerv. 92. n. 24.* Urſiil. ad Afflict. *dec. 117. n. 4.* Carrocius *de exceptionibus except. 22. q. 9. n. 7.* Altimari *tom. 1. de nullitatibus rubr. 9. q. 1. n. 15.*

774 Vel contra formam legis.

Septimo, nullum eſt juramentum præſtitum contra formam lege præſcriptam, puta non tactis pectore, Cruce, ſcriptura, quod dicitur juramentum corporale, quando à lege ità exigitur. *c. ut circa. 4. de electione in 6.* ubi eſt nullum juramentum ibi exigitum, ſi fiat non tactis Evangeliis, licèt fiat alio modo. Jaſon. *in l. 1. D. de liberis, & poſthumis.* Gloſſa *in Clem. 1. de hæreticis.* Corictus *ſingulari* 270. Bartol. *in Auth. Sacram. puberum. n. 7.* ubi Salicetus *C. ſi adverſus venditionem.* Gabriel 2. *communium. tit. de minoribus concl. 5. n. 34.*

Et ità nulla fuit declarata appellatio, & nullum juramentum apud Salgadum *protectionis Regiæ par. 2. c. 13. n. 242. & 243.* quia in appellando non fuit ſervata forma præſcripta *in c. ut circa. de electione in 6.* ubi appellans ad impediendam electionem, proviſionem, collationem beneficii, debet inſerere in appellatione omnia, quæ vult objicere contra electum, & electores, interjecto juramento corporali, quòd credat vera, quæ ibi exprimit; quæ non currunt in appellatione extrajudiciali. *d. c. ut circa. 4.* ibi: *coram perſonis authenticis. de electione in 6.* Salgadus *loc. cit.*

Commutatio Juramenti.

§. XVII.

775 Juramenti commutatio

COmmutatio juramenti reſpicit materiam, & obſervantiam juramenti, & mutationem unius cum altera re, quæ commutatio currit in juramento, ut currit in voto. *c. pervenit. 3. il 2. de jure jurando.*

Ut

Digitized by Google

Ut cognoſcamus an, & quod juramentum commutari valeat, debes recolere, aliud juramentum eſſe intuitu ſolius Dei, vel ſolius jurantis, aliud intuitu tertii, in quo tertio debet diſquiri juramentum poſt, vel ante acceptationem. Nunc inquirimus.

De Juramento intuitu ſolius Dei, vel proprii commodi.

776 Juramẽtum poteſt commutari in evidenter melius propria auctoritate.

COmmutatio poteſt eſſe in *evidenter meliùs*. Secundo, in *dubio meliùs*. Tertio, in *evidenter æquale*. Quarto, in *evidenter minus*.

Primo, quando juramentum eſt in *evidenter meliùs*, commutari poteſt propria jurantis auctoritate. D.Bonaventura *in 4.diſt.38.q.2.art.2.* Toletus *lib.4.ſumma c.23.* Sanch.3.*Decal.c.19.n.9.* Sà v. *juramentum n.34.* Alcozer *in ſumma c.16.* Cajetan.2.2.*qu.88.art.12.* Anton.à Spir.S. 3.*par.Directorii tract.5.diſp.1.n.185.* Aragonius 2.2.*q.89.art.9.n.5.* Piſtachius *de juramento p.2.c.39.n.6.* Valent.*tom.3.diſp.6.q.7.puncto 4.* Bordonus *tom.5.c.3.n.131.*

Ratio eſt, quia non infringit promiſſum, qui in melius commutat. *c.pervenit.3.*ibi: *non enim propoſitum, aut promiſſum infringit, qui in meliùs illud commutat. de jure jurando.*

Secundo, quia jurans ingredi Religionem A, poteſt ſtrictiorem propria auctoritate ingredi. *d.c.pervenit.*

Tertio, quia omnia vota, & juramenta facta, propria auctoritate, poſſunt commutari in profeſsionem Religioſam; quia eſt bonum melius. *c. ſcriptura. 4. de voto.* Bordon. *tom.5. c.20. n.40. & 41.*

Quarto, quia majus bonum magis Deo placet.

Si verò ſit dubium majus bonum, non licet. Cajetan.*loc.cit.* quia Deus eſt in poſſeſſione melioris boni promiſſi; ergo non debet exponi in dubio obſervantia hæc majoris boni.

Si verò commutatio ſit in æquale bonum?

777 Et in æquale bonum.

AFfirma: etiam propria auctoritate commutari poſſe juramentum reſpiciens Deum. Major. *in 4.diſt.38. qu.3.v.5. arguitur.* Henriq. *lib.5.de pœnitent.c.20.n.5.* Tambur.*lib.3.Decal. c.16.§.5.n.14.* Villalobos *to.2.tract.34.diffic.31.n.8.* Medina *lib.1.ſummæ c.14. §.7.* Verricelli *tract.5.qu.5.n.284.* Sancius 14 *ſelectarum n.13.* Baſſeus v.*votum num.1.* Marchantius v. *votum reſol.450.n.2.*Dicaſtill.*de juram.diſp.4.num.39.* Bordon.*tom.5.c.3.n.131.*

Contra Covarr.*par.1.de pactis. §.3.n.4.* Cajet. 2.2.*q.88.art.13.* Sotum 7.*de juſtitia qu.4.art.2.* Suarium *lib.6.de voto c.19.n.2.*Sanchez 4.*Decal. c.49. n.10.* Leſſium 2. *de juſtit. c. 40. dubit.16. num.105.edit.2.* Leand. *par.7.tract.1.de juram. diſp.17.q.9.* dicentem probabiliùs, & *qu.7.* dans ſeptem Doctores, ajentem tantùm veniale ob parvitatem materiæ, contra Pradum, & Palaum ajentes lethale commutare propria auctoritate in parem materiam. Nos enim ſubſtinemus nec veniale eſſe.

Probatur primo, quia licet in meliùs ex ferè omnium ſententia; ergo etiam licèt in certò æqualem materiam. Conſequentia probatur, quia licet in meliùs, quia Deo plus placet, quod meliùs eſt. *c.multa. c.ſcriptura. de voto*; nec infringit promiſſum in melius commutans. *d. c. ſcriptura.* & *d. c. multa. de voto. c. pervenit. de jure jurando*; ergo etiam licet in æquale, quia æquè bonum, æquè Deo placet; nec dicitur deficere reddens rem æquè bonam, æquè commodam; Currit enim tunc principium, *non refert quid ex æquipollentibus fiat*, & formalitèr in æquè bonis, æquè commodis, idem cenſetur exequi, quod promiſſum eſt, juxtà illud (*habemus intentum, & non curemus de modo*) & ubi eſt eadem ratio, eadem eſt juris diſpoſitio; ergo ubi eſt æqualis ratio, æqualis juris diſpoſitio, & æqualis obſervantia legis, & promiſſionis.

778 Differentia inter juramentum factum Deo, & homini.

In quo differt promiſſio jurata facta homini, à juramento præſtito Deo; nam Deo æquè placet æquè bona, cùm neutra indigeat, nec commodum magis ex una, quàm ex altera re reportat, & æquales res æquè promovent divinum cultum, honorem. At in homine nequit ſolvi una res pro alia invito creditore, non ſolùm æquè, ſed magis bona; quia homo indiget, eique commoda ſunt promiſſa, non alia æquè, vel magis bona; indiget enim aqua, non veſte, pane, non oleo, meritòque nequit reddi veſtis, oleum, etiam magis bonum, pro aqua, pane creditori invito.

Unde jurans audire Miſſam in una, poteſt illam audire in alia Eccleſia æquè devota, jurans audire Miſſam ab uno, poteſt illam ab alio Sacerdote audire æquè pio. Jurans dare vinum, poteſt dare oleum æqualis valoris. Sanch. 4.*Decal.c.19. num. 12.* Et jurans dare Religioni filium A, poteſt dare filium B, æquè Religioni idoneum, & utilem; Et jurans ingredi unam Religionem, poteſt ingredi aliam æquè ſtrictam propria auctoritate.

Commutatio in minus bonum.

779 Juramẽtum non poteſt commutari in minus bonum propria auctoritate.

NOn licet propria auctoritate. Innocentius *in c.1.n.unico.de voto.* Cajetan. 2.2.*qu.88. art.12.* Suar.*lib.6. de voto. c.19.n.14.* Azor. *p.1. tit.11.c.18.q.12.* Leand. *par.7.tract.1.de juram. diſp. 18. qu. 8.* dicens nec in paulò minus poſſe propria auctoritate commutari. Tambur.3.*Decal. c.16. §.5. n.8.* dicens poſſe in paulò minus, non verò in notabiliter minùs propria auctoritate commutari, quia parum pro nihilo moraliter: unde dicuntur æqualia moraliter, parum inæqualia.

Patet, quia in eo, quod eſt minus, ceſſat commutatio, minuiturque divinus cultus, & pro illa rata minoritatis fit Deus teſtis falſitatis non ſervando rem juratam promiſſam. Commutatio enim ut permutatio eſt inter res æquales, ut ſervetur juſtitia. *l.1.D.de rerum permutatione*; ergo pro rata minoritatis debet eſſe Superioris diſpenſatio ex legitima cauſa, quæ facultas diſpenſandi exigit dominium juriſdictionis, quod particulari non competit.

Juramentum reſpiciens favorem tertii.

780 Si reſpiciat favorem tertii nequit commutari propria auctoritate in æquale, vel in melius illo invito.

NOn poteſt commutari propria auctoritate, non ſolùm in æquale, ſed nec etiam in *majus bonum* invito illo, cujus favorem juramentum reſpicit, dummodo ab illo jam fuerit acceptatum. Bordonus *loc. cit.* Leander. *p.7.tr.1.de juram.diſp.18.q.20.* Sylveſt. v.*juramentum 5. q. 6.* Dicaſtillus *de juramen. diſp. 4. n.105.*Sanch.3.*decalogi c.16.§.5.n.6.*

781 Intellige illo acceptante.

Ratio eſt, quia non ante, ſed poſt quam eſt acceptatum ab illo, cujus favore juramentum emiſſum eſt, eſt jus ei quæſitum ad rem promiſſam, & creditore invito nequit ſolvi una pro alia re. *l. mutuum, D. ſi certum petatur*, quia eſt arbiter juris ſibi quæſiti: qua ratione nec à Superiore tale juramentum relaxari va-

Digitized by Google

let extinguendo jus, ſed tantùm ad finem agendi.

782 Secùs ſi non fuerit quæſitum jus, nec queri valeat.

Dixi *poſtquam jus quæſitum eſt*; nam ſi jus quæſitum non ſit, vel quæri nnu poteſt: puta ex juramento vi, dolo extortum, vel anteqnam acceptetur; tunc invitis illis, quorum intuitu, & favore emiſſum eſt, commutari valet; nam illis non fit injuria. Sanch. *lib.* 3. *decal. c.* 21. *n.*6. Suarez 2. *de juram. c.*41. *n.*6. Bonac. *diſp.*4. *q.*1. *puncto* 17. *n.*8.

Facta commutatione juramenti, an jurans poſſit redire ad primum juramentum?

783 Facta commutatione licet redire ad primum juramentũ.

AFfirma: quia commutatio eſt favore illius, cui commutatur, qui poteſt ſuo favori renunciare; adeòque redire ad primum juramentum, etiamſi commutatin fuiſſet in melius, nè ex ſua liberalitate damnum libertatis reportet. Sanch. 4. *decal. c.*55. *n.*26. Tamburin. 3. *decal. c.*26. §.7. *n.*4. Leander. *p.*3. *de juram. diſp.*18. *q.* 24. dans VIII. DD. contra Suarium, Reginal., & Filliucc. adeòque commutatio non tollit primam obligationem in genere, & in ſpecie eſt extinctiva favore jurantis, non cumnlativa, ſed diſjunctiva, ut poſſit pro libito non uti ſuo favore. D. Thom. *in* 4. *diſt.*84. *q.*1. *art.*4. *n.*3.

Sed repullulat difficultas.

Si materia nova, ad quam tranſfertur juramentum per commutationem evadat indifferens, mala, impoſſibilis, an ſit prorſus extinctum juramentum, an potiùs teneatur redire ad primam materiam?

784 Materia cõmutata ſi evadat inepta, non reviviſcit prima jurata.

EXtingni juramentum defectu materiæ docent X. DD. apud Leandrum *loc. cit. q.*26. Suarez *lib.*6. *de voto. c.*20. *n.*9. Sanch. 8. *de matrim. diſp.* 9. *n.* 21. volentes vota extincta per profeſſionem non redire in illo, qui à profeſſione diſpenſatur, nec ejectum poſt profeſſionem teneri voto Religionis ante emiſſo. contra Rodriq. *in Bulla Cœnæ.* §.4. *n.*117.

Ratio eſt, quia hæc commutatio reſpiciens favorem jurantis, non debet in ejus odium retorqueri, niſi ipſe velit; & retorqueretur commutatio in ejus odium, ſi teneretur redire ad priſtinam materiam.

Secundo, quia talis commutatio eſt pura, non ſub conditione, ſi ſcilicet ſecunda materia non impoſſibilitetur; ergo prima obligatin eſt extincta per ſecundam; ergo non poteſt reviviſcere, quia res ſemel extincta non reviviſcit.

De Superiore commutante in minus.

§. XVIII.

785 Qui valet diſpenſare in votis, diſpẽſat etiam in juramentis.

SUperior potens diſpenſare, & commutare vota, poteſt etiam diſpenſare, & commutare juramenta ob affinitatem juramenti, & voti. Anton. à Spir. S. *par.*3. *Directorii tract.*5. *diſp.*1. *n.*184. dans VI. DD. Cajetan. 2.2. *q.*89. *art.*9. *notabili* 1. Sotus 8. *de juſtit. qu.*1. *art.*9. Sanch. 8. *de matrim. diſp.*2. *n.*18. Dicaſtillus *de juram. diſp.*4. *n.* 86. qui intelligunt de juramento reſpiciente Deum, non de reſpiciente hominem, nè tertio præjudicetur; & quia facultas nunquam intelligitur in alterius damnum, niſi id exprimatur ex rationabili cauſa.

786 Fortiùs ſi juramentum imbibat votum.

Dicta fortiùs currunt, quando votum eſt juratum, vel juramentum eſt cum voto; nam tunc potens diſpenſare in uno, poteſt in alio. Suarez *lib.*6. *de voto. c.* 14. *num.*10. nam tunc ſunt invicem acceſſoria. Sanch. 4. *Decal. c.* 13. *num.*20. adeòque acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Hinc patet.

An delegatio ad diſpenſandum ſit ad commutandum etiam in minus?

AFfirma. Sanch. 8. *de matrim. diſp.*2. *n.*14. Sayrus 6. *Clavis. c.*12. *n.*15. Leſſius 2. *de juſt. c.*40. *dub.*11. *n.*94. Suarius 6. *de voto c.*12. *n.* 12. Dicaſtillus *loc. cit. num.*82. 787 Delegatus ad diſpenſandũ commutat etiam in minus.

Ratio eſt, quia commutatio in minus, non poteſt fieri ſine diſpenſatione, ut diſpenſatio in totum reſpicit totam non obſervantiam, ità in minus, non obſervantiam pro parte, & cui licet diſpenſare in toto, licet etiam in parte diſpenſare. *c. cui licet* 53. *de regul. jur. in* 6.

Ceterùm ſi ſit commutatio in majus, vel æquale, tunc non continet diſpenſationem, & probabile ait Dicaſtill. *loc. cit. n.*83. Sanch. *loc. cit. n.*75. quòd potens tunc diſpenſare non poſſit commutare, cùm ſint res diverſæ.

Ex dictis etiam reſolvitur.

An Delegatus ad commutandum poſſit diſpenſare?

NEga. Sanch. 4. *Decal. c.*53. *n.*2. Dicaſtill. *loc. cit. n.*81. 788 Non ſic ſi fuerit delegatus ad cõmutandum.

Ratio, quia mandatum delegationis eſt reſtringendum intra proprios terminos. *l. diligenter. D. mandati*, & commutare non eſt propriè diſpenſare. Imò ut patet ex dictis, aliqui poſſunt commutare, & non poſſunt diſpenſare, propria auctoritate.

De Effectibus Juramenti.

CAPUT VII.

PRimus eſt, ut faciat efficaciùs actum valere, licèt non faciat plus valere, cùm ſequatur naturam actus. *l. fi.* *C. de non numerata pecunia.* ut ſtipulatio firmat efficaciùs rem, cui adjicitur, ſubſtinet Decius *in c.*1. *n.*23. *de judiciis.* Cephalus *tom.*1. *c.*88. *num.*49. & *tom.*3. *conſ.*420. *num.*27. 789 Juramẽtum efficit, ut actus juratus valeat.

Secundus effectus eſt, ut juramentum ſit individuum. Cephalus *lib.*1. *conſ.*110. *n.*28. 790 Eſt individuum.

Tertius effectus eſt, ut faciat actum valere omni meliori modo quo poteſt. Cephalus *tom.* 1. *conſ.*147. *n.*13. & patet ex *l. cum pater.* §. *filius matrem. D. de legatis* 2. 791 Et facit valere actum omni meliori modo quo poteſt.

Quartus effectus eſt, ut juramentum habeat vim clauſulæ codicillaris. Cephal. *tom.*3. *conſ.* 420. *n.*28. Jaſon. *in l. verbis civilibus. n.*14. *D. de vulgari.* patet ex *d. l. cum pater.* §. *filius matrem. D. de legatis* 2. 792 Habet clauſulam codicillarem.

Quintus effectus eſt, ut juramentum habeat vim ſpecificæ expreſſionis. Cephalus *tom.* 1. *conſ.*147. *n.*12. Ruinus *lib.*3. *conſ.*6. Alex. *in l.* 1. §. *ſi quis ità n.* 13. *D. de V. O.* intelligas in illis, quæ reſpiciunt ſolemnitatem actus, non verò in requirentibus conſenſum partis; nam ſine conſenſu partis expreſſo, expreſſa non cenſentur. Cephalus *lib.*1. *conſ.*94. *num.*35. adeòque in generali renunciatione ſpecialia non comprehenduntur, etiam juramento adjecto; quia renunciatio fieri debet conſenſu partis, & renunciatio ſpecialis ſpeciali conſenſu partis. *l. obligatione generali. D. de pignoribus.* Cephalus *loc. cit. n.*37. adeòque juramentum nihil operatur in ſpecificè exprimendis ex voluntate partis. Baldus *in l.*4. §. *quæſitum. D. ſi quis cautionibus.* Ruinus *lib.*2. *conſ.*6. *n.*89. & *lib.*4. *conſ.*67. *n.*10. *in fine.* 793 Et habet vim ſpecificæ expreſſionis.

Ratio omnium prædictorum eſt, quia finis pri-

primarius juramenti eſt adducere Deum in teſtem, & dare per juramentum illam firmitatem actui valido, quæ daretur à teſte, Religione vallato, non tantùm ratione veracitatis in Deo eſſentialis, ſed etiam ratione Religionis, qua Deo ſuprema reverentia debetur.

794 Juramentum adhibitum ad probandum eſt in ſubſidium.

Et quando adhibetur juramentum ad probandum, id debet eſſe in ſubſidium, deficientibus ſcilicet aliis probationibus; & tunc tale juramentum dicitur probatorium, hoc eſt habet effectum probandi: dicitur etiam deciſorium, quia litem decidit, ut de juramento delato dictum eſt. *l.in bona fidei.3.C.de jur.jur.*

Forus Juramenti.

795 Forus juramenti eſt Eccleſiaſticus.

FOrus juramenti eſt Eccleſiaſticus, nam eſt rei ſpiritualis. *c. per venerabilem. qui filii ſint legitimi. c.cum ſit, & c. fin. & c.novit 13. §.licet.de foro competenti.* Hoſtienſis *in c.tuam. de ordine cognitionum*. De Marſiliis *ſingulari* 367. ubi ait Judicem ſecularem poſſe cognoſcere de nullitate abſolutionis juramenti.

796 Alii dicunt eſſe mixti fori.

At cauſam juramenti eſſe mixti fori affirmat Covarr. 1. *variarum c.4.n.5*. Seraphinus *de juramento privilegio* 67.*n.*34. Gomez 2. *variarum tit.de reſtitut.minorum* c.14. Gutierez *in Auth. Sacramenta puberum n.*16. *C.ſi adverſus venditionem*. Guidon Papa *deciſ.* 178. Riccius *par.3. praxis reſol.* 227. *num.*2. dicens *n.*3. electo uno foro, non liberè poſſe cumulativè eligi alius forus. Patet ſecundum iſtos ex *c.fin.de foro competenti in 6. ex c. novit. de judiciis.* Adeòque concludunt poſſe Judicem Laicum punire tranſgreſſorem juramenti. *c.novit.de judiciis*, & poſſe compellere Laicum ad ſervandum validum juramentum. *c.licet. de jure jurando in 6.*

797 Perjurium eſt fori Eccleſiaſtici.

At Perjurium eſſe fori Eccleſiaſtici docent Boerius *dec.* 305. *n.* 2. Ottomanus ad titulum. *DD.de jurejurando*. apud Carpzovium in *praxi p.1.q.*446.*n.*8. & patet ex *l.2.C.de rebus creditis.* ibi: *juris jurandi contenta Religio ſatis Deum ultorem habet.* ubi ly *Deum ultorem*, reſpicit forum Eccleſiaſticum, non Laicum, & patet etiam ex *c.novit 13. §.licet. de foro competenti. c.omne licet.*22. *q.*1. *c. venerabilem.*34. *§.idem. de elect.* ubi perjurus fit fori Eccleſiaſtici.

De Perjurio.

CAPUT VIII.

EX juramento convertamus orationem ad perjurium, quo læditur divinus honor.

Quid, & quotuplex ſit Perjurium.

§. I.

798 Quid ſit perjurium.

PErjurium eſt mendacium juramento firmatum. *l.1.C.de rebus creditis, & de jure jurando c. animadvertendum. §. cum ergo.* 22. *qu.*2. Clarus *§. perjurium in princ.* Carpzovius *p.1.praxis de delictis q.*46. *n.*1. Boerius *dec.*305. *num.*1.

Sed meliùs definitur. Perjurium eſt invocatio divini nominis in teſtem falſitatis. Per ly *in teſtem falſitatis* eſt ad differentiam juramenti, quod eſt in teſtem veritatis.

799 Duplex, materiale.

Eſt duplex: materiale, & formale.

MAteriale eſt indeliberatum, inadvertenter primo motu emiſſum, & hoc carens deliberatione non eſt peccatum, non punitur, niſi adveniente advertentia, perſiſtat in perjurio; nam tunc evadit deliberatum peccaminoſum. *l.ſi adulterium 37.§.6.D.ad l.Corneliam de adulteriis.l.3.D.de divortiis.*

Formale eſt perjurium deliberatum, hoc eſt pronunciatum advertenter ab illo; qui cognoſcit, & vult jurare falſum, quod eſt peccatum dirum, atrox, graviſſimum. *c.prædicandum* 77. 22.*q.*1.*c.cum Laicus 3.de foro competenti*, diris, ac acerbiſſimis ulciſcendum pœnis. *l.2. C.de rebus creditis.* ibi: *Deum ultorem habet*. Nos ad evitandam confuſam orationem. Primo indigitabimus malitiæ tantitatem. Secundo pœnæ quantitatem. 800 Et formale.

De Peccato Perjurii.

§. II.

801 Perjurium aſſertorium eſt lethale ſive materia ſit levis, ſive gravis.

IN juramento adeſt veritas, & materia. Veritas eſt individua, adeòque indiviſibilis non recipiens magis, & minus; nam vel eſt, vel non eſt vera aſſertio: puta vel oratio ſignificat rem ut eſt, & tunc eſt vera: ſi non ſignificat rem ut eſt; tunc ceſſat veritas. Caramuel *præter intentionali. n.*2257.

Res autem aſſerta, vel promiſſa, habet latitudinem; adeòque habet tantitatem, & quantitatem.

Semper perjurium aſſertorium eſt lethale, ſivè materia ſit levis, ſivè gravis; nam ſemper deeſt tota veritas, ſivè in re gravi, ſivè levi. Et id verum eſt ſi jurans de veritate dubitet; nam exponit ſe periculo falſitatis, & reddendi Deum teſtem falſitatis, quod enormiſſimum facinus, & deteſtabiliùs homicidio; nam Deum impetit, cui graviſſima irrogatur injuria, ſi reddatur teſtis falſus, vel exponatur, ut in dubio exponitur tantæ ignominiæ periculo. Caram. *loc.cit. n.*2260. Bordonus *tom.* 4. *c.*146.*n.*26. Valentia *tom.3.diſp.6.q.7.puncto* 3. *v.ſed potiſſimum.*

802 In promiſſorio erit lethale ſi deficiat veritas.

Promiſſorium juramentum etiam in re levi eſt lethale perjurium, ſi quando emittitur, continet falſitatem, mendacium: puta ſi tunc juret, & nolit promiſſa jurata ſervare. Caram. *loc.cit.n.*2261. Sanch. 1. *decalogi lib.3. c.4. n.6. & 7.* Bordonus *loc.cit.* Valentia *loc.cit. v.2.concluſio, & v.ſit 3.concluſio.*

Ratio, quia tunc Deus adducitur in teſtem falſitatis, quod Deo tollit quantum eſt ex ſe, vel veracitatem, vel ſummam ſcientiam. Scientiam, ſi putetur Deus ignorans: veracitem, ſi putetur teſtis falſus.

Si verò quando juramentum promiſſorium emittit, velit ſervare promiſſum; tunc quando jurat, non eſt perjurus; nam conformat ſe veritati, nec eſt tunc mendax.

803 Secùs erit circa obligationem levem, aut gravem.

Obligatio verò, quæ tranſacto juramento remanet vi juramenti promiſſorii eſt, ut quis impleat rem promiſſam, quæ obligatio in re gravi obligat ſub gravi, in re levi eſt levis; nam non eſt tunc facere Deum teſtem falſi, cùm juramentum jam extiterit verificatum tempore, quo fuit emiſſum, & deinde re vera juramentum non remanet, ſed remanet obligatio juramenti ex fidelitate, & juſtitia implendi rem promiſſam, quæ juſtitia, & fidelitas in re levi obligat ſub levi. Sotus 8. *de juſt. q.1.art.3.* Navar.*c.*12.*n.*6. ut obligatio ex voto remanens in re levi eſt levis. D. Thom. 2.2. *q.*110. *art.*3. *ad* 5. Caram. *loc.cit.n.*2263. contra Bordonum *loc.cit. n.*27. ajentem lethale, etiam in re levi non ſervare promiſſa jurata ex *c.movet.* 16.22. *quæſt.*1.

804 In omni perjurio ubi deeſt veritas ſemper lethale erit.

Ex his patet perjurium plenè deliberatum ſemper eſſe lethale, etiam in re levi, ſi tempore quo quis jurat, contineat mendacium, itaut nul-

nulla lege humana valeat honeſtari, nec ex bono fine defæcari; nam lex humana legem divinam nequit tollere. Caram. *præter intentionali n.*2266. *&* 2267.

Dixi *plenè deliberatum*: nam indeliberatum plenè, omni caret malitia; quia omni caret voluntatis conſenſu nequeuntis conſentire, nec velle malitiam incogitam. Si verò ſit ſemiplenè indeliberatum, tunc eſt veniale ob conſenſum ſemiplenè, adeòque imperfectè tendentem in malum. Caramuel *præter intentionali n.*2264. *&* 2265. dicens *n.*2269. non delinquere illum, qui aſſerit ſe dejeraturum, niſi eſſet peccatum; nam tunc non vult malitiam, oſtenditque ſe Deum timere, nolens dejerare, nè Deum offendat.

Ex dictis patet etiam non eſſe perjurum volens juramentum, promiſſaque ſervare, quando jurat, ſi deinde ex aliis ceſſet obligatio ſervandi juramenta.

805 Caſus aliqui exponuntur. Primus caſus eſt in *c. conſtitutus. de reſcriptis. in c. venientes. de jure jur. in c. veritatis. de dolo, & contum. in c. ſignificavit. de cenſibus. in l. bona fides. D. depoſiti*; adeòque non eſt perjurus jurans ſolvere, deinde non ſolvens ſuperiore juſtè præcipiente nè ſolvat.

Secundo, non eſt perjurus alienans fundum, jurans non revocare alienationem, illam revocans, deindè domino directo non conſentiente alienationi. Lucas de Penna in *l. nulli. C. de fundis patrimonialibus lib.* 10. Capyc. *dec.*100. *n.*2.

Tertio, nec eſt perjurus jurans, & volens tali die ſolvere; ſi tunc non ſolvat, quia creditor eſt excommunicatus, quia tunc mandato legis non ſolvit: ut nec eſt perjurus, non ſolvens juſto mandato ſuperioris. *c. veritatis. de dolo, & contumacia.* Soccin. *lib.*1. *conſ.* 129. *in fine, & lib.*2. *conſ.*125. Angel. *in ſumma. v. juramentum n.*21. & v. *excommun. n.*12. Romanus *conſ.*22.

Quarto, jurans ſolvere, non eſt perjurus, ſi deindè compenſet; nam juramentum cenſetur ſecundum leges, & de jure compenſans ſolvit. *l. ſi pecuniam. §. de illo. D. de ſtatu libertorum*, ut vovens jejunare, intelligitur de jejunio uniformante ſe legi. Baldus *in c. ad noſtram. il* 1. *de jurejur.* Soccin. *in l. penult. D. de condition., & demonſtrat.*

Et ſi fuerit renunciatum compenſationi, intelligitur de debitis contractis ante, non poſt juramentum. Afflict. *deciſ.*121. *num.*5. Capyc. *dec.*167. *in fine.*

An autem jurans ſolvere, poſſit compenſare cum credito ſibi ceſſo à creditore ſui creditoris?

806 Jurans ſolvere poteſt compenſare cum credito ſibi ceſſo à creditore ſui creditoris. Affirmat Afflict. *dec.* 163. quidquid aliter fuerit deciſum *dec.* 381. ut juramentum ſervetur in forma ſpecifica: cui ſatisfit, nam etiam tunc ſervatur in forma ſpecifica, quando impletur uniformiter ad leges, ut fit compenſando. Jaſon. *lib.*3. *conſ.*15.

Tandem an ſit perjurus vendens læſus ultra medietatem, jurans non controvenire, & cedens jura ſua alteri, ſi ceſſionarius, non ipſe veniat contra venditionem, alienationem.

Videas Nactam *lib.*1. *conſ.*10. *n.*5. *&* 6.

Pœna Perjurii.

§. III.

807 Perjurii peccatum graviſſimum eſt. Perjurium flagitium homicidio atrociùs, ac graviùs, cùm in Deum, & Religionem per ſe, homicidium in hominem, & juſtitiam inferioris ordinis tendat. *c. prædicandum* 17. *in fine* 22. *q.*1. D. Thom. *quodlibeto* 1. *art.*18. contra Durandum 3. *diſt.*39. *puncto* 5. *n.*8.

Meritò ſæviſſimis arcetur pœnis, quas cumulat Clarus *§. perjurium*. Menochius 2. *de* 808 Multis pœnis mulctatur. *arbitr. centuria* 2. *caſu* 319. Vivius *dec.* 120. & etiam apud Ethnicos repoſuit Cicero *lib.* 3. *de officiis in fine*. Gellius *noctium Atticarum lib.* 7. *c.*8.

Jure humano laico ultio remittitur divinæ juſtitiæ, Deo *l. jurisjurandi* 2. *C. de rebus creditis, & de jurejurando.* ob cujus textus explicationem varias ſemitas inierunt DD. quos affert Carpzovius *p.* 1. *praxis q.* 46. *n.*22. & certè diſplicent aſſerentes textum loqui de indeliberato perjurio. Menoch. 2. *de arbitr. centur.*4. *caſu* 319. *n.*27. Duarenus *lib.* 2. *diſput. c.* 73. Nam textus ait Deum ulciſci, punire perjurium, quod de perjurio formali, non de indeliberato, carente malitia punibili dici valet.

Nec ſecundo dici poteſt textum loqui de perjurio non præjudicante alteri, cum Gloſſa in *d. l.* 2. v. *ulterem, C de rebus creditis.* Clar. v. *perjurium. §. perjurium. num.*11. nam non magis unum, quàm alterum lædit divinum honorem.

Nec tertio dici valet ly *Deum ultorem habet in d. l.* 2. exprimere pertinere ad Judicem Eccleſiaſticum cum Boerio *dec.* 305. *n.* 2. nam id alienum à mente imperatoris, & à conſueta locutione, qua nomine Dei non venit Judex Eccleſiaſticus. Ergo dicamus jure Laico nullam pœnam inflictam in perjurum, ut docet Donellus ad titulum *Digeſtorum. de jure jurando. c.*9. *n.*7. Facchineus 1. *controv. c.*14. Decianus *lib.* 6. *criminalium c.* 13. Carpzovius *loc. cit. n.*22. & id exprimit textus per illam dictionem *ſatis Deum ultorem habet*, nam ly *ſatis* explicat aliam pœnam non ſupereſſe. *l.*5. *§.*2. *D. de jure jurando. l. ſatiſque pœna.*19. *D. de in jus vocando.*

Remanet ergo apud Judices Laicos ſola pœna extraordinaria arbitraria, conſiderata qua- 809 A Judice laico extraordinariè punitur. litate, quantitate perjurii deliberatè, ſemiplenè, plenè lapſu linguæ, urgente iracondia prolati; nam pro rata tumeſcentis, vel detumeſcentis malitiæ pœna eſt intenſa, vel remiſſa. *c. non afferamus* 24. *q.*1. *c. felicis. §. cæterum. de pœnis in* 6. *l. reſpiciendum. D. de pœnis.*

Nec obſtat relegatos juramento adſtrictos ſervare fines loci relegationis, puniri duplicata pœna temporis, ſi frangant promiſſum. *l. aut damnum* 8. *§. quisquis. D. de pœnis.* Cujacius *lib.*6. *obſerv.*36. Et ſermo eſt de exilio, relegatione ad tempus; nam ſi fuit perpetuum, vel ad decennium, fractor exilii tunc ad Inſulam damnatur ad arbitrium Judicis; nam illud non eſt ratione perjurii, ſed ob tranſgreſſos fines mandatæ relegationis. videſis Pegueram *dec.*41. Clarum *§. fin. q.*71. *n.*13. Menoch. *de arbitrariis centur.*4. *caſu* 350. *n.*5. loquentes de pœna refugum.

Alia Pœna.

Perjurus in pœnam privatur actione, in 810 Perjurus privatur actione. qua eſt perjurus. *l. ſi quis major. C. de tranſactionibus.*

Secundo, perjurus repellitur à teſtificando. 811 Repellitur à teſtificando. *c. quicumq.* 6. *q.*1. *c. parvuli* 22. *q.* 5. *c. teſtimon. c. ſicut. de teſtib. c. litteris. de præſcript.* Alex. *vol.*1. *conſ.*133.

Tertio, jurans ſibi contraria, eſt perjurus, & 812 Et amittit jus electionis. amittit jus electionis, etiamſi procurator dicat

Digitized by Google

cat contraria ipſo ſciente, vel ratificante. *c.fin. de jurejurando in 6.*

813 Eſt infamis.

Quarto, perjurus eſt infamis. *c.infames.c.quicumque.6.q.1.* Tholoſan. *lib.5. partitionum juris Canonici tit. 23.c.7. litt. D.* Anton. à Sp. S. *p.3.directorii tr.1.diſp.1.n.91.*

814 Si Clericus deponendus.

Quinto, perjurus Clericus debet deponi. *c. Presbyter. diſt. 81.* & debet beneficiis privari. *c.pervenit. de fidejuſſoribus.* Palaus *diſp.1.p.11. num.2.*

Et debet removeri ab Eccleſiæ adminiſtratione. *c.querelam 10. c.cum quidam 12.de jure jurando*; adeòque Clericus perjurus eſt perpetuò removendus ab Eccleſia. *c. tua nos 11.* ibi: *ut Clerici pro perjurio quod vitare non poſſunt, ab Eccleſiis perpetuò excludantur.de jure jurando.*

815 Poſt ſententiam eſt irregularis.

Sexto, & ultimo, poſt ſententiam, qua perjurus declaratur infamis, eſt irregularis ex defectu famæ. Leſſius *lib.2.c.42.dub.14.n.74.*

Punitur non ſolùm perjurus immediatè, ſed etiam inducens alium ad pejerandum. *c.ſi quis conductus 7.22.q.5.*

Sic nunc legit Vulgata Editio.

Jure divino puniebatur combuſtione linguæ. Zachariæ 5. ibi: *maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, veniet ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus, & conſumet eam, & linga ejus.* D.Chryſoſt.*homil.27.* ibi: *perjurium poteſt omnia conſumere.*

816 Quando à pœnis excuſatur perjurus.

Excuſatur à pœnis, licèt peccet, qui graviter compulſus pejeravit. *c.querelam 10.* ibi: *ultrà neceſſitatem.de jure jurando*, & ità de pœnis intelligenda ſunt jura excuſantia à perjurio jurantem ex neceſſitate. *c. ſi nulla 23. q. 8. c.presbyteros.diſt.50.c.brevi.de jur.jur.*

Ex quo rei principales in depoſitionibus pejerantes peccant, ſed non puniuntur, ut perjuri; quia perjuri, nè condemnentur ex proprio ore, unde videntur neceſſitate redimendi vitam pejeraſſe, & de hac pœna intelligenda ſunt jura, quæ dicunt, *neceſſitas non habet legem*, hoc eſt non punitur pœna legis. *c. ſi quis per neceſſitatem. de furtis. c. quanto. de pignoribus. c. ſi nulla. diſt.1. c. diſcipulos. de conſecrat. diſt.5.*

Jurans falſum putans verum, non eſt perjurus formaliter, ut nec eſt perjurus jurans verum, volens illud ſervare, deinde non potens; adeòque non punitur pœna perjurii. *c. anteceſſor 14.in fine 11.q.3.c.humanæ 12.in fine 22.q.5.*

Ex dictis patet receſſiſſe ab uſu pœnas, primo unius anni pœnitentiæ pro juramento temerario ſine cauſa. Secundo ſeptem annorum pœnitentiæ pro vero perjurio, & ut per quinque dies jejunaret in pane, & aqua. *c.quicumque.6. q. 1. c.fin.22.q.1.*

De Adjuratione.

CAPUT IX.

817 Juro, & adjuro hìc differt.

JUro, adjuro vocis affinitate laborant, ſignificatione tamen pluries diſcriminantur, & in humano convictu uſurpatior adjuratio eſt, & pluriès invocationem Dei admixtam habet. Marci 5. ibi: *adjuro te per Deum, nè me torqueas.*

Quid ſit.

§. I.

818 Adjurationis definitio.

DEfinitur eſt *invocatio Dei, vel rei ſacræ, ut ejus reverentia alius ad aliquid compellatur.* Marci 5.ibi: *adjuro te per Deum, nè me torqueas.* D.Tho.2.2. *q.90. art.1. ad 3.* ſivè rectiùs: adjuratio eſt aliquid petere ob alicujus excellentis honorem, amorem, reverentiam. Geneſis 24.ibi: *adjuro te per Deum Cœli, & terræ, ut non accipias uxorem filio meo.* Matth. 26. ibi: *adjuro te per Deum vivum, ut dicas mihi, ſi tu es Chriſtus.* ad Theſſalonicenſes 5.

Dixi *ob alicujus excellentiam*, ut traderem definitionem communem adjurationi Profanæ, & Sacræ. Valentia *tom. 3. diſp. 6. q. 8. puncto 1.* Sylveſter v.*adjuratio.* Riccardus 3.*diſt. 37. art. q.2.* D.Tho.2.2.*q.90.art.1.*

Quotuplex ſit?

§. II.

EſSt triplex, Profana, Sacra, præſcindens. Profana eſt per res dignas naturales aliquid petere ab aliquo: puta ob virtutes paternas, valorem heroicum, per merita patris, amici, per majeſtatem ſuperioris; ſic ſolet à filiis aliquid peti ob amorem patris, vel dignitatem, & à patre aliquid peti propter amorem, & virtutes filiorum, à ſubdito propter dignitatem Regis. Sanch.2.*decal.c.42.n.2.* Suar.2.*de juram. c.3.* Dicaſtil.*de juram.diſp.5.num.20.* Leander *tom.6.tract.9.diſp.5. q.7.* gratis dicens non eſſe propriè adjurationem. 819 Et triplex eſt profana.

Sacra eſt actus Religionis, quo petimus aliquid ob reverentiam rei ſacræ ſupernaturaliter cognitæ, puta ob reverentiam Dei, Sanctorum. Geneſis 24. ibi: *adjuro te per Deum Cœli, & terræ.* ad Theſſalonicenſes 5. nam eſt actus reverentiæ æſtimationis Dei, Sanctorum; adeòque eſt actus cultus imbibitus in adjuratione. D.Tho. 2.2.*q.90. art.1.* Sanch. *præcep.2.Decalogi diſp.4. qu.1.* & in hoc ſenſu recipio Leandrum *loc. cit. q.7.* ajentem eſſe actum Religionis. Sacra.

Ut autem ſit actus Religionis debet fieri à creatura potente exercere actum Religionis, aliàs non erit actus Religionis, ſed erit adjuratio præſcindens, talis eſt, de qua in Marci *c.5.* ibi: *adjuro te per Deum, ne me torqueas*, ubi cacodæmon adjuravit Chriſtum Dominum, & tamen nullum exercuit actum Religionis meritorium.

Similiter quando Deus propter ſe ipſum aliquid petit fieri à creatura, ut poſſe fieri ait Dicaſtil.*de juram.diſp.5.q.14.* Leand. *loc.cit.q.19.* tunc talis adjuratio non eſt actus meritorius, ſed præſcindens.

Præſcindens eſt, quæ nec valet dici mala, nec ſupernaturalis bona, nec actus Religionis, quæ ſi fiat à creatura ob malum finem, erit mala, ſi finis non ſit malus, non erit mala. Mala ſi quis adjuret Deum ad hoc, ut peccet: puta, ut ſecurè alium duello invadat incolumis. 820 Et præſcindens.

Sacra eſt duplex, una ſolemnis, altera non ſolemnis. 821 Sacra aut ſolemnis, aut, non.

Solemnis, eſt facta juxtà ſolemnem ritum Eccleſiæ à miniſtris deputatis.

Non ſolemnis, fit etiam à privato privata auctoritate, puta ſi urgente repentino caſu invadentis Dæmonis, quis invocet adverſus malignos ſpiritus Deum. Suar.*lib.4.c.2.n.10.* Sanch. 2.*Decal.c.42.n.18.* Palaus *diſp.4.puncto 3.num.2.* Leand.*loc.cit.q.20.*

Sacra adjuratio iterum dividitur in ſimplicem, & mixtam. 822 Aut ſimplex, aut mixtam eſt.

Simplex eſt, ſi nihil à Deo petatur, ſed tantùm Deus invocetur, ut motivum ad aliquid: puta invocetur Deus, ut timore illius divinæ potentiæ Dæmon diſcedat à domo, à tentato.

Mixta eſt, quando adjuratio continet etiam orationem: puta quando aliquid à Deo peti-

mus

Digitized by Google

mus ob Chriſti Domini merita, ut Eccleſia ſervat, concludens orationes ſemper adjurando per Chriſtum Dominum noſtrum; & etiam hæc appellatur obſecratio à D.Thom.2.2.*q.*83.*art.*17. *ad* 1.*&* *q.*9.*art.*1.*ad* 3. Leander *loc.cit.q.*22.

Sic etiam in Litaniis Eccleſia utitur adjuratione mixta dicens: *Per Adventum tuum, libera nos Domine.* Dicaſtill. *diſp.*5.*n.*8.

Rurſus ſacra dividitur in deprecativam, & imperativam, ſivè impulſivam.

823 Aut deprecativa. Deprecativa fit obſecrando, rogando aliquid fieri ob reverentiam perſonæ, quæ eſt motivum adjurandi. ad Romanos 12. ibi: *Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra ſancta*; da mihi eleemoſynam ob reverentiam Sanctiſſimæ Trinitatis.

Et hac adjuratione nequaunt adjurari dæmones, quia pro ſe habet ſpeciem benevolentiæ ſubjectionis, ſpei, quam non licet reponere in dæmone, à quo nec beneficium expectare licet. Leand. *loc.cit. q.*69. Sed ea utimur erga Deum, & Sanctos, ut aliquid, obtineamus verbis obſecrativis, ut ſervat Eccleſia concludendo orationes, Litanias, per Chriſtum Dominum noſtrum. D.Tho. *loc.cit.* Suar. *loc.cit.c.*4.*n.*3. Leſs. *lib.*2.*de inſtit. c.*42. *dub.* 13. Reginaldus *lib.* 18. *c.*117. Sanch. 2.*Decal.c.*42.*n.*12. Bonac. *diſp.*4. *q.*1.*puncto fin.* Dicaſtillus *loc.cit. n.*24. Valentia *tom* 3.*diſp.*6.*q.*8.*puncto* 1.

824 Aut imperativa, ſeu impulſiva. Imperativa, ſeu compulſiva eſt, quæ fit aliquid præcipiendo, comminando. Apoſtolus ad Timotheum *c.*4. ibi: *per Adventum Chriſti, & Regnum eius prædica verbum, inſta opportunè, &c.* Matthæi 26. ubi Sacerdotes adjurarunt Chriſtum Dominum, ut diceret an eſſet Meſſia.

Qua adjuratione adjurantur dæmones ab Eccleſia per ſuos Miniſtros ob ſpecialem poteſtatem, quam Chriſtus Dominus dedit Eccleſiæ, & per Eccleſiam fidelibus in dæmones. Lucæ 10. ibi: *Dæmones etiam ſubjiciuntur nobis.* Marci *c. fin. In nomine meo Dæmonia ejicient.* Lucæ 10. ibi: *dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici*; ratione cujus poteſtatis, licet cogere Dæmones ad recedendum à domibus, à corporibus invocata Dei potentia, Chriſti Domini paſſione: nec eſt ſocietas cum Dæmone, ſed receſſus à Dæmone, quem adjurando compulſivè repellimus. Dicaſtill. *loc.cit. n.* 25. Sylveſt.v.*adjuratio n.*5.

825 In quo differat adjuratio à juramento. Ex his patet, multiplex differentia inter juramentum, & adjurationem.

Prima eſt, quia in juramento Deus ſemper invocatur ut teſtis: In adjuratione non invocatur ut teſtis, ſed adhibetur ut motivum, cujus amore, vel timore aliquid fiat, obtineatur, vel non fiat.

Secundo, in juramento jurans, ſemper aliquid judicat affirmando, negando, promittendo, vel non promittendo; In adjuratione adjurans, nihil aſſerit, nihil judicat, nihil promittit, ſed inſtat aliquid fieri amore, vel timore, reverentia alterius majeſtatis.

Putat tamen Valentia *tom.*3.*diſp.*6. *q.*8. *puncto* 1. omnem petitionem juramenti promiſſorii eſſe adjurationem, quia petit aliquid fieri vi juramenti, quo Deus invocatur.

Inſuper addit non omnem adjurationem eſſe petitionem juramenti: puta, ſi quis petat aliquid explicari ob divinam potentiam, ut petierunt Sacerdotes à Chriſto Domino. Matth. 26. Sed non ſimpliciter placet petitionem juramenti eſſe adjurationem, nam petens juramentum vult Deum eſſe teſtem, non verò petens adjurationem; & petens juramentum nec deprecativè, nec compulſivè agit, quod eſt proprium adjurationis.

Differt etiam adjuratio ab oratione; nam oratione à Deo aliquid petimus, in adjuratione regulariter ab aliis propter Deum in deprecativa, & in præceptiva alteri, puta Dæmoni, rem præcipimus ob Dei tremendam Majeſtatem.

Requiſita adjurationis.

§. III.

PRimo, requiritur veritas, juſtitia, judicium. Suarius *lib.*4.*de juramento c.*4.*n.*6. Sanch. 2.*Decal.c.*42.*n.*5. Dicaſtill.*de juram. diſp.*5.*n.*9. Valentia *tom.*3.*diſp.*6.*q.*8.*puncto* 2. Leand.*to.*6. *tract.*9.*diſp.*5.*q.*3. — 826 In adjuratione requiritur veritas, juſtitia, & judicium.

Secundo, requiritur adjurans, adjuratus, & motivum, ſcilicet id, ob quod fit adjuratio.

De ſingulis, & primo.

Veritas.

ESt ut non fiat adjuratio per falſos Deos. Secundo, ut adſit cauſa motiva ad adjurandum, puta allegata paupertas, ob quam adjuratur aliquis, ut det eleemoſynam per Deum. Suarius *loc.cit.* Sanch *loc.cit.* Dicaſtill.*loc.cit.* — 827 Deficiente veritate lethaliter adjuratur.

Deficiente primo requiſito, ſcilicet veritate, eſt lethale idololatriæ, puta ſi adjuret per Jovem, per Bacchum, Saturnum.

Si verò deſit ſecundum requiſitum, tunc eſſe veniale aſſerunt Doctores citati, quos ſequitur Leander *loc.cit. qu.*4. dicens *qu.*5. cum Sanch. contra Suarium eſſe veniale adjurare eleemoſynam per Deum ficta paupertate, quia dans per Deum, pium opus exercet, licèt ex alio capite petens ficta paupertate peccet graviter contra juſtitiam in re gravi, dolo extorquens eleemoſynam allegata cauſa turpitudinis, pluralitatis filiorum, urgentis fictæ paupertatis.

Juſtitia.

ESt ut non petatur res mala, Deo invocato, adjurato; nam eſſet uti divina reverentia ad obtinendum malum, quæ eſt gravis injuria divinæ Sanctitatis. Suar.*loc.cit.n.*8. Sanch. *loc. cit.* Dicaſtill.*loc.cit.* Bonac.*diſp.*4.*q.*1.*puncto fin.* Idque ultra peccatum inductionis alterius ad malum, ut ſi quis per Deum à mago petat maleficam potionem abortiendi, nè occidatur, nè infametur. Palaus *de adjuratione diſp.*4.*punct.*1. *num.*5. — 828 Res quæ petitur, non ſit mala.

Non eodem modo diſcurras ſi adjuretur per res creatas, puta ob amorem, ob memoriam felicem ſui patris, vel ob valorem, virtutem ſui filii, ut det potum ad abortiendum, tunc enim eſt adjuratio profana, adeòque non eſt peccatum adjurationis contra reverentiam Religioni debitam, ſed eſt peccatum ſcandali, & injuſtitiæ ſobolis abortiendæ. Doctores citati.

Judicium.

ESt, ut adjuratio fiat cum cauſa rationabili, ſcilicet utili, neceſſaria, congrua; nam ut jurare, ità adjurare illicitum eſt ſine cauſa. Origines *homilia fin. in Matthæum. c.* 7. Valentia *tom.*3.*diſp.*6.*qu.*8.*puncto* 2. cujus conditionis judicii defectus eſt veniale. — 829 Adjuratio facienda ex cauſa rationabili.

An autem ſit veniale pro re levi ſacra uti adjuratione, ut da mihi calamum ob honorem Beatiſſimæ Virginis, ob Dei paſſionem.

NEga: quia non oſtenditur levitas, ſed animi pia propenſio, & religioſis affectus. — 830 Pro re levi licet etiam adjurare.

Dica-

Dicaſtill. *loc.cit.n.*11. contra Sotum, Suarium, Sanchez, dicentes eſſe veniale.

In qoo differt etiam adjuratio à juramento in re levi ſine neceſſitate, ſed cum veritate; nam tunc juramentom ut vanum, eſt etiam malum leviter, adhibendo ſcilicet Deum in teſtem. Sylveſt.v.*adjuratio in fine*.

Diximos adjurationem conſtitni adjurante, adjurato,& motivo, ob quod adjuratur. De ſingulis, & primò:

Adjurans.

§. IV.

831 Adjurans ſit rationis cōpos.

ADjurans debet eſſe rationis particeps, nam adjuratio eſt loquutio,adeòque oratio ſaltem intellectualis, quæ nequit poni, niſi ab illo, qui ratione utitur, ſivè ſit ſuperior, ſivè inferior, ſivè privatus, ſivè gerens munus publicum.

832 Solemniter poteſt adjurare, qui habet officium cum ordine exorciſtatus.

Privatim quivis adjurare valet. Solemniter tantùm habentes officium publicum cum Ordine Exorciſtatus. D.Thom.2.2.*q.*90.*art.*2.

Primo, Deos poteſt adjorare,ut per ſuum nomen aliquid fiat. Leand. *loc.cit.q.*19. contradicens ſibi *q.*21. indiſtinctè negans poſſe adjurari quem per ſe ipſum.

Secundo, adjurans poteſt eſſe Angelus bonus, malusvè. Marci 5.ibi: *adjuro te per Deum, nè me torqueas*. Palaus *tom.*3.*tract.*14.*diſp.*4. *puncto* 3.

Tertio, homo, ſivè in termino, ſivè in via adjurare valet.

Quarto, Superiores adjurant præceptivè, & poſſunt etiam ſub modo hortativè adjurare, ſcilicet ſine præcepto, ſolùm petendo, ut res fiat ob reverentiam motivi.

Sexto, Sobditi nunquam præceptivè, ſed deprecativè, vel ſub alio modo adjurant. Valentia *tom.*3.*diſp.*6.*q.*8.*puncto* 2.

Adjuratus.

§. V.

833 Adjuratus debet etiam eſſe rationis particeps.

ADjuratus debet eſſe ſaltem rationis particeps, etiam in actu ſecundo, ſivè in termino, ſivè in via ſit: puta ſivè ſit homo viator, ſivè in termino,ſivè ſpiritus; nam debet cognoſcere, & intelligere adjurationem, ſine qua cognitione nequiret exequi id, de qno interpellatur.

834 Dæmones objurgativè, coactivè adjurantur.

Hinc adjurantur à nobis non ſolòm Sancti, ſed etiam Dæmones. Sancti deprecativè, ut impetrent à Deo petita. Palaus *loc. cit. num.*3. Cacodæmones adjurantur objurgativè,coactivè, præceptivè in nomine Dei. Marci *c.ult.* ibi: *in nomine meo Dæmonia ejicient*. Lucæ 10.ibi: *dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes*,& ad id eſt Ordo Exorciſtatos in Dei virtute adjurans. D.Thom. 2.2.*q.*90.*art.*2. Sanch. 2.*Decal. c.*42. *n.*15. Leand.*loc.cit.q.*24.

835 Carentia uſu rationis propriè non adjurantur.

Hinc propriè adjurari nequeunt carentia uſu rationis, puta locuſtæ, bruchus, animantia, nubes, ſal, eſſetque peccatum per ſe ad iſta dirigere exorcizantem adjurationem; nam eſſet riſui exponere Eccleſiæ ſacrum exorciſmà, niſi excuſet invincibilis inadvertentia. Suarez *lib.* 4. *de adjuratione n.*12.*in fine*. Igitur tunc dirigenda eſt intentio ad Deum iſtis malis punientem noſtra peccata, ut avertat iram ſuam à nobis, & tunc deprecativè adjurandus eſt Deus.

Si verò oratio adjurans reſpiciat cacodæmones Deo permittente mala propinantes; tunc utendum nobis adjuratione compulſiva, imperativa, præceptiva; ut in nomine Dei deſiſtant a turbatione aeris. Sanch. *loc.cit.n.*37. Valent. *tom.*3.*diſp.*6.*q.*8.*art.*2.poſt D.Th.2.2.*q.*90.*art.*3.

Quando autem exorcizatur ſal, aqua: tunc non eſt propria adjuratio, ſed eſt alloquutio per tropum, qua alloquimur Deum, rogantes aſſiſtere illis utentibus ad confundendam, convellendam poteſtatem, & ad expellendus cacodæmones, eoſqoe compelcendos, ut nocere deſiſtant, ut recedant ab infeſtatione. D. Thom. *loc. cit.* Soar. *loc.cit.c.*3. Valent. 2.2.*diſt.*6.*q.*8.*puncto* 2. Dicaſtill.*loc.cit.n.*16. Tanderus *diſp.*5.*q.*5.*dub.*2. *n.*44. Leand.*loc.cit.q.*25.*&* 26. rectè *q.*27. dans XIV. Doctores, condemnantes, ut ridicolum, vanom, ſuperſtitioſum carentia uſu rationis in jus vocare, & ordine judiciali excommunicare, contra Caſſanæum *conſ.*1.*n.*123.

Per quid fiat adjuratio?

§. VI.

MOtivum propoſitum ab adjurante adjurato ad exequendum aliquid, debet eſſe quid dignom reverentia,timore,ut Divina Majeſtas, Sanctitas, prærogativa rei, æſtimatione, amore,& timore dignæ; nam hoc movet voluntatem adjurati ad fugam, vel proſequotionem exequendo rem, pro qua rogatur, ſi ſit, vel non ſit ſubditus adjurantis, vel quæ ei præcipitur, ſi ſit ſubditus adjuranti. Suarez *lib.*4.*c.*3. Dicaſtill. *loc.cit.n.*18. 836 Quod nam ſit motivum adjurationis.

Nos relictis aliis, hìc agamus de uſu freqnenti.

De Dæmonum adjuratione.

§. VII.

An in Eccleſia ſit poteſtas adjurandi cacodæmones?

AFfirma. Lucæ 10. v.17. ibi: *Domine etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo.* & v.19. ibi: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici.* Marci *c.ult.*ibi: *In nomine meo Dæmonia ejicient.* Actuum *c.*9.*&* *c.*15. Valentia *tom.*3.*diſp.*6.*q.*8.*puncto* 2. 837 In Eccleſia eſt poteſtas Dæmones adjurandi.

Requirebatur poteſtas hæc adjurandi, quia Dæmones oſtinati inimici reluctantes ſunt, & niſi coacti non obediunt, & ſine poteſtate divinitus conceſſa Eccleſiæ non obedirent, nam Eccleſiæ non ſubderentur; adeoque non potuiſſent adjurari nec coactivè, quia non ſubditi, nec deprecativè, quia inimici obſtinati, inflexibiles ad bonum, adeòque etiam Chriſtus Dominus conſuluit ſuæ Eccleſiæ contra Dæmones communicata poteſtate illos cogendi, & pœnis compellendi.

Hæc adjuratio compulſiva duobus modis fit contra Dæmones, ut ex dictis. Primo, ſolemniter. Secuodo, ſine ſolemnitate.

Solemniter fit certo ritu ab Eccleſia deputatis miniſtris jore Ordinis, qui dicuntur Exorciſtæ,& fit tunc nomine Eccleſiæ,& prodeſt etiam ſi miniſtri non ſint in gratia, magis profutura, ſi miniſtri eſſent in gratia; nam non innititur merito privato, ſed divinæ poteſtati habitæ vi characteris Ordinis Dei nomine. Matth.7.Lucæ *c.*9.*&* 10. Marci *c.*9. 838 Aut ſolemniter, aut non.

Non eſt tamen omittendum multoties in Exorciſtis requiri diſpoſitionem orationis, & jejunii,ut accidit in ſpiritibos lunaticis,& ſurdis; nam Deus intendens bonum ſuæ Eccleſiæ in hoc exercitio, vult augeri miniſtrorum merita cumulando illos honore ejiciendi Dæmones, quo magis fuerint diſpoſiti. Marci 9.ibi: *Tale genus Dæmoniorum non poteſt ejici, niſi in oratione, & jejunio.* 839 In exorciſtis multoties requiritur diſpoſitio orationis aut jejunii.

840 Privata adjuratio non fit nomine Eccleſiæ.

Privata adjuratio non fit nomine Eccleſiæ, poteſtque fieri ab omni fideli imperanti Dæmoni, ut in nomine Dei exeat ab obſeſſis. Actuum 19. ibi: *Jeſum ſcio, & Paulum novi, vos autem qui eſtis*, & hæc privata adjuratio non eſt tanti vigoris. Jodocus v. *Dæmones n.*52. Valent. *to.*3.*diſp.*6.*q.*8.*pun.*1. Leand. *loc.cit.q.*48. & *q.*51. poſt D. Thom. 3 *par.q.*71.*art.*4.

Poſſunt Dæmones etiam adjurari imperativè, nè turbent elementa, fruges, &c. D. Auguſt. 10. *de Civitate c.* 22. ibi: *exorcizando ejiciunt, non placando, & lib.* 6. *contra Julianum. c.* 2. Alphonſus de Caſtro v. *exorciſmus*.

Ex his patet, qui poſſit, & quomodo adjurare Dæmones. Nunc plura occurrunt, & primò.

An interjecto pacto cum Cacodæmone poſſit adjurari præceptivè, vel deprecativè?

841 Ex pacto neque Dæmones adjurari præceptivè, vel deprecativè.

NEga: nam tunc vigore pacti eſſet commercium cum Dæmone, quod omni jure, ut malum, eſt prohibitum: ſivè deprecativè, ſivè præceptivè agatur; & tunc compelleretur præcipiendo vigore pacti, non in virtute Dei, ut faciunt Negromantes, quando præcipiunt cacodæmoni. Eſt enim conſociari dæmoni vi pacti. ad Corinth. 10. ibi: *nolo vos fieri ſocios Dæmoniorum.*

An poſſit quis à Dæmone aliquid petere adjurando, petendo notitiam rei occultæ?

842 A Dæmone nequit peti adjurando notitia rei occultæ.

NEga: nec deprecativè, nec præceptivè, quia ſemper eſt honorare Dæmones, & illos recognoſcere ſapientes, & illis conſociari, quod omni jure prohibetur, etiamſi deſit pactum. Deuteronomii 28. ibi: *non inveniatur in te, qui Ariolos ſciſcitetur.* Levitici 19. ibi: *non declineris ad magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini.* Sunt enim inimici inflexibiles, fugiendi magis, quàm ab homine inimico, quia fugit. D. Antoninus 2.*p.tit.*10.*c.*8. Sanch. 2. *Decal. c.*42.*n.*19. Et Dæmon tunc magis vult nocere, quando vult videri beneficus. D. Auguſtinus *lib.* 8. *de Civitate Dei c.* 24. ibi: *Dæmones, vel beneficia præſtantes magis nocentes, quia magis decipientes.*

Tertio diſcuti poteſt.

An poteſtas à Deo conceſſa Eccleſiæ fidelibus ſit ad alios fines, quàm ad Dæmones arcendos, compellendos, repellendos, ut hoſtes?

843 Poteſtas in Eccleſia eſt tantùm ad Dæmones pellendos.

NEga. Lucæ 10. ibi: *dedi vobis poteſtatem calcandi.* Petri 5. ibi: *cui reſiſtite fortes in fide.* Lucæ 4. ibi: *obmuteſce, & exi ab eo.* Hinc non eſt alia poteſtas hominis reſpectu Dæmonis, nec ad alios fines compelli valet: & Dęmoni credere quo ad alia, eſt præſentiſſimum ſubire ſalutis diſcrimen, periculumve. Et recurrere ad Dæmones eſt Deo injuriam irrogare, & velle ſcire quod non expedit. Origines *homilia* 16. *in Numerorum* 23.

Hinc reſolvitur.

An à cacodæmone peti valeat objurgativè, imperativè conducentia ad expellendum ipſum cacodæmonem?

844 Peti valent, quæ conducunt ad ipſum expellendum.

AFfirma: adeòque inquiri poteſt cauſa, & tempus ingreſſus, non revelando alterius flagitium; nec à quo factum ſit maleficium: inquiri poteſt nomen, & numerus ſpirituum ad finem accipiendi regulam, & media expellendi naturalia, & ſpiritualia legibus ſacris permiſſa. Sic Dominus Deus interrogavit ſpiritum, ut nomen propalaret ad noſtram inſtructionem, non ad ſuam planè ſcientiam. Marci 5.

An Exorcizans, adjurans peccet aliquid petendo ex curioſitate, non deprecativè, ſed imperativè certam fidem non habendo?

845 Ex curioſitate petens à dæmone imperative nō certò credens, peccat venialiter.

AFfirma peccare ſaltem venialiter. Suar. *lib.*4.*c.*2.*n.*9. Sanch. 4. *Decal. c.*42. *n.*25. Valentia *tom.*3.*diſp.*6.*q.*8.*puncto* 2. Dicaſtill. *de juram.diſp.*5.*n.*27. Bonac. *diſp.*4. *q.*1. *puncto fin. n.*8. Reginaldus *lib.* 17.*n.*167. del Rio 6. *diſquiſitionum magicarum c.*3. Leand. *tom.*6.*tr.*9.*diſp.*5.*q.*74. Dans XI. DD.

Contra Palaum *tom.* 3. *tract.* 14. *puncto fin. num.*8. dicentem lethale.

Ratio eſt, quia ceſſante alio periculo non videtur grave malum, niſi curioſitatis, & levis vanitatis, maximè quia quandoque ſalus ex inimicis ſine ſocietate compellendo, objurgando, obtineri valet.

Velle tamen aliquid ab eo diſcere immiſcendo longiores ſermones, imminens eſt ſubire periculum deceptionis, & ſocietatis, honorando cacodęmonem tanquam magiſtrum; adeòque lethale tunc incurri ait Bonacina, & Armilla: quod diſplicet Dicaſtillo *loc. cit. n.* 27. Leandro *q.* 72. & *q.*73. ſi adjuratio fiat objurgativè, compulſivè, quia tunc non eſt expectare beneficium, nec honorare, ſed illum ut mancipium viliſſimum cogere invitum, ac ſpernere; adeòque deficiente periculo deceptionis in re gravi, ceſſat honor, ceſſat reverentia, ceſſat ſocietas. Dicaſtill. *loc.cit.n.*27.

An poſſit ad cohibendos Dæmones quis uti ruta, ſtercore, colapho, flagellis in corpus obſeſſi, & nomine cacodæmonis ſcripto, & cum charta combuſto?

846 Aliquibus herbis, aut ſignis, non licet uti ad Dæmones pellendos.

NEga, quia iſta corporalia nequeunt in ſpiritum agere; adeòque ſuperſtitioſa; cùm naturalis virtus illis non inſit, & ſupernaturalia à Deo conceſſa nullibi conſtet; ſed tantùm illis uti valet in contemtum ſuperbiſſimi, & neglectum illius potentiæ, adeò deformatæ per peccatum. Leander. *loc.cit. q.*78. Et mihi conſtat Neapoli confectum monſtruosè draconem; & fuſtigando, verberando raptatum per Monaſterium Santiſſimæ Trinitatis Monialium, & deindè combuſtum ad fugandum cacodæmonem turbantem clauſuræ internum.

Sed inquires.

An poſſit credi cacodæmoni adjurato, præmiſſo juramento dicendi aliqua?

847 Poteſt credi Dæmoni adjurato, ſi præmittat juramentum de veritate dicenda.

AFfirma: ſi illa conducant ad expulſionem, juxtà poteſtatem à Deo Eccleſiæ creditam. Dicaſtill. *loc.cit. n.*78. referens exemplum.

Ratio, quia licèt cacodęmon ſit mendax, Deus non permittit illum mentiri ob reverentiam præſtiti juramenti: tanti eſt facienda veritas, & tantum deferendum divino nomini invocato in teſtem, ut nec cacodæmon illo invocato mentiatur, ad confuſionem hominum millies tam ſacrilegè perjuros, & multotiès etiam injuſtos.

Sed tandem inquires.

An liceat adjurare Dæmonem ſuperiorem, ut expellat inferiorem?

848 Nequit tandem adjurari Dæmon ſuperior, ut inferiorem expellat.

NEga. Sotus *lib.* 8. *de juſtitia q.* 3. *art.* 3. Suarez *de ſuperſtit.lib.*2.*c.*18. *n.*8. contra Sylveſtrum v. *adjuratio q.*5.

De

Digitized by Google

De Uſuris.

TITULUS VII.

849 Tituli conjunctio.

INdigitavimus in meditullio difficultatum politi delicta immediatè in Deum, modò ad tendentia in creaturas ſe convertat oratio, ab uſuris exordium ſumens.

Uſuræ ingenium, & nomen.

CAPUT I.

850 Unde Uſuræ nomen.

USura idem ac uſu urens bona Civium: etiam dicitur fœnus. D. Ambroſ. *lib.*6. Tobiæ *c.*6.*&* 11. Azeved. *lib.*8.*recopilationum. tit.*6.*n.*7.

851 Uſurpatur pro uſu rei.

Uſura primo ſupponit pro uſu rei. Cicero *lib.*1. *in Verrem* ibi: *Lucis uſuram totam diuturnam dediſtis*. Raynaud.*de virtutibus, & vitiis lib.*3.*n.*173.

852 Et pro fructu rerum.

Secundo, ſumitur pro fructu rerum. Cicero *lib. de ſenectute.* ibi: *Terra nunquam ſine uſura, & fœnore reddit, quod accipit.* de quo *in tit.C.de uſuris,& in tit.DD.de nautico fœnore.* ubi uſuræ pro licito intereſſe uſurpantur. *l.pigneribus. C. de uſuris.* ubi Danaa *in manuſcriptis.*

853 Et pro lucro ex mutuo.

Tertio, ſumitur pro lucro ex mutuo, & tunc capitale dicitur ſors, lucrum, quod ſuperadditur intuitu ſortis. *c.*4.14.*q.*3. & remanente ſorte tale lucrum emungitur. Ariſt. 5. *ethicorum c.*7. quod lucrum pęnitendum delictorum compendium, ait Imperfectus *homilia* 38. in Matthęom, cujus oblectamento captus deviat uſurarius à Paradiſo, niſi de alio itinerario cogitet. Pſal.14.v.5.ibi: *Quis habitabit*, & infrà, *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.*

854 Atque pro ipſo contractu uſurario.

Quarto, uſura ſumitur pro ipſo contractu uſurario.

Quid ſit Uſura?

§. I.

855 Uſuræ definitio.

UT eſt contractus definitur: *eſt pactum lucri ex mutuo vero, vel virtuali.*

Ut ſupponit pro lucro, definitur: *uſura eſt lucrum ex mutuo*. Dicitur ex mutuo, quia ſine mutuo vero, virtuali, palliato, non datur uſura; nam ly ex, denotat lucrum aliundè promanans, quàm ex mutuo: puta ratione damni emergentis, liberalitatis, gratitudinis non eſſe uſurarium. Semper enim ac datur dilatio pro reſtituenda pecunia, cenſetur pecunia mutuo data, & lucrum ex tali mutuo virtuali. D.Auguſt. *Pſal.*36. ibi: *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.* D.Thom. 2.2 *q.*78.*art.*1. ubi Cajet. Sotus *lib.*6.*de juſt.q.*1.*art.*1. Abbas *lib.*1.*conſ.*15. Tolet. *lib.*5.*ſumma c.*28.*n.*1. Gratian.*cauſa* 14. *qu.*4. *in principio.* Riccius *collectaneo* 1438. Carlevalius *lib.*1. *de judiciis tit.*3. *diſp.*8. *n.*7. dans novem alios Doctores. Unde non eſt uſura dare alteri capitale irrevocabiliter, ut quid annuum ſolvat, quia non eſt mutuum ex ſe ſupponens capitale reſtituendum. *l.*1. *l.*2. *l.*3. *l.* 4. *D. de rebus cred.* quo mutuo deficiente, ceſſat uſura. Navarr. *conſ.* 20. *tit. de emt. & vendit. lib.*3.

Et in mutuo nequit apponi pœna; nam cenſetur loco uſurarum. *l.cum allegans.*5.*C.de uſuris.* ubi Danza *in manuſcriptis.* Roman.*conſ.*143. Cuman.*conſ.*189. Ancharanus *conſ.*150. Oltradus *conſ.* 207. ajentes, ſubſtineri mutuum rejecta pęna; nè utile per inutile vitietur.

Quotuplex ſit Uſura?

§. II.

856 Uſura eſt, aut expreſſa, aut tacita.

PRimo, dividitur in *expreſſam*, & *tacitam*. *Expreſſa* pacto exprimitur. *Tacita* ſubintelligitur, vel contegitur alio contractu: puta, pacto de retrovendendo, aut aliis ſignis; & appellatur uſura palliata. Navarr. *c.*17.*num.*206. Leſſ. *lib.*2.*c.*20. *dub.*3.*num.*8. Molina *diſp.*303. *num.*11.

Secundo, dividitur uſura in *realem, conventionalem, & mentalem.*

857 Realis, aut conventionalis.

Realis eſt, quando re ipſa ſolvitur uſura. *Conventionalis* contractu exprimitur. *Mentalis* mente concipitur, ſed non adhuc eſt initus contractus; nam tunc eſſet conventionalis, nec ſecuta numeratio; nam tunc eſſet realis.

Quo Jure prohibeatur?

§. III.

858 Uſura prohibetur jure naturali.

OMni jure. Primo naturali; nam lucrari ex re mutuata, eſt lucrari ex re aliena, cùm mutuo dominium in mutuatarium ſit translatum, & ſic mutuans volens lucrum ex re mutuata, vult lucrum ex re mutuatarii.

Divino.

Secundo, Jure Divino. Lucæ 6. Exodi 22. Ezechielis 18. Numer. *c.*8.*v.*18.*&* 17. Pſal.14. 41.& 71. Concilium Viennenſe ſub *Clem.V.*

Et Canonico.

Tertio, Jure Canonico. *c.quoniam.* 14. *qu.*4. *c.quia in omnibus.* 3. *c.ſuper eo.* 4. *c.poſt miſerabilem.* 12. *de uſuris. Clem. ex gravi. de uſuris.* D.Thom. 2.2 *qu.*78.*art.*1. ubi Cajet. Bandez, & Aragonius, Major *in* 4.*diſt.*25. *q.*29. Scot.*in* 4. *diſt.*15.*qu.*2. Caram.*intentionali n.*725. dicens, rem de fide. Ariſt.1.*Politicorum c.*5.*&* 4.*ethicorum c.*1.

859 Iſraelitæ ab Ægyptiis res accipiendo ſe compenſarunt.

Et Iſraelitæ non uſuram, ſed in compenſationem damnorum lucrum ab Ægyptiis accipiebant. Deuter.23. Azor.*par.*3. *lib.*5. *c.*2. *quæſt.*1.

Jure Civili.

§. IV.

860 Jure antiquo Civili uſura licita erat.

PRobatæ uſuræ invincibili ignorantia juris naturalis. *l.quamvis.*3.*l.*4. ubi Salicetus, & Baldus *l.quamvis.*8.*l.eos, qui.*26. *l.uſura. l.frumenti. l.oleo.*23.*l.acceptum.*19.*C.de uſuris. l.placuit.*29. *l.etiam.*30. *l.ſi bene.*33. *l.*35. *l.*41. *D.de uſuris.* Covarr.3.*var.c.*1.*n.*6. Abb.*in c.cum lis. n.*14.*de uſuris.*

861 Poſtea moderata.

At moderata uſura *in l. eos, qui.* 26. §.*ſuper uſurarum. C. de uſuris*: ubi illuſtribus perſonis licita erat uſque ad tertiam partem centeſimæ, ſcilicet quatuor pro 100. in ſingulis annis, mercatoribus uſque ad beſſem, ſcilicet octo pro centenario, in uſura nativa uſque ad centeſimam, ſcilicet 12. pro 100. Ceteris verò permiſſa erat, uſque ad dimidiam centeſimæ, hoc eſt ſex pro centenario. Covarr. *loc.cit. n.*7. Leſſ. 2. *de juſt. c.*20.*dubitat.*2.*n.*31. Molina *diſp.*304.*n.*16.

862 Quid ſit centeſima explicatur.

Centeſima autem uſura, non erant centum pro cento, ut divinabat Soccinus *in rubr. de uſuris num.*11. Azo *in ſumma C. de uſuris*: ſed erant duodecim quolibet anno pro centum, ità ut quolibet menſe habens centum ſolveret unum aureum. Sotus 6.*de juſt. qu.*1. *art.*1. Sà v.*uſura n.*10. Regiual.*lib.*23.*c.*48.*in fine.*

Uſura Uſurarum.

§. V.

863 Uſuræ uſurarum prohibitæ.

JUre Civili prohibitæ. *l.placuit.*29. *D.de uſuris*, & uſuræ uſurarum appellabantur anatociſmus, ſublatus, nè abiretur in infinitum, à Juſtiniano *in l.improbũ fœnus.* 20.*C.ex quib.cau-*

ſis infamia irrogetur. Thuſc. v.*uſura.concl.*355. *n.*1. Leſſ.*lib.*2.*de juſt.c.*20.*dubit.*6.Covar.3.*var.* *c.*1.*n.*5. & anatociſmus eſt uſura uſuræ.

864 In Regno demortua ſorte principali, uſuræ centenariæ currunt quinque pro centum.

Quo autem titulo in Regno, etiam in foro contentioſo ſolvantur uſuræ uſurarum? eſt quando ſors principalis eſt demortua, nam tunc non eſt mutuum ex ſe reſtituendum, nec uſura ex mutuo; inde dignoſcitur, quia demortua ſorte principali, ipſæ uſuræ centenariæ fiunt ſors principalis, & currunt quinque pro centenario, ſicque evitatur proceſſus in infinitum. (1)

An crimen Uſuræ ſit contra Juſtitiam commutativam?

865 Uſura eſt contra juſtitiam commutativam.

AFfirma. *c.cum tu.*5.*c.Michael.*17. *c.quanto amplius.*18.*de uſuris.*Caram.*intent.n.*724. & ſic fœneratores aſſimilavit latronibus Ariſt. 4.*ethicorum c.*1. Covar. 3.*var.c.*1.*n.*5. In quantum ad inſtar latronum, ipſi, eorumque hæredes reſtituere tenentur. *c.un.de uſuris in* 6.*c.tuæ nos.c.cum tu.*5.ibi: *cogendi ſunt per pœnam, quam ſtatuimus in Concilio, eas his à quibus extorſerunt, vel eorum hæredibus reſtituere, vel (his non ſuperſtitibus) pauperibus erogare. de uſuris. c.debitores.*6. *de jure jurando.* Gloſſa *in c.fin.*14 *q.*4. Azor.3.*par.lib.*5.*c.*2.*q.*1. nam revers, cùm non accipiant occultè, nec publicè per vim, non ſunt fures, nec rapaces, habentque res ex involuntario mixto. Raynaudus *de virtutibus, & uſuris lib.*6.*ſect.*3.*c.*6.*n.*149. *§.furti. Clem.un. de uſuris.*

Peccet dans, an recipiens mutuum ad uſuras?

866 Inducens ad uſuram peccat.

PEccat uterque, ſi inducatur, non paratus ad dandum mutuum ad uſuras; nam tunc non eſt ſolum peccatum injuſtitiæ, ſed etiam ſcandali inducere proximum ad peccandum.

867 Secùs ſi uſurarius ſit paratus.

Si verò ab uſurario parato petat, & recipiat; tunc eſt peccatum ex parte dantis ad uſuram, non ex parte petentis: quia petens non inducit ad peccatum, dans autem injuſtè exigit injuſtum lucrum.

868 Eique ſolvẽdo uſuras, non peccatur.

Solvens verò uſuras uſurario parato, non cooperatur illius flagitio; cùm jam ex ſe ſit paratus peccare, ſed utitur peccato materiali pro ſuo commodo, vel luxu exercendo receptione mutui. Sanch. 3.*Decal.c.*8.*n.*32. Salas *tract. de uſuris dubit.*48.*n.*7. Bonac.*diſp.*3.*qu.*3.*punct.*13. *n.*3. Molin. *diſp.*335. *n.*6. Cajet. v.*uſura in fine.* Sotus 6.*de juſt.c.*1.*art.*3.contrà Aragonium 2.2. *qu.*89. *art.*6. *dub.*2. Salonium 2.2.*qu.*78. *art.*4. *concluſ.*3. *in fine.* Sà v.*uſura n.*5. ajentes peccare mortaliter ſine cauſa utili petentem mutuum ab uſurario parato.

869 Uſuræ indebitæ extenuant ſortem principalem.

Indebitæ uſuræ ſolutę extenuant ſortem principalem. De Ponte *conſ.*70.*n.*25.*ex l.& poſt rem judicatam.* §.1.*v.ſi tamen.D.de tranſact.* Danza *in l.*1.*C.de uſuris.*

An Summus Pontifex poſſit diſpenſare in uſura?

870 Papa nequit in uſuris diſpenſare.

NEga: nam nequit tollere jus divinum, cui ſubjicitur. *c.ſuper eo.* 4. ibi: *ſuper hoc diſpenſationem aliquam, fieri poſſe non videmus. de uſuris.* D.Thom.2.2.*q.*78. Thuſc.*concl.*337.*n.*6. Joannes Andreas *in c.peccatum. de regulis juris in* 6.

An autem Deus poſſit diſpenſare in Uſura?

871 Deus verò poteſt.

AFfirma: quia Deus legi non ſubditur. Deuter.23. Exodi 22.v.2. Caram. *intent. num.*1609.

Uſura palliata.

§. VI.

872 Quid ſit uſura palliata deſcribitur.

ESt, quæ alterius liciti contractus colore tegitur, nè iniquitas deprehendatur; ità fingit emere, quod ſub uſura accipit: ut patet in pignore, in venditione cum pacto de retrovendendo, in quo, ſi revera vult dare mutuum receptis rebus frugiferis, palliata venditione, palliata emphyteuſi, tunc eſt uſura palliata quod accipit ultra ſortem. *c.ſalubriter.*16. *c.*2. *c.*3.*de uſuris.*

873 Et pactum legis commiſſoriæ in pignore.

Sic, ut pallium uſuræ reſpuitur pactum legis commiſſoriæ in pignore; & eſt pactum, ut debitor amittat pignus, ſi tempore præfixo non reſtituat debitum, & pignus acquiratur mutuanti, etiam pro exceſſu valoris ſupra ſortem principalem. *c.ſignificante.*7. *de pignoribus. l.*1. *l.fin. C.de pactis pignorum.*

Unde, ſi pignus non plus valet, quàm ſors, ceſſat uſuræ ſuſpicio, ut ceſſat ſi pactum ſit, ut pignus venditum juſto pretio detur mutuanti pro æqualitate crediti. Covarr.3.*var.c.*2.*in fine.* Bonac. *diſp.*3.*qu.*3.*punct.*9.*n.*1. Molina *diſp.*324. Abb.*in c.ſignificaſti.n.*9.*de uſuris.* Vaſq.*de pignoribus c.*4.*n.*8.dicens pactum legis commiſſoriæ in pignore re vera non eſſe uſurarium, ſi illud plus, quod pignus excedit debitum principale, accipiatur non jure mutui, ſed titulo pœnæ ob moram.

Principium dignoſcendæ Uſuræ.

874 Supra ſortẽ aliquid accipere ex pacto in mutuo, eſt uſura.

QUicquid accipitur ſupra ſortem ex pacto juſtitiæ in contractu mutui, eſt uſura. *c.un.de uſuris in* 6. *cauſa* 19. *qu.*3.*&* 4. D.Thom.2.2.*q.*78.*art.*1.*&* 2.Valent.2.2.*diſp.*5. *q.*21.*punct.*2. poſt D.Auguſt. in *Pſal.*36. Caram. *loc.cit.n.*724.

875 Percipere fructus ex pignore non computando in ſortem uſura eſt, excipe in dote.

Hinc primo, eſt uſura percipere fructus ex pignore, non computando illos in ſortem. *c.in Civitate* 6. *c.naviganti* 19. *de uſuris*; niſi accipiantur à viro ex pignore dotali, compenſando cum fructibus dotis non receptæ. *c.conqueſtus.*8. *c.ſalubriter.*16. *de uſuris.* D.Thom. 2.2.*qu.*78. *art.*2.*ad* 6.Covarr.3.*var.c.*1.*n.*3.

876 Vi mutui obligare mutuatarium ad id quod ex mutuo, nõ tenetur, uſura eſt.

Secundo, eſt uſura vi mutui obligare mutuatarium ad revendendum, reemendum; nam, talis obligatio eſt ultra ſortem. Molina *diſp.*310. *§.obſerva.* Navar.*c.*17.*n.*240.*lib.*3.*de uſuris.*

Tertio, eſt uſura obligare mutuatarium vi mutui, ut dicat, det, faciat aliquid; puta, faveat, beneficium, officium det, fidejubeat pro mutuante, comitetur uxorem, patrocinetur in cauſis, medicinas exhibeat, veniat ad molendum in molendino mutuantis, det eleemoſynam, negotia exerceat, cantet, pſallet, ſonet, ſcribat. D. Thom. *opuſc. ad Ducem Brabantiæ q.*5.*&* 2.2.*q.*78.*art.*2. ubi Cajet. Navar.*lib.*3.*de uſuris c.*2.*n.*267.

Similiter ſi adſtringatur reſtituere ſortem meliorem.

Quarto, pactum, ut mutuatarius reſtituat ſortem meliorem: puta, pro vino novo imperfecto, det vetus perfectum; ut remittat debitum, pœnam conventionalem, injuriæ æſtimationem, eſt ultra ſortem, & uſurarium: non tamen eſt uſura petere remiſſionem odii, ad quam mutuatarius jure Divino tenetur. Molina *diſp.*307.*n.*5. Navar.*c.*17.*n.*237.

An uterque mutuò valeat ſe obligare ad remutuandum?

877 Inter ſe obligatio remutuandi non videtur uſura.

AFfirma; nam tunc nil exigitur ultra ſortem, cùm una compenſetur obligatione alte-

(1) Vide explicationes Doctorum, quando, & quomodo id licitum ſit.

alterius. D.Thom. *loc. cit.* Major *in 4. diſt 15. qu.29.ad* 2. ubi Almainus *qu.*2. Thuſc. v.*uſura concl.*337.*n.*57. contra Abbatem *in c.in Civitate. de uſuris.* Gabr.*in 4.diſt.*15.*art.*1.

An obligans ſe ad mutuandum, valeat licitè aliquid exigere in compenſationem illius obligationis?

878 Quid de obligatione ad mutuandum.

AFfirma; quia tunc nihil accipit ultra ſortem, & onus mutuandi eſt pretio æſtimabile. Navarra *lib.*3.*de reſtit.c.*2. *n.*242. Molina *diſp.*203.*n.*13. Ognatte *diſp.*101.*n.*140. Caram. *inteat.n.*724.

An obligare ad amicitiam mutuatarium ſit uſura?

879 Quid de obligatione ad amicitiam.

DIſtinguas: vel vult id vi mutui, vel vi gratitudinis.

Si vi gratitudinis non eſt uſura, quia uſura eſt ex mutuo plus accipere. D. Thom. *loc. cit.* Bonac.*diſp.*3.*qu.*3.*punct.*2.*n.*7. Leſſius 2.*de juſt. c.*20.*dubit.*5. Navar. *c.*17.*n.*206. Rebellus *lib.*8. *qu.*3.*n.*1. Reginal. *lib.*25.*n.*186. Ognatt. *loc.cit. num.*116. (2)

Si verò vi mutui titulo juſtitiæ exigat amicitiam, tunc eſt uſura, quia ultra ſortem, etiamſi ſit amicitia actus virtutis ſuperioris ordinis. Valent. 2.2.*diſp.*5.*q.*21.*punct.*1.

An mutuans valeat repetere rem tempore majoris valoris?

880 Mutuum in pecunia, eſt reſtituendum pro valore initi contractus.

DIſtinguas: vel eſt pecunia, vel alia res uſu conſumtibilis.

Si pecunia: nega; ſed repetitur pro valore tempore initi contractus, nam ille valor conſideratur, qui volitus: & fuit volitus valor cognitus tempore initi contractus.

881 Si conſiſtat in rebus, maſſa ejuſdem quantitatis, & qualitatis eſt reſtituenda.

Si mutuum conſiſtit in aliis rebus: puta, in vino, oleo, frumento, tunc reſtituenda eſt maſſa ejuſdem quantitatis, & qualitatis. *l.* 2. *D. ſi certum petatur.* Bald.*in l.Paulus.D.de ſolutionibus*. Armilla v. *uſura n.* 12. Angelus v. *ſolutio* §.2. Sylveſter v.*ſolutio q.*2. Sotus 6.*de juſt. qu.*1. *art.*1. Reginal. *lib.*25.*c.*10. *qu.fin. n.*279. Azor. 3.*par.lib.*7.*c.*10.*q.*7. Sà v.*uſura n.*9. contrà Scotum *in 4.diſt.*15.*q.*2.*art.*1.Guttier.*Canonicarum. qu.*37.*n.*50. Rodriq.*tom.*2.*c.*140. Leſſium *lib.*2. *dubit.*17.*n.*149. ajentes, attendi valorem, non quantitatem materiæ phyſicæ.

882 Si deſunt res mutuatæ, redimendus tantus valor, quo tunc illæ res emantur.

Si verò non ſuppetat res ejuſdem quantitatis, & qualitatis, tunc debet reſtitui tantus valor, quo emi tunc valeat à mutuante, ſi mutuatarius nolit, vel nequeat illam emere. *l. vinum.* 22. *D.de reb.creditis,* & cùm pro tempore reſtitutionis emenda ſit maſſa reſtituenda, pro illo tempore mutuanti dandum pretium maſſæ emendæ, nè ex beneficio collato damnificetur. *l.*1.2.3.4. *D. ſi certum petatur*. Caram. *loc. cit. num.*231.

Cauſæ excuſantes ab Uſura.

CAPUT II.

883 Exigere, quod eſt debitum, non eſt uſura.

OMnes eodem reguntur principio.

Primo, Uſura eſt ex mutuo ultrà ſortem exigere aliquid.

Secundo, Uſura non eſt exigere quicquid eſt debitum; nam tunc non exigitur ultrà ſortem, ſivè debitum ſit ex juſtitia, gratitudine, amicitia, &c.

884 Mutuans poteſt ſe ſervare indemnem.

Tertium principium, mutuans valet ſe ſervare indemnem, hoc eſt ſine damno; nam nemo ex beneficio collato debet damnificari. *argum.l.*1. & 2.*D.de precario*, ergo poteſt indemnitati ſuæ conſulere. *c.*2. *de fidejuſſoribus. c. in Civitate.* 6. *c.ſalubriter.*16.*c.naviganti.*19.*de uſuris.*D.Tho. 2.2.*q.*78.*art.*2.*ad* 1. ubi Cajet.Bandez, Aragon. Salonius *controver.*8. Scotus *in 4. diſt.*15. *qu.* 6. Navarr. *in ſumma c.*17. *n.*211. Sotus 6. *de juſt. q.*1.*art.*3.

885 Tituli excuſantes ab uſura.

Hinc licet plus exigere. Primo, ratione intereſſe, damni ſcilicet emergentis. Secundo, lucri ceſſantis. Tertio, ob fidejuſſores non exigitos. Quarto, ob non exigita pignora. Quinto, ob non exigitam aſſecurationem, &c.

Sed diſtinctiùs, & primo

Ratione intereſſe.

§. I.

An liceat plus exigere?

886 Si intercedat veram intereſſe mutuantis, licet aliquid ſupra ſortem exigere.

AFfirma: nam non exigitur aliquid ultrà ſortem, & eſt ſe ſervare indemnem.

887 Quid ſit intereſſe oſtenditur.

Intereſſe autem eſt imminuere quod habet, aut non augere, quod eſſet aucturus. Hermoſilla *ad l.*10.*tit.*1.*partita* 5.*Gloſſ.*4 *n.*7.

Ex quo patet lucrum ceſſans, & damnum emergens eſſe intereſſe. *l.non utique.*3. §.*fin. D. de eo, quod certo loco.l.ſi commiſſa.*13.*D.rem ratam haberi. l.un. in fine. C.de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur.l.quicquid.D.arbitrium tutelæ.*

888 Succurrendum magis patienti damnum emergens, quàm lucrum ceſſans.

Magis tamen ſuccurritur agenti de damno emergenti, quàm de lucro ceſſante, ut magis ſuccurritur agenti de damno evitando, quàm de lucro captando. *l.proculus.* 26. *in fine. D. de damno infecto. l.ſcimus.§.ſin verò. C.de jure deliberandi. l.*6.*D.de revoc.iis, quæ in fraudem.*

Hinc contrà inopem currit intereſſe damni emergentis, non lucri ceſſantis, ſaltem in foro litium, ubi lucrum ceſſans non exigitur ab eo, qui ſolvere eſt impotens. Minadorus *deciſ.* 17. Afflict.*dec.*20.*n.*3. Bellonus *dec.*99.*n.*2.Carlevalius dans 21. Doctores *lib.* 1. *de judiciis tit.* 3. *diſp.*8. *n.*3. Ricc. *coll.*1432. Viſconte *concluſionum juris.v.intereſſe.* Seraphin.*dec.*2434.D.Antoninus *par.*2.*ſumma tit.*1.*c.*7.§.22.

Sed diſcriminatiùs.

De Damno emergente.

§. II.

889 Diminutio patrimonii eſt damnum emergens.

DAmnum emergens eſt, ſcilicet diminutio, decrementum patrimonii: ſivè diminuatur patrimonium in ſe, ſivè quò ad fructus. Rodriq. *de annuis reditibus lib.*3. *qu.*5.*n.*26. Gratian. *forenſ. c.*67.*n.*22. De Ponte *deciſ.*34. *n.*36. Seraphinus *dec.*1284.*n.*2.& 3.

Ratione evitandi damni emergentis, licet quantum neceſſum eſt ad evitandum damnum, nè ex collato beneficio damnificetur. D.Thom. *loc.cit.* Caram.*intent.n.*724.& 759. nemo namque tenetur depauperari, ut alter diteſcat.

890 Non requiritur pactum ut exigatur damnum emergens.

Ut exigatur damnum emergens, non requiritur pactum; nam ex natura rei intelligitur, nè dicatur quis projicere jura ſua, & velle damnificari. *c.pervenit.* 2. *c.conſtitutus.* 3. *de fidejuſſ.* D.Thom.2.2.*q.*62.*art.*4.*in corpore.*Navarra 3.*de reſtitut.c.*2.*n.*278.

891 Idque fortiùs poſt moram.

Unde fortiùs emergens damnum debetur ſine pacto poſt moram debitoris; cùm in omni con-

(2) In hac materia non te prætereat *Prop.* 41. ab Innocentio XI. damnata ibi: „ Uſura non eſt, dum „ ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi „ exigatur tanquam ex juſtitia debitum. „

Digitized by Google

contractu etiam in mutuo, poſt moram currat intereſſe. *l. 2. §. non utique. §. nunc. D. de officio Judicis ordinarii, l. cum quidam. D. de uſuris. l. uſuras. C. de uſuris. l. magnam. 12. C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione. c. pervenit. 2. de fidejuſſ.* D. Thom. *loc. cit. ad* 2. ubi Salonius *controv. a. n.* 12. Cagnolus *in l. un. n. 37. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur.*

An tale damnum emergens ſit probandum?

892 Damnum emergens cũ ſit facti probandum eſt.

AFfirma: nam eſt facti. *l. quatenus. 25. D. de regul. juris*, & ſic non præſumendi. *l. ſi emancipati. 9. C. de collationibus.* Cotta *in memorabilibus. v. facta.* Maſcat. *tom 2. de probationib. concl.* 733. Tuſc. *litera F, concl.* 10. unde intereſſe eſt probandum. Afflict. *dec.* 20. & *dec.* 284. *n.* 1. Franchus *dec.* 21. *n.* 5. Puteus *lib.* 1. *deciſ.* 231. Gramm. *dec.* 110. *n.* 20. Seraph. *dec.* 189. Caſtillus *lib. 2. quotidianarum. c.* 1. *n.* 47.

An ſolùm ſit reficiendum immediatum damnum emergens?

893 Quodnam damnum emergens ſit reficiendum

AFfirmat D. Thom. *loc. cit. art. 2. ad* 1. Medina *de uſuris q.* 3. Reginal. *lib. 23. c. 7. qu.* 1. *num.* 70. Filliucc. *tract. 34. 2. par. c. 4. quæſito* 6. *num.* 73.

At utrumque damnum reficiendum à moroſo debitore; quia utriuſque eſt moralis cauſa; & in utroque mutuans valet ſe ſervare indemnem, & quia alii homines deterrerentur à mutuando firmat Cagnol. *loc. cit. n.* 38. Ognatt. *diſp. 107. n.* 13. Caram. *loc. cit. n.* 779.

An reparandum tantùm damnum ex culpabili mora?

894 Etiam ex inculpabili mora reparandum dãnum.

NEga: & eſt reparandum damnum emergens poſt moram etiam inculpabilem. D. Thom. *de malo qu. 10. art. 4. ad* 1. Sotus 6. *de juſt. qu. 1. art. 5. concl.* 3. Salas *dub. 19. n.* 9. Major *in 4. diſt. 15. q.* 30. idque nè mutuans ex beneficio collato damnum reportet, & aliàs mutuatarii non haberent à quibus mutuum acciperent: accedit quem ex mora, & caſu fortuito teneri.

895 Contraria conſideratio.

Licèt ex mora inculpabili non teneri ad intereſſe, quia nemo debet puniri ſine culpa. *l. aliud eſt fraus. 171. D. de verb. ſignif.* & impoſſibilium namque nulla obligatio. *l. impoſſibilium. D. de regul. jur.* Bonac. *diſp. 3. q. 3. puncto* 4. *n.* 5. Caram. *ſuprà n.* 779.

Sed quid dicendum ſi mutuans liberè det mutuum?

An ſcilicet ante moram liceat accipere aliquid ratione damni emergentis?

896 Etiam ante moram ratione damni emergentis licet aliquid accipere.

AFfirma. *c. 2. de fidejuſſ.* ibi: *debita faciatis exolui, & damna etiam, quæ propter hoc pertulit, reſarciri. c. ſalubriter. 16. c. naviganti. 19. de uſuris.* D. Thom. *2. 2. q. 78. art. 2. ad* 1. ubi Cajet. & Bandez, Gabr. *in 4. diſt. 15. qu. 11. art. 1. notab.* 3. Bal. *lib. 3. conſ.* 443. Alex. *lib. 3. conſ.* 221. Roman. *lib. 1. conſ. 67. n.* 9. Thuſc. *v. uſura concluſ.* 379. Sà *v. uſura.* Valent. 2. 2. *dub. 5. qu. 20. concl. 3. lit. C.*

897 Damnum ſit certum, & certioratum mutuatario.

Debet tamen damnum emanare, quia mutuans caret re mutuata, & hoc debet dicere mutuatario, fortè nolenti ſub tali onere mutuum accipere, vel petenti ab alio cum minori damno. D. Thom. *q. 3. de malo art.* 4. Sotus *de juſtit. qu. 1. art. 3. concl.* 3. Cajet. *qu. 78. art.* 2. Reginal. *lib. 23. c. 7. n.* 72. Navar. *lib. 3. de reſtit. c. 2. n.* 300.

898 Cap. Naviganti. adducitur, & explicatur.

Dices: obſtat *c. naviganti. 19. de uſuris* ibi: *naviganti, vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quòd ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus;* ergo eſt uſurarius mutuans naviganti aliquid accipiens ultra ſortem, ex eo quod ſe exponat periculo; ergo ex damno emergenti nihil accipi valet ultra ſortem.

Reſpondetur primo, ibi fuiſſe uſuram, quia re vera non extabat periculum, quod mutuans in ſe ſuſcepit, & ſic ratione illius nihil ultra ſortem recipere valebit.

Reſpondetur ſecundo à Caram. *ſup. num.* 759. poſt Laymam *lib. 3. de juſt. tract. 4. c. 16. n. 13. in fine.* Reynar. *de utilitate hiſtoriæ lib. 2. in princ.* textum eſſe mendoſum; nam uſurarium non cenſendum probant ex ſequenti reſponſo, in quo non eſt uſurarius dans decem ſolidos, ut totidem menſuræ grani reddantur alio tempore; in quo dubitatur plus minus valituræ; quia tunc mutuans decem ſolidos, ſe exponit periculo lucri, & damni; cui periculo etiam ſe exponit dans pecuniam naviganti, ſuſcipiens in ſe periculum; nemo namque debet ſubire periculum amittendi abſque ſpe lucri; cùm tale periculum ſit pretio æſtimabile.

Idque ſecundo fortiùs probat Caramuel, quia aliàs eſſet contra principia latinitatis dicere, eſt uſurarius recipiens in ſe periculum; ille quoque qui recipit in ſe periculum non eſt uſurarius. Petrus currit, Paulus quoque non currit; nam, ly, *quoque* ſupponit duas propoſitiones ſimiles, ſecùs non eſſet dicendum *quoque*, ſed deberet poni *tamen* particula adverſativa: Hæc magnus ille Caramuel.

An poſſis dare petenti ſub uſura, ſub quam accepiſti, ſi jam velis illam reſtituere mutuanti?

QUæſtio hæc difficultate eſt involuta, & ſecùs ſi mutuatarius poſſit remutuare pecuniam, refundendo in ſecundum mutuatarium omne damnum emergens, & lucrum ceſſans, quod ipſe primo mutuanti reficere teneatur. 899 An mutuatarius poſſit ſuum mutuum alteri dare ſub ipſa uſura ſub quam accepit, & vult mutuanti dare.

Affirmat Caram. *loc. cit. n.* 761. quia dans debet indemnis ſervari, nec tenetur gratis dare pecuniam acceptam ſub onere uſuræ, & interim ipſe uſuras ſolvere, & addit ulteriùs poſſe me indemnem ſervare, ſi ex illa pecunia mutuata corruentem domum vellem reficere. Dicaſtill. *lib. 2. tract. 10. dub. 2. n.* 202. Molina *diſp.* 314. Sà *v. mutuum n.* 10. Sylveſt. *v. uſura. 1. n.* 20. Rebellus *lib. 8. q. 16. ſect. 6. n.* 30.

De Lucro ceſſante.

§. III.

LUcrum *ceſſans eſt non lucrari, quod lucraturus fuiſſet mutuans ex pecunia mutuata negotiis expoſita*, conſummato namque mutuo, amplius mutuans ex ea negotiari nequit, adeòque amittit lucrum. 900 Quid lucrũ ceſſans.

Hoc lucrum duplex, *immediatum*, & *mediatum*. *Immediatum* promanat immediatè ex negotiis; *Mediatum* ex lucro quæſito negotiatione: ut ex gallina ovum, & ex ovo pullum, &c.

Ità damnum proximum: puta Domus diruta ruina; *Remotum* eſt penſio amiſſa domus dirutæ. 901 Eſt immediatum, & mediatum.

Lucrum rurſus dividitur in *Intrinſecum*, & *extrinſecum*. Intrinſecum ſunt fructus naturales. *Extrinſecum* meri induſtriales. *l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. D. de action. empti. l. un. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt.* Merlin. *centur. 1. c. 75. n. 12. & 13.* 902 Lucrum aut intrinſecũ, aut extrinſecum.

Prin-

Principium.

903 Nemo tenetur amittere lucra licita negotiationis.

EX beneficio mutui alteri collato, oemo tenetur lucra negotiationis licita amittere.

Nam eſſet pati damnum in acquirendis, ad quæ titulo oegotiationis jus habet, & ſicuti non debet amittere quæſita: ità nec ſpoliari jure juſtè acquirendi, nè ex beneficio damnum reportet. *l. Ariſto. D. de donat.* D. Thom. 2.2. *q.* 62 *art.* 4. *ad* 1. ubi Cajet. *qu.* 78. *art.* 2. *ad* 1. Aragonius, & Bandez, Major. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 3. ubi Gabr. *q.* 11. Almaynus *qu.* 2. Sà v. *mutuum. num.* 4. Rebellus *lib.* 8. *q.* 7. Azorius *par.* 3. *lib.* 5. *c.* 4. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 20. *dubit.* 12. *n.* 81. Gloſſa *in c. conquæſtus. de uſuris.* contrà Scotum *in* 4. *diſt.* 15. *qu.* 2. Durandum *in* 3. *diſt.* 37. *qu.* 7. Joannem Andream, & Innoc. *in c. fin. de uſuris.*

Requiſita.

904 Lucrum debet reverà ceſſare ex iis tantùm pecuniis, quæ ſunt negotiis expoſitæ.

REquiritur primo, ut lucrum ceſſet ex re mutuata: puta, quia mutuo datur pecunia negotiis expoſita: aliàs ſi pecuoia noo eſſet negotiis deſtinata, non ceſſaret lucrum ex pecunia, ſed fingeretur. Navar. *in man. c.* 17. *n.* 22. Bonac. *diſp.* 3. *q.* 3. *puncto* 4. *n.* 13. Filliucc. *tract.* 34. *c.* 4. *qu.* 9. *n.* 79. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 20. *dub.* 11. *n.* 86. Caram. *loc. cit. n.* 753.

905 Deductis expenſis, & periculis negotiationis.

Secundo, lucrum petit deductis expenſis, & periculis negotiationis; nam pro illa rata mutuanti ceſſat. Abb. *in c. conqueſtus.* 16. *n.* 6. *de uſuris.* Jaſon. *in l.* 3. *§. fin. D. de eo, quod certo loco.* Bartol. *in l. un. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt.* Aragon. 2.2. *q.* 78. *art.* 2. *condit.* 4.

906 Et lucrum ſit in potentia proxima.

Tertio, lucrum debet eſſe io potentia proxima, puta, ut ſit frumeotum ſeminaturus, pecunia ſit oegotiis deſtinata proximè, & expoſita. D. Thom. *opuſc. de malo q.* 13. *art.* 4. *ad* 14. Molina *diſp.* 316. *n.* 8. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 20. *dubit.* 11. *n.* 82. Navar. *lib.* 3. *de reſtit. c.* 2. *n.* 300.

Quod ſi mutuans ſolitus negotiari, motuando, redderet ſe impotentem ad negotiandum ex illa pecuoia, tunc impotentia illa, quòad gravamen, eſſet pretio æſtimabile. Caram. *intentionali n.* 754.

907 Lucrum ceſſans debet mutoatario priùs exprimi.

Quarto, mutuans debet mutuatario exprimere ſe velle quantitatem lucri ceſſantis mutuatario fortè nolenti cum tanto diſpendio mutuum recipere. Caram. *loc. cit. num.* 753. Affliɛt. *dec.* 20. *n.* 2. Paulus de Caſtro *in c.* 3. *§. nunc. D. de eo, quod certo loco.*

An ſit Uſura ſi Mutuatarius remutuet pecuniam exigendo à ſecundo mutuatario omne damnum emergens, & lucrum ceſſans primo mutuanti reficiendum?

908 Quid in remutoatione mutui accepti.

DIſtinguas: vel lucrum ceſſans, & damnum emergens evenit ex remutuatione, vel aliuode.

Si ex remotuatione non eſt uſura, ſe Indemnem ſervaos; nam ex beneficio oon damoificandus.

Si alionde, eſt uſura; nam mutuatarius tenetur reficere damna orta ex mutuo à ſe accepto, non ex accepto ab altero: & ità concordabis ajentes eſſe uſuram cum Almayno *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. & id negantes cum Angelo v. *uſura* 1. *q.* 22. ubi Sylveſt. *qu.* 20. & diſtinguentes cum Molina *diſp.* 316. *§. dicendum.* Ognatt. *diſp.* 207. *n.* 2.

An liceat paciſci de lucro ceſſante?

909 Deductis periculis, & expenſis licet paciſci de lucro ceſſante.

AFfirma: deductis periculis, laboribus, expenſis, & ut lucrum futurum minus æſtimetur, quàm præſeos. Covar. 3. *var. c.* 4. Angel. v. *uſura.* Felinus *in c.* 1. *de officio delegati.* D. Antoninus 2. *par. tit.* 1. *c.* 7. *§.* 9. Corradus *de contractibus q.* 3. Cajet. 2. 2. *qu.* 78. *art.* 2. ubi Aragon. & Baodez, contra Durandum *in* 3. *diſt.* 37. *quæſt.* 3. *art.* 1. Sotum 6. *de juſt. q.* 1. *art.* 2. *concl.* 4. inclinat D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 1.

Patet, quia res futura dubia vendi poteſt. *l. nam hoc modo.* 11. *D. de hæred. & act. vend. l. nec emtio.* 8. *D. de contrah. emt. l. emtorem. §. fin. D. de actionibus emti. l. neceſſario.* 8. *§ fin. D. de periculo, & commodo rei vend.* Gayllus 2. *obſervat.* 10. *n.* 1. & notavi 3. *Panton. n.* 1605. Ergo lucrum futurum probabile eſt pretio æſtimabile; ergo in illo pretio poteſt ſervare ſe indemnem; quæ ratio, & lucrum ceſſat in pecunia omninò otioſa; adeòque oequit ex illa omutuata aliquid lucri ceſſantis accipi.

Hinc diudicaodo differendum eſt hic.

An ſit Uſura emere anticipata ſolutione pretii rem futuram, puta vinum, frumentum, &c. pretio juſto currente tempore collectionis fructuum?

NEga. Maſtrillus *dec.* 245. *n.* 26. Merlin. *centur.* 1. *forenſium c.* 75. *n.* 4.

Patet, quia tunc eſt verus contractus non motui, ſed emtionis rei futuræ promiſſa, & anticipata traditione juſti pretii, qui licitus eſt. *l. nec emtio. D. de contrah. emtione.* 910 Non eſt uſura emere anticipata ſolutione rem taxandam juſto pretio tempore collectionis.

An ab initio poſſit determinari pretium rei futuræ?

NEgat Maſtrill. *deciſ.* 106. *n.* 8. & 9. Merlin. *loc. cit.* Sed oppoſitum ſentio, ſi taxetur pretium rei futoræ conſideratis omnibus circumſtantiis loci, temporis, abundantiæ, penuriæ, periculo, &c. nam tunc otraque pars æquè ſe exponit periculo damoi, & lucri, ſi res pluris, vel minus valebit; adeòque ceſſat læſio, & uſura, quia uſura ſine læſione exiſtere nequit, nec eſt oovum rem futuram vendi poſſe. 911 Id tamen non licet ab initio, niſi conſideratis omnibus circumſtantiis.

An recipiens anticipatè pecuniam, deinde non tradens rem, teneatur etiam ad intereſſe recepti pretii quanti plurimi?

CAſus contingit in Lubrano dante pro oleo futuro multa milliaria, & deinde adveniente tempore à venditore non fuit oleum traditum: petiit Lubranus pretium, & lucrum, quod ex oleo, vel frumento feciſſet vendendo illud Venetiis duplo majus, de quo Merlinus *centur.* 1. *c.* 75. & 76. 912 Diſcutitur celebris caſus ſolutionis anticipatæ, non tradita re tempore præfixo.

Diſtinguas duo lucra. Primum, ex pecunia data ex titulo pretii, quam ſi non dediſſet, dans lucratus fuiſſet aliis negotiis, & hoc dicunt intereſſe intrinſecum. 913 Lucrum ex pecunia, & ex negotiatione.

Secundo, lucrum ex rebus emtis, quas negotiando, vendendo lucratus fuiſſet duplum, & dicitur intereſſe extrinſecum, noo ex re, ſed ex negotiatione pullulans. *l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. D. de action. emti l. un. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt,* ubi Bartolus *num.* 17. Navarr. *de uſuris n.* 46. *v.* 7.

Certum primo eſt deberi intereſſe quantiplurimi ex lucro intrinſeco, quo caret dans pecuniam, ſi ei res emta non tradatur tempore præfixo.

Certum ſecondo eſt peconiam eſſe ſterilem; adeòque carere lucro intrinſeco, ſolùmque adeſſe lucrum extrinſecum proveniens ex negotiatione.

Nunc

Digitized by Google

Nunc difficultas eſt: quod lucrum debeatur? an ſcilicet debeatur lucrum, quod haberet ex negotiatione pecuniæ?

914 Lucrum quod percepiſſet quis ex negotiatione pecuniæ in loco, & tẽpore promiſſæ conſignationis, debetur.

AFfirma pro foro Interno, & externo deberi lucrum quanti plurimi, quod percepiſſet ex negotiatione pecuniæ in loco, & tempore promiſſæ conſignationis, non in alio loco, & tempore. Baldus *in l.un.n.57.C.de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt*, ubi Gottofredus *n.11.* Fulgoſius *n.49.* Caldas *de emtione, & venditione c.29.n.47.* Covarr. *3.var.c.4.n.2.* Peguera *dec.23. num.11.* Molina *de contractibus diſp.368. n.10.* Scaccia *de commerciis.§.7. Gloſſ.2.n.57.* Capyc. *dec.19.n.6.* Puteus *lib.1.dec.231.in fine.* Afflict. *dec.313.n.8.* Cajetan. *2.2.q.68.art.2.ad 1.* Bart. *in l.nummis. D. de in litem jurando*, ubi Jaſon. *n.3.* Rebuffus *in l.un.C.de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt.n.44.* Menoch. *de arbitr. lib.2.caſu 19.* Cyriacus *forenſium c. 165. n. 25. tom. 1.* Valaſc. *conſul.107.* Merlin. *centur.1. forenſium c.75. n.13. & 16.* Surdus *dec.87. & 71.* Giurba *deciſ.115.*

Patet, quia nequit habere lucrum ex re, quæ non fuit, nec eſt ſua. Res enim Domino ſuo fructificat: ſed pecunia erat ſua, non verò frumentum ex pecunia emtum non traditum; ergo habebit fructus negotiationis pecuniæ.

915 Deductis expenſis, & laboribus.

Et debent fructus taxari deductis expenſis, ſalarii, deductis laboribus, &c. Navar. *lib.3. de reſtitut.c.4.n.310.* Paulus de Caſtro *in l.3.§.nunc de eo. D.de eo, quod certo loco.* Farinac. *deciſ.20.* Maſtrill. *dec.245.n.36.* Gratian. *forenſ.c.66.* Peguera *dec.33.n.11.*

Hinc ſolvitur.

An debeat etiam habere lucrum, quod percepiſſet ex re emta, ſi ei fuiſſet tradita, & vendidiſſet iterum cum lucro?

916 Non tamen debetur lucrum, quod percepiſſet ex re anticipatè emta, & non tradita, quam vendidiſſet denuò cum lucro.

NEga. Alex. *lib.4.conſ.121.* Anna *alleg.42.* Bandez *2.2.q.78. concl.7.* dicens eſſe uſuram exigere tale lucrum remotum ex frumento, vel vino, quod ſi fuiſſet traditum, cum lucro vendidiſſet. Leſſius *2. de juſtitia c. 20. dub.11. n.82.* Merlin. *centur.1.caſu 75.n.13.& 18.* Cagnol. *in rubrica.C.de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt.n.23.*

Ratio, quia res emta non tradita, non eſt emtoris, & negotiatio, ex qua lucrum pullulaſſet non eſt poſita, & licèt poſſit habere lucrum rei ſuæ, ſcilicet pretii traditi, quo emtor caret, non poteſt habere lucrum rei ſibi debitæ.

Qualiter taxetur intereſſe ex pecunia negotiis expoſita?

917 Intereſſe ex pecunia negotiis expoſita taxatur arbitrio Judicis.

TAxatur arbitrio Judicis. Corradus *par. 1. q.229.* Navar. *3.de reſtitut. c.2.n.290.* & non debet eſſe exceſſivum. Maſtrill. *dec.116.in fine.* Aliqui volunt poſſe eſſe viginti pro centenario, quia ſæpiùs lucrum ex pecunia accepiſſet negotiando. Sed eſſe uſuram ait Petrus Graſſius *tit. de uſuris lib.2. conſ.2. n.20.* Imò etiam eſſe uſuram quindecim pro centenario ait S. Antoninus *tom.2.ſummæ c.8.§.7.*

Et etiam eſſe exceſſivum decem pro centenario ait Gratian. *forenſium c.143.n.6.*

Et Jure Civili duodecim pro centenario erat uſura. Scaccia *de mercatura. §.1.qu.7.puncto 2. ampliat.8.n.53.*

Subaudiæ taxantur ſex pro centenario. Faber *de uſuris definit.2.*

918 Neapoli ſolet taxari decem pro centenario.

Neapoli inter mercatores ſolent taxari decem pro centenario. Franchus *deciſ.21.* Merlin. *centur.1.forenſium c.75.n.22.*

Fidejuſſorum, pignoris, aſſecurationis remiſſio.

§. IV.

Principium.

919 Mutuans poteſt ſe ſervare indemnem, nè damnificetur.

HAbens pecuniam ſecuram apud ſe, poteſt mutuando ſe indemnem ſervare, à mutuatario exigendo, ut pecunia ſit ita ſecura, ut erat apud mutuantem, aliàs amittens aliquid ſecuritatis pecuniæ, damnificaretur.

Hinc ſumens in ſe periculum hujus ſecuritatis poteſt aliquid exigere.

An ſit uſura exigere fidejuſſionem, pignus, vel aſſecurationem à mutuario?

920 Exigere fidejuſſionem, pignus, vel aſſecurationem pro ſecuritate mutuantis, non videtur eſſe uſura.

NEga. *l. cum proponas. C.de nautico fœnore.* ubi Danza *in manuſcriptis.* ubi ſuſcipiens in ſe periculum navigationis, non ſuſcipit, niſi periculum fortunæ, vel culpæ debitoris. cum Decio *conſ.70.* nam cautiùs proſpiciens ſuæ ſecuritati, nulli eſt injurius *l. 1. l.8.§.tutor. D.qui ſatiſdare cogantur*; Nec officit textus in *l.5. D. qui ſatiſdare cogantur*; ubi poſſeſſor ſtabilium non cogitur ſatiſdare; nam textus loquitur in ſatiſdatione Judiciali, non in conventionali; inſuper ſtabilia ſunt obnoxia multis occultis oneribus, quandoque abſorbentibus rei valorem, ut fluctuoſa demonſtrat experientia, & litium clamat denſata congeries.

An pro remiſſione prædictorum poſſit aliquid accipi?

921 Idem pro illorũ remiſſione quando ſubeſt verum, & prudens periculum.

AFfirma; nam illa ſecuritas, quæ hac remiſſione amittitur eſt pretio æſtimabilis; & imprudens eſſet pecuniam ſecurè poſſeſſam litibus exponere; periculum namque amittendi capitale, timor litis in illo recuperando, efficit, ut quis valeat recipere quantum prudentèr æſtimari poteſt carentia periculi, & moleſtiæ. Imò etiam recepto fidejuſſore lites pullulare, ſtrepitus forenſis declarat. Nullus enim fidejuſſor ſolvit ante Judicis ſententiam, principali regulariter indiſcuſſo, cùm præmittenda ſit principalis excuſſio antequam fidejuſſor ſolvat, & qui pecuniam pacificè poſſeſſam litibus exponere velit, eſſet imprudens; ergo poterit vendi tranquillitas, ſecuritas, quies in bonis ſuis recuperandis. Molina *diſp.310.n.1.& 2.* Filliucc. *tr.34.c.5. num.103.* Armilla *v.uſura n.23.* Reginal. *lib.23. c.4. n.54.* Major. *in 4. diſt. 15. q.4. art.7.* Corduba *in ſumma q. 78.* Caramuel *intent. n.736., & 768.* Firmatur, quia fidejuſſor poſſet aliquid accipere, tum ratione periculi, cui ſe ſupponit, tum obligatione fidejubendi pretio æſtimabile. nam poteſt principalis decoqui ob caſus fortuitos. Cajetanus *2.2.q.78.art.2. ad 4.* Covarr. *3.var.c.2. n.6.* Sylveſt. *fidejuſſor q.ult.* de Marinis *tom. 2. c.7. n.4.* Bal. *in l.antiqua.n.1.D.ad Vellejanum.* Lupus *in c.per veſtras.§.9.num.9.de donat.inter* Stracca *de aſſecurat.in præfat.n.25.* Valaſcus *dec. 18.* Surdus *conſ.306.n.10.lib.3.* Mantica *tom.1. de tacitis lib.6.tit.6.n.6.* Decius *conſ.7. n. 10.* Corradus *de contractib.q.4.concl.4.* Felicianus *de cenſibus lib.2.c.20.num. 20.* Navarr. *in ſumma c.17. n.285.* D.Antoninus *in ſumma tit.de uſuris c.7. §.45.* qui omnes volunt fidejuſſorem poſſe pro fidejuſſione aliquid accipere ob periculum, cui ſe exponit; ergo ſuſcipiens in ſe tale onus, & periculum eſt aliquid pretio æſtimabile; ergo poterit aliquid accipere etiam principalis remittens fidejuſſionem; nam tunc recipit in ſe periculum, cui ſe exponit amittendi jus ſuum.

Pignus etiam indiget diligentia, ut cuſtodiatur

Digitized by Google

922 Pro pignore.

diatur, conſervetur, quam nemo tenetur gratis facere, & nequit diſtrahi ſine multis ſolemnitatibus, poteſtque à creditoribus anterioribus avocari, & ſic non tollit omne periculum, & onus, nec eſt adeò ſecurus cum pignore, ſicuti cum re propria. Caram. *loc.cit. n.*890.

923 Et aſſecuratione.

De aſſecuratione eodem modo diſcurras ob periculum decoctionis, fugæ, mortis, & æris alieni anterioris aſſecurantis, & impenſarum litium in aſſecurationis contractu.

924 Perfecto contractu mutui nequit deinde aliquid exigi.

Si tamen contractus jam ſit perfectus, nequit deinde aliquid exigi; nam tunc contrahens ſine cautelis videtur condonaſſe pericula. Ognatt. *num.*72. Conficiamus ergo regulam: Mutuans, nihil ex ſuo amittere debet: & cùm non ſolùm habeat pecuniam, ſed illam ſecuram, liberam, ſine lite retineat, poterit nolle amittere ex pecunia ex tali ſecuritate: Adeòque exigere, ut ita ſit ſecura apud mutuatarium, ſicuti erat ſecura apud ſe, & ſi periculo proximo ſe exponat, aliquid exigere valebit, quia tale periculum eſt ultra ſortem, in quo valet ſe indemnem ſervare. Circumſpectione tamen in iſtis titulis utendum, nè pallietur uſura, & lucrum ſit moderatum, non ex titulo mutui emanans.

Principium.

925 Exigere aliquid à mutuatario ex novo titulo, ad quod non tenetur, eſt uſura.

EXigere ex novo titulo, quòd mutuatarius teneatur ſolvere ex alio titulo, imponendo hujus novi tituli obligationem, eſt uſura.

Nam talis nova obligatio eſt ultra ſortem; cum ſine tali nova obligatione teneatur ex uno titulo; & cum tali nova obligatione tenetur ex duplici; & ſic imponitur onus novæ obligationis ultra ſortem; & licèt exigas id, ad quod tenetur: exigis ex novo titulo, quo non tenebatur; & obligatus ex duplici, magis eſt, quàm ex uno titulo obligatus; uno namque titulo corruente, remanet obligatus ex alio.

II. Principium.

926 Si exigatur id, ad quod mutuatarius tenetur, non eſt uſura.

EXigere debita ſine novo titulo obligationis, non eſt uſura.

Nam nihil imponitur, nec exigitur ultrà ſortem, & mutuatarius non damnificatur ſolvens debita. Covarr.3.*var.c.*1.*n.*2. Salas *de uſuris dub.*12.*n.*3. Cajet.*v.uſura c.*2.Caramuel *intent.num.*724.*&* 736. Aragon.2.2.*q.*78.*art.* 2. *dub.*102.*concl.*3. Hinc ſolvitur.

An liceat paciſci, ut mutuatarius ſolvat debitum, non occidat, non litiget injuſtè, ut odium remittat, injuriam non inferat?

927 Niſi ex mutuo novum onus addatur.

DIcas non eſſe uſuram, ſi ex mutuo novum onus obligationis non imponatur ad hujuſmodi; nam eſſet tale novum onus ultrà ſortem.

928 Ex juſtitia ſolvere vi mutui debita ex gratitudine, uſura eſt.

Adeòque eſſet etiam uſura obligare ad ſolvendum ex juſtitia vi mutui debita ex gratitudine, & honeſtate; quia illud onus obligationis eſſet ultrà ſortem. S.Tho.2.2.*q.*78. *art.*2.*ad* 2. Leſs.*lib.*2.*de juſt.c.*20.*dub.*5.*num.*36. Molina *diſp.*308.*n.*2.

629 An exigere aliquid ex gratitudine ſit uſura, vide infra.

Exigere verò amicitiam reciprocam ex gratitudine non videtur uſura, quia mutuans jam ſe exhibet amicum, & talem mutuatarium requirere poteſt. Sotus 6. *de juſtit.q.*1.*art.*3. Leſs. 2.*de juſt.c.*20.*dubit.*5.*num.*37. Molina *diſp.*308. *num.*5.*in fine.*

Hinc, mutuans egeno, poteſt exigere, ut remutuetur mutuanti egeno; nam in tali circumſtantia non petit indebitum; cùm egenti mutuandum. Caram. *intent.n.*740. *&* 741. Sicuti nec eſt uſura mutuare pecuniam magiſtro negligenti, illum obligando, ut doceat diligenter, ut tenetur. Hinc ſolvitur.

An ſit uſura exigere à mutuatario, ut ſolvat debitum probabile?

NEgat Caramuel *intent.n.*737. quia prudenter exigit quod ei debetur, & ſic non ultra ſortem. 930 Videtur Caramueli non uſura exigere à mutuatario ſolutionem deberi probabilis.

Nec officit debitorem non teneri ſolvere debitum probabile; nam creditor ſequens ſuam opinionem probabilem, exigit prudenter debitum, & ſic non ultra ſortem, cùm non teneatur ſequi opinionem debitoris. Caram. *intent.n.*738.

Dubitans tamen de debito non poteſt exigere; nam redderet debitum dubium certum, & ſic ultrà ſortem, in quo recedas à Propoſito *q.*5. *de integritate confeſſionis dub.*3. confundente probabilitatem cum dubio. 931 Si ſit debitū dubium, tunc eſt uſura.

Nutat etiam animus in doctrina Caram., ſi velit poſſe probabile exigi, reddendo ex probabili certum debitum, quia certum eſt pluſquam probabile, & ſecundum illud plus eſſet ultrà ſortem; ſi verò ut probabile exigat, non auget obligationem. 932 Tamen Auctori arridet exigere debitum probabile vi mutui eſſe uſuram, quia tunc evadaret certum.

Gratitudo.

§. V.

An ſit uſura aliquid recipere ex gratitudine?

NEga: nam gratitudo eſt virtus reſpiciens beneficium receptum, & conſequenter inclinat ad actum virtuoſum, non malum exiuendum. 933 Ex virtute gratitudinis, aliquid recipere occaſione mutui, videtur licitū.

Hinc donatio remuneratoria, cùm ſit ex titulo mutui, eſt licita, conducens ad bonum commune, convictus humani, quod ligatur etiam glutino gratitudinis. S. Tho. 2. 2. *q.* 78. *art.*2. Molina *diſp.*308. *num.*3. Caſtrus *conſ.*101. *col.nu.*2. Thuſc. *v.uſura concl.*337.*n.*23. Franch. *in c. peccatum. num.* 4. *de reg. juris in* 6. Bald. *conſ.*443.*n.*3. Roman.*conſ.*520.*n.*14. Ancharan. *conſ.*301. nam ſi licet ab extraneo, cur non licet à mutuatario jure gratitudinis accipere, cùm hoc conducat ad commune bonum convictus politici.

Et poteſt quis dicere, ſe nolle mutuum dare, niſi fueris gratus, provocando ad remunerationem; nam eſt provocare ad actum virtutis gratitudinis exequendum, & potens gratis negare mutuum, multò magis poteſt negare ingratis, & ut rectè monet Caram. fund. *n.*724. excludens gratitudinem humanitatis vincula rumperet, & in orbem humanitatis protruderet ſatyros, proſcriberet homines. Uſura namque eſſet ex pacto juſtitiæ vi mutui, non verò ex ſola gratitudine remunerationem recipere. Molina *diſp.*308. *n.*6. Leſs. *lib.*2.*c.*20.*n.*8.*n.*57. Filliucc. *tract.*34.2.*par.c.*3. *q.*5.*n.*39. Navarr.*lib.*2.*c.*2.*n.*267. Armilla *v.uſura n.*35. (3) 934 An verò poſſit quis dicere nolle dare mutuū, niſi fuerit ei gratus mutuatarius, vide ſequentē *adnot.* 935 Ex pacto certum eſt tunc eſſe uſuram.

Hinc

(3) Ex ſolo titulo Virtutis Gratitudinis aliquid à mutuatario accipere, nullo interveniente pacto, aut conventione DD. ut plurimum admittunt: Sed ſi intercedat pactum, aut conventio (ſi addas quoque importunas preces) recipiendi aliquid à mutuatario ex gratitudine, DD. poſt damnatam Prop. 42. ab Innoc. XI. docent eſſe uſuram: quia naturali obligationi virtutis gratitudinis additur novum gravamen ex pacto, quod vi mutui non tenetur mutuatarius ſubire; cùm ni ſolvat debitum ex gratitudine, non ſolum ingratus, ſed infidelis, nè dicam injuſtus haberetur, quando ipſa virtus

Digitized by Google

936 Dare mutuū ſub ſpe tantùm aliquid accipiendi ex gratitudine, non eſt uſura.

Hinc non eſt uſura dare mutuum ſub ſpe aliquid accipiendi ex gratitudine, remuneratione D. Tho. *loc. cit.* ubi Serra, Leſs. Navarr. Valentia, Toletus, Angel. Scotus, Cajet. Molin. quos citat, & ſequitur Caram. *loc. cit. n.* 756.

Et non obſtat Lucæ 6. ibi: *mutuum date, nihil inde ſperantes*; nam intelligitur, nihil ſperantes ex juſtitia, non ex alio titulo; maximè cum ly, *mutuum date*, non ſit præceptum, ſed conſilium.

An liceat expreſsè paciſci ex gratitudine, ut remuneretur?

917 Aliquibus viſum eſt licere paciſci ex gratitudine remuneratio.

AFfirmat Bonac. *diſp.* 3. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 9. Molina *diſp.* 308. *n.* 7. Filliucc. *loc. cit. c.* 2. *q.* 7. *n.* 27. Leſſius *loc. cit.* Ognatte *in impreſſione Romana tom.* 3. *tract.* 30 *diſp.* 107. *n.* 98.

938 Hoc pactum ab Auctore reprobatur juxta *prop.* 42 *Innoc.* XI.

Nec ratio pacti infert obligationem ex juſtitia, ſed ſolum illam, quam paciſcentes intendunt, nec plus pactum operatur, nec obligatio poteſt naſci ſine voluntate paciſcentium volentium unam non alteram obligationem. *l. obligationum* 4. *l. in omnibus. D. de oblig. & actiſu.* Ex contractu ergo non ex pacto naſcitur obligatio ex juſtitia, & monui 3. *Panton. tit. de obligationibus*. Tale tamen pactum cavendum, quia jure Canonico præſumitur uſurarium. *c. in Civitate* 6. *c. conſuluit* 10. *c. naviganti* 19. *de uſuris.* (4)

An poſſit mutuans recipere omninò liberalem donationem à mutuatario?

939 Si tamē fuerit omninò liberalis donatio, poteſt mutuans recipere.

AFfirma: nam rei ſuæ quilibet arbiter. *l. ob rem. D. de pactis dotalibus. l. in contractibus.* 32. *D. de regulis juris*. Donationes tamen hujuſmodi non præſumuntur; nam nemo præſumitur velle donare, quod eſt perdere.

An ſit licitum non mutuare, donec mutuatarius à mutuante excitatus, dicat ſe daturum aliquid ex gratitudine, amicitia?

940 Excitare tantùm mutuatarium ad dandum aliquid ex gratitudine, eſt licitum, ſi excludantur preces importunæ, & pactum.

AFfirmat cum Salas Diana. *p.* 1. *tr.* 8. *reſ.* 28. Serra: nam tunc non oritur obligatio ex juſtitia, ſed ex gratitudine, amicitia, conducit D. Tho. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. dicens eſſe ſignum fallax ad cognoſcendam uſuram, ſi quis mutuum non daret, ſi crederet illum ingratum; ſicuti nec eſt ſimoniacus, qui Eccleſiam non peteret; niſi adeſſent diſtributiones; ſperat namque tunc à mutuatario aliquid ex veracitate, fidelitate, gratitudine, non ex juſtitia, quod pactum ex juſtitia redderet pactum uſurarium, de quo loquitur D. Tho. *in opuſculo ad Ducem Brabantiæ*. ibi: *ſi hoc pacto mutuum dant*, ut officium recipiant, abſque dubio pactum eſt uſurarium.

An ſit uſura aliquid exigere ob laborem, induſtriam in numerando, ſcribendo, exigendo, &c.

941 Ob laborem, & induſtriā, quæ non ſit eſſentialis mutuo, licet aliquid accipere non vi mutui.

OMnis actio laborioſa, aut vendi, aut locari pretio poteſt, cùm pretio ſit æſtimabilis.

Hinc non eſt uſura aliquid exigere, non intuitu mutui, laborisvè incluſi eſſentialiter in mutuando; ſed ob alias laborioſas graves actiones, ob induſtrioſos adhibendos miniſtros, qua ratione bancharii pretium laboris, & induſtriæ ſumunt; licèt namque ut ex mutuo, ità ex labore eſſentiali mutuo, nihil exigi valet: ob alios tamen pretio æſtimabiles labores aliquid exigere non eſt uſura; nam non ex mutuo. Major in 4. *diſt.* 15. *q.* 31. *caſu* 11. Corrad. *de contractibus. q.* 46. *caſu* 3. Molina *diſp.* 304. *num.* 8. Filliucc. *de uſuris tr.* 34. *p.* 2. *c.* 5. *nu.* 96. Navar. *c.* 17. *n.* 283. Reginal. *lib.* 25. *n.* 245. Sylveſt. v. *Uſura n.* 32. Hoſtienſis *in ſumma de uſuris n.* 8.

942 Intercedat pactum tamen cum mutuatario, nè ſit rationabiliter invitus.

Deducatur tamen id in pactum, nè fortè mutuatarius rationabiliter invitus ſit, potens ab aliis ſine tali onere obtinere mutuum. Tale namque lucrum debetur non vi mutui, ſed ex alio titulo, ad quem novus requiritur conſenſus, ut naſcatur obligatio.

Ratione periculi amittendæ ſortis.

§. VI.

An liceat aliquid accipere ultrà ſortem?

943 Ob periculū amittendi ſortem, licet aliquid accipere.

MUtuans poteſt ſe indemnem ſervare, & ſic non ſubire periculum amittendi ſortem, nam tale periculum eſt onus, & ex beneficio alteri collato, non debet damnum reportare, quale eſt periculum amittendi ſortem.

944 Paciſci, ut mutuatarius ſe obliget ut mutuantem aſſumat aſſecurationem, eſt uſura.

Nequit tamen per hoc ex juſtitia obligare mutuatarium, ut aſſumat mutuantem ad aſſecurandum; nam talis obligatio eſſet ultra ſortem. *c. in civitate* 6. *c. naviganti* 19. *de uſuris.*

945 Secus, ſi mutuatarius ſpontè eligat mutuantem.

At ſi mutuatarius ſpontè eligat mutuantem in aſſecuratorem, tunc valet mutuans paciſci de juſto aſſecurationis pretio, ut quivis alius aſſecurator, nè ex beneficio mutui collati deterioris ſit conditionis impotens aſſecurare mutuum, quod poſſet aſſecurare ſi alius mutuaſſet. Cajet. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. Leſs. *lib.* 2. *c.* 20. *dubit.* 13. Molina *diſp.* 318. *n.* 4. Sylveſt. v. *uſura q.* 35. contra Sotum 6. *de juſt. q.* 4. *art.* 2. *ad* 1. Armillam v. *uſura n.* 36.

Hinc Analyſis.

An à mutuario ſpontaneò moroſo, decocto, moleſto, dubiæ fidei, ob periculum amittendi ſortem, aliquid accipere ſit uſura?

946 Ob prodens periculum amittendi ſortem, licet aliquid accipere abſque uſura.

NEga, nam non debet ſubire periculum amittendi ſortem, nec privare ſe ſecuritate, in qua erat rei ſuæ. Petrus Navarra *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 343. Tabiena v. *uſura nu.* 15. Corradus *de uſuris q.* 59. Reginal. *lib.* 23. *c.* 4. *n.* 53. Caram. *intent. n.* 769. contra Sotum *loc. cit.*

An ratione carentiæ pecuniæ mutuatæ, mutuans valeat aliquid accipere ultrà ſortem?

947 Ob ſolam carentiam pecuniæ, non licet aliquid accipere ultra ſortem.

NEga: quia carentia illa eſt modo eſſentialis; adeòque recipiens ex carentia, reciperet ex mutuo lucrum. Garatas *de contractibus c.* 6. *n.* 6. Molina *diſp.* 308. *n.* 9. Leſs. 2. *de juſtitia. c.* 20. *dub.* 14. *num.* 126. Sà v. *mutuum n.* 1. contra Medinam *tract. de uſuris q.* 32. cujus opinionem, ut in fide erroneam vapulat Ognatte *n.* 149. nam ſi eſſet vera, eſſet licita uſura, quod eſt contra fidem.

Nec officit eſſe graviſſimum onus carere ſua pecunia; nam id eſt de eſſentia mutui; ergo mutuum non des, ſi carere pecunia nolis.

An

Virtus gratitudinis ex ſe non obligat tantùm ad aliquid temporale dandum, ſed ſufficit, ut quis ſit gratus, ſi pro mutuante oret, ſigna benevolentiæ, honoris, amicitiæ &c. exhibeat. Ideo dictam Prop. exponentes pro rei opportunitate conſule, cum qua confer DD. ſententias per Auctorem relatas.

(4) Vide Prop. 42. Innoc. XI. „ Uſura non eſt, „ dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex „ benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur tanquam ex juſtitia debitum. „

An exponens ſe periculo non repetendi pecuniam, etiamſi indigeat, poſſit aliquid accipere?

948 Ob proximũ, & probabile periculum indigentiæ tẽpore mutui videtur poſſe aliquid accipi ſupra ſortem.

AFfirmat Caram. *ſupra num.* 766. nam tale onus eſt ultrà ſortem, & ſic ex mutuo nihil exigit, exigens ex tali onere aliquid; intelligas ſi dubitet intra tale tempus indigentiam pecuniæ ſuperventuram eſſe, aliàs nihil recipere poteſt, nullum ſubſtinens onus. Dicaſtill. *lib.2.tr.10.dub.2.n.*208. (5)

An ſit licitum ſumere pœnam adjectam mutuo, mutuatario non ſolvente intra certum tempus?

949 De pœna adjecta mutuatario non ſolvente intra præfixũ tempus.

AFfirmat Mercadus *de uſuris c.* 7. Dicaſtill. *tract.10.diſp.2.n.*258. Caram. *loc.cit.n.*779. Reginal. *lib.*25. *n.*228. Leſſius 2. *de juſtit. c.*20. *dubit.*5. Garzias *de contract. c.*21. Tolet. *lib.*5. *c.*32.*n.*1. Sà v. *pœna n.*2. Sylveſt. v. *uſura q.* 18. Major *in 4.diſt.*15.*q.*31. ubi Almaynus, & Sotus *q.*2. Gabriel. *q.*11. *art.*1. *notab.*2. idque paritate aliorum contractuum. *c. ſuam de pœnis. l. magnum. C.de contrah.ſtipul.l.tractatio. C.de action. l. ſi pacto. C.de pactis.* At tu caveas coincidere cum pacto legis commiſſoriæ, quæ eſt uſuræ præſumtæ in pignore ſuſpicio.

950 Cavendum à dicta pœna ne coincidat cũ pacto legis cõmiſſoriæ.

951 An dicta pœna ſit ſolvẽda poſt judicis ſententiam.

Pœna autem illa in mutuo deberet eſſe juſta ſolvenda poſt Judicis ſententiam, ſecundum Suarium *lib.5.de legibus.c.*6. *n.*8. Lopez *p.*1. *de contract.c.*31. Navarr. *c.*23 *n.*67. Bejam *p.*1 *c.*41. Leſs. *loc.cit. c.*20. *n.*15. Rodriquez 2. *p. ſumma c.*84. *n.*4. exemplo aliarum pœnarum poſt ſententiam ſolvendarum. Sanch. 1. *de matrimon. diſp.*57.*n.*4. Salas *de legib. diſp.*15.*ſect.*3. *n.*51.

952 Vel ante.

Licèt alii velint ante Judicis ſententiam deberi vi pacti obligantis ante, & independenter à Judicis ſententia. Molina *dub.* 317. *n.*3. Menoch. *de arbitr.centur.*3.*caſu* 260.*n.*4. Salonius 2.2.*q.*78 *art.*2.*controv.*11. *nn.*6. Reginal. *lib.*25. *num.*228.

An liceat dare ad negetiandum mille, ut dans habeat medietatem lucri, & illam dividere in tres partes, & unam det pro aſſecuratione principalis ſortis, alteram pro aſſecuratione probabilis lucri, alteram ſibi retineat:

953 Poteſt quis paciſci in ſocietate, ut deductis expẽſis ſuſcipiat lucri medietatem, quam dividet pro aſſicuratione ſortis, & probabilis lucri, & pro ſe.

AFfirmat Navar. *c.*17.*n.*55. Major. *in 4. diſt.* 15.*q.*49. Sylveſt. v. *ſocietas* 1.*q.*1. ubi Fumus *n.*6. Covarr. 3.*var. c.*2. *n.*4. *concl.*1. Mantica *de tacitis tom.*2.*lib.*6. *tit.*6. Bonac. *diſp.*3.*q.*3. *puncto* 11.*num.*2. Valent. *tom.*3.*dub.*5.*q* 24.*puncto* 2. contra Sotum 6.*de juſt.q.*6. *art.*2. Arriaga 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. nam nullus illorum contractuum eſt illicitus.

An ſit uſura vendere credito magis, puta centum, & ab eodem emtore reemere minus pecunia numerata, puta nonaginta octo?

954 Sine pacto poteſt quis vendere credito ſommo pretio, & reemere minus.

ID poteſt fieri ex pacto, & ſine pacto. Sine pacto poteſt mercator vendens rem venditam reemere minori pretio, quia res pecunia numerata magis valet, quàm pecunia credita, & ſi res illa ultronea ſit, res ultronea minus valet, quàm non ultronea. Navar. *c.*13.*n.*9. Navarra *lib.*3.*de reſtit. c.*2.*n.*177. Leſſius 2.*de juſtit.c.*21. *dub.*16.*n.*130. Mercadus 1.*de contractib.c.*a6.

955 Si intercedat pactum non licet.

Ex pacto verò adhuc poſſe fieri ſi pretium juſtum ſolvatur ait Cajet. v. *emtio.* conſiderato, merces ultroneas vileſcere quandoque etiam pro medietate, & plus; plures apud Dianam. *p.*1.*tr.*8.*reſol.*78. & ratione oneris ex illo pacto revendendi aliquid compenſetur à mercatore revenditori. Serra 2.2. *q.*77.*art.*1. *dub.*3. §. *advertendum.* Caram. *fundam.n.*795. Bandez. 2.2. *q.*78.*de uſura art.*2.§.*ad* 2.*reſpondetur.* Corrad. *p.*1. *reſponſorum. q.* 130. Bonacina, & alii apud Dianam *loc.cit.reſol.*78. (6)

An ſit uſura emere minori pretio debita certa, ſed ſolvenda in futurum, puta poſt annum?

NEga: quia res futura minus valet, quàm præſens, ſicuti citiùs ſolvens, plus dicitur ſolvere, & plus eſt habere rem, quàm actionem ad rem. *l.minus. D.de reg. jur.* In re autem noſtra, quis emit actionem ad rem futuram, quæ minus valet, quàm ipſa res, ſi eſſet præſens. Unde quis poteſt emere nonaginta pecunia numerata, quod valet centum anno futuro. Cajet. v. *uſura in fine.* §. *cogor.* Joannes de la Crux *in directorio p.*1. *præcepto* 7. *de uſura dub.* 6. Serra *q.*77.*art.*1.*dub.*3. §.*dicendum* 2. Armilla v. *uſura num.*33. (7)

An mutuans pecunia numerata mille, poſſit in fine anni recipere mille, & quinquaginta?

956 Res præſens magis valet, quàm futura.

RAtio difficultatis eſt, quia res præſens magis valet, quàm res futura; ergo mille pecunia præſenti, poſſunt valere mille, & quinquaginta ſolvenda anno futuro; nam illa quantitas præſens valet, quantum illa futura, & ſic nihil reciperet ultra valorem ſortis præſentis mille, ſi anno futuro reciperet mille, & quinquaginta; idque ſtando conſequentiæ difficillimum aſſerit Caram. *in fundam.num.*261 & 264.

957 Ex ſolâ dilatione temporis in mutuo nil recipi valet.

Contra quem videtur obſtare natura mutui, qua res præſens datur pro futura, ſicque ex mutuo lucrum reportaret, & ſic nihil ſupra datum recipere valet.

Scio poſſe reſponderi, nihil ſupra acccipere, quia tantum valet minus de præſenti, quantum plus de futuro. At tu omninò ſiſtas; nè accipias aliquid ultra traditum de præſenti, cùm ſit intrinſecum mutuo dilatio temporis, nè hoc tegmine uſura tegatur. (8)

Epilogus tituli lucri

958 Tituli, ex quibus valet aliquid recipi.

DEbet ſe indemnem ſervare in re, ac ſecuritate; hic aliquid accipere poterit. Primo ratione damni emergentis, lucri ceſſantis, periculi amittendi ſortem, difficultatis exactionis,

(5) Vide P. Viva *ad Prop.*42. Alexandri VII. *n.*11. ubi pro ſolo periculo remoto, nihil valet mutuans ultra ſortem recipere, secùs ſi periculum ſit proximum, & probabile. Dicta propoſitio ſic ſe habet „ Licitum eſt mutuanti aliquid ſupra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem „ uſque ad certum tempus.

(6) Vide *Prop.* 40. ab Innoc. XI., quæ ſic habet „ Contractus Mohatra licitus, etiam reſpectu „ ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito, cum intentione lucri.

(7) V. Auctorem in ſua Anacephaleoſi à *n.*875. & P. Viva *ad Prop.* 42. Alexandri VII. *n.* 13. ubi ex communiori docet eſſe uſuram palliatam emere minoris credita certa, ſed immatura, ex ſola dilatione temporis, ſi abſint probabile damnum, lucrum ceſſans, aut difficilis, vel ambigua futura ſolutio. Aliter timendum de furto, de quo V. Tamburr. *lib.*8. *in Decal. tract.*3. §.8.*n.*1. & *ſeqq.*

(8) Conſule *Prop.*41. ab Innoc. XI. damnatam „ Cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem à mutuatario exigere, „ & eo titulo ab uſura excuſari.

nis, moleſtiæ expenſarum in exigendo, moræ gravis, aſſecurationis, pignoris condonati, privationis rei prætioſiſſimæ exhilarantis poſſeſſorem, cujus carentia triſtitiam induceret gravem. DD. apud *Salas tract. de uſuris c.23.n.33.* apud Dianam *p.5.tr.8.reſol.37.& 57.* D. Tho. *opuſc. de uſuris c.10.* Serra *loc.cit. art. 2. dub. 2.* quo ſenſu non eſt cur cenſorio ſævero Catonis ſupercilio doctrinam condemnet Dicaſtill. *lib. 2. tract. 10. dub. 2. n. 250.* Egenotes namque privarentur auxiliis, niſi indemnes ſervarent ſuccurrentes, & mutuo obſtrueretur oſtium: Titulus tamen lucri igne veritatis probandus eſt, nè juſtitia injuſtitiam tegat, & in hoc non eſt rigori parcendum, ad tollendam anſam uſurarum.

De Dominio rei uſurariæ.

CAPUT III.

959 Uſurarius caret titulo retinendi uſuras.

NEmo acquirit dominium ſine titulo, & traditione. *l. nunquam 31. D. de acq. rerum dominio.*

Uſurarius caret valido titulo, ſicque dominio rei uſurariæ.

960 Niſi per commixtionem, ſive confuſionem ſuas efficiat uſuras.

Commiſcens verò indiſcernibiliter receptum cum ſua pecunia, ratione illius commixtionis habentis vim confuſionis, dominium acquirit. *§. ſi duorum. §. præterea per alluvionem. §. quod ſi frumentum. Inſtitutionum lib. 2. de rerum diviſione. l. ſi alieni 78. D. de ſolutionibus.* Id intelligas de pecunia, nam ex aliorum rebus ità immixtis voluntate duorum dominorum, res fit communis. *§. ſi duorum.* ibi: *totum id corpus, quod ex confuſione fit, utriuſque commune eſt.*

961 Fructus ex uſuris reſtituendi, niſi ſint tantùm induſtriales.

Fructus rei acceptæ per uſuram reſtituendi ſunt, niſi ſint ex mera induſtria percepti. D. Tho. 2. 2. *q. 78. art. 3.* Covarr. *3. var. c. 3. n. 6.* Abb. *in c. naviganti in fine de uſuris. l. 1. & 8. C. ſi quis alteri, vel ſibi.*

962 Reſtituenda ſunt damna.

Inſuper reſtituit damnum emergens, & lucrum ceſſans. Sà v. *debitum n. 14.* Toletus *lib. 5. c. 35. n. 1.*

Ex his reſolvitur.

An uſurarius poſſit bona alienare?

963 Uſurarius nequit alienare in fraudem creditorum.

DIſtinguas: vel alienat in fraudem creditorum, vel non. Non licet in fraudem creditorum. *l. ſi quis cum haberet 15. D. de revocandis iis, quæ in fraudem. l. 5. C. de revocandis* ubi Bart. Baldus, & Paulus. Et hic datur duplex actio, una ex contractu, vel quaſi delicto, vel quaſi contrà debitorem alienantem. Altera, quæ dicitur Pauliana, datur ad reſcindendam alienationem, ſivè oneroſo, ſivè lucrativo titulo

964 Et duplex actio datur.

initam. *l. 1. l. qui autem 6. l. ait prætor 10. D. de revocandis iis, quæ in fraudem.*

Si verò alienatio ſit facta bona fide; tunc revocari nequit, ſi dominium rei alienatæ fuit quæſitum uſurario alienanti; nam qui ſolvit uſuram, rem non habet hypothecatam: ſi verò non adhuc dominium uſuræ ſolutæ fuit quæſitum uſurario; tunc ſolvens uſuram, ut Dominus, rei vindicatoriam habebit actionem contra quemcumque poſſeſſorem. *l. 1. 2. & 3. D. de rei vindicatione.*

An verò uſurarius poſſit lucrum uſurarium alienare?

965 Lucrum uſurarium alienare valet.

AFfirmat: nam licèt non ſit Dominus, tamen ut quis poteſt vendere rem alienam. *l. rem alienam 28. l. alienat. 67. l. nuda 55. D. de contrah. emt. l. ex emto 11. D. de actionibus emti:* ità poteſt uſuras exigendas vendere, licèt ei non quæſitas, habebit tamen emtor remedium evictionis.

De Reſtitutione uſuræ?

§. I.

MUtuans ad uſuram, mandans, cooperans, &c. & conſulens, niſi conſulat ad evitandum majus malum, tenetur reſtituere uſuras, licèt uſuræ ſint conſumtæ, unà cum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, deductis expenſis; & hic tenetur etiam reſtituere fructus rei per uſuras receptæ; ut quivis malæ fidei poſſeſſor. *c. ſi quis uſuram 18. 14. q. 4. c. debitores 6. c. ad noſtrum 7. de jure jurando c. quoniam 2. c. quia in omnibus 3. c. cum tu 5. de uſuris c. quanquam 2. de uſuris in 6.* D. Tho. 2. 2. *q. 78. art. 1. & 3.* ubi Cajet. Aragonius. Salonius *controv. 4. n. 6.* Covarr. *3. var. c. 3. n. 6.* Abbas *in c. naviganti. 19. de uſuris.* Thuſc. v. *uſura concl. 339.* Salas *tract. de uſuris dubit. 19.* Alex. *lib. 3. conſ. 8. nu. 14.* Ancharanus *conſ. 257. nu. 16.* Lupus *alleg. 62. n. 4.* Sà v. *debitum n. 14.* Toletus *lib. 5. ſummæ c. 35. n. 1.* 966 Qui ſint obligati ad reſtituendas uſuras.

Si mutuans ignoranter bona fide contraxit uſurariè, tunc ad inſtar bonæ fidei poſſeſſoris tenetur, vel non obligatur reſtituere: & ſi contraxit omni meliori modo, volens ſaltem confusè inire contractum licitum: tunc omninò excuſatur, quia cenſetur recipere ex licito contractu lucrum, quem tacitè iniit. Sà v. *uſura n. 8. & 9.* Navarr. *lib. 5. de uſuris c. 20. n. 11.* Rebellus *lib. 18. q. 22. n. 4.*

Si verò non fecit bona fide operans, ſed feciſſet alium contractum licitum, ſi ſciviſſet.

Nec teneri reſtituere ait Navarr., & Sà *loc. cit.* Molina *dub. 71.* Leſſius *lib. 2. c. 20. dubit. 12.* Bonac. *diſp. 3. q. 1. punct. 17. n. 9.* Sanch. 6. *de matrim. diſp. 27. n. 6.* Gomez *2. var. c. 9. n. 22.*

Tu rem decidas ex bona fide, poſſeſſione, vel tacito contractu.

Tabelliones. 967 Tabelliones conficientes inſtrumentorum clarè uſurarium, non tenentur reſtituere.

EFficientes inſtrumentum *manifeſtè uſurarium*, non tenentur reſtituere, quia eſt nullum; ſed non nocet mutuatario, ſed mutuanti. Salas *tract. de uſuris dubit. 44. nu. 7.* Filliucc. *tract. 34. p. 2. c. 7. quæſito 7. n. 188.* Sà v. *uſura n. 12.*

Si verò condant *inſtrumentum obſcurum*, ex quo poſſit exigi uſura, deberent reſtituere, niſi liberè ſpontaneo partium conſenſu ad id requiratur; nam tunc volentibus, & ſcientibus non fit injuria. *c. ſcienti 27. de regul. juris in 6.* Sylv. v. *uſura 7. q. 7.* Navarr. *c. 17. n. 265.* Leſs. 2. *de juſtit. c. 20. dubit. 21. n. 180.* Armilla v. *uſura n. 41.* 968 Secus ſi inſtrumentum fuerit obſcurum.

Idem de teſtibus dicas. Bonac. *diſp. 3. punct. 15. n. 13.* Medina *de rebus per uſuram acquiſitis q. 4.* 969 Idem de teſtibus.

De Mutuatario.

§. II.

MUtuatarius, & ex parte ipſius cooperantes, ut Tutores, Procuratores, Curatores, proxenetæ, quærentes, petentes, ſolventes uſuras, ad nihil reſtituendum tenentur. D. Tho. 2. 2. *q. 77. art. 4. in corpore.* Molina *diſp. 331. n. 1.* Bonac. *diſp. 3. q. 13. p. 15. n. 12.* Leſs. *lib. 2. c. 20. dubit. 21. n. 118.* neminem namque invitum lædunt. 970 Qui petunt, aut cooperantur ad dandas uſuras ad nil tenentur.

Proxenetæ.

EX parte mutuantis tenentur reſtituere, ut cooperatores, niſi mutuatario ipſorum officium plenè gratum fuerit. Sotus 6. *de juſt. q. 1. art. 12.* Bandez. 2. 2. *q. 78. art. 3. dub. 5.* 971 Proxenetæ mutuantis tenentur reſtituere, niſi fecerint in gratiam mutuatarii.

Procuratores, negotiorum geſtores ſubminiſtrantes pecuniam ad uſuras, tenentur reſtitue-

ſe,

Digitized by Google

re, ut ſobminiſtrantes ligna ad comburendum injuſtè domum. Molina *diſp.*331.*num.*8.Leſſius *lib.*2.*de juſtit.c.*20.*dubit.*21.*n.*184.

Filii, Famuli, Servi.

972 Quid de filiis, famuliſve. IMportantes, & exportantes pecuniam uſurarii timentes ſibi aliquid damni non obediendo, non tenentur reſtituere, quia illa actio eſt indifferens, valdè remota ex malitia uſurarii applicata ad malum. Sanch. 1. *decalogi c.*7. *n.*36.Leſs.*lib.*2.*c.*20.*dubit.*15.*n.*182.Sà v.*uſura n.* 13. Salas *de uſuris dubit.* 34. & eſt diſparitas ab illo, qui dat ligna ad comburendum; nam pecunia non eſt cauſa uſuræ, ſed prava voluntas mutuantis, & ligna phyſicè concurrunt ad comburendum.

Cuſtodientes pecuniam, pignora.

973 Et de cuſtodibus pecuniarum, aut pignorum. AD nihil tenentur. Filliucc.*ſupra num.*244. Leſſius *loc.cit.*

Quomodo autem, & quando ab iſtis reſtituendum ſit, conſtat ex dicendis de Reſtitutione fuſiùs.

Pœnæ Uſurariorum.

CAPUT IV.

OBſcuritati ordine conſolamus. Primo prodibunt pœnæ uſurariorum. Secundo aliorum pœnæ propter uſuras. Tertio pœnæ notorii. Quarto continebit ſorum litis uſurarum.

Quot ſint pœnæ Uſurariorum?

§. I.

974 Uſurarios non abſolvitur, niſi ſatisfacta parte. QUatoordecim. Primo publicos Uſurarius *non abſolvitur, niſi parte ſatisfacta*; itàut non ſufficiat teſtamento hoc jubere, ſi ab ipſo fieri poſſit reſtitutio. *c. quamquam* 2. ibi: *quamquam uſurarii manifeſti, de uſuris quas receperant ſatisfieri expreſſa quantitate, vel indiſtinctè in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis Eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de uſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè ſatisfactum. de uſuris in* 6. ubi Gloſſa, & Joann. Andreas. Molina *diſp.*334.*n.*6.Navar.*c.*17.*n.*279.Thuſc.v.*uſura concl.*342. Reginal.*lib.*23.*c.*9.*sect.*3.*num.*93. Bald.*lib.*2.*conſ.*161.*n.*9.Abbas *lib.*2.*conſ.*1.

975 Si adſit impedimentū, non reſtituendi, det cautionem pignoratitiam, vel ſaltem juratoriam. Si verò legitimum adſit impedimentum, tunc eſt præſtanda cautio pignoratitia, vel ſi dejuſſoria, prout inveniri poterit; & illa deficiente, ſaltem juratoria, publico inſtrumento facto coram teſtibus, quo agi poſſit ad recuperandas uſuras. Pignoratitia cautio eſt melior. *l.*1. *D. de pignorib.* qua deficiente, fidejuſſoria, poſtea juratoria, cum ſolemni inſtrumento. *d. c.quamquam.* Covarr.3.*var.c.*3.Sylveſt.v.*uſura* 9. *qu.*4.

976 Reſtitotio fit paſſo damnum, aut ejus hæredibus. Reſtitutio autem facienda eſt paſſo damnum, ejuſque hæredi: & ſi inveniri nequeat, Epiſcopo, Rectori, Parochiæ, ſervo publico, ut poſſit tempore idoneo illis comparentibus reſtitui, & penitus non comparentibus, pauperibus. *d. c. quamquam* 2.Leſſius *lib.*2. *dub.*27.*nu.*187. Covarr.3.*var.c.*3.Sylveſt.v.*uſura* 9. *q.* 4.

977 Non ei danda eſt Eucharistia, niſi ſatisfecerit. II. *Non recipit Eucharistiam*, niſi re ipſa ſatisfecerit. *d.c.quamquam* 2. *c. quia in omnibus* 3. ibi: *nec ad communionem admittantur altaris. c. ſuper eo* 4.*c.cum tu ſcilicet.de uſuris.* Sà v.*uſura n.*7. Thuſc.*concl.*343.*n* 9.

978 Ejus oblationes non recipiuntur. III. *Non recipiuntur oblationes* factæ ab uſurariis, in execrationem uſurarum. *c.quia in omnibus* 3. ibi: *nec oblationes eorum quiſquam accipiat.de uſuris.*

IV. Moriens ſine prædicta ſatisfactione *privatur Eccleſiaſtica ſepultura, & ſepultus exhumatur*; At quivis Chriſtianus poteſt agere, ut exhumetur. *c. quia in omnibus* 3. ibi: *nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam.de uſuris.c.*1. *de uſuris in* 6. Clem. 1.*de ſepulturis.* Abbas *lib.*2.*conſ.*81.*n.*4. Calderinus *conſ.*313.Angel. *conſ.*100. Leſs.2.*de juſtit. c.*20.*dubit.*22.*n.*188.Gratus *lib.*2.*conſ.*49. *n.*17. 979 Non ſatisfaciens privatur ſepultura Eccleſiæ.

V. *Teſtamentum uſurarii publici eſt nullum*, niſi ſatisfactum ſit modo dicto. *d.c.quamquam* 2. §. *teſtamenta.* ibi: *teſtamenta quoque manifeſtorum uſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo jure. de uſuris in* 6. Thuſc. *concl.*252.*n.*17. dicens corruere legata, fideicomiſſa, & ſubſtitutiones directas, & obliquas, etiam pupillarem. Covar.3.*var.c.*3. *nu.*9. Navar.*c.*17.*n.*279.Sylveſt.v.*uſura* 9.*n.*4.Molina *diſp.*334.*n.*17. Baldus *lib.*2.*conſ.*311. 980 Publici uſurarii teſtamentū nullum eſt.

Et tunc ab inteſtato admittuntur alii de jure ſuccedentes. Fulgoſius *conſ.*153.*n.*3.

VI. *Eſt pœna infamiæ*, licèt ſemel uſuram commiſerit. *l.improbum fœnus* 20. *C.ex quibus cauſis infamia irrogatur.* ubi Gloſſa, Cynus, Salicetus, Albericus. Hinc repelluntur ab omni dignitate, & ordine. *c. infamibus portæ non pateant dignitatum* 88. *de reg. jur. in* 6. *l.*2. *C. de dignitatib. c.infames.* §.*porrò* 3.*qu.*7. *c.inter dilectos.de exceſſibus Prælatorum.* 981 Eſtque infamis.

VII. Pœna eſt, ut uſurarius ſit incapax dignitatum ob infamiam. *c.infamibus, portæ non pateant dignitatum* 88. *de reg.juris.in* 6.*c.infames* 2.§.*porrò* 3.*q.*7.*c.inter dilectos. de exceſſibus Prælatorum.* Alex.*lib.*6. *conſ.*91. Leſs. 2.*de juſt. c.*20.*dubit.*22.*n.*189. 982 Et incapax dignitatum.

VIII. Eſt pœna irregularitatis ob infamiam. *c.maritum* 2.*diſt.*33.*c.infames.nu.*6. *q.*1. Zabarella *conſ.*25.Thuſc.*conſil.*345.*num.*11.Filliucc. *tract.*34.*p.*2.*c.*8. 983 Atque irregularis ex infamia.

IX. Eccleſiaſticorum nemo publicis uſurariis domum locare valet. *c.*1.*de uſuris in* 6.ibi: *ſancimus, ut nec ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant.* Molina *diſp.*334.Leſs.*loc.cit.n.*188. 984 Eccleſiaſtici uſurariis publicis domū locare haud valent.

X. Nequeunt repetere ſortem datam ad uſuras, niſi uſuris reſtitutis. *c.Michael.*17. ibi: *niſi dictus conquerens reſtituerit, vel adhuc reſtituat, ſi quas aliquando ipſe, vel pater ejus extorſit uſuras.de uſuris.* Thuſc.*concl.*343.*num.*8. Angelus *conſ.*100. Innocentius *in c.Intelleximus.* 6. *n.*4. *de adulteriis.* Lupus *alleg.*51.Sylveſter v.*uſura.* 4.*q.*4. 985 Non reſtitutis uſuris, nequit repeti ſors.

XI. Uſurarius notorius eſt excommunicandus, ſuſpendenduſque ab omni officio Eccleſiaſtico arbitrio Judicis. *c.præterea.*7.*de uſuris.* Salas *de uſuris dubit.*45.*n.*3. 986 Notorius uſurarius eſt excommunicandus, aut ſuſpendendus.

XII. Si moniti non reſipiſcant, deponendi ſunt. *c.*1. *c.ſi oblitus. c.præterea.*7.*de uſuris.* Salas *de uſuris dubit.*49.*n.*5. 987 Non reſipiſcēs eſt deponendus.

XIII. Tenetur oſtendere libros rationum, ut cognoſcatur, an uſuras exercuerit, & poteſt cogi. *c. un. de uſuris in* 6. Reginal. *lib.*23. *c.*9. *n.*99.*in fine.* 988 Libros rationum cogi poteſt oſtendere.

XIV. A ſententia condemnante publicum uſurarium denegatur appellatio. *c.quam perniciosum.*11. ibi: *de uſuris nullius permittatis appellationis ſubterfugio ſe tueri.de uſuris.* 989 Et denegetur appellatio.

Hæc de Jure Canonico, nam de Jure Civili pœna eſt arbitraria. Clarus §.*uſura n.*5. Thuſc. *concl.*354.*n.*1. Corneus *lib.*3.*conſ.*159.*n.*6. 990 Jure Civili pœnæ ſunt arbitrariæ.

Alia.

Aliorum pœnæ ob Uſuras.

§. II.

991 Superiores ſtatuentes uſuras, aut permittentes ſunt excommunic. ac intra tres menſes revocent ſtatuta.

I. SUnt excommunicati Superiores ſtatuentes licere uſuras, pacta uſuraria, permittentes, tolerantes, jubentes uſuras ſolvi; & debent leges, & ſtatuta hujuſmodi revocare intra tres menſes ſub excommunicatione latæ ſententiæ. *Clem.un.* ubi Abbas, Hoſtienſis, Joann. And. Innocent. *de uſur.* Leſſius *dubit.21.n.179.*

992 Sunt excom. præcipientes ſolvi uſuras, vel non cogentes illas reſtituere.

II. Sunt excommunicati ſententiam dantes, ut ſolvantur uſuræ, vel non cogentes reſtitui receptas. *d.Clem.un.*

993 Sacerdotes dantes Sacramenta Uſurariis ſunt excom.

III. Sunt excommunicati Sacerdotes uſurario Sacramenta præbentes, aut illum ſepelientes, non præmiſſa ſatisfactione. *Clem. un. de ſepulturis.* Et ſi uſurarius publicus ſepeliatur à Religioſo, Religioſus eſt excommunicatus. *c. quia in omnibus.3. de uſuris.* Bonac. *diſp.3.qu.3. puncto* 16. *n.1.* Armilla v. *uſura n.513.* Molina *diſp.334.n.5.*

994 Eſt ſuſpenſus recipiens oblationes in Eccleſia ab uſurario publico.

IV. Eſt ſuſpenſus ipſo facto recipiens oblationes in Eccleſia ab uſurario publico. *c.quamquam.2.de uſuris in* 6. Armilla *loc.cit.*

995 Eccleſiaſtici ſunt excom. locantes domos publicis uſurariis.

V. Epiſcopi ſunt ſuſpenſi ipſo facto, & Eccleſiaſtici ſunt excommunicati ipſo facto locantes domos uſurariis publicis. Aliis verò nulla pœna inflicta invenitur, licèt ſit prohibitum omnibus locare iſtis domos. *c.1.de uſuris.* Molina *loc.cit.* Reginal. *lib.23.c.9.n.96.*

996 In Regno, vide ejus Conſtitutiones.

In Regno pœnæ ſunt impoſitæ in Conſtit. *Ut juſta,* & Conſtitutione *Uſurariorum nequitiam. in* Conſtit. *noviter noſtra.* & *Prag.III.de uſurariis.*

Quibus Uſurariis infligantur pœnæ prædictæ?

§. III.

997 Uſurarii publici, & notorii effectu ſecuto ſubjacent his pœnis.

SOlùm effectu conſummato realiter publicis, & notoriis, de quibus jura loquuntur. *c.cum in Diœceſi.c.11.c.5.c.quia.3.c.9.de uſuris.* Bonac. *loc.cit.num.2.* Leſſ. *loc.cit.n.185.* Thuſc. *concl.341.& 354.* Navar. *c.17.n.279.* Clar. *§.uſura n.20.* Decius *conſ.160.* Maranta *conſ.193.in fine.*

998 Quando dicatur notorius.

Notorius autem dicitur, ſi innotuerit majori parti Civitatis, itàut nulla tegi poſſit tergiverſatione. Secundo, ſi fuerit condemnatus per ſententiam ut uſurarius. *c.fin. de cohabitione Clericorum.* Tertio, ſi in judicio crimen ſit confeſſus; nam extrajudicialis confeſſio non reddit notorium, niſi innotuerit majori parti Civitatis. Armilla v. *uſura n.13.* Molina *diſp.334.n.1.* Covarr. *loc.cit.* Peguera *dec.31.n.4.* dicens manifeſtum eſſe ſi coram Parocho, Sacerdote, & teſtibus fateatur ſe uſurarium, jubeatque uſuras reſtitui.

Judex uſuræ.

§. IV.

999 Uſura eſt mixti fori.

USuræ crimen eſt mixti fori. Cacheranus *dec.137.* Peguera *dec.30.* Franciſcus Marcus *vol.2.dec.532.* Caballos *reſol.188.* Novarius *rubr.de uſurariis collect.ad Pragm.n.6.*

1000 In Regno Judex procedit contra uſurarium ex officio.

Et Judex in Regno contra publicum uſurarium ex officio procedere poteſt. *Pragm.uſurarum.4.de uſurariis,* ubi Novarius.

1001 Pœnæ Eccleſiaſticæ à Judice Eccleſiaſtico infliguntur.

Judex pœnarum Eccleſiaſticarum etiam contra laicos eſt Eccleſiaſticus. *c.cum tu.5. c.præterea.7. c.quam perniciosum.11. c. poſt miſerabilem.12. c.quanto amplius.18.de uſuris. c.quamquam.2.de uſuris in* 6.

Et ſi perſona uſuraria ſit Eccleſiaſtica, tunc quoad omnes pœnas ſubditur Judici Eccleſiaſtico. *c.cum ſit.8.de foro competenti.* Thuſc. *concluſ.346.* Bartol. *in l.Titius. D.ſol.matrim.* Decius *conſ.170.*

Quoad pœnas verò laicas, laicus uſurarius ſubditur Judici laico. *Clem. un. de uſuris.* ubi Princeps ſecularis tenetur exterminare uſuras. *Pragm.I.II.III.& IV.de Uſurariis.*

Uſura probatur.

TEſtibus, ſcripturis, libris ejuſdem uſurarii, quos cogitur tradere. *c. 1. de uſuris in* 6. 1002 Uſura probatur teſtibus, ſcripturis, & libris rationum.

Probatur etiam indiciis, & præſumtionibus; & poteſt devenire ex præſumtionibus ad pronunciandam ſententiam; itàut in dubio pronuncietur contra uſurarium, & in deteſtatione uſuræ admittantur ſemiplenæ probationes. Abbas *lib.2.conſ.113.* Alex. *lib.7.conſ.78.in fine.* Federicus de Senis *conſ.253.* Thuſc. *concluſ.344. n.6.& 347.* 1003 Et indiciis, atque præſumtionibus.

Sententia pronunciatur.

NOn juxtà Jus Civile probans uſuras, ſed juxtà Jus Canonicum illas reprobans. Thuſc. *concl.355* Clarus *§.fin.v.uſura n.2.* Baldus *lib.1.conſ.141.* Covarr. *3.variar.n.1.* Sylveſt. v. *uſura in princ.* Caſtillus *conſ.36.n.10.* 1004 Sententia pronuncianda, juxta Jus Canonicum.

At Neapoli in foro laico pronunciatur juxtà Jus Regni in Conſtitutione *ut juſta*, in Conſtitutione *uſurariorum nequitiam.in* Conſt. *pro publici boni. in Conſt. noviter noſtra,* & *Pragm. III. de Uſurariis.* 1005 Neapoli verò, juxta Jus Regni.

De Crimine falſi.

TITULUS VIII.

FAlſitas eſt *quidquid difformatur à veritate objectiva.* Antonius Faber 6. *Codicis tit.11. deſin.28. n.5.* Eſt flagitioſiſſimum crimen, commercii turbativum, repoſitum inter judicia publica. *in §. item lex Cornelia de falſis. Inſtitutionum lib.4.de publicis judiciis.* Olim ſancitum à dictatore Cornelio Sylla tantùm in falſificantes teſtamentum. *l.2.§.cepta.v.Cornelius.D.de origine juris.* Deindè producta ſanctio contra omnes falſarios. *l.1.§.qui.1 lege 9.§.pena. l.16. l.qui teſtamentum.2. in fine.* ibi: *recitaverit, dolo malo. D.ad legem Cornel. de falſis.* Albericus *in l.quid ſit falſum. 23. D. ad leg. Cornel. de falſis.* Gloſſa *in l.eum qui. v.teſtament. C.ad leg.Cornel.de falſis.* Jodochus *in pract. Crim. c.121.* Tholoſanus 36. *Syntagmatum c.1.n.6.*

1006 Quid ſit falſitas.

1007 Lex Cornelia producta ad omnes falſarios.

Quotuplex ſit falſitas.

CAPUT I.

DUplex: una formalis, materialis altera. 1008 Falſitas, aut formalis.

Formalis eſt, quoties quis ſciens, volens falſum committit; & hæc dicitur falſitas doloſa. *l.qui teſtamentum.2.in fine.* ibi: *recitaverit, dolo malo. l.1. l.quid. 23. D.ad legem Corneliam de falſis.*

Materialis eſt, quoties quis ſine dolo, ſimplicitate, errore, ignorantia falſum committit. *l.nec exemplum.* ibi: *cum non niſi dolo malo falſum committentes crimini ſubjugantur.20. C.ad legem Corneliam de falſis.* Afflict. *deciſ.404. n.8.* Cæphalus *conſ.130. n.12.* Suarius *communium. v.falſi crimen n.19.* Menoch. *2.de arbitrariis caſu 309. n.1.* & in dubio præſumitur error, non dolus; quia nemo in dubio præſumitur malus. *c.un. de ſcrutinio.* Maſcardus 2. *de probationib. concl.745.n.3.* Franciſcus Marcus *dec.655. p.1. num.1.* Itàut non ſufficiat dolus præſumtus, ut quis cenſeatur falſarius. Menoch. *lib.3.conſ.221. n.15.* Rimináldus Junior *conſ.145.n.21.* 1009 Aut materialis.

Fal-

1010 Formalis, aut nociva.
Falſitas formalis dividitur in *nocivam*,& *non nocivam*.

Nociva;alteri præjudicat graviter,vel leviter, ut falſitas teſtium, vel ſcripturarum, qua innocens damnatur, Apocha banchalis falſa etiam tenuis ſummæ.

1011 Aut non nociva.
Non nociva, nemini præjudicat, nec leviter; ut ſſumere arma à nemino aſſumta. Idque dolo bono, ſi ex rationabili cauſa, puta ſi fiat nè à latronibus, hoſtibus, hæreticis deprehendatur.Gloſſa *in l.domus.v.privatus.C.ad leg.Cornel. de falſis*. Eſſet verò dolus malus, ſi ex fine malo mutaret veſtes, inſignia, &c. Alexander *lib.1. conſ.70. n.11. & conſ.74. n.10.* Clarus *§.falſum n.36.* Patet *ex l ſi quis aliquid.38.§.qui vim.*ibi: *teſtamentum, quod nullo jure valet, impunè ſupprimitur.D.de penis.*

Quot modis falſitas committatur.

CAPUT II.

1012 Quinque modis falſitas committitur.
OMnibus modis, quibus à veritate exiſtente objectivè diſformatur. Et ſic ferè quinque modis. Primo,*facto*. Secundo,*ſcripto*. Tertio,*dicto*. Quarto,*conſenſu*. Quinto,*uſu*. Menochius 2.*de arbitr. caſu* 316.*n.1*. Maſcardus 2.*de probationib. concl.*739.*n.16*. Arppreſtus *inſtitut. lib.4. de publicis judiciis. §.item lex Cornelia* 7. dans quinque Doctores.

Facto.

§. I.

1013 Facto falſitas committitur.
COmmittitur falſitas. Primo, ſi quis faciat rem veritati objectivè diſformem; ut primò ſi falſificet fabricando falſam monetam. *l.quicumque.8.l.qui falſam.19. D.ad leg.Cornel. de falſis*. Maſcardus *de probat.concl.*1066.Novarius *ad rubr. Pragm. de falſis n.15*. Rota *par.2. diverſorum dec.*159. Giurba *conſ.criminali* 5.ut autem id pleniùs laconicè conſtet, ſit

De falſa Moneta.

§. II.

1014 Moneta quid ſit, & unde dicatur.
MOneta res ſupremo ſigillo ſignata exequans valorem omnium rerum. *l.pecunia 1l* 2.*D.de verb.ſignif.* dicta eſt, quia imagine inſculpta monet, nè quis audeat fraudulenter illam efformare, eaque uti. Iſidorus *lib.6.c.17*. Corraſius *miſcellaneorum lib.3.c.13.n.3*.Novarius *in rubr.Pragm.de monetis num.*1.Carrocius *deciſ.53.n.6*.ſicque debet in conſtitutione pecu-

1015 In pecunia ſervanda veritas.
niæ veritas ſervari, & ſic legitimè conſtrui in forma, ſivè ſigillo, in materia, in quantitate, pondere, & qualitate. Franciſcus Marcus *par.2. dec.*161.

1016 Quinam ſit falſarius monetæ.
A qua veritate ſe diſformans dicitur falſarius facto, cudens, tondens, ſpuriam materiam commiſcens. Grammat. *dec.72. & conſ.crim.6*. Cuman.*conſ.*91. Paris *vol.4.conſ.*169.*n.20*. Guidon Papa *dec.*498.eſtque crimen morte expiandum, appellatione remota. Conſtitutione Regni

1017 In Regno morte punitur.
incipit:*Adulterinam*,ubi Afflict.v.*falſa moneta. Pragm.l. de monetis*. Francus *dec.*351. Peguera *dec.*85. eſtque de reſervatis Principi in ſignum ſupremæ Juriſdictionis;itànt non veniat in conceſſione meri,& mixti Imperii. Franch.*dec.*275. *n.5*. ubi cognoſcit de tali delicto ſola M.C.V.

Eſt ergo delinquens non ſolùm in Majeſtatem, licèt non in primo capite. *l.2.C.de falſa moneta.* Ibi: *ſed in veritatem*;ſicque crimen falſi contrahit. *l.qui falſam.19.D.de falſis*. Afflictus *tit.quæ ſunt regalia v.moneta*. Anton.Faber *tit. Codicis. de falſa moneta.15.lib.9.defin.6.ex l.ſi quis nummos 2.* ibi: *Majeſtatis crimen committunt. C. de falſa moneta.*

Falſarius facto eſt etiam *minuens* monetam jam formatam certis artificiis ſuiſore, aquis. Salicetus *in l.1.& 2.C.de falſa moneta*. 1018 Minuens monetam etiam eſt falſarius.

Cudens monetam viliſſimam morte punitur, ob gravem injuriam Regię Majeſtati irrogatam. *l.1. & 2. C. de falſa moneta*. Hunnius *diſp. ult. theſi* 27. contra Alexandr. *lib.1. conſil.*104. *n.7*. Boſſium *de falſa moneta n.7*. Menoch.*de arbitr. caſu* 316.*n.33*. 1019 Cudens monetam viliſſimæ materiæ punitur morte.

Inſtrumenta falſificandæ, tondendæ,minuendæ pecuniæ ſunt indicium ad torturam illius, apud quem reperiuntur, ſi ſit mali nominis, & ſufficiunt ad pœnam extraordinariam infligendam.Hyppolitus *in l.qui falſam.19. D. ad legem Cornel.de falſis*. Anton.Faber 9.*Cod.tit.15. def.1*. Clarus *in pract. qu.20. & 21.* dicens ex indiciis indubitatis reum non condemnandum ad pœnam ordinariam. 1020 Inventis Inſtrumentis falſificandæ monetæ eſt indicium ad torturam.

Regis, cui non ſubditur, pecuniam bonam cudens, non delinquit in Majeſtatem, ſed eſt falſarius; nam uſurpat Regium ſigillum, & imponit tanquam à Rege, cum ità non ſit. Bartol. *in l.qui falſam.19. D.ad leg.Cornel.de falſis*. Cepolla *conſ.*78. Et iſtum puniri pœna ordinaria videtur aſſerere Peguera *deciſ. crimin. 46. n.7*. Damauderus *in pract.crim.c.65.n.1*. 1021 Cudens pecuniam bonam Regis, cui non ſubditur, non delinquit in Majeſtatem licet ſit falſarius.

At mitiùs puniendum ait Mariilius *in l. qui falſam.19.n.55.C.ad leg.Cornel.de falſis*. Et morte non puniri alterius Principis pecuniam fabricantem ait Franchus *deciſ.*440. Novarius *in Pragm.l. n.3. de falſa moneta, dicens III. & IV.* morte non puniri tondentem in Regno non expendibilem, alteriuſvè Principis pecuniam. Caballos *criminal. caſu* 27.

Expendens ſcienter pecuniam falſam.

EST falſarius uſu, puniturque morte, niſi indicet, à quo illam habuerit. *Pragm. l. de monetis*. Franchus *deciſ.*41.Anton. Faber 9.*Cod. tit.19.defin.2.& 5*. 1022 Expendens ſcienter pecuniam falſam,eſt falſarius.

Si tamen bona fide accepit, licèt ſcienter expendat,ità non punitur; quia non eſt cooperatus malitiæ dantis, agitque de damno vitando, cui jura opitulantur. *l.filii.§ ſi verò creditores. C. de jure deliberandi. l.quod autem 6. §.ſimili modo. D.quæ in fraudem creditorum*. Anton.Faber *loc. cit.definit.2. num.4.* volens leviùs puniri, licèt oſtendere nequeat, à quo pecuniam habuerit. 1023 Niſi bona fide acceperit.

Uxor ſciens, non revelans virum falſantem monetam?

PUnitur extraordinariè ob ſpeciem læſæ Majeſtatis denunciandæ. *l.2.C.de falſa moneta*; nam aliter non tenetur virum in diſcrimen inducere. *l.milites.13. §.deſertorem.D.de re militari l.penult. D.de his, qui accuſare non poſſunt*. Anton.Faber 9.*Cod. tit.15.defin.3*. 1024 Uxor non revelans virum falſantem monetam punitur extraordinariè.

An autem tuta conſcientia quis valeat expendere falſam certò monetam?

NEga: quia falſa moneta non eſt moneta; & ſic ut ſine moneta:ità falſa moneta nequit aliquid emi. Juſtitia namque commutativa exigit æqualitatem inter datum, & acceptum; & falſa moneta nullam habet æqualitatem cum re vera, & integra accepta. 1025 In conſcientia nequit expendi falſam certò monetam.

An verò poſſit alteri inter veras commixtam pecuniam falſam donare: tu rem diudica,& caritati conſulas.

Pœna

Pœna nolentis recipere probam pecuniam?

1026 Capite punitur nolẽs recipiere probam monetam.

EST pœna capitis. *l.1. l. filii. C. de veteris numiſmatis poteſtate lib.* 11. Afflict. *in c.* 1. *v.monetæ.num.*8. *tit.quæ ſint regalia.* Decianus *lib.7. criminali c.* 28. *n.*8. & 18. dicens puniri extraordinariè.

Ex quibus, & quot cauſis falſificans monetam delinquat?

1027 Falſificans monetam delinquit in Majeſtatem.

PRimo, delinquit in Majeſtatem Principis cui ſubditur, offendens rem Principi reſervatam. *l.ſi quis 2.C.de falſa moneta.*

1028 Contra veritatem.

Secundo, delinquit facto contra veritatem. *l.quicumq.8. l.qui falſam, D.ad l.Cornel.de falſis.* Afflict.*tit.quæ ſint regalia.v.moneta.* Anton. Faber 9.*Cod.tit.de falſa moneta definit.6.*

1029 Contra juſtitiam commutativam.

Tertio, delinquit contra juſtitiam commutativam, uſurpando jus alterius habentis, ſcilicet jus vendendi probam pecuniam. Ut enim delinquit contra juſtitiam uſurpans jus alterius in bonis, vel ad bona, teneturque ei reparare damna inde paſſa: ità uſurpans jus in pecunia illam cudendo, alterando, quod jus eſt tantùm Principi reſervatum in ſignum ſupremæ Juriſdictionis. Rovitus *dec.2. num.2.* ideò debet reparare damnum Principi illatum, & ab eodem paſſum, quod ſeriò maximè hodie eſt à confeſſariis advertendum.

1030 Et bonum publicum.

Quarto, contra Juſtitiam commutativam peccat ob gravem enormem læſionem communitati, & bono Publico illatam, & contra commercium politicum. Enim verò ex pecunia falſa, tonſa. Primo, fit ut non currat apud omnes. Secundo, ut prorsùs amittat ſuum valorem intrinſecum. Tertio, ut cambia excreſcant. Quarto, ut ſit cudenda nova moneta, pro cujus cuſſione imponendæ ſint gabellæ, collectæ, taxæ, ut experti loquimur noſtris temporibus ab anno 1684. 1685. 1686. quoad totum damnum illatum eſt ab iſtis falſariis, tonſoribus, cuſſoribus, & cooperantibus conſilio, favore.

1031 Cudens monetam Principis cui non ſubditur, nõ peccat contra Majeſtatem, falſarius, & injuſtus eſt.

Quod ſi quis cudat, tondatque alterius Principis pecunia cui non ſubditur: tunc licèt ceſſet ſpeciale peccatum læſæ Majeſtatis, impotentis lædere Majeſtatem Principis, cui non ſubditur; remanent tamen cetera. Primo, falſitatis nocivæ. Secundo, uſurpationis juris alterius, uſurpans ſibi poteſtatem, qua caret, ſigillans ità ac ſupremus Princeps, cùm talis non ſit Bart. *in l.qui falſum.*19. *D.ad l.Cornel. de falſis.* Cepolla *conſ.*78. Damhauderus *in pract.Crim.cap.*65.*n.*1. Peguera *dec.Crim.*46.*n.*7. Tertio, læſionis boni publici convictus, &c.

1032 Hæc lex non eſt purè pœnalis, adeoque in conſcientia quoque obligat.

Hinc non rectè diſcurrebat Theologus quidam, aſſerens nullum eſſe peccatum tondere monetam, quia tantùm erat contra legem pœnalem, quæ non obligat ad peccatum. Non rectè inquam, quia talis lex non eſt merè pœnalis, ſed eſt etiam contra legem naturalem, & divinam falſificare monetam. Primo, falſitatis facto commiſſæ. Secundo, uſurpationis, & turbationis juris alterius, qui non ſolùm habet jus cudendi, ſed etiam cuſtodiendi monetam probam. Tertio, eſt contra jus communitatum, & convictus, & ſocietatis humanæ, quæ proba pecunia ſubſtinetur. Quarto, jure naturæ nemo poteſt ponere cauſam illativam damni publici, & privati, quam ponit falſificans monetam. Poſita namque falſa pecunia communitates, & privati peſſundantur; nam inde recrudeſcunt rixæ, jurgia, blaſphemiæ, maledictiones, &c. deteriora ululantibus civibus, vel ut hoc malum vitetur, alio malo utendum, impoſitione, ſcilicet onerum, amiſſione redituum pro cudenda nova moneta, ignorantes malorum finem. (9)

Hùc uſque explicuimus falſum factum ab illis, qui pecuniam corrumpunt; pergamus ad ulteriora.

Facto fit falſum.

§. III.

1033 Efformans falſum ſigillum eſt falſarius.

SEcundo, ab illo, qui falſum ſigillum efformat. Bartolus *in l.Cornel. D. ad leg. Cornel. de falſis.*

1034 Et faciens pondera, aut menſuras.

Tertio, facto eſt falſarius faciens dolo malo pondera, menſuras falſas. *l.hodie.*32.*§.ſi venditor. D.ad leg.Cornel.de falſis.*

1035 Et allegans falſas leges.

Quarto, veluti facto eſt falſarius allegans falſas leges. *l.filii. D. ad leg.Cornel. de falſis. l.1. §.falſi.C.de Juſtiniano Codice confirmando.*

1036 Atque fingens ſe qualis non eſt.

Quinto, etiam veluti facto eſt falſarius fingens ſe eſſe qualis non eſt, ut fingens ſe Sacerdotem, Nobilem, Doctorem, Procuratorem, cùm talis non ſit. *l.ſi Procuratori falſo.*14. *D.de condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.*

1037 Idem erit ſi ſupponas unum pro alio in contractibus, & aliis.

Sexto, veluti facto eſt falſarius ſupponens unum loco alterius in contractu, in teſtamento, in aliis; facto namque illo, ſuppoſititio à veritate difformatur. *l.lege.*30.*§.*1. *§.de partu ſuppoſito. D.ad leg.Cornel. de falſis,* facto namque decipiens, falſum committit. Tholoſanus 36. *ſyntagmatum c.*3.*n.*1. Menoch. 5.*præſumt.*24.*n.*1. Boſſius *tit.de partu ſuppoſito num.*1. Folierius *in pract.Crim.v.item quod commiſit n.*1.& 2. adeòque agamus uberiùs.

De Partu ſuppoſito.

§. V.

1038 Filiatio eſt difficilis probationis, difficilior ſi ſupponatur partus.

FIliationis probatio difficilis. *l.quia ſemper. D.de in jus vocando.* Gloſſa *in l.Lucius.D. de conditionibus, & demonſtrationibus.* Zacchias *r.Medico legalium tit.*5.*q.*4.*n.*1. & redditur difficilior ob crimen ſuppoſiti partus, quod intenditur falſitate alterante.

1039 Supponens partum, falſarius eſt.

Eſt ergo crimen ſuppoſiti partus, quo ſupponitur pro filio, qui non eſt; nam facto decipit, & falſum committit. *l.1.l.cum ſuppoſiti.*10.*C.ad leg.Cornel. de falſis. l.1. §.filii. l.qui falſam.* 19. *§.1. l.lege.*30. *§.*1. *§.de partu ſuppoſito. D.ad leg. Cornel. de falſis.* Tholoſanus 36. *ſyntagmatum c.*3.*n.*1. Menoch. 5.*præſumt.*24.*n.*1. Boſſius *tit. de partu ſuppoſito n.*1.

1040 Cùm id ſit facti, probandum eſt.

Probari autem debet, nam eſt delictum facti in dubio non præſumendi. *l.cum ſuppoſiti.* 10. *C.ad leg.Cornel.de falſis. l.merito.*51. *D.pro ſocio. c. unic. de ſcrutinio.* Menoch. 5. *præſumt.* 23. *num.*1.

1041 Indiciis, conjecturis, aut præſumtionibus probatur.

Probatur autem indiciis, conjecturis, præſumtionibus, puta ſi voluit parere ſine Obſtetrice,

---

(9) Contra falſarius monetarum eſt in hac Diœceſi caſus reſervatus cum excommunicatione, ut in ultima Synodo *p.2. cap 6. n.*15. „ Falſarii mo„netarum, videlicet ii, qui monetam quomodo„cunque vitiant, nimirum, vel eas diminuen„do, vel fundendo, aut imprimendo cum de„teriori liga, aut ſine Principis ſigillo, " quodque intelligitur de falſificantibus in diſtrictu hujus Diœceſis, ut *par. 5. cap. 1. de foro Archiepiſcopali* cit. Synodi. Eccleſiaſtici verò Seculares, aut Regulares alias pœnas incurrunt, quas habes in Conſtit.70. Urbani VIII. incipit: *Superna*, tantùm pro Italia.

trice, ſi in loco remoto,& ſolitario, ſi erat ætatis regulariter, in qua concipere non poterat: puta poſt ſexageſimum annum, ſi ſterilis, ſi ipſa, vel vir ſenectute conſumtus, ex ſama publica, confeſſione parentum, ex diſſimilitudine cum aliis indiciis; cùm ſola diſſimilitudo leviſſimi ſit momenti, & ad pœnas criminales imponendas,probationes debent eſſe clariſſimæ: non ſic ut procedatur civiliter; nam tunc ſufficiunt leviores probationes. Menoch. 5. *præſumt.* 24.*n.*2. Maſcard.3.*de probationib. concluſ.*1147.*n.*2.*&* 9. Menoch.2.*de arbitr.caſu* 89.*n.*5.

Quis Accuſat?

1042 Accuſat, qui intereſſe habet.

TAntùm intereſſe habens ob ſucceſſionem; licèt ceteroquin, ut in delictis publicis, quilibet accuſare poſſet. *l.lege Cornelia.*30. *§. de partu ſuppoſito.D.ad l.Cornel.de falſis*, nec extinguitur mortuo delinquente. Boſſius *tit.de partu ſuppoſito n.*3. imò nec extinguitur per xx.annos, ſed actio eſt perpetua. *l.qui falſam* 19 *§.*1. *D.ad l.Cornel.de falſis*. Gloſſa *in l.cum ſuppoſiti* 10. *in fine. C.ad l.Cornel. de falſis*, Tholoſanus 36.*ſyntagmatum c.*3.*n.*5.

1403 Actio eſt perpetua.

An autem mulier, vel vir ſupponens partum debeat hoc exprimere, ne præjudicet aliis filiis legitimis,& naturalibus in ſucceſſione, vel aliis conſanguineis: Et an filius debeat credere parentibus dicentibus non eſſe filium, ſed eſſe ſuppoſitum loco filii?

1044 Quid debeant facere ſupponentes partum,&an filii id debeant credere.

ESt altioris quæſiti diſcuſſio, determinandi in materia de Reſtitutione, ex illo principio, bona ſuperioris ordinis non ſunt amittenda, ut quis reſtituat bona inferioris ordinis: ità quis non debet amittere vitam, ut reſtituat famam, vel non debet amittere famam, ut reſtituat bona.

Dicto.

§. V.

1045 Teſtis dolo falſum deponens, dicto eſt falſus.

COmmittitur falſitas, quando teſtis dolo deponit falſum. *l.*1.*D.ad l.Cornel.de falſis. l. nullum.*14.*C.de teſtibus*.Pſalm.120.*v.*2. Proverbiorum *c.*12.*v.*19.

1046 Legitimè interrogatus non propalans veritatem, quam debet manifeſtare, falſus eſt.

Falſarius etiam dicto eſt negativè, interrogatus, veritatem non propalans, quando illam propalare tenetur; nam cooperatur in tacendo occultationi veritatis, unde falſitas vires ſumit.*c.*1.*de crimine falſi*. Menoch. 2.*de arbitrar. centur.*310.*n.*14. Clarus *§ falſum.n.*5.

1047 Pœna falſi punitur accipiens pecuniam, nè deponat verum, ne deponat.

Punitur etiam pœna falſi teſtis accipiens pecuniam, nè verum deponat, nè deponat, nè judicium petat, licèt falſum non dicat. *l.*1. *§.ſed, & ſi quis.D.ad leg.Cornel.de falſis*.

1048 Tacens veritatem, quã non tenetur dicere, non eſt mendax.

Qui verò tacet veritatem, quam propalare non tenetur, non eſt mendax; nam licèt veritatem taceat, falſum non dicit,ex regula Philoſophorum:præſcindentium nullum mendacium. Idò eſt virtus maximè neceſſaria in rebus,præcipuè ſecretariis, qui jure ſilentiarii appellantur. *l.*1.*C.de ſilentiariis lib.* 12. cecinitque Ovidius 2.*de arte*.

1049 Secreti commendatio.

Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus.
Et contra, gravis eſt culpa tacenda loqui.

Silentium ergo opportunè ſervatum virtus eſt, nullo vitio falſitatis conſpurcata; nemo namque tenetur omnia, quæ ſcit,propalare. Caramuel Haplotes *de reſtrictionib.art.*3.*n.*7.

Scripto.

§. VI.

FAlſitas committitur ſemper ac ſcriptura à veritate difformatur, ſivè addatur,ſivè minuatur, ſivè mutetur ſenſus, vel contextus ſcripturæ: ſivè ſcribatur, quod non eſt ſcriptum quòad ſubſtantiam, vel circumſtantias perſonarum, rei, loci, temporis, &c. raſura, litura, &c. *l.*1. *§. in rationibus. l.*2. *l. inſtrumentorum.* 16. *l.*23 *l.*25.*l.*30.*D.ad leg.Cornel.de falſis. l.qui veluti.*13. *C. de falſis*. Anton. Faber 9. *Cod. tit.*13. *definit.*13. Franciſcus Marcus *q.*673. 1050 Quomodo falſitas ſcripto committatur.

Unde aliquid caſſans, vel manum falſificans, ſeù fingens, falſator eſt. *l.quid ſit falſum* 23.ibi: *videtur id eſſe falſum, ſi quis chyrographum alienum imitatur.D.ad leg.Cornel.de falſis*. Auth.*de inſtrumentorum cautela, & fide*.Gothofredus *in l.*1.*n.*1.*C.ad leg.Cornel.de falſis*. 1051 Falſarius eſt aliquid caſſans,vel manum falſificans.

Nunc ſunt variæ controverſiæ circa ſcripturam,& prima eſt:

An ſit falſarius innixus primordio veritatis?

NEga. *l.cum filius.*78.*§.hæres meus.* ibi: *nec in totum falſum videri,quod veritatis primordio adjuvaretur. D. de legatis* 2. ubi Gloſſa v.*veritatis*. Nam veritas obligationis, & verus titulus, non ſcriptura inſpicitur.*l.tutor.D.de fidejuſſoribus.l.ſi filius.C.ad Macedonianum*. Mens namque,& veritas diſquirenda eſt, cui qui conformatur,non eſt falſarius. Menoch.5.*præſumt.*20.*n.*53. Franciſcus Marcus *par.*1. *deciſ.*30.*n.*4. Coccinus *dec.*122.*n.*15. Novarius *in collectaneis in rubr.Pragmatica de falſis n.*21. Anton.Faber 4.*Cod. tit.*26. *definit.*24. *n.*6. ubi ſuſpecta de falſo ſcriptura matrice, omnia ei innixa ſunt ſuſpecta. 1052 Non eſt falſarius ſcripto, ſi innitatur primordio veritatis.

Falſitas namque eſt difformatio à veritate, & nocens alteri, delictum eſt. *l.nec exemplum.* 20. *C.ad leg.Cornel. de falſis*; unde res veritati conformis,alteri innocua,non eſt contra veritatem, nec contra juſtitiam.

Non enim poteſt eſſe falſum veritati conforme. Bartolus *in l.cum filius.*78. *§.hæres meus in fine*, ubi Albericus *n.*2. Immola *n.*4. *D.de legatis* 2. Baldus *in l.ſi ex cautione.q.*1. *C.de non numerata pecunia*. Sic ejuſdem originalis plures copiæ à Notario exaratæ non ſunt falſæ, ſi originale eſt verum. Menoch. 5.*præſumt.*20.*n.*53. *& lib.*3. *conſil.*221.*num.*18. Franciſcus Marcus *par.*1.*dec.*300.*n.*4. Hinc 1053 Quod veritati conformatur, non eſt falſum.

ANALYSIS.

An ſcriptura ſit falſa, quæ ſit pro vera amiſſa?

1054 Quæſita varia proponuntur circa confectionem ſcripturarum, quæ in ſubſtantia ſunt veræ.

An ſcriptura ſit falſa, facta pro debito verè extincto, cujus extinctio probatur alia ſcriptura vera, ſed occultata, vel combuſta à creditore?

Si quis ſolvit debitum confidenter ſpe ſcripturæ faciendæ, & interim moriatur creditor, cui eſt ſatisfactum, an ſit falſa, ſi fiat ſcriptura ſolutionis?

An amiſſis veris ſcripturis pro donatione, pro teſtamento verè facto: alia loco illarum ſcripta, ſit falſa?

An amiſſis nobilitatis inſtrumentis, &c. ſint falſæ loco illius inſtrumenti ſubrogatæ ſcripturæ, & unde hæc falſitas ſit colligenda, &c.

An verò id ſit licitum, quia eſt confingere, & mentiri dicendo illam ſcripturam eſſe originalem, quæ re vera non eſt?

1055 In his quæſitis adeſt mendacium, niſi tollatur æquivocatione.

IN hoc, niſi mendacium æquivocatione tollatur,falſitas eſt:nec relevat ſubſtitutum ſapere natu-

naturam illius, pro quo ſubſtituitur. *l. un. in princ. C. de rei uxoria actione.* Nam adhuc mendacium eſt dicere originale copiam, & dicere confectum à Notario, quod ita non eſt.

Hinc prædicta non licere docet Layman *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 1. c. 4. n. 4.* Covarr. *1. variar. c. 2. n. 2.* maximè quia legibus conſtitutum, hujuſmodi publicas ſcripturas à publicis perſonis conficiendas parte conſentiente.

Non tamen me fugit Sà v. *falſarius n. 2.* in prima auctoris vera impreſſione, velle id licitum eſſe, quia fortè æquivocatione mendacium evitatur, & leges prohibentes innixæ præſumtioni falſitatis, cedunt veritati re vera exiſtenti, poſſet etiam addi, falſitatem nemini noxiam non eſſe grave peccatum punibile. Peguera *dec. crim.* 19. Maſcardus 2. *de probationib. concl. 729. n. 12.* Aſtl. *& dec. 404. n. 8.* ubi Gramm. Farinac. dans XLVII. Doctores *de falſitate q. 150. n. 291.*

Et mendacium evitari externè æquivocatione docuit Navar. *in ſumma c. 17. n. 168.* Arſdeckin *par. 3. Theologiæ tripartitæ tract. 1. q. 13.* ajens non eſſe ſaltem lethale pro foro conſcientiæ, & ad ſummum eſſe veniale mendacii.

1056 Quæ omnia fugienda ob fraudes. Verùm rem iſtam fraudibus obnoxiam omninò fugiendam, ut turpem dicimus.

An diſſigillans teſtamentum puniatur ut falſarius?

1057 Diſſigillans teſtamentum, punitur ut falſarius. AFfirma. *l. qui teſtamentum. 2. l. Paulus. 16. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſis. l. ſi quis aliquid. §. qui viri. D. de pœnis.*

An dolo lacerans, comburens, radens, corrodens, cancellans, delens, occultans alterius ſcripturas, puniatur ut falſarius?

1058 Dolo corrumpens, aut celans ſcripturam alterius, punitur ut falſarius. AFfirma: ſi id agat nè verum appareat. Nam ut loquens falſum, celat veritatem verbis: ità hic facto injuſto veritatem opprimit, falſitati locum præbens. *l. pœna. 1. §. qui in rationibus, tabulis, cereiſve, vel alia qua re, ſine conſignatione falſum fecerint, vel rem amoverint: perinde ex bis cauſis, atque ſi erant falſarii, puniuntur. l. qui teſtamentum. 2.* ibi: *qui teſtamentum amoverit, celaverit, rapuerit, deleverit, interleverit, ſubjecerit, reſignaverit. l. Paulus. 16. §. 1.* ibi: *celaverunt, ſurripuerunt*, & ibi, *ut verum non appareat, quid celaverunt, ſurripuerunt. l. quid ſit falſum. 23. D. ad leg. Cornel. de falſis. l. enim, qui celavit, vel amovit teſtamentum, committere crimen falſi, publicè notum eſt. C. ad l. Cornel. de falſis*, ubi Daza, Gothofredus *in l. 1. n. 1. C. de falſis.* Menoch. *5. præſumt. 20. n. 11.* Tholoſanus 36. *ſyntagmatum c. 1. n. 6.* Boer. *dec. 292.* Farinac. *de falſitate qu. 150.*

1059 Requiritur animus nè veritas appareat. Id currit in illo, qui talia agit, nè veritas appareat. *l. Paulus. 16.* ibi: *vel ut verum non appareat, quid celaverunt, ſurripuerunt, deleverunt. D. ad leg. Cornel. de falſis*; adeòque ira, caſu ſcripturam dilacerans, corrumpens, conſpurcans, excuſatur à dolo, & ſic à delicto, & pœna falſi. Ancharanus *conſ. 173.* Boerius *dec. 292. n. 7.* Franciſcus Marcus *par. 1. dec. 739. n. 2.* ubi ait excommunicatum ipſo jure delentem, aliquid ex literis Papæ.

1060 Si ſcriptura fuerit nulla, non punitur, ut falſarius. Occultans etiam ſcripturam nullam, nihil dicitur occultare, ſicque non ponitur pœna falſi. *l. ſi quid. §. teſtamentum. D. de pœnis.* Bartolus *in l. qui teſtamentum. 2. D. ad leg. Cornel. de falſis.* Menoch. *2. de arbitrar. caſu 306. n. 15.*

Similiter non eſt falſarius, qui ſcripturam, teſtamentum abſcondit non ad finem occultandi veritatem, ſed titulo furti; tunc enim eſt fur, non falſarius; adeòque punitur ut fur, non ut falſarius. *l. quidam tabularum. 32. D. de furtis.* Bartol. *in l. 1. D. de publicis judiciis*; Falſarius namque eſt ille, qui ſcripturam occultat ad finem celandæ veritatis. *l. Paulus. 16. §. 1. D. de falſis. l. enim, qui. 14. C. de falſis.* 1061 Occultans animo furandi, fur, non falſarius eſt.

An Notarius ſit falſarius, ſi ſcripturam faciat cum ante data?

1062 Notarius dicitur falſarius, ſi ſcripturam faciat cum ante data. AFfirma. *l. quod ſit falſum. 23. D. ad l. Cornel. de falſis*, nam ſe difformat à veritate, & ipſe eſt perſona publica, qui debet ſervare fidem publicam ex jure jurando; adeòque lædit publicam fidem, & eſt etiam perjurus. Paſqualigus *centur. 1. qu. 56. n. 2.* prædicens alios conſuluiſſe oppoſitum in ſcriptura non præjudicante alicui privato.

Nunc circa teſtamentum ſcriptum variæ pullulant difficultates.

Prima difficultas eſt.

An ſcribens teſtamentum, aliquid ſibi adſcribens, vel adſcribens ſuo patri, aut domino ſuo, puniatur ut falſarius, & res relicta ma debeatur?

1063 Eſt falſarius, & non debentur relicta ei, qui ſcribit teſtamentum, & ſibi, vel patri, aut domino adſcribit. AFfirma. *l. 1. §. ad teſtamenta militum.* ibi: *lege Cornelia tenetur, qui ſibi legatum, fideive commiſſum adſcripſerit. l. Divus. 15.* ibi: *adiiciendum legi Corneliæ, ut ſi quis cum alterius teſtamentum, vel codicillos ſcriberet, legatum ſibi ſua manu ſcripſerit, perinde teneatur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam: & ab, vel iis venia detur, qui ſe ignoraſſe edicti ſeveritatem prætendant; ſcribere autem ſibi legatum videri non ſolum eum, qui manu ſua id facit, ſed etiam eum, qui per ſervum ſuum, vel filium, quem in poteſtate habet dictante teſtatore, legato honoratur. & §. videri.* ibi; *videri enim ait, ipſius domini manu ſcriptum, cujus voluntate ea ſcripta ſunt. l. ſi quis legatum ſibi adſcripſerit, tenetur pœna legis Corneliæ. 6. l. ſi quis cum falſo. 4. l. cum falſi. 12. D. ad leg. Cornel. de falſis. l. 1. l. fin. D. de bis, quæ pro non ſcriptis. l. 5. l. qui teſtamento*, ubi Angelus *n. 3. C. de iis, qui ſibi adſcribunt.*

Legibus enim etiam falſitatis ſuſpicio, & noxa procul arcetur, nullitate actus, & pœna præſumti falſarii. Angelus *in l. 1. n. 1. C. ad leg. Corn. de falſis.* Clarus *in §. falſum. quæſt. 27.* Aretinus *conſ. 88. n. 1. colum. 2.*

An ſi teſtator ſubſcribat, & ſpecialiter, non generaliter declaret a ſe dictatum, recognitum, & ſubſcriptum teſtamentum, & legatum Domino relictum à ſervo ſcriptum?

1064 Secùs ſi teſtator ſubſcribat, & ſpecialiter declaret à ſe dictatum, recognitum, & ſubſcriptum teſtamentum. TUnc legatum debetur, & nulla eſt pœna falſi. *l. Divus. 15. § planè.* ibi: *ſi teſtator ſpecialiter ſubſcriptione ſua declaraverit, dictaſſe ſervo alicujus, ut domino ejus legatum ab hæredibus ſuis daretur, id valere, nec generalem ſubſcriptionem teſtatoris valere adverſus Senatus Conſulti auctoritatem; & ideò legatum pro non ſcripto habeadum. l. 1. § inter filium.* ibi: *quod illi dictavi, & recognovi*, ubi Bartolus, & Albericus *D. ad l. Cornel. de falſis. l. ſi teſtator*, ubi Gothofredus *C. de iis, qui ſibi adſcribunt.* Baldus *lib. 5. conſ. 92. n. 2.* Tholoſanus 36. *ſyntagmatum c. 5. n. 2.* Peregrinus *3. de jure fiſci tit. 12. n. 1.*

An

An ſit differentia inter filium, & extraneum ſibi adſcribentem legatum?

1065 Legatum favore extranei ſcriptum debet ſpecialiter ſubſcribi à teſtatore, in filio, vel ſervo ſufficit generaliter.

EST differentia, & eſt aliqua convenientia: Conveniunt quia legatum eſt nullum, ſi teſtator non recognoſcat, & ſubſcribat. Eſt differentia, quia ſi extraneus ſibi legatum ſcribat, requiritur ſpecialis ſubſcriptio, & recognitio illius legati facienda per ipſum teſtatorem, nec ſufficit generalis declaratio, dicendo ſuo mandato ſcripta fuiſſe omnia legata. *d. l. Divus* 15. *§. planè.* Si verò filius, vel ſervus legatum adſcribat, ſatis eſt generalis ſubſcriptio ad validum legatum, & ad evitandam pœnam. *l. pœnas. §. ad teſtam.* ibi: *inter filium, & ſervum, & extraneum teſtamentum ſcribentes, hoc intereſt, quod in extraneo, ſi ſpecialiter ſubſcriptio facta eſt, quod illi dictavi, & recognovi: pœna ceſſat, & capi poteſt, in filio, vel ſervo, vel generalis ſubſcriptio ſufficit, & ad pœnam evitandam, & ad capiendum. D. ad leg. Cor. de falſis.* ubi Gloſſa v. *ſubſcripſit.*

An pater, tabellio, dominus ſcribens ſibi legatum pro filio, vel alteri, ex quo ipſe lucrum reportabit, an inquam tale legatum teneat, & incidat in pœnam falſi?

1066 Dominus, Pater ſcribẽs legatum pro filio, ſervo, quod ipſis proderit, eſt nullum, & falſarii habentur.

DIſtinguendum eſt: vel legatum ſcribenti ſaltem in futurum proderit, vel non.

Si legatum ſuo tempore erit ad beneficium ſcribentis: puta ſi ſcribat legatum relictum ſuo filio familias, ſuo ſervo, & tunc legatum eſt nullum, & ſcribens incidit in pœnam falſi. *l. Divus* 16. *l. impuberem* 22. *§. eadem, & de filio. D. ad l. Cor. de falſis.* ubi Gloſſa v. *pater.* v. *ſi teſtamentarius. id eſt tabellio.*

1067 Secùs ſi ipſi non prodeſt, nec prodeſſe poteſt.

Si vero legatum ſcribenti nec prodeſt, nec poteſt prodeſſe: puta ſi ſcribat legatum relictum ſuo filio emancipato, arrogato ab alio, vel ſuo ſervo ſub conditione, ſi liber erit, & tunc tenet relictum; & evitatur pœna falſi, quia prohibitum eſt adſcribere legatum, ad arcendam cauſam falſi ſpe lucri. *l. impuberem* 22. *§. ſed etſi emancipato. §. item ſi ſervo:* ibi: *reſtitui oportere manumiſſo. §. ſi Dominus adſcripſerit ſervo legatum, cùm liber erit; dicitur Senatus Conſulto Dominum excuſatum eſſe, qui compendio ſuo nullo modo proſpexerit. D. ad leg. Corn. de falſis.*

Hinc non incidit in pœnam falſi adimens legatum ſibi relictum, vel ſe ſcribens eſſe exhæredatum, quia id ſcribenti non prodeſt, nec poteſt prodeſſe. *l. impuberem* 22. *in fin. D. ad leg. Cor. de falſis.*

Secundo ſolvitur quæſtio:

An pater Notarius in alieno teſtamento ſcribens legatum relictum filio capto ab hoſtibus, incidat in pœnam falſi?

1068 Pater notarius ſi ſcribat legatum in alieno teſtamẽto pro filio capto ab hoſtibus, & ibi moriatur, non eſt falſarius.

DIſtinguas: vel filius familias moritur apud hoſtes, vel revertitur.

Si moritur apud hoſtes: nega, quia tunc evaneſcit legatum. *l. ſi ſervo meo. §. ſed obſtat. D. de legatis primo,* & ſic patri non prodeſt legatum.

1069 Secùs ſi revertatur.

Si vero filius familias revertitur, tunc incidit in pœnam falſi, & legatum, quod ei prodeſſet, eſt nullum. *l. impuberem* 22. *§. ſi ei filio, qui apud hoſtes eſt, adſcripſerit pater legatum, dicendum eſt, eo reverſo incidere in pœnam Senatus Conſulti: quòd ſi ibi deceſſerit, innocens pater exiſtimetur. D. ad leg. Corn. de falſis.*

An filius emancipatus ſucceſſurus in teſtamento patris, aliquid ſibi adſcribens, puniatur ut falſarius?

1070 Filius emancipatus ſucceſſurus in teſtamento patris, ſi aliquid ſibi adſcribat, non eſt falſarius.

NEga: patre ſubſcribente, & confirmante ſaltem generalitèr illa, quæ filius ſcripſerat. *l. 1. §. inter. D. ad leg. Corn. de falſis. l. quamquam 1. C. de his, qui ſibi adſcribunt,* quod olim tamen erat verum in hærede ſuo. *l. ſi pater filia. D. ad leg. Cor. de falſis.*

Si teſtator ſubſcribens dicat, ſe dictaſſe codicillos, teſtamentum, nec in ſpecie dicat dictaſſe tale legatum extraneo relictum, nec firmet?

1071 Legatum relictum extraneo à ſubſcribente, non tamen in ſpecie dictatũ ab eo, vel firmatũ, non tenet.

LEgatum non debetur, licèt ceſſet pœna falſi. *l. ſi teſtator* 2. *C. de his, qui ſibi adſcribunt.*

An ſervus Domini juſſu ſcribens teſtamentum, codicillos, & ſibi legatam libertatem, an legatum teneat?

1072 Servus juſſu domini ſcribens ſibi legatum, & recognoſcatur à domino, debetur.

DIſtinguas: vel Dominus recognovit, & ſubſcripſit talem ſcripturam, vel non.

Si primum, affirma. *l. Divus* 15. *§. plane. §. item Senatus cenſuit.* ibi: *ſi modò poteſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento, codicillis ve ſubſcripſit,* & *§. & quatenus* ibi: *ſi tamen accedat Domini auctoritas ſubſcribentis ſe ea dictaſſe, & recognoviſſe,* & ibi: *videri enim ait ipſius Domini manu ſcripta, cujus voluntate ea ſcripta ſunt. l. impuberem* 22. *§. item non continetur.* ibi: *ſi Dominus ſubſcripſit. D. ad legem Cornel. de falſis. l. fin. C. ad leg. Cornel. de falſis.*

Si ſecundum, nega. *l.* 1. *§. ad teſtamentum. D. ad leg. Corn. de falſis.* Secùs non

An ſervus ſcribens alienum teſtamentum, ſibi legatum, vel libertatem adſcribens, puniatur ut falſarius?

1073 Servus verò ſcribens alienum teſtamentum, & ſibi legatum, aut libertatem adſcribens, non eſt falſarius.

NEga: quia non ei, ſed Domino legatum prodeſt, dummodo teſtator recognoverit, & firmaverit. *l. impuberem* 22. *§. item non continetur. D. ad leg. Cornel. de falſis.*

An, & à quo prohibitum ſit ſcribentibus teſtamentum aliquid ſibi ſcribere dictante teſtatore?

1074 Claudius Imperator juſſit non deberi legatum ſcribenti teſtamentum.

AFfirma prohibitum eſſe a Claudio Imperatore ſub pœna falſi, quam evitat Judicis officio decernente, ſi probet ſe ignoranter ſibi ſcripſiſſe, ſed tamen relictum non debetur. *l. Senatus* 3. *C. de iis, qui ſibi adſcribunt.* ubi Gloſſa v. *veniam.* Idque etiam ſi ſit favor libertatis. *l. quod adhibitus* 5. *l. ſi libertatem* 6. *C. de iis, qui ſibi adſcribunt.*

Maritus in teſtamento uxoris an poſſit ſcribens legata ſibi adſcribere?

1075 Nec maritus valet in teſtamento uxoris ſibi aſcribere legata.

NEga: & incidit in pœnam falſi. *l. qua in teſtamen.* 4. *C. de iis, qui ſibi adſcribunt.* Secùs eſſet ſi in teſtamento extranei vir teſtamentarius, ſcilicet Notarius, ſcribat legatum ſuæ uxori relictum. *l. uxori. D. ad leg. Cor. de falſis,* nam ſuo compendio non facit. *l. impuberem* 22. *§. ſi Dominus,* ibi: *compendio ſuo,* ſcilicet utilitate ſua *nullo modò proſpexerit. D. ad leg. Cor. de falſis.*

An verò poſſit Clericus in teſtamento alicujus, legatum favore ſuæ Eccleſiæ ſcribere?

1076 Poteſt tamen Clericus ſcribere favore ſuæ Eccleſiæ

AFfirmat Hyppolitus *ſing.* 174.

An teneat legatum relictum matri, ſcriptum ab ejus ſervo in teſtamento filii?

1077 Legatum relictum a filio matri ſcriptum per ejus ſervum tenet.

AFfirma: quia non prodeſt ſervo, & reſpectu matris dilectæ ceſſat præſumtio falſitatis. *l. Divus 15. §. matri quoque. D. ad leg. Corn. de falſis.*

An Pater Spiritualis ſcribens teſtamentum, & ſibi legata adſcribens, ſit falſarius, & amittat relictum?

1078 Pater ſpiritualis eſt falſarius ſi ſcribat ſibi legatum.

AFfirma: licèt ſub generali nomine parentelæ, cognationis, vel Patris Spiritualis, nihil enim debetur. Bellapertica ex *l. Senatus Conſulto. in fine 3. Cod. de iis, qui ſibi adſcribunt*; Enim verò nec in genere licet ſibi aliquid adſcribere currente timore falſitatis. *l. 1. l. 2. C. de iis, qui ſibi adſcribunt.*

Sed difficultas eſt.

An teneat relictum ſolemniter, ſi probetur duobus teſtibus, Notarium, vel ſcribentem ſcripſiſſe præcipiente teſtatore?

1079 Secùs ſi probetur per teſtes ſcriptum præcipiente teſtatore.

ET tunc legatum deberi, quia ceſſat falſitatis timor, ait Clarus. *§. falſum. n. 27.*

An ſcribens ſe tutorem filio impuberi teſtatoris, ſit ſuſpectus de falſo?

1080 Eſt ſuſpectus de falſo ſe ſcribens ſe tutorem filio impuberi teſtatoris: valet Notarius adſcribere pretium ſuæ mercedis.

AFfirma: ſed à Judice dari poteſt; itaut nequeat tunc tutor ſe excuſare. *l. uxori. §. qui ſe filio. D. ad leg. Corn. de falſis.*

Notarium verò poſſe adſcribere pretium mercedis ait Peregrinus *3. de jure fiſci. tit. 12. num. 1.*

An abſcondens teſtamentum, ſcripturam, non ad occultandam veritatem, ſed titulo furti, ſit falſarius?

1081 Eſt fur, non falſarius celans ſcripturam, non animo occultandæ veritatis.

NEga eſſe falſarium: affirma eſſe furem, & ut furem puniri. *l. qui tabulas 27. l. quidam tabularum 32. D. de furtis.* Bart. in *l. 1. D. de publicis judiciis.* Menoch. 2. *de arbitrariis caſu 311. n. 6.* Boerius *dec. 292. num. 2.* falſarius namque eſt ille, qui occultat, nè veritas appareat. *l. Paulus 16. §. 1.* ibi: *ut verum non appareat. D. ad leg. Cor. de falſis. l. eum, qui l. 4. C. ad leg. Cor. de falſis*: talis eſt teſtis deponens in judicio, & celans veritatem. *c. 1. de crim. falſi.* Non tamen eſſet puniendus ut falſarius non veniens ad judicium, licèt tunc puniri valeat extraordinariè. Baldus in *l. Presbyteri. num. 11. C. de Epiſcopis, & Clericis.* Menoch. 2. *de arbitrariis caſu 310. num. 4.*

An aperiens alienas litteras miſſivas puniatur ut falſarius?

1082 Aperiens alienas literas, ut oſtendat adverſario, falſarius eſt.

DIſtinguas: vel aperit, & *oſtendit* adverſario mittentis, aut non oſtendit.

Si primum, delinquit, & puniri valet ut falſarius; quia ideò literis ſcribitur, nè veritas aliis pateat: cui contradicit, alteri nocituro revelans. argumento legis *prima §. ii, qui depoſita. D. ad l. Cor. de falſis.* Gloſſa in *c. cum olim. v. ſigilla. de offic. delegati.*

1083 Si caſu legat, non punitur.

Si verò *non oſtendit adverſario.*

Subdiſtinguas: vel caſu, & fortè inadvertentèr legit, putans ſibi miſſas ſimilitudine nominis, & tunc non debet puniri. Menoch. 2. *de arbitrar. caſu 538. n. 7.* Idemque dicas, ſi non conſtet à quo, & ad quem mittantur.

Vel ſciens ſibi non miſſas, legit ex curioſitate, nec aliis propalat.

1084 Sciens ſibi non miſſas literas legat, ſi eſt res gravis punitur extraordinariè.

Iterum ſubdiſtinguas: vel res eſt gravis momenti, vel modici.

Si gravis momenti, punitur extraordinariè. *c. cum olim. il 2. de officio delegati.* Franciſcus Marcus *par. 1. deciſ. 738. n. 2.* Albericus *in rubr. D. de falſis num. 7.* Diaz *in pract. Crimin. Canon. c. 103. n. 1.*

Si eſt modici, & nullius præjudicii, nihil continens præjudiciale ſcribenti, non punitur pœna falſi. Decianus *lib. 7. criminalium c. 17. n. 46.* Menoch. 2. *de arbitrar. caſu 238. n. 1.*

Hinc reſolvitur.

An peccet mortaliter aperiens, & legens literas alienas?

1085 Legens literas miſſivas domino rationabiliter invito, peccat mortaliter.

DIſtinguas: vel mittens, & ille, cui mittitur eſt rationabiliter invitus, vel non.

Si primum, peccat mortaliter; quia lædit jus ſcribentis, & illius cui ſcribitur, volentis rationabiliter rei ſcriptæ ſecretum.

Secundo, ob periculum rationabile, nè utatur notitia adverſus ſcribentem, nè impetret, quæ ſcribens ſibi impetrare contendit. Navarrus *in c. Sacerdos. n. 11. diſt. 6.* Immola *in c. cum olim. n. 3.* ubi Abbas *n. 2.* Ananias *n. 4.* Zabarella *n. 4. de officio delegati.*

1086 Secùs ſi non ſit rationabiliter invitus.

Si verò ſcribens, qui debebat cautiùs ſe gerere, non ſit rationabiliter invitus, etiamſi materia ſit gravis, tunc legens non peccat, imò virtuosè, & prudenter agit, & delinqueret imprudenter non legendo: puta ſi pater, Prælatus, Dux exercitus jure œconomico, Civili, Militari ad deprehendendas aſtutias, fraudes, dolos filii, Religioſi, ſervi, hoſtium jure defenſionis legeret miſſivas epiſtolas à filio, vel filio miſſas, à Religioſo, vel Religioſo miſſas, &c. Diana *par. 3. tract. 6. miſcellaneæ reſol. 55.* Cecineratque optimus Vates noſter Cantu XVIII. in ſtantia 51.

La raccoglie Goffredo, e la diſtende.
Poi ſcorge, in lei guardando eſtrania coſa,
Che dal collo ad un filo avinta pende
Rinchiuſa carta, e ſotto un'ala aſcoſa
La diſſerra, e diſpiega, e ben intende,
Quella, ch'in se contien' non lunga proſa:
Al Signor di Giudea, dicea lo ſcritto,
Invia ſalute il Capitan d'Egitto.

Similiter nec legens peccat, ſi legit interpretativo, aut virtuali conſenſu ſcribentis; nam tunc cedenti jus non fit injuria.

1087 Jure communi non adeſt excommunic. contra legentes literas miſſivas.

Nulla tamen jure communi eſt excommunicatio circa hujuſmodi legentes, & diſſigillantes literas miſſivas.

An quis poſſit legere literam laceratam ab illo, cui miſſa fuit, collectis fragmentis?

1088 Non peccat quis legens Epiſtolam laceratam collectis fragmentis.

AFfirma. Sylveſter *v. mortie qu. 17.* Layman *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 1. c. 4. n. 4.* Diana *par. 3. tract. 6. miſcellan. reſol. 55.* contra Rebellum *par. 2. lib. 9. q. 7. n. 9.* Nam eo ipſo ac projicit, laceratas non comburens: nec ità lacerans, ut nequeat legi, cedit juri ſuo: vel imprudens ſibi tribuat, ſi ex culpa damnificetur; legens autem, ſi quid celandum ibi exceperit, ex caritate celabit.

Objicitur.

Quæſtioni, quam defendimus, poſſe quem legere epiſtolam in multas partes ſciſſam, ob præſumtum conſenſum projicientis, poteſt objici ſic.

Solvitur objectio.

Iſta præſumtio non adeſt, imò adeſt præſumtio in contrarium, cùm præſumatur illum velle, nè legatur epiſtola: & hoc patet; nam ſi vellet ut legatur, non ſcinderet, ſed projiceret ut extat; ergo ſi ſcindit, ſignum eſt quod velit, nè epiſtola legatur; ergo non poteſt quis illam in multas partes ſciſſam legere.

Huic objectioni ſic reſpondemus, & dicimus, ſcindentem epiſtolam, illam ſcindere non animo nè legatur, ſed quia illi non deſervit; nam

ſi de-

Digitized by Google

ſi deſerviret, non ſcinderet; nam vel conſervaret, vel combureret; ergo ſi ſcindit, ſignum aſt, quòd pauci illam æſtimat, & nihil facit lectionem illius: imò adjungimus, quem poſſe illam legere, cùm ſit res derelicta; & ſic ramanet firma noſtra opinio.

1089 Si legat quis Epiſtolam ex curioſitate altero invito, & non revelat ſecretum, non peccat graviter.

Sed quid dicendum: *ſi ex curioſitate legat altero invito?*

Dicas, quod ſi nihil aliud emergat, quàm ſcire ſecretum alterius, & illud nemini omninò propalabit, & ſic erit ità, ac ſi non legiſſet; tunc mihi non videtur gravis injuria irrogata, maximè ab homine probo, prudenti; nam non videtur grava malum, ſi uni ſecratum innotaſcat omninò calandum.

An poſſit accuſari de falſo ſcriptura privata?

1090 Scriptura privata poteſt accuſari de falſo, ſi probet.

Diſtingue: vel ſcriptura privata probat, vel non probat.

Si probat, ut aſt recognita in præjudicium ſcribentis. *l. ſcripturas. 11. C. qui potiores in pignore. l. fin. C. de probationibus. l. cum tabernam. 34. §. 1. D. de pigneribus*, & affirmat Anton. Faber 9. *Cod. tit. 13. deſinit. 21.*

1091 Secùs ſi non probet, & nemini præjudicet.

Si verò nihil probat, & nemini præjudicat: tunc nega. Clarus *§. falſum. n. 44. in princ.* Cravetta *conſ. 46. n. 1.* Anton. Faber *loc. cit. n. 1.* quia ſcriptura nulli nocens etiam falſa habetur ut nihil, & ſcribens non punitur. Maceratanſis *lib. 3. reſol. 44 n. 1. & 3. ex l. non putavit. 8. §. non quævis. D. de bonorum poſſeſſione contra tabulas.* Farinac. dans XLVII. DD. *de falſitate q. 150. num. 291.*

An acquieſcens ſcripturæ poſſit illam accuſare ut falſam?

1092 Nequit illa Scriptura accuſari ut falſa cui quis acquievit.

Nega. *l. ipſe. 7. C. ad leg. Corn. de falſis.* ibi: *cui ſemel acquievisti.*

An dicens ſe debitorem, ſed apocham contra ipſum præſentatam eſſe falſam, ſit audiendus?

1093 Non eſt audiendus dicens ſe debitorem, ſed apocham præſentatam eſſe falſam.

Nega; nam tunc talis ſcriptura ei non nocet, cùm ea vera ſit debitor, & ejus nihil intereſt, cùm ſit debitor: nec ex illa poteſt poniſi ut falſarius, quia non nocet debitori. Antonius Faber deciſum referens 9. *Cod. tit. 13. deſin. 11. n. 7. in fine.*

An evulgans alienum opus proprio nomine, incidat in pœnam falſi?

1094 Vulgare alienum opus proprio nomine, falſitas eſt.

Affirma; nam cum præjudicio auctoris difformat ſe à veritate, dicens ſuum, quod ſuum non eſt. Secundo, quia contrahit falſitatem ſuppoſiti partus corporalis, qui non ſuum pro ſuo filio ſupponit. *l. 1. l. cum ſuppoſiti. 10. C. ad leg. Corn. de falſis. l. qui falſam 19. §. 1. l. lege 30. §. 1. §. de partu. D. ad legem Cornel. de falſis;* ergo multò magis ſupponens pro ſui, alterius intellectus partus, qualis eſt liber. Clemens Alexandrinus *lib. 1. ſtromatum.* ibi: *animæ autem liberi ſunt ſcripturæ*, & ut filius eſt imago patris: ità liber eſt mentis ſpeculum, ut loquitur Caſſiadorus *in præfatione.* ibi: *calas ſpeculum mentis tuæ, ubi te omnis ætas ventura poſſit inſpicere*, & ut filius reſpicit patrem, etiam ab hoſtibus captus, itàut non poſſit ſuo nomine victor librum evolgare victi, & licèt fiat Dominus jure prædæ rerum bello captarum. *l. ſi quid. 28. D. de captivis, & poſtliminio reverſis*: non tamen fit ità Dominus operis, & doctrinæ ſcriptæ, ut ſuo nomine avulgare valeat; nam filius alterius, licèt captivitate fiat ſervus, non fit filius capientis, & ramanet ſemper filius auctoris ſui patris: ſic

1095 Opus ſervi capti ab hoſtibus nequit vulgari à Domino ſuo nomine, licet illud cõburere valeat.

manuſcripta licèt fiant ſub dominio capientium, poſſintque comburi, non ſunt liberi capientium. Plinius *lib. 1. epiſt. 3.* ibi: *excude quod ſit perpetuò tuum: nam reliqua rerum tuarum poſt te alium, atque alium Dominum ſortientur. Hoc nunquam tuum deſinet eſſe, ſi ſemel cœperit.* Paſchaligus *centur. 2. q. 113. n. 6.*

An Notarius fingens ſcripturam cum data anterioris temporis, quæ re vera eſt poſterioris temporis, ſit falſarius?

1096 Eſt falſarius Notarius fingens ſcripturam cum ante data.

Affirma. *l. quid ſit falſum. 23. D. ad leg. Corn. de falſis*; nam difformat ſe à veritate, & licet ſcriptura nemini in particulari præjudicet, eſt præjudicans bono publico, cum frangat fidem publicam etiam hoſtibus ſervandam. *l. conventionum. 5 D. de pactis. c. noli. 23. q. 1.* & ſic officit publicæ ſecuritati, cui jure jurando Notarius ſe adſtrinxit; unde eſt gravis præjudicii circa jus publicum communitatis: & etiam lædit fidem Tribunalium, quotias præſentatur in actis decipiendo Judices. Hyppolitus *ſingul. 42.* Menoch. *conſil. 156 n. 22.* Covarr. *1. variar. c. 2. n. 2.* Layman *lib. 3. tract. 3. ſect. 5. par. 1. c. 4. n. 4.* Sà *v. falſarius n. 2.* Paſchaligus *cent. 1. q. 76. n. 2.* dicens alios conſuluiſſe oppoſitum in ſcriptura, quæ nulli privato præjudicat.

Eſt caſus reſervatus, ut infra.

Conſenſu, Conſilio fit falſitas.

§. VII.

1097 Falſitas fit conſenſu, & approbatione.

Primo, ſi quis conſentiat falſitati ab alio factæ. Secundo, ſi illam approbet, conſulat, ei faveat, eamque foveat. Angelus de maleficiis. *v. falſarius n. 51.* atque mandans ſcribi, dici, fieri, ſive ſit Advocatus, ſive pater, ſive alius conſulens. *l. Divus. §. ſcribere autem.* ibi: *per ſervum ſuum. D. ad l. Cornel. de falſis*; ubi Gloſſa *v. in poteſtate*. Tertio, conſenſu falſarius eſt vendens rem alienam ſcientèr alteri, ignoranti rem eſſe alienam. *l. qui duobus 21. D. ad leg. Corn. de falſis.* ibi: *qui duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendiderint, pœna falſi coerceatur.* Clarus *§ falſum. n. 29.*

1098 Ac venditione rei alienæ ignoranter.

Vendens taman rem alteri obligatam, vel illam obligans de novo ſpecialiter, incidit in pęnam criminis ſtellionatus, ſi non ſufficiat pro ſatisfactione utriuſque, cui obligatur. Gloſſa *in d. l. qui duobus 21. v. coerceatur*: ſed incideret in pęnam falſi, ſi aſſereret rem francham, liberam, nemini obligatam. *l. ſi à debitore 28. D. ad l. Corn. de falſis. l. ſi creditor. 15.* ubi Salicetus *C. ad l. Corn. de falſis.* Bartolus *in d. l. qui duobus 21. n. 1.*

1099 Vendens rem alteri obligatam, incidit in crimen ſtellionatus.

Quarto, conſenſu falſarius eſt creditor colludens cum debitore, fingens ſibi non ſatisfactum, ut res debitoris vendatur, ſibique tanquam anteriori, val privilegiato ſatisfiat in pęjudicium aliorum. *l. qui creditor 15. C. ad l. Corn. de falſis*, ubi Danaa, Cuman *conſ. 156.*

1100 Atque colluſione creditoris cũ debitore.

Uſu committitur falſitas.

§. VIII.

1101 Utens rebus falſis, etiam à ſe nõ confectis, eſt falſarius uſu.

Uſu eſt falſarius utens ſcienter rebus falſis, etiam à ſe non confectis. *l. majorem. 4. l. ſi falſos. 8. C. ad l. Corn. de falſis. l. falſi 13. §. ordine. D. ad leg. Cornel. de falſis.* Conſtitutione Regni incipit: *Qui literas Regias*, ubi Iſern. & Afflictus *dec. 21. & 404.* Giurba *conſil. crimin. 5.* Caballos *reſol. crim. caſu 144.* Macaratenſis *2. variar. p. 1. n. 67.* Magonius *deciſ. Florentina 25. n. 8.* Abbas *in c. cum te. n. 28. de re judic.* Cuman *conſ. 135.* Boer. *dec. 82.* Caravita *ritu 281.*

Sic primo, uſu falſarios eſt utens adolterinis men-

1102 Eſt falſarius utens adulterinis menſuris, ponderibus.

menſuris, ponderibus, libris, &c. licèt mitiùs puniatur relegatione, exilio. Levitici *c.19.v.35.* Deuteronomii *c.25. v.14.* Proverbiorum *c.16. v.11. l. annonam 6. §. fin. D. de extraordinariis criminibus. l. in Dardanarios 37. D. de pœnis. l. penult. §.1. D. ad l. Cornel. de falſis.* Menochius 2. *de arbitrar. cent.4. c.316. n.1.*

1103 Et utens falſis reſcriptis.

Secundo, utens falſis reſcriptis, conſtitutionibus. *l. fin. D. de falſis.*

1104 Aut falſis literis, aut juſſo Prætoris.

Tertio, utens falſis literis Prætoris, vel falſo juſſu Prætoris. *l.25. D. ad l. Cornel. de falſis.* De Rubeis *certamine* 6. *n.*84.

1105 Atque falſis probationibus.

Quarto, utens falſis probationibus, ſcilicet falſis atteſtationibus, ſcripturis, inſtrumentis, apochis, epiſtolis. *l. falſi nominis. 13. §.1. D. ad l. Cornel. de falſis. l. majorem 4. l. ſi falſos 8. C. ad leg. Corn. de falſis.* Menoch. 2. *de arbitrar. cent.4. caſu* 316. *n.4.* Afflict. *dec.31. n.1.* Et acriùs punitur utens falſis literis Apoſtolicis. Butrius *in c. accedens. n.5. de crimine falſi.*

1106 Exigens exactum falſarius eſt.

Quinto, uſu falſarius eſt veris ſcripturis, & teſtibus ſcientèr exigens jam exactum; nam indebitum, & jure communi in effectu exigens punitur arbitrariè. *l. un. C. de plus petitionib.* In Regno Nobilis relegatione: Ignobilis triremigio trienoali. Pragmatica *Item 7. de falſis.* ubi Novarius *n.1., & 7.* Thorus *in compendio par.1. v. petens debitum.* Caballos *reſol. crimin. caſu* 169. *n.3., & caſu* 260. *centuria* 3.

1107 Et utens alieno nomine.

Sexto, uſu falſarius eſt utens alio, vel alieno, quàm ſuo nomine.

Nam aliud, vel alienum nomen difformatur à vero ſuo. *l. falſi nominis, vel cognominis aſſeveratio, pœna falſi coercetur* 13. ubi Bartolus *l. eos, qui 27. §. fin. l. Divus 31. D. ad leg. Cornel. de falſis. l. unica. C. de mutat. nominis.* Menoch. 2. *de arbitrariis caſu* 318. *n.17., 18., & 19.* Soccinus *lib.1. conſil.63. n.7.* Tholoſanus 36. *ſyntagm. c.4. n.1.* Antonius Faber 9. *Codicis tit.16. defin.1.* ubi ait punitum virgis, & exilio alieno uſum nomine.

1108 Secùs ſi abſque dolo malo, & cum cauſa alieno nomine utatur.

Sine dolo malo mutans nomen ad defenſionem, nè deprehendatur ab hoſtibus, ab inſidiis, vel adſciſcens nomen reſonantius, glorioſius, nulli præjudicans, non punitur. *l. unica. C. de mutatione nominis.* Jodochus in *pract. crim. c.123. n.11.* Alex. *lib.6. conſ.90. vol.1. conſ.62. n.7.* Joſeph Ludovicus *dec.15.* Menoch. *de arb. caſu* 318. Bajard. ad Clarum *§. falſum. n.194.* Farin. *de ſimul. q.150.* Caball. *caſu* 176.

1109 Aut publicè mutans ſuū nomen.

Sic nec eſt falſarius publicè ſuum nomen mutans; nam neminem notus decipit, ſic nec eſt falſarius adiens hæreditatem, donationem ei relictam, ſi aſſumat nomen familiæ teſtatoris, donantis; nam nemini præjudicat, neminem decipit. *l. hoc jure. §. fin. D. de donationibus. l. facta. §. ſi in domina. D. ad Trebellianum.* Tiraquelius *ad leges Connubiales l. 5. n.24.* Menoch. 2. *de arbitrariis centuria 4. caſu* 318. *n.13.*

1110 Falſarius eſt utens alienis veſtibus, inſignibus.

Septimo, utens alienis veſtibus, inſignibus, ut falſarius ponitur, ut utens alieno nomine. Tholoſanus *loc. cit.* Antonius Faber *loc. cit.* Menoch. *loc. cit.*

1111 Chriſtianus ex cauſa utens veſte turcica, non peccat.

At non eſt reus falſi Chriſtianus, nec peccat utens veſte turcica, Japponica, nè peregrinans deprehenſus vitæ ſubeat diſcrimen: dummodo veſtis non ſit ad profitendam falſam religionem inſtituta; nam tunc illa veſtis indicat nationem, non religionem. Caram. *praint. n.2157. & 2163.*

1112 Utens falſa pecunia, falſarius eſt.

Octavo, utens falſa pecunia ſcienter, punitur ut falſarius. Marillius in *l. qui falſam 19. n.65. D. ad l. Cor. de falſis.* Romanus *conſil.240.*

An utens præſumatur falſaſſe rem falſam, qua utitur?

1113 Utens re falſa, præſumitur ipſe illã falſaſſe.

AFfirma: niſi oſtendat à quo accepit. *l. majorem 4. C. ad l. Cornel. de falſis,* ut enim fur præſumitur habens rem furtivam, non indigitans à quo illam acceperit. *l. in civilem 2. l. in civiles. C. de furtis.* Ita præſumitur falſificaſſe non oſtendens à quo rem falſam habuerit. Follerius *in praxi v. item quod commiſit falſitatem. n.8.* Farinacius *q.* 151. de Rubeis *certamine 6. n.83. &* 84.

An impetrans ſubreptitiè, vel obreptitiè reſcriptum à Principe, puniatur ut falſarius?

1114 Eſt falſarius impetrans obreptitiè, aut ſubreptitiè reſcriptũ à Principe.

AFfirma: quia ſivè obreptitiè, narrando ſcilicet falſa, & ſic mendacitèr: ſivè ſubreptitiè veritatem tacendo, ſemper à vero impetrans difformatur; adeoque eſt falſarius. *l. ſi quis obrepſerit* 29. *D. ad leg. Corn. de falſis.* ubi duriùs punitur dicens, & probans falſum. Menoch. 2. *de arbitrariis centuria 4. caſu* 314 *n.14. &* 56. Boer. *in c. ſuper literis. n.2. litt. l, de reſcriptis.*

Falſitatis Probatio.

CAPUT III.

1115 Probatio falſitatis difficilis eſt.

UT delinquens puniatur pœna falſi, falſitas debet probari, & probatio falſitatis eſt difficilis. *l. quia ſemper. D. de in jus vocando.* Gl. *in l. Lucius. D. de condit. & demonſt.* Zacch. *medico legalium tit.5. 9. & 4. n* 1. & difficilis ob falſitatem ſuppoſiti partus probatio. *l. ſi quis decurio 21. C. ad l. Corn. de falſis.* Lucas de Penna *in l. ſi vacantia. v. eſt in eo alin. l. ſpeciale. C. de bonis vacantibus lib.* 10. ubi ſuſpicio falſitatis refundit onus probandi in partem contrariam.

Quomodo falſitas eſt probanda.

§. 1.

1116 Falſitas eſt probanda congruenter.

FAlſitas eſt probanda congruenter. *l. ubi falſi crimen inciderit, tunc acerrima fiat indagatio argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliis veſtigiis veritatis 22. C. ad leg. Cornel. de falſis.* Bald. *conſ.* 323. Cæpolla *conſ. crim.* 23. nam præſumtio eſt pro innocentia. Veralius *p.2. dec.3.* Valaicus *dec.*131. Hodierna 1. *forenſium c.38. n.20.*

1117 Præſumtio ſemper eſt pro innocentia.

Sicque pronunciandum ad excludendam falſitatem delicti, etiamſi verba eſſent impropria. Follerius in *praxi criminali. v. item quoad committit falſitatem. n.53. &* 86. Grammaticus *dec.26., & conſil.3. n.8.* Peguera *dec.3. n.14.* de Rubeis *certamine 6. n.* 45. Menochius *lib.5. præſumt.* 20. *n.1.* Surdus *conſil.* 132. *n.18. vol.2.* Hodierna *loc. cit. n.22.* Seſſe *dec. Aragonenſi* 109. Clar. *§. falſum. n.36.*

1118 Quomodo ſuſpicio falſitatis retundatur.

Suſpicio falſitatis retunditur ex qualitate loci celebris datæ ſcripturæ. Menochius *lib. 5. præſumt.20., & conſ.221. num.4.* Maſcardus *de probationib. lib.2. concl.745. n.2.* Mantica *lib. 8. de tacitis tit.21. n.44.* Hodierna *loc. cit. nu.24.*

Et inſurgat.

Et ſuſpicio falſitatis inſurgit ex geſtis contra ſtylum. Felin. *in c. 2. n.16. de reſcriptis.* Galeota *tom. 2. lib. 2. controv.29. n.63.* dicens *n.64.* ſuſpicionem falſitatis in civilibus pro falſitate haberi; ſuſpicio namque falſitatis in civilibus tollit fidem inſtrumento. Oſaſc. *dec. pedem* 117. *n.7.* Tollitur etiam per bonam famam Notarii. Decius *conſil.78. n.26.* Theſaurus 1. *forenſium q.47. n.10.* Alexander *lib.5. conſ.93.*

Suſpicio tamen falſitatis reſultans ex vitio

vili-

Digitized by Google

1119 Et quando retundit vim probandi à ſcriptura ſuſpecta.

viſibili inſtrumenti, non ex ſolis indiciis, & conjecturis, retundit vim probandi à ſcriptura ſuſpecta, licèt in dubio ſemper pro ſcriptura præſumatur. Capycius *deciſ.* 30. Vivius *deciſ.*8. Bollius *tit.de falſitate num.* 6. Hodierna *loc. cit. n.*39.*ex l.jubemus.C. de probationibus.*

An lapſu temporis veritas probetur, vel infirmetur?

1120 Veritas non probatur lapſu temporis, nec ex ipſo infirmatur.

Nega; & ſic ex tempore verum non fit falſum, nec falſum verum; & profeſſio nulla tractu temporis non reconvaleſcit, unde illud: *quod ab initio non valet, tractu temporis valere non poteſt*: ſic falſum valere non poſſe ut verum. *l.ſicut* 47. ibi: *temporis intervallo. C.ad leg.Cor.de falſis.*

Ex delicto deveniamus ad pœnam.

Pœna Falſi.

CAPUT IV.

1121 Olim nobilis falſarius deportabatur.

Olim jure civili erat, ut nobilis deportaretur publicatis omnibus bonis. *l. pœna* 1. *§.pœna, D.ad l. Corn.de falſis.*

1122 Servus morte naturali mulctabatur.

Servus morte naturali plectebatur. *l.*1. *§. fin.* ubi Albericus. *D.ad l.Corn. de falſis. l. ubi falſi* 22.*in fine. C.ad l Corn.de falſis. §. item lex Cornelia de falſis. Inſtitution. de publicis judiciis.*

1123 Nunc eſt arbitraria.

Modò eſt arbitraria pro menſura delicti, & damni illati, itaut poſſit deveniri ad exilium, relegationem, deportationem, triremes, ad ultimum capitis ſupplicium. *l.*24.*l.eos* 27. *§. qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus uſus eſt, vel falſo diplomate vias commeavit; pro admiſſi qualitate graviſſimè puniendus eſt.l.hodie* 22.ibi *in Inſulam eos relegari, qui pondera, aut menſuras falſaſſent.l.ſi quis falſis conſtitutionibus, nullo authore habito utitur; lege Cornelia aqua, & igni interdicitur* 33. *D. ad l. Cor. de falſis. l. ubi falſi* 22.*in fine.* ibi: *ſupplicio capitali, ſi id exigat magnitudo commiſſi, vel deportatione ei, qui falſum commiſerit, imminente. l.damnus* 23. ibi: *ex legibus pœnis competentibus poſſit ulciſci. C. ad l.Corn.de falſis.l.qui in fraudem* 45. *§.quoties. D.de jure fiſci*: ubi iterata falſitas contra fiſcum capite punitur, & publicatio bonorum jam moderata eſt in Auth. *bona damnatorum. C. de bonis proſcriptorum*, & falſo utens mitiùs punitur, quàm faciens. *l.Divus* 31. *§.Divus. D.ad l. Cor. de falſis.* Antonius Faber 9. *Codicis tit.* 13. *definit.*13.*in princ.* Afflictus *dec.*404. *n.*12. Menoch.2.*de arbitrariis cent.*4.*caſu* 306.*n.*9. Petra *ritu* 262.*n.*19.

In Regno.

1124 In Regno producens ſcienter, vel utens teſtibus, ſcripturis falſis, cauſam amittit, niſi in ſpecie illis renunciet intra 8. dies.

Primo, producens ſcientèr, vel ſcientèr utens teſtibus, & ſcripturis falſis, cauſam perdit, niſi intra octo dies continuos immediatos poſt publicatum renunciet non in genere, ſed in ſpecie illis, ſcilicet renuncio depoſitioni talis teſtis, talis ſcripturæ, & inſuper punitur aliis pœnis jure communi indictis in titulo ad *l.Cor. de falſis.* Pragm.1. *de falſis.* Punitur autem ſeverè à judice cauſæ, coram quo falſum depoſuit abſque novo proceſſu, ſolùmque citatur, ut ſe defendat, & ſi compareat, auditur in vinculis. Pragm. 1. *de falſis.*

1125 Et punitur à Judice cauſæ abſque novo proceſſu.

1126 Teſtis bis deponens falſum morte punitur.

Secundo, ſi teſtis bis falſum deponat, morte punitur. Pragmatica *Carolus* 3., & Pragmatica 4. *§.pragm.de falſis.*

1127 Etſi deponat in criminalibus, punitur morte.

Tertio, teſtis falſus, vel deponit in civilibus, vel in criminalibus prò, aut contra reum.

Si deponit falſum in criminalibus, morte naturali punitur, unà cum inſtruentibus, conſulentibus, complice, &c. Pragmatica *Quoniam* 4. ubi Novarius *n.*1.*de falſis.*

1128 In cauſa Civili mutilatione manus dexteræ.

In cauſa vero civili deponens falſum, conſulens, inſtruens, complex, punitur mutilatione manus dexteræ, & perpetuo exilio à Regno. Pragmatica *Quoniam* 3. *§. in civilibus de falſis.*

1129 Præſentans in Banco publico, aut in Regia Theſauraria apocham falſam morte punitur.

Quarto, præſentans in Bancho publico, & in aliis locis etiam piis, aut in regia theſauraria apocham falſam, etiam pecunia non recepta; punitur morte naturali, qua etiam punitur ſcribens, dictans, aliis tradens ad præſentandum Banchu, & qualitercumque participans in dicta falſitate. Pragmatica, *Perche*, 5. Pragmatica *Li anni*.8.*de falſis.*

1130 Et præſentans carthulam pignoris falſam.

Qua pœna etiam punitur præſentans carthulam falſam, vulgo *belletsino*, in publico Bancho. Pragmatica *Li anni* 9. *de falſis.*

1131 Aut veram apocham cũ falſa girata.

Morte etiam naturali punitur præſentans veram Apocham Banchi, ſed cum falſa girata. Pragmatica *Per parte* 10. *de falſis.*

1132 Quomodo in Regno probetur iſta falſitas.

Probatur autem falſitas hujus ſcripturæ in Regno ſola depoſitione principalis, cujus nomine Apocha eſt confecta, & comparatione cum aliis ejus ſcripturis. d.Pragm.*Li anni* 8.*Cs è parſa.de falſis.*

1133 Et producens teſtes falſos.

Quinto pœna producentis teſtes falſos eſt eadem, quæ in Pragm. 1. *de falſis.* ubi Rovitus *n.*3.Riccius *dec.Curiæ Archiepiſcopalis* 176. *n.*6. Gizzarellus *p.*1 *dec.*80. Anna *alleg.*2. Theſaurus *lib.*1.*forenſium q.*15. Petra *ritu* 262.*n.*21.

1134 In cauſa criminali punitur ut complex.

Et in cauſa criminali punitur ut complex, ut in Pragm. *Quoniam* 4. *de falſis.*

1135 Exigens ſolutum, nobilis relegatione, ignobilis triennali triremigio in Regno punitur.

Sexto, exigens ei jam ſolutum, eſt falſarius, & in Regno cum effectu exigens, nobilis relegatione, ignobilis triennali triremigio punitur: dummodo prior ſolutio probetur publicis ſcripturis, apociſvè de jure validis, non teſtibus. Pragm. *Item* 7. *de falſis.* Mele ad Gizzarellum *dec.*20. *n.*21. Vivius *dec.*487., & 340. Maranta *conſ.*38.*n.*10. Capyc.*dec.*49. ubi Mafcill. ubi de pœna plus petentis. Hodierna *ad* Surd. *dec.* 65. Coſta *de portione rata q.* 137. ubi executio pro exceſſu debiti veri irritatur.

Pœna mortis circa præſentantes Apochas Banchales falſas non eſt juris communis. Riccius *p.*1. *dec.Archiepiſcopali* 70.

1136 Falſificans literas Regis morte punitur.

Septimo, falſificans literas Regis morte punitur. Afflictus *dec.*21.

1137 Bis deponens contraria, ut falſarius punitur.

Teſtis deponens bis contraria, ut falſarius jure communi punitur. *l.eos qui* 27. *§. de impudentia. D.ad l.Corn. de falſis*, & teſtis dicens in judicio contrarium, ac dictum extra judicium, arbitrariè punitur. Menoch. 2. *de arbitrariis centuria* 4.*caſu* 312. cum Baldo in *c.*1.*§.ſi enim columna* 1. *quid ſit inveſtitura.* Alexander *lib.*1. *conſ.*74. *n.*7.

Jure Canonico.

1138 Jure Canonico falſificans literas Apoſtolicas excommunicatur.

Falſificans literas Apoſtolicas per ſe, vel per alium eſt excommunicatus, & Clericus privatur beneficiis, ac traditur brachio ſeculari puniendos. *c. ad falſariorum* 7. ibi: *anathematis vinculo decernimus innodatos*, & ibi: *per ſe, vel per alios. de crimine falſi*, quæ cenſura eſt reſervata Papæ non in *d.c. ad falſariorum*, ſed in Canone 6.Bullæ Cœnæ.

1139 Reſervatur in Bulla Cœnæ.

1140 Impetrans verò obreptitiè, vel ſubreptitiè dictas literas non eſt excommunicatus.

Impetrans tamen literas Apoſtolicas obreptitiè, vel ſubreptitiè non contrahit excommunicationem, reſtringendam in iſto caſu non expreſſam. S.Antoninus *par.*3. *tit.*25.*c.*13. Cajetanus

v.ex-

*v.excommunicotio c.*26.Gonſalez *in regula Cancellaria* 8.*Gloſſa* 57.*n.*25.

1141 Sicut nec falſificans literas Cardinalis.

Exculatur etiam à dicta cenſura falſificans literas Cardinalis ſcriptas nomine Papæ; nam re vera non ſunt Papæ, & in iſtis reſtringendis non veniunt nomine literarum Apoſtolicarum. Riccius *par.*1.*deciſ.*36.*n.*3. Bonacina *de cenſuris extra bullam diſp.*2.*q.*3.*punct.*3.

1142 Damnatus de crimine falſi eſt infamis.

Etiam jure Cannnico damoatus crimine falſi eſt infamis. *l.palam.* 43. *D. de ritu nuptiarum. l.infamem. D. de publicis judiciis. c. infames.* a. *§.porrò.*3.*q.*1.*c.infames.*6.*qu.*1. Surdus *conſ.*173.*n.*31.*&* 32.*vol.*a. Affliſt.*deciſ.*404.*n.*3. Bajardus ad Clarum *§.falſum. n.*3. Hodierna 1.*forenſium c.*38.*n.*19.

1143 Adeoque irregularis.

Et ſic ex defectu famæ eſt irregularis. Thuſc. *v.infamia concluſ.*107.*n.*3.Baſſæus *v.irregularitas* 10.*n.*5.

1144 An Epiſcopus poſſit in ea diſpenſare. Vide adnot.

In qua tamen irregularitate Epiſcopus diſpenſare valet; nam requiritur ſententia delicti infamantis, quam ſicuti poteſt ferre, ità tollere ejus effectum. Paſchaligus *centur.*1. *qu.*33.*n.*5. poſt Abbatem *in c.fin. de temporibus Ordinationum.* Sylveſter *v.irregularitas q.*14.Sayrus *lib.*7. *de cenſuris c.*14.*n.*5. Navarrus *c.*27.*n.*204. (10)

An falſificans literas Epiſcopi, puta Dimiſſoriæ, confeſſus, & convictus puniatur pœna ſuſpenſionis?

1145 Convictus de falſificatione dimiſſoriarum Epiſcopi, eſt ſuſpenſus.

Affirma. Diaz *in pract.Crim. Can. c.*117.*n.*a. *v. falſarius autem*. Boerius *deciſ.* 82. *n.*6. Theſaurus *de pœnis Eccleſiaſticis v.falſarius c.*5. ubi de falſitate Dimiſſoriæ.

Pœna utentis re falſa.

§. I.

1146 Faciens falſitatem punitur pœna ordinaria, illa utens mitiùs punitur.

Faciens falſitatem facto, dicto, ſcripto, &c. ſemper ordinaria pœna punitur; utens re falſa punitur mitiori pœna extraordinaria. *l.*1. *l.falſi.*13.*§.*1. *l.Divus* 31.*§.Divus. D.ad leg.Corn. de falſis.* Anton.Faber 9.*Cod.tit.*13.*definit.*13. *in princ.* Petra *ritu* 262.*n.*19. Menoch.a.*de arbitr. caſu* 316.*n.*2.

1147 Falſum ſine dolo nō punitur.

Falſum ſine dolo non punitur. *l. nec exemplum.C.de falſis.*Bartolus *conſ.*199.Ricc.*coll.*248. Silvan.*conſ.*7.

1148 Conficiens falſum punitur, etſi illo non utatur.

Hinc conficiens dolo falſum, ordinariè punitur, etiamſi falſo non utatur, & declaret ſe nolle uti re falſa. *l.ſi falſos* 8. *C.de falſis*; nam falſum jam conſummavit dando ei formam, ut uſui eſſe poſſit. *l.qui falſam.*10. *D.de falſis*; ubi dicitur falſam non conflaſſe monetam, qui illam non perfecit; ergo ſi illam perfecit, ut poſſit eſſe uſui, etiamſi non utatur, falſarius eſt. Urſill. ad Affliſt. *deciſ.*21. ubi ait Afflictus non puniri mentientem literas Regis ſigillo non appoſito, quia non adhuc dicitur dediſſe formam perfectam falſi, quæ ſcilicet uſui eſſe poſſit. De Rubeis *certamine* 6. *n.*80. Gothofredus *in l.it, qui. §.quædam. D.ad legem Falcidiam*, ubi forma eſt individua, & illam ſic non dicitur dediſſe, qui non perfecit. *l.perfeciſſe.*39.*D.de verb. ſignif.*

1149 Præſentans ſcripturas falſas ab aliis factas ſine ſuo conſilio, mitiùs punitur, ſi illis non utatur.

Præſentans verò ſcripturas, depoſitiones falſas ab aliis factas ſine ipſius inſtigatione, conſilio, participatione: ſi illis utatur, punitur, ſed mitius; nec punitur ſola præſentatione, niſi illis utatur; nam donec utatur, effectus non eſt conſummatus, & pęna datur delicto conſummato. *l.falſi* 13.*§.*1.*l.Divus* 31.*§.Divus.D.ad legem Cornel.de falſis*, & ſi declaret ſe illis nolle uti ante pronunciationem ſententiæ, evitat omnem pęnam falſi. *l.ſi falſos* 8.*C.ad l.Corn.de falſis*. De Rubeis *certamine* 6.*n.*80. Petra *ritu* 262. *n.*19. Anch.*conſ.*173.Aymon.*conſ.*315. Capyc.*dec.*67. *n.*6. Boer. *dec.*82. Affliſt.*in Conſt.Regni. qui falſa inſtrumenta.* Boſſius *de falſitate n.*116.Menoch. *loc.cit.n.*29. Anton.Faber 9.*Cod.tit.*13.*defin.*10. *conſ.*a. dicens ſemper poſſe dicere ſe nolle uti, & *definit.*12.*n.*2.

1150 Et id declaret ante ſententiam.

Idque etiamſi declaraverit in principio litis ſe velle ſcripturis uti, nam deindè declarans ſe nolle uti, reddit falſitatem ſine effectu, & falſitas uſu, ſine actuali uſu, non eſt falſitas uſu; adeòque nō poteſt dici in effectu commiſiſſe falſum uſu, quod ſatis eſt ad evitandam pœnam falſi, quæ datur delicto conſummato. *l.ſi falſos.*8.*C.ad l.Corn.de falſis.*

1151 Etſi ante declaraverit illis uti.

Nec quia declaravit ſe valle uti, poteſt ad id adſtringi, quia in malis promiſſis fides reſcindi poteſt, & ad illicitum nemo obligatur, nec jus alteri quæri poteſt, ut utatur re falſa. *l.ſi à reo.* 71.*in fine. D.de fidejuſſor.* Harpprectus *in §.item lex Cornel.n.*34.*&* 38.*de publicis judiciis.*contra Menoch.*de arbitr.caſu* 315.*n.*29. dicantem non prodeſſe illi, qui declaravit velle uti, ſi deindè non utatur.

1152 In malis promiſſis fides poteſt reſcindi.

Hinc orta praxis declarandi circa uſum teſtium, & ſcripturarum, ſcilicet ut illis utens declaret ſe illis uti velle ſub pęna falſi; idque nè ſe excuſet dicendo ignorantar produxiſſe, vel uti. Bartol.*in l.ſi falſos.*8.*C.de falſis.* Abbas *in c. præſentium.n.*10. *de appellationibus.* Franciſcus Marcus *par.*8.*dec.*737.*n.*1.

1153 Praxis declarandi circa uſū, quid operatur.

Imò ſi appellatum ſit, etiam poteſt declarare ſe nolle uti. Baldus *in l.alia.*8.*n.*7.*C.de his, quibus ut indignis.* Alexander *lib.*6.*conſil.*108.*n.*9. Idque etiamſi declaraverit in principio litis ſe velle uti; nam ſemper ac deindè dicit ſe nolle uti, falſitas caret effectu uſus. Nam falſitas uſu, ſine uſu actuali, non eſt falſitas uſu, & conſequenter non dicitur uſu in effectu commiſiſſe falſum perfectè, quòd ſatis eſt ad evitandam pęnam falſi. *l.ſi falſos* 8.*C.ad l.Corn. de falſis.*

1154 Interjecta appellatione etiam valet declarare ſe illis nolle uti.

Hinc ſolvitur.

An producens falſos teſtes, declarans ſe illis nolle uti, pœnam falſi evitet?

1155 Producens falſos teſtes, quos ipſe induxit, inſtruxit, ut falſarius punitur, etſi illis non utatur.

Diſtinguas: vel producens falſos teſtes illos induxit, inſtruxit, vel tantùm illorum atteſtationibus utitur.

Si primum, punitur etiamſi dicat ſe nolle illis uti, quia falſum facto perfecit. *l.ſi falſos* 8.*C. ad leg.Corn.de falſis.*

1156 Secùs ſi tantùm eorum atteſtationibus utatur, & illis renunciet.

Si ſecundum, nega; nam tunc uſu falſarius, ſine uſu conſummato non poteſt dici perfectè falſarius, nec puniri.*d.l.ſi falſos.* contra Menochium 2.*de arbitr.centur.*4.*caſu* 316.*n.*30. Ruinum *lib.*4.*conſ.*86.*n.*3.

Hinc ſecundo reſolvitur.

An præſentans falſum inſtrumentum ab aliis confectum, declarans ſe velle uti, ſi verum, nolle, ſi falſum, excuſetur à pœna falſi?

1157 Præſentans falſum inſtrumentum dicēs ſe velle illo uti, ſi verum, excuſatur à pęna falſi.

Affirma: nam alieni facti, ignorantia præſumitur.*l.finali.D.pro ſuo.l.quamquam.*7. *D. ad Vellejanum*. Anton. Faber 9.*Cod. tit.*13. *definit.*12.*n.*4.

An

(10) Res hæc melius ponderanda eſt, cùm irregularitas jure altiori contrahat; Infamis non eſſet irregularis per ſententiam Epiſcopi, niſi id jure Canonico ſtatutum eſſet. Unde non Epiſcopus infligit irregularitatem, ſed jus per ejus ſententiam.

An altiùs debeat puniri utens falſo reſcripto Summi Pontificis, Principis, quàm alterius?

1158 Severius punitur utens falſo reſcripto Papæ, Principis, quàm alterius.

AFfirma. *l. majorem* 4. *C. ad l. Cornel. de falſis.* Anton. Faber 9. *Cod. tit.* 13. *defin.* 13. *n.* 2.

Hinc reſolvitur.

An utens literis Apoſtolicis falſis, mitiùs puniatur, quàm illas falſificans?

1159 Mitiùs punitur utens, quàm conficiens falſas literas Apoſtolicas.

AFfirma. *c. ad falſariorum* 7. ibi: *qui verò ſub nomine noſtro literis falſis utuntur, ſi Clerici fuerint, officiis, beneficiiſque Eccleſiaſticis ſpolientur.* ubi Hoſtienſis *n.* 9. Abbas *n.* 5. *de crimine falſi. l. ſacri.* 6. *C. de diverſis reſcriptis. l.* 2. *C. ad l. Corn. de falſis.* Afflict. *dec.* 21. *n.* 2. Anton. Faber 9. *Cod. tit.* 13. *definit.* 13. *n.* 4. Et ratio etiam eſt, quia intenſius, continuatiùs, adeòque magis delinquit ſcribens, quàm utens falſis ſcripturis.

1160 Et excuſatur à pœna ſi intra xxx. dies poſtquam cognovit falſas deſtruat.

Et jure Canonico excuſatur à pęna, ſi intra triginta dies ſtatim ac cognovit falſas, deſtruat. *c. accedens* 8. *c. dura* 4. *de crim. falſi.*

Tandem falſificans alias ſcripturas, arbitrariè punitur. Franciſcus Marcus *par.* 1. *dec.* 679. Boerius *dec.* 291. *n.* 2. Diaz *in pract. Crimin. Canonica c.* 203. *n.* 2. (11)

Qui excuſentur à dictis pœnis?

§. II.

1161 Carentes dolo malo excuſantur à pœnis, licèt culpa non careant.

PRimo excuſantur à dictis pœnis carentes dolo malo, licèt non careant culpa etiam lata, non puniuntur pęna falſi. *l. nec exemplum* 20. ibi: *per errorem ſcriptum, cum non niſi dolo falſum committentes, crimini ſubjungentur. l. ſi quis decurio. C. ad leg. Corn. de falſis.* Ricc. *coll.* 248. Bart *conſ.* 199. Silvan. *conſ.* 7. Menoch. 2. *de arbitr. centur.* 4. *caſu* 309. *n.* 1. dicens *n.* 10. in dubio errorem, non dolum præſumi, ex regula, quia delictum in dubio non præſumitur. *c. un. de ſcrutinio. l. merito.* 51. *D. pro ſocio.* Pariſius *lib.* 4. *conſ.* 169. *n.* 301. Afflict. *dec.* 404. Clarus §. *falſum. v. excuſatur.* Maceratenſis 3. *reſol.* 44. *n.* 1.

Et ſic deficiente dolo, crimen falſi non punitur pœna ordinaria falſi. *l. ſi quis in pignore.* §. *fin. D. de pignor. act.* Angelus de maleficio. *v. falſarius. v. quæro quot modis n.* 3. Gayllus *lib.* 1. *obſerv.* 100. *n.* 7. Decius *conſ.* 175. Afflict. *deciſ.* 21. *n.* 13. & *deciſ. ult. n.* 18. enim verò non debet dici propriè falſarius, qui ſine dolo malo verſatur. Farinac. *qu.* 150. De Rubeis *certamine* 6. *n.* 41. *ex l. nec exemplum. C. ad l. Corn. de falſis. c. homines falſum* 22. *quæſt.* 2.

1162 Dolus ſit verus non præſumtus.

Qui dolus debet eſſe verus non præſumtus. Boerius *dec.* 116. De Rubeis *certamine* 6. *n.* 44.

1163 Errans non punitur, ut falſarius.

Secundo, errans nequit puniri ut falſarius. Patet, quia errans non eſt in dolo malo requiſito ad falſitatem. *l. nec exemplum* 20. ibi: *non niſi dolo falſum committentes. C. ad l. Cornel. de falſis.* Marſilius *in l.* 1. §. *propterea. n.* 15. *D. de falſis.* Pariſius *vol.* 4. *conſ.* 169. *n.* 56. Beccius *conſ.* 78. *n.* 8. Maceratenſis *lib.* 3. *reſol.* 44. *n.* 1.

1164 Item deceptus, non eſt falſarius.

Tertio, deceptus per alium non dicitur falſarius, nec doloſus, nec punitur crimine falſi. *l. majorem* 4. *l. Divus* 31. §. *ſed Divus.* ibi: *per errorem hujuſmodi. D. de falſis.*

1165 Utens falſa ſcriptura per errorem, nõ eſt falſarius, ſi oſtendat à quo illam habuit.

Quarto, utens falſa ſcriptura, reſcripto per errorem, non punitur ut falſarius, dummodo oſtendat à quo ſcripturam, reſcriptum habuerit. *l. majorem* 4. ibi: *ſed qui deceptus eſt per alium, ſi ſuam innocentiam probet, & eum, à quo accepit, exhibeat, ſe liberat. D. ad l. Corn. de falſis.*

1166 In facto alieno præſumitur ignorantia.

Quinto, in facto alieno præſumitur ignorantia. *l. fin. D. pro ſuo*; & ſic nequit puniri ut falſarius defectu doli. Menoch. 2. *de arbitr. cent.* 4. *caſu* 316. *n.* 10.

1167 Impuberes nõ puniuntur pœna falſi.

Sexto, impuberes non puniuntur pęna falſi, quia carent dolo, niſi malitia ſuppleat ætatem. *l. impuberem* 22. ibi: *cum dolus malus in eam ætatem non cadat. D. ad l. Corn. de falſis.* Anton. Faber 9. *Cod. tit.* 13. *definit.* 7. *n.* 6. ſemper enim, ac dolus deeſt, ceſſat pęna ordinaria falſi. *d. l. nec exemplum* 20. ibi: *cum non niſi dolo falſum committentes. C. ad l. Cornel. de falſis.* Clarus §. *falſum. num.* 41.

1168 Minor falſarius mitiùs punitur.

Septimo, minor falſarius mitiùs punitur, nam jure communi ætas veniam meretur. *l. auxilium. D. de minoribus. l. Senatus. D. de falſis.* Farinac. *de pœnis temperandis q.* 91. *n.* 109.

1170 Falſitas in re levi non punitur.

Octavo, in re levi falſitas non punitur; ſic mendacium leve, graviter non punitur. Rolandus *conſ.* 38. *n.* 37. *lib.* 1. Clarus §. *falſum. n.* 44. *in princ.* Anton. Faber 9. *Cod. tit.* 13. *definit.* 8. *n.* 3.

1169 Falſitas in re levi non punitur pœna ordinaria.

Nono, falſitas etiam in apocha banchali in materia parva, non punitur ordinaria pęna, ſed leviori. Farinac. *de falſitate qu.* 150. *n.* 111. Menoch.

(11) Crimen hoc falſitatis, utpotè frequens, & Reipublicæ pernicioſiſſimum, opus fuit multis pœnis coerceri, tam à Jure Civili, & Canonico, quàm Municipali latis, quæ per Auctorem referuntur hìc, ac III. & IV. *Pantomedida.* In hac verò Diœceſi Neapolitana ad magis refrænandos impios conatus falſariorum, reſervantur ſequentes caſus, quibus adnexa eſt excommunicatio ipſo facto, ut patet ex ultima Synodo Diœceſana *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 6.

,, Omnes in cauſa Criminali, aut Civili cum
,, gravi damno alterius falſum deponentes, aut
,, deponendum curantes, nec non inducentes ad
,, falſum deponendum, falſiſque teſtibus, depo-
,, ſitionibus, inſtrumentis, ſcripturis, tam pu-
,, blicis, quàm privatis, quomodocumque uten-
,, tes, directè, vel indirectè, in quavis Curia
,, Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ. Item qui-
,, cumque falſum aliquod impedimentum Matri-
,, monii doloſè objecerint; nec non conſilium,
,, vel auxilium ad illud doloſè objiciendum
,, dantes.

,, Falſificantes, etiam cum gravi damno alte-
,, rius, vel corrumpentes; falſo, aut quæ fal-
,, ſum continent, conficientes Apochas, Syngra-
,, phas, vulgò *Fedi di credito, o Polize notate in Fede*, ſive inſtrumenta, Proceſſus, aut Scriptu-
,, ras publicas, & authenticas; aut ſcienter his
,, utentes; nec non mandantes, aut cooperan-
,, tes.

,, Similiter præſentantes falſum, fictum, aut
,, fiduciarium Patrimonium, aut quomodolibet
,, fraudolentum pro Ordinibus ſuſcipiendis, etiam
,, pro prima Clericali Tonſura: nec non conſti-
,, tuentes, conſulentes, aut quomodolibet con-
,, currentes, ſive cooperantes. Declaramus au-
,, tem, quod Clerici præſentantes, quando ab
,, excommunicatione abſolvuntur, remanent ab
,, exercitio ſuſceptorum Ordinum ſuſpenſi; quam
,, ſuſpenſionem nullus, niſi Nos perſonaliter,
,, conſtituto reali Patrimonio, & cauſa diſcuſſa,
,, relaxare valeat.

,, Præter hos, Actuarii, Subactuarii, Notarii,
,, Scribæ, qui cum alterius partis offenſione, aut
,, cum Reipublicæ, aut legalis juſtitiæ detri-
,, mento, doloſè auctam, vel diminutam in-
,, formationem capiunt, & ſic dicta Teſtium ſcri-
,, bunt; ac Nuncii, Curſores, aut aliàs nuncu-
,, pati, qui in grave Tertii præjudicium falſum
,, in acta referunt.

Inſuper Innocentius XI. proſcripſit duas Propoſitiones, quæ crimen hoc falſitatis futili prætextu fovebant; quarum prima ordine eſt XLIII.
,, Quidni nonniſi veniale ſit, detrahentis au-
,, ctoritatem magnam ſibi noxiam falſo crimine
,, elidere?,, altera ordine XLIV. ,, Probabile eſt
,, non peccare mortaliter, qui imponit falſum
,, crimen alteri, ut ſuam juſtitiam, & honorem
,, defendat: Et ſi hoc non eſt probabile, vix erit
,, opinio probabilis in Theologia.

noch. *lib.2. de arbitrar. caſu* 306. *n.*36. *& lib.*5. *præſumt.*20.*n.*48.

1171 Quænam ſit iſta medica ſumma, deciſio Curiæ Archiepiſcopalis.

Modica autem ſumma eſt duorum aureorum ſecundum Bajardum ad Clarum *§.falſum.n.*273. & hoc anno 1676. In Curia Archiepiſcopali judicavimus eſſe parvam ſummam, non puniendam pœna ordinaria, ſed exilio, in bollettino falſo, præſentato in publico Banco SS. Annuntiatæ, qui non excedebat ſummam carolenorum 35.

1172 Alia deciſio Curiæ Archiepiſcopalis.

Imò fuit in eadem Curia judicatum leve præjudicium falſitas apocæ banchalis ducatorum novem, ad finem evitandi pœnam ordinariam. Riccius *par.*3. *prax. reſol.*311. de minimis namque non eſt curandum. *l.ſcio. D.de in integrum reſtitutionibus*; nam leve nocumentum non eſt conſiderabile. Anna *conſ.*12. *n.*4. *&* 5. Anchar. *conſ.*173.*n.*1.*v.cum prætextu*.

1173 In re parva falſitas non præſumitur.

Accedit, quod in re parva falſitas non præſumitur. *c. accedens*, ubi Gloſſa *de crimine falſi*. Farinac. *de falſitate q.*153.*n.*27.

1174 Falſitas ſi nulli noceat, non punitur.

Decimo, falſitas nulli nocens, non eſt punibilis. Farinac. dans Doctores XLVII. *de falſitate qu.*150. *n.*291. De Rubeis *certamine* 6. *n.*47. Afflict. *deciſ.*21. Follerius *in praxi v. quod committit falſitatem*. Gyptius *de caſibus reſervatis c.*3. *n.* 6. Sylveſter v. *falſitas n.*1. Anton. Faber 9.*Cod.tit.*13.*definit.*7.*n.*1. Clarus *§.falſum.n.*44 Maceratenſis 3.*variar. reſol.*44.*n.*1.*&* 3. Veralłus *par.*2.*dec.*5. Magonius *dec. Lucenſi* 43. Novar. *in rubr. ad Pragmaticas de falſis n.*13. *& Pragmatica* 1.*n.*3.*de falſis*.

Patet ex *l.nec exemplum* 20. ibi: *non niſi dolo falſum committentes. l.ſi quis decurio. C.ad l.Cor. de falſis. l.Divus* 31. *§.ſed Divus*. ibi: *per errorem. D.de falſis*; ubi ad falſitatem requiritur dolus, ubi autem nemo læditur, deeſt dolus, qui ſemper eſt ad decipiendum, fallendum alterum. *l.*1.*D.de dolo malo*.

An autem debeat puniri pœna extraordinaria?

NEgat Gloſſa *in l. domus. v.privatas. C. ad leg.Corn.de falſis*. ex *l.ſi quid aliquid. §.teſtamentum. D.de pœnis*; ubi non punitur celans invalidum teſtamentum.

1175 Tamen extraordinariè punitur nulli nocens.

Sed extraordinariè puniri ait Menoch. 2. *de arbitr. centur.*4.*caſu* 307.*n.*16.*&* 21. quia quantum in ſe falſum fecit; ſicque aſſerit Menoch. *loc.cit. n.*38. cum Baldo *lib.*1. *conſil.*106. *in fine*. teſtem deponentem falſum, elapſo termino probatorio ſine juramento, non puniri pœna falſi, ſed arbitraria, quia non nocet, cùm non probet.

Hinc reſolvitur.

An puniendus Notarius conficiens inſtrumentum falſum, ſed nullum, non ratione falſitatis, ſed alio titulo?

1176 Conficiens inſtrumentum falſum, ſed nullum, non punitur ut falſarius.

NEga: quia non nocet. *l.ſi quis in pignore* 56. *§.fin. D. de pignoratitia actione*; ubi falſitas non præjudicans non punitur pœna ordinaria. Clarus *§.falſum.n.*35. Baldus *in l.habemus. C.de teſtamentis*. Alexander *volum.*1. *conſil.* 73. Anton. Faber 9.*Cod.tit.*13.*definit.*13.*n.*3.4. *&* 5. Arpprectus *§.item lex Cornel.*7.*n.*30.*de publicis judiciis*; id concludens, etiamſi Notarius quantum eſt ex ſe falſum perfecerit, ſed inſtrumentum corruat deficiente aliqua ſolemnitate. *l.non putavit* 8. *§.non quævis*. *D.de bonorum poſſeſſionibus*; unde confeſſus ſe debitorem, nequit accuſare de falſo ſcripturam, quia ei non nocivam, deciſum apud Anton. Fabrum 9.*Cod. tit.*13. *definit.*11.*n.*7.*in fine*.

1177 Secùs falſificans literas Apoſtolicas, vel Regias.

Si verò falſificat ſcripturas Apoſtolicas, vel Regias, etiam nulli nocens, punitur ut falſarius; ut fuſtigatus, & ad triremes damnatus fuit falſificans manum Regis ſine damno alicujus, ait Peguera *dec. crimin.*80. *n.*15. Afflict. *dec.*21. *&* 404. *n.* 8. Bajardus ad Clarum *§.falſum. n.*203. Menoch. 2. *de arbitrar. caſu* 306.*n.*23.

An principalis cum juramento negans ſe deliquiſſe, puniatur aliqua pœna, velut falſarius?

1178 Principalis, cum juramẽto negans deliquiſſe, nõ puniendus, ut falſarius.

NEga; nam licèt peccet contra jus divinum pejerando, non tamen peccat contra jus humanum impotens obligare cum tanto onere, quale eſſet contra ſe ipſum deponere. *c.erit. diſt.* 4. Et ſic nemo cogi poteſt contra ſe teſtimonium dicere, & quivis poteſt ſe ipſum redimere per fas, & nefas. *l.*1.*C.de his, qui ſibi mortem conſciverunt*. Menoch. 2. *de arbitr. centur.*4. *caſu* 104.*n.*17. poſt Bald. *in l.ex ſi legibus.n.*2.*v.aut. C.ſi contra jus, vel utilitatem publicam*. (12)

Actio ad accuſandum de falſo, quantum duret?

§. III.

1179 Actio accuſandi de falſo in criminalibus durat per xx. annos.

DIſtinguas: vel agit civiliter, vel criminaliter pro intereſſe partis.

Si Criminaliter, durat per viginti annos. *l.*2. *& fin. C.ſi ex falſis inſtrumentis. l.querela. C.de falſis*.

1180 In civilibus per xxx. annos.

Si Civiliter pro intereſſe partis, durat per triginta annos. *l.qui nomine. D.de falſis. l.*3.4.*&* 5. *C.de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum*. Petra *ritu* 262.*n.*26.

An exceptio falſitatis opponi valeat contra ſententiam?

1181 Exceptio falſitatis valet opponi contra ſententiam, & quomodo.

AFfirma; ſed petita, & obtenta prius in integrum reſtitutione intra quadriennium. *l.Divus. D. de re judicata*. Gloſſa *in l.qui agnitis. D. de exceptionibus*. Alexander *in l. ſi ex falſis. n.*7. *C.de tranſactionibus*. Petra *ritu* 262. *n.*25. *& ritu* 166. *n.*191. dicens cum Grammatico *conſ.*66.*n.* 8. etiam circa inſtrumentum poſſe opponi exceptionem falſitatis.

Obtenta autem reſtitutione in integrum, non ſolùm poteſt excipi, ſed etiam valet agi civiliter, & criminaliter contra falſarium modo explicato. Dicta currunt in ſententia lata ignoranter ex falſis ſcripturis.

1182 Nulla eſt ſententia lata ſcripturis falſis.

Nam ſi ſcienter lata ſit, tunc ſententia eſt nulla, nec eſt opus reſtitutione in integrum. Gloſſa *in l.ſi prætor. §.fin. v.ſciens*. ibi: *ipſo jure. D.de judiciis*. Jaſon *in l.ſi is, ad quem. num.*16. *D.de acquirenda hæreditate*. Felinus *in c.ficut. n.*23. *de re judicata*; quos dat, & ſequitur Petra *ritu* 262.*n.*27.

Crimen falſi cujus fori?

§. IV.

1183 Falſum cõmiſſum in cauſa ſpirituali eſt mixti fori.

SI crimen falſi commiſſum ſit in cauſa ſpirituali, puta in matrimonio, eſt mixti fori. Ananias *in c. ad falſariorum. de crimine falſi*. Boſſius *tit. de falſitate n.*108. *v. & ad prædicta*. Urſillus ad Afflict. *dec.*219. Afflict. in Conſtitut. *Multæ leges.n.*5.*v.ſed juxtà*. Galeota *to.*2. *lib.*2. *controverſ.*57.*n.*14.

Et difficultas eſt.

An

(12) Reus Judici legitimè interroganti tenetur aperire veritatem, aliter graviter peccat. D.Thom. 2.2. qu.69. art.1.

An punitus in uno, poſſit iterum puniri in alio foro?

1184 Punitus à Judice laico pœna temporali, valet puniri iterũ ab Eccleſiaſtico pœna ſpirituali.

ET punitum à Judice temporali pœna temporali, iterum condemnari poſſe à Judice ſpirituali Eccleſiaſtico pœna ſpirituali, & è converſo, docet Galeota *loc. cit. n.15. & n.49.* poſt Afflict. *loc. cit.* Follerium *in pract. crimin. v. pœnis debitis n.49.* Covarr. *2. variar. reſolutionum c. 10.* nam pœna juris Civilis temporalis non tollit Canonicam ſpiritualem in diverſo foro; ſic excommunicatus ob percuſſionem Clerici, punitur etiam pœna temporali à Judice laico. Felinus *in c. de bis. n.13. limitatione 11. de accuſationibus.* Decius *in c. de cauſis n.17. de officio delegati.* Maranta *par.4. diſt.1. n.27.* Unde non currit in illo caſu regula: non debet quis bis puniri, de qua *in c. de bis. de accuſationibus.* contra Boerium *dec.289. n.9.*

Cum hoc tamen fiat, quòd teſtis falſus caſtigatus à Judice, coram quo falſitatem dixit, iterum nequeat puniri à Judice domicilii. *l. nullum. C. de teſtibus*; nam eſt eadem pœna temporalis. Theſaurus *dec.266. n.11.* Galeota *loc. cit. n.25. & 50.* Covarr. *in c. quamvis. par.1. §.7. n.5. de pœnis in 6.* Menoch. *de arbitrar. caſu 313.*

Crimen Stellionatus.

CAPUT V.

1185 Crimen ſtellionatus cõmittitur quãdo caret titulus criminis.

CRimeo ſtellionatus eſt carens titulo. *l. ſtellionatus 3.* ibi: *ubicumque igitur titulus criminis defuit, illic ſtellionatum objiciemus,* & ibi: *& ut generaliter dixerim deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet: nec opus eſt ſpecies enumerare. D. de crim. ſtell.* ſic dicitur ſtellionatu delinquere rem uni obligatam, alteri tacita obligatione diſtrahere, inſolutum dare, vel merces malas pro bonis ſupponere, imposturam facere, ut in *d. l. ſtellionatus 3. D. de crim. ſtellionat.*

1186 Stellionatus crimen commune eſt omnibus publicis criminibus.

Crimen ergo ſtellionatus eſt nomen commune omnibus criminibus publicis, carentibus proprio nomine; nam non eſt verè publicum, nec privatum, nec infamat, ſed extraordinariè punitur. *l. actio 1. l. ſtellionatus 2.* ibi: *Judicium quidem famoſum non eſt, ſed coercitionem extraordinariam habet. D. de crim. ſtellionatus.*

Exemplis doctrinam jure comprobemus.

§. I.

1187 Obligare rẽ uni, alteri ante obligatam, aut illã diſtrahit, permutat, ſtellionatum cõmittit.

PRimo, crimine ſtellionatus delinquit ille, qui rem ante uni obligatam, alteri deindè obligat, diſtrahit, permutat, inſolutum dat, tacita obligatione priori. *l. improbum 1.* ibi: *eaſdem res pluribus pignoraſſe diſſimulando in poſteriori obligatione. C. de crimine ſtellionatus. l. ſtellionatus 3.* ibi: *in his locum habet, ſi quis fortè rem alij obligatam, diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxerit, vel permutaverit, vel inſolutum dederit; nam hæ omnes ſpecies ſtellionatum continent. D. de crimine ſtellionatus.*

1188 Idem eſt, ſi pater rem donatam filio, poſteà alteri obliget inſcio filio.

Secundo, ſi rem, quam pater filio donavit, deindè obliget alteri, filio ignorante; pater tenetur crimine ſtellionatus, nec filio nocet. *l. ſi pater ſuus 2. C. de crimine ſtellionatus.*

1189 Idem dicas de hypotheca anteriori, poſteriori obligata.

Tertio, committit crimen ſtellionatus, qui ignorante creditore hypothecario antiquiore, alteri poſteriori obligat. *l. ignorantiam 4. C. de crimine ſtellionatus.*

1190 Et confingens anteriorem obligationem, ut excludat verum creditorem.

Quarto, incidit in crimen ſtellionatus decipiens creditorem, qui animo decipiendi anteriorem creditorem, confingit obligationem cum alio anteriori. *l. ignorantia. 4.* ibi: *participatio fraudis conſilio, per ſubjectam quaſi anteriorem perſonam, diſpendium tuum ad occultum compendium ſuum trahere pertentat: adire ſuum Judicem potes, congruentem juri, ac debitæ religioni ſententiam relaturam. C. de crimine ſtellionatus.*

1191 Atque ſupponens merces, aut corrumpens.

Quinto, ſupponens merces, vel corrumpens, ſtellionatus reus eſt. *l. ſtellionatus. 3. D. de crimine ſtellionatus*; ubi dicitur etiam in ſtellionatum incidere imposturam faciens, vel in alterius necem colludens.

1192 Et abutens reſcripto Apoſtolico lacerans literas coram Principe.

Sexto, abutens reſcripto Apoſtolico, lacerans literas coram Principe, comburens libros, ſcripturas ſcindens, non quia falſitatem contineat, ſed quia errorem, poſt Judicis mandatum de exhibendo, contrahit crimen ſtellionatus. Felinus, Joannes Andreas, & Hoſtienſis *in c. ſicut. de re judicata.*

1193 Doloſe ſubtrahens ſe nè deponat, aut ne alius deponet.

Septimo, doloſè ſe ſubtrahens, vel faciens alium ſubtrahere, nè deponat, delinquit ſtellionatu. *c. pervenit il 1.* ubi Felinus *de teſtibus cogendis.*

1194 Licitans, ut alteri noceat.

Octavo, ſtellionatu comprehenditur licitans, ut noceat alteri. Alex. *in l. ſi tempore. C. de fide inſtrumentorum lib.10.*

1195 Vel qui ſupprimit merces.

Nono, eodem crimine ſtellionatus tenetur, qui merces ſupprimit. *l. ſtellionatus. 3.* ibi: *qui merces ſuppreſſeris, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt. D. de crimine ſtellion.*

1196 Demùm juramento obligans rem, quæ ſua non eſt.

Decimo, Juramento obligans rem, dicens eſſe ſuam, quando ſua non eſt, hoc crimine accuſari etiam poteſt. *l. de perjurio. 4. D. de crim. ſtellion.*

Peccatum.

§. II.

1197 Juxta menſuram læſionis grave, aut leve eſt crimen ſtellionatus.

FLagitium ſtellionatus improbum grave eſt, vel leve juxtà menſuram læſionis, vel damni publici, & ſemper ac parti læſæ ſatisfacit, ceſſat quæſtio ſtellionatus; cùm propriè delictum publicum non ſit. *l.1. & l.2. C. de crim. ſtellion. l. ſtellionatus 3. C. de crim. ſtellion.*

Pœna Stellionatus.

§. III.

1198 Pœna ſtellionatus eſt arbitraria.

PŒna eſt Judici arbitraria ad menſuram delicti. *l. ſtellionatus 3.* ibi: *pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt cùm nec legitimum crimen ſit. D. de crim. ſtellion.* ubi Gloſſa *v. legitima*, ait idem eſſe pœnam legitimam, ac non eſſe pœnam ordinariam, lege ſcilicet ſtatutam.

1200 Et extraordinariè punitur.

Hinc extraordinariè punitur, itàut non excedat pœnam metalli in plebeis, in aliis pœnam relegationis, vel ſuſpenſionem ab officio, vel exilium ad tempus. *l. ſtellionatus 3. §. ſolent, & l. de perjurio. 4. C. de crim. ſtellionatus.* Sed de his diuturnius patientiam tuam experiri nolo.

De Delictis contra Juſtitiam.

TITULUS IX.

1201 Quænam ſint delicta contra juſtitiam, & primo in bonis fortunæ.

FAlſitas eſt contra veritatem, lædens concomitanter multoties juſtitiam: nunc delicta contra juſtitiam indigitemus, ſunt autem. Primo, ſi irrogetur injuria in bonis fortunæ, furto, rapina, damno illato, damno infecto: quo damno infecto nemo tenetur, niſi præceſſerit conteſtatio timentis ſibi, vel rei ſuæ damnum coram Judice, & juſſio Judicis, ut quis damnum arceat. *l.1. D. de damno infecto*, & in conſcientia, etiam non judicialiter monitus, debet reparare

1202 Quando damnum infectū reſerciri debet. damnum, ſi jure tenebatur impedire. Roynaudus *de virtutibus, & vitiis lib.3. ſect.3. c.6. num.210.*

1203 In bonis famæ. Secundo, injuria fit in bonis famæ, honoris, judicio temetario, deriſione, contumelia, detractione.

1204 In corpus. Tertio, in corpus, injuſta cæde, mutilatione, percuſſione, vulnere.

1205 In integritatem corporis. Quarto, in integritatem corporia, ſciſſione, raptu, ſtupro, adulterio.

1206 In bonis animi. Quinto, in bonis animi, dolo malo, conſpurcando mores, impediendo virtutum acquiſitionem, quæ quàm vaſtum nobis præbeant doctrinarum campum, non eſt quod declaremus, laconyſmo comprehenſuri, & ſic primo:

De injuriis, furto, rapina, & damno illato.

De Furtis.

CAPUT I.

Quid ſit furtum?

§. I.

1207 Quid ſit furtum? FUrtum eſt *contrectatio rei occulta invito Domino rationabiliter, animo ſibi, vel alteri lucrifaciendi. l.1. D. de furtis*, ubi productior traditur illis verbis: *Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.*

1208 De furtis Auctor fusè tractat *lib. IV. Pandectarum Idacssimo tit.1.*

Sed noſtra contractior, & clatior.

1209 Furtum eſt rei mobilis. Ly *contrectatio* indicat furtum eſſe rei mobilis. *l. ſi quis 53. §. neque. D. de furtis.* non rei immobilis. Jaſon *in §. ſi rem apud. n.2. inſtitutionum. de acquirendo rerum dominio.* Scandarolus *lib.1. de viſitatione carceratorum c.3. n.5.*

1210 Furtum à truffa diſeriminatur. Ex quo patet furtum diſtingui à *truffa*, & eſſe truffam non furtum rem juſto titulo, puta commodato acceptam non reſtituere, quia deeſt contrectatio. Sanfelicius *dec.42. n.1. lib.1.* Bajardus ad Clarum *q.70. n.25.* Scandarolus *loc. cit.*

1211 Uſus, poſſeſſio, & quod contractatur eſt res furti. Ly *rei* includit uſum, poſſeſſionem, & quidquid contrectari valet, ſivè in ſe, ſivè ratione rei, cui inhæret. Uſus namque in ſe incorporalia contrectabilis non eſt, ſed contrectatur, contracta re, cui inhæret; nec putavimus addendum *rei aliena*; nam ſatis explicatur per ly *Domino invito.*

1213 Furtum occultè fit, aliter erit rapina. Dicitur *occulta* ad differentiam rapinæ. *c. pœnale. 14. q.5.* Ariſtoteles *5. ethicorum c.4.* D. Tho. *2.2. q.66. art.3. in corpore.* ibi: *complet rationem furti*, ut ſcilicet occultè uſurpetur alienum, & ſecundum hoc propria ratione furti eſt, ut ſit occulta acceptio rei alienæ. Gabriel *in 4. diſt.15. q.3. art.1 notabili 3.* Et occultum dicitur ſi fiat Domino ignorante, nam ſi fiat illo ſciente, & contradicente, tunc infertur Domino vis, & eſt rapina.

An autem ſit ratio conſtitutiva furti, ut fiat occultè?

1214 Eſt conſtitutivum furti, ut fiat occultè. AFfirmat D. Thom. *loc. cit.* Sotus *5. de juſtitia q.3. art.1. ad 2.* Vaſquez *opuſculo de reſtitutione c.5. n.6.*

Negat Raynaudus *de virtutibus lib. 3. ſect. 3. c.6. n.199. §. furti*, & aſſerit ly *occultè* eſſe modum operandi accidentalem, & ſic non dare ſpeciem: modus ſupponit, non dirimit rem, cujus eſt modus; unde concludit furtum eſſe injuſtam contrectationem rei alienæ, & rapinam à furto differre, quia rapina vim facit rei, & perſonæ, furtum tantùm rei; concluditque rapinam includere malitiam furti.

Sed gratis, 1. aſſumit modum occultè accipiendi, ſeu contrectandi eſſe accidentalem cum furto; nec novum, quandoque modos dare ſpeciem diverſam, vel concurrere ad ſpeciem conſtituendam: ſic modus dat formam ſtatuæ, ædificio, ſine quo non eſt ſtatua, & ſine modo unionis homo non eſt homo. 2. non percipit vim injuſtam inferri ipſi rei, ex qua injuſta vi naſcitur delictum; injuria lædit jus alterius, & res nullum jus habet.

Dicitur *invito Domino rationabiliter.*

Et ly *invito* non intelligitur poſitivè diſſentiendo, reſiſtendo; nam diſſenſus poſitivus non fertur in incognitum, & furtum rei Domino incognitum: ſed ſatis eſt diſſenſus negativus, ſcilicet ſi non *conſentiat. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum eſt.* ibi: *Domini voluntate. & l. qui vas. 49. §. vetare autem Dominum accipimus, etiam eum, qui ignorat, hoc eſt eum, qui non conſenſit. D. de furtis.* 1215 Dominus eſt invitus in furto, quatenus nō conſētit in ablatione rei ſuæ.

Concluditur *Domino rationabiliter invito*, in quo duo exprimuntur. Primo, furtum non eſſe conſentiente Domino expreſsè, vel tacitè. *l. inter omnes 47. §. rectè dictum. D. de furtis.* Secundo, furtum non eſſe accipere, quæ negare quis rationabiliter nequit: unde fur non eſt filius accipiens neceſſaria, quæ pater rationabiliter negare nequit. 1216 Et Dominus rationabiliter diſſentire debet.

Nec creditor eſt fur accipiens, quæ debitor irrationabiliter negaret. Raynaudus *de virtutibus lib.3. ſect.3. c.6. n.200. &* 201. Nec facit injuriam Judici, cùm non accipiat Juriſdictionaliter, nec cum turbarum diſcrimine: ſic nec eſt fur juſto bello accipiens capta invito Domino, quia rationabiliter non eſt invitus. 1217 Creditor nō eſt fur accipiens rem, quam debitor irrationabiliter negat.

Animus lucrifaciendi requiritur ſibi, vel alteri; nam fur eſt, ſivè ſibi, ſivè alteri furti commodum procuret, auxilio, conſilio, favore, ſine quo animo damnificator, non fur dicitur. *l. qui ea mente 67. l. qui injuriæ. 55. l. verum eſt 40. D. de furtis*: unde juſto pretio emens rem furtivam, licèt ſibi non proſit, quia furi prodeſt, fur eſt. 1218 In furto requiritur animus lucrifaciendi ſibi, vel alteri.

Dices: emens rem furtivam ſcienter juſto pretio, committit furtum. *l.3. & 4. C. de furtis*, & tamen non lucratur; nam juſto pretio emit; ergò in furto quandoque non habetur animus lucrifaciendi ſibi; ergò falſa definitio.

Nam licèt emens rem furtivam ſcienter fur ſit, ut dicit *l.3. & 4. C. de furtis*; tamen adeſt animus lucrifaciendi, licèt non ſibi, cùm emat juſto pretio; tamen lucrifacit furi, & ſatis eſt in furto ut adſit animus lucrandi alteri, & ideo dicitur in definitione *ſibi, vel alteri.*

Non me latet furtum definiri à D. Thoma *2.2. q.66. art.3. & 4. occulta acceptio rei alienæ*, & recipitur à Valentia *ibid. diſp.5. q.10. punct.4.* Covarruvias *in regula peccatum. par.2. §.1. n.1.* Sotus *5. de juſtitia q.3. art.3.* in qua deſunt eſſentialia, cùm poſſit dari occulta acceptio rei alienæ ſine furto. Primo, ſi deſit animus lucrandi ſibi, vel alteri. *l. verum eſt. 40. l. qui. 55. l. 67. D. de furtis.* Secundo, quia non eſt fur creditor liquidus accipiens rem occultè invito Domino, ſed ſibi debitam liquidè. 1219 An definitio D. Thomæ ſit bona.

An furtum ſit peccatum?

AFfirmo Jure Divino, & humano prohibitum. Exodi 20. v.13. ibi: *non furtum facias. l.1. D. de furtis.* Rupertus in Matth. c.16. D. Antoninus *2. par. tit.4. c.5. §.7.* Navarr. *in manuali c.17. n.2.* Scandarolus *de viſitatione carceratorum lib.1. c.3. n.34.* Caram. *int. n.1972.* 1220 Omni jure, furtum prohibetur.

An

Digitized by Google

An licitè poſſit fieri lex, ut à malè cuſtodiente rem ſuam, licitè quis poſſit ſubripere?

1221 Lex præſcriptionis licita eſt, qua qui bona fide poſſidet rem alienam tranſacto lõgo tempore.

AFfirma: ut lex præſcriptionis inducta ad puniendam negligentiam Domini. *c. vigilanti. de præſcriptionibus*. Raynaudus *de virtutibus lib. 3. ſect. 3. c. 6. n. 201. §. denique.*

An ſubripere, & retinere rem furtivam, ſit peccatum furti?

1222 Non ſolùm ſurripere, ſed retinere rem furtivam furtum eſt.

AFfirma: & ſic non ſolùm peccat furando, ſed etiam retinendo continuè, & quicumque alius rem furtivam occultans, peccat peccato furti. *l. crimen non diſſimile eſt rapere, & ei, qui rapuit, raptam rem ſcientem delictum ſervare. 9. Cod. ad legem Juliam de vi publica. l. uts prætor 10. §. per hanc actionem. D. quæ in fraudem creditorum. l. inficiando 69. §. infans apud furem. D. de furtis.*

An ſit fur accipiens pecuniam deferendam creditori dantis, illam conſumens ad proprium uſum, vel ea ſolvens debitum proprium deferentis?

1223 Fur eſt accipiens pecuniam, ut det alicui, & illa ſolvens ſuum debitum.

AFfirma: etiamſi numerata pecunia ei fuerit. Nam non per hoc acquirit illius dominium, & ſic utitur ea, eamque diſtrahit invito Domino. *l. ſi mandavero la 2. §. ſi tibi centum. D. mandati.* ubi ly *centum* indicat pecuniam numeratam. *l. ſi is, cui. C. de furtis. l. ſi quis uxori. §. Julianus. D. de furtis.* ubi eſt fur extinguens proprium debitum pecunia deferenda creditori eam dantis; ſivè ergò uſus, ſivè diſtractio ſit dictæ pecuniæ invito Domino, furtum committitur. *l. ſi pignore. 56. D. de furtis.* Novarius *in Pragmaticam. Item ſtatuimus 46. n. 14. & 15. de officio procuratoris Cæſaris.*

1224 Regius Theſaurarius fur eſt accipiens pecuniam publicam, ut illa utatur.

Hinc rectè concludens furem eſſe Theſaurarium ad proprios uſus convertentem pecuniam publicam. *l. 1. D. ad legem Juliam peculatus*, niſi ejus periculo pecunia apud ipſum ſit; nam tunc efficitur Dominus pecuniæ, & ſic fur non eſt. *d. l. 1. & l. ſacrilegi capite. §. labeo. in fine. D. ad legem Juliam peculatus.* Caballos *reſol. 99.*

1225 Niſi ejus periculo exiſtat.

Principium.

§. II.

1226 Non eſt furtum accipere, quod rationabiliter nequit denegari.

ACcipere, quæ rationabiliter denegari nequeunt, non eſt furtum. Quia non eſt ablatio rei Domino rationabiliter invito.

Hinc

ANALYSIS I.

An ſit peccatum furti clam à fure auferre rem propriam?

1227 Auferre rem propriã à fure, non eſt furtum.

NEga; quia rationabiliter fur non eſt invitus: nec delinquit uſurpando Judicis officium, quia non accipit uſurpando, ſcilicet fingendo auctoritatem Judicis, nec turbat communitatem, cùm clam accipiat; licèt pro foro externo arbitrariè puniatur, quo non conſtat rixas non potuiſſe naſci. *l. extat 13. D. quod metus cauſa. l. nullus. C. de judiciis. l. Julianus 16. D. de judiciis l. 1.* ibi: *neminem ſibi eſſe Judicem, vel jus ſibi dicere debere. C. nè quis in ſua cauſa. c. 1. §. 1. de pace juramento firmanda.* Farinacius *de furtis q. 175. n. 149.*

ANALYSIS II.

An accipere clam ſibi verè liquidè debita invito debitore, ſit furtum?

1228 Idem eſt accipere debita liquida invito debitore.

NEga; quia non accipitur quod rationabiliter debitor denegare poteſt. Cepolla *conſ. 26.* Raynaudus *de virtutibus lib. 3. ſect. 3. c. 61. n. 203.* Bajardus ad Clarum *§. furtum. n. 87.* rectè dicens, nec id ſcientes teneri, urgente ſuperiore, revelare.

Idque multò fortiùs ſi carens probationibus, & pecunia pro expenſis, nequeat per Judicem recuperare. Jaſon *in l. 1. n. 8. C. de teſtamentis.* Menoch. *de recuperanda poſſeſſione remed. 1. n. 312.* Bajardus *loc. cit. n. 127.* ajentes nec eſſe furem propria auctoritate accipiens, & Judici præſentans, ut juſtitiam reddat.

Nec obſtat quem non poſſe accipere propria auctoritate rem ſuam, & multò minus rem ſibi debitam. *§. ità tamen. Inſtitutionum. de vi bonorum raptorum.* 1229 Objectioni fit ſatis.

Nam primo, non per hoc eſſet fur accipiens rem rationabiliter ſibi debitam. Secundo, jura id prohibentia loquuntur de illo, qui per vim ſua, & ſibi debita recuperat; tunc enim vis illa eſt injurioſa perſonæ violentiam paſſæ, & meritò punitur amiſſione rei. Patet loqui de auferente vi. *in l. ſi quis in tantam 7. C. unde vi. §. ita tamen lib. 4. Inſtitut. de vi bonorum raptorum. l. creditores 7.* ibi: *quiſquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine ullo Judice temerè poſſidere, eumque jus ſibi in eam rem dixiſſe, jus crediti non habebit. & l. 8. D. ad legem Juliam de vi privata*, & ſic meritò vim inferens amittit jus ſuum, & eſt infamis. *l. 1. §. 1. D. ad legem Juliam de vi privata.*

ANALYSIS III.

An invito Domino poſſit licitè illius bonis occurrere propria neceſſitati?

NEceſſitas triplex: Prima extrema: Secunda gravis, cui ſi non occurratur, devenitur ad extremam: Tertia gravis ſine periculo deveniendi ad extremam. 1230 Neceſſitas eſt triplex.

Extrema eſt ſi immineat mortis, infirmitatis, nuditatis, famis, aut alterius graviſſimæ miſeriæ periculum. Valentia 2. 2. *diſp. 5. q. 10. punct. 5. §. ſunt autem.* licèt arbitrarium judici afferat id Bajardus ad Clarum *§. furtum. n. 97.* Tholoſanus 37. *ſyntagmatum. c. 17. n. 7.* 1231 Extrema.

Gravis neceſſitas cum periculo deveniendi ad extremam eſt, ſi ei non ſuccurratur, qui ſecùs deveniet ad nuditatem, ad periculum mortis, fame, ſiti, vel ad aliam calamitatem, ex qua prolapſus in deteriora, ultimam attinget miſeriam. 1232 Gravis cum periculo deveniendi ad extremum.

Gravis neceſſitas eſt illa, in qua quis continuò miſerè vivit ſine periculo majoris miſeriæ: puta cum continuo defectu rerum pro ſe, & ſua familia; itaut nec ſuo labore poſſit, niſi tenuè, & miſerrimè vivere, & quandoque hoc etiam ei deficiat: ut accidit in illis, qui dietim labore vivunt, quo nec valent ſe ab inopia, qua conteruntur, ſublevare. Iſtis delibatis. 1233 Alia gravis neceſſitas.

Diſtinguas: vel *neceſſitas* eſt *extrema*, vel *gravis*.

Si *extrema*, licitè quis accipit; nam rationabiliter denegari nequit, nec eſt fur accipiens occultè, niſi accipiat ab alio in ſimili neceſſitate; quia in pari cauſa neceſſitatis melior eſt conditio poſſidentis. *c. ſi quis propter 3. de furtis. c. ſicut 8. diſt. 47.* Brunus *de ceſſione bonorum p. 4. q. 2. n. 4.* Boſſius *tit. de furtis n. 52.* Cagnolus in *l. quæ propter. n. 3. D. de furtis*. Imò manifeſtè accipiens, nec eſt fur; quia non accipit rem alienam, cùm ſtante tali neceſſitate, ceſſet lex diviſionis bonorum, impotens obligare cum tanto onere. Follerius in *practica Criminali Canonica c. 17. n. 47.* Tiraquellus *de pœnis temperandis cauſa 33. n. 521.* Clarus *§. furtum. n. 25.* Vivius *opinione 34. num. 1.* Tholoſanus 37. *ſyntagma-* 1234 In extrema neceſſitate licitè quis accipit rem alienam.

tagmatum c.7.num.7. Raynaudus *de virtutibus lib.3.ſect.3.c.6.n.*201.

1235 Accipiens,& conſumens in extrema neceſſitate, non tenetur reſtituere. Et accipiens, ac conſumens in extrema neceſſitate, jure ipſo naturali dominus, nemini reſtituere tenetur; nam deeſt titulus obligationis, conſumens rem ſuam. Leander dans XXI. DD. *tom.6.tract.5.de eleemoſyna diſp.2.q.*37.

Si *gravis ſit neceſſitas* ſubdiſtinguas: vel eſt gravis, cui niſi occurratur ad extremam perveniet: vel eſt gravis ſine timore deveniendi ad extremam.

1236 Idem dicas de gravi vergente ad extremam. *Si eſt gravis cum periculo proximo deveniendi ad extremam*; tunc eſt ità ac ſi eſſet extrema, & ut poteſt ſibi conſulere in extrema, ità nè deveniat ad extremam, ut quis tenetur evitare non ſolùm mortem, ſed etiam mortis, ac infirmitatis periculum; & conſequenter tunc accipiens aliena, fur non eſt; nam accipit id, quod rationabiliter denegari nequit. Palatius *in 4.diſt.15.dub.*6. Corduba *lib.1.q.*26. Medina *Codice de eleemoſyna q. de neceſſitate clam faciendi.* Mendozza 2.2.*diſp.*159.*ſect.*4.§.92. idem dicens de extrema, & gravi neceſſitate ſpectante ad corpus. Leander *tom.6.tract.5. de eleemoſyna diſp.2.q.*35. (1)

1237 Propoſitio 36. Innoc. XI. exponitur. Ad caſum Bullæ *n.* 36. ibi: *Permiſſum eſt furari, non ſolùm in extrema, ſed etiam in gravi neceſſitate.*

Hæc propoſitio eſt damnata, & benè, quia eodem modo diſcurrit de extrema, & gravi neceſſitate, & aſſerit, quod ut in extrema, ità in gravi neceſſitate licet accipere aliena, quod eſt à veritate alienum.

Nam in extrema non eſt fur; quia accipit ſua: in gravi communi eſt fur; quia accipit aliena invito Domino rationabiliter.

Secundo errat propoſitio in terminis; nam ait permiſſum furari, & furtum nec in extrema neceſſitate permiſſum, cùm malum nunquam liceat; In extrema neceſſitate non eſt fur, quia non accipit aliena invito Domino rationabiliter. (2)

1238 In iſta neceſſitate gravi docent DD. ſubveniendum ex ſuperfluis. Licèt tunc ſubveniendum, non ex neceſſariis, ſed ex ſuperfluis ad ſtatum, itaut non teneatur ſtatui cedere, velit Sanchez *tom. 1. opuſculorum lib.1.c.5. dub.5. nn.*44. Salonius 2. 2. *q.*71.*art.*1. Navarr.*lib.3. de reſtitut. c.1. nn.*14. Non placet, nam niſi ſuccurrat, ille devenit ad extremam, & bona ſunt communia, etiam in iſto periculo deveniendi ad extremam neceſſitatem; ergo utrobique idem dicendum.

1239 Quod Auctori nô arridet. Sed tota difficultas eſt.

1240 Aliquibus videtur non eſſe fur accipiens in gravi communi neceſſitate ab habente ſuperflua. *An gravi neceſſitate preſſus, ſine periculo incurrendi extremam, clam accipiens, ſit fur?*

Diſtinguas: vel accipit à non habente, vel ab habente ſuperflua: Si à non habente ſuperflua, non licet; ille namque non tenetur dare ex ſibi, & ſtatui neceſſariis: Ex ſuperfluis nega eſſe furem, ità docet Malder.2.2.*q.*32.*art.*6.*dub.*6. Leſſius 2.*de juſtit.c.*12.*dub.*12.*n.*71. Diana dans VI. DD. *p.2.tract.3.miſcell.reſol.*29.*&* *p.5.tract.* 8. *de eleemoſyna reſol.*23.*&* *p.*11. *tract.*1. *reſol.* 13. Dualiius 2.2. *tract. de caritate q.8. art.3. in fine* Leander *tom.6.tract.5.de eleemoſyna diſp.* 2. *q.* 25. dans XIX. DD. motus, quia hic poſſet devenire ad extremam. Arriaga *tom.5.diſp.*43. *de eleemoſyna n.25.in fine.* dicens *n.*26. ex ſuperfluis ſtatui tunc eleemoſynam dandam. Lucæ 11. ibi: *quod ſupereſt, date eleemoſynam.* contra Azorium *p.2. lib.*12. *c.8. q.*8. Turrianum 2. 2. *diſp.*82.*dub.*8. Valentiam *tom.* 2. *diſp.* 5. *qu.* 6. *punct.*5. Sotum 1.*de juſtit.q.7. art.*4. Granadum 2.2.*controv.3.diſp.7.n.*4. Reginaldum *tom.1.lib.* 4.*c.*20.*n.*961. dicentes non poſſe accipi, nè domini fraudentur arbitrio dandi: At cùm arbitrium debeat eſſe rationabile, currit principium: non eſt furtum accipere, quod rationabiliter arbitrando negari nequit. Putoque iſtos DD. ità docere; quia nunquam paſſos gravem, nec cum graviter inopia afflictis verſatos. Oh ſi ipſi ſemel audirent, fame, & frigore afflictos continuò, & quandoque per circuitum ploratus filiorum, tunc fortè tu meliùs ſententiam mutarent. (3) 1241 Alii oppoſitum docent.

Nec officit plures occurrere poſſe ejuſdem gravis neceſſitatis. 1242 Objectioni occurritur.

Nam etiam plures occurrere valent extrema preſſos neceſſitate: & melior ſemper præoccupantis conditio, ſi omnibus ſatisfieri nequeat.

Probatur primo, quia qui jure tenetur, rationabiliter denegare nequit; ſicque invitus rationabiliter non poteſt eſſe. Quod autem jure teneatur, patet; quia jure divino eleemoſyna eſt danda conſtitutis in gravi neceſſitate ex ſuperfluis ad ſtatum. prima Joannis 3. ibi: *qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Caritas Dei manet in eo?* Diana *p.5.tract.8.de eleemoſyna reſ.*14. dans XVII. DD. Matthæi 25. ibi: *exurivi, & non dediſtis mihi manducare.* D. Thomas 2.2.*q.*32.*art.*5. Eccleſiaſt. *c.*4. ibi: *fili eleemoſynam pauperis nè defraudes, & oculos tuos nè transvertas à paupere. can. fratrem. diſt.* 86. Leander *tom.* 6. *tract.3.de eleemoſyna diſp.2. q.1.2. &* 3. Ergo in tali gravi neceſſitate accipiens, accipit rem ſibi rationabiliter divino præcepto debitam ex ſuperfluis ſtatui.

Status autem latitudinem habet, itàut ſi aliquid addas, vel minuas, illicò non mutetur. 1243 Status habet latitudinem.

Pró ſuo enim ſtatu egens mille, ſi addas, vel minuas decem, non minuit ſtatum: ſicuti vita, quæ manutenetur triplici, manutenetur etiam duplici, & quatruplici ferculo ſine mutatione. Arriaga *tom.5.diſp.43.n.18.&* 19. rectè monens, non conſiderari tantùm tempus præſens, ſed futuræ neceſſitatis, ut habens decem panes in ſcopulo, in inſula deſerta: prima die non eſt in extrema, ſed ſi conſideretur, quòd poſt 10. dies non habebit, dicitur in extrema; itaut non teneatur dare alteri extremè indigenti prima die.

Secundo probatur, quia lex diviſionis bonorum humana non obligat cum gravi onere. *c. erit diſt.* 4. ergò nec in tali gravi neceſſitate, qua ſtante, leges ceſſant. *l. ut gradatim* 11. §. 1. *D. de muneribus, & honoribus*: & conſequenter in prima diviſione fuit exceptus caſus extremæ, & talis gravis inopiæ. Diana *p.*11. *tract.*5. *de eleemoſyna diſp.2.q.*25. docueratque D. Thomas *quodlibeto 5. art.* 17. ibi: *tunc in neceſſitate fiunt omnia communia, cùm homo non poteſt ſibi de ſuo ſuccurrere.* 1244 Lex diviſionis bonorum videtur non obligare cũ gravi onere.

Ter-

(1) Vide propoſitionem damnatam ab Innocentio XI., quæ furtum permiſſum ait etiam in gravi neceſſitate.

(2) Vide P. Viva, & Cardenas ad dictam propoſitionem 36. Innocentii XI.

(3) Vera tamen eſt ſententia oppoſita. Vide P. Viva exponentem propoſitionem damnatam 36. ab Innoc. XI.

1245 Iſta lex diviſionis fuit facta, pro bono publico.

Tertio probatur, quia lex diviſionis rerum fuit facta pro bono publico, utili, neceſſario, honeſto, æquo. *l. quod labeo. D. de carboniano edicto*. At quæ æquitas, ut abundans egentibus graviter non ſuccurrat? & iniqua fuiſſet lex diviſionis, ſi egentes à bonis fuiſſent excluſi. S. Ambroſius *ſerm.* 8. ibi: *numquid iniquus eſt Deus, ut nobis æqualiter non diſtribuat vitæ ſubſidia, & tu quidem eſſes affluens, & abundans, aliis victus deeſſet, & egerent.*

1246 Leges egentibus favent

Quarto probatur, quia leges favent egentibus, nec permittunt quem perpetuò paupertate, & anxietate premi. Auth. *de hæredibus, & falcidia* circa finem; & graviter egentibus ſuccurrunt, nè fraudentur neceſſariis debitis ab habentibus ſuperflua, & dant agentibus auxilium, etiam pro foro externo, ut implorent officium Judicis contra divites. Villalobos *tom. 1. tract. 22. difficultate 2. n.* 10. Loica 2. 2. *ſect. 3. diſp. 39. n. 44.*

1247 Aliquando neceſſitas reddit ex illicito licitū

Quinto probatur, quia neceſſitas reddit ex illicito licitum. *c. licet. de feriis. l. 1. §. 1. D. de officio ejus. l. Divus. l.* 28. *§. qui juſſum. D. de petitione hæreditatis*, & ſic neceſſitas facit legem. *c. ſicut. de conſecr. diſt.* 1. Sic non delinquit neceſſitate alienans fideicommiſſum. *l. ſi ab eo. C. de liberali cauſa. l. venditrici. C. de rebus alienis, non alienandis. l. frater à fratre. D. de condict. indebiti*, & ideò in neceſſitate licent multa, ſecùs interdicta. *l. 2. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt. l. fin. §. 1. C. de teſtam. l. furem. D. ad legem Corneliam de ſicariis. l. nos. D. de decurionibus. c. ad limina* 30. *q.* 1. Ergò ſtante gravi neceſſitate, licet ſibi ſuccurrere ex ſuperfluis debitis, quòd ſecùs non liceret, quia ob neceſſitatem recedimus à diſpoſitione communi. Bartolus in *l. ſi quis major, §. utrum. D. ad Syllanianum.*

1248 Neceſſitas, non habet legem.

Sexto probatur, quia neceſſitas non habet legem. *l. 1. D. de offic. conſul. l. non ſolum. §. fin. D. de excuſat. tutorum. c. ſicut. de conſecr. diſt. 1. l. aliquando. D. de offic. proconſ. c. diſcipulos. de conſecr. diſt.* 5. idque indiſtinctè. Lucas de Penna in *l. curiales. n. 7. C. de decurionibus lib.* 10. Romanus *ſingul.* 601. Angelus *lib. 2. conſil.* 178. *col.* 3. Cardinalis *in Clement.* 1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Ergo lex diviſionis bonorum non comprehendebat caſum gravis neceſſitatis; ergo in gravi neceſſitate accipit, quod ſuum eſt, vel ſaltem ei debetur ex ſuperfluis.

1249 Liquidum ex caritate negari rationabiliter nequit.

Septimo probatur, ut liquidum ex juſtitia, ità ex caritate debitum rationabiliter denegari nequit, nec afflictis verecundiæ, ruboris addenda eſt afflictio.

1250 Explicatur *cap. ſi quis de furtis.*

Nec officit textus in *c. ſi quis. de furtis*. ubi punitur per tres hebdomadas ſubripiens aliquid ob neceſſitatem famis, vel nuditatis. Nam loquitur de neceſſitate voluntaria potentis alia via ſibi conſulere.

ANALYSIS IV.

An ſit fur accipiens aliquid in levi neceſſitate?

1251 Fur eſt, qui accipit aliquid in levi neceſſitate.

Affirma: quia illa levis non cenſetur neceſſitas, ex regula parum pro nihilo habetur. *l. licet cauſam.* ibi: *nulla, vel modica. de probationibus. c. de quarta.* ibi: *nullus, vel rarus. de præſcriptionibus. c. coram. de officio delegati*; ſic idem eſt modico, ac nullo pretio vendere. *l. non dubium. D. de legatis* 3. Tiraquell. *tract. de judicio in rebus exiguis n.* 8. Baldus *in Auth. præterea. C. unde vir, & uxor.*

ANALYSIS V.

An conſtitutus in neceſſitate voluntaria, ſit fur aliquid accipiens?

Affirma: quia iſtis nec eleemoſyna debetur; unde Dominus eſt rationabiliter invitus. Non enim ſuccurrendum illi, qui ſibi ſubvenire aliter poteſt, ut eſt exiſtens in neceſſitate voluntaria. *l. ſi fidejuſſor. §. ſi neceſſaria. D. qui ſatiſdare cogantur*. Ipſa namque neceſſitas tribuitur culpæ nolentis illam evitare. *l. 2. §. mulier. D. quod metus cauſa*. Arriaga *tom. 5. diſp.* 43. *num.* 12. 1252 Et conſtitutus in neceſſitate voluntaria.

ANALYSIS VI.

An exiſtens in neceſſitate gravi communi, ſit fur clam aliquid ſubripiens?

Affirma: nam iſti ſibi aliter ſubvenire poſſunt mendicando, ſicque Dominus rationabiliter eſt invitus, qui in particulari iſtis dare non tenetur; cùm mendicando in communi victum eis deeſſe nequeat. 1253 Aut in neceſſitate gravi communi

Hinc pauperes exercentes officium mendicandi, quo vivunt, nequeunt ſubripere, ut ſe liberent à tali officio; nam ſe liberè in neceſſitatem conjicerent.

Nec officit eis eleemoſynam eſſe dandam; & ſic teneri, & irrationabiliter Dominum eſſe invitum.

Nam iſtis ex conſilio, non ex præcepto eſt danda eleemoſyna in particulari. D. Thom. 2. 2. *qu. 32. art.* 5. Arriaga *tom. 5. diſp. 43. n.* 30. Bonacina *in primum præceptum Decalogi*, & alii. Intelligas niſi in aliquo caſu eò deventum fuerit, ut ſubſidium mendicitatis non adfuerit; nam tunc intrat neceſſitas gravis, cui proprio exercitio non occurritur: Id tamen non præſumitur, quia ſemper poteſt quis credere, ab aliis ſubventum iri. Arriaga *tom. 5. diſp. 43. n.* 23.

Differentia inter extremam, & gravem neceſſitatem?

Diximus legem diviſionis non ligare urgente tanta neceſſitate. Sicque non accipit alienum diviſione attributum ſingulis. *l. 1. D. de officiis Conſulis. c. ſicut. de conſecrat. diſt. 1. c. diſcipulos. de conſecrat. diſt.* 5. & ſic ex parte accipientis non eſt diſcrimen inter conſtitutum in extrema, & in valdè gravi neceſſitate vitæ, ſtatus. 1254 Adducitur differētia inter extremā, & gravem neceſſitatem

Ex parte verò bonorum, & illius, cujus, & à quo ſunt tribuenda, eſt differentia; quia in extrema neceſſitate vitæ eſt ſuccurrendum etiam ex bonis neceſſariis pro ſtatu, ſine notabili diminutione ſtatus ſimpliciter; licèt enim non teneatur cadere à ſtatu, eſſet enim graviſſimum damnum, & onus grave, ad quod ſubeundum leges non obligant, niſi extremè indigens eſſet ſimpliciter neceſſarius bono publico, tenetur tamen pati aliquam diminutionem ſtatus; nam eſſet leve onus, & pro nihilo in parva materia. D. Thom. 2. 2. *qu. 32. art. 5. &* 6. Arriaga *tom. 5. diſp. 43. n. 17. & 25. in fine*. Tamburr. 5. *Decalogi c. 1. §. 2. n.* 4. Leander dans XVII. Doctores *to. 6. tract. 5. de eleemoſyna diſp. 2. q. 15. 16. 17. 18. & 19. §. reſpondeo*. Licèt non ignorem XII. Doctores apud Dianam *par. 5. tract. 8. reſol. 7.* velle extremè indigenti in vita ſuccurrendum etiam ex neceſſariis ſtatui, ut ſuperioris ordinis vitæ bona conſerventur, amiſſis bonis inferioris ordinis ad ſtatum neceſſariis: cui ſatisfit, nulla lege ad tam graviſſimum onus cadendi à ſtatu obligari.

In valdè gravi verò neceſſitate eſt ſubveniendum

dum ex ſuperfluis ad ſtatum. Arriaga *tom. 5. diſp.43.n.17.18 35 & 39.*

ANALYSIS VII.

An ſit fur extremè indigens, clam accipiens, potens cum rubore petere, & obtinere à Domino.

1255 In extrema neceſſitate licet aliquid accipere, etſi poſſit petere à domino, ſed cum gravi rubore.

DIſtinguas: vel ſuffuſio illa conſiderata qualitate perſonæ, eſt oneroſa, vel non eſt oneroſa.

Si eſt oneroſa, ad illam non tenetur; nam ſemper verum eſt, quod accipit id quod ei rationabiliter denegari nequit, & ut creditor non tenetur pati ruboris ſuffuſionem, nec afflicto ſuperaddenda eſt afflictio, maximè in nobili, vel honeſto viro, nolente detegere ſibi ignominioſam egeſtatem, & quia in extrema neceſſitate bona ſunt egentis, & bona ſua ſine rubore accipere valet. Dicaſtill. *tom.1.de juſtit.lib.2.tract.2. diſp.9.dub.9.n.245.* Bandez *2.2.qu.32.art.7.dubio fin.* Leander *tom.6. tract.5.diſp.2.q.30.& 31.* contra Malderum *2.2.q.32.art.6.dub.6.* Arriag. *tom.5.tract.de Caritate diſp.44.n.10.*

1256 Secus ſi ſuffuſio non ſit oneroſa.

Si verò ſuffuſio ruboris oneroſa non eſt, tunc non eſt fur accipiens clam; nam ſemper accipit, quod ei debetur rationabiliter; ſed ad ſummum eſt veniale ratione modi, ut in filio, amico clam ſua accipiente; nè petens, amicum, patrem contriſtet, vel ipſe erubeſcat. Leſſius *2.de juſtit.c.12. dubit.12.n.66.* Palaus *diſp.2.punct.9. n.2.* Coninck *diſp.27.dub.10.n.158.*

ANALYSIS VIII.

An ſit fur pauper ſibi applicans à ſe pauperibus diſtribuendam eleemoſynam?

1257 Non eſt fur pauper ſibi applicans eleemoſynā aliis pauperibus dandam.

NEga: nam non accipit invito Domino volente dari pauperibus, inter quos ipſe adnumeratur. D.Thom. *2.2.q.32.art.9.ad 3.* Suarius *diſp.7.de eleemoſyna ſect.1.n.9.* Bonac. *diſp.3. in Decalogum qu.4.punct.6.n.23.* Barboſa *par.3. de poteſtate Epiſcopi alleg.83.n.22.* Oviedus *tract. 10.de caritate punct.14. n.150.* contra Sylveſtr. *v.eleemoſyna.*

ANALYSIS IX.

An ſit fur accipiens, ut det alteri extremè indigenti?

1258 Neque eſt fur accipiens aliquid, ut det extremè indigenti.

NEga; nam accipit rem, quam rationabiliter indigenti negare Dominus nequit. D.Thom. *2.2.qu.66.art.7.ad 3. dicendum, quòd in caſu ſimilis neceſſitatis etiam poteſt aliquis occultè rem alienam accipere, ut ſubveniat proxime ſic indigenti.* Lugo *diſp.16. ſect. 7. n.173.* Tamburr. *7.Decalogi tract.2.c.6.§.1.n.3.* Leſſius *2. de juſtit. c.16. dubit.1. n.15.* Leander *tom. 6. tract.5.diſp.2.q.34.* dicens certum.

Hinc.

ANALYSIS X.

An obligatus reſtituere, valeat rem reſtituendam dare extremè indigenti, & ſic à reſtitutione excuſari?

1259 Obligatus reſtituere rē, poteſt illam extremè indigenti dare.

AFfirma; quia eſt ità ac ſi acciperet à creditore, & daret extremè indigenti, cui creditor tenetur, & ſic non eſt rationabiliter invitus. Argumento doctrinæ D. Thomæ *2. 2. q.66.art.7.ad 3.* Arriaga *tom.5.diſp.44.n.33.* qui *n.24.* rectè dicit non licere ex illis eleemoſynas dare mendicantibus; nam nec teneretur ei creditor.

ANALYSIS XI.

An captus à banditis, ab hoſtibus, ſecùs occidendus, ſit fur aliquid accipiens ab alio, ut ſe liberet?

1260 Captus ab hoſtibus, cū periculo vitæ ſi accipiat aliquid ab alio, non eſt fur.

NEga; nam eſt in extrema, non voluntaria neceſſitate, quæ legi diviſionis non ſubeſt, & ſic denegari rationabiliter ab habente nequit. Eſt contra Arriag. *tom.5. tract.de caritate diſp.43.n.21. in fine, & 22.* dicentem non poſſe pauperem accipere à divite id, quo ſe liberet à morte.

An autem alius teneatur dare?

1261 An quis teneatur dare Banditis quod petunt.

NEgat Arriaga *loc.cit.diſp.43.n.21.* Leander *tom.6.tract.5.diſp.2.q.8.* id docens de banditis, quibus aliquid non eſt dandum ad liberandum innocentem, quia eſſet contra bonum publicum. Semper enim pauperes deprehenderentur à banditis trucidandi, niſi divites tranſmitterent pecuniam; quod ceſſat, ſi certi ſint, non eſſe tranſmittendam.

Putat tamen Leander *loc.cit.qu.20.* eſſe dandum ad liberandos, ac redimendos captivos à Turcis ob periculum animæ, & corporis: in quo non video conſequentiam; cùm periculum animæ, & corporis ſit majus apud deprehenſos à banditis: unde Bonac. *diſp.3.q.5.punct.6.n.4.* ait etiam captis à banditis ſoccurrendum.

ANALYSIS XII.

An ſit fur accipiens à conſtituto in pari neceſſitate?

1262 Accipiens ab illo, qui eſt in pari neceſſitate, fur eſt.

AFfirma; nam poſſeſſor melioris conditionis rationabiliter eſt invitus. Arriaga *tom.5. tract.de caritate diſp.34.n.18 & 19.* Palaus *diſp. 2.de caritate puncto 9.n.7.* Dicaſtillus *2.de juſtit. tract.2.diſp.9. dub.9. §.1.n.258.* Lugo *de juſtitia diſp.16.ſect 7.n.149.*

Et ſic accipiens tenetur reſtituere, quia accipit, quod ei non debetur. Scotus *in 4.diſt.15. qu.2. art.4.* contra Leandrum *tom.6. tract.5. de eleemoſyna diſp.2. q.42.* ajentem cum Dicaſtillo non debere reſtituere, quia in neceſſitate omnia ſunt communia; quod eſt verum in re pari neceſſitatis jure non præoccupata.

Quantum accipiendum urgente valdè gravi neceſſitate?

1263 Non debet diteſcere, quis in valdè gravi neceſſitate, ſed ut non ſuccumbat egeſtati.

TAntum, quantum arbitrio boni viri eſt neceſſum ad ſuccurrendum egenti; & ſic non debet diteſcere, ſed egeſtati non ſuccumbere.

An teneatur ſubvenire creditori extremè laboranti, ſi eadem neceſſitate prematur pater, filius, frater debitoris.

1264 Creditori extremè indigenti, non tenetur ſubvenire, ſi eadem premātur Pater, filius, frater debitoris.

NEga. Sylvius *2.2.qu.31.art.3.* Palaus, Leſſius, Toletus, Vaſquez, Hurtadus apud Dianam *par. 5. tract. 8. reſol. 13.* Leander dans XI. Doctores *tom.6. tract.5. diſp.2.q.43.* contra Azorium *tom.2.lib.12.c.8.q.6.* quia res eſt communis, nec in illa majus jus habet unus, quàm alter extremè egenus; & jus creditoris non prævalet juri pietatis, miſericordiæ, & caritatis, quo tenetur ſuis in tanto vitæ diſcrimine conſtitutis, & juſtitia ex contractu non obligat cum tanto vitæ præjudicio; unde tantùm remanet caritas, & commune dominium, quæ magis obligat ſubvenire ſibi, & ſuis, quàm extraneis in pari caſu.

An accipiens ante neceſſitatem titulo non tranſlativo dominii, conſumens in extrema neceſſitate, teneatur deinde reſtituere deveniens ad pinguiorem fortunam?

1265 Retinens aliquid titulo, non tranſlativo dominii, ſi preſſus extrema neceſſitate cōſumat, non tenetur reſtituere.

NEga; nam dominium ei quæſitum, ut fuit quæſitum in prima rerum diviſione; cùm ſtante neceſſitate prior Dominus amiſerit dominium ei competens jure diviſionis, & res fuerit facta communis, quæ datur occupanti abſque onere reſtituendi. Secundo, quia non tenetur reſtituere ratione rei jam non extantis, ſed con-

ſum-

ſumtæ ſine culpa conſumentis extremè Indigentis: nec ratione contractus antecedentis: puta commodati, depoſiti; quia res ex tali contractu perit daoti Domino, ſi abſque culpa accipientis pereat. Navarra *lib.4.de reſtitutione c.4. n.*16. Turrianus, Leſſius, Hurtadus, Mendozza, Bonacina, quos dat, & ſequitur Diana *par.* 5. *tract.*8.*reſol.*10. Leander dans alios ſeptem Doctores *tom.*6.*tract.*5.*de eleemoſyna diſp.*2.*q.*39.

1266 Secùs ſi ante neceſſitatem ſit tranſlatũ dominium.

Sed inſurgit Arriaga *to.*5.*diſp.*44.*n.*10.*&* 12. idem dicens de obligato conſumente rem mutuo, ac commodato acceptam. Sic: qui poteſt in neceſſitate ſibi ſuccurrere de rebus ſuis, obligatur ad reſtituendum tranſacta neceſſitate res habitas ex contractu mutui; ergo etiam res habitas ex contractu commodati. Antecedens eſt verum. Conſequentia probatur: ideò rem mutuo habens, illam conſumens in extrema neceſſitate, tenetur reſtituere, quia factus eſt Dominus rei mutuatæ, & ſic poteſt ſibi ſuccurrere de rebus ſuis; ſed etiam habens rem titulo commodati, quando advenit extrema neceſſitas, fit Dominus rei commodatæ; ergo poteſt ſibi ſuccurrere de rebus ſuis; ergo tenetur reſtituere vi anterioris contractus commodati.

1267 Diſparitas inter mutuũ, & commodatum.

Reſpondetur, diſparitatem eſſe, quia factus Dominus vi mutui, vi ejuſdem contractus tranſlativi dominii, habet onus reſtituendi. At facta Dominus jure communi, gentium, fit Dominus ſine onere reſtituendi; quia accipiens rem communem, illam præoccupando, reſtituendi onus non habet.

Neceſſitas ergo tollit diviſionis legem, & dominium à poſſeſſore, redditque rem communem, ut erat de jure naturæ: & poſita re in communi, in neceſſitate conſtitutus occupat ſine onere aliquo; ſic res commodata deſinit eſſe commodantis, fitque communis, & commodatarius illam occupat, non ut rem commodantis, ſed ut communem; non ſic in mutuo, in quo occupat tanquam rem mutuantis, à quo dominium habet cum onere reſtituendi tantundem.

Hinc ſuperveniens neceſſitas non tollit onus reſtituendi rem titulo mutui ante neceſſitatem habitam, quia habet rem ſuam, qua à neceſſitate poſſit ſe ſublevare: unde non fit Dominus rei alienæ, non habens neceſſitatem rei alienæ, ex ſua potens ſibi ſubvenire. Doctores citati.

At habens rem titulo commodati, non habet rem ſuam, unde indiget aliena, quæ jure neceſſitatis fiat communis, & reddatur ſua; & ſic jure commodati non tenetur; nam non conſumpſit rem jure commodati habitam, ſed rem communem factam ſuam vi neceſſitatis, tollentis legem diviſionis.

ANALYSIS XIII.

An fur conſumens in neceſſitate extrema, vel valde gravi rem furtivam, teneatur illam reſtituere pertingens deindè ad pinguiorem fortunam?

1268 Fur conſumans rem furtivam in extrema neceſſitate, non tenetur reſtituere.

NEga: primo, quia obligatio ſuccurrendi conſtitutis in extrema, vel valdè gravi neceſſitate eſt pura, ſine titulo reſtituendi, ut eſt obligatio dandi eleemoſynam, quam pauper non tenetur reſtituere, ſi deindè diteſcat; At furi extremè egenti rationabiliter denegari nequit eleemoſyna; ergo conſumens rem à ſe furto ſublatam, quæ ob extremam neceſſitatem, ejus eſt facta jure communi naturali, non tenetur amplius reſtituere.

Secundo, quia excuſaretur, ſi Dominus donaret deindè furi rem furtivam, quia novo juſto titulo illam detineret, & conſumeret; ità quia tenetur donare ſaltem titulo caritatis, & eſt res facta communis ob extremam neceſſitatem, nulli tenetur reſtituere ex novo titulo occupans rem communem, imò potiùs nullius.

Et injurioſa anterior acceptio non eſt ſufficiens ad conſtituendam obligationem reſtituendi in re noſtra; nam etiamſi reſtituiſſet, ſuperventu extremæ neceſſitatis, potuiſſet accipere; ergò non eſt fur tunc conſumens. Debet tamen reſtituere damna paſſa à Domino ſpoliato re ſua ante extremam neceſſitatem, quia tunc non tenebatur ſuccurrere, & injuſtè eſt damnificatus. Navarra *loc.cit.num.*24. Coninck *diſp.*27. *dub.*10 *n.*166. Sotus 4.*de juſtit.qu.*7.*art.*1. Aragonius 2.2.*q.*31.*art.*6. Villalobos *to.*1. *tract.*22. *difficul.*2.*num.*12. Caſtrus Palaus *tom.*1.*tract.*6. *diſp.*2. *punct.*10. *n.*166. Arriaga *tom.* 5. *diſp.*44. *n.* 9. dicens *n.*13. oppoſitum probabile. Bordonus *lib.*5.*qu.*6. *punct.*4.*c.*1.*n.*3. Mendo *in bulla Cruciatæ diſp.*39.*c.*9.*n.*73. Serra 2.2.*q.*62.*art.*8. *dub.*2. Selius *tom.*1.*de reſtit.diſp.*5.*q.*1.*n.*5. quos dat Diana *par.*11.*tract.*5.*miſcellaneorum reſ.*13. Leander dans novem alios Doctores *tom.*6.*tract.* 5.*de eleemoſyna diſp.*2. *qu.*40. contra Scotum *in* 4.*diſt.*15.*qu.*2.*§.ad argumenta.* Covarr. 2.*par.in regula peccatum.* §.1. *n.*4. Trullenk 2. *Decalogi lib.*7. *c* 15. *dub.*2.*n.*3. Leſſium 2.*de juſtit.* *c.*16. *dub.*1.*n.*8. Hurtadum *de caritate diſp.*3.*diffic.*11. Sylveſtrum v. *reſtitutio* 5. *n.*2. Vaſquez *de eleemoſyna c.*1.*dub.*8.*n.*68.

An in valdè gravi, non in extrema neceſſitate ſubripiens, puniatur in foro externo?

NEga: ſi Judici id conſtet: & quando non conſtat, mitiùs debet puniri; quia aliqualis excuſatio juvat pro temperandis pœnis. Cæpolla *in Anth.ſed novo jure. Cod. de ſervis fugitivis* 1269 Surripiens in valde gravi neceſſitate non punitur in foro externo.
*n.*89. Tiraquell. *de pœnis temperandis cauſa* 33. *n.*1. Corradus *in praxi rubr.de furtis n.*9.*in fine.*

Quanam ſit extrema neceſſitas?

ESt quando imminet mortis, aut graviſſimæ miſeriæ, ac infirmitatis periculum. Valent. 2.2.*diſp.*5.*qu.*10.*par.*5.*§.ſunt autem.* Licèt 1270 Extrema neceſſitas pœnam ſit.
remittat in arbitrium Judicis Bajard. ad Clar. *§. furtum. n.*97. Tholoſanus 37. *ſyntagm. c.*17. *n.*7. urgente ergò neceſſitate famis, & nuditatis nimia dicitur quis conſtitutus in extrema neceſſitate; ità ut non ſit fur accipiens neceſſaria ab aliquo non conſtituto in ſimili extrema neceſſitate. *c.ſi quis propter.* 3. *de furtis. c. ſicut* 8. *diſt.*47. Cæpolla *loc.cit.n.*89. Brunus *de ceſſione bonorum par.*4.*q.*2.*n.*4.

ANALYSIS XIV.

An ſit fur retinens ſibi rem inventam?

AFfirma. *l.falſus creditor.* 44. *§.qui alienum quid jacens in terra, lucrifaciendi cauſa* 1271 Eſt fur retinẽs ſibi rem inventam animo lucrifaciendi.
ſuſtulit, furti obſtringitur, ſivè ſcit, cujus ſit, ſivè ignoravit, nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus ſit, ignoret. D. de furtis; ubi Gloſſa, Angelus *num.*2. Accipiens tamen proteſtando nomine Domini ſe accipere, non eſt fur; quia non accipit tunc Domino rationabiliter invito, à quo tunc ut negotiorum geſtor, petere 1272 Secùs ſi retineat nomine Domini: & tunc repetit expenſas.
valet impenſas factas pro re conſervanda. *d. l. falſus creditor* 44. *§.qui alienum. §.ſolent plerique. v.quid ergo*, ubi Bartolus *n.*1. *D. de furtis.* Menoch. 5. *præſumt.*20. *n.*12. Scoppa *lib.*5. *de jure non ſcripto tit.de furtis c.*115.*n.*12.

ANALYSIS XV.

An ſit fur accipiens rem ejectam in incendio, ruina, naufragio?

1273 Accipiens rem ejectam in incendio, naufragio animo ſervãdi Domino, non eſt fur.

DIſtinguas: vel accipit rem *animo illam ſervandi Domino, vel ſibi retinendi.*

Si animo illam ſervandi Domino, non eſt fur, quia non accipit Domino invito, cujus utiliter negotium gerit, & poteſt impenſas repetere factas pro recuperanda, ac cuſtodienda re. *l. falſus creditor* 44. *§. ſi jactum.* ibi: *enim verò, ſi hoc animo, ut ſalvum faceres Domino: furti non tenetur. D. de furtis.*

Si accipiat *animo ſibi retinendi.*

1274 Si verò animo ſibi retinendi, & res eſt piratæ, hoſtis, neque eſt fur.

Subdiſtinguas: vel res ejecta fuit piratæ, hoſtis: vel non.

Si fuit piratæ, hoſtis; tunc non eſt fur, ſed tanquam res bello capta eſt capientis, ad inſtar prædæ. *l. ſi quid in bello* 28. *D. de captivis. l. ab hoſtibus. C. de captivis. Auth. navigia. C. de furtis*, ubi eruditiſſime Danza *in manuſcriptis.*

Vel fuit aliorum: Et ſubdiſtinguas

1275 Similiter ſi res eſt aliorũ, ſed ejecta animo derelinquendi.

Vel eſt ejecta animo derelinquendi, vel non.

Si ejecta animo derelinquendi, tunc eo ipſo *ſit nullius*, tanquam res derelicta, & ſic accipiens nemine invito, non eſt fur. *l. 1. D. pro derelicto.*

Cenſetur autem ejicere animo derelinquendi, ejiciens rem inconſervabilem in mari; nam non poteſt velle rem impoſſibilem, & ſic conſervare rem certò perituram ex circumſtantiis, ut eſſet charta, ſaccharum. *l. falſus* 44. *§. ſi jactum. D. de furtis*, ubi Bartol. & Angelus, Menoch. *lib.* 5. *præſumt.* 20. *n.* 16. & idem eſt ſi ratione loci res projecta irrecuperabilis; non enim poteſt projiciens velle recuperare irrecuperabile, licèt ex caſu rariſſimo præter intentionem expiſcaretor.

1276 Tamen eſt fur ſi res nõ ſit ejecta animo derelinquendi.

Si non eſt ejecta animo derelinquendi; tunc ſibi rem accipiens, eſt fur; nam accipit Domino rationabiliter invito. *l. pædius.* 4. *D. de incendio, ruina, & naufragio. Auth. navigia*, ubi Danza *C. de furtis.* Conſtitutione Regni *Rapinas eorum*, & Conſtitutione *Doana ſecreti*, ubi Afflictus, Lanarius *conſil.* 84. Soccinus *conſil.* 202. & punitur criminaliter, & civiliter. Civiliter intra annum in quadruplum, poſt annum reſtituit acceptum. *l. 1. D. de incendio, ruina, & naufragio. l. penult. C. de naufragio lib.* 10. Criminaliter proceditur de plano ad publicationem bonorum. *Auth. navigia. C. de furtis. l. pædius.* 4. *D. de incendio, ruina, & naufragio l. de ſubmerſis. C. de naufragiis lib.* 11. Tholoſanus 27. *ſyntagmatum c.* 3. *n.* 13. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis caſu* 297. *n.* 1.

ANALYSIS XVI.

An cuſtodiens furi rem furtivam, ſit fur?

1277 Cuſtodiens furi rem furtivã eſt fur.

AFfirma; nam retinet rem invito Domino rationabiliter. *l. eos. C. de furtis*, ubi Danza, Angelus de maleficiis. v. *& veſtem celebrem.* Urſill. ad Afflict. *dec.* 360. *n.* 2.

ANALYSIS XVII.

An emens rem furtivam, ſit fur?

1278 Emens rem furtivam eſt fur, niſi proteſtetur emere nomine Domini.

DIſtinguas: vel proteſtatur ſe emere nomine Domini: vel non.

Si emit nomine Domini, non eſt fur, & repetit pretium, ut negotiorum geſtor. *l. falſus creditor.* 44. *§. ſi jactum.* ibi: *ut ſalvum faceret Domino. D. de furtis. Pragmatica III. de emtione, & venditione.* Decius *conſ.* 60. *volum.* 2. Afflictus *deciſ.* 369.

Si non emit nomine Domini, ſed ſibi; tunc eſt fur, & rem Domino reſtituit, amiſſo pretio ſoluto; nam accipit rem Domino rationabiliter invito, qui poteſt à quocumque poſſeſſore vindicare rem ſuam, & ſic ut poterat à fure, ità ab emtore rem recuperare. *l. 1. & 2. D. de rei vindicatione.* Et eſt textus formalis *in l. in civilem.* 2. *C. de furtis.* ubi Danza, rectè monens non eſſe furtivam rem emtam ex pecunia furtiva. *l. ſi ea. C. de rei vindicatione.* Decius *conſil.* 49. Pariſius *volum.* 1. *conſ.* 80. *n.* 19. niſi ſit emta nomine illius, cujus eſt pecunia; nam tunc eſt illius, cujus erat pecunia, & retinetur Domino rationabiliter invito. Tiraquell. *de utroq. retractu n.* 16.

An ſit fur mandatarius deferens pecuniam alteri, quam convertit in uſum proprium?

AFfirma. *l. ſi quis uxori* 53. *§. Julianus libro vigeſimo ſecundo Digeſtorum ſcripſit, ſi pecuniam quis à me acceperit, ut creditori meo ſolvat, deindè cum tantam pecuniam eidem creditori deberet, ſuo nomine ſolverit: furtum eum facere. D. de furtis. l. ſi is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dediſſe proponis, parva quantitate numerata, reliquam in uſus ſuos convertit: furtum fecit* 7. *C. de furtis. l. ſi mandavero. la* 2. *§. ſi tibi centum dedero, ut ea Titio dares, tuque non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati, & furti teneri te Proculus ait. D. mandati.* Clar. *§. furtum n.* 23. Tholoſ. 37. *ſyntagm. c.* 12. *n.* 5. Thuſc. v. *furtum concl.* 553. *n.* 7. licèt enim pecuniam illam deindè reſtituat, ſurripuit ejus uſum, quòd ſatis eſt, ut cenſeatur fur. *l. 1. D. de furtis.* 1279

1279 Eſt fur mandatarius cõvertens in uſum propriũ pecuniã alteri referendam.

Ex quibus patet Pignoratarium, depoſitarium, ſarcinatores, cuſtodes utentes rebus eis commiſſis, eſſe fures uſu rei, & puniri poſſe. *l. ſi pignore creditor utatur, furti tenetur.* 56, *D. de furtis.* 1280

1280 Pignoratarius, Depoſitarius utens re pignorata, aut depoſitata fur eſt.

An Procurator exigens aliquid citra Domini voluntatem, ſit fur?

AFfirma. *l. falſus procurator depoſitum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra Domini voluntatem, furtum facit* 19. *C. de furtis.* ubi Danza in *manuſcriptis.* Fulgoſius *num.* 25. *l. falſus creditor* 44. *§. falſus procurator. l. ſi is, qui rem. la* 2. *§. Julianus reſpondit. D. de furtis.* ubi Albericus, & Bald. *num.* 1. Thuſc. v. *furtum concl.* 553. *n.* 3. 1281

1281 Procurator exigens aliquid citra voluntatem Domini eſt fur.

An ſcienter exigens indebitum, ſit fur?

AFfirma. *l. ſi vendidero* 82. *§. ſi Titius.* ibi: *furtiva durabit condictio. D. de furtis. l. ſi procuratori falſo* 14. *D. de condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.* 1282

1282 Etiam eſt fur ſcienter exigens indebitum.

Hinc eſt fur, qui non eſt, & fingit ſe eſſe creditorem, ut exigat; nam exigit indebitum. Patet ex dictis. Gloſs. in *l. ſi vendidero* 82. *§. ſi Titius v. perperam. D. de furtis.* 1283

1283 Et fingens ſe eſſe creditorem.

Quæ ſit cauſa excuſans à pœna furti?

§. III.

I. SI in effectu furtum non ſequatur, licèt adfuerit prava intentio; hic enim in foro externo cogitationis pœnam non meretur, licèt ingreſſus ſit ut furetur. *l. furtum* 1. *§. ſola cogitatio.* ibi: *ſola cogitatio furti faciendi non facit furem. l. vulgaris* 21. *§. qui furti.* ibi: *qui furti faciendi cauſa conclave intravit: non dum fur eſt, quamvis furandi cauſa intraverit. D. de furtis.* punitur tamen alia pœna extraordinaria. *l. ſacculari* 7. ibi: *plus quam fures puniendi ſunt. D. de extraordinariis criminibus.* 1284

1284 Prava intentio furandi abſque furto non punitur in foro externo.

II. Punitur pœna injuriarum, non furti, ſi non habeat animum lucrandi, ſed injuriandi, damni- 1285

1285 Surripiens aliquid animo non lucrandi, ſed injuriandi punitur pœna injuriarum.

Digitized by Google

damnificandi. *l.qui injuriæ 55. D.de furtis. l. ſi ſervus ſervum 27. §.ſi olivam.D.ad l.Aquiliam.*

1286 Accipere rem propriã à fure non eſt furtum.

III. Non eſt fur accipiens rem ſuam à fure, quia non accipit fure rationabilitèr invito. *l. qui vas 49. D. de furtis.* Thuſc.v.*furtum concl.* 552. *n.*16. Imò nec convenitur ratione rapinæ, licèt puniatur in *l.ſi quis in tantam 7.C.unde vi.*

1287 Nec compenſare in re ſibi liquidè debita.

IV. Nec accipiens æquivalentem in compenſationem rei ſuæ liquidè debitæ, alitèr irrecuperabilis. Felin.in *c.quoniam.n.13.de ſimonia.* nam tunc Dominus non eſſet rationabilitèr invitus. Vivius *opin.* 346. *n.*5. Pacianus *lib.* 1. *de probat.c.*19.*n.*33. Covarr.1. *var.c.*11.*n.*15. Imò nec eſt fur, qui accipit rem non ſuam, credens ſuam, quia ceſſat dolus, & animus lucrandi. *§. quia tamen.Inſtit.de vi bonorum raptorum.*

An rebus ſtabilibus committatur furtum?

1288 Non datur furtũ in rebus ſtabilibus.

NEga: ſed requiritur abductio rei de loco ad locum, id enim, *ly contrectatio* exprimit. *l.ſi quis uxori 53. §. neque verbo, neque ſcriptura quis furtum facit. Hoc enim iure utimur, ut furtum ſine contrectatione non fiat. D. de furtis. l. poſſideri. 3. §. ſi rem. D. de acq. vel omitt. poſſeſſ. l. vulgaris 21. in princ. §. ſed ſi de navi. l.ſi quis 85.l.quamvis 86. D. de furtis,* & ſic non datur actio furtiva, nec vi bonorum raptorum, ſed aliæ actiones contrà prædones, invaſores rerum aliorum. Corradus.*rub.de furtis. nu.* 9. DD.in, & ex *l.verum 40.D.de furtis.*

1289 Surripere aliquid è fundo furtum eſt.

Si verò ex fundo quis ſurripiat aliquid, puta lapides, cretam; tunc in illa re eſt fur. *l. ſi cretæ fodiendæ cauſa ſpecum quis feciſſet, & cretam abſtuliſſet, fur eſt: non quia fodiſſet, ſed quia abſtuliſſet* 99. Gloſs.in *l.*1.*§ furtum.v.rei.* ubi Albericus *n.*1.*D.de furtis.*

1290 Non datur furtũ in rebus merè incorporalibus

Hinc in rebus merè incorporalibus ceſſat furtum, quia ceſſat contrectatio. *l. ſervus 43. §.incorporales res traditionem, & uſucapionem non recipere manifeſtum eſt. D. de acq.rerum dominio.* Jodochus *in pract.crim. c.* 110. *n.*10. ſed punietur pœna legis.*ſi quis in tantam 7. C.unde vi.*

De Parvitate materiæ furti.

§. IV.

1291 Furtum etiam in minima quantitate peccatum eſt.

FUrtum in quacumque, vel minima materia commiſſum, peccatum eſt *l. naturalem 5. §.gallinarum. D.de acq. rerum dominio,* licèt in re parva non puniatur. Covarr. 1. *var. c.*3. *n.* 12. Angelus in Auth. *ſed novo iure. C. de ſervis fugitivis.* Thoſc.*concl.*555.

At non ſemper eſt peccatum mortale; ideò explicemus.

Quæ, & quanta parvitas materiæ excuſet à mortali?

1292 In aſſignãda parva materia, quæ excuſet à mortali DD. diſcrepãt: ideò eorum opiniones referuntur.

QUibuſdam arridet non poſſe aſſignari parvitatem materiæ ſecundum ſe, ſed in ordine ad Dominum pauperem, vel divitem reſpectivè augendam, vel diminuendam, pro ut damnum grave, vel leve facit.

Aliis placet ſecundum ſe dari gravem, vel levem materiæ quantitatem, cum D. Tho. 2.2. *q.66.art.*6.

Et aliqui volunt parvam materiam eſſe infrà duos julios. Navarr.*c.17.n.3.*Lezzana *n.*57. Toletus *lib.5.c.3. n.6.*

Alii volunt tres regales, ſivè julios apud Dianam *p.2.tr.3.miſcell. reſol.57.*

Alii abſolutè exigunt quatuor paulos ad gravitatem materiæ. Sanch.2. *decal.c.*20. *num.*40. Bordonus *tom.2.reſol.*43.*n.*4. Valentia 2.2.*diſp.5.q.6.p.5.§.dico ergo.*

Aliis placet ſummam gravem eſſe pretium datum foſſori locanti operas ſuas pro uno die. Molina *tom.3. de juſt. dub.*685. Covarr.1. *reſol. c.3.num.*12.

Ad quinque regales, ſeù paulos materiam gravem extendit Vega apud Dianam *loc.cit.*

At Valaſcus *tom.1.tit. de furto reſol.*63.*n.*2., & 3. Serra, & alii, volunt materiam gravem eſſe, quæ ſufficit pro unius diei ſubſtentatione; nam eſt grave damnum integro die non ſubſtentari; & ſic tollens, quæ ſufficiunt ad ſubſtentationem unius diei, dicitur inferre grave damnum, quæ ſententia rationabilior.

Alii à Monaſterio ditiſſimo auferre tres argenteos eſſe graves; & ſi monaſterium ſit mediocriter dives duo, ſi pauper unus argenteus, & pro aliis hominibus duos argenteos exigit Medina *p.2. q.* 88. *art.*8. unum Corduba in *ſumma q.*109. Salonius 2.2.66.*art.*6. argenteus hìc ſumitur pro Julio. Gab. à S. Vinc. *loc. cit. num.*350.

Quibuſdam arriſit tres aureos eſſe materiam gravem. Sotus *lib.5.de juſt.q.3.art.3.* Arag.2.2. *q.66.art.*6. Sylveſt.v.*furtum.q.*2. *nu.*4. Rodriq. *tom.4.ſumma. c.*118. *n.*27. concludens auferre unum aureum non eſſe notabilem quantitatem, niſi Dominus ſit pauper.

Invexit novam in ſcholis ſententiam Caram.in *regulari n.*132., & 934. quam criminantur multi.

Ponit ergo Caramuel regulam, quòd ſicuti in phyſicis octava pars eſt gravis, & minor octava pars eſt levis: ſic in moralibus octava pars erit gravis, minor octava pars eſt levis, nè tamen ignorantiæ præjudicio jacteris, ponit primo materiam gravem, & levem per ſe, deinde ponit gravem, & levem reſpectivè. 1293 Nova ſententia Caramuelis refertur, qua conatur determinare materiam gravem, vel levem in ſe.

Gravis ſecundum ſe ſunt quatuor floreni, ſcilicet ſexdecim regales, potuiſſet etiam ponere tres aureos cum Soto, Sylveſtro Aragonio.

Materia levis ſecundum ſe eſt dimidium julii, potuiſſet ponere julium, quod ſi ex indigentia ſequatur grave damnum: puta, ſi auferator acus à ſartore, tunc non ratione furti, ſed ratione lucri ceſſantis ex furto tenetur reſtituere damnum inde ſartori illatum, & lucrum ceſſans.

Nunc ait ſemper eſſe peccatum mortale furto excedere ſexdecim regales, vel ſecundum Sotum tres aureos à quocumque auferantur; & ſemper eſſe peccatum veniale ſecundum ſe auferre dimidium regalis.

Deinde conſtituit terminos reſpectivos magnitudinis, & parvitatis inter materiam per ſe levem, & per ſe gravem; itaut, quæ eſt inter materiam gravem, & ſupra materiam parvam ſit materia levis, ſi ſit minor octava parte redituum unius diei; ſit verò materia gravis, ſi attingat octavam partem redituum unius diei.

Deinde *n.* 954. dat materiam nullam moraliter, & eſt, quæ in communi convictu ad nihil deſeruit, puta feſtucam, obulum, & illa, quæ etiam pauper erubeſceret dare pauperi, aitque eſſe nullum peccatum.

Tandem eſſe materiam gravem excedentem duos aureos, docet Rodriq. *tom.5.ſumma.c.*118. *n.*27. Angel.v.*furtum n.*34. Sotus 5. *de juſt.q.3. art.*3. & Sylveſt. v. *furtum q.*2. *n.* 5. illum admittit in opulentis.

Digitized by Google

Quanta ſit parva quantitas in furtulis parvulis paulatim factis?

1294 Sunt duplo majora furtula parvula, ſi furentur à diverſis.

ESſe duplo majorem, quàm in aliis, ſi à diverſis parvula ſuffurentur, docet Diana *p.1.tr.de paupertate religioſa. reſol.34. §. dice 3.* quia magis eſt invitus unus, à quo parvula paulatim auferuntur, quàm ſi à diverſis auferantur. Sanch.2. *decal. lib. 7. c.21. n. 17.* Rebellus *p.1.lib.3.q.15.ſect.5.n.45.* Leſs.2.*de juſt.c.12.dubit.8.n.46.*

An accipere parvula conſtantia ſucceſſivè damnum grave ſit lethale?

1295 Aliquid rei ſurripere paulatim aliquid leve, quod ſit ſūma gravis, non animum ſumendi ſūmam gravē, non eſſe lethale. V. advos.

DIſtinguas: vel ſurripiens parvula habet voluntatem ſumendi paulatim ſummam gravem, vel ſine tali voluntate, oblata occaſione, ſurripit.

Si abſque voluntate, contingenti occaſione ſurripiat paulatim, non peccare mortaliter, etiamſi paulatim abſtulerit gravem ſummam, docet Sà v.*furtum n.8.* & docuerat Navar.*lib.3. de ſtatu Monachorum conſ.3. num. 23. Summa corona p.1, c.1. num.28.* Fernandez *in examine p.1.c.6.§ 2. n.12.* Diana *p.1. de paupertate Religioſa. reſol.34.* & hæc opinio dicitur probabilis, ut dixi IV. *ſelect.* à Leſſio, Navar., Reginal., Sayro, Berard. & excuſat à mortali, quia non peccat mortaliter ab initio carens voluntate furandi rem gravem, & ſic ratione injuſtæ damnificationis non oritur obligatio reſtituendi deficiente peccato mortali, ut cùm de Reſtitutione (4): nec ratione injuſtæ retentionis,

1296 Rationes dictorum DD. referuntur.

ſi res ablata jam ſit conſumta, nec fur ſit factus ditior, ut docet Lora, & Granadus *p. 2. controv.6.tr.2.dub.2.ſect.5. n.49.* tunc nec accipit, nec retinet rem gravem, nec ultima pars accepta poteſt continuari cum præcedentibus non extantibus furtulis; itaut tunc nequeat dici ultimum furtulum, conficiens materiam gravem eſſe lethale, non ratione acceptionis, ſed ratione retentionis rei gravis, ut docent Filliucc. *tom.2. tr.31.c.10.n.243.* Toletus *lib.5. c.16.n.4.* Salas *q.88 tr.13. dub.16.ſect.27. nu.*88. nam re non extante, nec in ſe, nec quia locupletior fur fuerit factus, ceſſat illa retentio rei gravis. (5)

Imò licet locupletior fuerit factus, non per hoc dicitur Dominus graviter invitus, cùm nemo amiſerit rem gravem, & non poteſt rationabilitèr leviter damnificatus graviter eſſe invitus: nec omnes ſimul damnum paſſi poſſunt eſſe graviter inviti rationabiliter; quia eorum voluntates non poſſunt in unam coire, cùm ſint diſcretæ, & una cum alia non continuetur, & ſic una nequit augere, nec intenſivè, nec extenſivè alterius involuntarium: ſicuti mille gradus caloris ut unum, nunquam faciunt magis calidum, niſi in eadem ſubjecti parte recipiantur, & quamdiù exiſtunt in mille diſſitis ſubjectis, tantùm faciunt calidum ut unum: ſic mille inviti ut unum, non poſſunt reddere magis invitum, quàm ut unum, & lucrum majus ſuffurantis paulatim non auget involuntarium ſingulorum dominorum, niſi omnium in unum fuerit collata ab omnibus pecunia parvula; tunc enim in toto damnificarentur. (6) Verò tu rem altiùs conſidera, & ab hac recedas opione, cum damnata ſit iſta opinio ab Innocentio XI. *propoſ.38.* 1297 Quæ ſententia ab Auctore rejicitur.

Si verò quis ab initio habuerit voluntatem à diverſis parvula ſuffurando diteſcendi.

1298 Habens animum furandi rem gravem per furtula, peccat mortaliter.

Tunc peccare mortaliter vult communis ſchola, à qua non eſt recedendum, nè aperiatur anſa furtulis, licèt aliis rationibus deſtituta (7); nulli namque in particulari graviter irrogatur injuria, nec communitati, quæ caret dominio diſpotico bonorum ſubditi; quia magis intereſt bona eſſe penès iſtos, vel penès alium ſubditum ex unius bonis in neceſſitate, ut poſſit ſibi ſuccurrere, & ſuffurator ab illis, qui eſſent ſine communitate, vel diverſarum communitatum, nec communitati gravem irrogaret injuriam. Inſuper furtum factum civi, non eſt factum Civitati, cui reſtituendum eſſet; & ſicuti leviſſimè plures diſtributivè Cives lædie abſque animo injuriandi graviter, non dicitur communitatem lædere graviter.

Iſtis tamen rationibus nullatenus attentis oppoſitam ſententiam ſectatore, eo motivo, quia licèt non damnificaretur illis furtulis graviter communitas, tamen damnificaretur graviter, ſi hæc via aperiretur ad furtula ex animo facienda; & facilè præſumeretur aliquem lapſurum in majus furtum aſſuetudine prava inclinatus.

An poſtquam deventum ſit ad materiam gravem, ſemper peccet mortaliter auferendo rem levem?

1299 Auferens rē gravem per furtula peccat mortaliter illam retinendo, nō verò denuò auferens aliam rem levem.

PEccat retinendo rem gravem, & nova furtula non ſunt novum peccatum mortale, ſed augent antiquum augendo quantitatem gravem. Leſs.2. *de juſt.c.12. dubit.8. n.44.* Filliucius *tom.2 tr.2.c.10.nu.246.* Salas *1.2.tom.2. q.88.tr.17. dub.16.ſect.27. nu.90.* contra Sanch. *2.decal.lib.7.c.21.n.7.* Bonac. *de contract. dub.2. q.8. punct.2. n.4.* ajentes quolibet novo furtulo mortaliter de novo peccare, advertens gravem quantitatem.

An in furto Reliquiarum ſacrilegium ſit leve, ſi Reliqua ſit parva?

1300 Furtum ſacrilegū Reliquiarū non eſt leve, ſi furetur parva Reliquia magnæ æſtimationis.

DIſtinguas: vel Reliquia parva eſt maximæ æſtimationis: puta aliqua gutta ſanguinis D. Baptiſtæ, vel Januarii, & eſt mortale, quia ab æſtimatione etiam valor ſumitur.

Si verò Reliquia non ſit tantæ æſtimationis, nec tantæ dignitatis, tunc eſſet veniale ſecundum opinionem Sanch. 2.decal. *lib.2.c.43.n.23.* Caſtri Palai *tom. 2. tract.8. diſp.1.p.6.num.19.* De furtis ſatis.

De

(4) Innoc.XI. infraſcriptam propoſitionem damnavit „ Non tenetur quis ſub pœna peccati mor„ talis reſtituere, quod ablatum eſt per pauca fur„ ta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis. hæc eſt *propoſit.* 38.

Igitur ex gravitate ſummæ totalis conſurgentis ex furtulis naſcitur gravitas peccati, & parum intereſt, an à principio ſubripiens habuerit voluntatem ſumendi ſummam gravem, an non, modò advertat materiam jam fieri gravem, atque ita ſi à principio non peccavit mortaliter, nunc peccat. Quamvis ſi ab initio talem habuit voluntatem, jam peccavit mortaliter ex prava intentione.

(5) Furtula ſimul coacervata faciunt unum moraliter, licet res non extet. Vide Doctores.

(6) Nec obſtat, quod à pluribus ſubreptum ſit, ut ex propoſitione damnata probatur. Hæc ergo opinio defendi non poteſt: & contraria habet validiſſimas rationes, quas apud Auctores legere poteris.

(7) Rectè Auctor; at communis ſchola plures habet rationes, & argumenta adducta facilè ab illa ſolvuntur, potiſſimum argumento deducto ex damnata propoſitione. *Lege Doctores.*

Digitized by Google

De Rapina.

CAPUT II.

1301 Quid ſit Rapina deſcribitur.

RApina eſt *violenta ablatio rei palam facta, Domino rationabiliter invito.c.pœnale* 13. ibi. *viſibiliter eripere* 14.q.5.*l.*1.ibi: *vim nautis fieri. l.nec intereſt* 3. ibi. *per injuriam tamen ex bonis alienis, quid ablatum ſit. D. de vi privata. l.in eadem* 3.§.*eadem.* §.*ſed,& qui.* ibi: *gladio, aut telo. l. armatos* 9. *l.bi, qui.* 11. *D. de vi publica.* D.Thomas 2. 2. *q.*66. *art.*8. & 9. ubi Cajetanus, Vaſquez *opuſculo de reſtit. c.* 5. §. 1. *n.*8. Valentia 2.2.*diſp.*5.*q.*10.*punct.*6.

1302 Violentia in rapina ſatis eſt in præparatione animi.

Ly *violenta* ſatis eſt in præparatione animi. *l.ſi quis à domo. D. de furtis*, & excludit ſpontaneum, non voluntarium; ut ſpontaneum, non voluntarium à metu excluditur.*l.*1.*l.ſi mulier.* 22. ibi: *coactus volui. D. quod metus cauſa.* Qua ratione uſura ad rapinam reducitur; nam accipitur invito dante, & ſic à volente, non à ſpontaneo. *c.ſi quis uſuram acceperit, rapinam facit* 16.*cauſa* 14.*q.*4.

1303 Violentia poteſt fieri cum armis, & ſine.

Indicat ſecundo violentiam factam, ſivè armis, ſivè ſine armis, licèt facta armis publica dicatur vis, ſine armis quandoque privata. *l.nec intereſt* 3.ibi: *ſed etſi nulli convocati, nullique pulſati ſunt, per injuriam tamen ex bonis alienis ablatum ſit, hac lege teneri eum, qui id fecerit. D.de vi privata.*

1304 Quid veniat nomine armorum.

Nomine armorum venit quidquid nocere valet diſtinctum à percuſſore.*l.in eadem* 3.§.*ſed & qui.l.armatos* 9.*l.bi, qui* 11. ibi: *armis, telis, quibus ſinguli homines nocere poſſunt, accipiuntur. D.de vi publica.*

1305 Vis non facienda rei rapiendæ, ſed perſonæ cuſtodienti illam.

Tertio exprimit, ut fiat vis non rei, puta equo, ut vult Sotus 5. *de juſtit. q.*3. *art.* 2. ſed perſonæ cuſtodienti rem, etiam ſi talis perſona rei dominio careat. Raynaudus *de virtutibus lib.*3.*ſect.*3.*c.*6.*n.*206. Ratione cujus violentiæ rapina recipit ſpecialem majorem deformitatem, quæ in furto non invenitur; nam facit etiam injuriam perſonæ, cui vim incutit, ſaltem in præparatione animi. Patitur namque dominus, vel cuſtos rei diſpendium, & vim in perſonam. *l. in eadem* 3. §. *ſed & qui in incendio cum gladio, vel telo rapiendi cauſa fuerit, vel prohibendi res ſuas dominum ſervare, eadem pœna tenetur. D. ad l. Jul. de vi publica.* Nota ly *probibendi dominum ſervare.l.de vi.*ibi: *de naufragiis aliquid deripuerint, puniuntur; nam & Divus Pius reſcripſit, nullam vim nautis fieri debere. D.ad l.Juliam de vi privata.* Nota ly *vim nautis.*

1306 Violentia in re levi, plus eſt quàm grave furari.

Et violentia iſta perſonalis eſt graviſſima injuria, itaut major injuria ſit, levem rem per vim auferre, quàm centum furari. S. Chryſoſtomus 1.ad Theſſalonicenſes *homil.* 10. ibi: *illud vis eſt, & violentia, & ibi: faciliùs quis mille talenta ſpontè dabit, & nihil ſe paſſum eſſe putabit, quàm ut tres obolos, præter animi ſententiam abreptos, manſuetè ferat.* Vt enim perſona eſt in ſuperiori ordine: ità injuria perſonalis reponitur in ſuperiori ordine, in quo non eſt injuria illata in bonis inferioris ordinis.

1307 Rapina ſit in rebus mobilibus.

Ly *ablatio* indicat rapinam eſſe rei mobilis, non ſtabilis. *l.*1. *C. de vi bonorum raptorum*, in quo convenit cum furto. *l. ſi quis uxori* 53. §.*neque.* ibi: *hoc enim jure utimur, ut furtum ſine contrectatione non fiat. D. de furtis. l.*3. §.*ſi rem.D.de acquir.poſſeſſ.l.vulg.*21.*in princ.* § *ſed etſi,& l.ſi quis* 85.*l.quamvis* 86. *l.verum* 40. *D. de furtis.*

1308 Differt ab expulſione, & dejectione poſſeſſionis.

Et differt ab expulſione, dejectione, qua aliquis expellitur à poſſeſſione rerum ſuarum violenter. *l.in eadem* 3.§.*eadem.D.ad legem Juliam de vi publica. l.ſi quis aliquem dejecerit ex agro ſuo. D.de vi privata. l. in poſſeſſionem* 5.*C. de vi publica, vel privata.*

1309 Et ab invaſione.

Differt etiam ab invaſione, quæ eſt rei ſtabilis, & invaſus non habet actionem *vi bonorum raptorum*, ſed *interdictum unde vi. l.* 1. *D.de vi, & vi armata.*

1310 Et à violentia, quæ tantùm perturbat, non expellit poſſeſſorem.

Differt etiam à violentia, quæ poſſeſſorem inquietat non expellit; & huic ſubvenitur interdicto, *uti, vel utrobi.*

Atque à vi compulſiva.

Differt etiam à vi compulſiva, quæ includit metum incuſſum ad aliquid faciendum, vel omittendum. *l.*1.*D.quod metus cauſa.*

1311 Rapina palam ſit.

Dicitur *palam*, ad differentiam furti. *c.pœnale eſt occultè auferre, multò majoris pœnæ eſt viſibiliter eripere* 13.ubi gloſſa.v.*majoris* 14.

1312 Id eſt Domino ſciente, & contradicente.

Et ly *palam* non exprimit rapinam publicè, ſed Domino ſciente, & contradicente factam. Sylveſter v.*rapina.*

1313 Rapina ſit invito Domino rationabiliter poſitivè.

Concluditur *Domino rationabiliter invito poſitivè*, quia violentiam patitur, in quo etiam differt à furto, in quo Dominus eſt negativè invitus. Covarr.*in regula peccatum.par.*2. §.1. *num.*2.

Ex quo habes non committere rapinam accipiens, quod alius rationabiliter denegare nequit, ut de furto dictum: & ſic neceſſitate compulſus non eſt rapax, quia ſuum, non alienum accipit. *c.ſicut is.*8.§.*proprium nemo dicat, quod commune eſt.diſt.*47.

An rapina ſit peccatum?

1314 Grave peccatum eſt rapina.

AFfirma ob injuriam illatam perſonæ, & damnum contrectatione rerum. Iſaiæ 61. ibi: *ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam.* 1.ad Corinth.6. ibi: *neque rapaces Regnum Dei poſſidebunt.c.*1.& 2.*de raptorib. c.pœnale.*14.*q.*5. D.Thom.*loc.cit.art.*9. Gabriel *in* 4.*diſt.*15.*q.*3.*art.*1.*notabili* 5.

An retinens rem raptam continuet peccatum rapacitatis?

1315 Retinendo rem raptam, continuatur peccatum rapinæ.

AFfirma continuò peccatum augeri, ſi potens non illicò reſtituat, nam injuſtè detinet. Vaſquez 1. 2. *qu.* 76. *c.*3. *n.*14. & ſic peccatum retentionis non differt numero à peccato injuſtæ violentæ ablationis, niſi interrumpatur contraria voluntate; qui enim primo accipit, primo retinet, & non reſtituere eſt conſervare primam acceptionem, ut in furto etiam diximus. *l.ait Prætor.*10. §.*per hanc actionem. D. quæ in fraudem. l.inficiando* 69.§.*infans apud furem. D.de furtis.*

1316 Emens rem raptam peccat, niſi emat pro Domino.

Sic etiam emens rem raptam peccat, niſi emat, ut Domino reddat. *c. rapinam* 17. *cauſa* 14. *qu.*5.

Sed quid reſtituendum re pereunte apud rapacem, ut caſu fortuito periiſſet apud Dominum?

1317 Si res rapta pereat, & periiſſet etiam apud Dominum, ex illa non oritur onus reſtituendi.

NIhil, quia damnum non intulit deſtruendo, cùm res fortuitò interierit, ſolumvè debet reſtituere, ſi quid percepit uſq; ad tempus deſitionis rei, quoad damnum emergens, & lucrum ceſſans Domino rei. Vaſquez *opuſculo de reſtitut.c.*5.§.1.*dub.*11.*n.*66.

Sed ſi res non periiſſet apud Dominum, quia Dominus diſtraxiſſet ante caſum damni fortuiti, tunc debet totum reſtituere.

Hinc lux ad quæſtionem in praxi contingentem. Duo ſocii peregrinabantur ad Montem

Vir-

Digitized by Google

Virginis, & unus alteri ſubripuit pecuniam, & deinde poſtquam tantiſper ambulaverunt, acceſſerunt ſures rapaces improbi, & expoliaverunt, ac ſubtraxerunt omnem pecuniam ab utroque, an primus rapax teneatur reſtituere? Ex dictis patet.

Pœna rapientis armis.

1318 Interdicitur igni, & aqua, qui armis vim facit.

ESt interdictum ignis, & aquæ. *l. qui dolo.* 10. *in fine.* ibi: *damnato de vi publica aqua, & igni interdicitur. D. ad legem Juliam de vi publica*, cujus loco hodie eſt deportatio. *l. 3. D. ad legem Juliam peculatus.*

De Truffa.

CAPUT III.

1319 Truffa affinis eſt furto.

NOn eſt idem, ſed affinis furto, & rapinæ eſt truffa, trufa, & trupha; eſt enim *deceptio*, truffator enim dictus etiam trufanus, aſtutus, deceptor eſt. Cæſarius *lib. 6. hiſtoriarum c. 21.* ibi: *de hujuſmodi truffatoribus plurima deceptorum genera temporibus noſtris geſta, tibi dicere poſſem, ſed non ſunt ædificatoria.* Truffator etiam eſt fingens doloſè ſe bonum ad aliquem decipiendum. Cæſarius *lib. 6. c. 21.* Et ità truffatores dicti confingentes falſa miracula ad extorquendam pecuniam.

1320 Fingere falſa miracula ob turpem quæſtum, truffa eſt.

Niam. *lib. 2. c. 26.* ubi faciebant ſudare cruces lateritias oleo effuſo, anno Domini 1400. ubi Raynaudus *n. 5.* qua ratione truffare quandoque eſt doloſè decipere. Cæſarius *lib. 2. hiſtoriarum c. 25.* ibi: *diligentiſſimè cogitans, qualiter liberaret puellam, hujuſmodi truffam invenit.* Sic Cacodæmon jactans ſe decepiſſe Monachos, dicitur truffaſſe. Cæſarius *lib. 5. c. 29. in fine.* ibi: *ſatis ibi truffavi.*

1321 Truffator dicitur impoſtor.

Unde truffator dicitur à Cæſario *lib. 6. c. 21.* fingens ſe bonum, & fugiendo clam aſportans.

Truffator etiam dicitur impoſtor. Laurentius *in amalthea ænomaſtica*, ut dicitur etiam truffator fingens falſa miracula ad extorquendam pecuniam.

1322 Quid ſit exponitur.

Truffa ergo eſt rem ſibi juſto titulo traditam reſtituendam, nolle reſtituere; in quo differt à furto injuſta contrectatione exiſtente, & ſic recipiens rem titulo commodati, depoſiti, pignoris, curationis, detentionis, mandato de deferendo rem alteri, ſi illam rem extantem nollit reſtituere, truffator eſt: ſi verò deindè re utatur, eſt fur uſus, truffator rei. Truffator non fur rei, quia rem non contrectat: Sed eſt fur ratione uſus rei, qui uſus cùm ſit facti contrectatur. *l. ſi quis uxori. 53. § Julianus. D. de furtis. l. ſi is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dediſſe proponis, parva quantitate numerata, reliquam in uſus ſuos convertit, furtum facit. C. de furtis. l. ſi mandavero il 2. §. ſi tibi centum dedero, ut eam Tito dares, tuque non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati, & furti teneri te Proculus ait. D. mandati. l. ſi pignore. §. 1.* ibi: *ſi pignore creditor utatur, furti tenetur. D. de furtis.*

1323 Negans receptum mutuum, truffator eſt.

Sic etiam merus truffator eſt, qui mutuum receptum negat; nam hic non eſt fur, nec in re, nec in uſu, ſed nolens reſtituere injuſtè delinquit decipiendo, & ſic truffando proximum.

Dices: ejuſdem ſpeciei eſt accipere, & retinere. *l. crimen non diſſimile eſt rapere, & ei qui rapuit, raptam rem ſcienter ſervare. 9. C. ad legem Juliam de vi publica*; ergo ſi non eſt truffator accipiendo, nec retinendo.

Reſpondetur, poſſe eſſe juſtam acceptionem, & injuſtam negationem debiti, & conſequenter injuſtam detentionem, & ſic non delinquit accipiendo, & delinquit retinendo: ut patet in illo, qui rem mutuo, pignoratam, commodatam accepit, & reſtituere negat.

Truffator ergo punitur ad inſtar furis, & eſt infamis. Sanfelicius *lib. 1. dec. 42. n. 1.* & *ſequenti.* Bajardus ad Clarum *q. 70. n. 3. & 5.* Farinac. *criminalium q. 19. n. 29.* Decianus *lib. 2. conſ. 93. n. 30.* 1324 Eſt infamis, & punitur. pœna furis.

Et poteſt etiam fuſtigari cum diademate ignominioſè. Scandarolus *lib. 1. de viſitatione carceratorum c. 3. n. 6. & 7.* Thorus *rerum judicatarum caſu 33. n. 2.* dicens *n. 3. & 5.* quòd debet puniri criminaliter arbitrariè, confundens truffam cum dolo malo. 1325 Et poteſt fuſtigari ignominioſè.

Sed gratis, nam magis latè patet dolus malus, quàm truffa; cùm poſſit eſſe dolus ſine truffa, ut patet in illo, qui dolo aliquem necat, licèt non poſſit eſſe truffa ſine dolo; cùm truffa ſemper imbibat proximi deceptionem, quæ deceptio dolus eſt. *l. 1. §. dolo. D. de dolo malo.* Gramm. *conſ. 68. n. 3.* 1326 Magis latè patet dolus, quam truffa.

De injuſta Invaſione, Dejectione, Expulſione.

CAPUT IV.

INvaſio eſt delictum à furto, rapina, truffa diverſum, & verſatur circa rem ſtabilem, quæ invaditur quandoque dejiciendo, quandoque non dejiciendo juſtum poſſeſſorem, ut ſi ſimul cum illo poſſidere velit. Si ejicitur, eſt invaſio cum ejectione, ſi non ejicitur, eſt ſola injuſta invaſio, non furtum. *l. vulgaris. 21. l. ſi quis 53. l. ſi quis. 85. l. quamvis. 86. D. de furtis. l. in eadem 3. §. eadem. D. ad legem Juliam de vi publica. l. ſi quis aliquem dejecerit ex agro ſuo. D. de vi privata. l. in poſſeſſionem. 5. C. de vi publica, vel privata.* 1327 Invaſio eſt circa rem ſtabilem, & differt à furto, rapina, & truffa.

Et ſic contra iſtos non datur actio furtiva, nec rapinæ, ſed interdictum *unde vi*, & interdictum *ne vis fiat. l. verum 40. D. de furtis.* Corradus *rubr. de furibus n. 9.* 1328 Datur actio *unde vi*, & *ne vis fiat*.

An in fructibus rei ſtabilis injuſtè invaſæ; vel in acceptione lapidis, cretæ ex illo fundo ſit furtum?

DIſtinguas: vel adhuc ſolo inhærent, cohærentque: vel à ſolo ſeparantur ab injuſto invaſore. 1329 Non eſt furtum in fructibus rei ſtabilis injuſtè invaſæ ſolo cohærentes.

Si primum, non eſt furtum; quia inter ſtabilia accenſentur, ex regula: fructus pendentes ſunt pars prædii.

Si verò ſeparentur; tunc eo ipſo contrectatione illa eſt fur injuſtus invaſor. *l. ſi ſervus. §. ſi olivam. D. ad legem Aquiliam. l. qui ſcit in principio. l. videamus. D. de uſuris. l. qui ſervum. §. ſi is, cui. D. de actionibus, & obligationibus. l. ſi alios. §. non tamen. D. quod vi, aut clam. l. 1. §. furtum. l. ſi creta. 59. l. ſi is, qui rem. §. fur. l. inficiando. 69. §. ſi colonus. l. fullo. 84. §. frugibus. l. verum, qui ius. D. de furtis. l. ſi in aliena. D. de rei vindicatione.* 1330 Secùs ſi à ſolo ſeparentur.

Nec officit textus *in l. juſſio. §. & ſi poſſe. D. de uſucapionibus. l. ſi vas. §. ancillam. D. de furtis. l. videamus. §. genere. D. de uſuris. l. malæ fidei. D. de actionibus, & obligationibus. l. 2. C. de infantibus expoſitis. l. 4. §. 1. D. ſi certum petatur.* 1331 Explicantur plures leges.

Nam intelliguntur de illo, qui ab initio fuit in mala fide; nam inſpecto principio, videtur contrectare fructus in bona fide, & ſic non præſumitur fur fructuum ex fundo ab initio bona fide poſſeſſo. *l. juſto. 44. §. & ſi poſſeſſionis. D. de uſucapionibus.*

De injuſta Damnificatione.

CAPUT V.

DAmnificatio dicta eſt à diminutione, ſeu ab extinctione, ſeu deperditione patrimonii. 1332 Unde dicta damnificatio

monil. *l.damnum.3.D.de damno infecto.l.deperditum. D.de petitione hæreditatis.*

1313 Damnificatio, aut eſt damnum illatum, aut damnum infectum:

Damnum, ſive damnificatio eſt duplex. Primum, *damnum illatum*. Secundum, *damnum infectum*, ſed imminens. *l.Prætor.17. §.hoc edictum. D. de damno infecto*; agendum de utroque: & primo:

De Damno illato.

CAPUT VI.

1314 Quid ſit dãnum illatũ oſtenditur.

DAmnum *illatum* idem, ac *damnum datum*, deſtruendo, vel diminuendo alterius patrimonium. *l.damnum 3.l.prætor.7. §.hoc edictum. D. de damno infecto. l. qui ædes 9.* ibi: *noxam ſarcire jubetur. D.de incendio, ruina, & naufragio*: & damnum dicitur illatum ſemper ac minuitur, deperditur alterius patrimonium incendio, naufragio, anchoras ſcilicet ſcindendo, malis artibus turbines excitando, ruinas effodiendo, ut ædificium alterius corruat, impoſturas ordiendo, in lites injuſtas alium immittendo, quibus diſpendium fortunarum faciat, & aliis modis per ſe, per ſuos ſervos, per animantia, & cætera alterius bona invadendo, quod eſt flagitium diſtinctum ab omnibus prædictis. *c.ſi egreſſus ignis 5. c.ſi quis 6.de injuriis, & damno dato.l.quo.3. §.an tamen lege Aquilia. D.de incendio, ruina, & naufragio.* Et ſecundum diverſitatem damni illati damnificans convenitur *de dolo, lege Aquilia, edicto prætoris, de incendio, ruina, naufragio, actione noxali, de pauperie, &c. l. prætor. 7. §. hoc edictum. D. de damno infecto. c.ſi culpa 9.*ibi: *niſi in dando poſſis damnum.de injuriis, & damno dato.*

Ex caſu fortuito.

1315 Si damnum ſit illatum caſu fortuito, nemo de illo tenetur.

DE damno dato nemo tenetur. *l.fluminum 24.§.vitium.* ibi: *de damno dato non poſſe agi, ſi quid fortè terremotu, aut vi fluminis, aliove, quo caſu fortuito acciderit. D. de damno infecto*, & in actione noxali, aut de pauperie ex damno facto à ſervo, & animanti, etiam fortuitò, ob negligentiam fortè præſumtam, vel ut cautiùs Domini invigilent in frænandis rebus propriis, nè alii damnum patiantur.

De omnibus iſtis actum ſuis locis. hìc.

De Damno illato incendio, ruina, naufragio?

§. I.

1316 Dolo malo excitans incẽdium, ruinam, vel naufragium faciens, tenetur de dãno illato.

DOlo malo excitans, ſuvens, conſulens &c.hujuſmodi comburendo, effodiendo, anchoras, & clavos tollendo, vel arte magica naturali, aut ſuperſtitioſa, damnum injuſtè inferr. *l.prætor 1.* ibi: *damnive quid in his rebus dediſſe dicetur, & l.quo.3.*ibi: *dolo malo damnum datum ſit. §.Senatus Conſultum. D. de incendio, ruina, & naufragio. c.ſi egreſſus 5.c.ſi quis 6. de injuriis, & damno dato.c.peſſimam 23.q.8.*

1317 Eſt contra Juſtitiam, & caritatem.

Eſt lethale contra juſtitiam, vel etiam contra caritatem.

Contra juſtitiam ſemper, quia ſemper lædit jus alterius injuſtè. *c. 2. 3. 5.7.8. & 9. de injuriis, & damno dato.* Sicque ſunt reſtituenda omnia damna; impenſas reſtitui etiam oportet, unà cum lucro ceſſante pro utroque foro. *l.qui ædes 9.v.ſi verò.D.de incendio, ruina, & naufragio. c.ſi egreſſus 5. c.ſi quis 6.* ubi Soccinus *n.18. de injuriis, & damno dato.* Cynus in *l.data opera 11.§.& hæc vera.C.de his, qui accuſare non poſſunt.*

Peccat etiam contra caritatem, ſi ex odio damnificet; nam odium eſt peccatum contra caritatem.

An teneatur de damno illato, qui imminente, conflagrante domo inter medium ædificium deſtruit, nè eius prædium comburatur?

NEga: nec peccat jure defenſionis licito, diſſipans inter medium ædificium, quo incenſo, ſuum conflagraret. *l.quo naufragium 3. §.quemadmodum ergo procedit, quod Labeo ſcribit, ſi defendendi mei cauſa vicini ædificium, orto incendio, diſſipaverim*, & ibi: *cùm enim defendendarum mearum ædium cauſa fecerim: utique dolo careo; puto igitur verum non eſſe, quod Labeo ſcribit. An tamen lege Aquilia agi, cum hoc poſſit? & non puto agendum. Nec enim injuria hoc facit, qui ſe tueri voluit, cùm aliàs non poſſet, & ita Celſus ſcribit.D.de incendio, ruina, & naufragio.* Idque fortiùs ſi prætore jubente illud agat. *l.ſi quis fundo. D. ad legem aquiliam.* Angelus de maleficiis.v.*incendiarius n.10.*Gayllus *obſervat. 22. n.3.* Maſcardus *lib.3. de probation. concl.892.n.6.* 1318 Non tenetur de damno illato, qui deſtruit ædificium intermedium, nè ſua domus incendio comburatur.

Et id etiam extraneo licere ad conſulendum bono publico, ſi aliàs ſerpens incendium inextinguibiliter vorabit continentia ædificia. Soccinus in *c.ſi quis.n.54.de injuriis, & damno dato.*

Incendiarii Pœna.

§. II.

VEl incendium eſt ex culpa, vel ex dolo excitatum, vel ex caſu fortuito. 1319 Incendium excitans ex culpa lata punitur mitiùs.

Ex caſu fortuito numquam tenetur. *l.ſi fortuitò incendium factum ſit, venia indiget 11. D. de incendio, ruina, & naufragio.*

Ex culpa lata punitur, licet mitiùs; quia eſt dolo proxima. *d.l.ſi fortuitò.* ibi: *niſi tam lata culpa fuit.l.qui ædes 9.D.de incendio, ruina, & naufragio.*

Dolo comburens, ſeù incendium excitans. 1320 Si dolo, ordinariè punitur juxta delicti ſpeciem.

Diſtinguas: vel incendit domum frumentariam, vel aliter in Civitate incendit.

Si domum frumentariam unà cum frumento incendio depopulatur dolo; tunc verberatus comburitur. *l.qui ædes 9.D.de incendio, ruina, & naufragio.*

Si incendium in Civitate excitet vilis, beſtiis ſubjicitur, nobilis in Inſulam deportatur, aut capite minuitur. *l.licere 12.D.de incendio, ruina, & naufragio.*

Aliter incendiarius arbitrariè punitur inſpecta conditione perſonæ, quantitate, & qualitate incendii, & rerum incendio conſumtarum, ad mortem, ad beſtias, ad triremes ad Inſulam, vel leviori pœna. Enim verò ut injuria, damnum ſecundum circumſtantias variatur, ità pœna variari oportet. *l. padias 4.* ibi: *in hujuſmodi cauſis ex perſonarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ, ne quid aut duriùs, aut remiſſiùs conſtituantur, quàm cauſa poſtulabit. D.de incendio, ruina, & naufragio.l.qui ædes 9. l.fin. §. data opera. D. de incendio, ruina, & naufragio. l. 1. l.ſi quis dolo 10. D. ad legem Corneliam de ſicariis. l.capitalium 28. §. incendiarii. §.qui ob inimicitias. D. de pœnis. l.data opera 11.C.de his, qui accuſare poſſunt.* Menochius 2. *de arbitrariis caſu 390. n.1.,& 25.* Vivius *opin.439.n.1.*

Unde nunquam eadem pœna debet puniri culpa, negligentia, joco, ac dolo incendens; nam minus delinquit unus, ac alter: ſicque fuit damnatus ad biennales triremigiales labores com-

comburens larvati hominis ſtuppeam barbam. Grammaticus *dec.3.n.*16. Vulpellus *conſil.*150. Bartolus *in l.1.D.de incendio, ruina, & naufragio.* Cephalus *conſil.*362.*n.*8.Franciſcus Marcus *p.2.dec.*417.*n.*2.videlis *leg.*3.*§.*5. *D.de offic. præf. urbis.*

1341 Ex culpa leviſſima nemo tenetur, & evitat has pœnas.

Et ex culpa leviſſima nemo tenetur, quia gravem exigit textus in *l. ſi fortuitò* 12. *D. de incendio, ruina, & naufragio*: niſi res exigat diligentiſſimam cuſtodiam, & circumſpectionem. *l.contractus* 24.*D.de regulis juris.*

Jure Canonico.

1342 Incendens locum ſacrum eſt excomun. non ſacrum eſt excommonicandus, & ſi eſt denunciatus, à Papa abſolvitur.

INcendens locum ſacrum eſt excommunicatus, locum non ſacrum eſt excommunicandus, & excommunicatus denunciatus à Papa abſolvitur. *c. tua nos. de ſententia excommunicationis. c. cum devotiſſimam* 8. *ubi gloſſa. v. ſi vero* 32.*q.*2. *c.ſi quis Eccleſiam* 17.*q.* 4. Navarrus *c.*57.*n.*100.Qua pœna non ligantur Clerici incendiarii non expreſſi in illis pœnalibus exprimendis, ſeù non comprehendentibus non expreſſa. Diaz *in praxi Canonica. v.incendiarius c.* 505. ubi Lopez contra Follerium *in pract. crimin. canon. c.* 25. & ſic Clericus arbitrariè punitur, Jodochus *in pract.c.*103. *n.*13. Franciſcus Marcus *p.2.dec.*417.Decianus *crimin.lib.*6. *c.*24. *n.* Eiſdem pœnis puniuntur cooperatores ope, conſilio, auxilio. *c. peſſimam* 32. ibi: *conſilium, auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur.*23.*q.*8.

1343 Clerici incendiarii his pœnis non ſubduntur, ſed arbitrariè puniuntur.

1344 Incendiarii non abſolvuntur, niſi refectis damnis.

Nec abſolvuntur, niſi refectis damnis. Diaz *in praxi* v.*incendiarii n.*105.

Actiones contra Incendiarios.

§. III.

1345 Contra incendiarios datur condictio, & edictum Prætoris de incendio, ruina, & naufragio.

MUltæ. Prima *condictio* ex decretali in *c.ſi quis domum* 6. *de injuriis, & damno dato.*

Secunda datur *edictum Prætoris* de incendio, ruina, & naufragio. *l. prætor.* 5. *D. de incendio, ruina, & naufragio.*

1346 Atque actio legis Aquiliæ.

Tertia eſt actio *legis Aquiliæ*. *l.* 1. *D. ad legem Aquiliam.* Soccinus in *d.c.ſi quis domum* 6. *n.*56. Joſeph Ludovicus *dec.peruſina* 25.*n.*4.*p.*1.

Naufragium.

§. IV.

1347 Quid ſit, & unde eveniat naufragium.

EST damnum dolo illatum, ſi quis data opera funes excidit, vel clavos extrahit, ut ſoluta tabularum compagine naufragium navis patiatur: vel aliquid clavo aperiat, ut aqua ingrediente navis deprimatur. Culpa autem id facit, cujus negligentia navis naufragium patitur,& edictum de damno dato locum habet, ſi dolo naufragium fiat. *l. quo.* 3. *§. quod ait prætor.D.de incendio, ruina, & naufragio.* Itaut ex caſu fortuito, nunquam teneatur.*l.evenit* 6. *l. fluminum* 24. *§. ultim.* ibi: *de damno dato non poſſe agi, ſi quid fortè terremotu, aut vi fluminis, aliove quo caſu fortuito acciderit. D. de damno infecto.*

1348 Si dolo eveniat naufragium, datur actio de dãno dato.

Res ex naufragio.

§. V.

1349 Res naufragatæ ſunt domini, & nequit illas ſurripi.

NOn poſſunt ſubripi, niſi animo conſervandi illas domino, & conſequenter ſunt illius, cujus erant ante naufragium. *l. ſi quando* 1. *l.* 2. *C. de naufragiis lib.* 10. *l. nequid. l. fin. D.de incendio,ruina,& naufragio.*

Fiſcus an habeat bona naufraga?

1350 Non ſunt fiſci bona naufraga.

NEga. *l. ſi quando* 1. ibi: *fiſcus meus ſeſe non interponat, quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate,ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? lib.* 10. *C.de naufragiis.* Si verò dominus deſit, ex aliis tradendis principiis decidenda res.

1351 Secùs ſi deſit dominus.

Cauſa Naufragii.

FIt levato velo, ſcilicet ſummariè.*l.de ſubmerſis.* 5.*C.de naufragiis.l.*10. 1352 Cauſa naufragii eſt ſummaria.

Bona naufraga cujus ſint?

DIſtinguas: vel ſermo eſt de bonis naufragio amiſſis, & jam derelictis, vel de bonis non adhuc derelictis. 1353 Bona naufraga derelicta à domino,& à fiſco, ſunt nullius

Si de bonis jam derelictis, ut ſi Dominus etiam Fiſcus illa bona nolit quærere, nec quæſitus Dominus inveniatur; tunc ſunt nullius. *l.*1.*D.pro derelicto*, danturque occupanti.

Si bona non adhuc ſint derelicta, quia dominus poteſt, & vult illa quærere, vel vult ſibi reſtitui, & ab inventore conſervari, ut ei reſtituantur: tunc remanent ſub dominio illius, qui erat dominus ante naufragium. *l. ſi quando* 1.*& 2.C.de naufragiis.lib.*10.*l.ne quid. l.fin. D. de incendio, ruina, & naufragio.* 1354 Secùs ſi dominus ea nõ derelinquit.

Sed tù melius diſtinguas: vel dominus rei naufragæ, erat hoſtis, vel non erat hoſtis. 1355 Niſi dominus fuerit hoſtis.

Si non erat hoſtis; tunc ei ſunt bona conſervanda, *l.*2.*C.de naufragiis lib.*10. Ponte *dec.*21. *num.*10.Maſtrill.*de magiſtratibus lib.*3. *cap.*10. *n.*395.Gayllus *lib.*1.*obſervat.*18., Guttierez *lib.* 2. *Canonicarum cap.* 9. *§.* 20. Corziada *dec.* 39. *n.* 25. dicens rejiciendam omnem contrariam conſuetudinem.

Patet ex *l.*1.*& 2.C.de naufragiis lib.*10. auth. *navigia.C.de furtis.* Nec Fiſcus aliquid juris in illa re acquirit, nec debet ſibi compendium moliri ex aliena demoliente calamitate. *l. ſi quando* 1. ibi: *Fiſcus meus ſe ſe non interponat: quod enim jus habet Fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? C.de naufragiis lib.*10.

Si verò ſit naufragium hoſtium, tunc eſſe Fiſci tanquam bona vacantia,ait Corziada *tom.*1. *dec.*39.*à n.* 59. *ad* 27. cum Montano *de Realib. tit.bona vacantia n.*6.*l.fin.C.de bon.vacan.lib.*10. 1356 Si bona naufraga erant hoſtium, fiſci ſunt.

Mihi indagandum placuit an durante bello contingat naufragium, nam tunc ſunt præda capientium tanquam militum. *l. quidquid* 28. *D.de captivis, & poſtlim.rev.* Grammat.*dec.*71. Boer.*dec.*578.Maſtrill.*p.*2. *dec.*180. Theſaur.*foren.lib.*2.*q.*98.Cabbedus *dec.*88.*p.*2. Caſtill. *lib.* 2.*dec.*107. 1357 Auctori placet bona naufraga hoſtium tẽpore belli fieri capientium.

Homines verò naufragio capti inbaptizati non fiunt ſervi capientium ex ſpeciali ſtatuto: Licèt capientibus detur certa pars pretii. de Ponte *dec.*21. Ricc. ad Franch. *dec.* 268. Thorus *p.*5.*compendii v. bona hoſtium.* 1358 Infideles capti ob naufragium nõ ſunt capientium.

An in naufragio ſalvans bona ſua ejectis è navi bonis aliorum, & amiſſis, debeat contribuere pro rata rei naufragæ?

AFfirma: patet ex *l.ſi laborante.in fine principii*, ibi: *æquiſſimum enim eſt commune detrimentum fieri eorum, qui pro amiſſis rebus aliorum conſequti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent. D.ad l.Rhodiam de jactu*, ubi ſalvi pro vita libera, nihil debet contribuere, quia homo liber æſtimationem non recipit *d.l.*2. *§. cum in eadem navi*, ibi: *placuit omnes quorum interfuiſſet jacturam fieri, conferre oportere, quia in tributum obſervatas res deberent, itaque dominum etiam navis pro portione obligatum eſſe. jacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportere, corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe. D. ad l.Rhodiam*, ubi in *§.itidem* aſſerit, fieri æſtimationem veſtimentorum, anulorum 1359 Ejectis aliorum bonis,& amiſſis, ſalvans ſua bona,debet cõtribuere pro rata rerum amiſſarum.

Digitized by Google

rum homiois liberi: non autem fieri æſtimationem rerum impoſitarum in navi cauſa manducandi; nam ſi hæc cibaria deficerent, pro illis cibariis, deberent oavigantes in communi conferre.

1360 Si redimatur navis ab hoſtibus, cum rebus extantibus, participantes in eis debent contribuere.

Rurſus, ſi navis redimatur ab hoſtibus unà cum rebus, quæ in illa extant, debent navigantes contribuere, quia participant ex illis rebus *d.l.2.§.ſi navis.D.ad l.Rhod. de jactu.*

Pro rebus aoiiſſis naufragio, qoi ſuas cooſervarunt, debent contribuere, conſiderato quod amiſſum eſt, non quod potuerint magis res amiſſæ vendi, quia contribuitur nè damnum patiantur, non verò ut lucrentur. *l.2.§.eadem navis. D.ad l.Rhod. de jactu.*

1361 Valor rerum amiſſarum debet contribui, non quantū vendi res potuiſſent.

Inſuper conſideratur res non ut emta eſt, ſed quaoti vendi poteſt. *d. l.2.§.ſi navis. in fine.*

Ratio omnium eſt, quia lucrum reportans ex alterius damoo contribuere debet. *l.1. D. ad l. Rhod.* ibi: *omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus factum eſt. l.metum. §. ſed hic. D. quod metus cauſa. l.impenſæ. D. de verb. oblig.*

Sed quid dicendum:

Si poſt contributionem res naufragio amiſſæ recuperentur?

1362 Si verò res amiſſæ naufragio recuperentur cōtribuunt etiam qui recuperant ſuum.

DIcas tunc contribuentes recuperare, quod dederont proportionaliter. *l.2. §.ſi res. D. ad l.Rhod.*

An illi quorum merces ſunt ſalvæ cum damno navis: puta ſi arbor navis projiciatur nè periclitetur, an inquam iſti debeant tale damnum reparare?

1363 Debet reparari damnū ob quod ſalvæ factæ ſunt res.

AFfirma. *l.cum arbor 3. D.ad l. Rhod.* ſemper enim quis non debet alterius damoo locupletari *d.l.cum arbor 3.& l.2. §.ſi conſervatis, & l. amiſſa 5. §. arbore ceſa ut navis cum mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis locum habebit. D.ad l.Rhod.*

An quod à Piratis emtum eſt, ex aliorum bonis conſervatis ſarciendum ſit?

1364 Secùs ſi aliquid ematur à piratis.

NEga. *l.2.§.ſi navis. D.ad l. Rhod.* quia tunc res, quæ remanet, non ſalvatur ex rebus ſublatis à Piratis.

Pœna ſurripientium bona ex naufragio, ruina, incendio.

§. VI.

1365 Surripiens bona ex naufragio, ruina, incendio intra annum tenetur in quadruplū, poſt in ſimplum.

EſT de jure civili intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum, ſi dolo malo ſubripiat. *l.prætor.1.l.quo 3.§.nam ſi dolus. D.de incendio, ruina, & naufragio. c. ſi culpa 6. de injuriis, & damno dato*, & comprehendit non tantùm capientem res naufragas, ruina, inceodio conſumtas, vel ejectas, ſed etiam ex adjacentibus prædiis occaſione incendii confluentibus flagitioſis *d.l.prætor.1. §.ex incendio. D.de incendio, ruina, & naufragio.*

Non tameo comprehendit edictum accipentes res naufragas alio tempore, vel loco, vel ex littore rem naufragam jacentem poſt jam factum naufragium, ut ait textus in *l.1. in fin. in l.& loco 2.in l.quo 3.l.ſi quis ex naufragio.5.* ibi: *jacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit; ſi quis abſtulerit: plerique idem putant; quod ita verum eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſit: alioquin ſi in ipſo naufragii tempore id acciderit, nihil intereſt, utrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragio. D.de incendio, ruina, & naufragio.*

Jure Canonico.

1366 Jure canonico ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.

ERat excommunicatio non reſervata contra rapientes res naufragas in *c. excommunicationi. de raptoribus.*

Deindè anniverſario anathemate percuſſi diripientes res naufragas in *Bulla Cœnæ*, eſt reſervata Papæ. Originem habuit à Gregorio XIII. quia ad Rupellam naufragio fractorum bona diripiebantur ab occurrentibus. Billius *lib.1. obſervationum ſacrarum c. 6.* idque ſtatutum nè ex infortuniis pravi homines compendium facerent: Excommunicantur autem in Bulla Cœnæ ſubripientes bona naufragantia Chriſtianorum, ſive in mari, ſive in navibus, ſive in littore inventa. Verba Canonis ſunt: *Item excommunicamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunq; navibus tempeſtate, ſeù in tranſverſum, ut dici ſolet, jactatis, vel quoque modo naufragium paſſis, ſivè in ipſis navibus, ſivè ex eiſdem ejecta, mari, vel in littore inventa, cuiuſcumque generis bona, tam in noſtris Thirreni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcumque maris regionibus, & littoris ſubripuerint.*

1367 Colligentes iſta bona, ut dominis ſervent, non ſubjacent huic cenſuræ.

Hanc cenſuram primo non incorrunt colligentes bona, ut dominis ſerveot; nam id ſubripere non eſt. *l. falſus creditor 44. §. qui alienum, D.de furtis.* Gabriel à S.Vinc. *de cenſuris diſp.4.n.29.in fine.*

1368 Nec accipiētes bona hæreticorum.

Secundo, nec illam contrahunt ſubripientes ex naufragio hæreticorum; nam hæretici in odioſis, non in favorabilibus nomine Chriſtiano accenſentur. *c. ſicut. de hæreticis.* Bonacina *diſp.1.q.5. punct.3. n.5. in fin.* Duardus *in Bulla Cœnæ can.3.q.3.n.6.*

1369 Nec ſi res ſit intra tres ſcutos.

Tertio, licèt peccent mortaliter, nec ſunt excommunicati ſubripientes infra tres ſcutos aureos, quia ex *Trid.ſeſſ.25. de reform. c.3.* excommunicatio pro re perdita, niſi magni momenti, nequit ferri. Sayrus *lib. 1. de cenſuris c.9. n.33.* Gabriel à S. Vinc. *loc.cit. num. 211.* Duardus *loc.cit.can.4.q.11.*

1370 Aut pro derelicta ſit habita.

Quarto, nec excommonicatione ligatur accipiens rem naufragam, poſtquam pro derelicta eſt habita; nam tunc accipit rem nullius: ſicque nulli faciens injuriam, non peccans, non eſt excommunicatus. Cenſetur autem res naufraga derelicta, quando nec per ſe, nec per alium dominus curat bona recuperare, recolligere: vel quia impenſæ pro recolligendo ſuperant rei valorem; tunc enim rem ſibi inutilem cenſetur derelinquere. Idem eſt ſi res ejectæ ſint facilè perituræ, vel recuperatu difficiles valdè. *l.ſi quis.5.§.jacentem.l.pædius 4.* ibi: *nam plurimum intereſt, peritura collegerint, an quæ ſervari poſſint, flagitioſè invaſerint. D.de incendio, ruina, & naufragio.* Sayrus *lib. 3.c.8.n.9.* Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.n.212.*

Damnum Infectum.

CAPUT VII.

EX facto ad infectum imminens damnum maturet oratio.

Quid ſit.

§. I.

1371 Damnum infectum eſt ex rebus alienis damnum imminens proximè.

INfectum imminens damnum eſt ex alienis rebus, ſivè alienæ res ſint prædia, ſivè facta damnificantia in actu primo proximo. l.1. l.damnum. 2.l. 3. l.4. l.prætor 7. §. hoc edictum. D.de damno infecto.

At ſit peccatum non impedire damnum infectum praviſum?

1372 Non impedire damnũ imminens praviſum, eſt peccatũ.

EſT peccatum contra caritatem, ſi poteſt impediri ſine gravi onere; nam unuſquiſque tenetur, quando poteſt impedire ſine gravi onere; nam unuſquiſque tenetur, quando poteſt ſine gravi onere proximo damnificando ſuccurrere.

1373 Non eſt contra juſtitiam, quia homo non eſt cauſa.

Non peccat contra juſtitiam, quia ipſe non eſt cauſa damni, ſed ſuum ædificium natura ſua corruens. Raynaudus *lib. 3. de virtutibus ſect. 3. c. 6. n. 210.*

Verùm etiam forenſibus conſulamus in re valdè difficultatum ambagibus involuta, & ſic primo inquiramus.

Qui, & quando teneatur de damno infecto.

§. II.

Requiſita, ut quis teneatur de damno infecto.

1374 Ut quis teneatur de damno infecto, requiritur Judicis juſſio, ut illud avertat.

REquiritur primo ut ei judicialiter mandatum ſit, ut caveat de damno infecto; ſicque requiritur juſſus Judicis, ut damnum imminens avertat. *l. 1. l. dies 4. §. hoc autem judicium certam conditionem habet, ſi poſtulatum eſt: cæterum qui non poſtulavit, experiri non poteſt: poſtulare autem propriè hoc dicimus pro tribunali petere, non alibi. D. de damno infecto.*

1375 Et ſi nolit, aut nequeat, mittitur in poſſeſſionem cui cavendũ de damno.

Et ſi nolit, vel nequeat cavere; tunc ille, cui cavendum eſt, mittitur in poſſeſſionem rei, ex qua damnum imminet. *l. cum emtor 38. §. ſi agri. in fine. l. inter 39. § ſi domus. l. cum poſtulaſſem 44. l. 4. §. ſi infra. l. bona fide 13. §. ſi quis, quia l. 9. l. quamvis 10. l. 23. l. ſi finita 15. §. ex hoc edicto. §. ſi plures. D. de damno infecto.*

1376 Si cui immineret damnũ ſit juſte impeditus, tenetur damnum reſarcire dominus ædium.

Sed ſi ille, cui imminet damnum juſto impedimento detentus: puta abſentia cauſa reipublicæ, vel ob anguſtiam temporis nequivit exigere cautionem, tunc tenetur dominus ædium unde damnum pullulat, aut damnum ſarcire, aut ædibus carere, ut loquitur lex *hoc amplius. 9. in princ. D. de damno infecto.* Juſtè autem impedito ſuccurrendum. *l. quod forte. 8. D. de damno infecto.*

1377 Ut quis teneatur de damno, debet eſſe in dolo, vel culpa.

Tertio requiritur, ut ſit in dolo, vel culpa; nam monitus, nolens damnum avertere, in dolo, ſi data opera, vel culpa, eſt, ſi negligentia damnum non impediat.

Cautio de damno infecto quid contineat?

1378 Cautio de damno infecto continet indemnitatem, cui imminet damnum.

COmprehendit, ut ſe obliget de indemnitate illius, cui damnum imminet, ſicque omnia damna emergentia, & lucrum ceſſans reparare tenetur. *l. 1.* ubi Angelus *l. 2. l. 7. l. fluminum 24. l. in hac 28. l. ſed etſi 29. D. de damno infecto.*

Et ſic ſi ob periculum imminentis damni ex vicino ædificio, nequeat locare domum, Hoſpitium, ad hujuſmodi damnum reparandum tenetur vi cautionis de damno infecto. *l. in hac 28. l. ſed etſi conducere hoſpitium nemo velit propter vitium. 29. D. de damno infecto*, ubi vicinus poteſt fulcire domum, nè corruat, expenſis domini domus ſecùs corruentis.

An comprehendat damna fortuita irreparabilia?

1379 Non comprehendit iſta cautio damna fortuita irreparabilia.

NEga; itaut nequeat peti cautio damni infecti ob fortuitos eventus, terremotus, inundationis, tempeſtatis, ſi ex iſtis cauſis domus, pro qua cavit, corruat. Nemo enim debet de re irreparabili accenda cavere. *l. fluminum 24. §. vitium. §. quamquam.* ibi: *ſi prohibere potuit, committitur. §. item apud.* ibi: *ſi ex agro vicini arbores vi tempeſtatis confractæ in meum agrum deciderint. §. idem ſervius.* ibi: *nec loci vitio factum ſit. l. damni 43. D. de damno infecto.* At ſi domus corruens vetuſtate, vel alio vitio damnificet, cautio damni infecti locum habet. *l. fluminum 24. §. idem ſervius. D. de damno infecto.*

Secundo, cautio non comprehendit damnum contingens ante petitam cautionem. Sed nequit tollere rudera ſuæ domus dirutæ ex alieno ſolo, niſi omnia; & volens tollere, poteſt excipi, primo ut tollat omnia, aut pro derelictis habeat, & de damno infecto, & facto, aliàs rudera non tollat. *l. evenit. 6.* ubi Angelus *l. prætor 7. §. unde quæritur. D. de damno infecto*, ubi vicinus compellitur tollere rudera, vel omnes ædes pro derelicto habere. 1380 Nec damnũ contingens ante petitam cautionem.

Tertio, cautio non comprehendit damnum imminens ex re perſonis, ex. gr. non poteſt quis petere cautionem damni infecti ſuæ perſonæ manentis animi gratia ante ſuam domum, vel aliquid agentis. *l. qui bona fide 13. §. qui damni. v. cæterum, neque ei, qui in meo ambulet, neque ei, qui in meo lavet, vel in mea taberna divertat, caveri debet.* ubi Imnola *D. de damno infecto.* Angelus *in l. ad curatoris 46. n. 2. D. de damno infecto.* 1381 Nec damnũ imminens ex re perſonis.

Ibi autem ambulantes poſſunt implorare officium Judicis, ut dominus ædificium deponat, vel reficiat, itaut tranſeunti, aut commoranti nocere nequeat; quia reipublicæ intereſt Civitatem ruinis non deformari, & ædificia reparari, nè Cives damnificentur. id enim bonum publicum reſpicit, ſicque eſt intra latitudinem meri Imperii. *l. ad curatoris reipublicæ officium ſpectat, ut diruta domus à Dominis extruantur 46. D. de damno infecto.* ubi Angelus *l. ſi ut proponis. C. de ædificiis privatis. l. præſet. D. de offic. præſidis.* 1382 Tranſeuntes poſſunt judicem interpellare, ut domus ruinoſa deponatur, vel reficiatur.

An cautio debeat continere certum tempus, & tranſeat ad hæredem?

AFfirma: nam debet continere tempus in fieri, intra quod damnum poſſet contingere, ſed determinatum Judicis arbitrio. *l. bona fide. 13. §. fin.* ibi: *huic ſtipulationi debet dies eſſe inſertus, intra quem, ſi quid damni contigerit, cautio locum habet: neque enim in infinitum obligatus eſſe debet. & l. in cauſa. 14. D. de damno infecto.* 1383 Cautio debet cõtinere certum tempus.

Quæ obligatio tranſit ad hæredem, & reficiendæ ſunt penſiones amiſſæ, etiamſi domus non corruat; nam ſatis eſt timor probabilis ruinæ vicini ædificii, ratione cujus nequeat locare ſuam domum. *l. fluminum. 24. §. adjicitur. l. in hac. 28.* ubi Angelus *D. de damno infecto.* 1384 Hæc obligatio tranſit ad hæredes, & penſiones amiſſe ob probabilem ruinam ædificii sũt reficiendæ.

An cautio comprehendat tantùm damna futura?

AFfirma; quia ſi damnum jam exiſtat, repeti nequit hac actione, ſed repetitur propria actione noxali, de pauperie, &c. *l. Prætor. 7. §. hoc edictum proſpicit damno nondum facto, cùm cetera actiones ad damna, quæ contingerunt, ſarcienda pertineant, ut in legis Aquiliæ actione. D. de damno infecto.* 1385 Cautio de damno infecto reſpicit ſolùm damna futura.

An cautio damni infecti contineat omnes expenſas factas in re, cujus damnum timetur?

NEga: ſed continet tantùm moderatas, non immodicas ad jactantiam, ad prodigalitatem: ut ſunt picturæ, tectoria. *l. ex damni. 40. D. de* 1386 Iſta cautio reſpicit expenſas moderatas tantùm.

Digitized by Google

D. de damno infecto. l. quidam. §. fin. D. de ſervitutibus urbanorum prædiorum.

An poſſit peti damni infecti cautio, quando alia actione poteſt ſibi conſulere?

1387 Si aliter poteſt ſibi conſulere, negatur cautio de damno infecto.

NEga; quia hoc remedium, utpotè extraordinarium, ceſſat, quoties adeſt alia via ordinaria. *l. ſi ædibus meis. 32. in fine. l. inquilino non datur damni infecti actio; quia poſſet ex conducto agere, ſi Dominus eum migrare prohiberet. 33. l. utique. 34. D. de damno infecto;* Et ſic habens rem communem, comminantem ruinam, nequit agere de damno infecto contra conſocium; quia ipſe tenetur reficere, & deindè actione pro ſocio, vel communi dividundo, impenſas repetere. *l. ſi ædibus. 32. l. damni. 18. §. 1. & 2. l. qui bona. 13. §. de illo. D. de damno infecto.*

Hinc proprietarius contra fructuarium non habet cautionem damni infecti, ſed ut utatur, & fruatur arbitrio boni viri, & ſic reficiat, & uſusfructuarius, ut ſinat eum uti, frui. Imò proprietarius non poteſt agere de damno infecto contra uſumfructuarium habentem ædes vicinas corruentes, quia habet contra uſumfructuarium remedium, ut boni viri arbitratu his fruatur, ut loquitur lex *damni. 18. §. ei cujus. D. de damno infecto.*

Nolente monito judicialiter cavere, quid agendum?

1388 Monitus, qui non vult cavere de damno infecto, amittit poſſeſſionē rei, quæ datur petenti cautionem.

JUdex mittit illum, qui petiit cautionem damni infecti in poſſeſſionem rei, ex qua damnum imminet. *l. 4. §. ſi intra diem à Prætore conſtituendum non caveatur: in poſſeſſionem ejus rei mittendus eſt. l. hoc amplius. 9. l. quamvis. 10. l. quod bona fide. 13. §. ſi quis quia. l. ſi finita. 15. §. ex hoc edicto. §. ſi plures. l. in ſtipulatione. 23. l. inter. 39. §. ſi domus. l. cum emtor. 38. §. ſi agri in fine. l. cum poſtulaſſem. 44. D. de damno infecto.*

Si mutuò vicinis ruina immineat, mutuò valet peti cautio damni infecti, quæ ſi mutuò denegetur, mutuò unus ponitur in poſſeſſionem alterius ædificii. *l. damni. 18. §. ſi vicinus. D. de damno infecto.*

An nolentes cavere amittant poſſeſſionem totius rei, ex qua damnum imminet?

1389 Si damnum imminet agris in illa parte, cui imminet, immittitur in poſſeſſionem

DIſtinguas: vel ſumus in agro, vel in ædificio.

Si in agro, mittitur in poſſeſſionem partis, ex qua damnum imminet; quia una pars aliam non trahit.

1390 Si imminet ædificio, mittitur in poſſeſſionē totius.

Si ſumus in ædificio, mittitur in poſſeſſionem totius; quia una parte corruente, ceteræ collabuntur, niſi ſit tam vaſtum ædificium, ut una pars incolumis ſine periculo corruendi, altera corruente remaneat, arbitrio Judicis. *l. ſi finita. 15. §. ſi verò. l. cum emtor. 38. §. ſi agri nomine non caveatur: in eam partem agri mittendus eſt, ex qua periculum timetur; ejuſque rei ratio hæc eſt, quod in ædificiis, partes quoque reliquæ à vitioſa parte traherentur: At in agris non idem eſt, ſed dicendum eſt, ut in domibus quoque majoribus interdum cauſa cognita Prætor ſtatuere debeat, in cujus partis poſſeſſionem is, cui non caveatur, mitti debeat. D. de damno infecto.*

1391 Quid ſi ſint plures inæquales Domini.

Si plures ſint ædium inæqualium Domini, quibus ab aliis damnum imminet? Omnes, niſi eis caveatur, mittuntur æqualiter in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto. *l. ex damni. 4. §. ſi plures. l. ſi finita. 15. §. cum autem. D. de damno infecto.*

An extrajudicialiter petens caveri de damno infecto, immittatur in poſſeſſionem, ſi Judicem petere volens domus corruat?

1392 Si quis fuerit in mora de petenda cautione, nō immittitur in poſſeſſionem.

NEga; nam fuit in mora. *l. cum poſtulaſſem 44. in principio. D. de damno infecto,* ſed ſi facta judiciali proteſtatione, & denunciatione, & denegata cautione domus corruat, Judex in poſſeſſionem mittit; ità ac ſi miſiſſet antequam damnum illatum fuiſſet. *d. l. cum poſtulaſſem. 44. in fine principii. D. de damno infecto.*

Quid requiratur, ut acquirat miſſus in poſſeſſionem, ob denegatam cautionem damni infecti?

1393 Ut quis immittatur, & acquirat poſſeſſionem requiritur primum, & ſecundum decretum.

REquiritur primum, & ſecundum decretum. Ex primo decreto mittitur in poſſeſſionem, quæ eſt nuda detentatio aſinina, non eſt vera poſſeſſio. *l. dies 4. §. duas ergo.* ubi Angelus *n. 1. l. ſi finita. 15. § Julianus. D. de damno infecto,* ubi in *§. non autem,* non eſt idem mitti in poſſeſſionem, ac poſſidere; ſed poſſidere eſt, ſi Judex confirmet poſſeſſionem, itaut illa poſſeſſio ex cauſa data, det cauſam præſcribendi. *l. 3. §. fin. D. de acquirenda poſſeſſione,* & ſic ex primo decreto res ei traditur veluti titulo pignoris, nec illam reficere tenetur. *l. ſi finita. 15. §. ſi quis damni. D. de damno infecto. l. is, cui. §. qui legatorum. D. ut in poſſeſſionem legatorum.*

1394 Elapſo anno tollitur à Domino vera poſſeſſio.

Elapſo tempore, puta anno, tollitur à Domino vera poſſeſſio. *l. ſi finita. 15. §. ubi autem. D. de damno infecto,* & incipit poſſidere miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto: & tunc habet cauſam ſufficientem ad præſcribendum per ſpatium longi temporis. *l. ſi finita. 15. §. Julianus. D. de damno infecto,* & ſic ſecundum hoc decretum reddit Dominum inchoativè miſſum in poſſeſſionem, completè factus Dominus deindè ſecuta præſcriptione. *d. l. ſi finita. 15. §. poſtea autem, quam quis poſſidere jure dominii à Prætore juſſus eſt, nequaquam locus erit cautionis oblationi; & ità ait Labeo, ceterum nullus (inanit) rei finis invenietur, & eſt hoc veriſſimum. D. de damno infecto.*

1395 Et præſcripta re reſolvitur hypotheca creditoris anterioris præſētis tempore damni infecti.

Perfecta autem longo tempore præſcriptione rei poſſeſſæ, fit Dominus conſumatè, itàut res ei nequeat auferri à priore creditore hypothecario præſente tempore imminentis damni. *l. is, qui. 12. l. ſi finita. 15. §. ſi qua. v. item quæritur in pignoratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur adverſus eum, qui juſſus ſit poſſidere; & magis eſt, ut ſi neque debitor repromiſit, neque creditor ſatiſdedit, pignoris perſecutio denegetur; quod etiam in fructuario rectè Celſus ſcribit. D. de damno infecto.* Tenebatur enim ipſe creditor præſens, vel fructuarius rem tueri, & caveri, ut Dominus principalis, cui non caventi res aufertur. *d. §. ſi qua.*

1396 Secùs ſi fuerit abſens, & tunc reficere debet expēſas.

Dixi creditore hypothecario præſente, nam ſi creditor erat abſens; tunc ignorans non poterat rem tueri, nec cavere de damno infecto; & ſic reſtituitur quando eſt præſens contra præſcriptionem, recuperando jus hypothecæ, ſed ut contumax non auditur, niſi refectis expenſis factis in refectione. *l. cum poſtulaſſem. 44. §. damni infecti nomine in poſſeſſionem miſſus, poſſidendo dominium cœpit, deinde creditor eas ædes ſibi pigneri obligatas perſequi vult: non ſine ratione dicetur, niſi impenſas, quas in refectione fecerim, mihi præſtare ſis paratus: inhibendam adverſus me perſecutionem. Cur ergo non emtori quoque id tribuendum eſt, ſi fortè quis inſulam pignoratam emerit? non rectè hæc inter ſe comparabuntur:*

quando is, qui emit, ſua voluntate negotium gerit: ideòque diligentius à venditore ſibi caveri, & poſſit, & debeat, quod non æque, & de eo, cui damni infecti non promittatur, dici poteſt. D. de damno infecto. Qui textus dicere videtur, malæ fidei poſſeſſorem non recuperare impenſas neceſſarias à malæ fidei poſſeſſore, factas ſcilicet in refectione, quas recuperat poſſeſſor titulo damni infecti.

1397 Explicatur textus cum poſtulaſſem. §. damni infecti.

Multas reſponſionas habes in Gloſsa, quæ impugnantur ibidem. Mihi primo videtur textum non loqui de impenſis factis neceſſariis à malæ fidei poſſeſſore, ſed de pretio emtionis. Nam loquitur de illo pretio, in quo poteſt ſibi cavere contra venditorem, ut patet ex litera textus ibi: *à venditore ſibi caveri*. At venditor non tenetur de impenſis etiam neceſſariis factis ab emtore poſt traditionem in re vendita; ergo nec de tali impenſa poterat contra venditorem caveri. Poterat tamen de pretio in caſu evictionis, vel de alio damno ſibi proſpicere, in quo venditor tenebatur illum ſervare indemnem; unde textus tantùm hoc dicit, quòd poſitus in poſſeſſionem, ac poſſidens, & nactus dominium jure cautionis denegatæ damni infecti, recuperat pretium impenſarum in illa re; at emtor amens ſcienter rem alienam, non proſpiciens ſibi contra venditorem de pretio ſolvendo in caſu evictionis, illud non recuperat.

Secundo, textus dicit, quòd non recuperat à creditore impenſas, quod ultrò concedimus. At pretium rei alienæ emtæ an recuperetur à venditore, textus non decidit.

Scio Angelum, & Aretinum *in d. §. damni infecti*, velle diverſitatem inter emtorem, & poſſeſſorem ex damno infecto eſſe, quia emtor à creditore non recuperat pretium, ſed recuperat impenſas. At poſſeſſor ex damno infecto recuperat impenſas, & damnum infectum, ſicque non eſt æqualis utriuſque ratio, quod vult textus *in d. §. damni infecti.*

An miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, poſſit expelli, refectis expenſis, & præſtita cautione de damno infecto?

1398 Refectis expenſis, & præſtita cautione, poteſt expelli miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto.

AFfirma. *l. ſi finita 15. §. item videamus, ſi cautio ei offeratur, poſtea quam miſſus eſt, an non prius decedere debeat, quàm ſi ei caveatur, etiam de eo damno, quod contigit poſtea, quam miſſus eſt in poſſeſſionem? quod quidem magis probatur. D. de damno infecto.* ubi Judex poteſt modò unam, modò aliam opinionem ſequi in eadem re. (8)

An poſtquam eſt facta immiſſio ex ſecundo decreto, Dominus rei valeat illum expellere cavendo de damno infecto?

1399 Secùs ſi ſit immiſſus ex ſecundo decreto.

NEga. *l. ſi finita. 15. §. poſtea autem. D. de damno infecto.*

Quot modis caveatur de damno infecto.

§. III.

1400 Damnum infectum cavetur à Domino promiſſione indemnitatis.

DUplici. Primo, ab illo, qui eſt Dominus, vel nomine proprio jus habet in re, cujus ruinam imminet, cavetur ſola promiſſione indemnitatis.

1401 Ab aliis etiã ſatiſdatione.

Secundo, ab aliis cavetur etiam ſatiſdatione; idque fortè, quia alii carent re, cujus poſſeſſionem læſus poſtea nanciſci poſſit. *l. Prætor. 7. l. hoc amplius 9. §. quæſitum. l. quid. 11.* ibi: *ſatiſdare, quia Dominus non eſt, debebit. l. qui bona fide. 13. §. ſive.* ibi: *ſuo nomine. D. de damno infecto.*

Hinc Dominus promittit, ſuperficiarius, fructuarius ſatisdat. *l. hoc amplius. 9. §. quæſitum. §. Celſus. D. de damno infecto.*

An antequam immittatur in poſſeſſionem, ſit id denunciandum Domino fundi, ex quo damnum imminet?

AFfirma: perſonaliter, ſi Dominus fundi ſit præſens: ſi abſens, domi ſolitæ habitationis. *l. dies. 4. §. dum ergo. §. Prætor. §. toties. D. de damno infecto.* 1402 Immiſſio in poſſeſſionem eſt denuncianda Domino fundi.

Cui facienda denuncintio?

PRimo, Domino præſenti *perſonaliter*, abſenti per *edictum*: ſi ſit præſens, & inveniri nequeat, domi ſolitæ habitationis: ſi habitatione careat, ut vagabundus, denunciatio ſit ad ipſum prædium, vel ejus Procuratori, vel inquilinis, ut loquitur textus *in l. dies. 4. §. Prætor ait. in fine. D. de damno infecto.* 1403 Denunciatio præſenti fit perſonaliter.

Si deſit ille, cui facienda ſit denunciatio, puta ſi ſit hæreditas jacens; tunc ſi periculum eſt in mora, nemo citatur, & ad ſummum ſit citatio per edictum contra intereſſe prætendentes, creditores ſcilicet, & uſusfructuarios, & affigitur domui corruenti, ſitque judicium cum hæreditate jacente. *l. dies. 4. §. toties*, ubi Angelus *n. 2. D. de damno infecto.* Si periculum non ſit in mora, datur Curator. *l. 1. & 2. D. de curatore bonis dando*, & ſit immiſſio (illo citato negligente cavere) in poſſeſſionem. *l. ſervus hæreditarius. D. de ſtipulatione ſervorum.* 1404 Si abſit per edictum.

Secundo, facienda eſt denunciatio etiam illi, cujus ædes non ſunt vitioſæ, ſi illius ædibus immineat periculum ab aliis vicinis, quibus corruentibus etiam ſuæ corruant, meaſque damnificabunt. *l. qui bona. 13. §. cum inter. D. de damno infecto.* 1405 Et aliis à quibus poteſt mihi damnũ evenire.

Cui competat actio damni infecti.

§. IV.

HÆc dicitur actio *in l. inquilino. 33. D. de damno infecto.* 1406 Omnis, cui intereſt, poteſt agere de damno infecto.

Petens cautionem damni infecti jurat de calumnia. *l. qui bona fide. 13. §. qui damni infecti. D. de damno infecto.*

Omnis, cujus intereſt rem non damnificari, habet jus, ut ſibi caveatur de damno infecto. *l. damni. 18. in principio. l. eorum. 19.* ibi: *ſive domini ſint, ſive aliquod in ea re jus habeant. D. de damno infecto.*

Et ſic primo, de damno infecto agit Dominus plenus, directus, utilis. Secundo, ſuperficiarius. Tertio, fructuarius. Quarto, creditor hypothecarius. *l. Prætoris officium 5. §. & ſi. l. qui bona fide. 13. §. & ſuperficiarium. l. eorum. 19.* ibi: *creditor, & fructuarius, & ſuperficiarius. l. inter. 39. §. damni. l. hoc amplius. 9. l. quod. 11. D. de damno infecto.* Quinto, ſuo inquilino habenti ædes vicinas debet locator cavere de damno infecto. *l. damni. 18. §. ſed inquilino. D. de damno infecto.*

Sed non competit inquilinis pro domibus, ubi 1407 Inquilinis non competit actio de damno infecto.

(8) Nequit Judex ſequi opinionem minus probabilem, vide propoſitionem damnatam ab Innocentio XI. ordine ſecundam, quæ ſic dicit. „ Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare, juxta „ opinionem etiam minùs probabilem „ Sed ſi ſint æquè probabiles. Vide Doctores, & *Propoſitionem* 26. damnatam ab Alexandro VII. „ Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio. “ Quam explicat, & impugnat Auctor in ſua *Anatecephaleoſi tit. 29.*

ubi inhabitant, contra locatorem, quia contra eum habent remedium ordinarium locationis. *l.quod bona fide.13.§.de illo. D.de damno infecto.*

1408 Alii caſus explicantur.

Sexto, pluribus petentibus caveri de damno infecto, denegata cautione, conceditur immiſſio ſimul, ſi ſimul petant, ſucceſſivè, ſi ſucceſſivè petant. Imò ſi petatur cautio damni infecti, & denegata ab antea in poſſeſſionem miſſo, expellitur à poſſeſſione anterior, & ſequens, cujus denegatur cautio, conceditur immiſſio in poſſeſſionem. *l.ſi finita.15. §.ſi plures. D.de damno infecto.*

At privatus re, pro qua noluit cavere de damno infecto, nequit petere cautionem damni infecti à poſſeſſore ob periculum ex eiſdem ædibus aliis ſuis ædibus imminens: nam potuit, & noluit ſarciendo corruens imminens ædificium ſibi proſpicere. *l.quod bona fide.13.§.de illo. D.de damno infecto.*

1409 Inquilinus agit de damno infecto ſi ſuo periculo conduxit ædes.

Septimo, inquilinus agit de damno infecto, ſi immineat conductis ædibus periculum, & ſuo periculo conduxit ædes. *l.ſi filius familias* 21.ibi: *ut ejus periculo ædes eſſent. D. de damno infecto.*

Contra quem.

§. V.

1410 Contra quē dirigatur actio damni infecti.

CONtra illum agir de damno infecto, qui habet jus in re dominii, pignoris, &c. ex qua damnum imminet. Nam iſtis facienda eſt denunciatio, de quibus ſupra dictum eſt. *l.dies.4. §.Prætor ait.§.toties.l.qui bona fide.13.§.cum inter. D.de damno infecto.*

Si verò duo contendant ad invicem de dominio rei corruentis, & unus, non alter poſſideat, poſſeſſor cavebit de damno infecto. *l.inter.39. §.ſi domus.* ibi: *damni infecti onus poſſeſſoris eſſe*, & ibi: *nam iniquum eſt ſtipulatorem compelli relicto prædio, ex quo damnum vereatur, Dominum quærere. D.de damno infecto.*

Si ædium corruentium plures ſint Domini, ſinguli, non inſolidum, ſed pro rata cavebunt. *l.& damni.40. § quoties. D.de damno infecto.* Si verò ejuſdem ædis plures ſint Domini, inſolidum tenentur, niſi pro rata caveriut. *l.plures.27. D.de damno infecto.*

Petitur etiam cautio damni infecti à proprietario, & fructuario: nam niſi cautio præſtetur, petens illam mittitur in poſſeſſionem, & ſic damnum ſentiet proprietarius, & fructuarius; ſed ſufficit cautio cujuslibet ex iſtis, & ſolvens petit pro rata à non cavente, tanquam utilis negotiorum geſtor, vel actione communi dividundo. *l.ſi proprietarius 22.D.de damno infecto.*

Diruto ædificio ante petitionem judicialem cautionis damni infecti, quomodo conſulatur paſſo damnum?

1411 Si diruatur ædes ante petitionē cautionis, tunc datur interdictū de ruderibus tollendis.

SUccurritur lælo interdicto de ruderibus tollendis; quo Dominus prædii diruti poteſt nolle rudera tollere & tunc omnia debet habere pro derelicto, ad inſtar actionis noxalis, vel ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, qua poteſt derelinquere rem damnificantem in damnificato in refectionem damni, & ad nihil aliud tenetur: ſic derelinquens rudera omnia, itàut nequeat partem tollere, liberatur ab omni vexatione. *l.evenit.6.l.Prætor.7. D.de damno infecto. l. hoc amplius. 9. §.de iis.* ibi: *omnia tollat, quæ ſunt prolapſa. D.de damno infecto*; ubi vicinus unà cum ruderibus omnes ædes dirutas pro derelicto habere debet.

Si verò velit tollere rudera, tenetur ad tria. Primo, tollere omnia etiam inutilia. Secundo, tenetur cavere de futuro damno imminente ex remotione ruderum. Tertio, debet cavere de damno præterito ad inſtar actionis noxalis, qua reficit damnum Dominus rei damnificantis, ſibi aſſumens rem damnificantem. *l. Prætor ait.7. §.unde quæritur. D.de damno infecto.*

1412 Si Dominus voluerit tollere rudera, ad quid teneatur.

Volens autem tollere omnia rudera, & arbores, nequit auferre, quæ mea facta ſunt confuſione, conſolidatione, immiſſione radicali in meo fondo, ſivè in meo ſolo. *l.hoc amplius. 9. §. de iis. v. nec arbor poteſt vendicari à te, quæ translata in agrum meum, cum terra mea coaluit. D.de damno infecto.*

Materia cautionis damni infecti?

§. VI.

1413 Quænam ſit materia iſtius cautionis.

EST omne damnum imminens prædiis urbanis, vel ruſticis ex prædiis aliis, vel opere ruinam comminantibus, ſive damnum veniat ex vitio fundi, ſivè ex vitio operis, ſcilicet ex impoſitione machinæ, puta præſepii. *l.eorum. 19.§.ſivè ædium vitio, ſivè operis. D.de damno infecto.*

Non tamen eſt materia damnum fortuitum, puta contingens vi terremotus, venti, ſi ædes firmæ non vitioſæ fuerint; ſic nec eſt cavendum de damno ex natura loci paluſtris, arenoſi. *l.fluminum.24. §.ultimo. D.de damno infecto.*

Judices denegantes audire, & cogere ad cavendum de damno infecto, an ipſi teneantur ad intereſſe?

1414 Si Judices nolint audire, aut cogere ad cavendum damnum, teneantur ipſi ad intereſſe.

AFfirma: itàut ad integram damni reparationem teneantur. *l.dies cautioni. 4. §.in eum. §.ſi tam vicinum. §.hoc autem D.de damno infecto*, ubi Gloſſa v. *in eum*. Immola *n.16.* Angelus *n.1.* aſſerunt contra Judicem dari tempore ſindicatus actionem in factum ad intereſſe; quia ſi Judex eſt negligens miniſtrare juſtitiã, ad intereſſe parti tenetur. Immola *loc. cit.* poſt Bartolum *in l fin. D. de variis, & extraordinariis cognitionibus.*

Quomodo autem probetur damnum?

1415 Damnũ quomodo probatur.

VIdeiis Maſcardum *concluſ.* 471. & 472. ubi plerumque damnum ait probari juramento illud paſſi, etiam contra Judicem ſindicandum, ut ſcilicet reſarciat damna inìquè paſſa, cum Immola, & Joanne Andrea *in c. fin. quod metus cauſa.* Jaſon *in l.ſi quando.num.17.C. unde vi.*

De Damnis contra Juſtitiam medii ordinis, contra Famam, Honorem, Amicitiam, &c.

CAPUT VIII.

1416 Damna medii ordinis.

INter bona fortunæ, & bona vitæ medium obtinent fama, honor, amicitia, decus honoris, ſtatus, quibus damnum inferunt detractio, contumelia, contemtus, deriſio, de quibus agendum, & primo:

An homo habeat quaſi dominium in fama, honore, decore, gloria, &c.

1417 Homo habet quaſi dominium in fama, honore, &c.

AFfirma: in quantum ſuis virtutibus, operibus adeptus exiſtimationem bonam, excellentiam, habet jus, nè denigretur, nè devenuſtetur, nè imminuatur, ſpernatur, irrideatur pravo judicio, ſermone, inhonoratione, &c. licèt enim non habeat jus dominii in actu liberæ voluntatis, judicii, exhibitionis reverentiæ alterius, habet tamen jus, nè ex parte ſua virtute, fama, excellentia minuatur, conſpurcetur: unde alius licèt non teneatur benè ſentire, aut loqui, nec reverentiam exhibere, quia iſti ſunt actus liberi ſub dominio ſolius operantis, ſicque poteſt non judicare, non loqui benè; tamen

non

Digitized by Google

non poteſt malè judicare, malè loqui, irreverentiam exhibere: qua ratione fama, gloria, honor, reverentia dicitur ſub dominio hominis conſpicui, probi. D. Thomas 2.2.*q*.64.*art*.5.*ad* 3.*q*.73. *art*.4. *ad primum*. Covarr. 1. *variarum* *c*.2.*n*.8. Molina *de juſtit. tract*.4. *diſp*.2. Leſſius *lib*.2.*de juſtit*.*c*.5.*n*.59. Valentia 2.2.*diſp*.5.*q*.10. *puncto* 1. Meſſia *lib*. 2. *de vera*, *&* *falſa gloria* *c*.16. Raynaudus *lib*.3.*de virtutibus ſect*. 3. *c*. 1. *n*.12. contra Sepulvedam *epiſt*.94. Unde in iſtis bonis lædens, damnificat enormiter: & modo de ſingulis agendum, & primo.

De Fama.

§. I.

1418 Quid ſit fama.

FAma eſt *multorum judicium conſtituens ſtatum moralem perſonæ*, *cujus eſt judicium*. *l.cognitionum* §. *exiſtimatio*. *D. de variis*, *&* *extraordinariis cognitionibus*. Demoſtenes *oratione adverſus Leontinem*.

1419 Duplex eſt, bona, & mala.

Fama duplex, *bona*, & *mala*.

Bona, eſt *bona opinio multorum*, ſivè eſt *bona exiſtimatio multorum*. Demoſtenes *loc. cit*. Seneca de remedio futurorum, & ſic dicitur *illæſa dignitatis ſtatus* in *l.cognitionum* §.*exiſtimat*. *D.de variis*, *&* *extraordinariis cognitionibus*.

Mala eſt *exiſtimatio*, ſive *opinio mala multorum*.

Bonæ Famæ Valor.

1420 Valor bonæ famæ eſt inæſtimabilis.

INæſtimabilis, nulla opulentia æquabilis. Proverbiorum 22. ibi: *melius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ*. Eccleſ.7. *c.ex merito* 6.*q*.1. *c.licet*. *de accuſation*. Iſidorus Peluſiota *lib*.3.*epiſt*.142. Eccleſ.41. ibi: *curam habe de bono nomine*: *hoc enim magis permanebit tibi*, *quàm mille theſauri magni*, *&* *pretioſi*.

1421 Præfertur bonis fortunæ inferioris ordinis.

Et præferenda omnibus bonis fortunæ inferioris ordinis. *l.Julianus*. *D.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*. *l. reprehendenda*. *C. de inſtitutionibus*, *&* *ſubſtitutionibus*. Cæphalus *conſil*. 615. *n*.89.Capyc.*dec*.5.*n*.7. nam perennat illis tranſeuntibus. Plato *epiſt*.2.ibi: *futuri enim temporis cura neceſſariè ſanè gerenda*, & ibi: *optimus autem*, *&* *graviſſimus quiſque ità omnem vitam ſuam inſtituit*, *ut felicem*, *laudabilemque ſui memoriam ad poſteros tranſmittat*.

1422 Damna famæ non compenſantur bonis fortunæ.

Unde damna famæ incompenſabilia bonis fortunæ, quæ nunquam reintegrant læſam exiſtimationem. Livius *lib*. 3. *decade* 1. Adrianus *quodlibeto* 11. *ſuppoſit*.10. Tiraquellus *de nobilitate c*.23.*n*.1.D.Ambroſius *lib*.3.*de offic*.*c*.4. Valenzuola *conſil*.92.*n*.1. Pratus in Nicandro *n*.42. Menochius *vol*.1.*conſil*.94.*n*.3.*&* 4.

Quæ injuſtè famam lædant?

OMnia, quæ tollunt, minuunt, denigrant bonam proximi exiſtimationem, ut eſt primo.

Judicium Temerarium.

§. II.

1423 Bona fama læditur judicio temerario.

LÆdit famam, quia tollit bonam opinionem apud ipſum judicantem; licèt enim non judicando alterius jus non violet, malè verò judicando lædit jus alterius poſſidentis bonam famam, idest bonam opinionem; ſic ut deturbare alterius poſſeſſionem: ità bonæ famæ poſſeſſionem ſiniſtro judicio turbare, eſt contra jus poſſeſſoris. D. Auguſtinus *lib*. 2. *de ſermone Domini in monte c*. 28. docens non delinquere contra jus alterius abſtrahentem, ſcilicet non judicando, nec benè, nec malè.

1424 Non ſemper eſt mortale.

Non eſt ſemper peccatum mortale, ſed regulatur à quantitate læſæ opinionis.

Nunquam eſt temerarium, ſi ex rationabili motivo judicet; nemo enim conqueri poteſt, ſi judicium fiat ex motivis à ſe ſubminiſtratis. 1425 Si adſit rationabile motivum non eſt judicium temerarium.

Opinari ſine certitudine non eſt judicium temerarium, ſed eſt mera opinio, quæ ſemper habet eſſentialiter incertitudinem, formidinem ſcilicet de oppoſito, ſicque omnis opinio incerta. Arnobius *lib*.2. *n*.45. ibi: *opinatio rerum incerta*.

II. Detractio.

§. III.

1426 Detractione læditur fama.

BOna fama habet duo. Primum internum bonum judicium. Secundum externam propalationem, locutionem de alterius rectè geſtis.

Ut temerarium judicium tollit internum bonum judicium: ità detractio lingua depaſcitur alienam famam: & eſt denigratio, deſtructio, diminutio alienæ famæ, facta lingua, ſcripto, re ad inſtar verborum, abſente illo, cui detrahitur. D. Thomas 2.2.*q*.73.*art*.1. Dicitur *abſente*, *vel non intelligente infamato*, ad differentiam contumeliæ, quæ fit præſenti, vel animo, ut innoteſcat abſenti.

1427 Et eſt duplex.

Duplex *directa*, *&* *indirecta*.

Directè fit detractio, ſi intendatur per ſe infamia alterius; & hæc dicitur formalis detractio.

Indirectè ſi loquens non intendat infamare, ſed incauta locutione infamia ſequatur, & hæc dicitur materialis detractio à Divo Thoma *loc.cit.art*.1.

Quot modis detractio contingat?

1428 Detractio fit verbis.

VElox, ac præſentiſſimum detractionis venenum ſerpit multis modis, & alterius bonum nomen corrodit, vel exterminat.

Primo, verbis, idque frequenter.

Scripto.

Secundo, ſcripto, & eſt diuturnius malum. Arnobius *lib*.4.*c*.36. ibi: *Carmen malum ſcribere*, *quo fama alterius coinquinetur*, & pœna eſt capitalis. *l.unica*.*C.de famoſis libellis*.

Facto.

Tertio, facto, ſignis ſcilicet appoſitis in dedecus alterius, ut cornibus pro foribus ad domeſticum dedecus indicandum; & omnia alia facta, quibus apud abſentes dedecoratur, dicuntur detractio, & habent vim verbi. D. Auguſtinus *lib*.1.*confeſſionum c*.8.

1429 Augendo verum, propalando occultum crimen.

Quarto, augendo crimen verum, amplificando, exagerando, vel occultum propalando. Themiſtius *orat*.1. *in fine*.

Quinto, latens verum, divulgans probrum, detrahit; nam lædit pacificam poſſeſſionem bonæ opinionis publicæ, occulto flagitio non amiſſam. S.Chryſoſtomus *homil*. 44. *in* 1.*ad Corinthios*. Syneſius *epiſt*.44.

Sexto, calumnioſè imponendo crimen falſum, quæ rigoroſè calumnia eſt, vulnerans acerbiſſimè innoxium. Arnobius *lib*.4.*num*.33. D. Chryſoſtomus *orat*.37.

An ſit peccatum?

1430 Detractio peccatum eſt.

AFfirma: nam infert injuſtè maximum malum, excedens jacturam bonorum fortunæ. *l.infamia*.*C.de decurionibus*.*lib*.10.*l. iſti quidem*. *D.de eo*, *quod metus cauſa*. Jacobi 4. ibi: *nolite detrahere alterutrum fratres mei*, *qui detrahit fratri*, *detrahit legi*.ad Romanos 1. ibi: *detractores Deo odibiles*. Pſalm. 100. ibi: *detrahentem ſecretò proximo ſuo*, *hunc perſequebar*. Levitici 9.ibi: *non maledices ſurdo*; eſt enim venenum exterminans bona ſuperioris ordinis cuſtodienda. Eccleſiaſtici 41. ibi: *curam habe de bono nomine*: *hoc enim magis permanebit tibi*, *quàm*

Digitized by Google

quàm mille theſauri magni, & pretioſi. S.Chryſoſtomus *ad Galatas c.5.& homil.3.ad populum & homil.14.ad Epheſios.* D.Tho. *loc.cit.ad* 2.Capycius *dec.5.n.7.*

Eſtque peccatum contra juſtitiam, nam lædit jus alterius, ſive ipſe alienam famam impetat dictis, facto, ſcripto, arrodat, commordeat, laceret, ſive referat audita à teſte. D.Tho. *loc.cit.art.1. ad* 1. contra Scotum *in 4. diſt.15. quæſt.4. litt. D.* ajentem eſſe contra caritatem ab altero audita narrare.

An loquens, non intendens infamiam alterius, delinquat, ſi indirectè infametur?

1431 Loquens, ut innocentem defendat, etſi indirectè aliquis infamatur, non videtur peccare.

Diſtinguas: vel loquens movetur juſto fine, puta, ut ſuccurrat innocenti communitati, ſecùs perituræ, & non peccat; quia diffamatus non habet jus, ut alius damnificetur. Si verò deſit bonus finis; tunc peccat, nam irrationabiliter alterius famam impetit. D.Tho. *loc.cit.art.2.* Valentia 2.2.*diſp. 5. q. 17. punct.2. §.quamvis.*

An ſe ipſum infamare ſit lethale?

1432 Se ipſum infamare eſt peccatum, ſi alteri damnum infert.

Diſtinguas: vel *ſe infamando alteri damnum infert, vel non.*

Si *alteri damnum infert*, peccat, vel contra juſtitiam, ſi ex juſtitia tenetur damnum impedire, vel contra pietatem, ſi ex pietate tenetur alterius, puta parentis, damnum impedire; vel contra juſtitiam legalem, ſi ejus bonum nomen ſit neceſſarium communitati; vel contra caritatem, ſi diffamatus non poterit prodeſſe proximis, quibus ex caritate tenetur; in iſtis enim circumſtantiis, fama cuſtodienda eſt: injuſtus, impius, crudelis erit ſuam famam negligens, & ſi ſine cauſa prodigeat, vitio prodigalitatis conſpurcabitur. *c.nolo* 12.*q.*1.*c.non ſunt* 11.*q.*3. *c.jubemus.de conſecr. diſt.*1. *c.ſuggeſtum. de decimis.* D.Auguſtinus *lib. de bono viduitatis c.* 22. ibi: *nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.* D.Thomas *opuſc.*19.*c.*14.*&* 20. *&* 2.2.*q.*73.*art.*3. Cicero *lib.*1.*de officiis.* Valenzuola *conſil.*102.*n.*56.

Si *non infert*, non peccat; nam habet dominium ſuæ famæ. *l. in re mandata. C. mandati*; ſicque nulli eſt injurius abjiciendo bona ſua; Et ut ab alio diffamatus, ita cedens juri ſuo liberat ſe ſponte diffamantem. Imò titulo humilitatis ſe diffamavit D. Auguſtinus *in libro Confeſſionum*, & S. Ambroſius, teſte Baronio *anno* 374. nè eligeretur Epiſcopus, finxit adfuiſſe lupos domi ſuæ; ità humilitatis ſuburra firmatur mens. Raynaudus *lib.3.de virtutibus ſect.3. c. 1. n. 13.* & ſic recipias ajentes eſſe peccatum cum Cajetano 2.2.*qu.*13.*art.*2. & negantes cum Navarro *c.*18.*n.*27. Adriano *in 4.de reſtitutione, & quodlibeto* 11. Soto 5.*de juſtit.q.*10.*art.*2.

An ſit lethale contra juſtitiam commutativam diffamatam publicè in uno, diffamare in loco ubi ignota erant illius flagitia?

1433 Videtur nõ eſſe lethale contra juſtitiam diffamare aliquẽ publicè diffamatũ, ubi ſunt ignota ſua delicta.

Nega. Navarrus *in manuali c.*15. *n.*26. Cajetanus *opuſc.*17.*reſponſo* 9. Raynaudus *de virtutibus lib.3.ſect.3.c.6.n.*233.*§.denique.* contra Sylveſtrum v.*detractio.q.*1.

Patet primo ex *l.eum, qui nocentem infamavit, non eſſe bonum, & æquum, ob eam rem condemnari; peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire.* 18.*l.ſi non convicii. D.de injuriis. c.ſi peccaverit.*11.*q.*1.

Secundo, quia reus apertè peccans, quantum eſt ex ſe pro toto mundo famam abjicit, toto mundo tunc præſente peccaturus; ſicque facto ipſo, vel per ſententiam, ipſo jure ſe fama ſpoliavit pro toto orbe.

Tertio, quia conducit ad bonum commune flagitia innoteſcere, nè delinquens ignotus conſpurcet incautus, notus caveatur; præſumitur enim in futurum, qualis præteritus infamis: eſtque pœna publicè delinquentis, ut ubique diffamari queat, comprobante uſu, quo Hiſtorici evulgant pro toto orbe, & tempore flagitia alicubi, tamen notoriè commiſſa.

Poſſet autem eſſe contra legem caritatis; ſi ex odio propalaretur, vel diffamatus ad extremam inopiam redigeretur, vel prorſus correptus ſibi novam bonam famam comparaverit; itàut nulli damnum immineat.

An peccet propalans hypocriſim, & imposturas, quibus quis bonum nomen conquiſivit?

Diſtinguas: vel boni nominis pallio alios inficit: vel non. 1434 Non peccat quis aperiẽdo hypocritas, & impoſtores, qui alios inficiunt.

Si primum, nega, & detegas iniquitatis velamen innocentibus obfuturum, ut accidit in hæreſi Fraticeliorum. Imò teneris propalare, ut teneris innocentibus ſuccurrere.

Si neminem inficit; illum privatim corrigas, & derelinquas. Habet enim jus, nè ſpolietur famæ poſſeſſione; fama enim illa impoſturis emendicata, tua non eſt, & ſic nequis illam tollere, ut nequis auferre à fure bona alterius furata. 1435 Si non inficiunt, corrigi eos oportet.

Quando ſit veniale alterum infamare?

Primo ex generalibus regulis, ſemiplena deliberatione alterum infamare, eſt veniale. Secundo ex parvitate materiæ: ut ſi venialia leviſſima propalentur. D.Thom.*loc.cit.art.*2. 1436 Ex ſemiplena deliberatione, vel in parva materia, veniale eſt alterum infamare.

An ſit parvitas materiæ infamare aliquem de re graviſſima apud unum probum virum alteri non propalaturum?

Affirma. Cajet. 2.2.*q.*73.*art.*2. contrà Sotum *lib.5.de juſtit.qu.*10.*art.*2. Bandez, & Aragon. 2.2.*qu.*73.*art.*2. Valent. 2.2.*dub.5. qu.*17. *punct.*11.*§.ſed circa*; nam, fama eſt bona opinio multorum; quæ ſi lædatur in uno homine, læditur in minima parte; quando hic alteri non propalabit, ſi nihil aliud timeretur, quàm ſola diminutio bonæ opinionis apud illum virum; ſi enim plus mali timeretur: puta, remotio ab officio, excluſio à beneficiis, ut ſi Superiori dicatur occultum ſubditi flagitium; tunc non ex ſola diminutione famæ, ſed ex aliis damnis, tunc grave malum, meritò tacendum etiam uni; nam tunc diffamatus, eſt graviter rationabiliter invitus ob grave damnum imminens. At ſi nihil aliud ſit, quàm diminutio famæ apud unum, tunc eſt leve damnum, ex quibus à contrariis congeſta corruunt. 1437 Veniale eſt apud probũ virum, & ſecretum infamare aliquem de re graviſſima.

An ſit veniale referre crimen occultum pluribus ex auditu dubitando, nihil addendo?

Affirma; quia non cenſetur gravem parere famæ læſionem oratio ità anceps dicentis, & levitati audientium tribuendum, ſi id ut certum credant; teſtis namque de auditu auditus, nec in judicio probat, nec judicantis animum movet; maximè, quia in dubia hujuſmodi locutione, in meliorem partem ſaltem negativè prudens intellectus debet ſe deflectere, præſumitur namque quilibet in dubio bonus. *c.un. de ſcrutinio*; & homo prudens non flectitur ad judicandum ex hujuſmodi verborum, ſeu potiùs ventorum verberatione inani. Cajet. 2. 2. *q.*73.*art.*2.*dub.*2. Faber *in 4.diſt.*15.*q.*3.*dec.*113. *c.*1.*n.*29. Sà v.*infamare.* Armilla v.*reſtitutio.n.*4. 1438 Referre crimen occultum dubitando, & nihil addendo, veniale eſt.

ex-

except. 7. Sylveſt v. *detractio. exceptione* 5. Tanderus 2.2. *dub.* 4 *q.* 8. *dub.* 7. *n.* 139. citat etiam Sotũ *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 4. *art.* 1. contra Sotum *in* 4. *de juſt. q.* 6. *art.* 3. *ad* 3. *& ad* 4. Leſſ. 2. *de juſt. c.* 11. *dub.* 15. Azorium *par.* 4. *lib.* 13. *c.* 6. Vagliolam *tom.* 2. *tract.* 11. *dub.* 36. *n.* 6. & alios apud Dianam *p.* 8. *tract.* 5. *miſcell. reſol.* 28. ajeotem, primam ſententiam probabilem. Valent. *loc. cit.* §. 2. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 225.

An ſit mortale ad doloris lenimentum narrare alicui injuriam ſibi factam ſecretò?

1439 Secretò narrare ſibi factam injuriam ad doloris lenimentum, non eſt mortale.

NEga; quia non tendit ad infamandum, ſed ad conſulendum, ad levamen: nec injurians habet jus, nè injuriatus conſoletur, nec amico communicet: & ſi in aliquo ejus fama lædatur, ſibi tribuat; qui enim utitur jure ſuo, nulli facit injuriam, & quivis habet jus in præſſoris, & difficultatibus, atque tetris, aut igneis animi perturbationibus, amicum fidelem quærere conſolatorem. Navarra *lib.* 1. *de reſtitut. c.* 4. *n.* 345. Leſſius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 12. *n.* 72. Molina *tract.* 4. *dub.* 29. *n.* 5. Layman *lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 3. *par.* 2. *c.* 3. *num.* 6. Tanderus 2.2. *dub.* 4. *quæſt.* 8. *dub.* 7. *n.* 145. contra Gabrielem à S. Vinc. *loc. cit. num.* 227.

An ſit mortale defectus naturales promulgare animi, vel corporis?

1440 Promulgare defectos naturales notorios, non eſt peccatum.

DIſtinguas; vel *defectus ſunt notorii, vel occulti.*

Si *notorii*, nullum eſt peccatum; niſi fortè contrà caritatem, vel manſuetudinem promulgantur ex ira, & odio.

1441 Si ſint occulti, proximos contriſtator.

Si verò *defectus ſint occulti*; alii etiam nolunt eſſe peccatum; quia famam non lædunt. Ego putaverim eſſe peccatum contra juſtitiam; non quia lædatur fama; ſed quia contriſtatur proximus, & à tranquillitate animi juſtè poſſeſſa deturbatur ſine cauſa. An *autem ſit mortale?* pendet ex gravitate doloris contriſtationis. Navarr. *c.* 25. *n.* 2. ait non eſſe peccatum regulariter, quando ſcilicet nullum damnum ſequitur, & ſine pravo affectu defectus illi publicantur, aliàs erit peccatum. Matth. 5. ibi: *qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.*

An ſit lethale evulgare grave peccatum occultum?

1442 Mortale eſt evulgare grave peccatum occultum.

AFfirma; nam occulto delicto vulgato, tollitur bona fama; & ille eſt in juſta illius poſſeſſione, & jus ad famam; crimen dum eſt occultum, ſi evulgetur, maculatur ejus jus. Raynao. *de virtutibus lib.* 3. *ſect.* 3. *c.* 6. *n.* 240. S. Chryſoſt. *homil.* 44. *n.* 1. *ad Corinth.*

An detegere crimen occultum ſecundum ordinem juris denunciando, accuſando, ſit lethale?

1443 Niſi detegat denunciando, accuſando.

NEga; nam qui utitur jure ſuo, nulli facit injuriam; hic autem jure ſuo utitur.

An ſit lethale propalare crimen, de quo criminoſus ſe jactet?

1444 Et delinquens ſe jactet.

NEga: præciſa mala voluntate; nam fama illorum, contra quos obloquitur maledicus non læditur; imò bonum nomen augetur, cum à maledico iniquo procedat maledictio, à quo ſi laudaretur, non eſſet bonum nomen; plerumque enim laudatio vituperium eſt, & multorum vituperatio laus; non enim mali ſolent bona laudare, ut invidiæ multotiès faſcino loquuntur.

An audiens detractionem, peccet contra juſtitiam?

1445 Audiens detractionem, & illam tacite inducit approbando, peccat contra juſtitiam.

DIſtinguas: vel *audiens tacitè inducit approbando, cooperando detractori, vel non.*

Si primum; peccat contrà *juſtitiam, & caritatem.* ad Roman. 1. ubi digni ſunt morte, non ſolùm qui faciunt peccata, ſed etiam qui facientibus conſentiunt.

1446 Secùs ſi non approbet.

Si verò *non approbet*; tunc non reſiſtens, cùm poſſit reſiſtere, peccat contra caritatem; nam tenetur ſuccurrere, tum innocentiæ proximi, contra quem eſt detractatio, tum ipſimet detrahenti ex præcepto correctionis; & de hoc verum dicit D. Paulinus Epiſtola ad Eccleſiaſticos *Beatus eſt, qui in ſe contra hoc vitium armavit, ut apud eum detrahere nemo audet.*

Verùm, ſi peccatum diſpliceat; ſed, ut inquit D. Thom. 2.2. *q.* 73. *art.* 4. timore, negligentia, verecundia, non reſiſtat detrahenti, peccat plerumque venialiter; niſi ex officio teneatur corrigere, vel immineat aliud grave periculum, vel timor naſcatur ex peccato mortali, ut ſi quis ob timorem hujuſmodi humanum omitteret præceptum obligans ſub mortali, ſi tunc occurreret.

An audiens in dubio debeat præſumere loquentem malè loqui?

1447 Audiens in dubio, non debet præſumere loquẽtem malè loqui.

NEga; nam in dubio quiſque præſumitur bonus, niſi urgeant conjecturæ in oppoſitum. *l. meritò.* 51. *D. pro ſocio. c. dubium.* 16. *c. firmiter. de præſumt. c. un. de ſcrutinio. l. quoties.* 18. §. *qui dolo dicit factum aliquid, (licet in exceptione) docere dolum admiſſum, debet. D. de probat.* & ſic debet præſumere juſtè loqui, ut loquenti ſit inimicus reprehendendo. Malderus 2.2. *tract.* 7. *c.* 3. *dub.* 15. Bonac. *de contractibus diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 11. *n.* 8.

An peccet inveſtigans de veritate?

1448 Ex fine malo, vel bono audiens detractionem peccat, vel non.

AFfirma: & ex audita detractione peccat venialiter, ſi movetur ex ſola curioſitate, vel levitate: mortaliter, ſi movetur ex fine moraliter malo; nihil, ſi movetur ex bona fide, puta illum corrigat, nè indigno beneficium conferat. S. Thom. 2.2. *q.* 67. *art.* 2. *ad* 4. Navar. *c.* 23. *num.* 26.

An peccet audiens paratum ad detrahendum?

1449 Videtur peccare qui audit paratum ad detrahẽdum.

NEga; nam ſicuti non peccat accipiens pecuniam ad uſuram ab uſurario parato; ità à pari audiens detractorem paratum ad detrahendum, non peccat. (9)

Quomodo urbanitate ſervata detractori non conſentiens, excuſatur à culpa?

1450 Reprobans detractorem illi non conſentitur.

SUfficienter oſtendit detractioni non conſentire, illam reprobare, audiens triſtem faciem oſtendendo. Proverb. 25. ibi: *Ventus aquilo diſſipat nubes, & facies triſtis linguam detrahentem.* S. Hieronymus *epiſt. ad Ruſticum Monachum.* ibi: *Sicut ſagitta ſi mittatur in duram materiam non nunquam jactantem revertitur, & vulnerat vulnerantem, illud completum, facti ſunt mihi in arcum pravum.* Pſal. 77. ibi: *Et qui mittit in altum lapidem, recidet in caput ejus.*

1451 Quomodo appareat reprobatio.

Eccleſiaſt. 27. ibi: Ità detractor cum triſtem faciem viderit audientis, imò nè audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas illicò conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliva ſiccatur. D. Thom. 2.2. *qu.* 73. *art.* 4. *ad* 2. Triſtitia ergo faciei ſatis declarat ſe nolle audire, ità ut verificetur

(9) Si deſit juſta cauſa, peccat in utroque caſu; & de uſurario expreſſe docet D. Thomas.

Digitized by Google

ficetur Illud Proverb. ibi: *Remove à te os pravum, & detrahentia labia ſint protul à te.* Et Eccleſ. 28. *Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras.*

Etiam quis oſtendit ſe diſſentire detractioni, ſi conetur introducere alios diſpares diſcurſus; nam, ſi placeret detractio, nollet illum impedire; ſi ergo impedit, & impedire intendit, aliarum rerum interjecta diſcuſſione, non amat detractionem, ſed illam reſpuit.

Quot modis honor tolli poſſit?

1452 Honor tollitur directè, & immediatè.

DUplici modo. I. *directè, & immediatè*; dicendo, vel faciendo aliquid in ſignum inhonorationis, ut veniat ad notitiam inhonorati; non enim verba, ſed etiam facta poſſunt ſignificare alterius inhonorationem; & tunc facta ſunt loco verborum. S.Thom. 2.2. *qu.72. art.1. ad 3.*

1453 Aut indirectè, & mediatè.

II. Honor tolli poteſt *indirectè, & mediatè*, tollendo ſcilicet officium, dignitatem, ſcientiam, pecuniam; ex quibus quis conſtituitur in honore; hoc eſt in tali dignitate, & ſtato, in quo eſt dignus honore, & ſic tollendo officium, & ſtatum, tollit cauſam honoris, & honorem; Et hoc poteſt fieri primo, intendendo illius inhonorationem, & eſt quando ideò tollit officium, ut inhonoretur, & tunc eſt formalis contumelia ſpecificata à fine inhonorationis.

An teneatur quis repellere contumeliam?

1454 Si ex contumelia nō ſequatur damnum, illā repellere non tenemur.

DIſtinguas: vel nullum damnum ſequitur, vel ſequitur aliquod damnum, ſi contumeliam non repellas: puta, ſi contumelioſus magis audax abibit in deterius, vel aliorum ſalus, & profectus impediatur.

Si nullum damnum ſequatur, tunc meritum patientiæ nè perdas reſpondendo. Pſal.37. ibi: *Qui inquirebant mala mihi loquuti ſunt vanitates, ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum*, concinit. Proverb.26. ibi: *Tu reſpondeas ſtulto juxtà ſtultitiam ſuam, nè ei ſimilis efficiaris.*

Si verò damnum immineat injurianti, vel alteri niſi reſpondeas; tunc ex obligatione, qui teneris injuriantis, vel alterius malum impedire, aut tuum bonum promovere, teneris contumeliæ reſiſtere, edocente Proverb.26.ibi: *reſponde ſtulto juxtà ſtultitiam ſuam. c. Belliſarius.30.* ibi: *non ſuam, ſed Eccleſiæ injuriam ultus eſt. cauſa 23.q.4.* Eccl.8. *non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem ejus linga*, nec cum potente, nè te per potentiam opprimat, nec cum divite, nè te per pecuniam vincat, nec cum loquace, nè te per loquelam decipiat. (10)

Honor, & damnificantia, convicium, improperium, maledictum, contumelia, &c.

CAPUT IX.

Quid ſit Honor, Gloria?

§. I.

1455 Honoris æſtimatio.

HOnor bonorum omnium maximum. Ariſtoteles *lib.4. moralis. commento 3.* divinum, ac perenne. Plato *lib.5. de legib. in princ. Eſt teſtificatio exterior alicujus excellentiæ.* Ariſtoteles *2.rethoricorum.c.5.* Flaminius Nobilius *lib.1. de bono.c.2. & 4.* D.Thom. 2.2.*q.103.art.1.* Raynaudus *lib.3. de virtutibus ſect.3. c.1.n.111.* nec eſt *exhibitio reverentiæ*, cùm poſſit dari honor ſine reverentia, omniſque reverentia ſit honor, non omnis honor ſit reverentia: ſic Rex honorat, ſed reverentiam ſubditis non exhibet.

Differt *honor à gloria*; nam gloria *eſt notitia cum laude ſe diffundens*; unde eſt *notificatio cum laude*, ſuſcipitque magis, & minus, licèt fluxa, & vanida. D.Auguſtinus *lib.5. de Civitate. c.17. & 20.* Raynaudus *loc.cit.* poteſtque ad ſummum creſcere; unde cecinerat. 1456 Honor à gloria differt.

Giunta è tua gloria al ſommo.

Laus.

§. II.

LAus eſt *honor verbalis diffundens notitiam laudati.* 1457 Quid laus.

Honore digna eſt perſona in aliqua virtute conſpicua; nam honor excellentiam illius virtutis teſtificatur, & multiplici honore dignus eſt, qui multiplici excellit virtutis bono, aut dignitatis prærogativa, puta Superior virtuoſus, doctus, ſanctus. 1.ad Timotheum 5. ibi: *qui benè præſunt Presbyteri duplici honore digni habentur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina.*

Honori opponuntur.

PRimo *convicium*. Secundo *improperium*. Tertio *maledictum*. Quartò *deſpicientia*, ſub qua ſunt contemtus, incommodatio, contumelia. Ariſtoteles *2.rethoricorum c. 2.* ſuſurratio, & linguæ duplicitas. Eccleſiaſtici 28. ibi: *ſuſurro, bilinguis, maledictus.* 1458 Honori opponuntur.

Convicium eſt, ſi defectus naturalis, vel moralis, vel pœnæ improperetur; ut ſtoliditas, ſtupiditas, inſenſatio, ſurditas. *culpæ*, ut ſi malum ingratitudinis, aſſaſſinii, ſortilegii. Raynaudus *de virtutibus lib.3.ſect.3. c.6. num.254. §.ſunt.* licèt Carbo *libro de pacificatione inimicorum c.4.* voluerit convicium eſſe tantùm improperare malum pœnæ. 1459 Convicium.

At convicium eſſe plurium injuriarum coacervum, habes in *l.item apud labeonem 15.§.convicium*, ibi: *convicium autem dicitur, vel à concitatione, vel à conventu, hoc eſt a collatione vocum: cùm enim in unum complures voces conferuntur, convicium appellatur, quaſi convocium. D.de injuriis.*

Improperium eſt, ſi exprobetur indigentia ſublevata ab improperante, & ingratitudo indigentis, tanquam minuens excellentiam commemoratione collati beneficii. Eccleſiaſtici 20. ibi: *exigua dabit, & multa improperabit.* Jacobi 1. ibi: *dat omnibus affluenter, & non improperat.* 1460 Improperium.

Maledictum eſt tantùm imprecatio in probrum maledicti, continetque deſiderium alieni mali exteriùs expreſſi in dedecus, & detrimen- 1461 Maledictum.

(10) Attendas oportet in hac materia ſequentes theſes damnatas, quarum prima, & ſecunda ſunt ordine XVII. & XVIII. inter proſcriptas ab Alexandro VII. „ Eſt licitum Religioſo, & Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua „ Religione ſpargere minantem occidere, quando „ alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, „ vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè, & „ coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi „ occidatur. “

„ Licet interficere falſum accuſatorem, falſos „ teſtes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt „ innocens damnum vitare. “ Quas Auctor explicat, & impugnat in ſua *Anacephalæoſi tit. 27. à num.791.*

Tertia eſt Innocentii XI. ordine XXX. „ Fas eſt „ viro honorato occidere invaſorem, qui nititur „ calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit.

mentum, ut ità maledicti honor commaculetur, puta ſis fuſtigatus. Raynaudus *de virtutibus lib.3 ſect.3.c.6.n.234.*

1462 Quid deſpicientia. *Deſpicientia* eſt actus vitioſus, quo quis alterum deſpicit, pro nihilo ſcilicet habet, ex qoo nec malum timet, nec bonum ſperat; nam mala, & bona non deſpiciuntur, ſed proſequimur bona, à malis avertimur.

Deſpicimus autem nobis, nec profutura, nec obfutura.

1463 Triplex eſt. Deſpicientia eſt triplex, *contemtus, incommodatio, contumelia.* Ariſtot. 2.*rethoricor. c.2.* ibi: *deſpicientia eſt actus opinionis in eo, quod nihil exiſtimandum videtur (etenim mala, & bona digna arbitramur ſtudio eſſe, & quæ referuntur ad hæc: quæ verò ſunt nihil, aut admodum parva, nulla re digna exiſtimamus). Tres ſunt ſpecies deſpicientiæ: contemtio, incommodatio, & contumelia, qui enim contemnit deſpicit; quæ enim arbitrantur nulla re digna eſſe, ea contemnunt: quæ vere nulla re digna ſunt, deſpiciunt. Et qui incommodat, videtur contemnere. Eſt enim incommodatio impedimentum, quod fit voluntatibus, non ut aliquid ſibi eveniat, ſed ne illi; quoniam igitur non ſpectat, ut ſibi aliquid eveniat, deſpicit. Id enim manifeſtum eſt, quia nec obfuturum exiſtimat (nam timeret, & non deſpiceret) nec profuturum ulla in re, quæ ullum habeat momentum: nam curaret, ut amicus eſſet. Et qui contumeliam infert, deſpicit. Eſt enim contumelia nocere, & moleſtum eſſe in iis, in quibus dedecus eſt patienti. Non ut aliquid fiat ſibi aliud, niſi quod fit, ſed ut voluptatem percipiat,* & ibi: *cauſa vero voluptatis contumeliam facientibus; quod arbitrantur malefaciendo ſe excellere magis. Quamobrem juvenes, & divites contumelioſi ſunt, excellere enim ſe arbitrantur contumeliam inferendo. Contumeliæ verò eſt non æſtimare, & qui non æſtimat, deſpicit, quod enim nulla re dignum eſt, nullam habet æſtimationem, nec boni, nec mali.*

Deſpicientia ergo eſt genus commune comprehendens contemtum, incommodum, contumeliam.

1464 Quid contemtus. Contemtus, ſivè neglectus alterius eſt illum pro nihilo habere, non honorare, tanquam deſtitutum dignitate virtute, honoris fundamento, non autem eſt illum poſitivè inhonorare. Inhonorans enim agnoſcit rem inhonore dignam, licèt contemnens non ſuſcipiat perſonam contemtam.

1465 Incommodum. Incomnodum, ſive incommodatio imbibit contemtum, & inſuper addit factum ſibi non bonum, alteri non proficuum, ſed aliqualiter damnoſum, quod damnum non declinat, quia ſibi non obſuturum.

1466 Contumelia. *Contumelia* verò eſt poſitivè alium inhonorare dicto, facto, ſcripto, judicando contumelia affectum, non ſolùm carere fundamento honoris, ſed adeſſe inhonoris fundamentum, & ſic non eſt ſolos contemtus; nam contemnens non dehonorat, ſed ſolùm non honorat, & ſic contumelia eſt per ſe contra juſtitiam lædens alterius honorem judicio, & poſitiva inhonoratione, eſtque grave flagitium. D. Chryſoſtomus *hom.31.ad populum.*

De Contumelia.

§. III.

1467 Quid ſit contumelia. Contumelia eſt deſpicientiæ infima ſpecies comprehendens convicium, improperium maledictum, contemtum, incommodum, & quamlibet honoris læſionem alterius injuſtam. *l.1.D.de injuriis.* Dictaque eſt contumelia, quia tumens alium deſpicit, inhonorat, & contemnendo veluti proteritur alienus honor. Cajetanus 2.2. *qu.72.art.1.* Sotus *lib.5.qu.9.art.1.* Raynaudus *de virtutibus lib.3.ſect.3.c.6.n.234.* Carbo *loc.cit.* licèt non deſint, qui velint contumeliam tantùm eſſe, quæ malum culpæ objicit, ut aſſaſſinium, furtum.

Hinc reſolvitur.

An contumelia, convicium, improperium differant ſpecie?

Nega; quia poſitivè reſpiciunt inhonorationem, lædendo honorem. *l. item apud labeonem.15. §.convicium. D.de injuriis.* Aragonius 2.2.*q.75.art.1.v.ſed dubitabit aliquis.* 1468 Contumelia, convicium, & improperium nō differunt ſpecie.

An, & quale ſit flagitium contumelia?

Affirma eſſe lethale contra juſtitiam commutativam. D. Thomas 2.2. *q.72. art. 2.* Navarrus *in manuali c.18.* Sotus 5. *de juſtitia q.9.art.2.* 1469 Contumelia lędit juſtit ã commutativam.

Patet, quia lædit optimum honoris bonum, & ſic lædens graviter, delinquit graviter. Matthæi 5. ibi: *qui dixeris fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Sed ſi ad correctionem fiat, non erit contumelia, nec flagitium. ad Galatas 3. ibi: *O inſenſati Galatæ.* Lucæ *ultimo.* ibi: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum.* 1470 Niſi fiat ob correctionē.

Si verò quis ut tollat honorem, occidat, depredetur bona, tunc committit peccatum contumeliæ, furti, & homicidii &c.

An debeat contumelia fieri præſenti?

Nega; ſed ſatis eſt, ut contumelioſus velit inhonorare, ſicque ut innoteſcat injuria inhonorato, præſenti, vel abſenti; nam inhonorationis finis intentus ſpecificat actum, idque ſive fiat verbis, ſive literis, ſive cantilenis, ſive rebus. *l. item apud labeonem. 15. ſed quod. v. convicium, non tamen præſenti, verum abſenti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit: proinde ſi quis ad domum tuam venerit, te abſente: convicium factum eſſe dicitur. D.de injuriis.* D. Thomas *loc. cit.art.1.in corpore.* 1471 Non eſt neceſſe ut contumelia fiat præſenti, ſed ſat, ut innoteſcat eui fit.

De Deriſione, & Subſannatione.

§. IV.

Subſannatio, ſivè deriſio eſt actus humanus tendens ad riſum promovendum cum alterius rubore; eſtque grave delictum tollens pacem, ſerenitatem proximi contra juſtitiam, nam lædit jus nè ab aliis irridatur, & contemtibilis reddatur; grave namque malum eſt, contemtibilem, ac irridendum reddere hominem. 1472 Quid Deriſio, & Subſannatio.

Delictum eſt grave, ſi graviter contemtibilem hominem reddat, ſi irriſum amentiæ periculo exponat, aut cogat patriam derelinquere; & facilè tranſire poteſt in contumeliam inhonorando verbo, facto; tollit enim tunc non ſolùm animi tranquillitatem, ſed honorem. 1473 Eſt grave peccatum ſecundū qualitatem irriſionis.

Unde graviſſimum erit peccatum irriſio parentum. Proverbiorum 30. ibi: *oculum, qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.*

Idque fortiùs ſi irrideatur Sanctus; nam tunc redderetur ſanctitas ridicula. Job.12.ibi: *irridetur juſti ſimplicitas.*

Et ſi ſit irriſio rerum divinarum erit etiam blaſphemia. Lucæ 22.ibi: *multa blaſphemabant dicentes in eum.* 1474 Erit blaſphemia ſi res divinæ irrideantur.

Si verò damnum ſit leve: puta, quia non turbat

Digitized by Google

bat pacem, non damnificat irriſum, niſi leviſſimè; tunc non eſt onde lethale ſit.

Suſurratio.

§. V.

1475 Quid ſuſurratio.

ESt *ſermo tendens ad diſſolvendas amicitias*, detegendo falſa, vera, occulta, publica vitia, mala culpæ, & pœnæ, apta amicitiam diſſolvere. Eccleſiaſtici 28. ibi: *ſuſurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes* Eccl. 28. ibi: *vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.* ad Romanos 1. ibi: *plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones.* Proverbiorum 26. ibi: *ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcent.* Valerius Cemelicenſis *homil.* 5.

Eſt ſpeciale peccatum injuſtitiæ, ſi diſſolvat rationabiles amicitias; nam tollit magnum bonom amicitiæ cum amico fideli nulla compenſatio. Eccleſiaſt. 6. & amicitia honeſta ſit, ſine qua nemo vivere valet, nam homo eſt ſociabilis. Ariſtoteles 8. *ethicorum c.* 8.

1476 Plus eſt, quàm detractio.

Et eſt majus flagitium, quàm detractio, quia tollit majus bonum.

Amicitia namque majus bonum, quàm fama. D. Thomas 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. ſicque Deus meritò odit ſuſurrones. Proverbiorum 6. ibi: *ſex ſunt quæ odit Deus Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus ... & eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Eccleſiaſt. 5. ibi: *ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.*

An ſit peccatum ſuſurrationis, ſi non intendatur diſſolutio amicitiæ, ſed præter intentionem ſequatur?

1477 Si non intendatur diſſolutio amicitiæ, etſi ſequatur non erit peccatum ſuſurrationis.

NEgat Cajetanus 2. 2. *qu.* 74. affirmans tantùm eſſe peccatum ſuſurrationis, quando directè quis intendit diſſolvere amicitiam; quia ſpecies ſumitur ex eo, quod per ſe intenditur, non verò ex eo, quod accidit indirectè, præter intentionem: cui ſe opponit Raynaudus *lib. 3. de virtutibus ſect. 3. c. 6. num.* 226. quia multa indirectè volita dant ſpeciem.

An peccet diſſolvens pravas amicitias?

1478 Non peccat, qui diſſolvit pravas amicitias.

NEga, ſed eſt actus caritatis, dummodò proximus non infametur: in quo habes famam cedere caritatis præcepto, ſi amicitia turpis damnoſa valdè. Sotus 5. *de juſtitia q.* 11. *art.* 2. Valentia *loc. cit.*

Bilinguis.

1479 Quid bilinguis.

ESt, qui lingua diverſa loquitur, ut ſerat diſcordias, colligatque inimicitias inter conjunctos, alioſvè, & cum ſuſurrone plerumque convenit, maledictuſque dicitur. Eccleſiaſtici 28. ibi: *ſuſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes.* Eccleſiaſtici 5. ibi: *denotatio peſſima ſuper bilinguem.*

Maledictio.

1480 Benedictio in ſacris literis pro ubertate accipitur.

HAbemus namque benedictionem, & maledictionem. Benedictio in ſacris literis ponitur pro ubertate, & multitudine rerum temporalium, & filiorum. 1. Regum 6. *Benedicat Dominus.* Pſal. 131. ibi: *viduam ejus benedicam, pauperes ejus ſaturabo panibus.* & Pſal. 106. ibi: *benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis.* Petrus Damianus *in Apologia ad Florentinos* apud Baronium *tom. 2. anno Domini* 263. *impreſſione Veneta. fol.* 235.

1481 Maledictio pro ſterilitate.

Maledictio ponitor pro ſterilitate. Deuteronomii 28. ibi: *maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & terra tua*, & ibi: *mittet Dominus ſuper te famem, & exuriem.* Malachiæ 1. ibi: *maledicam benedictionibus veſtris.* Matth. 11. & 20. ibi: *ecce ficulnea, cui maledixiſti, aruit.* Geneſis 3. ibi: *maledicta terra in opere tuo.* Petrus Damianus *loc. cit.*

Eſt imprecatio alicujus mali. D. Thom. 2. 2. *qu.* 76. *art.* 1. & 2. Duplex *formalis, & materialis.* 1482 Quid ſit maledictio.

Formalis eſt, qua quis intendit malum ſub ratione mali proximi. Eſt formalis.

Materialis imprecatur malum ſub ratione boni, puta ut corrigatur: ſic Eccleſia excommunicatis malè precatur, ut reſipiſcant territi. Et materialis.

An ſit peccatum?

FOrmalis eſt peccatum, quia reſpicit damnum proximi; lethale ſi damnum grave, veniale, ſi leve malum imprecetur; vel indeliberatè, aut ſine voluntate ut mala accidant. D. Thom. *loc. cit. art.* 3. Valentia 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 19. *puncto* 2. 1483 Maledictio formalis erit grave peccatum ſecundum damnum imprecatum.

Hinc maledictiones, quæ emittuntur à parentibus in filios non ſunt lethale, quia labiis tenus, ſine voluntate ut accidat. D. Thomas *loc. cit.* ubi Cajetanus, & Serra. Sotus 5. *de juſtitia q.* 12. *art.* 3. 1484 Parentum in filios maledictiones plerumque non lethale.

Si verò parentes deſiderent, ut Deus filiis mortem, vel morbum inferat, nè filii peccent, nè familiam conſpurcent; tunc nec veniale eſt, eſtque ſolùm materialis maledictio.

Imò ſi deſideret quis alterius mortem ad hoc, ut Paradiſum conſequatur, deſiderat ei majus bonum, & eſſet irrationabiliter invitus.

Extimiſcendæ verò, & præcavendæ maledictiones ſecundum ordinem Divinæ Juſtitiæ imprecatæ à parentibus, & bonis Superioribus. Geneſis 9. ubi Noe maledixit Cam filio. Geneſis 49. ubi Jacob maledixit Ruben. 4. Regúm 1. ubi imprecante Elia ignis è Cœlo deſcendens conſumſit Regis nuncios. 4. Regum 2. ubi maledicente Eliſeo, pueris convivantibus, orſi è ſaltu egreſſi laceraverunt ex eis quadraginta duos. 1485 Timendæ maledictiones Parentum, aut Superiorum.

De Damnis ſupremi ordinis, & ſic de Damno vitæ hominis.

CAPUT X.

HOmo damnificatur in bonis altioris ordinis, *cæde, mutilatione, vulnere, contuſione, percuſſione, comminutione*; In quo plura comprehenſivo laconyſmo explicaturi. Primo, conſtituendum. 1486 Homo in pluribus damnificari poteſt.

Homo ſub cujus dominio ſit.

§. I.

SOlius Dei eſt homo, & quævis hominis pars. Sapientiæ 16. ibi: *tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes Imperium.* Deuteronomii 32. ibi: *ego occidam, & ego vivere faciam.* ad Galatas 4. ibi: *ſi fieri poteſt, oculos veſtros eruiſſetis. l. liber homo.* ibi: *Dominus membrorum ſuorum nemo videtur. D. ad legem Aquiliam.* Itaut nec Dominus habeat dominium corporis ſervi, niſi quoad debita obſequia. Menochius *conſ.* 82. *n.* 118. Gabriel à S. Vinc. *de juſtit. diſp.* 3. *n.* 140. Farinacius *de homicidio q.* 128. *par.* 1. *n.* 7. Treviſanus *deciſ.* 1. *num.* 10. *lib.* 2. Larrea *tom.* 2. *allegat.* 114. *num.* 5. Barboſa *in c. tantum eſt noſtrum.* 23. *qu.* 5. 1487 Homo ſub dominio ſolius Dei eſt.

Ex quo primo.

ANALYSIS I.

An poſſit quis alterum occidere, mutilare, &c.?

1488 Prohibitum alterum occidere, niſi jure defenſionis, & publica auctoritate.

NEga; niſi jure defenſionis inculpatæ, & publica juſta auctoritate; itaut ſit omnium injuriarum deteſtabilior, & lethalis, niſi invincibilis ignorantia, aut motus primo primus excuſet. Cajetanus 2.2.*q.*124.*art.*5. Diana *par.*5.*tract.*4.*reſ.*30. Vaſtat enim divinum opus, & animam Dei imaginem expreſſiorem à ſuo corporis ſolio exturbat. Philo in Geneſis 6.9. & ſpecialiter injurius eſt Deo, cui hominis dominium etiam in particulari, eſt reſervatum; eſtque enim mors ultimum terribilium à Deo tantùm infligendum, vel ab illis, quibus Deus demandat. *l.fin.D.de pœnis.* (11)

Hinc

ANALYSIS II.

An Civitas valeat licitè innocentem occidendum tradere tyranno, ſecus ipſa Civitas ultimam calamitatem paſſura?

1489 Nequis innocens tradi tyranno, etſi tota Civitas erit ſubverſura.

NEga; nam non habet dominium vitæ naturalis innocentis Civis, Deo tantùm reſervatum. Sapientiæ *c.* 16. Caramuel *intentionali n.*139.§.*reſpondeo.*

Nec quia eſt pars, cum ſui exterminio, debet ſuccurrere toti, quia non eſt pars propter totum, in quo differt à membris corporis; nam ſunt partes corporis propter corpus, nec partes corporis habent jus diſtinctum ad ſui incolomitatem, ſed jus totius eſt jus partium; ſicque non fit diſtincta injuria parti ab injuria facta toti. At in communitate ſinguli non ſunt propter communitatem, habentque diſtinctum jus à communitate pro propria indemnitate; onde nec à communitate innocens occidi, nec tyranno occidendus tradi valet. Larrea *tom.*2.*allegatione Fiſcali* 114.*n.*2. *&* 3. Baroolus *de corpore tit.*1. *num.*17.

1490 Poteſt tamen Civitas tradere civem in obſidem.

Poteſt tamen ſuum Civem dare in obſidem, etiamſi tunc veluti ſervus reddatur impotens ad teſtandum. *l.obſides. D.de teſtamentis. l.fin.D. de publicis judiciis.* Et in hoc ſenſu recipio Decium *in c.inter ceteras. n.*38. *de reſcriptis*. Menochium *conſ.* 81. *n.*120. ajentes Civitatem dominam corporis Civis.

1491 Impugnatur Caramuel.

Non me latet Caramuelem *præterintentionali n.*2784. aſſerere, poſſe Civitatem cauſa ſervandæ quietis, concordiæ tradere innocentem tyranno petenti ad occidendum: movetur, quia ut in corpore naturali, ità in politico licet exponere periculo partem ſanam, ut totum ſervetur. Secundo movetur, quia intentio tradentis eſt, concordiam, pacem obtinere, & mors innocentia ſequitur præter intentionem dantis.

Sed primæ rationi jam ſatisfactum. Secunda mihi eſt dubia, quia liceret teſti ad evitanda gravia tormenta deponere æquivocè falſa, dicendo ſequi præter intentionem innocenti cædem.

ANALYSIS III.

An liceat opem præſtare ad alterius homicidium?

1492 Iniquum eſt opem præſtare ad alterius homicidium.

NEga: idque ſub pœna mortis. *l.*1. *D.ad legem Cornel.de ſicariis. c.ſicut dignum.*§.*illi etiam. de homicidio. l. is, qui opem. D. de furtis*. Unde homicida cenſetur cooperans homicidio depoſitione, accuſatione, conſilio, auxilio, &c.

ANALYSIS IV.

An liceat ſe ipſum interimere?

1493 Nequit quis ſe ipſum interimere.

NEga; quia ſui ipſius fructuarius adminiſtrator, non Dominus, eſtque contra divinum dominium immane peccatum injuſtitiæ, & contra inclinationem naturalem ſui conſervationem molientis. *l. qui res.* §. *Papinianus. D. de bonis eorum, qui ſibi mortem. l.ſi quis aliquid.* §.*miles. D.de pœnis.* D.Auguſt. *lib. de patientia. c.* 13. S. Chryſoſtomus *homilia* 87. *in Joannem.*

Peccatum ſe occidentis.

1494 Sicque peccat cõtra caritatem, & juſtitiam.

ESt primo contra caritatem, qua quis tenetur magis ſe, quàm alterum eripere ab extrema neceſſitate, & ſic à morte; & tenetur diligere ſe ſicut proximum ſuum, quem perimere nequit. Secundo, peccat contra juſtitiam ſpecialis divini dominii in vita hominis, & facit injuriam Reipublicæ, cujus intereſt Cives vivere. *l.*1. *&* *l.qui res.* §.*Papinianus. D. de bonis eorum, qui ſibi mortem*. Bonacina *de reſtitut. diſp.*2. *qu. fin. ſect.* 1. *punct.* 1. *propoſit.* 1. Peccat etiam contra juſtitiam lædens jus illorum, quorum

(11) Igitur injuſta erit hominis occiſio, aut mutilatio, ſi privata auctoritate fiat, aut abſque jure defenſionis cum moderamine inculpatæ tutelæ: Juſta, & inculpata defenſio aderit, ſi evidenter aggreſſor damnum grave inferat, & evidenter nequeat moraliter alia via damnum imminens impediri; quæ duo communi DD. calculo reputantur veluti conſtitutiva juſtæ, & inculpatæ defenſionis occiſivæ, quibus deficientibus, occidens, aut per exceſſum peccabit, aut ultionem potiùs committet, non inculpatam defenſionem. Quapropter jure merito ad compeſcendas hominum injuſtas occiſiones damnatæ ſunt plures Propoſitiones à Summis Pontificibus, quæ aut fallaci ratione, & inani prætextu, aut pro re levi, aut pro re, quæ aliter evitari poterat, aut pro actione jam tranſacta, in Republica innumera homicidia promovebant pallio defenſionis honoris, & famæ, quam potiùs occiſi hominis ſanguine impiè, turpiterque fœdebant, quàm integram, illibatamque conſervabant. Alexander VII. ſequentes damnavit, quas Auctor jamdum in ſua *Anacephalæoſi tit.* 4. *à num.* 165. *ad* 234. *&* *tit.*57. *à num.*791. *ad* 814. explicavit, & impugnavit, quarum prima ordine eſt.

II. „ Vir equeſtris ad duellum provocatus, po„ teſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud „ alios incurrat. „

XVII. „ Eſt licitum Religioſo, vel Clerico ca„ lumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua „ Religione ſpargere minantem occidere, quan„ do alius modus defendendi non ſuppetat, uti „ ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit para„ tus vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni pu„ blicè, & coram graviſſimis viris prædicta im„ pingere, niſi occidatur. „

XVIII. „ Licet interficere falſum Accuſatorem, „ falſos Teſtes, ac etiam Judicem, à quo iniqua „ certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt „ innocens damnum evitare. „

XIX. „ Non peccat maritus occidens propria au„ ctoritate uxorem in adulterio deprehenſam. „

Innocentius XI. ſequentes proſcripſit.

XXX. „ Fas eſt viro honorato occidere invaſo„ rem, qui nititur calumniam inferre, ſi ali„ ter hæc ignominia vitari nequit: idem quoque „ dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte „ percutiat; & poſt impactam alapam, vel ictum „ fuſtis fugiat. „

XXXI. „ Regulariter occidere poſſum furem pro „ conſervatione unius aurei. „

XXXII. „ Non ſolùm licitum eſt defendere de„ fenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus; ſed „ etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ „ nos poſſeſſuros ſperamus. „

XXXIII. „ Licitum eſt tam hæredi, quàm le„ gatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæ„ reditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe tali„ ter defendere; ſicut & jus habenti in Cathe„ dram, vel Præbendam contra eorum poſſeſſio„ nem injuſtè impedientem. „

Digitized by Google

rum intereſt vita occiſi. Videſis Tholoſanum 36. *ſyntagmatum c.22.*

ANALYSIS V.

An Judex poſſit præcipere reo, ut ſeipſum occidat?

1495 Nequit Judex reo præcipere ut ſe ipſum occidat.

NEga; quia Deus naturæ auctor conſentanea præcipit naturæ, refugientis ſui deſtructionem. Seneca *epiſt.*70. D.Auguſt.6.*de Civitate c.*10. Secundo, eſſet præceptum difficillimum contra naturalem inclinationem, & ſic poteſtas id præcipiendi à Deo judici tributa non eſt. D.Thomas 2.2.*q.*69. *art.*4. Philippus Faber in 4.*diſt.*15.*q.*3.*diſp.*52.*c.*1.*n.*46. eſſet enim crudelitatis non juſtitiæ effectus. Caramuel *præter intentionali.n.*2489.*&* 2491.

ANALYSIS VI.

An poſſit Judici id præcipienti obedire?

1496 Nec reus poteſt Judici id jubenti obedire.

NEga; quia non habet jus præcipiendi, & ſi eſſet, ac ſi ſine judicis præcepto ſe occideret, morte damnatus, ſicque illa cæda ſe impiaret.

Hinc damnatus, ut veneno moriatur, aut venam ſibi aperiat, nequit ſibi venam laocinare, nec venenum ſumere; nam ſuæ vitæ dominio caret, & Judex caret jure id præcipiendi: eſſetque ità, ac propria auctoritate ſe interimeret. D.Thomas *loc.cit.* Sotos 5. *de juſtit. q.*6. *art. fin.* Navarra 2.*de reſtitut. c.*3. *n.*81. qui aſſerunt poſſe os operire, venenum recepturus. Leſſius 2. *de juſtit.c.*9. *dub.*6. *n.*25. & venenum à miniſtro propinatum licere accipere ait Azorius *p.* 3. *lib.*2.*c.*3. *q.* 10. At ſemper debere ejicere ait Silvius 2.2. *q.*69. *art.*4. *quæritur* 4. contra Victoriam *relectione de homicidio n.* 30. Cordubam, & Aragonium, ajentes debere aſſumere venenum ad id damnatum à Judice; ſicuti debet aſcendere ſcalas, collum accomodare ictui.

1497 A quo differt aſcendere ſcalas, aut collũ aptare, quia in ſe ſunt res indifferentes.

At paritas non eſt firma, & notat; quia aſcendere ſcalas, viam terere, collum aptare ſunt actiones indifferentes, ex ſe mortem non cauſantes, at venenum ſumere, filum ſcindere, eſt per ſe cauſa mortis, ſicqua non eſt indifferens res: ſicuti non poteſt ſe præcipitem ſuſpendendus dare è ſcalis, quia actio determinata ad mortem, à ſe ſibi non inferendam.

Hinc etiam reſolvitur.

An damnatus, ut fame abſumatur, valeat oblatos cibos trajicere?

1498 Damnatus, ut fame pereat, valet oblatos panes accipere.

POteſt, quia nequit fieri præceptum tam difficile, contra naturalem ſe conſervandi inclinationem. At poſſet paſſivè ſe habere non comedendo, quia quantum eſt ex hoc non eſt cooperari, ſed mortem pati.

At quia illud præceptum tam difficile fieri nequit, & ſic eſt ita, ac ſi non eſſet factum; ideò concludas, quòd tenetur comedere ex divino præcepto, quo tenetur ſe edendo conſervare ordinaria via.

ANALYSIS VII.

An liceat facere aliquid ad bonum licitum finem, unde mors non intenta, prævideatur ſecutura?

1499 Si quid fiat ob bonum finẽ, & ſequatur mors, licet non intenta, non peccatur.

AFfirma, quia quæ ſunt præter intentionem, & nolita, actum non ſpecificant: ſic milites incendium excitant in hoſtes, quo ipſi abſorbebuntur, & in cineres abibunt: ſic turrim ſubverſuri opprimentur: ſic hoſtes aggreſſuri majori pro parte trucidabuntur, idque licere ait Becanus, Malderus, Molfeſius apud Dianam *p.*5.*tract.*4. *reſol.* 31. ſed nutat Faber *loc. cit.* in illo, qui ſe telo opponit, ut ſalvet Principem.

ANALYSIS VIII.

An occidendi ab hoſtibus poſſint navim incendere, & fugere projiciendo ſe in mari cum periculo mortis?

AFfirma, quia id non eſt ſibi mortem inferre, ſed illam fugam evitare, licèt deinde naufragio abſumpti pereant. Malderus 2. 2. *tract.*3.*c.*1.*dub.*19. Leſſius 2. *de juſtitia. c.*9. *dub.* 6.*n.*24. ſed negat, quia eſſet ſe occidere, Sylvius 2.2.*q.*64.*art.*5. *ad* 4. & pendulus manet Bordonus *tom.*1.*lib.*5.*q.*4.*c.*1.*§.*2.*n.*4. 1500 Occidendi ab hoſtibus poſſunt cũ periculo vitæ fugere.

Vitæ Conſervatio.

§. II.

CIrca vitæ conſervationem occurrunt ejus productio, & contractio, an ſcilicet quis poſſit vitam abbreviare. In quo mihi ſtatuendum.

Principium.

UNuſquiſque cùm non ſit dominus propriæ vitæ. Caramuel *intentionali n.*148. *ſed ſit veluti fructuarius, tenetur vitam conſervare, eaque uti ſalva ſubſtantia.* Patet ex ſe. 1501 Homo non eſt dominus ſuæ vitæ, ſed uſusfructuarius.

Secundum Principium.

TEnetur ſuam vitam tueri, & conſervare mediis conſuetis, non extraordinariis; nam ad extraordinaria humana fragilitas divino illo ſuavi præcepto, non fuit adſtricta præcepto V. Decalogi. 1502 Et tenetur illam tueri mediis conſuetis, non extraordinariis.

Hinc non tenetur mediis inſolitis contrariis ſtatui, illam conſervare: & moribundus Carthuſianus uſu carnium evaſurus mortem, illas comedere non tenetur, quia contra profeſſionem, & conſuetum curandi morem illius religionis. Gabriel à S.Vinc. *de juſtit.diſp.*2. *n.*147. imò nec poſſe illas edere tunc, ait Vaſquez 1.2. *diſp.* 16. At poſſe, & non teneri edere, ceſſante in tanta neceſſitate lege profeſſionis, rectiùs tradunt tres DD. quos ſequitur Diana *p.* 5. *tract.*4.*reſol.*32. 1503 An Carthuſianus poſſit comedere carnes, ut mortem evadat.

Sed ad conſervandam vitam poteſt, ſed non tenetur quærere, & uti lectiſſimis cibis. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.n.*143. 1504 Quis poteſt, ſed non tenetur quærere, & uti cibis lectiſſimis.

Tertio, non tenetur omittere conſueta excercitia ſtudii, mortificationis, jejunii, pœnitentiæ, etiamſi eis vita abbrevietur; nam tunc abbreviatur conceſſo uſu; & ut uſufructuarius: ità homo utens ſua vita, non tenetur, ſi uſu conceſſo res pereat, vel deterioretur. *l.*13.*§.navis.D. de uſufructu.* Ad hoc enim vita noſtra nobis conceſſa eſt, ut conſuetis uſibus Deo, & proximo propter Deum inſerviamus. In quo differt ab illo, qui veneno vitam abbreviat, quia non eſt modus utendi, ſed deſtruendi vitam. Grammaticus *dec.*22. 1505 Et non tenetur conſueta exercitia omittere.

Quarto, nec tenetur ſe abſtinere à potu aquæ, nive frigefactæ, licèt Medici dicant mortem inde accelerandam; nam eſt modus vivendi conſuetus, à quo non tenetur recedere, etiamſi vita coarctetur. Bonacina, & Rodriquez apud Dianam *p.*5. *tract.*4. *n.*27. moti, quia eſſet levis abbreviatio, quæ ratio non probat, quia inſuetis modis, nec licèt tantulum abbreviare vitam. (12) 1506 Quid ſi Medici prohibeant id, quod alii cõmuniter utuntur.

Quinto, non tenetur deſerere laborem pro ſalute animarum, etiamſi inde mors acceleretur; quia talis labor ſpectat ad conſuetum modum piè vivendi ſocietatis humanæ, eſtque actus 1507 Nec deſerere laborem pro ſalute animarum, etſi vita abbrevietur.

(13) Potus aquæ frigefactæ non eſt modus conſuetus infirmo prohibente medico.

Digitized by Google

aĉtus pietatis, & caritatis D. Auguſtinus *lib. de mendacio c.*6.

1508 Damnatus, ut famæ pereat poteſt edere oblata.

Sexto poteſt damnatus, ut fama pereat, edera oblata; nam hic eſt modus conſuetus humanæ ſocietatis. Azorius *p.*3. *lib.*2. *c.*3.*q.*6. Leſſius 2.*de juſtit.c.*9.*n.*29.

1509 Non licet, ut evitentur ærumnæ dolor, infamia, vitam abbreviare.

Septimo, non licèt ſe occidendo vitam abbreviare ad evitandas hujus vitæ ærumnas, dolorem, infamiam; nam inter vitæ ærumnas vivit conſueto modo homo; & ſic non eſt unde vitam, cujus dominus non eſt, deſtruat, efficetque facinus belluino crudeliùs, recrudeſcente infamia ex ipſa morte, ut ait Caramuel *intentionali n.*148.,*&* 149.ubi Samſon Dei nutu, vel invincibili ignorantia ſibi mortem conſcivit. Judicum *c.*16. v.28. Idemque de multis ſanĉtis Martyribus ſpontè tormenta petentibus ex Divo Auguſtino *c.*20. Divo Bernardo de *præceptis c.*7. contra Plinium *lib.*2.*c.*63.*&* *lib.*28.*c.*1.ibi: *ex omnibus bonis, quæ hominibus tribuit natura, nullum melius eſt tempeſtiva morte, in eaque id optimum, quod illam ſibi quiſque præſtare poteſt*, & contra alios apud Caramuelem *intentionali n.*147.

1510 Se aperiens Judici nocēs non peccat ſi indè mors ſequatur.

Oĉtavo, nocens Judici ſe propalans morte citata occubiturus, non peccat, quia non à ſe, ſed à Judice mors ſibi infligitur juſtè. Sancius 46. *ſelectarum.n.*19.Navarra 2.*de reſtitut. c.*4. *nn.*20. Sanch.2. *decalogi lib.* 2. *c.*18. *n.*43. Sà *v. infame n.*1. non enim eſt malum velle juſtè mori. Cujus oppoſitum docet Philippus Faber in 4. *diſt.* 15. *q.*3.*diſp.*52.*c.*1. *n.*46. Caramuel *præter intentionali n.*2374.

1511 Vita non eſt tuenda cum inſolito dolore, niſi bono publico ſit neceſſaria

Nono, cum inſolito dolore vita non eſt tuenda, niſi omninò neceſſaria bono publico ſit; nam non eſt modus conſuetus, nec ſuave Dei præceptum ad tam dura obligat. unde poteſt quis nolle ſibi brachium ſcindi, veſſicam incidi ad eruendum calculum, vel partem infeĉtam, unde morietur, & multo minus tenetur ſibi ſuum brachium ſcindere, nè incendio abſumatur. Sylvius 2. 2. *q.*65. *art.* 1. *concluſ.*2. quinque DD. apud Dianam *p.*5.*tract.*4.*reſol.*32.

1512 Pudica mulier poteſt Medicos evitare, nè curetur morbus ſecretus cum magno rubore.

Decimo poteſt ſecùs moritura refugere medicas viri manus pudica, laborans ſecretis partibus magno rubore ſuffundenda. Sancius 3. *ſelectarum.*Sanchez 1.*opuſculorum lib.*1. *c.*4. *dub.* 13.Leſſius 4.*de juſtit. c.*3. *dub.*4. *n.*60. Baldellus *tom.*1.*lib.*3. *diſp.*15. *n.*5. Torrianus *p.*1.*ſummæ c.*163.*dub* 5 *concl.*1. non enim cum tanto rubore eſt vita tuenda. Diana *p.*5. *tract.* 3. *reſol* 138. Gabr.à S.Vinc. *de juſtit.diſp.*3.*n.*148.Caramuel hiſtorias referens *præter intentionali n.*2379. de Regina Hiſpanorum Iſabella, malente mori, quàm à viris inibi curari. Idque etiam ſi aliàs certò decedet, etiam ignobilis, non ex ratione Leſſii *lib.*4.*de juſtit. c.*3. *dub.* 8. *n.* 60. evitantis turpes motus, nam indè, nec à femina, nec à ſe ipſa medicinæ miniſtrari valerent. Imò etiam viri excuſari valerent eadem lege.

Sed vel ex noſtra ratione, vel ex Caramuelis *loc.cit. n.* 2383. ſcilicet mortem eſſe præter intentionem, at conſervatio pudicitiæ, & verecundiæ per ſe eſt intenta.

XI. Reus innocens non tenetur ingenti dolore ſuam vitam conſervare, nec peccaret, ut homicida ad evitanda gravia tormenta falſum crimen ſibi adſcribens, undè morietur. Sancius 46. *ſelectarum n.*16. Navarra 2.*de reſtit.c.*4.*n.*21. Diana *p.*3.*reſol.*7. ajentes nec veniale ſi mendacium æquivocatione tollatur.

Me autem angit difficultas, & duplex contra prædiĉta.

1513 Auctoris judicium.

Prima, quia ſi vita propria non eſt tuenda cum tanto dolore, poteſtque ſibi imponere falſum crimen, multò minus aliena vita erit ſervanda cum tanto dolore, ſicque teſtis ad evitanda tormenta gravia, licitè poterit imponere falſum crimen contra innocentem, æquivocatione mendacium evitans.

Nec refert primo teſtem, non eſſe Dominum vitæ alterius; nam nec principalis eſt dominus vitæ ſuæ.

Nec ſecundo refert eſſe fruĉtuarium vitæ ſuæ, non alterius; quia non per hoc poteſt perdere vitam ſuam, cùm fruĉtuarius ſit ſalva ſubſtantia.

Nec tertio refert, quòd deponendo falſum contra tertium illi noceret; nam etiam noceret vitæ ſuæ, cujus non eſt Dominus.

Secunda difficultas eſt, quia confeſſio partis cooperatur magis, quàm depoſitio teſtis, cùm confeſſionem ſpontaneam juridicam, non poſſit repellere, & poſſit repellere teſtes; ergo ut teſtis non poteſt deponere falſum contra vitam innocentis: ità nec reus falſum fateri; & ut teſtis, non poteſt æquivocatione externa ſe excuſare: ità nec reus confeſſione falſum æquivocando dicere.

Tertia difficultas, quia nequit cooperari ad mortem Innocentis ſuæ vitæ veneno, ut effugiat gravia tormenta; ergo nec confeſſione falſi, quia probatio eſt cauſa movens animum Judicis ad inferendam necem; ergo confeſſio moveret; ergo ſua confeſſione ſe occideret.

1514 Objectis ſatis.

Nec dicas hinc ſequi, nec licere confiteri verum crimen, qua confeſſione ſibi per Judicem mortem infert, quod eſt contra uſum omnium judiciorum.

Fortis, lacertoſa difficultas, in qua alios potius audire mallem; ei tamen ſatisfacias recurrendo ad divinum beneplacitum, relaxans præceptum, *non occidas*, contrà demerentes vivere, & ſic concedens omnia media ad veritatem indagandam, etiam per torturam, & confeſſionem: ſicque reus, licèt non teneatur ex communi, nè ſit actor, & reus, licitè tamen poterit criminis confeſſione ſuæ morti juſtè cooperari. Idque quia Deus in hoc relaxavit præceptum, non cooperandi morti ſua confeſſione. (13)

An liceat nolle uti medicinis, & cibis inſolitis?

1515 Nequit quis nolle uti medicinis, & cibis inſolitis, ſi ſint faciles, & ſanitatē dabunt.

Diſtinguas: vel medicina eſt facilis, & certa cauſatura ſanitatem, & tunc eſt modus conſuetus, & ſic uſusfruĉtuarius vitæ conſervandæ illo tenetur uti.

1516 Secùs ſi ſint valde arduæ

Si verò *medicina ſit valdè ardua*, & tunc ut uſusfruĉtuarius inſolitis valdè mediis proprietatem cuſtodire non tenetur, ità nec cum magno dolore, nec ſeleĉtiſſimis cibis. Caramuel *præter intentionali n.*2402.,*&* 2343.,*&* 2344.

1517 Quid in medicina incerta.

Si verò medicina *ſit incerta*, tunc ut poteſt ſaluti remedium dare, ità occidere, & conſequen-

(13) Hic reus, non ſe occidit, ſed aperit veritatem Judici legitime interroganti, cui obedire tenetur, à quo poſtea morti damnatur. Et Judex hanc poteſtatem habet reum conviĉtum, & confeſſum occidendi.

Digitized by Google

quenter, ut non tenetur ſe exponere periculo mortis, ità poteſt Medicum non admittere, & uti communi cibo. Medina de *jejunio. q. fin.* & neminem teneri in conſcientia Medico credere ait Caramuel *præterintentionali n.* 2344. & licèt dicatur pretioſo pharmaco vitam protrahendam eſſe, cùm non evidens, & ad ſummum probabile in conſcientia, ut non tenetur ſequi opinionem probabilem Doctoris, ità nec probabilem Medici; Et ità practicaſſe doctiſſimos viros teſtatur Gabriel à S.Vinc. *de juſtit. diſp.*3. *n.*148. (14)

1518 Accelerans ſibi mortem per horam peccat, & etiam per inſtans.

XII. Peccat mortaliter decumbens intra diem moriturus, per horam ante ſe occidens, quia illa occiſio non eſt uti vita uſu ſibi conceſſo, ſed abuſu deſtruere; nec in hoc breviſſima temporis duratio pro nihilo habenda; nam eſt perfectum homicidium, non pendens à temporis duratione, ſed à violenta ſeparatione animæ à corpore, quæ in inſtanti fit, ut in inſtanti anima corpus informat. Caramuel *præter intentionali n.* 2350. rectè non admittens materiam levem in genere homicidii, licèt per ſemiquadrantem, tu addas etiam per inſtans.

1519 Particularis faciens celerare gradum Reo ad mortem ob cauſam nō peccat, nec eſt irregularis.

XIII. Non peccat, nec eſt irregularis particularis, non miniſter juſtitiæ accelerans reo mortem expeditiori curſu, vel quia plovia, aut nox imminet; nam hic eſt conſoetus vitæ humanæ mos; quo utens nemini injurius, & uſu conceſſo utitur. *præterintentionali n.* 2351.

1520 Defenſiones ad evitandā mortem, nō ſunt renunciandæ.

XIV. Nemo valet ſuis defenſionibus renunciare, undè morietur; quia non eſt Dominus ſuæ vitæ, cujus vitæ abbreviatio uſu conceſſo ei non imputaretur; renunciare verò defenſioni non eſt uſu conceſſo communiter uti. Menoch. *lib.*1.*de arbitrariis q.*7.*n.*8.*&* *q.*87.*n.*6. Gomez *tom.*3.*variarum c.*13. *n.*33. Jaſon. *in l. ſi quis in conſcribendo.n.*18.*C.de pactis.* Guttier.*p.*3. *de jur. confirm. c.*10. *n.*1. Fagundez *tom.* 2. *lib.*8. *c.*35. *n.*2.Hyppolitus *in l ſi quis ultrò.n.*62. *D.de quaſtionibus.* Treviſanus *dec.*1.*n.*4.*lib.*2.Baronius *de corpore tit.*1.*n.*53. Unde Judex etiam reo invito debet defenſiones concedere in cauſa gravi criminali. Guttierez *p.* 3. *de juramento confirmatorio c.*10.*n.*3. dicens in gravi cauſa criminali, nec poſſe renunciare reproductioni teſtium in judicio ſummario contra ſe receptorum.

1521 Obligatio pro alio ad pœnam corporalem eſt iniqua, ſecùs ad pœnā pecuniariam.

XV. Nequit pro alio ſe obligare ad pęnam corporalem. Muta *conſil.*80. *n.* 30. licèt poſſit ſe obligare pro alio ad pœnam pecuniariam, & carcaris non perpetuæ. igneus in *l.*1. *§.ſubvenitur.n.*148. *D.ad Syllanianum.*

1522 Sola confeſſio ſine conjecturis, & non conſtito corpore delicti, non dānat reum.

Imò ex ſola confeſſione delicti ſine aliis conjecturis, & non conſtito de corpore delicti, nemo damnari valet. igneus in *l. item illud. n.*3. *ad Syllanianum.*Menoch. *conſil.*670.*n.*3.Chartarius *dec.crimin.*66. *n.* 104. & de corpore delicti conſtare poteſt verè, vel præſomptivè. Chartarius *dec.criminali* 39.*n.*2.Treviſanus *lib.*2. *dec.* 13.*n.*29.

1523 Miles volet ſibi vitā abbreviare uſu conſueto militiæ.

XVI. Miles militia poteſt ſibi vitam abbreviare, & periculis exponere; nam tunc uſu belli conceſſo utitur vita; & ut fructuarius navis non tenetur navi pereunte uſu conceſſo, ità nec fructoarius vitæ ſuæ, vel alterius tenetor vita pereunte uſu conceſſo, puta bello, navigatione.

An liceat vitam periculis exponere?

1524 Licet vitam periculis exponere uſu jure conceſſo, & conſueto.

DIſtinguas: vel *exponitur periculo uſu jure conceſſo conſueto;, vel uſu non conſueto, nec conceſſo.*

Si primum, affirma, nam id eſt uti re uſu conceſſo, ità eſt uſus belli, navigationis, equitatus, conſtructionis ædificii.

1525 Secùs ſi non ſit conceſſus.

Si *verò non ſit uſus conceſſus*, videtur tunc abuſus vitæ, & ut uſusfructuarius tenetur pereunte re, uſu non conceſſo, culpa fructuarii: ità teneretur exponens vitam periculo uſu non conceſſo.

Difficultas nunc eſt.

An pro amico liceat vitam periculo exponere?

1526 Pro amico non licet vitam periculo exponere.

NEga, quia non eſt uſus vitæ ad id conceſſus, & ſtrictiùs, vel æquè ſe, non plus amicum, quàm ſe diligere tenetur. Matthæi 22. ibi: *diliges proximum tuum ſicut te ipſum*; Non autem diligit ſe, ut proximum, qui pro proximo moritur. Durandus in 4. *diſt.*17.*q.*6. Bellarminus *tom.*3.*de bonis operibus lib.*3.*c.*8. Mendozza 2. 2. *diſp.*144. Caramuel *præterintentionali à n.*2404. ad 2491. Excipias parentes, quibus magis, quàm ſibi filius tenetur.

1527 Alii caſus referuntur.

Scio tamen plures apud Dianam *p.*5. *tract.*4. *reſol.*28.*&* *reſol.*42. fateri licitum periculo certo vitam exponere pro proximo, pro amico. ſicque naufragio, fame, bello, ictu ſecus deceſſuro, licere dare tabulam, panem, equum fugienti dimittere, licèt ea tradens morietur. Imò licitum ſe non defendendo mori, nè aggreſſor moriatur, & *reſol.* 29. ait pro defenſione honoris amici illicitum ſe morti exponere, contra Solom 5.*de juſtit.q.*1.*art.*6. Vegam *tom.*1.*c.*127. *caſu* 7. dicentes licere pro defenſione honoris amici mori

Et quando æquè utiles ſunt vitæ duorum, unum poſſe pro altero vitam exponere, firmat Arriaga *tom.*5. *diſp.* 40. *n.*47. quia Deus utriuſque Dominus, contentus ut una ſervetur vita, ſi utraque nequeat.

An quis ut ſuccurrat proximo conſtituto in neceſſitate ſalutis æternæ, ſuam vitam exponere valeat?

PRimo inquiramus de quocumque. Secundo de paſtore.

Proximo extremè indigenti in bonis animæ, an ſuccurrendum cum periculo vitæ?

1528 Valet quis cum periculo tantum vitæ temporalis proximo ſuccurrere extremæ indigenti in bonis animæ.

DIſtinguas: vel adeſt tantùm periculum vitæ temporalis, vel etiam ſpiritualis.

Si immineret periculum animæ, & corporis, cum tali periculo non eſt alteri ſuccurrendum; nam debet diligere magis ſalutem animæ ſuæ, quàm alterius, nec eſſet uti vita uſu conceſſo; unde tempore perſecutionis cum periculo apoſtatandi non eſſet proximo ſuccurendum. Caramuel *præter intentionali n.* 2522. Villalobos *tom.*1.*tract.*3.*difficult.*7.*n.*7.

Secùs verò ſi adſit periculum ſuæ animæ.

Si verò deſit periculum animæ, tunc poteſt, & tenetur ſuam vitam periculo exponere pro æterna ſalute proximi periclitantis; quia in extrema neceſſitate Deus id præcipit. S.Joannis 1. *epiſt.c.*3.ibi: *in hoc cognovimus caritatem Dei*, & ibi: *nos debemus pro fratribus animas ponere.* D. Thomas 2.2.*q.*26.*art.*5. ubi Torres. Conink de *fide diſp.*25.*dub.*7. *n.* 87. Navarrus *c.*24. *n.*9. Diana *p.*3.*tract.*5.*diſp.*40.*n.*50. dicens in extrema

(14) Si medicina probabiliter juvare poſſit, & non ſit periculum, quod noceas, tenetur illam ſumere, modo non ſit valde ardua, &c.

ma neceſſitate eſſe impotens ſibi ſuccurrere, fuga, contritione, ut puer imbaptizatus agens animam, vel adultus ignorans elicere contritionem à lethali commiſſo. Non autem eſſet in extrema neceſſitate invaſor occidendus cum moderamine; nam poteſt deſiſtendo periculum evitare: Sed ſi ſauciatus auxilium ſpirituale implorat, vulnerans, etiam cum diſcrimine ſuæ vitæ, tenetur ei conſulere ſi poteſt. Arriaga *loc. cit. n.* 52., *&* 55. *in fin.*

An in gravi neceſſitate, cum periculo vitæ, ſuccurrere teneatur?

1529 In gravi verò poteſt, ſed non tenetur cum periculo vitæ proximo ſuccurrere.

POteſt, ſed non tenetur cum periculo vitæ ſuccurrere gravi neceſſitate preſſo. Arriaga *loc. cit. n.* 53.

Poteſt, quia eſſet uti vita in exercitio caritatis, humanæ ſocietati conceſſo; & ut militia exercitium vitæ temporale: ità operibus piis exercitium ſpirituale, licet prudenter vita uti, etiam peritura.

Non tenetur, quia in gravi neceſſitate proximus poteſt ſibi ſubvenire, & periculum evitare majoris indigentiæ. Caramuel *loc. cit.* Coninck *loc. cit.* Arriaga *loc. cit. n.* 53.

Habentes curam animarum, an poſſint vitam periculo exponere in exercitiis caritatis?

1530 Curam animarum habentes poſſunt vitam periculo exponere pro operibus caritatis.

AFfirma: nam ex dictis exercitiis vitæ humanæ conſuetis, licet vitam uſu conceſſo, periculo exponere; ſed major difficultas eſt.

An teneatur in gravi, vel in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis propria vita ſuccurrere ovibus?

1531 Iidem tenentur in gravi, aut in extrema neceſſitate ſpirituali ovium vitam exponere periculis.

AFfirma: ſi ejus opera ſint neceſſaria omninò. DD. *citati*; in quo paſtor differt ab aliis in extrema, non in gravi neceſſitate obligatis proximo ſubvenire. 1. Joannis *c.* 3. ibi: *debemus pro fratribus animas ponere*. At Paſtor in gravi, & in extrema neceſſitate ovibus adeſſe tenetur, miniſtrando neceſſaria Sacramenta ad ſalutem, aliter periclitaturis, ſivè ſit Epiſcopus, ſivè Parochus, peſte, vel perſecutione abſumendus. Caramuel *præter intentionali n.* 2496. dans v 1. DD. Diana *p.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 24. Hurtadus Mandoza a.a. *diſp.* 144. *ſect.* 3. §. 28. Arriaga *tom.* 5. *diſp.* 40. *n. n.* 503.

1532 Quæ Sacramenta miniſtranda à Parocho cũ periculo vitæ.

Ratio obligationis naſcitur ex officio, ſalario dotato, ad finem, ut præſto ſit ſuis ovibus, ratione cujus ad plus debet obligari, quàm ſalarium non recipiens. Quæ autem ſint hujuſmodi Sacramenta cũ periculo vitæ à Parocho, & ab Epiſcopo miniſtranda, etiam cum gravi neceſſitate.

Primo, non eſt Baptiſmus, nam hic poteſt à quolibet conferri, ſi adſit alius.

Secundo, non eſt Confirmatio, niſi eò res deveniat, ut ſecus damnetur, quod eſt impoſſibile; nam faciliùs Epiſcopus illi miniſtrabit abſolutionem pœnitentiæ abſolutè.

Euchariſtia ſaltem in voto eſt neceſſaria, & divino præcepto in re miniſtranda.

Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrandum cum periculo vitæ impotenti contritione ſibi ſuccurrere cum difficultate.

Extrema unctio non eſt neceſſaria. Tanderus *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 1. *dub.* 3. *n.* 62. Cotonius v. *extrema unctio n.* 2. *&* v. *Parochus n.* 5. Caramuel *præter int. num.* 2496. contra Turrianum *in ſumma p.* 2. *c.* 136. *dub.* 3. *concluſ.* 1.

Ordo non eſt de neceſſitate, niſi fervente perſecutione, miniſtris ſubſidiariis fides ſit conſtabilienda pro fidelibus perſecutioni ſuperſtitibus. Caramuel *loc. cit. n.* 2502. *&* 2505.

Mutilatio.

§. III.

1533 Homo nequit ſeipſum mutilare.

HOmo ſui ipſius etiam quò ad partes, dominio caret; itàut nec digiculi articulum abſcindere ſibi queat, licèt enim detur parvitas materiæ in contuſione, leviſſimo vulnere, in conciſione minutiſſimæ pellis non reddentis hominem mutilum, nec defectuoſum, ut patet in conflictu puerorum ſe contundentium leviſſimè vulnerantium, tamen abſciſſio partis digiti eſt res gravis. Caramuel *præterint. n.* 2320. *&* 2328.

1534 Eviratio nõ licet quacũque ex cauſa

Idque adeò verum, ut nec ob ſervandam, vel ob amorem caſtitatis, liceat ſibi partes demetere; nam illarum nec eſt Dominus, etiam illis infectis ferociùs, & petulantiis ſtimuli contra caſtitatem recrudeſcunt. D. Auguſtinus *lib.* 6. *in Julianum c.* 5.

Secundo, quia ut non licèt oculo ſe orbare, vel manu, lingua, licèt indè quandoque occaſio peccati; ità nec licet ſe ipſum evirare; peccatum enim, non iſta, ſed conſenſus facit, aliàs totum corpus eſſet circumcidendum, & pedes etiam abſcindendi, quibus itur ad peccandum. D. Chryſoſtomus in *cap.* 5. ad Galatas. Clemens Alexandrinus 3. *pedagogiæ c.* 4. Caſſianus *collat.* 12. *c.* 10. unde rectè D. Ambroſius *lib. de viduis* in fine ait: *Caſtos, non infirmos eſſe nos convenit; pudicos oculos habere, non debiles.*

1535 Objectioni occurritur.

Nec dicas cum Sixto Piſagueo, licet pro ſalute corporis; ergo etiam pro ſalute animæ, & pro pudicitia partem corporis ſcindere.

Nam etiam ſine tali conciſione caſtitas ſervatur, & cum tali demiſſione petulantia non frænatur. D. Chryſoſtomus *hom.* 63.

Malè ergo Origines virilitatem ſuam abſcindens id commendat. *lib. de ſingulari Clericorum continentia c.* 107. & malè Democritus ſe orbavit, ut philoſopharet, teſte Gellio *lib.* 10. *noctium acticarum c.* 17.

Et verba Chriſti Domini: *ſi oculus tuus ſcandaliſat te, erue eum*. Intelliguntur de amicis malis. Iſydorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 83. Salvianus *lib.* 3. *de providentia.*

An parentes licitè evirare valeant ſuos liberos conſentientes, ut canant, & præciſo periculo vitæ?

1536 Non licet parentibus filios evirare conſentientes ob cantũ, præciſo vitæ periculo.

NEga. Bonacina *diſp.* 7. *de cenſuris q.* 2. *punct.* 2. *n.* 34. Lezzana v. *homicidium n.* 4. v. *irregularitas n.* 75. Theſaurus *p.* 2. *praxis* v. *membrorum mutilatio c.* 1. §. *amplia* 3. Diana *p.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 36. Tanderus apud Dianam *p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 98.

Contra Salonium 2. 2. *q.* 65. *art.* 1. *controv.* 2. Sayrum 3. *clavit. c.* 9. *n.* 38. Trullenck *lib.* 5. *decalogi c.* 3. *dub.* 4. *n.* 4. Paſchaligum *centur.* 1. *can. q.* 100. Gabrielem à S. Vinc. *de matr. diſp.* 6. *n.* 30. §. *difficultas*. Quarti *de caſibus reſervatis ſect.* 1. *difficult.* 4. motos, quia id eſſet neceſſarium pro conſervando organo vocis humanæ politicæ ſocietati neceſſario, & quia majus malum eſſet bono publico amiſſio vocis, quàm eviratio.

1537 Rationibus aſſertio roboratur.

Probatur primo, quia homo non eſt Dominus membrorum ſuorum, nec filii. *l. liber homo. D. ad l. Aquil.* & quia pars totum non inficiens, non eſt deperdenda.

Secundo, quia majus malum eſt eviratio ex ſe tollens hominum procreationem, quàm amiſſio vocis, quæ non tendit pro neceſſaria homi-

Digitized by Google

hominum ſocietate, ut patet in locis, in quibus ennuchorum carentia, nihil officit bono publico, ſed officeret eviratio.

Tertio probatur ex *novella* 142. lata à Juſtiniano adverſus caſtrantes hominem; nam tunc infertur vis naturæ, itaut magis delinquat evirans, quàm brachium ſecans; quia hic eſt injurius particulari, ille univerſali juri naturæ exigentis conſervationem. Evagrius *lib.* 4. *c.* 21. Nicephorus *lib.* 17. *c.* 13. Baron. anno 529. *fol.* 158. *tom.*7.

Quarto patet, quia ſemper eviratio fit cum vitæ periculo, itaut ex nonaginta vix tres vivere, velit Juſtinianus in *d.novella* 142. tantum facinus acriùs puniens. Baronius anno 529. *fol.*158.*tom.*7.

Quinto patet, quia plus eſt caſtrare, quàm brachium amputare, ut rectè arguit Caſſiodorus, & docuit Innocentius IV.*lib.*11.*epiſt.*9. ajens eunuchare homines eſſe non tantùm perſonas, ſed naturam perſequi, & ennuchantem homines eſſe inimicum generis humani.

Quando liceat mutilatio?

1538 Si adſit ſpeciale Dei impulſum, tunc licita erit mutilatio.

Licet primo ſi adſit ſpeciale Dei impulſum, quo martyr ille linguam ſuam conſcidit, & in faciem conſpuit lupæ. Sic ſe etiam deformavit Sancta Eba, teſte Sancto Ambroſio *lib.*3. *de virginitate*: Baronio anno 870. Sic vel invincibili ignorantia ſe denaſarunt virgines moniales in Paleſtina, ut ſanguine conſperſæ, devenuſtatæ arcerent impetus Maumethanorum.

1539 Vel ad conſervandum totum corpus.

Secundo ad conſervandum totum corpus, ſecùs periturum, licet abſcindere partem morbo affectam, tabidam; quia partes non habent jus, nec officium, niſi propter totum conſervandum. Sà v.*homicidium*. Tanderus *tom.* 3. 2. 2. *q.*458. *dub.n.*100. Caramuel *præter intentionali n.*2323.

1540 Exemplis tradita doctrina explicatur.

Sic primo catenatus, ſecus incendio, ruina, naufragio abſumendus, abſorbendus, valet partem catenatam decircinare, ut fuga ſalvet totum, propter quod pars eſt, & poſſet alios adjuvare ad decircinandum, & petere, ut alii adjuvent, & illi licitè adjuvare poſſent, quia rem licitam complerent. Tanderus *loc. cit.* Diana dans XII. DD. *p.*5.*tract.*4.*reſol.*32. §.*& tandem.*

Secundo poteſt partem tabidam, vel veneno viperis infectam, abſcindere, nè totum inficiatur. Sotus 5.*de juſtitia q.*2.*art.*1 Sayrus 7. *clavis c.*9.*n.*167. Caramuel *loc.cit.n.*2326.

Tertio poſſet ſibi abſcindere aliquam partem præcipiente tyranno, ſecùs cæde totum deleturo. Navarra 2. *de reſtit.c.*3. *n.*98. Malderus 2. 2. *tract.*3.*c.*1.*dub.*20.

Nec contra urget paritas Innocentis, qui nequit à Civitate occidi, nec tyranno occidendus tradi, ergo nec ſibi abſcindere, nec alios ad ſcindendum vocare poteſt, ut arguit Caramuel *præter intentionali n.*2324. Nam innocens civis jus habet ad vitam independens à Civitate: at manus, nec innocens dicitur, nec jus habet ad vitam, niſi in ordine ad conſervandum totum.

Corpus damnificantia Fœditate, Contaminatione, Corruptione.

CAPUT XI.

1541 Quæ violant corporis integritatem.

Corporis integritatem violant feculentiſſima flagitia militantia contra præceptum VI. Decalogi: *Non mœchaberis*, quæ dicuntur peccata in corpus ab Apoſtolo. Proverb.5. v.11. ibi: *& gemas in noviſſimo quando conſumſeris carnes tuas, & corpus tuum.* Caſtitas namque corporis cuſtodit integritatem, & incorruptionem. teſte Iſidoro Peluſiota *lib.*4.*epiſt.*126. Clemens Alexandrinus 2.*pedagogiæ c.*10. D. Hieronym. *epiſt.* 147. In quo duo explicanda. Primo Virtus. Secundo Vitia virtuti repugnantia.

Caſtitas.

§. I.

Caſtitas analogicè ſupponit pro omni re rectè diſpoſita: Sic oratio caſta, aures caſtæ. D. Auguſtinus *lib.de mendacio c.*20. 1542 Caſtitas poteſt ſumi pro re diſpoſita rectè.

Hìc ſumitur pro virtute caſtitatis, ut putat Raynaudus *de virtutibus lib.*6.*ſect.*2.*c.*7. *n.*117. pro virtute moderante delectationem tactilium; nam omnis ſenſus delectatio ex tactu oritur, potu, cibis, eſtque nimis ampla. 1543 Quid Caſtitas ut virtus

Sed caſtitas propriè ſumitur pro virtute, etiam conſenſu prohibente omnem actum venereum, eſtque unius infimæ ſpeciei, ſivè principale, ſivè concomitantia arceat:

Unde primo caſtitas cum pudicitia eſt idem. D. Ambroſius *lib.de virginit. & ep.*31. ad Symmachum. Tertullianus *lib.de cultu fœminæ c.*1. Eadem enim virtus, quæ vult finem, vult media, & circumſtantias ad finem. Tertullianus *lib.de pudicitia*. Origenes *lib.de Clericorum ſingularitate.*ibi: *frangnntur impetus qualeſcumque ſanguinis innundantis, & in illa ſedatur ſpumans humoris inſania corporalis.* 1544 Caſtitas idem ac pudicitia.

Eſt ergo eadem virtus caſtitas dicta, ut principales actus arcet etiam internos; & dicitur *Pudicitia.* Raynaud.*de virtutibus lib.* 6.*ſect.* 2. *c.*7. *n.* 120. & ſic virginitatem pudicitiam eſſe principalem ait D. Hieronymus *lib.* 1. *in Jovinianum.*ibi: *docebo virginitatem ſemper tenuiſſe pudicitiæ principatum.* Jure ergo eadem virtus diverſa nomina obtinuit, prout reſpicit diverſos actus; licèt quandoque caſtitatis retinuerit nomen, ſive interiora, ſivè exteriora moderetur, & à vitiis tueatur, itaut caſtitatis ſit moderari oculorum obtutus, fugere mulierum colloquia, obſcœnorum librorum lectionem, ac impudica ſpectacula, quæ ſunt ærumnarum officina Peluſiota *lib.*3. *epiſt.*66. 1545 Caſtitas etiã actus internos impudicos vetat.

Caſtitas analogè dividitur in *Virginalem*, *Conjugalem*, *Vidualem*. *Virginalis* corpus tuetur ab omni fœditate, nec *eſt ſpecialis virtus à caſtitate diſtincta*, ſed eadem virtus mentis, ac corporis integritatem ſervans, ut Divæ Luciæ hiſtoria habet, ubi loquens de Virginitate ait, *ſi invitam juſſeris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.* D. Hieronymus *lib.* 1. *in Jovinianum* ibi: *virginitatem ſemper tenuiſſe pudicitiæ principatum.* Licèt ſummum decus virginitas ſit. Tiraquelius *l.*15.*connubial. n.*119. 1546 Caſtitas aut virginalis.

Conjugalis deſtitota eſt vera eſſentia caſtitatis, aliàs veram caſtitatem voventes, poſſent nubere: unde nuptiæ caſtæ dicuntur negativè, prout turpes, illicitæ non ſunt. Contra hæreticos damnantes nuptias. Caſtrus *adverſus hæreſes.* v.*nuptiæ hæreſi* 1. 1547 Aut conjugalis.

Nec officit moderari venerea in ordine ad propagationem; nam id non eſt caſtitatis, ſed matrimonii, & ſic juſtitiæ munus. Et extra matrimonii regulas illicita eſt quævis actio caſtitati contraria.

Nec obſtat vi caſtitatis teneri arcere illicita; nam etiam lupa vi caſtitatis tenetur illicita arcere, & tamen caſtè non vivit. Porrò conjugalem veram caſtitatem non eſſe docuit D. Ambroſius *lib. de viduis*, afferens nuptias caſtitatem tollere. ibi: *Cœlibatus, & viduitatis ſtatuere pœnas, ut æmuli criminum mulctarent ſtudia* vir-

Digitized by Google

virtutis, ſpecie quidem, qua fœcunditatem quærerent, ſed ſtudio, quo propoſitum caſtitatis abolerent.

Et tunc conjogati dicontur verè caſtè vivere, quando abſtinent etiam à licito congreſſu, ſuntque continentes. Roſuedius *in honomaſtico de continentia in matrimonio*. Boſſius *lib.11. de ſignis. c.6.* Expencæus *lib.1.c.11.*

Et docuit Concilium Lateranenſe coram Eugenio IV. in Concilio Florentino *par.3.pag.354. anno Domini* 1442. *annalium tom.* 18. ubi Eugenius IV. aſſerit licitas, ſed non cum caſtitate ſecundas nuptias. Ibi: *licitè contrahi poſſe, commendatiores tamen dicimus, ſi ulterius à conjugio abſtinentes, in caſtitate permanſerint.*

1548 Aut vidualis. Idem docuit Sixtus V. in Conſtitutione de nullo matrimonio eunuchorum. ibi: *ſi appareat, eos, non ut caſtè vivant, contraxiſſe, ſed ut actibus carnalibus dent operam, ſeparari cures.*

Vidualis eſt propriè caſtitas, quia ſpurcitias arcet omnes.

De Vitiis Caſtitati oppoſitis.
TITULUS X.

Omnia munda mundis. Apoſt. ad Titum. *c.1.*

1549 Vitia contra caſtitatem etiam cum verecundia impugnanda. OPeroſum eſt probroſam ſordium congeriem, & teterrima turpitudinum monſtra, ſexto Decalogi præcepto omnia arcenda, calamo offerre; Nos primo illa diſtinguemus, nè confuſionum tenebris obvoluta effugiant ingeniorum obtutus.

Tria præcipua tetra vitiorum capita bellum caſtitati indicant.

Primum caput *juxtà*. Secundum *contra naturam*. Tertium *mixtum*; & fit primo *ſolo conſenſu*. Secundo *conſenſu, & opere inſociato*. Tertio *conſenſu, & ſceleris conſocio.* Raynaudus *lib.6. de virtutibus ſect.2.c.18.n.146.*

1550 Caſtitati adverſatur vitium juxta naturam. *Juxtà naturam* eſt conſenſus, vel opus per ſe tendens ad procreationem, ſicque eſt actus generativus ſobolis, ut eſt *fornicatio, concubinatus, adulterium, ſtuprum, inceſtus, raptus, ſacrilegus congreſſus.*

1551 Contra naturam. *Contra naturam* ſunt, quæ etiam calamum refugiunt; & eſt actus ex quo procreatio haberi nequit, ut *mollities, muliebria pati, beſtialitas, inanimitas, copula dæmoniaca, &c.*

1552 Et mixta. *Mixta* ſunt, quæ ex intentione operantis, juxtà, & contra naturam ſunt; puta ſi opus contra, intentio juxtà naturam, vel è converſo; de quibus omnibus in *Selectis*, nam confeſſariis neceſſaria, & ſimul collecta; Hìc iterum in aciem ſtrictim illa ingredi jubeo, dicteriis peſumdanda, at veritate ineluctabili, ſemper vivida, referendo, rejiciendo, aſſerendo, ut à puris auribus offenſionem avertam; & cùm ſint cœnoſæ ſordes, pro illis detergendis contracta oratione utemur. Etenim etſi verba inhoneſta videantur, ſcopus tamen inhoneſtus non eſt, ut ait D. Chryſoſt. *homilia* 5. ad Theſſalonicenſes 1. *omnia enim pura puris*, inquit Apoſtolus.

An peccata juxtà naturam omnia differant ſpecie?

1553 Peccata juxta naturam metaphyſicè differunt inter ſe. DIſtingoas primo ſpeciem metaphyſicam à morali.

In ſpecie metaphyſica, dicas omnia illa differre methaphyſicè, quæ habent differentiam conſtitutivam, ratione cojus ab omni alio diverſificantur; nam differentiæ eſt conſtituere, & diverſificare conſtitutom.

Non autem poteſt eſſe differens ratio diverſis communis; nam commune eſt genus: ſic videtur *violenta abductio* de loco ad locum, ratio communis ſpecificata, diverſificata à fine, ut abductio violenta de loco ad locom ad *occidendum*, ad *verberandum*, ad *vendendum in ſervitutem*, ad *finem contrahendi nuptias*, ad *finem cognoſcendi turpiter*, ad *finem abſcondendi*, nè noceat, nè inveniatur. Certum eſt enim quòd peccet contra juſtitiam inferendo violentiam in abductione: & ſi deindè occidat, peccat etiam peccato homicidii; unde *abductio violenta injuſta* eſt genus commune ceteris, & adhuc remanet explicandum, ex qua alia ratione raptus habeat differentiam.

Et non eſſe ſpeciem metaphyſicam, ſed legalem ait Caram. *intent.n.*127. eſſe ſpeciem legalem ob pœnas, & nullitatē matrimonii adjectam raptui ad finem contrahendi noptias; & ſubdit ſacrilegium eſſe duo peccata ſeparabilia contra Religionem ſcilicet, & caſtitatem.

Imò Philippus à SS. Trinitate *de actibus humanis diſp.2. dub.1. § poſteà*. Malletus *tom.2. de præceptis Decalogi malleat.36. bractea 1. §. ſciendum*; ait non eſſe propriè ſpecies metaphyſicæ omnes diverſæ luxuriæ, ſed morales; quia differentiæ debent eſſe ſub genere, & hìc non ſunt ſub genere omnes; ſic violentia non eſt ſub genere luxuriæ: irreverentia, quæ invenitur in inceſtu non videtur ſub genere luxuriæ, cùm ſit commune ceteris, quibus reverentia debetur. Ratio ſacrilegii eſt etiam communis peccatis contra naturam, & violentia eſt contra juſtitiam, irreverentia contra pietatem, ſacrilegium contra Religionem. Nos non recedimus à communi, & dicta ſint ad acuenda ingenia.

Licèt autem differentialia conſtitutiva diſtinctiva ſpecierum non poſſint tam liquidò conſtare in omnibus, & ſingulis; adhuc tamen in confeſſione explicanda ob circumſtantiam alterius ſpeciei; injuſtitia in adulterio, raptu, irreverentia in inceſtu, contra Religionem in ſacrilegio, &c.

Sed an peccata contra naturam differant ſpecie videſis Caramnelem *intentionali n.* 1639. & diſputavi *in ſelectis*, ubi volui explicandas in confeſſione cum Alexandro VII. ut docet mea *Anacephaleoſis*: (1) Modò nè his ſordibus detineatur oratio confuſa, ſingulas percurrat ſpecies; & primo præmittamus utilem generalem controverſiam. 1554 Peccata contra naturam in ſpecie cōfitenda.

De Comœdiis obſcœnis.

CAPUT I.

1555 Ex Comœdiis plura damna. COmœdia turpis multiplicem continet malitiam. Primo, *ſcandali*, quia dat occaſionem ruinæ. Secundo, *contra caſtitatem*, quia repræſentat inhoneſta, ad quæ allicit. Tertio, *contra juſtitiam legalem*, qoia tendit ad damnificandam communitatem in moribus. Et Nos breviter, primo de illis, qui in theatro repræſentant obſcœna. Secundo, de intereſſentibus laicis, & Eccleſiaſticis. Tertio, de Superioribus, qui permittunt, vel vocant comicos.

Comi-

(1) Ad Propoſitionem 24. Alexandri VII. *tit.28. num.850.* Quæ ſic habet „ Mollities, Sodomia, & „ Beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, „ ideoque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

Digitized by Google

Comici, & Iſtriones repræſentantes obſcœna.

§. I.

1556 Repræſentantes obſcœna in Comœdiis peccant mortaliter.

PEccant mortaliter, nec poſſunt abſolvi, niſi officium turpe mutent. Patet, quia ſunt in ſtatu ex ſe malo deteriori, ac ſunt meretrices; nam continua converſatione cum feminabus turpibus ſunt in proxima occaſione peccandi, & turpi repræſentatione alios ad peccandum alliciunt, & allicieos ad peccandum peccat.

1557 Et reputantur infames, & poſſunt exhæredari, atque ab urbe expelli.

Undè meritò iſti reputantur inter infames, & poſſunt, ſi ſint filii, exhæredari à parentibus, imò ſunt expellendi ab urbe, nè contaminent communitatis mores. *l. congruit. D. de officio Præſidis.*

Intereſſentes laici.

§. II.

1558 Intereſſentes laici obſcœnis comœdiis peccant lethaliter.

PEccant mortaliter intereſſentes laici, quia ſua præſentia fovent malum repræſentantium, & ſe exponunt periculo proximo peccandi, ſivè ibi adſint verè feminæ, ſivè maſculi repræſentantes feminarum actionem; ergo ut hiſtrio nequit abſolvi, niſi profeſſionem mutet. *c. pro dilectione. de conſecrat. diſt.* 2. Concilium Cartaginenſe III. *c.* 35. Concilium Arelatenſe I. *c.* 5. ità, & qui illos præſentia, & pecunia fovent, & ſe exponunt peccandi periculo. D. Hieronymus *n.* 117. ibi: *non ambulet juxtà te hiſtrio fractus in feminam*; Ità enim D. Hieronymus ſcripſit ad Salvinam *epiſt.* 9. D. Joannes Chryſoſtomus *in caput ſecundum Matthæi.* ibi: *diabolus eſt, qui etiam in artem, jocos, & ludos digeſſit, propterea in urbibus theatra conſtruxit.* Divus Ambroſius *ſermone* 16. *in Pſal.* 118.

Clerici, & Eccleſiaſtici.

§. III.

1559 Multò gravius Clerici, & Eccleſiaſtici omnes.

PEccant graviſſimè intereſſando comœdiis, & multò magis intra propria clauſtra obſcœna repræſentantes.

Pater, quia fovent mala hiſtrionum, & qui mala fovet, malum committit. Secundo, quia ſe exponunt periculo peccandi delectatione moroſa turpi, vel deteriori etiam peccato. Tertio, quia eorum peſſimo exemplo non minuunt, ſed augent peccata, præbentes excuſationem, licèt malam, laicis; atque adeò magis ſcandalizant, quàm laici: & quò plures, & doctiores accedunt, eò magis ſtabiliunt Diaboli theatrum, & concurrunt ad deſolationem bonorum morum; & qui proprio exemplo deberent alios arcere, illos præſentia, pecunia ſtabiliunt, in opprobrium etiam Eccleſiaſtici ſtatus.

Superiores, qui permittunt obſcœna theatra, vel vocant.

§. IV.

1560 Similiter Superiores permittẽtes obſcœna theatra, aut cooperantes.

PEccant mortaliter contra juſtitiam legalem, quia ex propria Juriſdictione debent invigilare pro bono publico, & pro ſalute corporum, animarum, & bonorum ſubditorum. ad Hebræos *c.* 13. *v.* 17. ibi: *obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* ubi D. Joannes Chryſoſtomus concludit, ſatis raram ſuperioris ſalutem. ibi: *miror an fieri poſſit, ut aliquis ex rectoribus ſalvetur: omnium quot regis mulierum, virorum, & puerorum à te reddenda eſt ratio: & ſi David ſcortum non vidit, ſed honeſtam feminam, non in theatro, ſed domi, & corruit, tu* (clamat D. Chryſoſtomus) *in theatro cernis ubi etiam locus ipſe ſupplicii reum efficit: nec tamen cernis, ſed etiam audit improba verba, & obſcœnas cantiones, & non timebis?*

1561 Communi DD. calculo Comœdię reprobantur.

Et ità omnes iſtas concluſiones propugnat ſanctior, doctior univerſa Doctorum Schola, quos congerit me citato Hieronymus Florentinus *in Comedio-Criſis,* ſive *theatri contra theatrum cenſura,* citat enim Claſſi tertia Bielem *in* 4. *diſt.* 15. *art.* 3. Joannem Medinam *in Cod. de reſtitutione. q.* 21. Zecchium *tract. de pœnitent. c.* 1. *propoſit.* 7. Ugolinum *de officio, & poteſtate Epiſcopi. cap.* 8. *n.* 12. Bonac. *de matrim. qu.* 4. *punct.* 9. *n.* 11. Barboſam *lib.* 1. *de Jure Eccleſiaſtico c.* 40. *n.* 56. Joan. Trullenck *lib.* 3. *c.* 7. *dub.* 3. *n.* 5. Verde *ſelect. qu.* 4. §. 13. *n.* 135. Caramuel. *in Regulari diſp.* 67. *n.* 137. Graffium *lib.* 2. *deciſionum aurearum. c.* 120. *n.* 5. Sayrum *lib.* 11. *c.* 12. Joann. à S. Thom. 2. 2. *q.* 167. *art.* 2. *ad* 2. Durandum *in* 4. *diſt.* 16. *q.* 5. Ales *p.* 4. *q.* 11. §. 4. & alios innumeros, contra quoſdam, qui tamen præſcindunt à peccato fovendi hiſtriones, à delectatione moroſa, & à periculo lapſus; nam quando iſta adſunt, quæ abeſſe regulariter nequeunt, uno ore damnant hujuſcemodi negotium Diaboli, ſcholam impuritatis, domum Inferni. Et Nos ad altiora pergamus. V. Juvenin *de Pœnit. q.* 7. *c.* 4. *art.* 7. §. 3.

De Fornicatione.

CAPUT II.

1562 Unde dicta fornicatio.

FOrnicatio dicitur à fornicibus, id eſt locis abditis, à frequentia Populi remotis. Menoch. *de arbitr. caſu* 2 9. *n.* 6. Largè ſumitur fornicatio pro quovis damnato congreſſu. *c. lex illa.* 36. *q.* 1. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 4.

Fornicatio fœdiſſimè conſpurcat animam, & corpus, ut expendit Peluſiota *lib.* 4. *Epiſt.* 129. D. Hieronymus *Epiſt.* 141. Tiraquellus *l.* 15. *connubiali. n.* 8. & 9.

Quid ſit.

§. I.

1563 Quid ſit exponitur.

E*St congreſſus naturalis ſoluti cum ſoluta.* D. Thomas *in* 4. *diſt.* 41. *ly ſoluti* exprimit deficientiam cujuſlibet vinculi, voti, cognationis, affinitatis, matrimonii, ſcilicet quod ſit ſoluta vinculo conſanguinitatis, affinitatis, cognationis legalis, ſpiritualis, vinculo matrimonii, & voto caſtitatis; nam tunc non eſſet ſimplex fornicatio; ſed vel inceſtus, vel adulterium, vel ſacrilegium, &c. Menoch. *de arbitrar. caſu* 289. *n.* 6. Sylveſter v. *Luxuria.* Caram. *intentionali. n.* 1911. (a)

An, & quo jure prohibita?

§. II.

1564 Omni jure vetatur.

AFfirma: omni jure divino, & humano prohiberi, factam quovis fine *ſalutis, habendi ſobolem*; itsut nulla lege permitti valeat. Caram. *Theol. int. n.* 1660. *in Clem. ad noſtrum. de hæreticis.* Levitici 19. *v.* 29. ibi: *ne proſtituas filiam tuam.* 1. ad Corinth. 6. *v.* 9. ibi: *fugite fornicationem.* ad Philippenſes 5. ibi: *fornicatio nec nominetur in vobis; ſicut decet viros Sanctos.* Matth. 5. ibi: *omnis, qui viderit mulierem ad con-*

(a) Ex tradita definitione fornicationis apparet non bene pœnitentem confiteri peccatum fornicationis, ſi diceret peccavi contra caſtitatem, quia congreſſus eſt explicandus, cùm ſpectet ad peccati individuationem ſpeciali modo. Quare jure optimo damnata eſt ab Alexandro VII. Propoſitio XXV. „Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto dicens: Commiſi cum ſoluta grave peccatum contra Caſtitatem, non explicando copulam. V. Auctorem *in anacephaleoſi.*

concupiſcendum eam, jam mœchatus eam eſt in corde ſuo. ad Galatas 5. Apocalypſis 21. ad Epheſios 5. ibi: *neque fornicarii Regnum Dei poſſidebunt. c. fornicari. diſt. 80. c. audire. diſt. 34. c. nemo. 32. qu. 4. c. ſed penſandum. 2. diſt. 6. c. omnis. 77. de pœnit. diſt. 1. c. qui viderit.* ibi: *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam ea, jam mœchatus eſt in corde ſuo. 32. q. 5.* Decianus *lib. 6. criminalium c. 21. n. 5.* Caram. *præterintent. n. 2938.* Guttierez *2. Canonicarum c. 7. n. 16.* Baronius *de corpore. tit. 17. n. 187.* contra Scotos non habentes proprias uxores, tempore Divi Hieronymi *lib. 2. in Jovinianum*. contra plores Ethnicos ajentes rem vitio carere, teſte Divo Thoma *lectione 1. c. 5. Epiſt. 1. ad Corinthios.* S. Chryſoſtomus *homil. 22. in 1. ad Corinth.* contra Solonem condentem legam pro caſtitate non cenſentem turpitudinem cum ratione pugnare, ut de Platone ſentit Theodoretus *adverſus Græcos lib. 9.* ſed Plato oppoſitum etiam docuit 8. *de legibus.* (3)

Quodnam peccatum?

§. III.

1565 Fornicari eſt peccatũ mortale.

LEthale. ad Epheſios 5. ibi: *omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolatrum ſervitus, non habet hæreditatem in Regno Dei.* 1. ad Corinth. 6. ibi: *neque fornicarii Regnum Dei poſſidebunt.* Gomez *lib. 80. Tauri. n. 4.*

An peccet peccato fornicationis, cooperans, ſervus, aut ſcriptor ſcribens, deferens literas Amaſiæ, ut veniat in tali loco, die, &c.

1566 An cooperans peccato fornicationis peccet, vide *ibid.*

NEga; nam non eſt finis, niſi ut Domino inſerviat in re, quæ poteſt eſſe indifferens; & res mala ex fine non deferentis, ſed voluntate Amaſii, qui malus finis Domini eſt præter intentionem ſervi. Caram. *præterint. n. 2973. ad 2991.* dicens licere ſervis lectum ſternere, cibos parare, herum comitari, illam ducere in domum Domini, prævidens peccaturam, portam aperire, mulierem inſequi, ut videat, an turpis, an honeſta, ubi habitet, & literas deferre, nunciare ut veniat ad talem locum. idque de Rhedariis Diana *par. 3. tract. 5. reſol. 36. & tract. 6. reſol. 11. & 44.* Azorius *tom. 2. lib. 12. c. fin. q. 8.* Sanch. 1. *Decalogi c. 7. n. 25. & 26.*

Poteſt etiam Judicis pellicem muneribus movere, ut Judici cauſam commendet. Diana *p. 3. tract. 6. reſ. 44. & par. 4. tract. 4. reſol. 138.* Palaus *tom. 2. tract. 6. diſp. 6. punct. 15.* (4)

Pœna.

§. IV.

1567 Pœnæ contra Clericos fornicarios.

COntra Clericos eſt primo carcerum. Secundo, ſi *in* fraganti depræhendantur, & moniti cum præcepto non reſipiſcant, ad triremes ignobiles damnantur, nobiles exilio plectuntur. Decet namque duriùs puniri deteſtabiliùs, & frequentiùs delinquentes. Electi namque in Dei ſortem turpius fœdant animas, & ſtatui Eccleſiaſtico conſpurcatione ignominiam inferunt. Mitius tamen puniuntur ac Clerici, in ſacris delinquentes. *c. Maximianus. diſt. 81.* Vivius *opinione 98. n. 1.* Clarus *§. fornicatio n. 3.* Abbas *in c. ex parte. n. 1. de teſtibus.* Immola *in c. at ſi Clerici. n. 11. de judiciis.* ubi Felinus *n. 14. verſ. utrum autem.* Boſſius *in tit. de coitu damnato. n. 10.* & poſſunt etiam ſuſpendi. Menoch. *de arbitr. caſu 332. n. 1.*

Clericus fornicarius incorrigibilis poteſt etiam beneficiis privari. *c. ſi autem. de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

Laico nulla eſt impoſita pœna in foro externo; ſed poſſe arbitrariè puniri laicum. Abbas *in c. ut Clericorum. de cohab. Cleric.* & Clar. *in §. fornicatio n. 3.*

Arctiùs punitur notoria, diuturna, quàm occulta ſemel commiſſa. *c. quam ſit. de exceſſibus Prælatorum. c. ex parte 7. de teſtibus. c. Presbyter. 12. c. ſi quis amodo. 16. diſt. 81.* tunc enim poteſt uſque ad depoſitionem deveniri. *c. a multis. de ætate, & qualitate.* Aretinus *in c. cum non ab homine. n. 44. de judiciis.* Boerius *in c. at ſi Clerici. n. 12. de judiciis.*

De Concubinatu.

CAPUT III.

Quid ſit?

§. I.

EST verſari cum femina ad inſtar uxoris. *§. ſi quis autem. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. l. Maſſuerius. D. de verb. ſignif.* & 1568 Quid ſit concubinatus, & quid requiratur de jure civili.
jure Civili requiritur ut ſit ſoluta, & retineatur domi, eique ſit commenſalis, & ut poſſit cum illa contrahi matrimonium. *l. 1. §. 1. l. concubinam. 5.* ubi Bartolus *D. de concubinis.* Paleot. *de nothis, & ſpuriis. c. 12. n. 2.* Diaz *in practica criminali canonica c. 27.* Maſcardus 1. *de probationib. concl. 341. n. 16.* & debet eſſe una, ſecùs nequiret eſſe maritalis affectus. Gloſſa *in §. ſi quis autem defunctus. v. omninò. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. collatione 7.*

Jure autem Canonico ex Trident. *ſeſſ. 24. c. 8.* 1569 Et quid jure Canonico.
ſatis eſt, quòd retineatur ſuis expenſis, ſivè domi, ſivè extra. Trident. *ſeſſ. 25. c. 14. de reform.* ibi: *in domo, vel extra detinere.*

An prohibitum jure divino?

§. II.

AFfirma; nam in concubinatu continetur fornicatio, quæ jure Divino prohibita eſt, 1570 Jure divino concubinatus prohibetur.
ut ex dictis innotuit. Matthæi 5. ad Epheſios 5. ad Galatas 5. 1. ad Corinth. 6. Apocalypſis *c. 21. c. interdixit. diſt. 32. c. meretrices. c. nemo. c. dixit aliquis. 32. q. 4. c. qui viderit. 32. q. 5. c. omnis. de pœnit. diſt. 1.* Imo etiam prohibitum fuiſſe jure ſeculari habet Abbas *in c. cum veniſſent. in fine. de inſtitut. ex c. 1. de filiis natis ex matrim. ad Morganam contracto*. Non enim poterat jus Civile probare, quod Deus reprobat, & ad ſummum permiſſivè ſe habuit pro evitandis turpioribus delictis. Franchus *dec. 140. n. 17.* Danza Ut in legibus Longobardorum.
de

(3) Tradita doctrina roboratur ab Innocent. XI. qui ſequentem damnavit Propoſitionem ordine 48. „ Tam clarum videtur, fornicationem ſecundum „ ſe nullam involvere malitiam, & ſolùm eſſe „ malam, quia interdicta, ut contrarium omni„ nò rationi diſſonum videatur.

(4) Hæc omnia decidenda, juxta Propoſitionem damnatam ab Innocentio XI. ordine 51. quæ ſic habet „ Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter „ adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad „ ſtuprandam virginem, multoties eidem ſubſervit, deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut „ quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, „ ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta nè à „ Domino male tractetur, nè torvis oculis aſpiciatur, nè è domo expellatur. „ Ideo videas exponentes.

Digitized by Google

de pugna DD. tit. de concubinatu n.7. Gratianus *c.31.n.3.* Guttierez *a.Canonicarum c.7. num.18.* Maſtrillus *dec.12.n.23.* Ciarlinus *controver. 109. num.54.* (5)

Pœna.

§. III.

1571 Pœnæ in Clericos concubinarios. CLerici ſi (quod abſit) concubinatus vitio ligentur, puniuntur. *c.1.2.& 3. de cohabitatione Clericorum. c.ſi concubina 55. de ſentent. excommunic. l.eum qui.19.C.de Epiſcopis, & Clericis*, & ſic primo.

Pœna eſt arbitraria pro majori, & minori pertinacia non reſipiſcentis, & eſt *ut deponatur ab officio* ſi ſit in ſacris. *c.decrevimus 2.* ibi: *decernimus ut ii, qui in ordine Subdiaconatus, & ſupra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Eccleſiaſtico beneficio careant; iidemque ſi à ſe non ejecerint, & caſtè non vixerint, dignitate graduum ſunt excludendi. diſt.28.* Menochius *4. de arbitr. caſu 418.n.2.*

Secundo, Clericus poteſt ſuſpendi. *c.Clericos. 3. de cohabitat.* & ter monitus non reſipiſcens traditur brachio ſeculari. *c.Presbyteris. diſt.27. §.Presbyteris. Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis. collatione 9.* 1572 Poſſunt ſuſpendi.

Tertio, eſt excommunicatus ipſo jure. *Clement. 1. de conſanguinitate, & affinitate.* Duriuſque etiam puniendi Clerici. Trident *ſeſſ.24.c.8.* Itaut poſſit privari perceptione fructuum omnium beneficiorum per tres menſes ut corrigatur. Et perſeverans valet privari etiam beneficiis; ex Bulla Leonis X. *par.1. Bullarii. v.jubemus*, & reddi inhabilis, tanquam infamis, ad alia 1573 Et ſunt excommunicati ipſo jure.

---

(5) Indubitati nunc Juris eſt concubinam habere, & retinere Divina, humanaque lege omnibus, non ſolùm Clericis, ſed & laicis inhibitum eſſe, ut Auctor apertè oſtendit, & letè proſequitur Gonzalez ad *cap. ſi autem. 6. de cohabit. Cleric. & mulierum num.4.* & ad *cap. inter cetera.20. num.6. de ſponſalibus*; juxta doctrinam Concilii Tridentini *ſeſ.24. de reform. Matrim. cap.8. & ſeſſ.25. de reform. cap.14.* Ne tamen Tyroni, quem edocendum Auctor hiſce Inſtitutionibus propoſuit, vera Canonum cognitio, & interpretatio deſit, illiſque non intellectis, facilè in errorem illorum inducatur, qui aliquorum Canonum interpretatione abuſi, falsò docuere Jure canonico concubinas permiſſum, licitumque fuiſſe retineri, tuncque veteri, ſi ſimul cum uxore concubinam quis habuerit, non verò ſi unam concubinam retinuerit. Fovea, in qua iſti inciderunt, ſunt Can. *is, qui*, & Can. *Chriſtiano. diſt. 34.* Prior deſumtus eſt ex Can. XVII. Concilii I. Toletani anno 400. qui ſic habet. „ Si quis habens uxorem fidelis, concubinam habeat, non communicet: „ ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur; tantùm ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) ſit conjunctione contentus. „ Secundus eſt VII. ſeculi ex D. Iſidoro *de diſtantia novi, & veteris Teſtamenti* ſic: „ Chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt: niſi unam tantùm, aut uxorem, aut certè loco uxoris (ſi conjux deeſt) concubinam. „ Qui equidem Canones crucem fixerunt eruditis expoſitoribus in eruendo vero, ſanoque eorum intellectu. Ferdinandus Mendoza toti orbi eruditione Clariſſimus in adornando, confirmandoque ſuo Illiberitano Concilio *lib.1. cap.8.* rejecta expoſitione Gregorianorum Cenſorum Decreti Gratiani, qui *cit. diſt 34.* concubinas exponunt pro uxoribus, ſed ductis abſque dotalium tabularum ſolennitate, in eam deſcendit ſententiam, qua docet concubinas in his Canonibus haberi non pro uxoribus, ſed pro pellicibus: ideſt concubinarii tunc etſi graviter peccaverint, publica tamen communionis interdictione non fuiſſe perculſos autumat. „ Concilium, *inquit*, ergo Toletanum non docet profectò, ut illi falsò imponunt hæretici, qui concubinam habet, ſi corpus ſumſerit Domini, id dignè facere poſſe; ſed permittit potiùs, ut is à communione non repellatur; etſi communicare ille nullo præclaræ conſcientiæ ſtimulo, & Chriſtiano nullo pudore ſuffuſus audeat, communicet, ſed ſuo periculo, & damno. „ Igitur Mendoza ad permiſſionem, & tolerantiam refert canonis intellectum: idque evincere conatur ex multitudine tunc peccantium, quos in viam ſalutis educere impares erant leges Eccleſiæ, homines erant illi aut recenter à Gentilitate converſi, aut ſeculi vitiis turpiter immerſi. „ Multitudo, *ſubjungit*, igitur delinquentium, non innocentiæ ratio Aſturum, & Hiſpanorum impuritati ad tempus ſolùm impunitatem conceſſit. „ Iſidorum verò affirmat idem Mendoza *in cit. Can. Chriſtiano*, loqui non de Chriſtiano quatenùs Chriſti veſtigia rite ſequatur, ſed quatenus à Judæis ſecernitur, ut apparet ex titulo libri, ex quo deſumtus eſt Gratiani Canon; ubi differentias omnes ponit inter vetus, & novum Teſtamentum, inter quas hanc quoque affert: ſcilicet Judæis ſine pœna exteriori licuiſſe pluribus uxoribus, aut concubinis commiſceri: Chriſtiano verò non ſic; cùm nec in foro exteriori liceat plurium, aut uxorum, aut concubinarum uti conſuetudine ſine graviſſima excommunicationis cenſura, ſed unicæ tantùm vel uxoris, vel in foro exteriori (ut antiquus mos ferebat) concubinæ. „ Non docet, concludit „ idem Mendoza: Non docet ergo Iſidorus jure „ Cœli (ut Auguſtinus loquitur) licitum eſſe ho„ mini Chriſtiano concubinatum, ſed jure fori, „ in eo quod una concubina ſine pœna exteriori „ haberi poſſit, & non plures, ut in lege veteri, „ cujus ante ipſe meminerat. „ Mendozæ expoſitioni plures DD. prævenerunt, & ſecuti ſunt Duarenus, Hothomanus, Savaro citati à Gonzalez in *Commentariis* ad cit. Canonem ſecundum Concilii Illiberitani, ubi expoſitioni Mendozæ omni conato adverſatur, tueturque communem ſententiam DD. quos plena manu ibidem congeſſit; licet ad *cap. ſi autem. 6. de cohabit. Cleric. & mulierum num.12.* Mendozæ expoſitio poſtea non diſpliceat, interpretando Concilium Toletanum quatenùs toleraverit, non expreſsè permiſerit concubinatum. Communis tamen opinio docet hos canones permiſiſſe concubinas, non quia pellices fuerint, ſed quia uxores non ſolennes erant, ductæ abſque dotalium inſtrumentorum ſolennitate. Et probari poteſt ex eo, quia fornicaria conjunctio omni ævo fuerit reprobata, idemque Concilium Toletanum I. expreſsè illam reprobat interdicendo Can. XVI. devotam peccantem ab ingreſſu Eccleſiæ, niſi deſiſtat, & illaminando eam cùm reſipuerit ad exolvendam decennalem pœnitentiam, quam pœnam extendit quoque ad illius corruptorem. Imo & in noſtro Canone XVII. Concilium à communione removet eum, qui concubinam habet, & ſimul uxorem: Unde manifeſte apparet Toletanum Concilium fornicationem non approbaſſe, nec concubinatum permiſiſſe in ſenſu mœchiæ, ſed quatenùs concubina fuit uxor, cui vir ſe conjungens, priùs inter eos verum præceſſit matrimonium, non tamen ſolenniter, ſeù clandeſtinè contractum, ut nunc fieri nequit poſt Tridentinum: vel quia mulier vilis conditionis erat reſpectu viri, vel non ad dignitatem matris familię per iſtas nuptias fuerit evecta. Probant uxorem ſic ductam dici quoq; concubinam, Gregoriani Cenſores *ad cit. diſt.34.* Eſtius *in 4. diſt.33. §.3. v. eſt autem probabilis.* Bellarm. *lib.2. de Conciliis c.8.* Calmet *in Diction. v. Concubina.* Gonzalez *locis citatis*, aliiq; Theologi, & Canoniſtæ communiter ab ipſo laudati, auctoritate Sacræ Scripturæ, SS. Patrum, & Juriſconſultorum, ut apud ipſos videre eſt, quia loci anguſtiæ me tenent. Itaut liceat concludere cum eruditiſſimo Joanne Cabaſſutio *in notis* ad laudatum Canonem XVII. Toletani I. „ Quicumque „ Canonem illum expoſuerunt, concubinas, de „ quibus loquitur, illas eſſe dixerunt, quæ maritali affectu ductæ ſunt, atque in matrimonium „ licitum; ſed ſine inſtrumentis, & conventioni„ bus dotalibus, & citra ſolitas adhiberi ſolenni„ tates; quales erant Abrahami concubinæ, adeo „ ut tales conjunctiones eſſent à peccato immunes, „ & vera inter Chriſtianos Sacramenta. Unde mi„ rum eſt quid potuerit Ferdinando Mendozæ in „ mentem venire ſcribenti ad Can. 2. Illiberitanum, „ ut expoſuerit Toletanum Canonem illum de pel„ licibus, ac de fornicariis, legeque Chriſtiana „ prohibitis concubinis, quarum nullus eſſe uſus „ poteſt citra crimen lethiferum. „

Digitized by Google

alia beneficia, & dignitates, ex eadem Bulla Leonis X. v. *& nihilominus*. Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 14. *de reform.* ibi: *atque inhabiles, ac indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur*; dummodo ſit notorius concubinarius, vel fornicarius; & tunc ſi iſte celebret eſt irregularis ob excommunicationem, & ſuſpenſionem ob officio. *c.* 1. *§. ſciturus. de ſententia, & re judicata in* 6. quod non occurrit in occulto concubinario, ſecundum Guidonem Papam *dec.* 738. Diaz *in pract. crim. canon. c.* 79. *v. concubinarii n.* 2. Menoch. 2. *de arbitrariis caſu* 289. *n.* 16. *& caſu* 418. *n.* 1.

1574 Pœnæ in laicos. In Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 14. hæc habentur, *ſi à Superioribus moniti ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum ipſo facto ſint privati*. Laici etiam jure Canonico puniuntur arbitrio Judicis, etiam ex Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 8. ſi ter moniti non paruerint, ſivè ſoluti, ſivè uxorati, excommunicentur, & poſt annum ſi non reſipuerint, ſeverè puniri poterunt, & jure includendi arctò Monaſterio ad pœnitentiam agendam. *c. fraternitatis.* 7. *diſt.* 34. & Epiſcopi debent in hoc invigilare, ſecùs ipſi ſuſpenduntur. *c. ſi quis Epiſcopus.* ibi: *ab officio ſuſpendatur*. *c. nemo.* 2. ibi: *Epiſcopus itàque, qui talium criminum non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm Epiſcopus. diſt.* 85.

1575 Concubinarius appellans ab excommunicatione, remanet cenſura, & eſt vitandus. Appellans concubinarius ab excommunicatione, remanet excommunicatus, & vitandus. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 14. *de reform.* Semper autem requiritur monitio, ut non reſipiſcentes incidant in pœnas.

Cujus fori.

§. IV.

1576 Forus concubinatus eſt Eccleſiaſticus. Eccleſiaſtici tantùm ait Martha *p.* 4. *de Juriſdictione centur.* 1. *caſu* 44. *n.* 6. nam non jure Civili, ſed Eccleſiaſtico interdictum crimen.

Aut mixti fori. At mixti fori voluit Danza *in pugna DD. tit. de concubinis n.* 13. Diana *de immunitate. tract.* 1. *reſol.* 87. Barboſa ad Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 8. *n.* 9. Jaſon *in l. ex ea parte. §. mulier. n.* 3. *de verb. oblig.*

1577 Judex laicus cogere valet maritum ut concubinam ejiciat ad inſtantiam uxoris. Et Judex ſecularis poteſt cogere maritum ad dimittendam concubinam ad inſtantiam uxoris, cauſa evitandi adulterii, & ut pax inter cives foveatur. Martha *par.* 2. *de Juriſd. c.* 19. *n.* 36. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis par.* 1. *c.* 5. *n.* 55. *in fine.*

De Congreſſu Baptizati cum non baptizata.

CAPUT IV.

An ſit punibilis?

§. I.

1578 Quicumque baptizato interdicitur congreſſus cum non baptizato, & puniri valet. Affirma: ſivè ſit Judæi, Saraceni, Mauri, &c. cum Chriſtiano. *l. ne quis Chriſtianum.* 5. *C. de Judæis*; qualiſcumque, etiamſi meretrix ſit; licèt enim impunitus permittatur ſimplex congreſſus fornicarius. *l. verum.* 40. *D. de furtis. l.* 3. *D. de condictione ob turpem cauſam*; tamen cum non baptizato punitur. Marſilius *conſ.* 110. *n.* 58. ſivè ſit commixtio Chriſtiani cum Judæa, aliavè non baptizata; correlativorum namque eadem deformitas meritò multanda. *c. nonnullis. de Judæis.*

Jure autem Civili eſt arbitraria pro qualitate delicti, & circumſtantiarum; itaut poſſit etiam eſſe pœna corporalis. Oltradus *conſil.* 333. 1579 Jure Civili eſt pœna arbitraria.
Decianus *lib.* 5. *criminal. c.* 12. *n.* 20. triremium. Clarus *§. fornicatio. n.* 20. pecuniaria. Alciatus *lib.* 7. *conſil.* 11. *n.* 3. *&* 8. Decius *in l. ſi fugitivi.* 3. *C. de ſervis fugitivis*; & pœna mortis impoſita ad inſtar pœnæ adulterii *in l. quamvis, & in Auth. ſed hodie. C. de adulteriis*; imponi hodie etiam poteſt. Boerius *dec.* 316. *n.* 5. Menoch. 2. *de arbitr. caſu* 190. licèt mitiùs procedendum voluerit Alexand. *lib.* 7. *conſ.* 15. *n.* 15. Cornejus *conſ.* 113. *lib.* 1. Alciatus *loc. cit. n.* 2. Bodeus *tit. de coitu damnato n.* 31. Villalobos *communium litera I, num.* 118.

Jure Canonico etiam punitur ob injuriam factam Sacramento Baptiſmi. Alciatus *loc. cit. n.* 8. 1580 Pœna de Jure Canonico.
& punitur excommunicatione, ſi matrimonium fuerit contractum. Menoch. *loc. cit. caſu* 290. *n.* 6. eſtque contractus nullus. *c. jus gentium.* 9. *diſt.* 1. *c. cave. c. ſi quis.* 14. 26. *qu.* 1. Hoſtienſis *in c. nonnullis. n.* 1. *de Judæis*. Imò capite punitur hæc matrimonii nulli ſpecies contracta. *l. neque. C. de Judæis.* Boerius *dec.* 316. *n.* 5. Menoch. *loc. cit. n.* 1. Intelligas niſi bona fide ignoranter fuerit contractum, credentes ſe baptizatos; ſed pro foro conſcientiæ ſit.

An hujuſmodi copula ſit ſimplex fornicatio?

§. II.

Diſtinguas: vel adeſt periculum ſubverſionis, contemtuſvè fidei, vel non. 1581 Hæc copula non eſt ſimplex fornicatio, ſi adſit periculum ſubverſionis.

Si adeſt ſubverſionis periculum, peccat illi periculo ſe exponens; nam quivis ſe exponens periculo peccandi, eodem peccato peccat. Si eſt in contemtu Eccleſiæ, & fidei: ſumit illam ſpeciem ex illo contemtu, cùm finis ſpecificet actum; & etiam crimen hæreſis divinæ Majeſtatis læſæ. *l. Judæos. C. de Judæis. c. ſi Judæis.* 9. *c. poſtulaſti.* 14. *c. in nonnullis.* 15. *c. cum ſit nimis.* 16. *de Judæis. c. ſicut.* 12. 17. *q.* 4. *c. movet te.* 16. *in fine.* 22. *q.* 1.

Si verò deſit periculum, nec ſit in contemtu fidei: & tunc eſſe ſimplicem fornicationem 1582 Secùs ſi periculum non adeſt.
tuentur Lopez 1. *par. inſtructionis. q.* 36. *§. affine eſt.* Covarr. 2. *par. reſponſor. q.* 174. Candidus *tit.* 1. *diſquiſitione* 24. *art.* 23. *dub.* 35. Leander *tom.* 1. *tract.* 5. *de pœnis. diſp.* 8. *§.* 3. *qu.* 7. Acacius de Valaſco *tom.* 1. *reſponſorum. v. copula. reſol.* 277. Franciſcus Suarez *in benchyridion caſuum. fol.* 346. Diana *par.* 7. *tract.* 7. *reſol.* 32. plures citans *p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 138. contra Averſam *de Sacramento Pœnitentiæ. qu.* 9. *ſect.* 9. quia Eccleſia ſua prohibitione punitiva non introduxit diverſam ſpeciem, licèt ſit circumſtantia aggravans, copula cum non baptizato in confeſſione minimè explicanda. Tamburinus *lib.* 2. *methodi. c.* 7. *§.* 4. *n.* 20. plures apud me IV. *ſelectarum n.* 194. Nec officit inter iſtos matrimonium non poſſe contrahi; nam nec inter impuberes poteſt contrahi, licèt illorum congreſſus non traſcendat ſimplicem fornicationem. (6)

De Copula Evirati.

§. III.

An ſit ſimplex fornicatio?

Nega. quia non eſt copula tendens ad generationem. Sanchez 2. *de matrim. diſp.* 5. 1583 Copula evirati non eſt ſimplex fornicatio.
n. 14. Leſſius 2. *de juſtitia c.* 3. *dub.* 6. *n.* 45. Henriq.

(6) Jure Canonico judicatur pubertas ex habitudine corporis, & generandi poteſtate. Impuberes ergo ſi copulam conſummare nequeant, non erit ſimplex fornicatio: ſi poſſint, jure Canonico non erunt impuberes; quia hoc jure non ex ætate conſideratur pubertas, ſed ex conſummandi, & generandi poteſtate. *cap. puberes. de deſpon. impuberum.*

riq.5.*de pœnit.c.9. num.3.* Caram. *fundamentali n.* 1655., *& intent. n.* 5536. citans Cotonium contra Filliuccium *tom.* 2. *tract.*18. *par.* 3. *c.*1. *num.*23.

De Copula metu injuſto gravi Ordinati in Sacris.

§. IV.

An ſit ſimplex fornicatio?

1584 Utrum iſta copula ſit fornicaria ab alia quæſtione pendet.

AFfirmari debet ab illis, qui docent, iſtum liberè poſſe inire matrimonium, quia voto tunc non eſt ligatus. *c. perlatum.*1. *c. cum dilectus.*6. *de his, quæ vi, metuque.* Henriq. *lib.*10. *de Sacram. Ordinis. c.*14. *n.*3. Rodriquez *par.*1. *ſumma.c.*124.*num.*5. Sà *v. ordo.n.*24. Fagundez 7.*theſauri.qu.*24.*n.*2. Navarrus *c.*22.*n.*52. & notavi *III.ſelectarum.n.*71. An verò iſti lege poſitiva, & ſic vi præcepti teneantur nuptias non contrahere; pendet ex illa quæſtione: an lex poſitiva humana obliget cum gravi injuſto metu; de qua in materia *de Legibus.*

De Copula habita conſentiente fœmina invitis parentibus.

§. V.

An ſit ſimplex fornicatio?

1585 Copula conſentiente puella invitis parentibus eſt ſimplex fornicatio.

AFfirmat Lugo *de pœnit. diſp.*16. *n.*200. ſex DD. apud Dianam *p.*5. *reſol.*11. quia nec eſt raptus, cùm deſit violenta abductio de loco ad locum: nec eſt ſtuprum, cùm adſit conſenſus, & ſtuprum ſit in invitam, ut ex infra dicendis, & notavi. III. *ſelectarum n.*603.

De Copula occulta habita in Eccleſia.

§. VI.

An ſit ſimplex fornicatio?

1586 Quid de copula occulta in Eccleſia.

AFfirmant Paludanus in 4. *diſt.* 8. *n.* 4. Abbas in *c. propoſuiſti.*4. *de conſecr. Eccleſiæ.* Cajetanus 2. 2. *q.* 69. *art.* 5. Caram. *in regular n.* 1016. Sanchez 9. *de matrim. c.* 10. & plures quos adduxi III.*ſelectar.n.*94., *&* IV.*ſelectar. n.*221. ubi dedi XXVIII. DD. quia peccatum deformans Eccleſiam, & ſic publicum à lege ſub pœna ſacrilegii prohibetur, non enim, quodlibet peccatum in Eccleſia contrahit ſacrilegii malitiam, eſt tamen circumſtantia valdè aggravans ex natura actus. (7)

An continuata intentione pluries cognoſcens ſolutam, committat multiplex numero peccatum, in confeſſione explicandum?

1587 Cognoſcens pluries ſolutam, etſi cõtinuata intentione, cõmittit multiplex numero peccatum.

AFfirma, quia ſecundum noſtra principia multiplex numero accidens poteſt eſſe in eodem ſubjecto, & hic quilibet congreſſus eſt prohibitus, ex ſe ſatis refuſivus malitiæ.

Secundo, quia ſi multiplex ſucceſſivus congreſſus per noctem, non multiplicaret malitiam illam, nec multiplicaret per annum multoties replicatus eadem voluntate. Non enim temporis intercapedo malitiam multiplicat, & dividit; ſicuti nec dividit voluntatis actum, ſed refunditur à multiplici objecto malo volito, eſt contra Zenardum *p.* 1. *directorii de Sacramen. pœnit. c.* 18. §.5. Scarſellam de Toleotino *in ſumma p.*1. *c.*125. *num.* 11. ajentem unum eſſe numero peccatum, velle, & pluries cognoſcere feminam. Baranduvium *p.*1.*c.*1.*n.*19. quia finis multiplicatæ copulæ eſt unus, ſcilicet turpis indigna delectatio. Leandrum *de pœnit. diſp.*8. §.7. *q.*8. ajantem cum pluribus ſatisfieri dicens ſe una nocte peccaſſe cum muliere fornicando. (Sed ſi unum peccatum? ad quid dicere unam noctem? & non ſemel fornicatus ſum?)

Sic etiam *de cenſuris tom.* 4. *tract.*1. *diſt.* 3. *q.*43. cum Lugo *tract.de pœnit. caſu* 5. *n.* 55. ait unum peccatum plures ſucceſſivè occidere. Nec Ferrandinus *de ſcandalo p.*1.*q.*28. *n.*28. audet reprobare, ſi interruptio temporis non interceſſerit, ſicuti integra nocte cum pluribus pluries replicans ludum, vel diverſos conficiens, ſemel dicitur ludere.

1588 Contraria opinio explicatur, & repellitur.

Et hæc ſententia fundatur in contrario Thomiſtarum principio, ſcilicet multiplex numero accidens morale, ſicuti phyſicum, non poſſe eſſe in eodem ſubjecto, ut commentatur Caramuel *intent.n.*1926. dicens probabile juxtà Thomiſtarum principium, itaut committens ſacrilegium, & id negantes, relicto D. Thoma confugere ad Scotum, ut ait Gabriel. à S. Vinc. *de pœnit. diſp.*8. *q.*5. *dubio incidenti.* ſuſtinens non ab objecto numero diſtincto, non à materia plurificata, ſed ab ipſo actu voluntatis uno numero unam numero malitiam deſumi, & ſic concludit plures occidentem unico ictu, vel volentem occidere, in confeſſione ſufficienter ſe exprimere, ſemel volui occidere, ſemel occidi, non explicato numero hominum occiſorum.

Sic ait unum eſſe peccatum velle non jejunare per totam quadrageſimam, non dicere officium, qui eſt unus actus voluntatis. Sed deinde concludit, quotidie omittens, toties peccare, quia ſunt diſtincti præcepta affixa diei, in quo nulla logica diſcurrit. Si enim ab actu voluntatis, non à materia per ipſum malitia ſumitur, & ille actus voluntatis non multiplicatur, ſequitur ex illo principio non multiplicari quolibet die peccatum, & ſi multiplicatur in iſto caſu, principium illud eſt falſum.

Inſuper concedit unum committere peccatum plurium excipientem confeſſiones in eodem, vel diverſo loco ſucceſſivè mutato; quia unicum habet voluntatis actum plura Sacramenta conficiendi, quod pro parte docuerat Lugo *de pœnit. diſp.*16.*n.*558. licèt quodlibet Sacramentum ex ſe ſit completum undequaque.

Et tamen ubi deventum eſt ad illum, qui ſucceſſivè pluries fornicatur cum eadem, vel diverſa, licèt Gabriel fateatur ſe non habere arridentem diſparitatem, quod quidem in ipſius principiis verum eſt, ait tamen multiplicari peccatum multiplicatis copulis; nam non poteſt eſſe eadem ſucceſſiva continuatio, ac eſt in illo, qui pluries Sacramentum conficit, pluries blaſphemat, & quia in moralibus moraliter, non phyſicè diſcurrendum, in quo ſibimet contradicit. Nam ſupra probaverat, non poſſe in eodem actu eſſe multiplicem numero malitiam moralem, quia nequit in phyſicis multiplex numero accidens in eodem ſubjecto eſſe, & deinde conſequentia laborat, ſumens multiplicitatem ab objecto diſtincto, non ab actu. Igitur concludamus multiplicato objecto malo prohibito, ſive in intentione, ſivè in executione actuum, imbibere multiplicem numero malitiam, aliàs circumfuſus, & vehementiſſimè jactatus ad ſcopulos difficultatum, vel divortium coactus, ad logicam, vel prædictas ſuppullulantes difficultates abſorbere, non ſine veritatis præjudicio, debebis.

An

(7) Sed rectius alii docent eſſe ſacrilegium, quia gravem irreverentiam irrogat loco ſacro.

Digitized by Google

An deſiderans fornicationem non fuiſſe malam peccet?

1589 Deſiderans fornicationē non eſſe malam præciſa turpi delectatione, videtur non peccare.

DIſtinguas: vel in tali deſiderio turpi delectatione præmitur, & peccat conſentiens ſidem fornicationi prohibitæ: vel præciſa omni delectatione appetit, non fuiſſe prohibitam rationali appetitu; & tunc non delinquit dicens fornicarem, ſi non eſſet peccatum. Quia tunc idem eſt ac fornicarem, ſi fornicatio non eſſet fornicatio, quod impoſſibile; cùm nequeat velle, nequit eſſe objectum peccati, flagitium

1590 Non eſt malum velle obligationē non fuiſſe.

namque eſt obligationi nolle ſatisfacere. At non eſt malum velle obligationem non fuiſſe; cùm nullum ſit præceptum obligans, ut velimus obligationem eſſe, ut notavi *III. ſelectar. n.67.*, & demonſtratur ex concluſis in Opuſculo *de malitia, & bonitate actuum.* (8)

De Adulteris.

CAPUT V.

An ſit prohibitum, & à quo jure.

§. I.

1591 Adulterium prohibetur omni jure.

AFfirma: omni jure prohibitum, ſcilicet jure divino naturali, quo prohibetur generaliter alteri injuriam inferre, & etiam jure poſitivo divino. Leutici 20. Deuteronomii 22. Daniel. 13. & etiam jure Canonico. *C. hæc imago. 33. q.3.* & jure etiam civili. *l. ſi quis viduam. D. de quæſtionibus. l. quamvis. C. de adulteriis.* ubi adulter vocatur ſacrilegus. *Auth. ſed hodie. ad legem Juliam de adulteriis.*

Quid ſit.

§. II.

1592 Adulterium eſt legitimi tori violatio

E*St alieni tori violatio. c. illa. v. adulterum 36. q.1. l. inter liberos 6. §.1. l. hæc verba 12. l. ſtuprum 34. §.1. D. ad l. Jul. de adulteriis. l. inter ſtuprum. 101. D. de verb. oblig.* Adulterium enim eſt idem ac acceſſus ad torum alterius. *c. non mœchaberis. 15.* ibi: *adulterium 32. q.6.* Angelus in *l. 1. in fin. C. de adulteriis.* Menochius *lib. 3. conſil. 249. n.1.*

Definirem rigoroſiùs includendo violationem proprii, & alieni tori: *Adulterium eſt legitimi tori violatio. c. apud miſericordem. in fin. 32 qu.1.*

Hinc reſolvitur.

An ſit adulter conjugatus cognoſcens ſolutam?

1593 Conjugatus cognoſcens ſolutam Jure Civili nō eſt adulter.

DIſtinguas jus Civile à jure Divino.

Jure Civili propriè non eſt adulter conjugatus, niſi cognoſcat nuptam inſerens filium in alienam familiam. *l. inter liberos 6. §.1. l. 31. D. ad l. Jul. de adulteriis. l. inter ſtuprum 101. D. de verb. ſign. l.1. C. ad l. Jul. de adulteriis.* ubi indiſtinctè adulterium eſt in nuptam; itaut in ſolutam copula conjugati ſit infamis, punitur pœna ſtupri, non adulterii. *l. eum 18. C. de adulteriis.* Lactantius *lib.9. inſtitutionum c.25.* Farinacius *de delictis carnis q.141. n.80.* contra Menochium *2. de arbitrariis caſu 420.*

1594 Jure Canonico, & Divino eſt verè adulter.

Jure Divino, & Canonico, eſt verum adulterium. Marci 10. v. 11. Matthæi 5. v. 27., & c.19. v.9. 1. ad Corinthios 7. v.4. ibi: *vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. c. nemo 4. 32. q.4. c. præcepit 19. 32. q.5.* etiam enim tunc ſoluta alienum torum violat. Giurba *conſil. 37. n.1.* dicens etiam eſſe adulterium inter ſolutum, & nuptam. Farinacius *de delictis carnis tom. 4. q.141. n.21.* Baronius *de corpore tit. 17. n. 386.* dicens indubitatum. contra Angelum. *v. luxuria n. 60.* Hoſtienſem *in ſumma de adulteriis. num.1.*

An ſit adulter cognoſcens meretricem proſtitutam nuptam?

DIſtinguas: vel cognoſcens ſcit, vel ignorat eam nuptam. 1595

1595 Cognoſcens meretricem nuptā ignoranter non eſt adulter.

Si ignorat ut præſumitur. *c. præſumitur. de regulis juris in 6.* nega eſſe adulterium ex parte ignorantis; nam ignorans nequit velle violare alienum torum, ſine qua voluntate nequit eſſe adulterii ſpecies. *l. penult. D. ad l. Jul. de adulteriis.* Salicetus *in l. quæ adulterium 29. n.3. C. de adulteriis.*

Si ſciat eſſe nuptam, eſt adulterium; nam tunc acceſſus cognitus, & ſic volitus ad alienum torum. *l. ſi uxor 35. §. ſed & in ea. D. ad l. Jul. de adulteriis.* licèt non cenſeatur adulter, quoad contrahendas pœnas adulterii, niſi proſtituta reſipuerit. *l. ſi ea quæ 12. l. quæ adulterium 29. C. ad l. Jul. de adulteriis.* Capycius *dec. 44.* Clarus *§. adulterium n.3.* Suarez *receptorum v. meretrix. n.139.* Decianus *criminalium lib. 8. c.7. n.14.* 1596

1596 Secùs ſi ſciat eſſe nuptam.

An ſolutus cognoſcens alterius ſponſam de futuro ſit adulter?

1597 Solutus cognoſcens ſponſam de futuro alterius non eſt adulter.

NEga. primo quia non eſt legitimi tori violatio, ſecùs ſponſus de futuro licitè poſſet ſponſam de futuro cognoſcere, ſi torus eſſet legitimus, contra *l.1. C. de raptu virginum.* nec poſſet ſine adulterio cum alia coire. Nec eſt adulter ducens validè, quamvis illicitè alterius ſponſam de futuro. *l. miles 11. v. quærebatur. D. ad l. Jul. de adulteriis.*

Secundo, quia ſponſa de futuro, non eſt in poteſtate ſponſi. *l.4. D. de condit. & demonſtrat. l. ea quæ. D. ad municipalem.* Tiraquellus *ad connubiales gloſ.2. n. 22.* unde acceſſus ad ſponſam de futuro non eſſet alieni tori violatio. *l. 1. D. de ſponſalibus.*

Tertio, quia nomine mariti non venit ſponſum de futuro. *l.1. §. & 1. D. pro dote. l. ſancimus. C. de nuptiis.*

Quarto, quia lex diſponens de matrimonio, non ligat ſponſalia de futuro. *l. in eo jure. §. hoc caput. D. de ritu nuptiarum. l.2. C. de 2. nuptiis.*

Sic tutela, & bonis viri orbatur, iniens matrimonium, non ſponſalia de futuro iniens. *l.2. C. de 2. nuptiis. l. ſi quis tutor. § quamvis. D. de ritu nuptiarum. l. ſolet. § qui unum. D. de his, qui notantur infamia.* Gloſſa in Clem.1. *v. contrahens. D. de conſanguinitate, & affinitate*, & Clericus contrahens matrimonium, non ſponſalia de futuro, beneficiis orbatur. *c.1.* ubi Abbas *de Clericis conjugatis.*

1598 In oppoſitum adducta diluuntur.

Nec officit deſtinatum proximè cenſeri idem ac id, ad quod deſtinatur. *l. penult. D. de militari teſtam. l. ſi uxor. D. ad l. Jul. de adulteriis. l. ſe dicit. D. de judiciis.* ubi libertus cenſetur ſervus mox manumittendus. *l. ſi tantum. in principis. D. de excuſat. Tutor.* ubi cenſetur factum mox faciendum. *l. ſi quis cum ſciret. D. de uſucapione pro emtore*: ubi amiſſum cenſetur mox amittendum. *l. præſens. D. de procurator.* ubi cenſetur præſens parum diſtans. Ariſtoteles 2. a *phyſicorum.*

Nam non per hoc verè eſt uxor antequam actu matrimonium contrahatur. Sic domus, tiguum.

(8) Vide quæ ajont DD. de intrinſecè malis, & de malis, quia prohibita ſunt, & ſecundum ea res iſta decidenda eſt.

Digitized by Google

gnum deſtinarum pro templo,non eſt templum. *l. ſi non dum. 3. C. de furtis.* Nec eſt ædificium, quod pro ædificio paratur. *l. fundum. §. item inſula. D. de actionibus emti.* In paucis ergo deſtinata res ſumitor pro eo, ad quod deſtinatur proximè certò, aliàs ſi abſolutè accingendus ſumeretur pro accincto, eſſet, & non eſſet contingens.

Noo eſſet, quia cenſetur præſeoa, eſſer contingens, quia re vera poteſt non eſſe: ſic vuloerans lethaliter, non punitur ut homicida, ante qoam vulneratus decedat; quia poteſt non mori. *l. huic ſcripturæ. §. 1. l. ait lex. D. ad legem Aquiliam.* ergo cognoſcena ſpooſam de futuro non eſt adulter, quia re vera non lædit legitimum alienum torum. Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4.* Covarr. *p. 1. de matrim. c. 1. n. 8.* Clarus *§. adulterium v. hac omnia. n. 8.* Ananias *in c. 1. n. 2. de adulteriis.* Alexander *in l. cætera. §. ſed ea ſi paruerit. D. de legatis 1.* Tiraquellus ad *l. connub. gloſ. 2. n. 26.* Felinus *in c. cum ic. col. 17. v. alia eſt. de reſcriptis.* Angelus in *l. mulier. §. 1. D. ad Trebellianum.* contra Sarmientum *1. ſelect. c. 5. n. 1.* Gloſſam in *l. quemadmodum. v. ſponſam. D. de jureſurando.* Cujacium *lib. 8. obſervat. c. 16.* Ar proctum *4. inſtitutionum de publicis judiciis. §. item lex Julia. de adulteriis num. 24.*

Nec ſecundo officit *l. ſi uxor 23. §. divi. D. ad l. Jul. de adulteriis.* ubi vir accuſat cognoſcentem ſuam ſponſam de futuro. *l. propter 7. C. de adulteriis.* nam id corrit in foro conteotioſo,

1599 In conſcientia, & de Jure Canonico veritas attenditur.

in quo proximè accingendus fingitur accinctus. *l. penult. D. de militari teſtam.* At jure conſcientiæ, & Caoonico veritaa attenditur.

An crimen adulterii ſit publicum?

1600 Crimen adulterii eſt publicum.

AFfirma. *l. 1. D. de publicis judiciis. l. quamvis la 2. C. ad l. Jul. de adulteriis. §. publica autem judicia. lib. 4. inſtitut. de publicis judiciis.* Bocerus *de adulteriis. c. 1.*

1601 Sed non quilibet accuſat

Non tamen per hoc quilibet accuſat. *dict. l. quamvis* in principio, *& §. extraneos autem procul arceri ab accuſatione cenſemus. C. de adulteriis,* & ſic ſolùm accuſat maritus, pater, frater, patruus, avuoculus: ſed maritus præfertur ceteris. *l. quamvis.* la a. *C. ad l. Jul. de adulteriis;* quibus deficientibus, extraoeus accuſat. Gloſſa, & Bellapertica in *d. l. quamvis. v. proximus.* ubi Cynua *n. 4. C. ad l. Jul. de adulteriis.*

An Judex ex officio procedere poſſit per viam inquiſitionis?

1602 Judex poteſt procedere per viam Inquiſitionis in notorio adulterio, ſecùs in occulto.

DIſtinguas: vel delictum eſt notorium, vel occultum: in notorio poteſt *l. 2. §. ſi publico. D. de adulteriis.* In occulto non poteſt, nè famam proximi lædat. Carrera *in practica criminali tract. de homicidio. §. quæ excuſatur. n. 37.* Diaa *in pract. crimin. Canonica c. 85.* ſuppullularent namque homicidia, ſi occultum tegendum potius adulterii crimen propalaretur. Franchus *dec. 240. n. 3.*

Jure tamen Tridentini *ſeſs. 24. c. 8. de reform.* præſcribitur forma judicii procedeodi ex officio contra adulteros.

An conjugatus cognoſcens conjugatam debeat hoc explicare in confeſſione?

1603 Conjugatus cognoſcens nuptam non videtur hoc explicandū in confeſſione.

NEgat Ferrandinus *de ſcandalo dub. 1. q. 66. n. 119.* Martinua de S. Joſeph. *tom. 1. lib. 1. tract. 11. de pænit. n. 10.* Ludovicua à S. Raymundo *p. 1. tract. 1. reſol. 18. n. 345.* Sà apud Fagundez *præcepto 2. Eccleſiæ. lib. 4. c. 13. n. 18.* Gabriel à S. Vinc. *de pænit. dub. 8. q. 7. §. 3. difficult.*

Probant, quia unica actio onum nomero eſt peccatum io principiis Divi Thomæ. Secundo probari poteſt, quia multitudo damnorom paſſorum eadem actione furtiva non multiplicat oumero peccatum, oec eſt in confeſſione explicandum; ergo duplicitas injuriæ illatæ eadem actione adulterina, nec erit duplex numero peccatum in confeſſione explicandum. ſic Zanardus *p. 11. directorii de pænit. c. 18.* ait occidentem ſucceſſivè plures unica voluntate, unicum committere flagitium. Leander *de cenſuris tract. 1. dub. 3. q. 43.* & qui una actiooe plures ad peccandum inducit, unicom peccatum ſcandali committere ait Ferrandinus *de ſcandalo dub. 1. q. 27. n. 5.* Dicaſtillua *c. 18. dub. 64. num. 142.*

At mea principia oppoſitum ſuadent, ſcilicet malitiam numero multiplicem refundi à multiplici objecto malo. Si enim nullum objectum haberet malitiam, actus non eſſet malos; ergo ſi multiplex objectum, multiplicem habens malitiam, multiplicem refuodit, nec eſt major ratio de una, quàm de alia malitia. 1604 Auctori contrarium arridet.

Confirmatur primo, quia duplex ab adultero fit injuria, una propriæ uxori reouenti, altera viro adulteræ. D. Chryſoſtomua *homil. 5. tract. 1. ad Truſſulanum.* Raynaudus *de virtutibus lib. 3. ſect. 3. c. 6. n. 262.*

Coofirmator ſecundo, malitia actus, vel eſt refoſa ab objecto, vel non; neutrum dici poteſt; ergo nequit dici, quòd in actu ſit una numero malitia circa plura numero objecta.

Non poteſt dici, quòd ſit deſumta ab objectis; quia illa plura objecta mala habent multiplicem numero malitiam, quam non habet, nec illa numero actus malitia poteſt aliuode haberi; ergo conclodendum tot malitias numero in actu, quot objecta numero mala.

An copulans cum ſua, delectatus de aliena, ſit adulter?

AFfirma eſſe adulterium, ſi voluntaa tendat ad alienam; nam tunc finis eſt objectum continens adolterii malitiam. Seneca *lib. 2. ibi: ſi quis cum uxore tamquam cum aliena concubat, adulter erit* apod Zizaz *l. 2. connubiali n. 66.* licèt hoc neget Hurtadus *diſp. 4. difficult. 10.* Caſtrus Palaus *p. 1. tract. 2. punct. 10. §. 4.* Diana *p. 5. tract. 13. reſol. fin.* Ex eo quia, jus matrimonii oon inducit onus non cogitandi de aliena, ſicque concluduot conjugatum, qui delectatur de ſoluta, non teneri exprimere in confeſſione ſe eſſe conjugatum. DD. apud Sanchea *9. de matrim. dub. 46. n. 18.* vide Arriagam *p. 1. dub. 47. ſect. 3. n. 28.* ajentem delectationes non eſſe diverſaa in genere mortalia à quocumque deſumantur, ſi delectatio ſit in cogitatiooe, quia uxoratus eſt ex juſtitia alteriua, eſt in ordine ad uſum corporis, hìc tamen non eſt delectatio de uſu corporis, ſed puræ mentis. 1605 Copulans cum ſua ſi delectetur de aliena, eſt adulter.

Quid aotem ſit? certum eſt peccare mortaliter, & explicandum Confeſſario.

An ſit adulterium delectari de aliena, ſub conditione ſi eſſet ſua?

DIſtinguas: vel eſt ſola intellectus cogitatio, vel ſenſitiva delectatio: primum non eſt peccatum, qoia præciſum à malitia vel illius cooditionis, ſi eſſet ſua. Caramoel *præterint. n. 2031.* Secundum eſt peccatum mortale, nam actualia ſenſus delectatio eſt principium pollutionis actualis, quæ mala eſt, nec tolli poteſt per conditionem, ſi eſſet ſua, facit Gabr. à 1606 Delectari de aliena ſub conditione ſi eſſet ſua cum ſenſitiva delectatione eſt adulterium.

S.Vinc. *de Sac.Matrim.diſp.7.q.14.n.*121. Tancredi *tom.4. tract.* 1. *dub.* 8. *q.* 28. §. *quod autem.* (9)

An ſit adulterium copula contra naturam cum ſua uxore?

1607 Copula contra naturam cum ſua uxore nõ videtur adulterium.

NEgat Mazzucchellus *de caſibus reſervatis c.*22. *difficult.* 1. *n.*24. Macadus *de perfecto confeſſario tom.* 1.*lib.*2.*p.*3. *docum.*5.*n.*5. contra Sanchez 9.*de matrim. diſp.*18. Pontius *lib.* 10. *de matrim. c.* 11. quia non eſt alieni tori violatio; eſt tamen graviſſimum peccatum mortale, meritò igne expiandum. Menochius *lib.*2.*caſu* 286.*n.*20.*&* 50. Imò Mazzucchelius, & Macadus ajunt non eſſe explicandum prædictum peccatum commiſſum cum uxore, quia ajunt non mutare ſpeciem, ſatiſque fateri delictum ſodomiæ, ſi deſit alia prava circumſtantia. vide Dianam *p.*7.*tract.*12.*reſol.*23. *c.adulterii.*32.*q.*7. (10)

An conſentiente viro ceſſet adulterii crimen?

1608 Etiam accedente conſenſu viri committitur adulterium.

NEga; nam jura prohibuerunt illum conſentire ſub pena infamię ultimi ſupplicii ad inſtar lenonis.*l.ſi lenones.C.de Epiſc.audientia. l.ſine metu. C.de adulteriis. l.*2.§.*lenocinii.l.maritus.D.de adulteriis.* Novarius *ad Pragmat. de lenonibus n.*6.*ex Pragmat.*1.punitur ultimo ſupplicio, quæ pœna hodie non eſt in uſu. Peguera *dec.*15., & ſi eſt ità ac ſi conſenſum non præſtitiſſet, nam cenſetur non fieri contra jus.

1609 Vinculo Sacramẽti nequit à Catholicis renunciari.

Et apud Catholicos Sacramenti vinculum læditur, cui nequit renunciare, meritòque jure etiam Civili adulter ſacrilegus appellatur. *l. quamvis.*la 2.§.*fin.C.ad l.Jul.de adulteriis.* Inſuper fornicationis flagitium in adulterio imbibitum jure divino prohibitum, nullius conſenſu remitti valet. Caram. *intent. nu.*1918. Baſſæus *tom.*2.*v.adulterium.n.*4. (11)

Pœna adulterii?

§. III.

1610 Lege Moyſis adulter lapidibus obruebatur.

JUre legis ſcriptæ lapidabatur. Deuteronomii 22. Ezechielis 16. v. 35. Levitici 20. v.10.Geneſis 38.v.24. Menochius 2. *de arbitrariis centur.*5.*caſu* 419.*n.*8.

1611 Jure Civili vir pœna capitali punitur.

Jure Civili maſculus pœna mortis naturalis punitur. Auth.*ſed hodie. C.de adulteriis.l.quamvis* la 2. ibi:*ſacrileges autem nuptiarum gladio puniri oportet. l.tranſigere, vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt.*18. *C. de tranſaction.* Toloſanus 36. *ſyntagmatum c.*6.*num.*5.

Mulier verò vi oppreſſa non punitur. *l. ſi uxor.*§.*ſi quis plani.D.de adult. l. fœdiſſimè.C.eodem.c.ità.*32.*q.*5.

1612 Si mulier, mitiori pœna punitur.

In muliere verò mitior pœna, nam verberata tonſa detruditur in Monaſterium perpetuò. §.*adulteram vero*. Auth. *ut nulli judicium. c. gaudemus.de converſ.conjug.* Auth.*ſed hodie.C.ad legem Jul. de adult.*, quæ pœna non eſt in uſu. Clarus §.*adulterium. n.* 7. Adultera etiam dotem amittit. *l.cum mulier. D.ſol.matrim. c.plerumque. de donationibus inter*, ſed ſecuta ſententia. Maſuili ad Capycium *dec.*44.*n.*20.

1613 Adulter eſt infamis.

Secunda eſt pœna infamiæ.*l.* 2. §. *miles.* ubi Albericus v.*infamem*. *D. de his, qui notantur infamia. l.qui cum uno.* 4. §. *adulterii,* ibi: *vel aliquo judicio publico damnati inter milites non ſunt recipiendi. D. de re militari. l. palam.* 43. §. *quæ in adulterio. D. de ritu nuptiarum,* & conſequenter excluduntur adulteri ab omnibus actibus, à quibus excluduntur infames, ut nequeant eſſe teſtes, & ſecuta condemnatione ſint irregulares. *l. ſuo quidem.* ibi: *& ſanè juſtè teſtimonii officio ei interdictum. D. de teſtibus.* Diaz *in pract.v.adulteri c.*85.*n.*3.

1614 Et excommunicari poteſt.

Jure Canonico poſſunt excommunicari. *c.intelleximus* 6. *de adulteriis*, & Clericus adulter deponitur, ac detruditur in Monaſterium. *c.ſi quis Clericus* 10. ibi:*depoſitus ab officio, communione conceſſa, in Monaſterium toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.c.Romanus* 11. *diſt.* 81. Imò poteſt ad arctiores pœnas deveniri juxtà flagitii qualitatem, ac quantitatem.

1615 Hodiè pœna adulterii eſt arbitraria.

Hodiè pœna adulterii eſt arbitraria. Menochius 2.*de arbitr.caſu* 419. *n.* 1. Toloſanus 36. *ſyntagmatum c.*6.*n.*39.

1616 Adultera quomodo in Regno puniatur.

In Regno ex Conſtitutione *legum aſperitate* adultera traditur marito, qui ei naſum truncare poteſt, & id marito agere nolente, illa fuſtigatur publicè, & adulter morte punitur. Franchus *dec.*149. *n.*2.

1617 Quomodo probatur adulterium, quoad divortium.

Delictum adulterii probatur præſumtionibus, & conjecturis, quò ad faciendum divortium. Ancharan. in *c.ex literis. n.*2.*de præſumt.* quò ad pœnam verò criminalem probationes debent eſſe clariſſimæ. Maſc. *de probat. concluſ.* 17. *n.* 5. Abbas *in c. literis. in fin.* v. *ultrà alios quæro.de præſumt.*

1618 Extranei nõ accuſant de adulterio.

Extranei in hoc crimine non accuſant. *l. quamvis la* 2. v. *ſolummodo*, §. *extraneos*. *C. ad l. Jul.de adult.* ubi priùs accuſat maritus, deindè pater, frater, &c.

An adulter poſſit exigere debitum ab uxore?

1619 Adulter nequit debitũ exigere ab uxore.

NEga; nam ob adulterium frangenti fidem, fides non eſt exigenti ſervanda, & vir jus amiſit, cùm ratione adulterii innocens poſſit divertere à nocente: petere tamen poteſt, nam petere non eſt exigere, cùm pauperes petant, nec dicantur eleemoſynam exigere. Tabiena v.*matrimonium* 4. *q.*6. *nu.* 7. plures apud Sanchez 1.*de matrim.diſp.*68. *n.*3. dicentes probabiliùs poſſe exigi, cum Coninck.*de Sacramentis diſp.*33.*dub.*13.*n.*87. Diana *p.*3. *tract.*4. *reſol.* 287. §.*ex his.* moventur fortè, quia privatio juris exigendi eſt pœna requirens ſententiam Judicis. Navarrus *c.*17.*n.*275. Caram.*intent.lib.*2. *diſp.*1.*art.*2.*n.*591. Vaſquez 1.2.*q.*96. *art.*5.*diſp.* 170.*n.*3. Menca 1.*illuſtrium c.*28. *n.*24. Cajetanus 2.2 *q.*62.*art.*3.Sotus 1.*de juſtitia q.*6. *art.*6. *concl.*1.Decius in *c.*1.*de conſtitut.* (12)

An

(9) At cogitatio non debet eſſe abſoluta, ſed ad hunc modum: delectaretur, ſi eſſet ſua. Vide quæ ſupra: alioquin conditio non auferret peccatum, cùm non auferret delectationem.

(10) Sed oppoſitam defendendam eum Sanchez videtur.

(11) Juxta quæſiti doctrinam Innocentius XI. damnavit propoſitionem ordine L. „ Copula cum „ conjugata, conſentiente marito, non eſt Adulterium, adeoque ſufficit in Confeſſione dicere „ ſe eſſe fornicatum. „

(12) At etiam ante Judicis ſententiam jus petendi, & exigendi non habet, cum jure illi ab innocenti negari poſſit. Vide Salmantic.*de matrim. cap.* 16. *part.* 4. *n.* 42. *&* 43.

Digitized by Google

An peccet occidens uxorem adulteram infragranti?

1620 Peccat maritus occidēs uxorē etiam in adulterio deprehenſam.

DE hoc fuſiùs egi IV. *ſelectarum n.*181.& in *Anacephaleoſi* ad Bullam Alexandri (13) videas textum in *l. gracchus* 4. *C. ad l. Jul. de adulteriis,& in l.marito* 24.*D.de adulteriis.* vide Tiraquellum *l.* 3. *connubial.* Sanchez 10. *de matrim.diſp.*8.*n.*39.Leſſium 2.*de juſtit.c.*9.*n.*16. & non poſſe à marito uxoricidium adulteræ gravari, nec à lege id ei commiſſum, pluires oſtendit Raynaudus *de juſtit. lib.* 3. *ſect.* 3. *c.* 6. *n.*244. nè homicidiis aditus aperiatur.

De Inceſtu.

CAPUT VI.

Quid, & quotuplex ſit.

§. I.

1621 Quid ſit inceſtus.

EST commixtio naturalis perſonarum, inter quas nequit contrahi matrimonium. *c.lex illa.§.cum ergo* 36.*q.*1. *l.ſi quis viduam* 5. *D. de quæſt. l.ſi adulterium cum inceſtu* 38.*D.de adulteriis. l.fin. D. de ritu nupt.* Farinacius *tom.* 4. *praxis q.*144.*num.*8. Baronius *de corpore tit.*17. *n.*464. Caram. *intentionali n.*1920.

1622 Et habetur inter quos nequit contrahi matrimonium.

Dixi *inter quas nequit contrahi matrimonium*, idque ſive ſint conſanguinei. *l.fin. C.de ritu nupt.* §. *non omnes. Inſtitut. de nupt. l.inceſtu* 54.*D.de ritu nuptiar.tit.Codicis de inceſtis nupt.*

Sive ſint affines. *c.* 1. *v. Inquiſita verò. de conſanguin.,& affinitate.c.nullum.in fine.c.æqualiter* 35.*q.*2. *§.affinitas.Inſtit. de nuptiis.l. nemini* 17. *C.de nuptiis.*

Sive ſint conjuncti cognatione legali. *§.minorem. §.hac adeo. Inſtit.de adoptionibus.§.ſed quia. Inſt.de nuptiis.l.quin etiam.l.per adoptionem.* 17. *l.adoptivus* 14. *D. de ritu nuptiarum.*

Sive ſint conjuncti cognatione ſpirituali baptiſmi, vel confirmationis. *c.* 1. *de cognat. ſpirituali.c.omnes* 32 *q.*2.*c.ſi quis filiarum* 30. *q.*1. *c.*1. *de cognat.ſpirituali in* 6. Toloſanus 36. *ſyntagmatum c.*7.*n.*1.& *c.*11.*n.*4.

1623 Duplex eſt, & primus opponitur conſanguinitati, & affinitati. Alter cognationi legali, & ſpirituali.

Dividitur dupliciter, unus ſcilicet oppoſitus conjunctioni carnali jure conſanguinitatis, vel affinitatis. *l.fin. D.de ritu nuptiarum.c.*5. *de conſanguinitate, & affinitate*. Alter oppoſitus conjunctioni legali adoptionis, & cognationi ſpirituali baptiſmi, vel confirmationis. *c. ſi quis* 33. *q.*2.*l.ſi quis alumnam* 26.*C.de nuptiis.Auth.inceſtas. C.de inceſtis nuptiis.* Menoch. 2. *de arbitrariis caſu* 502.*n.*27.

An ſit peccatum?

§. II.

1624 De fide eſt eſſe peccatū lethale.

AFfirma: eſt de fide, idque tetrum horribile contra caſtitatem, & reverentiam conjunctis debitam; commixtio namque faciens unum ex duobus tollit reverentiam, quæ exigit dualitatem, ratione cujus detractionis reverentiæ naturaliter debitæ, ſpecialem ſortitur malitiam legi naturali oppoſitam. *l.ſi adulterium cum inceſtu* 38. *§.ſtuprum. D.ad legem Jul. de adulteriis.c.inceſtuoſi* 35.*q.*8.*c.adulteriis* 32.*q.*7. Toloſanus 36.*ſyntagmatum c.*7.*n.*2.& 12.

1625 Eſt contra Gentiles.

Contra Zenonem, Cryſippum relatos à Sexto Empyrico 3. Philoſ. Hypotypos. *c.* 24. cenſentes non illicitum congreſſum etiam in primo gradu lineæ rectæ, ut uſu receptum apud Perſas, contrahentes cum ſorore, & alias plures nationes, teſte Dione *oratione* 10. D.Hieronymo *lib.*2. *in Jovinianum.*ibi: *Perſæ, Medi, & Æthyopes cum matribus, & avii, cum filiabus, & neptibus copulantur.* S. Chryſoſtomo *homil.* 7. in 2. ad Corinthios. Briſonio *de regno Perſarum*. Strabone *lib.*15.*in fine.*Tertull.*c.*19.*Apologetici.*Clemente Alexandrino 1.*pedagogiæ c.*8.

Sed Evangelica luce effulgente, ut tetræ errorum denſæ tenebræ, etiam ibidem evanuere. D.Augustinus 15.*de civitate c.*16. D.Ambroſius *epiſt.*66.

Pœna inceſtus.

§. III.

JUre Civili eſt eadem, ac pœna lata contra adulteros. *l.miles* 11.*§.militem.*ibi: *qui ſororis filiam in contubernio habuit, licèt non in matrimonium, adulterii pœna teneri rectius dicitur. D.de adulteriis*. Si inceſtus fiat ſine pallio matrimonii, quam pœnam eſſe mortis, vel deportationis decretum in *l. quamvis* 30. *C. de adulteriis.l.ſi quis viduam* 5. *D.de quæſtionibus.* Franchus *dec.*978. *p.*2. Theſaurus *dec. Pedemontana* 500.*n.*2. Alex.*lib.*6.*conſil.*229.*n.*15. Albericus in *l.ſi adulterium. §.ſtuprum.n.*5.*D.ad l.Jul. de adult.* & ad arbitrariam meritò reduci poterit, delicto gravioribus, vel remiſſioribus circumſtantiis turgente. Clarus §. *inceſtus num.*3. Baldus *lib.*5.*conſil.*429.*in fine.*Caballus *reſol.criminali. caſu* 200. *n.* 34. & conſequenter ſi unà cum inceſtu ſit adulterium, arctiùs coercendum. Menoch. 2. *de arbitrariis.caſu* 502. *n.*40. Inceſtus cum adulterio morte punitur ſecundum Gloſ.in *l.ſi adult.D.ad l.Jul.de adult.* Corneus *lib.*4.*conſil.*19. *n.*2. Duriuſque plectendum in propinquiori, quàm in remotiori gradu. Ac ſæviendum intenſiùs contra conſpurcantem naturalem conjunctionem conſanguinitatis, aut affinitatis, quàm conjunctionem legalem. Gloſ. in *l. inceſta* 52. *D. de ritu nuptiarum.* Caballus *loc.cit.caſu* 200.*n.*56. *l.non facile* 4.*§.in adoptionem.D.de gradibus affinitatis.*Decius *conſil.*158.

1626 Inceſtus Jure Civili punitur pœna adulterii.

1627 Conſiderandus eſt in penæ gradus proximior, vel remotior, & conſanguinitas, aut affinitas, & cognatio legalis.

1628 Jure Canonico excommunicatur, ſi adiit velamen nuptiarum.

Jure Canonico eſt pœna excommunicationis, ſive adiit velamen matrimonii. *c. Clerici.* 4. *de exceſſibus Prælatorum.* Clementina 1. *de conſanguinitate, & affinitate.* ſive non adiit. *c. Clerici* 4. *de exceſſibus Prælatorum.c.de his, qui* 35. *q.*3. *c.ſi quis cum matre* 17. *c.ſi quis cum duabus* 16. 33. *q.*2. Lopez ad Diaz in *pract. crimin. canon. c.*84. Clarus *§.inceſtus n.*7. *v.præterea.* Clericus verò etiam beneficiis privandus, & deponendus.argumento *c.presbyter* 12. *c.Sacerdos* 7. *c.ſi quis Clericus* 10.ibi: *depoſitus ab officio, communione conceſſa, in Monaſterium toto vitæ ſuæ tempore detrudatur. diſt.*81. Diaz *in pract. crim.canonica c.*84.*v.inceſtus.n.*2. & etiam graviori, vel leviori, ſi aliud flagitii qualitates expoſcant.

1629 Clericus inceſtuoſus privatur beneficiis, & deponitur.

1630 Nobilis contrahens nuptias inceſtas punitur relegatione, ignobilis fuſtigatur.

Contrahens verò inceſtas nuptias, etiam ſecundum qualitates perſonarum arctiùs punitur, nobilis relegatione in Inſulam, vilis fuſtigatus exilio plectendus. *Auth. inceſtas nuptias. C.de inceſtis nuptiis.*Theſaurus *dec.pedemontana* 100.*n.*3. licèt alii mortem exigant. Albericus in *l.ſi adulterium. §.ſtuprum.n.*4. *D. de adulteriis*, quæ opinio fortè poſſet recipi in inceſtu turpiori, ſcilicet ſine velamine matrimonii. *l.ſi adulterium cum inceſtu. § ſtuprum. v.nonnunquam. D.ad leg.Jul.de adulteriis.*

1631 Confiſcantur bona deficientibus filiis, vel nepotibus legitimis.

Secundo bona confiſcantur deficientibus filiis, vel nepotibus legitimis. *Auth. ince-*

(13) Ad Propoſitionem XIX. *n.* 802. „ Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam.

inceſtat. Auth. ex complexu. C. de inceſtis nuptiis. Peregrinus *lib. 4. de jure fiſci tit. 5. n. 16.*

1612 Et dignitate privatur.

Tertio privatur dignitate. *Auth. inceſtat.* ibi: *cinguli ſpoliatio. C. de inceſtis nuptiis. c. conſanguineorum 4. 3. q. 4. c. infames 17.* ibi: *inceſtuoſos 6. q. 1.* niſi matrimonium fuerit contractum ſub conditione diſpenſationis obtinendæ à Papa. Boerius *dec. 264. n. 37.* vel à minore. *l. ſi adulterium cum inceſtu 35. § fratres.* ibi: *crimen inceſti propter ætatem remiſerunt. D. ad l. Jul. de adulteriis,* & niſi ignoraverint, nam ignorantia excuſat à pœna inceſtus. *c. in lectum 6. c. quidam fornicatus. 9. 34. q. 2.* Menoch. 2. *de arbitr. caſu 502 n. 83.*

An ex ſolis ſponſalibus de futuro copula non ſecuta, inceſtus committatur?

1613 Ex ſolis ſponſalibus de futuro non ſecuta copula, non datur inceſtus.

NEga. nam deeſt commixtio, & ſic pœnæ evitantur. *c. etſi neceſſe. de donationibus inter.* Covarr. *de ſponſalibus p. 2. c. 6. § 4. n. 20.*

An hujuſmodi conjunctiones differant ſpecie inter ſe?

§. IV.

1614 Inceſtus gradus materialiter differũt inter ſe.

DIſtinguas: vel eſt ſenſus de materiali, vel de formali differentia. Et affirma differre materialiter; conſanguinitas namque non eſt affinitas, nec affinitas eſt cognatio ſpiritualis, vel legalis.

1615 Formaliter quævis conjunctio inceſtuoſa non differt ſpecie inter ſe.

Nega formaliter in ratione conjunctionis, ex qua ratione formali impedimentum contrahendi matrimonium ortum eſt. Ratio namque reverentiæ debitæ inter conjunctos, ut conjuncti ſunt, eſt motivum introducens impedimentum matrimonii, & quòd conjunctio ſit ex conſanguinitate, vel affinitate, cognatione legali, vel ſpirituali, materialiter ſe habet: ſicuti major, & minor reverentia debita inter conſanguineos, & affines, non diverſificant ſpecie reverentiam, ſed ſolùm materialiter; nec ſpecies formaliter ſine neceſſitate multiplicandæ. Cajetanus 2. 2. *q. 154. art. 9.* Bonac. *tom. 1. de matrim. q. 4. punct. 16. propoſit. 5. n. 6.* D. Thomas 2. 2. *q. 154. art. 9.* dicens non differre ſpecie inceſtum ex conſanguinitate, & affinitate, ex parte accedit Tamburrinus 2. *methodi c. 7. § 7. n. 40.* Caram. *intent. nu. 1922.* Valaſcus *tom. 2 v. luxuria reſol. 209.* contra Valentiam, & alios volentes omnes differre ſpecie, ut notavi IV. *ſelectarum. n. 186.*

An gradus differant inter ſe ſpecie?

1616 Nec gradus differunt inter ſe ſpecie. Sunt explicandi ſi adſit reſervatio.

NEgat ex D. Thoma Cajetanus 2. 2. *q. 154. art. 9.* Tancredi *tom. 4. tract. 1. diſp. 6. q. 25.* Roccaful *in praxi tom. 2. lib. 4. c. 6. n. 70.* Leander *tom. 5. diſp. 8. tit. 3. q. 76. n. 837.* Trullenk *tom. 2. decalogi lib. 6. c. 1. dub. 8. § 1. n. 2.* Martinus de S. Joſeph *tom. 1. tract. 10. de pœnit. n. 11.* Bordonus *in miſcell. dec. 479.* Soria *p. 2. tract. 1. ſect. 1. dub. 6. §. circa circumſtantiam.* Remigius *in praxi tract. 12. c. 6. § 9. n. 8.* Henriquez *in practica ſect. 8. q. 14. n. 21.* Serios *tom. 1. diſp. 4. q. 28. n. 33.* Mazzucchellus *de caſibus reſervatis diſp. 21.* Hurtadus *de pœnit. diſp. 9. difficult. 4.* Diana *p. 1. tract. 7. reſol. 34. §. & tandem, & tract. 8. reſol. 63.* Tamburrinus *7. decalogi c. 4. § 1.* ajentes ſufficere confiteri ſe toties inceſtum commiſiſſe, nec explicandam qualitatem perſonæ, gradusvè matris, filiæ, ſororis, neptis, conſobrinæ; quia gradus inter ſe differunt ſecundum magis, & minus, & ſecundum majorem, & minorem proximitatem; quæ non variat ſpeciem: ſicuti anulus proximior ſpecie non differt à ſequenti in catena. Linea namque non eſt, niſi ordinata connexio, & diſpoſitio perſonarum, quæ diſpoſitio non habet unde ſpeciem diverſificet, & ſic in confeſſione non eſt explicanda. Cajetanus 2. 2. *q. 154. art. 9.* Bonac. *tom. 1. de matrim. q. 4. punct. 16. § 3. ſententia.* Gypſius *de caſibus reſervatis c. 8. num. 5.* Megala *p. 1. lib. 5. c. 12. n. 9.* Lugo *diſp. 16. de pœnit. ſect. 6. n. 328.* Filliucc. *tom. 2. tract. 30. c. 5. n. 67.* & alii apud Dianam *p. 1. tract. 7. reſol. 35.*

Quid autem ſtante reſervatione, dicendum alibi, videſis Caramuelem *fundamentali 57. § 4. n. 1703.* (14)

An inceſtus conſummatus impediat petitionem debiti?

§. V.

1617 Inceſtus conſummatus impedit redditionem debiti.

AFfirma: dummodo actus ſit ità completus, ut ex eo naſcatur affinitas; nam eſt in pœnam delicti, & ſic actus debet eſſe conſummatus per naturalem mutuam ſpermatis commixtionem. *c. fraternitatis 35. q. ultima.* Scotus *in 4. diſt. 40. q. unica. §. quoto gradu.* S. Bonaventura *in 4. diſt. 4. q. 1. art. 1.* Durandus *in 4. diſt. 41. q. 1. n. 7.* Ledeſma *de matrim. diſp. 50.* qua ratione, nec eſt reſervatum flagitium, ſi commixtio naturalis non ſequatur. Suarez *de cenſuris diſp. 31. n. 4.*

An impeditus ex inceſtu petere propter affinitatem, peccet mortaliter petendo debitum?

1618 Et peccet mortaliter petendo.

AFfirma cum communi, quam ſequitur Averſa *de matrim. q. 17. § 3. §. conjugem.* contra Cordubam *lib. 1. q. 12. in fine.* Veracrux *p. 3. ſpeculi art. 17.* dicentes peccare venialiter, cujus veritatis diſquiſitio pendet ex principiis de legibus, & materia prohibitionis.

An inceſtus occultus impediat petitionem debiti?

1619 Inceſtus occultus, etiam impedit debiti petitionem.

NEgant Angelus *v. inceſtus num. 4* Sylveſter *v. luxuria q. 4.* Abbas, Sà, Sotus, Lopez apud Sanchez *7. de matrim. diſp. 15. n. 13.* exigentes publicum in judicio probabile delictum, ad hoc etiam, ut matrimonium impediatur. Pontius *1. de matrim. c. 13. n. 9.* Imò Palacios, & Simanchas apud Sanchez *loc. cit. n. 14.* exigunt Judicis ſententiam, quia eſt pœna, quæ debetur poſt ſententiam.

Sed oppoſitum docet Sanchez *9. de matrim. diſp. 25. n. 2.* Quintanaduennas *tract. 9. ſingulari 6. n. 7.* (15)

Caſus, in quibus non obſtante inceſtu valet peti debitum?

1640 Quando non petere redderetur grave innocenti, non peccat aliquoties petendo debitum.

MUltos enumerant DD. primos, nè matrimonium reddatur grave innocenti. Sanchez poſt D. Thomam *9. de matrimon. diſp. 7. n. 1.* idemque aſſerens de uxorato ligato voto caſtitatis. Imò Ledeſma *2. p. 4. q. 66. art. 1. in fine,* ait virum voventem caſtitatem poſſe aliquoties, puta quater in menſe petere, nè uxori matrimonium reddatur oneroſum: Imò Victoria *de matrimon. n. 193.* ait poſſe petere ſemper ac honeſtum, ac rationabile videtur, & proportionaliter eodem modo diſcurrunt de fœmina. Votum namque non debet alteri eſſe præjudiciale, & lex pœnalis debet punire delinquentem, & innocenti non eſſe magis odioſa.

1641 Si adſit periculum incontinentiæ.

Secundo, periculum incontinentiæ non impedit;

(14) Ut eſt caſus reſervatus hic Neap. eum ex con., p. 2. Synodi *cap. 6. num. 9.* ibi: *Inceſtus cum conjunctis in primo, vel ſecundo gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis.*

(15) Et hæc opinio eſt verior, & ſervanda.

pedit; nam tunc impeditus petendo reddit. Sanchez *loc. cit. n.* 5. Quintanaduennas *loc. cit. ſingulari 7. num.* 4.

1642 *Si angatur vehementiſſimis ſtimulis incontinentiæ.*

Tertio, ſi inceſtuoſus, vel vovens vehementiſſimis ſtimulis incontinentiæ agitetur, ut conſtituatur in proximo periculo labendi, niſi petat; lex enim privans inceſtuoſum debet eſſe facilis. *c. erit. 2. diſt.* 4. & ſic non obligare in proximo periculo labendi in lethale, cui aliter ſuccurri nequeat, & votum in talibus circumſtantiis, non cenſetur de meliori bono; nam non eripere à periculo proximo lapſus, nec tunc diſpenſatio eſt neceſſaria ob ſuperioris Epikiam. Quintanaduennas. *loc. cit. ſingulari* 12. referens Caſtrum Palaum *tom. 3. tract. 15. diſp. 2. p. 6. n.* 11. aſſerentem poſſe uxorem irritare votum caſtitatis viri, nè cogatur ad petendum ſemper, quod uxori eſt valdè oneroſum, ejuſque honeſtati non adeò congruens.

1643 *Si uterque erit inceſtuoſus, volunt aliqui.*

Quarto, poſſe peti ſi uterque ſit inceſtuoſus ait Gothofredus in *c. ſi vir 2. de cognatione ſpirituali.* Tamburgus *in ſumma confeſſionis lib. 4. tit. 7. q. 2.* Baſſolus *in 4. diſt. 42. q. unica art.* 3. dicentes in incaſtu id licitum ex impedimento cognationis legalis reciproco.

1644 *Auctori non arridet.*

Sed diſplicet, quia pœna juris nequit privata auctoritate tolli. Sanchez 9. *de matrim. diſp. 28. num.* 2.

An ignorans privationis debiti pœnam, ſciens rem prohibitam, inceſtuoſus petere poſſit?

1645 *An ſciens eſſe prohibitũ, neſciens pœnam petitionis debiti, poſſit petere.*

Affirma. Pontius 10. *de matrimon. c. 6. n.* 10. Henriquez *lib. 12. c. 15. n.* 1. Diana *p. 3. tract. 5. reſol.* 12. Hoſtienſis *in c. nobis il* 1. *de ſententia excommunicationis.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 12. diſp. 1. p. 17. n.* 8. Quintanaduennas *loc. cit. ſingulari 6. n.* 3. Sanchez 9. *de matrim. diſp. 32. n.* 49. contra Cordubam *q. 12. art.* 2. Rodriquez *c. 242. num.* 11. nam ex dictis cùm de *Privilegiis ignorantiæ*, (16) pœna etiam cenſuræ non incurritur ab ignorante. *c. 2. de conſtitutionibus. c. propoſuiſti 2. diſt.* 82. imò id extendit etiam ſi ignorantia ſit vincibilis Ledeſma *1. p. 4. diſt. 7. art. 9. dub.* 2. Sanchez *loc. cit. n.* 31. Portella *de dubiis regularium. v. ignorantia n.* 25. magis enim ſciens, magis delinquit, magis punitur. *c. felicis 5. v. illud. de pœnis in 6. c. 2. de his, quæ fiunt.* (17)

An ignorans feminam à ſe cognitam eſſe ſororem ſuæ uxoris, privetur petitione debiti?

1646 *Ignorans à ſe cognitam eſſe ſororem ſuæ uxoris, non privatur petitione debiti.*

Nega. *c. 1. de eo, qui cognovit conſanguineam.* Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 4. & 5.* ſicuti nec eſt ſacrilegus ignorans copulati votum. *c. cum voluntate. de ſententia excommunicat.* Sanch. 9. *de matrim. diſp. 32. & 7. diſp. 15. n.* 9. Henriq. *loc. cit.* Quintanaduennas *loc. cit.*

An cognoſcens conſanguineam uxoris ſuæ ultra ſecundum gradum, ſit inceſtuoſus, & privetur petitione debiti?

1647 *Copulans ſe conſanguineæ uxoris ultra ſecundum gradũ, eſt inceſtuoſus, & privatur debiti petitione.*

Affirma: nam ex copula licita ſuæ uxoris contraxit affinitatem uſque ad quartum gradum cum conſanguineis uxoris, & ſic intra quartum gradum uxoris conſanguineam cognoſcens, eſt inceſtuoſus, & meritò petitione debiti privatur. Comitulus *lib. 1. q. 138. num.* 2. contra Guttierez 1. *Canonicarum. q. 32. n.* 3. Rodriquez *tom. 1. ſumma c. 209. n.* 2. Sanch. 7. *de matrimon. diſp. 66. n.* 8. Lamas *in ſumma p. 5. c. 8. §.* 19. Navarrus *lib. 4. conſil. 1. de conſanguinitate, & affinitate.* Hurtadus *dub. 10. difficultate* 7. Veracrux *in ſpeculo art.* 23. Bonac. *de impedimentis p. 12. art.* 3. Henriq. *lib. 12. c. 20. n.* 1. plures apud Quintanaduennas *tract. 9. ſingulari 5. n.* 1. DD. apud Sancium 11. *ſelectarum n.* 3. ajentes ex copula ultra ſecundum gradum illicita non naſci affinitatem impedientem matrimonium, & ſic nec inceſtum, nec privationem debiti: Quod quò ad affinitatem novam verum eſt, at inceſtus committitur ob affinitatem ex copula licita cum propria uxore, quæ ſe extendit uſque ad quartum gradum.

An vir cum propria uxore poſſit committere inceſtum?

1648 *Vir cognoſcens ſororem ſuæ uxoris eſt inceſtuoſus.*

Affirma: ſi cognovit ſororem ſuæ uxoris, & deindè ſuam uxorem; & tunc eſt inceſtus ſine fornicatione inter conjuges. Bonac. *de matrimon. q. 4. punct. 16. n.* 15. Averla *de matrim. q. 17. ſect. 3. §. conjugem.*

An femina vi oppreſſa à fratre viri, poſſit debitum petere?

1649 *Femina vi oppreſſa à fratre viri, non privatur debiti petitione.*

Affirma. ſi non conſentiat; nam tunc non conſentiens non peccat, & non peccans non punitur pœna privationis debiti. *c. ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus 23. de regulis juris in* 6. & privatio debiti eſt pœna delicti. Henriq. *lib. 11. c. 15. nn.* 11. Sanch. 9. *de matrim. diſp. 81. n.* 1. Quintanad. *loc. cit. ſingulari 6. num.* 1.

An cognoſcens contra naturam conſanguineum, vel conſanguineam ſit inceſtuoſus?

1650 *Cognoſcens aliquem in gradu prohibito contra naturam non eſt inceſtuoſus.*

Nega; nam non oritur affinitas, nec inceſtus, requirens commixtionem naturalem. de Januario *de caſibus reſervatis tom. 2. reſol.* 76. dicens, nec eſſe caſum reſervatum inceſtus. Finellus *de caſibus reſervatis caſu 10. n.* 10. Veracrux, Rodriq., Henriq. apud Quintanad. *tract. 9. ſing. 5. n.* 5. Sotus *lib. 5. de juſtit. q. 7. art. ultimo.* Sanch. 3. *de matrim. diſp. 27. num.* 4. Trulleock *in bulla q. 3. punct.* 5.

1651 *Non ſeminantes an committant inceſtum, & contrahant reſervationem.*

Unde inferunt non contrahere caſum reſervatum fornicantes ſine ſeminatione commixta; quia ſola copula naturalis, ſine naturali commixtione non facit inceſtum conſummatũ, nec contrahit reſervationem; itaut ſi à cacodæmone incubo, vel aliter ſine conjunctione naturali ſperma abducatur, affinitas non oriatur. Pontius 7. *de matrim. c. 53. n.* 2. Quintanaduennas *loc. cit. ſing. 5. n.* 2. imò Hurtadus *diſp. 2. de matrimonio difficult. 1. n.* 3. cenſet ſperma debere eſſe prolificum, & ſic ſit non ſufficere ad producendam affinitatem in matrica immiſſum ab eunucho. (quod an verum alii judicent, nam mihi veritas altius effodienda videtur.)

1652 *An impuberes ſimiliter.*

Inferunt etiam impuberes incapaces inceſtus ob defectum ſpermatis, & ſic excludi à caſu reſervato. Graffius *lib. 1. de caſibus reſervatis caſu 13. n.* 9. plures quos notavi 15. *ſelectarum n.* 196. licèt oppoſitum ut probabiliùs velit Lugo de *pœnit. diſp. 16. ſect. 6. n.* 360. Tamburr. *loc. cit. §. 7. n.* 53. ajentes explicandas circumſtantias illius, non explicato gradu. (18)

An ſit

(16) Hoc Opuſculum cum aliis ſeorſum dabitur.

(17) Sed alia eſt ratio cenſuræ, ad quam requiritur contumacia, quæ ignorantia excuſatur, alia ratio impedimenti. Vide Doctores, apud Salmant. *de cenſuris.*

(18) Sed tenenda opinio de Lugo.

An ſit inceſtus cognoſcere ſororem ſponſæ de futuro?

1653 Cognoſcere ſororē ſponſæ de futuro non eſt inceſtus.

AFfirmat Abbas *in c. pueri. n.7.* ubi Præpoſitus *num.4. de deſponſatione impuberum.* Sanch.*7.de matrim.diſp.6.n.11.*Lugo *diſp.16.de pœnitent. ſect.6. n.331.* Tancredi *tom.4. tract.1. diſp.6. quæres 35.* ex impedimento publicæ honeſtatis,quo ſtante, matrimonium contrahi nequit uſque ad primum gradum. Trident.*ſeſſ.24. cap.3.*

At non video Eccleſiam prohibuiſſe fornicationem ex vi hujus impedimenti, itàut illam transtolerit ad ſpeciem inceſtus; cùm potuerit illam relinquere ſub divina prohibitione; ſic inter baptizatum, & non baptizatum non poteſt contrahi matrimonium ex Eccleſiæ prohibitione, & tamen inter illos tantùm ſimplicem fornicationem committi docent quinque Doctores apud Dianam *par.3.tract.4. reſol.*138. & Tamburr. *lib.2.methodi.c.7.§.4.n.20.* cum aliis, quæ diſputandi gratia dicta eſſe volo.

An cognoſcens ſororem uterinam, & utrinque conjunctam, debeat hoc explicare?

1654 An explicanda copula habita cū ſorore utrinque conjuncta.

NEgat Lugo *de pœnitent. diſp.16. num.325.* Ludovicus à S. Raymundo *par.1. tract.1. num.271.*

Affirmat Caram.*loc.cit.* ut vim conſequentiæ teneat,poſſe ſcilicet duas numero malitias eſſe in eodem actu.

An cognoſcens filiam, & deindè ejus filiæ filiam, debeat hoc explicare?

1655 Quid de copula cum filia & cum filia filiæ.

AFfirmat Caram. *loc. cit.* quia primus congreſſus violavit conſanguinitatis, ſecùndus congreſſus conſanguinitatis, & affinitatis jura, & ſic ſecundum numero peccatum in ſecundo congreſſu.

Ex eo pendet reſolutio, ſi unus actus poſſit ſubjectare multiplicem numero malitiam, & multi affirmant, negant multi: ut notavi *1v. ſelectarum n.193.*

An deſiderans copulam cum matre, & ejus filia, aut cum duabus ſororibus ſucceſſivè, vel ſimul ſit inceſtus?

1656 Deſiderare copulam inceſtuoſam, eſt peccatum inceſtus.

NEgat Bordonus *in miſcell. dec.*109. Diana *par.10.tract.15.reſol.13.* Tancredi *tom.4. tract.1.diſp.6.quæres* 38. quia deſiderium primæ copulæ non inducit affinitatem, quæ inducitur per veram commixtionem, & ſic deſiderium ſecundæ copulæ non eſt circa affinem, nec inceſtuoſum. (19)

An ex filiatione ſpirituali ob Sacramentum Pœnitentiæ, copula inde ſecuta, ſit inceſtuoſa?

1657 Ex filiatione ſpirituali ob Confeſſionē non oritur inceſtus.

NEga; quia talis ſpiritualis cognatio non eſt impeditiva ex lege Eccleſiaſtica matrimonii. *c.fin.de cognatione ſpirituali.* Filliucc. *tom.2.tract.30.c.51.n.105.* Tamburr.*2.methodi. c.7.§.4.num.*18. Tancredi *loc.cit.quæres 27.§.at nunc.*

De Stupro.

CAPUT VII.

Quid, & quotuplex ſit?

§. I.

1658 Quid ſtuprum.

STuprum definitur in *§.item lex Julia.de publicis judiciis: eſt virginis, aut viduæ honeſtæ, & invitæ defloratio. c.cum ergo.31. qu.6. c.lex iſta.36.q.1.*

Stuprum propriè eſt copula violenter habita. *l.inter ſtuprum, & adulterium hoc intereſſe quidam putant, quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam committitur.* 101. *D. de verb. ſignif. l. inter liberos* 6. *§. lex.* ibi: *lex Julia ſtuprum, & adulterium promiſcuè appellat. D. de adulteriis. l.auxilium in fine.* 38. *D. de minoribus. c.nemo ſibi.4.32.qu.4.* 1659 In ſtupro requiritur violentia.

1660 Poteſt committi cum virgine, vidua, puero, ſoluta.

Eſtque definitio generalis ſtupro commiſſo cum virgine, vidua, puero, ſoluta. *l.ſtuprum.* 34. §. 1. ibi: *adulterium in nupta admittitur, ſtuprum in vidua,vel virgine, vel puero committitur. D.ad l.Jul.de adulteriis.*

1661 Differt à fornicatione ob violentiam.

Dixi *violenter habita* ad differentiam ſimplicis fornicationis, vel alterius illiciti congreſſus conſenſu utriuſque. Puto namque violentiam perſonalem neceſſariam ad ſtuprum propriè ſumtum, qua remota, tollitur ratio ſtupri, & ſolùm remanet alia ratio propria illiciti congreſſus. *l.1.§.qui puero.D.de extraordinariis criminibus*. Gratianus *c.35.qu.33.* Barbola *in c.1. n.2. de adulteriis.* Cancerius *variar.c.11. n.46. lib.* 1. ubi nihil eſt dandum ſpontè ſtupratæ. Caram.*intentionali.num.*1912. Valaſcus *tom.2. v. luxuria reſol.* 204. *n.1.* citans ſex Doctores. Cotonios *v.ſtuprum.n.11.*

1662 Et eſt cum virgine invita.

Eſt multiplex. Primum cum virgine invita. *c.lex illa* 2.ibi:*ſtuprum autem propriè virginum eſt invita defloratio.31. qu.1.* Toloſanus 36.*ſyntagmatum.c.9.n.5.*Guttierez *canonicarum.c.37. n.2.* & cognoſcens per vim virginem, non ſatis fatetur dicendo cognovi vi feminam, quaſi vis non virginitas violata ſpeciem mutet; nam pluſquam alteri vim inferens, virginem injurioſè in præcipuis bonis lædit. Caramuel *intentionali.n.*1913.

1663 Cum vidua.

Secundo, ſumitur copula cum vidua. *§.item lex Julia de adulteriis. v. ſed eadem lege. lib. 4. Civilium. de publicis judiciis. l. inter ſtuprum.* 101. *D.de verb. ſignif.* licèt cum iſta mitiùs puniatur. *l.ſi uxor.23.§.1.*ibi: *ſi vidua eſſet,impunè in eam ſtuprum cōmitteretur.D.ad l.Jul.de adult.*

1664 Et cum curatore in minorem.

Tertio, ſumitur pro copula habita à coratore in minorem, quæ plectitur confiſcatione bonorum, & deportatione. *l.1.C.ſi quis eam, cujus Tutor fuerit.* Caſtillus *dec.182.& 186.n.4.*

1665 Et ſi meretrix violenter cognoſcatur.

Quarto fit, ſi meretrix violenter cognoſcatur. *l.ſtuprum.D.de ritu nuptiarum.* tunc enim non eſt ſimplex fornicatio, licèt mitiùs puniatur. *§. item lex Julia. de adulteriis. Inſtitutionum. de publicis judiciis.* ubi eſt pœna ſtupri, ſi congreſſus ſit cum perſona honeſta.*l.ſi uxor.23. D. de adulteriis.* Theſaurus *dec.Pedemontana 3. n.2.* Grammaticus *voto 4.n.13.*

1666 Si fiat cum pueris.

Quinto, ſtuprum fit cum pueris. *l.inter liberos 6. §.1. D.de adulteriis. l.1. §.qui puero. D.de extraordinariis criminibus.l.cum vir.C.de adult.* Farinac. *de delictis carnis qu.*148.*n.*1. Zacchias 4. *Medico legalium. tit.2. qu.5. n.1.* Maſtrillus *dec.152.n.9.* Baronius *de corpore.tit.17.n.264.*

1667 Violentia perſonalis corruptæ eſt conſtitutivū ſtupri in quacunque perſona.

Hæc ità tetigiſſe placuit, nè te decipiat communis apprehenſio, ſcilicet ſtuprum committi in virginem, non in alias perſonas; nam verum eſt committi in virginem invitam. At ſi conſentiat non eſt ſtuprum, ut infra patebit, ſed ſimplex fornicatio: igitur ratio violentiæ perſonalis corruptæ eſt differentialis conſtitutiva ſtupri in quacunque copula inveniatur; tunc enim præter flagitium,violentia addit ſpecialem

(19) At cum exequutio hujus rei ſit inceſtus, id deſiderate erit deſiderium inceſtus, proinde explicandum in confeſſione.

Digitized by Google

lem injuſtitiæ rationem in confeſſione exprimendam. Ut ſi quis violenter cognoſcat uxorem alterius, tunc committit adulterium, & ſtuprum. *c.idolatria.* 28. *qu.*1. *c.nemo.*32. *qu.*4. nè tamen ingenii tui curſum remoter, hìc uſurpatur pro violenta virginis copula, ſecundum communem principalem hujus analogati acceptionem. *c.lex illa* 2.*v.ſtuprum* 31.*q.*1.

1668 Propriè ſtuprum committitur per copulã violentam virginis invitæ

Quam communem non tranſgredientes apprehenſionem, propriè ſtuprum conſtituimus copulativè per copulam violentam virginis invitæ, itàut conſtitutivum ſit amiſſio violenta virginitatis, deindè irrecuperabilis. *l.unica.* ibi: *cum virginitas, vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit. C.de raptu virginum.* Arriaga *tom.*5. *diſp.*58.*n.*35. Caram.*regulari.n.*1010.

An Virgine conſenſiente ſit ſtuprum?

§. II.

1669 Si virgo cõſentiat in copula non ſit ſtuprum.

NEga; quinque Doctores, quos ſequitur Sanchez 7.*de matrim.diſp.*14.*num.*5. quatuor Doctores, quos ſequitur Ludovicus à S. Raymundo *par.*1. *tract.*1. *reſol.*11. *n.* 220. Lugo *de pœnit.diſp.*16.*ſect.*4. §.7. *n.*218. Leſſius *lib.*2. *de juſtit.c.*10.*dub.*1. Acacius *tom.*1.*verbo* 60. Donzella *reſol.*272. del Gradilli *de pœnitent.tract.*5. *diſp.*8.*qu.*17.§.2. Arriaga *tom.*5.*diſp.*18.*num.*35. Caram. *intentionali n.*1912. dicens *n.* 1917. *in fine*, non eſſe in confeſſione tunc explicandam circumſtantiam ablatæ virginitatis, ſed explicandam non conſentientis violentiam; contra Cajetanum 2. 2. *quæſt.*154. *art.* 6. Filliucc. *tom.*2. *reſol.* 30.*c.* 30. *num.*66. & alios, quos citavi IV. *ſelectarum. n.* 200. nam virgine conſentiente non habetur ratio diverſificativa ſpeciei; enim verò tunc non eſt aliud, quàm prima fornicatio, & ratio primi non diverſificat ſpeciem, ſicuti primum furtum, homicidium, vulnus, non differt ſpecie à ſecundo furto, homicidio, vulnere.

Nec ex fractione ſigilli, quia nullam intercedere fractionem probat Reoldus *lib.* 11. *de anathomia.c.*16. ſolùmque intercedere partium explicationem, ratione cujus virginitas dicitur amiſſa, concludit Sanch. *loc.cit.num.*1. & ſi qua ruptio alicujus membranæ intercedat, non arguit ob parvitatem materiæ culpam lethalem contra præceptũ ſervandæ integritatis corporis.

Nec ſecundo, ex injuria facta parentibus; nam hæc eſt generalis, quæ fieret, licèt vidua filia opprimeretur. Nec quia tullit virginitatem, habebit ſpecialem malitiam; nam malum eſt non quod virtuti ex conſilio, ſed virtuti ex præcepto contrariatur. Virginitas autem eſt virtus conſilii. 1. ad Corinth.7. ſic copula matrimonialis non eſt mala tollens virginitatem. Lugo *loc.cit. n.*221. Ludovicus à S. Raymundo *loc. cit. n.* 223. qui definiunt ſtuprum *virginis invitæ defloratio.* Caramuel *in regulari n.*1010. Arriaga *tom.*5.*diſp.*58.*n.*35.

An congreſſus factus metu, precibus importunis ſit ſtuprum?

1670 Si copula fuit habita metu, & precibus importunis, tunc eſt ſtuprum.

AFfirma: nam violentiæ ſpecificam rationem habet, qua corpus, & animus violatur, & preces importunæ compellunt. *l.*3.§.*perſuadere eſt pluſquam compelli. D.de ſervo corrupto.* Extravagans *execrabili.* ibi: *improbitas importuna petentium à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerumque noſcuntur.de præbendis. l.unica.* § *& ſi quidem v.pœnas autem. Cod. de raptu virginum.* Sanchez *loc.cit. n.*8. Peguera *dec. criminali* 43. *n.*3. ſic etiam principum blanditiæ metum inducunt viri conſtantis. D.Bonavent.*in* 4.*diſt.*29. *qu.*1.*n.*8.

An virgo vi oppreſſa conſentiens, teneatur fateri circumſtantiam ſtupri?

NEga; quia non eſt ſibi ipſi injurioſa conſentiens vi, quæ injuria requiritur ad rationem ſtupri; vir ergo tunc vim faciens, non virgo metu conſentiens, committit ſtuprum. Sanchez 7.*de matrim.diſp.*14.*n.*13. 1671 Virgo vi oppreſſa, & inde conſentiens, non peccat peccato ſtupri.

An vi conſentiens teneatur id in confeſſione explicare?

NEga; nam nunquam à ſe vi aufert virginitatem, licèt vi patiatur ab alio auferri. Soria 2.2.*q.*62.*art.*2.*dub.*2.*in fine.* dicens feminam nunquam committere peccatum ſtupri. 1672 Vi conſentiens nõ tenetur in cõfeſſione id explicare.

Hinc ſe voluntariè polluens, morosè delectans non tenetur dicere ſe virginem eſſe. Filliucc. *tom.*1.*tract.*30.*c.*3.*n.*71. Caram. *loc.cit. n.*1011. ubi *n.*1012. aſſerit juvenem morosè ſe delectantem de virgine cum voluntate copulæ, non teneri circumſtantiam virginitatis explicare, ſi careat voluntate inferendi vim. Tamburr. *in methodo lib.*2.*c.*7.§.4.*n.*19.

An vir, & mulier teneatur propriam virginitatis circumſtantiam explicare?

NEga; nam nunquam à ſe illam violenter ipſi auferunt, & ſic nunquam contrahunt ſtupri circumſtantiam. Vaſquez *opuſculo de reſtitutione c.*3. §.1. *dub.*1.*n.*6. *& par.*2. *diſp.*112. *c.*1.*n.*1. Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*2.*art.*4. Leſſius 2.*de juſtitia. c.*10. *dub.* 6. *n.*5. Coninck *de Sacram. diſp.* 7. *dub.* 4. *num.*14. Lamas *in ſumma par.*2. *c.*8.§.17. & alii novem Doctores, quos ſequitur Caram.*loc.cit.n.*1009. *&* 1010. 1673 Circumſtantia virginitatis non eſt explicanda.

An pretio inducens virginem ad peccandum committat ſtuprum?

NEga; nam cùm ſit medium ordinarium, quales eſſent etiam ordinariæ blanditiæ, non inferunt violentiam, ſed augent voluntarium, niſi ſint minæ tacitæ. S. Thomas 12.*q.*6. *art.*6. 1674 Inducens pretio virginem ad copulam nõ facit ſtuprũ.

Expedit tamen hujus occaſione virginitatis indagare eſſentiam, de qua D.Thom.2.2.*q.*152. per quinque articulos, ubi Cajetanus aſſerit virginitatem non eſſe ſpecialem virtutem, niſi voto firmatam.

Quotuplex ſit virginitas.

§. III.

VIrginitas æquivocum nomen, quandoque ſupponit pro virtute morali, quandoque pro corporis incorrupti integritate. Hæc dicitur materialis virginitas: illa formalis: hæc amittitur etiam caſu, & involuntariè, illa nequit ſine conſenſu amitti, & ſic non tollitur violentia, & voluntario actu. 1675 Quid Virginitas materialis, formalis.

1676 Et mixta.

Tertia virginitas eſt mixta ex materiali, & formali virginitate, & hæc definitur: *illibata integritas ab omni actu venereo mentis, & corporis.* Materialis definitur: *illibata corporis integritas ab omni actu venereo ſenſibili.* Zacchias 4.*Medico legalium. q.*1.*n.*1. ajens virginitatem eſſe qualitatem naturalem mulieris reſultantem ex integritate muliebrium vaſorum à viri conjunctione illibatam. In quo ly *qualitatem naturalem reſultantem* eſt ſuperfluum; nam eſt ipſa integritas partium mulieris. Integritas autem virginalis non amittitur, ſi ſine actu viri venereo caſu partes diſrumpantur. D.Thomas 2.2.*q.*152. D.Auguſtinus *lib.*1.*de Civitate c.*18. Maſcard.*de probationib.concl.*1410. *n.*1.

Digitized by Google

n.1.tom.3. rectè dicens virginitatem natura inductam præſumi, & oppoſitum aſſerenti, probandi onus inducitur. Guazzinus *defenſa reorum 4.c.6.*

Formalis definitur: *illibata voluntatis integritas ab omni venereo conſenſu.*

Quid ſit Virginitas.

§. IV.

1677 Virginitatis definitio.

VIrginitas ut ſic definitur: *illibata integritas ab omni actu venereo.* Intemerata namque debet eſſe virginitas; itàut amittatur irreparabiliter, ubi primum temeratur in ea ratione, in qua eſt virginitas mentis, corporis, vel mixta, & quoad meritum virtutis non amittitur ſine conſenſu. Quoad laureolam verò ſatis eſt integritas materialis, licèt formalis fædata ſit aliquo turpi conſenſu. (20) Materialis namque virginitas non amittitur per ſolam voluntatem ſine copola: & è contra ſi formalis virtutis eſſentia ſit impolluta, integritas corporis amiſſa ſine culpa per violentiam alterius, non tollit virginitatis virtutem, nec meritum. Hinc patet.

In quo differat virginitas à caſtitate?

§. V.

1678 Differentia inter virginitatem, & caſtitatem.

DIffert, quia caſtitas eſt genus, virginitas eſt ſpecies caſtitatem includens. Virginitas conſiſtit in illa prædicta intemerata integritate mentis, corporis, vel utriuſque. Caſtitas verò omnem actum turpem excludit, non ſolùm intemerationi oppoſitum, ſed etiam poſt temerationem, nec ad virtutem virginitatis votum requirimus, ut requirebat Cajetanus *loc.cit.* nam nulla ratione id ſuadetur, & aliæ virtutes tale votum non exigunt, ſic paupertas voluntaria eſt virtus, ſic abſtinentia voluntaria eſt virtus, ſic modeſtia eſt virtus, etiam voto præciſo.

An ſi invitis parentibus puella conſentiat deſlorationi, ſit ſtuprum?

1679 Si puella cõſentiat invitis parentibus, non eſt ſtuprum.

NEga: nam tantùm perſonalis coactio ſtuprum inducit: & parentum invita voluntas ſtupri ſpeciem non conſtituit, cùm poſſit eſſe etiam in aliis peccatis rationabilis parentum diſſenſus. Sanchez *7.de matrim.diſp.12.n.15.*

An ſtuprator teneatur dotare, & ducere ſtupratam?

§. VI.

1680 Stuprator debet reficere omnia damna ſtupratæ.

DIſtinguas forum conſcientiæ à foro judiciali. in foro conſcientiæ tantùm tenetur reficere omnia damna, ut nubat pari, ità ac ſi non fuiſſet ſtuprata; nam in hoc damnificaretur, niſi damnum injuſtè paſſum repararetur. Navarrus *c.16.n.58.* Serra *2.2.q.62.art.2.dub.2.* *§.pecuniarium.* Tamburr. *lib.2.methodi.c.7.§.8.* *num.58.* dicens teneri, vel dotare, vel ducere. & Exodi *22.v.16.* ibi: *dotabit eam, & habebit in uxorem.*

1681 Nisi virgo liberè conſenſerit.

Sed ſi liberè virgo conſentiat, nihil reſtituendum eſt; quia ei conſentienti contra juſtitiam injuria illata non eſt, niſi tacitum pactum interceſſerit præſumtum inter virginem pauperem, & virum divitem. Sotus *4.de juſtitia q.7* *art.1.ad 2.* Serra *loc.cit.§ intelligenda eſt.* Sanch. *7.de matrim.diſp.14.n.11.* citans octo Doctores, dicentes parentibus nihil reſtituendum: intelligas ſi damnum in bonis non patiantur injuſtè; nam honor, fama læſa, pecunia reparari nequit, ut cùm de *Reſtitutione* dicebamus.

1682 In foro fori ſtuprator tenetur ducere, vel dotare ſtupratam

In foro verò judiciali tenetur ſtuprator ducere, vel dotare ſtupratam. *c. ſi ſeduxerit quis virginem non dum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit in uxorem. Si verò pater virginis dare noluerit: reddat pecuniam juxtà modum dotis, qua virgines accipere conſueverunt. de adulterio, & ſtupro.* ubi *dotabit eam, & habebit in uxorem,* eſt idem ac dotabit, vel habebit in uxorem, nam ly & idem eſt ac vel. *l.ſæpè &, pro vel ponitur. D.de verb.ſignif.* Caramuel *intent.n.1912.* Clarus *§.ſtuprum n.3.* Butrius *in c.pervenit. n.1.de adulteriis.* Anchar. *in c.1.n.4.de adulteriis.* Gomez *in lib.80.thauri.* *n.80.* quod uſu receptum ait Thuſcus *conſ. 209.* *n.28.* Guttierez *canonicarum.c.37.n.7.* Menoch. *2.de arbitrariis caſu 288.n.15.* Caballus *criminalium caſu 196.n.12.* contra Salicet. *in l.eum qui duas. n.3.C.de adulteriis.* Caccialupum *in l.ſi qua illuſtris. n.26.C.ad Orphicianum.* Cujus autem hæc ſit electio, Judici arbitrandum inſpectis incidentibus, annexis, & emergentibus circumſtantiis, itaut damnum ad pondus reparetur.

1683 Si pater puellæ non vult dare illã nuptui, tunc ſtuprator dabit dotem.

Et ſi vir elegerit, ſed pater ſtupratæ nolnit nuptui illam tradere, ſtuprator etiam dotem contribuere tenetur, ità ac ſi eſſet virgo. *c.1.in fine. de adulteriis.* ubi Hoſtienſis *n.1.* Guttierez *loc.cit.n.28.* qui *n.8.* Judici arbitrandam reliquit dotis quantitatem.

Si verò damnum nullum patiatur, puta ſi nubat ac ſi eſſet virgo; tunc ceſſat ratio dandi dotem modo, quo explicat Diaz *in practica criminali.c.83.*

1684 Si ſtuprator non habet in ære, luit in corpore.

Si verò ſtuprator non habeat in ære, nec poſſit illam ducere: puta quia uxoratus, Eccleſiaſticus, vel quia parentes nolunt illam nuptui hujuſmodi tradare; tunc debet luere in corpore, fuſtigatione, exilio, excommunicatione, detruſione in Monaſterium. *c.pervenit 2.* ibi: *diſponimus ut eam, quam ſtupravit, uxorem habeat, aut ſi renuendum putaverit, corporaliter caſtigatus, excommunicatuſque in Monaſterio, in quo agat pœnitentiam detrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præcepto licentia. de adulteriis, & ſtupro.* Funtanella *de pactis nuptialibus Gloſſa 5.* *par.2.n.4.* Baronius *de corpore tit.17. num.337.* dicens impotentem ducere, vel dotare, per trienorum fuiſſe relegatum. Tolosanus *26. ſyntagm.* *c.9. n.5.* Corradus *in practica rubrica de ſtupratoribus n.16.* Peguera *dec.criminali 42.n.3. & 4.* ajens pœnam civilis juris etiam in terris laicis quoad forum Eccleſiaſticum; ſed pro foro laico ſervandum eſt jus laicum puniens ſtupratores. Mulierem inhoneſtam quis nec dotare, nec ducere tenetor. Gizzarellus *deciſ.54.n.21.* Baronius *de corpore tit.15.n.333.*

Pœna laica.

§. VII.

1685 Stuprum ſervi com filia Domini morti, & igni traditur.

EST arbitraria, ut auctis, diminutiſque circumſtantiis tumeſcat, detumeſcat, & ſic ſtuprum cum filia Domini à ſervo commiſſum morte, & igne punitur. *l.1.C.de mulieribus, quæ ſervis propriis ſe junxerunt,* qua pœna etiam punitur ipſa femina conſentiens. Signorellus *conſ.* *207.n.3.* Clarus *§.ſtuprum n.9.*

1686 Stuprum violentum morte punitur.

Secundo, ſtuprum violentum morte punitur. *l.1.§.qui puero. D.de extraordinariis criminibus.* *l.mariti 29. §.fin. D.ad l.Jul.de adulteriis. l.qui uſu 5.§.fin. D.ad l.Jul.de vi publica.* Ancharanus *in c.1.n.1.de adulteriis.* Guidon Papa *dec.55.in addi-*

(20) Quoad laureolam, vide quid dicunt Theologi.

Digitized by Google

additione litera C. Peguera *dec.criminali* 7.*n*.6. Clerus *§.raptus*. Thulcos *volum*.7.*conſ*.209.*n*.9. Harprectus *lib.4.Inſtitutionum. §.item lex* 4. *de publicis judiciis.n*. 109.

1687 Et acriùs punitur ſi ſtupravit puellam non dũ viri potentem.

Tertiò, acriùs punitur ſtuprator aote maturam ætatem. *l.ſi quis aliquid. §.non dum. D.de pœnis.* Goidon Papa *dec.* 555. ubi pęna damnationis ad metalla, exilii &c. puniri, ſi id exigat delicti enormitas. Franchus *dec.* 534. *lib*.4. Caſtillus *dec*.182. Facchinæus *lib*.10. *controverſiarum c*.6.

Si verò muller conſenſerit, adhuc etiam ipſa punitur. Caccialupus in *l.ſi qua illuſtris. n*.26. *C. ad Orphicianum*. Tolofanus 36. *ſyntagm. c*.9. *n*. 5. licèt id neget Afflictus in *tit. quæ ſunt realia.§.condemnatorum.n*.13.

1688 Stuprator Monialis morte punitur, & bona ſua Monaſterio dantur.

Stuprator monialis ut etiam ſacrilegus morte punitur, & omnia ejus bona Monaſterio ſtupratæ daotur. *§.penult.Auth.de Sanctiſſimis Epiſcopis.c.ſi quis rapuerit* 27.*q*.5. & eſt excommunicatus. *c.de virginibus* 27.*q*.1.

1689 Filii ex ſtupro non ſuccedunt.

Filii nati ex ſtupro non ſuccedunt, ut III. *Pantonomodidaſcalia* dicebamus *n*.30. Clericus ſtuprator intenſiſſimè puniri debet depoſitione, pęna pecuniaria, corporali, traditione dotis, & etiam arctiori, ſi enormiſſimi delicti conſpurcatio id exigat. Soccinus in *c.pervenit.n*.8.*de adult.* ubi Abbas *n*.4. Clarus *§.ſtuprum n*.3. Menoch.a. *de arbitrariis caſu* 288. *n*.5. alia videas IV. *ſelectarum*.

1690 Credendum puellę dicenti ſe eſſe virginem, niſi aliter probetur.

An autem credatur dicenti ſe fuiſſe virgioem, aſſerit Joannes Andreas in *c*. 1. *de adult.* niſi præſumtio virgioitatis elidatur aliis conjecturis turpis vitæ puellæ. Theſaurus *dec. pedemontana* 3.*n*.2. Sed difficultas eſt.

An corrumpens virginem promiſſione matrimonii, teneatur illam ducere?

1691 Quando corrumpẽs virginem cum promiſſione matrimonii, illam nõ teneatur ducere.

NEgat Serra 2.2.*q*.62. *art*.2. *dub*.2. *§.ſi corruptor.* in tribus caſibus. Primo ſi vir divitiis, & nobilitate excedat corruptam; tunc eoim promiſſionem ſervare, eſſet prodigalitas vitioſa. Secundo, ſi non promiſerit adimplendi animo, idque puellæ erat notum; nam tunc non dicitur decepta, ſed finxiſſe ſe decipi. Tertio ſi naſcatur aliud impedimentum, puta affinitatis, ſi credebat illam virginem, qualem non invenit, ſi cum alio illa fornicetur. D.Thomas in 4. *diſt*.28.*q*.1.*art*.2.*ad* 4. Sylveſter v.*matrimonium* 4.*q*.8. Navarrus *c*.16.*n*.18.

De Raptu.

CAPUT VIII.

Quid ſit.

§. I.

1692 Raptus deſcribitur.

RAptus *eſt violenta abductio de loco ad locum cauſa libidinis, vel matrimonii ineundi. c.lex illa* 36. *q*.1. *c. cum cauſa* 7. ibi: *mulieris aſſenſum. de raptoribus. l. raptores virginum.* Novella 143. D.Thomas 2.2.*q*.154.*art*.7. *ad* 2. ubi Cajetaous. Decianus *lib*.7.*c*.7.*n*.4. Clarus *§.raptus*. Jodochus *in pract. crim.c*.55. Harprectus *lib.4.Inſtit.tit.de publicis judiciis.§.item lex Julia. de vi publica*. Sanchez 7. *de matrim. diſp*.12.*n*.6. Caram.*intent.n*.1914.

Quodnam peccatum, & quò deteſtabile?

1693 Raptus eſt delictum publicum, & mortale cõtra caſtitatẽ, & juſtitiam.

ESt publicum delictum. *l*.1. *C. de raptu virginum. §.item lex julia* 8.*Inſtit.de publicis judiciis.* Eſt mortale contra caſtitatem, & juſtitiam, cùm injuriam inferat raptæ, ejuſque parentibus. Cajetanus *loc.cit.* Vaſquez 1. 2. *q*. 18 *art*.8. *diſp*.53. *n*.19. & miror Arriagam *tom*.5. *diſp*. 58. *n*.35. *in fine.* aſſerere raptum noo eſſe actum contra caſtitatem, ſed diſpoſitionem ad illum actum; itaot nequeat poni inter ſpecies peccatorum contra caſtitatem ſine copula; nam finis actum ſpecificat, & cooſequenter ſemper erit cootra caſtitatem, ſi libido ſit finis raptus.

1694 Eſt enorme facinus.

Eſt enim peccatum graviſſimum. *l*. 1. *§. ſin autem.* ibi: *tam deteſtabile crimen. C. de raptu virginum. l.raptores.* ibi: *peſſima. C. de Epiſcopis, & Clericis. c.raptores* ibi: *ob immanitatem tanti facinoris*, & ibi: *pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate* 36. *q*. 2. & conſequenter eſt circumſtantia io confeſſione explicanda. Sanchez dans IX. DD. 4. *de matrim. diſp*.12.*n*.21. aſſerens cum D. Thoma, & Turrecremata in foro conſcientiæ hanc ſpeciem cootrahi ſola injuſta violenta copula, etiam ſine abductione de loco ad locum, & ootavi IV. *ſelectarum n*. 212. At mihi (ſalva melioris veritatis indagatione) potius tunc reduci ad ſtoprum videtur; nam ſtuprum etiam io vidua fieri jura dicunt, de qoibus ſupra, licèt propriè ad amiſſionem violentam injuſtam virginitatis trahatur. *c.lex illa* 36.*q*.1.

1695 In Confeſſione explicandum.

1696 An copula violenta injuſta ſit raptus, ao ſtuprum.

Requiſita ad raptum.

§. II.

1697 Ad raptum requiritur abductio de loco ad locum.

PRimo requiritur abductio de loco ad locum. *l. unica. C. de raptu virginum.* Itaut non ſufficiat ex una ad alteram cameram ratione commodioris coitus, ſed ſaltem requiritur, ut de una ad alteram domum veluti traducatur, ut occultetur rapta. DD. XXV. apud Sanchez 7.*de matrim.diſp*.13.*n*.20. Clarus *§.raptus v.& hæc.* Peguera *dec.crim* 42. *n*.7. Maſcardus *de probat.concl*.1253. Albericus *in l*.1.*n*.9.*&* 17. ubi Marſilius *n*.17.*C.de raptu virginum.* Caram. *intent.nu*.1914. Valaſcus *tom*.2.*reſol*.205. *nu*.3. Hurtadus *de Sacram. diſp*.23.*difficult*.3.*n*.11.

1698 Et abductio fiat per vim.

Secundo, requiritur ut abductio fiat per vim, nam rapere vim indicat. *l*.3.ibi: *rapi autem ſine vi non poteſt. D.de incendio, ruina, & naufragio.c.cum cauſa 6.de raptoribus.* S.Thomas 2. 2. *q*.154.*art*.7. Sanchez 7.*de matrim.diſp*.12. *nu*.6. *in fine.* Dans XIII. DD. Valaſcus *tom*. 2. *reſol*. 205.*n*.3. Caramuel *intent.n*.1914. dicens *n*.1917. raptum non eſſe veram ſpeciem luxuriæ, quia differeotia raptus eſt commuois ceteris delictis de loco ad locum per vim abducendo factis. Differentia autem oequit eſſe aliis communis, ſed ex abductione violeota facta ob libidinem pollulare legalem deformitatem ob Eccleſiaſticam prohibitionem ſub cenſuris; ſicuti datur ſimonia jure poſitivo inducta. Eſt ergo raptus ſive vis fiat metu, ſivè dolo, ſivè blaoditiis extraordinariis, ſivè importunitate precum, aliave circumventione, malave arte, perſuaſione doloſa, quæ magis violentat, quàm coactio *d. l*. 3. *§.ſi quis volentem* 5. *D. de libero homine exhibendo.l*.1. *§.perſuadere. D. de ſervo corrupto. l.eum qui* 5.*C.de apoſtatis.* Oltradus *conſil*.36. *columna* 1. Toloſanus 36. *ſyntagm. c*.8. *n*.3. ubi Salonius iotenſiùs animadvertit in ſuaſionibus, quàm minis feminam iuducentem ad malum. Caputaquenſis *p*.3.*dec*.277.*n*.2. Ananias *in c.penult.n*.4.*de raptoribus.*

1699 Vis infertur, metu, dolo, blanditiis extraordinariis, precum importunitate, doloſis perſuaſionibus.

1700 Tripliciter violẽtia fieri valet.

Et ratione violentiæ eſt triplex. Primo ipſi puellæ etiam conſeoſientibus parentibus. Secondo parentibus, conſanguineis, tutoribus, dominis, quibus paret rapta, valdè decori injurioſus raptus eſt. *l*.1. *§.uſque adeò. D.de injuriis. ex c.nullus.*ibi: *extra voluntatem parentum eam rapere præſumat.*36.*q*.2. Tertio utrique. Caram.

1701 *Rapiens cõſenſu feminæ invitis parentibus mitiùs punitur.*

intent. n. 1917. licèt invitis parentibus ſpontaneo conſenſu feminæ rapiens arbitrariè mitiùs puniatur, quàm ſi rapuiſſet invita femina. Boſſius *de raptu mulierum n.* 7. Menochius 2. *de arbitr. caſu* 191. *n.* 17. Peguera *dec. crim.* 42. *n.* 3. Maſcardus *vol.* 3. *de probat. concluſ.* 1255. *nu.* 26. Decianus *tract. crim. lib.* 8. *c.* 7. *n.* 7. contra Abbatem *in c. penult. de raptorib. n.* 4. plures apud Sanchez *loc. cit. n.* 6.

1702 *An ſit raptus conſentiente rapta.*

ajentes raptum eſſe etiam conſentiente rapta, quod videtur contra *cap. cum cauſa* 6. ibi: *iſte raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris aſſenſum. de raptoribus.*

1703 *Objectioni l. 1. C. de raptu virginum occurritur.*

Nec refragatur textus in *l.* 1. *§. pœnas autem.* ibi: *ſivè volentibus, ſive nolentibus virginibus:* ubi Cynus *n.* 3. Albericus *n.* 7. Angelus *num.* 5. *C. de raptu virginum. l. raptores* ibi: *ſivè volentibus, ſive nolentibus*, ubi Cynus *n.* 4. *C. de Epiſcopis, & Clericis.*

Nam ibi voluntas feminæ raptæ non præſumitur ſpontanea, ſed circumventionibus comprehenſa, & impulſa, ut indicant verba ejuſdem *legis* 1. *§. & ſi quidem. v. pœnas autem.* ibi: *quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidiis nequiſſimi hominis, qui meditatur, rapinam inducit, niſi vi illam ſollicitaverit, niſi odioſis actibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus ſeſe prodere*, ut rectè Ruinus *conſil.* 122. *num.* 5. *vol.* 4.

1704 *Ad raptum abductio fiat cauſa libidinis, vel matrimonii ineundi.*

Tertio requiritur ut abductio ſit intuitu libidinis, vel matrimonii ineundi; quia abducere ob aliam cauſam, puta ob captivitatem, non eſt raptus punibilis pœnis mox indigitandis. Salicetus in *l.* 1. *num.* 6. *C. de raptu virginum.* Decius *conſil.* 174. *num.* 8. Alexander *lib.* 3. *conſil.* 1. *n.* 26. D. Thomas 2. 2. *q.* 155. *art.* 7. Caramuel *intentionali n.* 1914.

1705 *Si ſponſalia præceſſerint, non erit raptus.*

Quarto requiritur, ut non præceſſerint ſponſalia, nam tunc licèt parentes reclamarent conſentiente ſponſa de futuro, non dicitur raptus. *c. cum cauſa* 6. ibi: *reſpondemus, quòd cùm ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur: iſte raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſaverit, quàm cognoverit, licèt parentes reclamarent, à quibus cauſa dicitur rapuiſſe. de raptoribus.*

1706 *Requiritur ut rapta nõ ſit uxor raptoris, & nõ ſit intra bimeſtre, in quo poſsit Religionem ingredi.*

Quinto demùm requiritur, nè rapta ſit uxor raptoris, & nè ſit intra bimeſtre conceſſum ad deliberandum ſi velit ingredi religionem. Baldus in *l.* 1. *n.* 14. ubi Cynus *n.* 7. *C. de raptu virginum.* Nulli namque vir tunc facit injuriam, cùm habeat jus in corpus mulieris. *c. cum cauſa* 6. ibi: *uxor ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed maritus. de raptoribus. c. quidam intravit* 3. *de converſione conjugatorum.*

Pœna Raptus.

§. III.

1707 *Raptor morte punitur, item conſulens, auxilians, favens, receptans, aliique.*

PRima eſt mors naturalis contra raptorem, conſulentes, auxiliantes, faventes, miniſtrantes, conſocios, receptantes raptorem, vel raptam, ſivè rapta ſit virgo, ſivè nupta, ſivè vidua, ſivè ſerva, ſivè libertina, ſivè maſculus, dummodo ſit honeſta perſona;

1708 *Niſi rapta ſit meretrix nõ reluctans, & mulier rapiat virum.*

nam ſi ſit turpis meretrix, ſcilicet publica non reluctans, vel femina rapiat virum, tunc mitiùs puniri debet arbitrariè. Decianus *lib.* 8. *c.* 7. *n.* 28. Menoch. 2. *de arbitr. caſu* 291. Vivius *opinione* 679. *num.* 1. Gothofredus *in l. unica. v. etiam femina. C. de raptu virginum.* Clarus *§. raptus n.* 6. octo alii DD. apud Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 12. *n.* 25.

Patet ex *l.* 1. ibi: *capitis ſupplicio. §. autem.* ubi Salicetus *n.* 1. & 20. Gothofredus *n.* 4. Baldus *n.* 17. Marſilius *n.* 27. *C. de raptu virginum l. raptores* 53. ibi: *mortis condemnet ſupplicio. §. pœnas autem. l. ſi quis non dicam rapere* 5. *C. de Epiſcopis & Clericis. l. qui cœtu* 5. *§. qui vacantem.* ibi: *mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo ſupplicio punitur. D. ad l. Jul. de vi publica. §. ſin autem.* ibi: *vel alterius.* ubi Nicaſius. *Inſtitutionum de publicis judiciis. c. ſi quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo matrimonii jungendi cauſa ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur* 3. 36. *q.* 2. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reformat. matrimonii.* Quæ pœna mortis currit in iſtis pœnalibus tantùm expreſſis; ideòque eadem pœna non punitur, ſed arbitraria raptus non expreſſus mulieris rapientis virum, aliamve feminam. Idque quia atrociùs flagitium eſt à viro rapi feminam ob injuriam, atque infamiam, quàm ſi à femina vir rapiatur; cùm non viri rapti, ſed feminæ raptæ conſanguinei fœdiſſimæ infamiæ conſpurcentur nota; meritò pœna hujuſmodi non extendenda. *l.* 1. *§. quare. D. de ventre in poſſeſſionem mittendo.*

1709 *Bona raptoris, & auxiliatis actualiter applicentur raptæ, & ſi erit Monialis, Monaſterio.*

Secundo, bona raptoris, auxiliantis actualiter raptum honeſtæ mulieris, vel monialis, applicantur raptæ, vel moniali quòad uſumfructum, Monaſterio quòad proprietatem. *§. penult. auth. de SS. Epiſc. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcopis, & Clericis. l.* 1. *§. etſi quidem, C. de raptu virginum. l. raptores* 53. *§. bona autem. C. de Epiſcopis, & Clericis. C. ſi quis rapuerit* 31. 27. *q.* 1. Afflictus in Conſtitutione. *ſi quis rapere* rubrica 19. *de raptu, & violentia monialium. n.* 1. Marſilius *in l.* 1. *n.* 56. *C. de raptu Virginum.*

1710 *Jure Civili non poterat raptor ducere raptam, etiam mutuo conſenſu*

Tertio, jure Civili inter raptorem, & raptam nequibat contrahi matrimonium, etiam ſtante utriuſque conſenſu. Auth. *de raptis mulieribus, quæ propriis raptoribus nubunt. §. ſancimus. collatione* 9.

1711 *Jure Canonico poteſt, ſi rapta ponatur in loco tuto, & libere conſentiat.*

At hodie jure Canonico poſita rapta in loco tuto ſeparata à raptore, liberè conſentiens, poteſt contrahere matrimonium. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform. matrim. c. penult., & ult. de raptoribus.* ibi: *rapta puella legitimè contrahat cum raptore, ſi prior diſſentia tranſeat poſtmodum in conſenſum, & quod antea diſplicuit, tandem incipiat complacere. c.* 1. 36. *q.* 2. cui ſtandum eſt etiam in terris Laicorum, & imperii. Peguera *dec. crimin.* 42. *n.* 2. Vivius *opin.* 617. *n.* 7.

1712 *Illi quorum intereſt poſſunt impunè raptorem infraganti occidere, ſed peccant.*

Quarto, poſſunt illi, quorum intereſt, parentes, conſanguinei, tutores, domini, raptorem impunè infraganti occidere. *l.* 1. *§. ne igitur.* ubi Cynus *n.* 1. Baldus *n.* 5. Albericus *n.* 1. Salicetus *n.* 1. *C. de raptu virginum.*

1713 *Raptor non appellat à ſententia cõtra ipſũ latâ.*

Quinto, raptores non appellant à ſententia lata contra ipſos. *l.* 1. *C. de raptu virginum.* Afflictus *loc. cit. n.* 17.

1714 *Raptor dotare debet raptam; etiamſi illam non ducat.*

Sexto, debent decenter dotare raptas, etiam ſi illas non ducant in uxores. Peguera *dec. crim.* 42. *n.* 8. Vivius *opin.* 679. *n.* 7. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform.*

1715 *Eſt infamis, & excluditur à dignitatibus.*

Septimo, jure Canonico ſunt infames, & ſic incapaces dignitatum. *c. conſanguineorum* 4. 3. *q.* 4. *c. conſtituimus* 9. ibi: *quia infames ſunt* 3. *q.* 5. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform.*

1716 *Eſt excom. ipſo facto.*

Octavo, ſunt innodati ipſo jure excommunicatione non reſervata. Trid. *loc. cit.* Licèt jure antiquo fuerint excommunicandi. *c. ſtatutum* 34. ibi: *anathematizentur* 27. *q.* 2. *c. eos* 1. ibi: *anathematizantur. c. raptores* 2. *c. de puellis. c. nullus* 6. 36. *q.* 2.

Digitized by Google

Nec reſert in *c.ſi quis virginem* 36.*q*.2. ibi : *ſi quis virginem , vel viduam , niſi deſponſaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem: cum ſibi faventibus anathema ſit.*

1717 *Anathema ſit* importat cēſuram latam ſi contra hæreticos feratur , ſecùs contra alios.

Nam ut obſervat Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 12.*n*.2. poſt Baldum in *c. etſi Clerici.n.* 20.*de judiciis* ly *anathema ſit* importat excommunicationem non latam , ſed ferendam, & Gloſſam in *c.2.de foro competenti* : Niſi illa verba proferantur contra Hereticos ; nam tunc ex ſubjecta materia latam excommunicationem oſtendit . Turrecremata in *c.4.in fin. diſt.*30. & ità ait Cajetanus 2.2.*q*.154.*art.*7.*ad* 3.

1718 Si Clericus, deponitur,& poſt ſententiam degradatur.

Clericus depoſitus, & poſt ſeotentiam à proprio gradu cadit. Vivius *loc.cit.*

1719 Raptores nō præſcribunt forum.

Tandem raptores non præſcribunt forom contra tale delictum. *l.* 1. *§. ſin autem.* ibi : *ſine fori præſcriptione. C. de raptu virginum* . Et ſic poſt quinquennium, etiam poſſunt conveniri. *l. qui cœtu. §. qui vocantem. D. ad l. Jul. de vi publica.*

1720 Jure Civili, ceſſant pœnæ ſecutis nuptiis.

Ceſſant pœnæ juris Civilis ſecuto legitimo matrimonio , niſi inæqualitas graviſſima oppoſitom ſuadeat , puta io raptu inter nobiles . Caſtrenſis io *l.raptores* 53. *C.de Epiſcopis, & Clericis.*Cæpolla *conſil.*56.*n*.18. Afflictus *loc.cit.n.*13.

1721 Non verò Jure Canonico.

Pœnæ verò Trideotioi *loc. cit.* remaneot etiam matrimonio ſecuto.Bajardus ad Clarum. *§.raptus n.*35.

An completo raptu copula non ſecuta, raptor puniatur pœnis arbitrariis ?

1722 Si copula non ſit ſecuta,extraordinariè punitur.

NEga indiſtinctè puniendum morte , ſed pœna extraordinaria , etiamſi ob impotentiam noo ſequatur copula. Harprectus *lib.*4. *tit.de publicis judiciis* . *§. item lex Julia* 8. cum Angelo, Aoania *in c. penult. de raptu* . Decius *conſil.* 234. *n.* 4. Boerius *dec.* 316. *n.* 4. Cæpolla *conſil.*56.*n.*18. Hunnius *diſp.finali theſi* 31. Martha *tom.*2.*tit.raptus c.*3. qua ratione non impoſitæ pœnæ mortis in *l. unica. C. de raptu Virginum ?* Eſt quia ablata caſtitas per raptorem reparari nequit, quæ ratio in *d.l.unica* ei annexa , ceſſat uodecumque non cognoſcatur femina .

Contra diſtinguentes : vel pœnitentia ductus raptor non cognovit raptam , vel alia impotentia , puta ſi rapta reluctetur . Si primum puniri extraordinariè arbitrariè , ait Menochius 2. *de arbitr.caſu* 291.*n.*10.

Si ſecundum,puniri ordinariè ait Clarus *§. raptus n.* 4. Afflictus *loc. cit.* Maſcardus *de probation.concl.*1259. *n.*27. Peguera *dec. crim.* 43. *n.*2. Grammaticus *dec.*2.*n.*29. Boerius *dec.* 316. nam completum ajunt raptus flagitium tranſlatione violenta , & copula violenta induceret aliam ſtupri flagitii ſpeciem: videſis Sanchez 7. *de matrim.diſp.*13.*n.*18., & 19. idem dicentem de pœnis Tridentini .

An currat pœna, ſi femina rapiat virum ?

1723 Si mulier rapiat virum , arbitrariè punitur.

NEga: ſed arbitrariè puoienda ; quia *d. lex unica. C. de raptu virginum* . loquens de viro rapiente eſt pœnalis, noo extendenda , nec lata pro caſu perraro feminæ, ſcilicet rapientis. *l. nam ad ea. D.de legibus*. Baldus , & Salicetus *in d.l.unica*. Decianus *lib.*8.*c.*7.*n.*27.contra Accurſium in *d.l.unica.C.de raptu virginum*. Suarium *communium lit.M.n.*251.

An rapiens meretricem puniatur dicta pœna ?

1724 Rapiens meretricem non punitur morte.

NEga;quia coarctanda *l.un.C.de raptu virginum*, punit illa morte raptorem virginis honeſtæ. Baldus in *l.penult. D. de rerum diviſione* . Cynus *in d. l. unica. C. de raptu virginum.* Covarr.3.*variarum c.*14. *num.*2. Grammaticus *dec.*107. *n.* 5. Menochius 2. *de arbitrariis, centuria* 3. *caſu* 291. Cancerius 3. *variarum c.* 44. *n.*43.Harprectus 4.*Inſtit.de publicis judiciis.§.*4. *n.*28. dicens puniendum arbitrariè ob injuriam vi illatam.contra Clarum. *§. fornicatio n.* 2. diceotem impunibilem, ex *l.verum* 39.*D.de furtis*; ſed ibi tantùm aſſeritur,non conveniri furtiva actione.

An ad incurrendas hujuſmodi pœnas debeat tale flagitium plenè probari clarè, non præſumptionibus ?

1725 Raptus claris probationibus probandus eſt.

AFfirma. *l.raptores.§.ſin autem. C. de Epiſcopis, & Clericis.l.*1.*§.ſin autem. in fine.* ibi: *poſt legitimas, & iuri cognitas probationes* , ubi Baldus *n.*19.Cynus *n.*4. Salicetus *n.*11.Marſilius *n.*146.*C.de raptu virginum.*

De Sacrilego concubitu.

CAPUT IX.

Quid ſit.

§. I.

1726 Quid congreſſus ſacrilegus.

EST *impurus actus violans rem Deo dicatam.* Dixi *rem*, ut comprehenderem locum Eccleſiæ, & perſonam Deo voto caſtitatis, vel ſpecialiter lege dicatam .

1727 Enorme peccatum eſt.

Eſt peccatom maximom contra religionem, & caſtitatem. *c.ſciendum* 27. *q.*1. contioere poteſt ſtuprum , raptum , adulterium , ſi virgo ſit exportata, ſi conjugata, Deo vota, cognoſcatur. Marſilius in *l.*1.*n.*56.*C.de raptu virginum* . Cujus pœna in foro ſacramentali eſt arbitraria prudenti Confeſſario. Menoch.2.*de arbitrariis. caſu* 289.*n.*23.

1728 Violatio voti ſimplicis, aut ſolemnis ſacrilegium eſt.

De concubitu cum habente votum, ſivè ſimplex, ſivè ſolemne, certi inconcuſſi juris eſt habere ſacrilegii qualitatem . Nobis agendum hìc quoad culpam oon eſt , ſivè habeat unam malitiam ſacrilegii , & quando unos coeuntium eſt voto adſtrictus , ſivè duplicem quando uterque . Caramuel *intentionali n.* 1924. dicens probabile ſecundum D. Thomam duas oomero malitias non poſſe ineſſe eidem actui , & probabile poſſe eſſe ſecundum Scotum . Hìc agamus ſolùm quoad pœnam .

1729 Si uterque ſit voto adſtrictus, an duplicē malitiam contrahant.

De Copula ſacrilega ratione loci.

§. II.

1730 Copula in Eccleſia fit vel à conjugibus , vel ſolutis.

DUplex copula in loco ſacro excogitari valet . Prima ſecundum ſe illicita Deo prohibente , ut eſt fornicatio . Secunda noo ſecundum ſe , ſed ratione loci prohibita , ut eſt congreſſus conjugalis in Eccleſia habitus . De utraque, & primo.

An concubitus conjugalis occultus in Eccleſia habitus , ſit ſacrilegus ?

1731 Copula conjugalis occulta in Eccleſia nō videtur ſacrilega.

NEgant Sotus *in* 4. *diſt.*32. *q. unica. art.* 3. *concluſ.* 3. Angles *in floribus p.* 1. *de matrim.q.*6. Manuel *tom.*1. *ſumma edit.* 2. *c.* 243. *n.*19.& 154.*n.*11.Vega *tom.*1.*ſumma lib.*1.*c.*78. *caſu* 1. Lopez 1.*p.inſtructionis c.* 33. *§. inter varias.* Cænedus *tract.de matrim.c.*8.*n.*75.Capua 1.*p.deciſionum lib.*2. *c.*83. *n.* 10. quos omnes refert, & non ſequitur Sanchez 9.*de matrim. diſp.* 15. ſequitur tamen Pontius 10.*de matrim.c.*10. *n.* 13.etiamſi deſit neceſſitas evitandi incontinentiam ; contra plores , quos cito iv. *ſelectarum n.*218.nam nullo jure invenitur talis actus ab Eccleſia prohibitus , ut polluens Eccleſiam, & *c.ſin.de Conſecr.Eccl. c.Eccleſiis* 20. *de conſecr. diſt.*1.*c.Eccleſiis* 3. *diſt.*68. ſolùm decidunt con-

Digitized by Google

greſſum illicitum fœdantem Eccleſiam, ut eſt publicus, illam polluere. Hurtadus *de matrim. diſp.* 10. *difficult.* 4. *n.*16. Martinus de S. Joſeph *tom.*1.*lib.*1. *tract.*5. *de matrim.* *n.*2. Dicaſtillus *tom.*3.*tract.*10.*diſp.*9.*difficult.*5. *nu.*27. Perez *de matrim.diſp.*49.*ſect.*4.*n.*7.

An congreſſus publicus conjugalis Eccleſiam violet?

1732 Si fiat publice in Eccleſia, illam violet.

AFfirmat cum LX. Doctoribus Sanchez 9.*de matrim.diſp.*15.*n.*4.7.8. *&* 12. Idque ſive petatur, ſive reddotur debitum ſine neceſſitate, idque ex Eccleſiæ ſtatuto. *c. Eccleſiis* 3. *diſt.* 68. Idem tnetur Caram. Baſſæus, & alii apud Dianam *p.*9.*tract.*9.*reſol.*5. Leander *de pænit.c.*17.*dub.*67. Macadus *tom.*1.*lib.*2. *p.*5. *tract.*4. *documento* 3. *n.*11. Zanardus 1.*p. directorii de matrim. c.* 41. Rodriqoez *tom.*1.*c.*043.*n.*10. Plures apud Dicaſtillum *de pœnit.diſp.*9.*dub.*9.*n.*651. contra Gloſſam in *c.Eccleſiis.* v.*fœmina.de conſecr.diſt.*1. Archidiaconum *in c. unico n.*7. *de conſecr. Eccleſiæ in* 6. plures apud Sanchez *loc. cit. n.*7. Baſilium de Leone *lib.* 10. *de matrim. c.*10. *n.* 13. ajentes publicum conjugii congreſſum non eſſe ſacrilegum, nec Eccleſiam violare, & fortè verum dixit Sotus in 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 3. & probabile ait Acacius *tom.*2. v.*Eccleſia reſol.*87. *n.*8. quia Eccleſia prohibuit vagam, & quamlibet illicitam in Eccleſia commixtionem.

Sed horribile ſi publicè extra Eccleſiam, quanto magis in Eccleſia damnandum tale hujuſmodi impuritatis monſtrum incontinentiæ, pluſquam diabolicæ architectus, & miniſter. Videtis textum in *c.Eccleſiis.diſt.*68.

An occulta fornicatio, & pollutio in Eccleſia ſit ſacrilega, & Eccleſiam polluat?

1733 Docent aliqui occultam fornicationē, vel pollutionem in Eccleſia, illam non polluere, & non eſſe ſacrilegam.

NEgant Sotus in 4. *diſt.*32.*c.*3. Lopez 1.*p.inſtructionis c.*82. *§.at vero.* De la Crux *p.*2. *de ſacrificio miſſæ.qu.*3. XIII.DD. apud Guimenium *tract.de pœnit.reſ.*11. Pontius *loc.cit.n.*15. citans Toletum 5.*ſumma c.* 8. Coninck *de Sacram.q.*83.*art.*3.*n.*230. & alii quos refero IV.*ſelectarum n.*221. Idque quia occulta non denigrat, nec conſporcat Eccleſiam, & ſic Eccleſia poteſt ſe tueri in poſſeſſione publicæ integritatis, & decoris; etiamſi duo, vel tres ſciant copulam, ſecundum Pontium, Paludanum, De la Crux, & alios apud Dianam *p.*7.*tract.*11. *reſol.*31. Macadus *loc.cit.n.*11. Trullenk 2. *decalogi lib.*6.*c.*1.*dub.*7. *num.*7. Caramuel *in regulari n.*1017. ut etiam de occulta ſanguinis effuſione tuetur Gallectus *in margarita* v. *Eccleſia*. Alii affirmant, & rectè.

1734 Alii negant rectè.

An cæteri actus, qui non ſunt copula, & ſpermatis effuſio, ſint ſacrilegi?

1735 Quid ſi actus non ſint copula, & ſpermatis effuſio, an ſint ſacrilegi.

NEgant plures, quia ſpecialiter Eccleſiæ intuitu prohibiti non inveniuntur ut ſacrilegi. Serra 2. 2. *q.*72. *art.*6. *§. hinc colligitur.* plures apud Dianam *p.*1.*tract.*7.*reſol.*25. Fagundez 3. *decalogi c.*3. *num.*13. Caram. *in regulari n.* 1016. ſeptem alii, quos cito IV. *ſelectarum. n.*220. (21)

An congreſſus habitus non intra, ſed ſupra, circa, extra Eccleſiam ſit ſacrilegus?

1736 Copula habita ſupra, extra, circa Eccleſiam nō eſt ſacrilega.

NEga; nam in odiolis Eccleſia accipitur pro interiori parte, non pro Dormitorio, Sacriſtia, Campanili, nec pro deſtructa Eccleſia auctoritate Epiſcopi, nec pro Oratorio Domus privatæ, aut Altari conſtituto in Parlatorio, Dormitorio. Cordubæ in *ſumma qu.* 12. plures apud Sanchez *loc.cit. num.*24.27., *&* 39. Diana *p.*3. *tract.*4. *reſol.* 116. Henriquez 5.*de pœnit.c.*6.*n.*5.

Quotuplex peccatum ſacrilegii, ſi Religioſus cognoſcat Religioſam?

UNum ait Leander *tom.* 1.*de pœnit. diſp.* 8. *§.*3. *q.* 54. Martinus de S. Joſeph *tom.* 1. *tract.*12. *de pœnit.n.*10. ſed eſſe duplex etiam eſt probabile. Caram. *intentionali. num.*1924. imo verius. 1737 Quotuplex ſacrilegium ſi Religioſus Religioſam cognoſcat.

Pœna ſacrilegi congreſſus.

§. III.

SI ſit cum moniali, eſt mors naturalis: quidquid alii deportationem inculcent. *§. penult. Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegii.* 10. *de Epiſcopis, & Clericis. c.ſi quis rapuerit* 31. ibi: *capitali ſupplicio ſubjiciatur.*27. *q.*1. Follerius *in pract. crimin. c.* 19. *n.*7. Clarus *§.fornicatio n.*17.v.*monialium.* Idque fortiùs ſi matrimonium cum illa contrahat. *c.fin. diſt.*27. *c.ad noſtram.de ſtatu Monachorum.* Licèt ex ſolo oſculo arbitrariè puniatur. Decianus 6.*criminalium c.*20. *n.*16. 1738 Sacrilegium cum Moniali eſt morte plectendum.

Monialis autem conſenſiens tali pœna non punitur, ſed detruſa in alium Monaſterium, unà cum ſuis bonis ſtrictiùs cuſtodienda, jejuniis, & pœnitentiis vitam perpetuam ducet. *c.ſi qua Monacharum.* 28. ibi: *diſtrictiùs Monaſterium virginum in pœnitentia volumus redigi: ut illic orationibus, atque jejuniis vacet, & ſic pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris diſciplina præſtet exemplum. c. ſi quis rapuerit* 31.27.*q.*1.*§.penult.* Auth.*de Sanctiſſimis Epiſcopis*. Clarus *§. fornicat. n.* 17. In quo vides in relativis diverſam juris diſpoſitionem in pœnalibus, licèt in favorabilibus idem diſpoſitum cenſeatur eadem urgente ratione. Laicus cognoſcens monialem jure Canonico eſt excommunicatus: & Clericus, ſi res ſit notoria, beneficiis privatur, detruditurque in monaſterium. *c.ſi qua Monacharum* 28.27. *q.*1. 1739 Pœna Monialis conſentientis. 1740 Et pœna laici, aut Clerici cognoſcentis Monialem.

De Delicto pullulabili ex conjugali congreſſu.

CAPUT X.

INter cætera onera, quæ ebulliunt ex matrimonio, eſt ut copula ordinetur ad propagationem prolis, de quo onere ſequentia tradamus, & primo. 1741 Copula eſt dirigenda ad prolis propagationem.

An ſit peccatum cognoſcere uxorem ob pulchritudinem, divitias?

§. I.

NEga, ſi propagatio prolis non excludatur; nam dictus finis non eſt malus, nec illicitus, ſi finis primarius poſitivè non excludatur, ſed circa illum præciſivè ſe habeat: ſtante autem contractu matrimonii, delectatio honeſta eſt. Sancius 23.*ſelectarum n.* 25. Diana *p.* 3. *tract.*4.*reſol.*26. Pontius 10. *de matrim.c.*8. *n.*8. Martinus de S. Joſeph *lib.*1.*p.*10. *tract.*5. *de matrim. c.*9. ſic conjugari ſenes ſterilitatem experti nec venialiter peccant; dummodo poſitivè non excludant procreationem prolis. 1742 Cognoſcere uxorem ob pulchritudinem, nō excluſa prolis propagatione, non videtur peccatum, vide *Adnot.*

Nec obſtat doctrinæ Dicaſtilli *tom.* 3.*tract.*10. *diſp.*9.*dub.*2.*n.*14. Sanchez 9.*de matrim. diſp.*11. *n.*11. dicentis eſſe veniale, quia appetitur finis, ut finis, qui non eſt finis; cùm copula ſit inſtituta, non ad delectationem, ſed ad procreationem; nam Deus inſtituit matrimonium ad prolis procreationem, ut ad remedium incontinentiæ; ſatiſque eſt ſi remedium ex ſe ordinetur

(21) Sed rectius alii affirmant; quia gravem irreverentiam faciant loco Sacro.

Digitized by Google

tur ad finem, ut non ſit remedium illicitum, licèt operans finem illum non intendat; ſatiſque namque eſt ad rectè operandum ſi finis intentos à natura non excludatur. (22)

An inire matrimonium ad evitandam fornicationem ſit peccatum ſaltem veniale?

1743 Inire matrimonium ad evitandam fornicationem, nullū eſt peccatū.

NEga. 1. ad Corinth. 7. ibi: *propter fornicationem unuſquiſque uxorem ſuam habeat.*

An ſit peccatum ſaltem veniale copula maritalis ad evitandam fornicationem alterius ſponſi?

1744 Copula maritalis ad evitandā fornicationem alterius, nullum eſt peccatum.

NEga; nam finis non eſt prohibitus, & medium eſt licitum, ut etiam ſi matrimonium contrahatur ad talem finem. 1. Corinth. 7. ibi: *propter fornicationem unuſquiſque uxorem ſuam habeat*. Semper namque ac non excludatur finis procreationis, quicumque alius honeſtus finis intentus, non fœdat actum; malitia namque habetur à fine, & à medio malo: quoties ergo medium, & finis nulla lege prohibentur, mali nequeunt eſſe; & conſequenter nec malitiam refundere valent in actum. Durandus in 4. *diſt.* 30. *q.* 3. ubi Gabr. à S. Vinc. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. ubi Albericus *q.* 1. Pontius 1. *de matrim.* *c.* 21. *n.* 4. Sà v. *debitum conjugale n.* 5.

An ſit veniale copula conjugalis pro recuperanda ſalute?

1745 Copula pro recuperanda ſalute non eſt venialis, ſi non excludatur finis procreationis.

NEga DD. citati; patet ex dictis, nam dummodo finis primarius procreationis non excludatur, non eſt unde malitia colligatur ex fine, & medio bono.

De Actu conjugali ratione ſitus.

§. II.

1746 Situs copulæ, ſi non impediat generationem, non erit lethalis, licèt aliquando erit venialis

QUilvis ſitus generationis non impeditivus lethalis non eſt; nam habetur finis primarius matrimonii, & ſic non eſt unde malitia colligatur: licèt poſſit eſſe venialis culpa ratione modi inordinati, ex parvitate materiæ. Unde deducitur.

An ſit lethale, ſi vir ſuccumbat?

1747 Quid ſi vir ſuccumbat, an generationi obſit.

SI enim generatio fieri poſſit, ut aſſerit Ariſtoteles, ex vi attractiva matricis *lib.* 2. *de generatione animalium c.* 5. nec peccant mortaliter, nec peccatum eſſe mortale ait Sanchez cum XXX. DD. *lib.* 9. *diſp.* 16. *n.* 3.

Oppoſitum namque docet Zacchias *n.* 54. ſcilicet impediri generationem ob matricis inverſionem, & ex laterali concubitu ait vix, aut nunquam ſequi poſſe generationem.

An ſit lethale cognoſcere uxorem menſtruatam?

1748 Cognoſcere uxorem menſtruoſam, nō erit lethale.

NEgat Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 21. *n.* 6. cum multis; quia nullo jure prohibetur, & damnum prolis eſt præter intentionem, licet XXIV. DD. velint eſſe veniale ſine cauſa petere, cum cauſa nec eſſe veniale, apud Leandrum *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 21. *q.* 21. citans etiam alios, dicentes eſſe mortale cum Scoto in 4. *diſt.* 3. *q. unica*, quouſque ad XXIV. DD. citat Sanchez *loc. cit.* & sic multi affirmant eſſe mortale, quia congreſſus talis eſt exitialis. Deuteronomii 20. ubi puniuntur hujuſmodi congredientes. ibi: *interficiantur ambo de medio populi ſui*; Enim vero ex tali congreſſu leproſus gignitur, ut notat Averroes, & Ariſtoteles, menſtruum arbores, quas contingit, aut exiccat, aut ſteriles reddit, ferrum rubigine circumducit, canis in rabiem agit, homines dementes, & veluti præſtigiatos, lunaticoſvè efficit, ſpeculum indelebili macula obducit, & mulieris talis aſpectus vertiginem, & caliginem parit. Plinius, & Ariſtoteles apud Sinibaldum *lib. Geneanthropicæ c.* 9. cum quo ſtat oppoſitam Sanchez ſententiam probabilem tenuiſſe 9. *de matrimon. diſp.* 22. *num.* 11. & 14. putat nec eſſe peccatum mortale petitionem debiti poſt partum, & tempore lactationis. Deus præcipit matrimonium, & non præcipit, ut contrahens matrimonium habeat finem, ratione cujus eſt inſtitutum, ſicuti jejunans non tenetur habere finem, ratione cujus inſtitutum fuit jejunium.

De Malitia copulæ ex loco.

§. III.

An ſit peccatum copula maritalis in loco publico?

1749 Copula maritalis in loco publico abſque ſcandalo non videtur culpabilis.

DIſtinguas: vel ſequitur ſcandalum, vel non.

Si non ſequitur ſcandalum: puta quia nullus videt, aut omnes ſunt conjugati in loco, in quo longo tempore coabitandum eſt, ut ſunt plures pauperes cohabitantes, plures in eadem domo, triremi ejuſdem ſtatus, plures dormientes in eodem lecto ob loci arctitudinem, & tunc non eſt peccatum, nam cupula ex ſe licita, ceſſante ſcandalo à publicitate, non fit illicita. (23)

1750 Si verò adſit verum ſcandalum, mortalis erit.

Si verò adſit ſcandalum; tunc ſubdiſtinguendum: vel eſt ſcandalum Phariſæorum, vel Puſillorum. Si puſillorum, eſt peccatum mortale ſcandali.

Si Phariſæorum, non eſt peccatum mortale; nam ſcandalum Phariſæorū non provenit ex re, ſed ex mala libera ipſorum deliberatione: intelligas ſi longo tempore ſit privandus jure ſuo petendi, vel reddendi, puta ob diuturnam navigationem; nam ſi brevi tempore abſtinendum eſſet, teneretur abſtinere ad evitandum alterius damnum. Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. matrimonii diſp.* 7. *q.* 3. *n.* 26. contra Leandrum *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 25. *q.* 29. ajentem etiam ſecluſo ſcandalo eſſe mortale, idque fatetur etiam de aliis tactibus inter conjuges, cum Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 1. Palao *diſp.* 8. *punct.* 4. §. 4. *n.* 1. Filliuccio *p.* 1. *tract.* 10. *c.* 9. *n.* 326. Villalobos *p.* 1. *tract.* 13. *difficult.* 41. *n.* 4. Sà v. *peccatum. §. facere.* (24)

1751 Abſtinendū ab omni actu illicito publicè, vel privatim ex caritate.

Abſtinendum tamen ab hujuſmodi eſt ob honeſtatis virtutem, & abhorrendum ab illis, quæ excitant illicitum actum, non ſolùm publicè, ſed etiam privatè, caritate ſtimulante.

An ſit mortale ratione loci ſacri matrimonii uſus?

1752 Copula maritalis in Eccleſia nō eſt fornicatio.

1753 An verò ſit ſacrilega.

NEga eſſe peccatum contra caſtitatem; nam ſtante matrimonio fornicatio dici nequit. Nec eſſe peccatum ſacrilegii; quia actus iſte occultus Eccleſiam non polluit, ut dicta ſuadent. Gloſſa in *c. Eccleſiis. v. ſemine. de conſecr. diſt.* 1. & X. alii DD. quos ſequitur Pontius *lib.* 10. *de matrim. c.* 10. *n.* 13. Hurtadus *diſp.* 10. *difficult.* 4. *n.* 16. Sotus in 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 3. De illicita namque copula polluente Eccleſiam loquitur in *c. ſi motum. de conſecr. diſt.* 1. contra Gabrielem à S. Vinc.

(22) Innocentius XI. damnavit hanc propoſitionem. „ Opus conjugii ob ſolam voluptatem „ exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defe„ ctu veniali.

(23) Vide inferiorem notam.

(24) Opinio Leandri, ac Sanchez vera eſt, & tenenda, ut videbitur rem juſtè conſideranti, & Auctori prorsùs arridet.

à S. Vinc. *loc. cit. num.* 25. Leandrum *loc. cit. qu.*30. (25)

Sed quid, ſi talis copula in Eccleſia ſit publica?

1754 Quid de copula publica in Eccleſia, ſupra dictū eſt.

RESpondetur, ut modo de loco publico deciſum eſt. Si enim Eccleſiæ decor conſpurcatur, eo ipſo flagitioſus eſt actus. Si verò non ſit publicus conſpurcans reverentiam Eccleſiæ debitam, ſed actus ab aliis profugis inſpiciatur; tunc prout de ſcandalo dictum eſt, rem decidas. Si ſcilicet ex neceſſitate actus exerceatur, puta ob moram diuturnam in loco Eccleſiæ; tunc enim putant Eccleſiam in tanta neceſſitate actum ex ſe licitum non interdicere. Suarez 3. *p. q.*83.*art.*3.*& diſp.*81.*ſect.*4. Henriq. *lib.*9.*de miſſa c.*27.*n.*33.

De Congreſſu maritali illicito ratione temporis?

§. IV.

An ſit lethalis congreſſus tempore ſacro, ſcilicet Quadrageſimæ, Paſchatis?

1755 Ratione temporis cōgreſſus maritalis non eſſe lethalis.

NEgas; nam nullo jure prohibetur. Sotus in 4.*diſt.*32.*art.*3.*q.un.ad* 3. ubi D. Bonaventura *art.*3.*q.* 2. XXVI. DD. quos ſequitur Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 12. *n.*2. Pontius *lib.* 10. *c.*9. Coninck *diſp.*34. *dub.*2. contra plures apud Sanch. *loc.cit.n.*3. ajentes eſſe veniale, cum Soto in 4. *diſt.*32.*q.un. art.* 3. *concl.* 2. contra Moure 3.*p.ſumma c.*20.*§.*1.*n.*6. dicens eſſe veniale, ſi congrediatur in Nativitate, in Paſchate, feria 6. majoris Hebdomadæ, & contra VII. dicentes eſſe mortale, apud Sanch. *loc.cit. n.*2.

An tempore prægnantiæ liceat copula conjugalis?

1756 Tempore prægnantiæ, ſi non adſit periculum abortus, licet copula maritalis.

DIſtinguas: vel eſt periculum abortus, vel non.

Si non, licet; quia nulla lege prohibitum eſt, ut abſtinendum eſſet diuturniori tempore, & fruſtratio generationis eſt præter intentionem, & copula poteſt ob alios honeſtos fines intendi. Henriq. De la Cruz, Palacios, quos ſequitur Sanch. 9. *de matrim. diſp.*22. *n.*6. Hurtadus *diſp.* 10.*de matrim. difficult.*3. *n.*23. Diana *p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 244. Villalobos *tract.* 15. *difficult.*41. *n.*9. contra plures dicentes veniale, quos ſequitur Pontius *lib.*10. *de matrimon.c.*14. *num.*7.

1757 Secùs ſi adſit periculū abortus.

Si verò ſit periculum abortus; tunc copula eſt illicita, nam innocenti ſuccurrendum; ergo multò fortiùs non eſt innocens, in tanto periculo diſcriminis exponendus. Tamen hujuſmodi abortus periculum rariſſimè adeſſe, ſi diſcretè iniatur copula cum uxore gravida. Sanch. *loc.cit.n.*1. Pontius *loc. cit. n.*7. Fagundez 6. *decalogi c.*3.*n.*3. contra Petrum Ledeſmam *de matrimon.q.*64.*art.*1.*difficult.*4. ajentem ad evitandum periculum incontinentiæ poſſe quis cognoſcere uxorem pręgnantem cum aliquali periculo abortus. At evitenda copula, cùm incontinentiæ alia via occurri poſſit, jejunio, maceratione &c.

An tempore lactationis liceat copula?

1758 Tempore lactationis licet copula.

AFfirma; nam nullo jure id prohibetur. plures apud Sanch. *loc.cit.* Pontius *loc.cit.n.*9. contra Alexandrum de Nevo in *rubrica de ſponſalibus n.*14. ajentem mortale, contra Tiraquellum apud Sanch. *lib.*1. *n.*7. ajentem eſſe venialem culpam.

De Copula conjugali ſecundum ſe.

§. V.

CANON I.

1759 Copula maritalis naturalis etiam inter ſteriles licet.

COpula maritalis naturalis, etiam inter ſteriles, non eſt peccatum contra caſtitatem; nam eſt actus juſtitiæ commutativæ divino præcepto firmatus. Geneſis 1. ibi: *multiplicamini*, & ſic meritorius ex opere operantis, non operato; cùm non ſit Sacramentum, nec ejus pars. D. Bonaventura in 4.*diſt.*31.*art.*2. Bellarminus *de matrim. c.* 1. Hurtadus *de matrim. diſp.* 10. *difficult.*1. Caram. *intent. n.*1940. licèt naturalem habeat deformitatem, ob rebellionem concupiſcentiæ fræni impatientis rationi diſpoſitæ non obtemperantis, lugubris originalis flagitii effectos, & ità intelligendus textus in *c. vir cum propria* 33.*q.*4. Bonacina *q.*4.*de matrim.in principio.*

1760 Copula maritalis naturalis erit meritoria ex opera operantis.

CANON II.

1761 Copula maritalis licita, ſi fiat illicita ex læſione alterius virtutis, non eſt mala contra caſtitatem.

COpula maritalis licita, ex circumſtantia mala, aut lædente alterius virtutis præceptum, ſit illicita, non contra caſtitatem, ſed contra virtutem læſam: puta ratione temporis, loci, ſitus, modi, finis, de quibus ſupra, & infrà, hìc explicemus.

Congreſſus maritalis ſecundum ſe.

CANON III.

1762 Arcendum in copula quidquid impedit prolificationem.

COpula maritalis eſt inſtituta ad procreationem prolis: patet ex ſe.

Hinc quidquid conducit ad prolificationem, faciendum, quidquid illam per ſe impedit, arcendum.

An debeant conſeminare?

1763 Vir, & mulier debent conſeminare

AFfirma; nam id neceſſarium ad ſobolem gigoendam: ſed ſi ob complexionis diverſitatem unus ante alium ſeminet; tunc ſi eſt femina, debet expectare viri ſeminationem omninò per ſe neceſſariam: ſi verò vir ſeminet ante feminæ ſeminationem; tunc debet etiam expectare uxoris ſeminationem, quia hæc etiam neceſſaria ad completè generandum: nec prolis procreatio, relicta iſta certa via, debet in incertum committi opinioni, aſſerenti femineum ſparma non eſſe neceſſarium ad generationem. Licèt enim ex duabus probabilibus, cuilibet ſit permiſſum opinionem quamlibet ſequi, tamen quando adeſt certa omninò, ut eſt ſeminatio viri, & feminæ, non debet ad probabilitatem declinare, quæ non evitat damnum prolis certæ.

1764 Si vir ſeminet ante uxorē, quid ei incumbat.

Non ergo poteſt vir poſt ſeminationem ſe retrahere, non expectata uxoris ſeminatione. Hurtadus *diſp.* 10. *difficult.* 5. *n.* 21. Ocagavia *tract.*5.*de matrim. q.*2.*in fine.* contra Henriquez *lib.* 11. *de matrim. c.* 16. plures, quos ſequitur Leander *tom.*2. *diſp.*25. *q.*40. Diana *p.*3.*tract.*4. *reſol.*204. Bonac.*de matrim.q.*4.*p.*6.*n.*15. motos, quia viri non feminæ ſperma eſt neceſſarium ad generationem, quod in philoſophicis mihi diſplicuit.

1765 Vir nequit ſe retrahere muliere jam ſeminata.

Nam ſemen ex ſe tendit ad prolificandum, & ſemineum ſemen eſt.

Qua ratione, ſi uxor jam ſeminavit, vir nequit non ſeminando ab incæpta copula ſe retrahere; nam impediretur finis prolificationis à natura, & Legiſlatore intentus; præcipiens enim generationem, præcipit etiam media neceſſaria; & ſic mutuam ſeminationem neceſſariam.

Imò

(25) Copula maritalis etiam occulta Eccleſiam polluit: Vide quæ in notis alibi dicta ſunt.

Digitized by Google

1766 An ſit licitū uxori ſe incitare tactibus, viro recedente ante ſui ſeminationem.

Imò eadem inſtante ratione, etiamſi vir poſt ſeminationem ſe retraxerit, uxorem poſſe ad ſeminandum etiam tactibus ſe incitare, ut compleat maritalem congreſſum prolificativum ait Leſſius *lib.4.c.3.dub.7.n.55.* Diana *p.2.tract.17. reſol.* 34. Bonac. *q.4. de matrim. puncto* 9. *n.* 15. Gabriel à S. Vinc. *de matrim.diſp.7.q.4. nn.*35. Baucius *tom.2. opuſc.1. quæres* 88. dicens etiam virum licitè poſſe tactibus tunc procurare uxoris ſeminationem. contra Taxedam *tom.2.lib.4. tract.1. controv.12. n.*43. Palaum *tom.5. diſp.* 3. *p.4.§.3. n.9.* dicentes feminam, poſtquam ſe retraxit vir, non poſſe procurare excitatam ſeminationem, ſi poſſit ſe continere (ſed quis unquam obligatur ad impoſſibile, & ad ſe continendum, ſatis eſt non conſentire, quod unicuique liberum eſt) Diana *p.9. tract* 8. *reſolut.* 31. *qu.*3. (26)

An uxor præbens uſum ſui corporis viro, poſſit imaginatione ſe abſtrahere, ut non ſeminet viro ſeminante?

1767 Mulier nequit in copula ſe abſtrahere ut non ſeminet viro ſeminante.

NEga; nam utriuſque ſperma neceſſarium prolificationi, & ut ei juſſum eſt non impedire generationem: ità non tollere illa, quibus ſecundum omnes generatio ſequitur, ut eſt utriuſque ſeminatio. contra Præpoſitum 3. *p. q.6.diſp.4.n.*35. Dianam *p.5. tract.14.reſolut.*37. Leandrum *tom.2. tract.9. diſp.25. n.* 48. ajentes viri non feminæ ſemen generationi neceſſarium, & ità ſatis præſtare ſui corporis uſum viro generanti.

An teneatur uxor retinere viri ſperma?

1768 Mulier debet viri ſperma retinere.

AFfirma; nam generationi neceſſarium à ſe nullatenus impediendæ. *c. aliquando* 32. *q.* 1. Qua ratione nequit aliquid facere, quo ejiciat ſperma, ſe invertendo, mingendo, nec remedia ſterilitatis ſumere, aliterque generationem impedire. S. Thomas in 4. *diſt.*31. *in expoſitione literæ*. Sanchez 9. *de matrimon. diſp.* 20. *n.2., &* 3. Pontius 10. *de matrimon. c.* 15. *n.* 1. Layman *lib.5.tract.10.p.3.c.10. n.7.* contra Fagundez 6.*decalogi c.3.n.50.pag.*24. ajentem poſſe timore mortis, laboris magni, aut detrimenti ſperma projicere ſe invertendo. Cujus oppoſitum rectè docuit Cajetanus 2. 2. *quæſt.* 154. *art.1.ad* 4.

Sed quid ſi per vim fuiſſet injuſtè oppreſſa?

1769 Quid ſi mulier fuerit vi oppreſſa injuſte.

TUnc ad defenſionis anchoram recurrendum, qua poteſt ſe tueri contra actum injuſtè invadentem per ſe, & per ſui partem, ut eſt ſperma, prout Canones defenſiones permittunt. Sic quidam.

Putaverim tamen multa fruſtrà hic controverti; nam ex Medicorum, & medicinæ ſenatu poſtquam matrix ſperma recipit, nec acumen acus poteſt admittere, fruſtraque eſt procurare ejicere ſe invertendo, mingendo. Sylveſter v. *debitum n.* 6. Covarr. *p.* 2. *qu.* 315. Belloquius *in praxi de caſibus reſervatis p.2.q.4.n.*365.

1770 Si morbo mulier ejiciat ſemen, non peccat.

Si verò morbo, vel ex alia non procurata cauſa, puta debilitate retentricis, impotens ſit retinere, ideòque effluat ſponte; tunc ut ad impoſſibile non obligatur, ità à flagitio excuſatur.

An poſſit interrumpere copulam ſaluti nocivam, vel nè filii naſcantur?

1771 Incœpta ſeminatione nequit à copula recedi.

DIſtinguas: vel incœpta eſt ſeminatio, vel non eſt incœpta, nec eſt ejus periculum.

Si primum, nega; nam complendus actus prolificativus.

Si ſecundum, poſſe tunc ſe retrahere ait Sanchez 9.*de matrim.diſp.19.n.3.* Gabriel à S. Vinc. *diſp.7. q.14. n.*38. quia talis copula eſt ad inſtar tactus libidinoſi liciti inter conjuges ordinati ad ſedandam libidinem, licèt non reſpiciant prolificationem.

Mihi res iſta anceps, nam libido excitatur, non ſedatur hujuſmodi actibus. Secundo, quia delectatio copulæ initæ eſt principium ſeminationis complendæ; cùm jus non habeant conjuges ad ponendam imperfectam ſeminationem, quæ ratio ceſſat in aliis tactibus ſine venerea delectatione, & periculo pollutionis habitis.

An peccet uxor reddens viro, tempore ſeminationis ſe retrahenti, fundenti extra, nè filios ſuſcipiat?

1772 Uxor non peccat reddendo viro, etſi ipſe ſe retrahit, & extra ſeminet.

NEga: dummodo id viro non ſuadeat, eique non conſentiat, cooperetur que; nam reddere eſt ei licitum, quidquid viri malitia turpiter efficiat.

Si verò vir qualitercumque ſeminet naturaliter, peccatum evitabit attrahente matrice. Gabriel à S. Vinc. *de matrim.diſp.7.q.6.n.60.* (27)

An peccet mortaliter congrediens effundens ſperma extra?

1773 Data opera extra ſeminans peccat mortaliter.

DIſtinguas: vel id facit data opera, & eſt peccatum mortale mollitiei. Caramuel *intent.n.*1917. Diana *p.3.tract* 4. *reſol.*204.

1774 Si ex juſta cauſa non peccat.

Vel accidit præter intentionem, debilitate naturæ, vel feſtinantis pernicitate, vel dum experitur impotentia; & tunc non eſt peccatum, nam ordinatur ad copulam permiſſam; & ſic cauſa objectiva eſt licita, & pollutio etiam prævifa, dummodo ſit nolita, non eſt peccatum. Sic prævidens ex ſtudio, ex confeſſione, ex honeſta recreatione, ex equitatione, ex moderato cibo, & potu, pollutionem, non tenetur ab illis actibus abſtinere, dummodo prævifæ pollutioni non conſentiat. D. Thomas 2.2. *q.154.art.5.* Caram. *tom.4 præterint.num* 2936. *&* 2996. *& n.* 2997. uſque ad 3008: inde excuſans chyrurgum medentem, certò prævidentem involuntariam ſeminis deciſionem. Vaſquez 1.2.*tom.1. diſp.*115. *c.3.n.9.* Vi. DD. quos ſequitur Diana *p.1.tract.* 15. *reſolut.* 31. eſſet enim obligare ad rem valdè difficilem, & ſic moraliter impoſſibilem abſtinere ab omnibus illis licitis, & ſecundum probatum patriæ morem permiſſis ſalutando, comedendo, ab oſculo pacis, & amicitiæ, ad quod Deus non obligavit, dummodo pollutioni prævifæ conſenſus non præbetur, nec ejuſdem periculo. (28)

1775 Quando prævisa pollutio ſit peccatum.

Imò licèt peccaret peccato ebrietatis ſe inebrians, prævidens nolitam pollutionem, non peccaret peccato pollutionis, quod debet eſſe volitum. Gabriel à S. Vinc. *loc.cit.q.14.n.*119. rectè inferens *n.*20. conjuges ſe tangentes, prævidentes pollutionem, in quam non conſentiunt

(26) Sanè illicitum eſt illam tunc vel excitatam procurare. Vide cit. Auctores.

(27) Res hæc meliùs conſideranda eſt ob rationes, quæ in oppoſitum adduci poſſunt.

(28) Hæc propoſitio moderatione eget. Vide Tamburin., & alios, & videtur Auctor infra eam moderari. Latum diſcrimen inter cauſam notabiliter, & ex ſe influentem ad pollutionem, & eam, quæ non influit, & ſic reſpondetur rationibus ab Auctore allatis. V. Tambur. & exponentes Prop. 40. Alexandri VII. ut Auctor *in Anacepo. n.* 854. & P. Viva.

tiuot, non peccare mortaliter, quia tactus ordinati ad copulam ſunt liciti, & præter intentionem accidit ut ſperma extra effundatur. Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 17. *n.* 12. *&* 20. Trullenck 6. *decalogi c.* 11. *dub.* 7. *n.* 3. *&* 6. Puotius 10. *de matrim. c.* 11. *nu.* 4. *&* 6. Palaus *diſp.* 3. *p.* 4. §. 13. *n.* 1. *&* 7. Bonac. *q.* 4. *de matrim. p.* 6. *n.* 17. Navarrus *c.* 22. *n.* 6. Diana *p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 204.

Hinc non tenentur conjuges abſtinere à copula, licèt prævideant aliquid ſpermatis ex debilitate extra effundi; nam copula eſt licita: ſicuti nec tenentur abſtinere ab amplexu conjugali, licèt ex amplexu licito prævideant nolitam pollutionem.

1776 Copulati poſſũt ſe retrahere, ſi prævideans periculum infectionis.

Qua ratione copulati eo ipſo ac prævident ante non prævisum infectionis periculum, poſſunt ſe retrahere, & interrumpere inceptam copulam, etiam deinde cognoſcentes ſemen extra effundi; nam talis receſſus in tali periculo eſt licitus, ut arguit Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.* & pollutio eſt nolita, & præter intentionem.

1777 Si ſenes, ſciãt certò extra ſeminare, peccant.

Senes autem adeò debiles, ut certum ſit extra ſeminare, peccant mortaliter.

Si verò id ſit dubium, non peccant: ut illi, qui habent potentiæ experiendi facultatem, licèt extra ſeminent. DD. citati.

1778 Secto, vel corrupto veretro illicita eſt copula.

Si quis velit matrimonio uti ſecto, vel corrupto veretro; tunc cùm certum ſit iſtum copulam naturalem nequire inire, & conſequenter extra effundere debere certum eſt, etiam peccare mortaliter, ſi velit copulam certò impoſſibilem tentare, & certò extra effundere.

An, & quale peccatum ſit cognoſcere affectu uxorio conjugem, non ad procreandam ſobolem, ſed ad voluptatem, & ob id calidis veſci?

1779 Cognoſcere uxorem affectu conjugali non ad gignendam prolem, ſed ad voluptatem, aliqua culpa non caret.

Diſtinguas: vel delectatio exceſſivè provocatur, vel ordinariè.

Si exceſſivè, affirma eum peccare ob exceſſum. *c. quidquid* 32. *q.* 2. *c. adulterii* 32. *q.* 7. *c. origo* 32. *q.* 4. *c. liberorum* 32. *q.* 5. *c. ut vir* 32. *q.* 4. D. Auguſtinus *lib. de bono conjugali*, *& lib.* 4. *contra Julianum c.* 10. ibi: *non propter filios propagandos fieri aliquid extorſerit voluptas, veniale peccatum ſit propter nuptias Chriſtianas.* Caramuel *intentionali n.* 1909. Arriaga *tom.* 5. *diſp.* 58. *n.* 28. dicens nec eſſe veniale, cùm ſit cognita, ut matrimonialis: unde nec peccat, licèt cognoſcat non poſſe generare, nec ordinare ad prolem, ſed ſatis eſt finis non ultimus, remedium ſcilicet concupiſcentiæ, ſatiſque eſt ſi malum finem non apponat; nam non eſt gravis deviatio à procreatione, à fine inſtituto, non excluſo poſitivè, ſed præciſo; nam etiam cum tali præciſione ſoboles concipi valet, etiam ſoboles eſt finis operis, non operantis: unde operans, nihil ponens contra finem matrimonii, non delinquit ſaltem graviter. Paludanus in 4. *diſp.* 32. *q.* 3. D. Antoninus *p.* 3. *tit.* 1. *c.* 20. §. *ſenſus.* Tiraquellus *lib.* 2. *connubialium*. Glo. 1. *q.* 2. *n.* 46. dans alios DD.

Si verò delectatio non procuretur exceſſiva, nec etiam eſt veniale, nam eſt licitum, cùm ſit conjugalis, non exceſſiva prolificationis; quæ prolificatio eſt finis operis liciti, non operantis. Nec eſt mala illa delectatio ex ſe incluſa in actu licito. Diana *p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 216. Arriaga *tom.* 5. *diſp.* 58. *n.* 28. Leander *tom.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 25. *q.* 17. contra dicentes eſſe mortale cum Majorano 4. *diſt.* 26. & contra, dicentes eſſe veniale cum Magiſtro in 4. *diſt.* 3. (29)

An ſit venialis congreſſus maritalis ad tuendam, reſtaurandam ſalutem?

1780 Copula maritalis ad tuendam ſalutem non videtur venialis.

Nega, ſi non excludatur prolificatio, quæ eſt finis operis; nam nihil contra bonum matrimonii. Arriaga *tom.* 5. *diſp.* 58. *n.* 28. Leander *tom.* 3. *tract.* 9. *diſp.* 25. dans XIII. DD. apud eundem.

An peccet lethaliter, aut venialiter ducens mulierem ob venuſtam pulchritudinem?

1781 Ducere uxorem ob ejus venuſtatem non erit veniale, ſi tantum ſit motivum, & nõ excludat alios fines.

Nega: dummodo ſit motivum, non finis, nec excludat alios fines. Sic Jacob laboravit, ut duceret Rachelem. Geneſis 20. Magiſter in 4. *diſt.* 30. ubi D. Bonaventura, & Paludanus. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 31. D. Antoninus *p.* 3. *tit.* 1. *c.* 19. §. 4. *concluſ.* Tiraquellus *l.* 2. *connubialium n.* 28. *in fine.*

An uxor ſe ornans, & fucis utens peccet?

1782 Uxor moderatè ſe ornãs non peccat, ſecùs ſi exceſſivè.

Diſtinguas: vel exceſſivè, vel moderatè ſe ornat.

Si moderatè, fortè ad tegendam deformitatem, nullum eſt peccatum, ſi deſit alius finis, vel circumſtantia turpis. Nam pulchritudo bonum eſt amabile. Geneſis 20. & ex exceſſu, vel prava circumſtantia poteſt reddi mala: unde moderata ex ſe nequit eſſe mala; cùm ſit ſpecies virtutis temperantiæ, quæ in extremis eſſet vitium. D. Thomas 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. Alexander de Ales 2. *p. ſumma q.* 151. *membro* 5. Martinus de Magiſtris *lib. de temperantia q.* 6. Joannes Andreas *in c. ea quæ fiunt. de regulis juris in* 6. Albericus *in dictionario v. ornatus.* Tiraquellus *l.* 3. *connubiali n.* 4.

Sed quid ſi exceſſivè ſe ornat, ut placeat ſuo viro?

1783 Si exceſſivè ſe ornet, ut placeat viro, etiam peccat

Adduc peccat; nam omnis exceſſus eſt peccatum in virtutibus moralibus, quæ tenent modum, juxtà illud Horatii *ſermonum lib.* 1. *ſatyra* 1. *v.* 106.

Eſt modus in rebus: ſunt certi denique fines,
Quos ultra, citràque nequit conſiſtere rectum.

Et ità ait Apoſtolus 1. ad Corinthios *c.* 12. ad Timotheum 2. ibi: *mulieres orare in habitu ornato.* D. Petrus 1. *Catholicarum c.* 3. ibi: *mulierum non ſit extrinſecus capillatura.* D. Ambroſius *lib.* 1. *de virginitate.* ibi: *naſcuntur incentiva vitiorum, & quæſitis coloribus ora depingunt, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus meditanti adulteria caſtitatis, & ità dum aliis ſtudent placere, plus ipſa ſibi diſplicet.* D. Cyprianus *lib. de habitu virginum.* ibi: *manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formavit reformare, & transfigurare contendunt,* & ibi: *non metuis, quæ talis es, nec cum reſurrectionis dies venerit, Artifex tuus te non recognoſcat ad ſua præmia, & promiſſa venientem removeat*; ubi videtur ſentire eſſe lethale, cùm removeat à gloria. D. Bernardus *de diverſis. ſerm.* 46. D. Gregorius *homilia* 11. *in Matthæum.* ibi: *nemo exiſtimet in luxu, atque ſtudio pretioſarum veſtium peccatum deeſſe, & homil.* 16. in Lucam idem aſſerit de hominibus utentibus pompa, & luxu.

An

(29) Attende tamen Prop. IX. Innocentii XI. ſupra laudatam. „ Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac „ defectu veniali.

An matrimonii jus violetur illicita ſimplici delectatione de aliena?

1784 Delectari de aliena jus matrimonii violatur. Vide *Adnot.*

NEga: nam ratione matrimonii acquirit jus ad copulam corporalem, & ſic ad omnia id, quod conducit ad dictam copulam; & conſequenter habet jus, ut fiat quod conducit, & evitetur, quod impedit copulam: ut aſt non ſimplex hæc delectatio, ſed adulterium, voluntas iocumbendi cum altera, oimia pollutio, ratione cujus oriatur impotentia ſolvandi debitom.

Unde conjugatus moroſè ſe delectans de altera ſimpliciter, ſinè, vel io coitu cum ſua, non tenetur axplicare ſe conjugatum: ſicuti delectans ſa de femina, non qua aliena, non eſt adulter: imò ſi delectat pro ut res pulchra aſt ſioe animo aliquo pravo, ſed ut ſuam ioeat magis excitatus maritalem copulam, peccare ait Candidus *tom.1. diſquiſit. 24. art. 22. dub. 54. n. 16.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. diſp. 7. q. 4. nu. 34.* delectatio namque ſumit ſpeciem ab objecto, ut cogoito. (30)

De Tactibus inter conjuges.

§. VI.

1785 Tactus indifferentes non mali, ſecùs ſi inhoneſti.

TActus alii indifferentes, ut firmantes amicitiam, verba licita, etiam inter non conjuges, choreæ, famolatus: laſcivi ſunt tactus inhoneſti inter ſolutos omninò mali contra præceptum caſtitatis ſervandæ.

1786 Inter conjuges tactus, aut juxta oaturam, alii contra, alii laſcivi indifferentes.

Ut verò diſcernamus, quæ ioter conjoges ſiot evitaodi. Diſtinguas triplicem tactuum differentiam: alii juxtà oaturam, ut ſunt per ſe conducentes ad copulam maritalem: alii contra naturam, ut ſunt, qui per ſe tendunt ad copulam contra naturam, ut ſunt ſodomiaci: alii laſcivi indifferentes, ut ſunt, qui ex intentione operantis ordinabiles ſunt ad copulam naturalem, & innaturalem.

1787 Tactus indifferentes etiam inter ſolutos liciti

Tactus omninò indifferentes liciti ſunt; ut inter ſolutos: ità inter conjuges, atiam ſi ex prava inteotione alterius detorqueantur ad malum fioem; dummodo exerceantur juxtà probatam patriæ conſuetudinem, à qoa tanquam à re licita quis abſtinere non tenetur, nè inorbaous appareat, ut in honeſtis choreis, licet alterius malitia aboteotis patria urbanitate, & involuotaria conſpurcetur. Sanchez 9. *de matrim. diſp. 45. n. 8.* Villalobos *tom. 2. tract. 40. difficult. 26. n. 5.* Filliuccius *tom. 1. tract. 30. c. 10. num. 198.* Caramuel *tom. 4. præterintentionali n. 2998.* idque excuſans germanos juvenes iotra limites modeſtiæ colloquentes affectuosè cum adoleſcentulis, juxtà morem patriæ ad conciliandam gratiam in ordine ad matrimonium. (31)

Tactus laſcivi in ordine ad copulam conjugalem.

CANON I.

1788 Tactus laſcivi in ordine ad copulam liciti sũt inter coojuges

CUi licet finis, licet mediatè, vel immediatè attingentia finem. *l. 2. D. de juriſdictione omnium judicum.* Unda quibus licet copula maritalis, liceot omnia verba, tactuſque omnes, ut ſunt media ad copulam conjugalem.

1789 Cui licet copula maritalis, licet omne id quod antecedit, comitatur, aut ſubſequitur copulam.

Cui licet principale, licent acceſſoria. *c. acceſſorium 42. de regulis juris in 6.* & ſic cui licet copula conjugalis, licet omne antecedens, coocomitans, ſubſequens, incidens, emargens: onde tactus poſt copulam, etiam ſuot liciti, ut acceſſorium ſubſequens liberè copulam. Hioc patet.

An conjugati ſe tangentes etiam intra vas, colloquentes, aſpicientes turpiter ſine ordine ad copulam ob ſolam delectationem, peccent mortaliter?

1790 Tactus inhoneſti inter conjuges ob delectationẽ non in ordine ad copulam ſunt lethales.

AFfirma; oam illa delectatio ad copulam noo ordinata eſt pollutionis interdictæ principium, eadem prohibitione, qua totum malum; matrimonium namqua ut dat jus ad copulam: ità reddit licita ad copulam ordinata, vel ex copula emergentia; ut enim copula maritalis, non alia licet: ità tactus ad illam copulam ordinati, non alii licebunt: Paludanus *in 4. diſt. 31. q. 3. art. 2. concl. 3.* Sylveſter *v. debitum conjugale q. 7.* Rodriquez *tom. 1. c. 219. concl. 11.* cootra Gabrielem à S. Vinc. *de matrim. diſp. 7. q. 4. n. 35. & q. 14. n. 118.* Baucium *tom. 2. opuſc. 1. q. 88.* Zanardum *par. 1. c. 41. num. 24.* Villalobos *tom. 1. tract. 13. difficult. 42. num. 1.* Silvium 2. 2. *qu. 154. art. 4. concl. 51.* Filliucc. *tom. 2. tract. 30. c. 10. n. 195.* quos citat, & ſequitur Diana *par. 3. tract. 4. reſol. 125.* docentes non eſſe mortale inter conjuges oſcula etiam rei impudicæ, verba turpia abſque copulæ intentione; imò Diana *ibidem §. notandum eſt.* putat inter ſolutos eſſe quidem peccatum mortale, verùm noo eſſe explicandam partem turpem tactam, & obſculatam; quia eſt circumſtantia non mutans ſpeciam, ſed aggravans. Cui quoad hoc aſſentior, maximè quia inde purior confeſſio.

Hinc patat eſſe peccatum mortale tangere pudenda uxoris ob delectationem, pollutionis priocipium, contra quoſdam: licèt Sanch. 9. *de matrim. diſp. 17. n. 5.* velit non eſſe mortale, ſi iotendat ità ſe excitare ad copulam maritalem.

Tactus ad expellendum ſemen corruptum an liceant?

1791 Ambiguum eſt an poſſit expelli ſemẽ corruptum tactibus.

HUjuſmodi tactus non ordinantur ad copulam, ſed potiùs ad evitaodum morbum, in quo primo retineas ſemen corruptum non eſſe ſemen, ſicuti homo mortuus non eſt homo. Secundo habes obſcurum eſſe ao ſemen corrumpi poſſit, licèt enim peccare poſſit in quantitate, & qualitate.

Hinc colligitur ſemper eſſe periculum ejicieodi ſemen verum, cui periculo occurri debet oon ejiciendo: licèt poſſe expelli voluerit Sanchez *4. de matrim. diſp. 17. n. 19.* Villalobos *tom. 2. tract. 40. difficul. 16. n. 4.* Sancius 21. *ſelectarum n. 29.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. diſp. 7. q. 4. n. 37.* id aſſerens, ſi actio non tendat ad emiſſionem veri ſeminis. Bonac. *qu. 3. de matrim. punct. 10. n. 11.*

1792 Auctor docet ſemper prohibitum ejicere ſemen, etiam corruptum.

Ego putaverim Deum cujuslibet ſeminis prohibuiſſe atiam corrupti ejectionam; cùm nulla ſit in præcepto diſtinctio, molliſqua ſit tam verum, quàm corruptum ejiciens. Rebellus *par. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 3.* Salas *par. 2. tom. 2. q. 74. tract. 13. diſp. 6. ſect. 15. n. 90.* videſis Caramuelem id funditùs *in præterintentionali n. 2999.* etiam examinan-

(30) Illicita ſimplex delectatio de aliena in conjugato matrimunium lædit: quia fides matrimonii exigit, ut nec cogitatione de alia delectetur illicitè, ſeù moroſè.

(31) Vide tamen Prop. 40. Alexandri VII. quæ ſic habet „ Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe „ tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecloſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis „ quam eruditè explicat, & impugnat Auctor in *Anacephaloſi tit. 18. n. 854.*

Digitized by Google

minantem an expellendo corruptum ſit peccatum; deciſio verò noſita, & præterintentionalis.

Tactus contra naturam?

1793 Tactus contra naturam illiciti.

UT copula contra naturam: ità tactos, vel ad illam per ſe ordinati, ſont illiciti; ſicuti enim Deus ob copulam maritalem licitam reddit licitos tactus ad illam tendentes, annexos, conſequentes (in quibus ſatis eſt ſi non excludatur copula; non enim requiritur ut intendatur expreſsè) ità prohibita copola contra naturam, prohibuit omnes tactos per ſe illam reſpicientes.

Hinc patet.

An ſit mortale ani ſuperficiem à viro tangi pudendo, ut ſic ſe excitet ad copulam naturalem?

1794 Eſt mortale ſe excitare ad copulam tactibus contra naturam.

AFfirma; quia eſt tactos per ſe ordinatus ad copulam contra naturam, & ſic interdictus cum ipſa copula, contra Sanchez 9.*de matrim.diſp.*17.*n.*5.

An ſit mortale incoare intra anum, complendam in vaſe naturali copulam?

1795 Eſt inchoare contra naturam copulã, & perficere in vaſe naturali.

AFfirma; nam talis tactos per ſe tendit, imò eſt initium copulæ contra naturam; & ut prohibetur tota copula: ità principium, quæ eſt major pars copulæ innaturalis. Sanchez 9.*de matrim.diſp.*17.*n.*5. contra Navarr. *lib.*5.*conſiliorum. de pænitentiis, & remiſſionibus. conſ.*7. Occadom 4.*diſt.*31.*qu.*11. §.10. Zerolam *praxis pœnitentiæ.c.*12.*q.*15. Zanardum *par.*1.*Directorii.c.*41.§.10. ajentes licere, ut licent alii tactus præparantes copolam naturalem.

An tactus laſcivi indifferentes liceant?

1796 Tactus laſcivi indifferẽtes inter cõjuges licent.

AFfirma; nam ſemper ac non excluditur copula naturalis, cum tactus ſint indifferentes ad illam, præſumetur ordinatus ſaltem mediatè; cùm præſumatur tangens non delinquere. *c.unico.de ſcrutinio.* Quæ ratio non currit in tactu ex ſe ordinato ad copulam innaturalem.

An liceant tactus ſine ordine ad copulam?

1797 Tactus ſine ordine ad copulam non licent.

DIſtinguas: vel intenditor delectatio excludendo copulam, & non licent; nam eſſet velle principium pollutionis, ut eſt delectatio: vel copula non excluditur, & licent; nam ſatis eſt, ſi ex ſe ordinabiles ſint, licèt actu ad copulam non ordinentur.

An abuſus corporis ſodomiticè inter conjuges ſit adulterium?

1798 Copula contra naturam inter conjuges non eſt adulterium.

NEga; nam non eſt alieni tori violatio. D.Thomas 2. 2. *qu.*154. *art.*8. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.n.*36.

An explicandum in confeſſione copulam contra naturam commiſſam cum uxore?

1799 An id eſt explicandum commiſſum cũ conjuge.

NEga; ſed ſatis eſt peccatum ſodomiticum fateri; nam non diverſificat ſpeciem, ſivè cum uxore, ſivè cum aliena, ſivè cum maſculo, ſivè cum femina habeatur. Mazzucchellus apud Dianam *par.*9.*tract.*7.*reſol.*36. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.q.*4.*n.*36.*in fine,*

An tactus, oſcula inter conjuges liceant, quando nequit copula haberi ob affinitatem ſupervenientem, Eccleſiæ interdictum.

1800 Tactus, oſcula inter conjuges videntur liciti, & ſi copula ex cauſa haberi nequeat.

AFfirmat Gabriel à S. Vinc. *diſp.* 7. *de matrim.qu.*14.*n.*18. etiam quando eſt dubius valor matrimonii, ut licent inter ſponſos de futuro. (32)

An conjugatis ſit licita delectatio moroſa de copula habita, quando ſunt abſentes?

AFfirma. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.n.*116.quia eſt delectatio rei licitæ, licèt ſequatur alteratio: dummodo deſit periculum pollutionis; ex dictis patet reſponſio noſtra. 1801 Licet delectari de copula præterita abſque verò periculo pollutionis.

De Debito Maritali.
CAPUT XI.

UT diudicemus flagitia, quæ poſſunt committi in copula maritali, Indigitemus ex contractu matrimonii reciprocam emergere obligationem reddendi debitum petenti; in qua obligatione, primo onus petendi, ſecundo onus non petendi, tertio debitum reddendi, debitum negandi, vel liberè permittendi copulam. 1802 Ex nuptiis oritur onus reddendi debitum petenti.

CANON.
§. I.

IN debito maritali eiſdem principiis, ac in reſtitutione differendum; nam actus juſtitiæ eſt debitum ex contractu reddere, itaut cauſæ excuſantes, aut non à debiti redditione, excuſent etiam in debito maritali; nè tamen brevitas laconicè inaudita damnetur, ſequentia dignoſcito. 1803 Debitum cõjugale regulandum iiſdem principiis Reſtitutionis.

An conjux teneatur petere debitum ex vi juſtitiæ?

NEga; nam juſtitia obligat non ut petatur, ſed ut petenti reddatur debitum, creditor namque, ut hìc eſt petens, non tenetur ſuo jure uti. Sanchez 9.*de matrim. diſp.*2. *num.*72. Leander *tom.*2.*tract.*9. *diſp.*25.*qu.*3. dans quinque Doctores. 1804 Conjux non tenetur petere ex juſtitia, ſed reddere.

An urgente periculo incontinentiæ teneatur petere?

AFfirma; ſi aliter nequeat removere periculum, oratione, ſtudio, maceratione, idque non vi juſtitiæ, quæ eſt ad alterum, ſed vi caritatis erga ſe ipſum removendum à malo; ut enim in extremis neceſſitatibus corporis: ità fortiùs in neceſſitatibus animæ tenetur media ſalutis neceſſaria adhibere. Sanchez 9. *de matrim.diſp.*2.*n.*2. Pontius 10.*de matrim. c.*2.*n.*2. Hurtadus *diſp.*10. *difficul.*11. Palaua *diſp.*3.*p.*4. *num.*1. 1805 Si urgeat periculum incontinentiæ, ex caritate tenetur petere.

An urgente periculo incontinentiæ alterius conjugis teneatur petere?

AFfirma: non vi juſtitiæ, ſed caritatis ſuccurrentis periclitanti. D. Thomas *in* 4. *diſt.*32.*qu.unica art.*2.*quæſtiuncula* 1.*ad* 1. Sanchez *loc. cit. n.*6. Pontius *loc. cit. n.*3. Coninck *diſp.*34.*dub.*2. Hurtadus *loc.cit.* 1806 Eadem caritate tenetur petere ſi adſit periculũ incontinentiæ in alio conjuge.

Quando quis tenetur ex juſtitia non petenti dare?

IN multis caſibus, præcipuè ſi alter non petat impeditus ignorantia, qua putat ſe petere non poſſe, vel ſi non petat ex verecundia, ex timore, vel alio impedimento. Enim verò debitor tenetur reſtituere creditori non petenti, verecundia, robore, ignorantia. 1807 Etiam non petenti aliquando ex juſtitia dandum eſt.

De Debito non petendo?

§. II.

IN multis nequit vir debitum petere à ſua uxore. Primo, ex cauſa, ex qua nequit licitè contrahere matrimonium: puta votum, de quo mox plura dicenda. Secundo, ex cauſa pullulante jam matrimonio contracto, ut eſt affinitas, vel cognatio ſpiritualis. Tertio, ex nullitate 1808 Caſus in quibus debitum non petendum.

te

(32) Sed res meliùs examinanda eſſet, præter quoad ſponſos.

te matrimonii, vel illius valoris dubietate. De quibus, & aliis hic diſtinctiùs: & primo

De impedimento Matrimonii non irritante.

§. III.

1809 Peccat quis iniens nuptias cũ impedimento, etiam non dirimenti.

CErtum eſt delinquere contrahentem matrimonium impeditum, etiam impedimento non dirimenti; difficultas eſt.

An jam contracto illicitè Matrimonio liberè poſſit petere, & reddere?

1810 Impedimenta non petendi alia reſpiciunt cõtractum, alia copulam.

IMpedimenta hujuſmodi non dirimentia duplici gaudent differentia: alia reſpiciunt contractum matrimonii, ut votum non nubendi, votum profitendæ Religionis, ſponſalia priora: alia reſpiciunt per ſe copulam maritalem, ut votum caſtitatis per ſe tendens ad excludendam copulam, aliumvè actum turpem.

CANON I.

1811 Quæ reſpiciunt cõtractũ, non reddunt illicitã copulæ petitionem.

IMpedimenta reſpicientia contractum, non copulam, non reddunt illicitam debiti petitionem; nam illam non reſpiciunt.

CANON II.

1812 Quæ copulam, impediunt illam petere.

IMpedimenta per ſe reſpicientia copulam maritalem, impediunt debiti petitionem; nam impediunt copulam. Verùm quia non omnes valent colligere concluſiones ex principiis, illas aglomeremus.

An ligatus ſimplicè voto caſtitatis, contrahens Matrimonium, poſſit petere debitum?

1813 Cum voto caſtitatis iniens nuptias, nequit copulam petere.

NEga; nam illud votum per ſe reſpicit copulam, à qua vovens debet ſe abſtinere in quantum poteſt, & poteſt non petendo ſe abſtinere. Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 33. *n.* 3. Pontius 10. *de matrim. c.* 5. *n.* 5. contra Aureolum *in* 4. *diſt.* 38. *q. un. pag.* 186. Gloſſam *in c. ad limina* 7. 30. *qu.* 1. alioſque apud Sanchez *loc. cit. num.* 4. apud Bonaventuram *in* 4. *diſt.* 38. *art.* 2. *qu.* 1 *in fine.* ibi: *omninò abſolvitur à voto;* & alios, quos cito IV. *ſelectarum.* §. 103. *n.* 130. ubi *n.* 231. examino, an ſi ſit valdè difficilis non petere ob votum, excuſetur tanquam à lege rei difficilis.

1814 Quid ſi valde difficile non petere.

Idque ſi difficultas gravis ſit manentis innuptæ omni auxilio deſtitutæ, niſi nubat?

1815 Voto caſtitatis adſtrictus non ſolùm primo, ſed deinde nequit petere.

Non ſolùm nequit petere primo, ſed etiam deinde, licèt conſommaverit nuptias. *c. quidam. de converſione conjugatorum.* D. Thomas cum LXXIII. Doctoribus apud Sanch. 9. *de matrim. diſp.* 33. *n.* 5. Hurtadus *diſp.* 10. *difficult.* 8. contra Gloſſam *in c. fin.* 27. *q.* 1. Vera Crux *par.* 1. *ſpeculi. art.* 15. *concl.* 2. Cardinalem *in c. rurſus. qui Clerici, vel voventes.* Intelligas, niſi aliter ſit conſtitutus in periculo incontinentiæ; nam tunc petendo reddit. Palaus *diſp.* 4. *punct.* 4. §. 7.

Quid operetur tale Votum?

§. IV.

1816 Votum emiſſum ante nuptias impedit copulæ petitionem, alium actũ, aut perſonã non admittere, & ſolutis nuptiis iterum non nubere.

TRia: primo, nè petat, niſi petere ſit reddere. Secundo, nè alium actum, aut extraneam admittat perſonam. Tertio, nè ſoluto matrimonio nubat iterum; nam quando ad hoc votum ſervari poteſt, debet ſervari; contra quoſdam apud Sanch. 9. *de matrim. diſp.* 33. *q.* 2. volentes votum omninò extinctum.

Quid operetur Votum non petendi debitum emiſſum à conjugato?

§. V.

1817 Votum conjugati non petendi operatur id, quod poteſt abſque præjudicio alterius.

OPeratur quidquid poteſt ſine præjudicio alterius conjugati. S. Thomas *in* 4. *diſt.* 38. *qu.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 2. *ad* 4. Navarrus *c.* 12. *n.* 60. contra Tabienam *v. matrim. qu.* 3. Armillam *v. debitum* 19. & alios ajentes tale votum eſſe nullum, quia præjudiciale alteri: quod firmum non videtur; nam vi matrimonii ſolummodo reddere tenetur.

Quid operetur Votum abſolutum Caſtitatis emiſſum à Conjugato uno, altero ignorante?

§. VI.

TEnet, & operatur nè petat, licèt reddere poſſit; nam tantùm ad reddendum obligatur, eique vi matrimonii libera, & licita eſt petitio, ad quam tanquam creditor non tenetur, & voto poteſt liberum petendi actum à ſe tollere, ut actus valeat quantum poteſt, quando nequit valere ut ſit. *c. quidam* 3. *c. placet.* 12. *de converſione conjugatorum. c. un. de deſponſatione impuberum.* XX. Doctores apud Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 35. *n.* 25. citans plures ajentes nullum tale votum. 1818 Votum abſolutum caſtitatis altero conjuge ignorante impedit petere, licèt reddere poſſit.

An dans alteri Conjugi licentiam vovendi Caſtitatem, poſſit petere debitum?

AFfirma: nam non ipſe, ſed illa caſtitatem vovit, & licentia tollit difficultatem opinionis dicentium votum eſſe nullum abſque licentia conjugis: plures quos ſequitur Sanchez 9 *de matrim. diſp.* 36. *num.* 5. contra Gloſſam *in c. cariſſimus.* ubi Abbas *n.* 5. *de converſione conjugatorum,* ajentem non poſſe petere. 1819 Dans licentiam conjugi ut voveat caſtitatem, petere poteſt.

Si verò mutuo conſenſu ambo voveant caſtitatem; tunc ratione voti uterque caret jure petendi.

An verò illicitè petenti alter reddere teneatur, & poſſit licitè?

AFfirmat Vera Crux *par.* 1. *ſpeculi. art.* 15. *in fine.* Petrus Ledeſma *de matrim. qu.* 53. *art.* 1. *dub.* 2. Negant plures apud Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 37. *n.* 10. Pontius *loc. cit. n.* 21. quia conſenſus operatur, ut quis cedat juri ſuo; & mihi certum eſt non teneri reddere; quia nemo tenetur reddere non habenti jus exigendi, ut vovens caſtitatem caret jure exigendi. 1820 Illicitè petens an alter licitè reddere teneatur.

An verò licèt non teneatur reddere, valeat licitè, & liberè reddere?

QUæſtio pendet ex duplici difficultate: primo, quia votum eſt onus, & ſic interpretandum, ut obliget minus: unde in dubio an voverit etiam caſtitatem, quoad non reddendum illicitè petenti talis voluntas non præſumitur, ſicque jure voti redditio non impeditur; difficultas nunc eſt. 1821 Qui reddere non tenetur, an valeat licitè, & liberè reddere.

An teneatur non reddere, nè cooperetur injuſtæ petitioni, cùm peccato alterius non ſit cooperandum, ut non eſt cooperandum injuſto homicidio?

ET mihi reſpondendum videtur id non eſſe cooperari alterius peccato, cùm alter paratus jam peccaverit petendo, nec quis nè alius paratus non peccet, imò potiùs peccatum non augeat, tenetur deſiſtere, & cedere juri ſuo proprio: ſic non tenetur femina non petere quod ei debetur, quia alius dat ex malo fine. 1822 Non cooperatur injuſtæ petitioni reddens ei, qui nequit petere.

Id enim non eſt cooperari ad malum, ſed licito jure ſuo uti: ſic pauper licitè accipit eleemoſynam, licèt ſciat dantem ex malo fine largiri.

Ità conjux illicitè petenti reddit, quia reddere ei non interdicitur: maximè ſi reddat, nè contentiones, diſſidia, vel majus malum naſcatur.

In quo patet differentia ab illo, qui cooperatur injuſto homicidio; nam nullum habet jus cooperandi homicidio: at femina habet jus reddendi, cum voto ſe tali jure non privaverit. Inſuper patet non poſſe reddere petenti publi-

et,in loco ſacro,cum periculo abortiendi; nam caret jure reddeodi io tali rerum contingentia, ipſaque reddito mala eſt ex circumſtantia loci. Gabriel à S.Vincentio *diſp 7. q.a.* qui *n.15.* affirmat debitum eſſe reddendum quando perſona noo poteſt petere, & petit ex impedimento perſonali, puta ratione voti; oam votum ſolùm reddit petentem malè petere, non verò copulam reddit melam, cùm per votum adhuc alterius corporis retinuerit dominium,rem enim ſuam petit.

Excipit tameo *n.17.* ſi nequeat petere ob inceſtum in ſecundo gradu; itàut tuoc ei debitum non ſit petenti reddendum in pœnam inceſtus. *c.diſcrectionem.6.c.tua.10.de eo,qui cognovit conſanguineam*, ut etiam oon tenetur reddere adulteranti, vel intra bimeſtre ab initio metrimonio oon conſummato. Paludanus *in 4. diſt.* 38. *q.3.art.6.n.43.*

An poſſit vovens caſtitatem reddere debitum?

1813 Vovens caſtitatem poteſt debitum reddere.

HÆc infrà erat reſolvenda contentio, hìc breviùs indigitatione ſolvitur. Affirma, etiem prima vice; nam vi contractus validi obligatur, niſi velit liberè Religionem ingredi, quod ex juſtitia petenti reddere debet. extravagans *antiqua. de voto*; ubi etiam conjugatus,in Saeris deindè conſtitutus, tenetur petenti conſummationem reddere. Coninck *diſo.a.dub.5.* Pontius *lib.10. c.5. n.* sa. plurer epud Sanchez *9.de matrim.diſp.34.n 3.*citans plures *n.a.* ajentes non poſſe conſummare, ſed debere ingredi Religionem.

Poteſt autem non reddere caſu,quo amitteret alterius jus petendi ob adulterium: ſed etiem non teneri divertere, quia voto ſtrictè interpretando ad id non intelligitur ſe adſtrinxiſſe, tuetor Sanchez *diſp. 35. num.* a8. contradicente Pontio *lib.10.c.5.n.19.* moto, quia tunc poſſet etiam quòad illam partem ſervare votum, ſcilicet etiam non petendo.

An conſummato matrimonio voventes mutuo conſenſu caſtitatem poſſint petere, vel reddere?

1814 Conjuges mutuo voventes caſtitatem nequeunt petere, vel reddere.

NEga; nam unus alterius peccato cooperaretur, nequit tamen unos ſine alterius conſenſu vovere in omni caſu, & nunquam petere; nam votum eſſet præjudiciele alteri, adſtricto cum robore, & confuſione ſemper debitum petere. D.Thomas *in 4.diſt.32.q.1.art.4 ad 3.*ibi: *ſed quia ſi alter nunquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dum oportet unum ſemper confuſionem debiti petendi ſubire,ideò alii probabiliùs dicunt quod neutrum poteſt unus abſque conſenſu alterius vovere. & in 4.diſt.34. q.1. art.2. quæſtiunculu* 2.*ad* 4. concludit his verbis. *Qui habet votum caſtitatis non poteſt debitum petere ſine peccato, quamvis poſſet ſine peccato debitum reddere exigenti,poſtquam ad hoc obligatus eſt per carnalem copulam*; Hoc autem intelligendum eſt ſive mulier petat expreſsè, ſivè interpretetivè, ut quaodo mulier verecunda eſt, & vir ſentit ejus voluntatem; tunc enim ſioe peccato reddere poteſt, & præcipuè ſi ei immineat periculum caſtitetis. Quidam tamen dicunt, quòd poteſt petere, & reddere, nè oimis oneroſum matrimonium reddatur uxori ſemper petenti.

De Voto Religionis in ordine ad Matrimonium.

§. VII.

An vovens Religionem poſſit petere debitum?

NEga; & peccat primo reddendo, vel petendo; nam per copulam ſe inhabilitat ed profeſſionem eltero conjuge invito. At nemo poteſt ſe liberè inhabilitare ad votom impleodum. 1815 Vovens Religionē privatur petitione debiti.

Conſummato verò matrimonio liberè, poteſt reddere, & petere, impoſſibilitata jam materia voti: nec eſt votum caſtitatis deficientis cum ipſa materia; nem votum Religionis ante,non poſt conſummationem valet impleri;ideò conſummatione tollens materiam voti peccat reddendo, vel petendo; cùm nullum votum transgrediatur, non Religionis jam defectu materiæ non obligantis,non caſtitatis à ſe noo emiſſum; ergo licitè, & plenè poterit uti ſecunda vico conſummatis validis noptiis; cùm talis copula non ſit contra votum Religionis jam non extantis,nec contra votum caſtitatis non emiſſum. Nevarros *c.12. n.80.* Sanchez *loc.cit. n.15.* Pontius *loc.cit. n. 4.* contra Cottum *lib. 5. inſtitutionum. tit. 12.num.18.* 1816 Si matrimonium conſummavit, peccat, & poteſt reddere, & petere.

Imò nec teneri Religionem ingredi,etiam ſoluto matrimonio,ait Abulenſis *q.27.Levitici.6.* licèt oppoſitum docuerint multi apud Sanchez *loc.cit.n.16.* Pontium *loc.cit.c.5.n.4.* 1817 Et tunc ſoluto matrimonio non tenetur ingredi Religionem.

An Conjuges mutuò voventes Religionem ante conſummationem, poſſint ante ingreſſum, matrimonium conſummare?

AFfirma; nam mitiòs interpretandum votum,etiam deindè poſt conſummationem ſervabile profeſſione utriuſque; niſi certum ſit ſe voto profeſſionis obligaſſe ad non coofummandum; non enim tunc à voluntate voventiom recedi poteſt. Conſummate namque non opponitur voto profeſſionis, licèt opponatur caſtitati noo devotæ. Gabr.à S.Vinc. *de matrim. diſp.7.q.12.n.97.&* 98. 1818 Voventes Religionem ante conſummationem, ante ingreſſum poſſunt nuptias conſummare.

Si votum ſit de ingreſſu Religionis mutuò conſummato jam matrimonio,uterque Religionem ingredi tenetur, & altero illicitè recuſante, alter licitè poteſt non ingredi; quia non eſt ſervata ex parte alterius requiſita voti conditio, & interim poſſunt uti matrimonio petendo, & reddeodo Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.n.99.* 1819 Voventes Religionem ingredi mutuò conſummato matrimonio, uno illicite recuſante, alter licitè poteſt non ingredi

Votum ſuſcipiendi Ordines Sacros.

§. VIII.

EFficit ut nequeat licitè contrahi matrimonium: illo tamen contracto, & rato,poteſt peti, & reddi debitum liberè, & licitè; quia eſt impoſſibilitata voti materia: cùm nequeat laicus conjugatus ad ordioes jure promoveri. Extravegans *antiqua. de voto.* Doctores apud Sanchez *9.de matrim. diſp.24. n.6.* Pontius *lib.10. c.5. num.15.* Gebr.à S.Vinc.*de matrim. diſp.7. qu. 12. n.100.* contra Rodriquez *tom.1. ſumma qu. 242. n. 3.* ajantem peccare mortaliter conſummando. 1820 Voto ſuſcipiendi Ordines majores illicite contrahuntur nuptiæ.

Vovens non contrahere Matrimonium.

§. IX.

PEccat contrahendo,nō verò conſummando petitione, aut redditione debiti; nam inde votum non habet materiam contractus matrimonii impoſſibilitatam, oec eſt votum caſtitetis. Hurtadus *de matrim.diſp.10. difficul.8.* Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.par.10.n.89.*advertens ſolutis initis, alias nuptias inire non poſſe. 1821 Vovens non contrahere peccat contrahendo, nō conſummando.

De

Digitized by Google

De impedimento petendi ob ſupervenientem affinitatem.

§. X.

CANON I.

1312 Innocens nõ privatur jure petendi debitum.

INnocens jure ſuo petendi non privatur, ſive matrimonium ſit ratum, ſive conſummatũ non enim alterius delicto puniri debet. *c. diſcretionem* 6. ibi: *ſed nec affinitas, quæ poſt contractum legitimè matrimonium inter virum, & uxorem iniquè contrahitur, & debet officere, quæ hujuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit, cum ſuo jure non debeat, ſine ſua culpa privari.* & *c. tua fraternitatis* 10. ibi: *cum affinitas poſt matrimonium iniquè contracta illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit. de eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.*

1313 Et nocens tenetur reddere, etiam intra bimeſtre.

Hinc innocens poteſt petere, & nocens ei reddere tenetur, & etiam poteſt intra bimeſtre initi matrimonii rati nocens reddere, nec tenetur Religionem ingredi. Petrus Ledeſma *de matrim. qu.* 55. *art.* 6. contra Paludan. *in* 4. *diſt.* 27. *qu.* 1. *art.* 3. ajentem nocentem in matrimonio rato ingrediendum Religionem.

CANON II.

1314 A copula illicita ex affinitate nocens nõ poteſt petere, nec innocẽs tenetur reddere.

EX affinitate ex copula illicita ſuperveniente, nocens non poteſt petere debitum, nec petenti reddi debet ab innocente. *c.* 1. ibi: *ſi quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec filiam unquam habere poteſt uxorem. c. diſcretionem* 6. *c. tua fraternitatis.* 10. *c. Jordana mulieris.* 11. *de eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.* Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 27. *n.* 1. Pontius 10. *de matrim. c.* 7.

Nec privatio petendi debitum eſt pœna legalis delicti illiciti congreſſus. *c.* 1. *c. diſcretionem.* 6. ibi: *cum ſuo jure non debeat ſine ſua culpa privari. c. tua fraternitatis.* 10. *in fine, & c. fin.* ibi: *ne jure ſuo quis ſine ſua propria culpa fraudetur. de eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.*

Hinc innocens tali pęna puniri non debet, cùm pœna ſuum debeat tenere anctorem. *c.* 1. 6 10. *& fin. de eo, qui cognovit conſanguineam. c. ſine culpa. de regulis juris in* 6. *c. inventum.* 16. *q. ult. c. ſatis perverſum. diſt.* 56 Unde ſi affinitas naſcatur ſine culpa: puta ſi omninò nolens opprimatur: vel ignorans ſororem ſuæ uxoris, vir illam cognoſcat: vel in ſomno, ebrietate, aut amentia; tunc non privatur petitione debiti, quia innocens tali pœna nequit puniri.

An talis pœna privationis debiti afficiat ignorantes, etiam ignorantia craſſa?

1315 Ignorant a talem pœnam, illam non contrahunt.

NEga; nam ut cùm de *Privilegiis ignorantia* concludebamus, quoties lex exigit ſcientiam, quævis vera ignorantia excuſat à pœnis illius legis; in re autem noſtra privatur petitione debiti ſcienter contrahens affinitatem. *c. ſi quis* 1. ibi: *cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, non poteſt à matre debitum petere. de eo, qui cognovit conſanguineam*: unde meritò quævis vera ignorantia excuſat. *c. in lectum* 6. 34. *q.* 1. Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 32. *n.* 45. Pontius *loc. cit. n.* 10. Idque ſive ignorantia ſit juris, ſive facti ſciens ſe delinquere, ſive ignoret ſe delinquere, ut amens, ſivè ignoret deeſſe talem pœnam. Bonac. *qu.* 4. *de matrim. punct.* 2. *num.* 6. Curiel 2. 2. *q.* 76. *art.* 2. *dub.* 4. Navarr. *c.* 23. *n.* 47. Palaus *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *punct.* 17. *n.* 8. Diana *par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 12. Gabr. à S. Vinc. *de matrim. diſp.* 7. *q.* 9. *n.* 77. & 80. contra Leandrum *tom.* 2. *diſp.* 25. *q.* 62. plures alios apud Sanchez *loc. cit. num.* 44.

An talis pœna exigat ſententiam Judicis, ut incurratur?

1316 Ut incurratur iſta pœna non requiritur ſententia Judicis.

NEga; nam illa eſt pœna non de jure Divino, ſed uſu fidelium interpretante. Sanchez *loc. cit. n.* 2. Pontius *lib.* 10. *c.* 6. *n.* 13. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* de quo cum *de Legibus* erit ſermo. contra Simancham *de inſtitutionibus Catholicis. n.* 202. dicentem eſſe incertum an illicò inceſtuoſus contrahat dictam pœnam.

Uſque ad quem gradum talis pœna ſe extendat?

1317 Iſta pœna extẽditur uſque ad ſecũdum gradũ.

USque ad ſecundum. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 4. Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 28. *n.* 14.

An affinitas contracta ex copula vi, metu gravi injuſto, privatur petitione debiti ſi cognoſcatur?

1318 Affinitas ſi ſit ex vi, metuque injuſto, non privat petitionem debiti.

NEga; nam illa eſt pœna legis humanæ, cum tanto onere non ligantia. *c. erit. diſt.* 4. Navarrus *c.* 27. *n.* 63. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 78. Del Bene *tom.* 2. *de officio ſanctæ Inquiſitionis p.* 2. *dub.* 231. *ſect.* 3. *petitione* 10. *n.* 5. ajens nec eſſe denunciandum cognoſcentem, nè infametur clamore ſollicitantis. Souſa *de confeſſariis ſollicitantibus. q.* 11. *n.* 36. contra aliquos apud Sanchez *loc. cit. diſp.* 31. *n.* 4.

Ex qua regula: legem ſcilicet humanam non obligare cum gravi onere, irretitum tali pœna, adhuc poſſe petere debitum, ſi ſit in proximo periculo flagitioſæ incontinentiæ, niſi valeat diſpenſationem petere: ſi non petere poteſt, ut conſulat alterius incontinentiæ, multò fortius, ut ſuam evitet, argumento Capituli. *tua fraternitatis.* 10. ibi: *quod ſi fortè commonitioni tuæ petere recuſans talis fuerit, & debebit cum, Dei timore debitum ei ſolvere conjugale. de eo, qui cognovit conſanguineam.* Quintanadueñas *to.* 1. *tract.* 9. *ſingulari* 12. Gabr. à S. Vincent. *loc. cit. num.* 8.

An ſi inceſtus ſit mutuus, compenſetur pœna?

1319 Si uterque conjux ſit inceſtuoſus, nõ compenſatur pœna.

NEga; nam talis pœna non eſt ad favorem, ſed in odium delinquentium, & ſic nequit renunciari, vel compenſari; nam compenſatio currit inter creditorem, & debitorem. *l.* 1. *D. de compenſationibus*; & in delictis quando pœna redundat in commodum mutuum, ut in adulterio, ratione cujus innocens poteſt divertere. *c. penult. & fin. de adulteriis*, & conſequenter neuter tunc poteſt petere. *c. noſſe* 3. *q.* 1. nè malitia patrocinium habeat. *c. ſicut. de cognitione ſpirituali.* Roſella v. *impedimentum* 6. *n.* 6. contra Goffredum in *c. ſicut. de cognatione ſpirituali.* Baſſæum *in* 4. *diſt.* 42. *q. unica art.* 3.

An ſit debitum reddendum petenti ab eo, qui contraxit affinitatem ad finem non reddendi?

1320 Si inceſtus ſit factus ne reddat, reddere tenetur petenti.

AFfirma, nè ex malitia patrocinium reportet. *c. ſicut. de cognatione ſpirituali.*

De Impedimento petendi ex cognatione ſpirituali.

§. XI.

1321 Ex cognatione ſpirituali ſcienter contracta privatur petitione debiti.

DE hoc impedimento petendi, pari ratione decidas, ac de præcedenti, ſcientia requiritur in baptizante, levante, ut ſcilicet pœna hujuſmodi incurratur non petendi debitum, & ſic ignorans ſuum, vel conjugis filium à ſe baptizari, à prædicta pęna excuſatur. Pontius 10. *de matrim. c.* 6. *n.* 10. *c. ſi vir. de cognatione ſpirituali.*

Quot

Quot modis contrahatur.

1842 Contrahitur ex copula, aut ſine ea.

DUplici. Primo ex culpa. Secundo ſine culpa: Ex culpa ſi baptizet ſcienter, & ſine neceſſitate ſuum filium; cùm prohibeatur id de jure. *cauſa* 30. *q.*1. Sine culpa eſt, ſi baptizet in neceſſitate, puta filium moribundum.

Qua culpa privatur pena privationis petitionis debiti?

1843 Scienter, & abſque neceſſitate baptizans filiũ ſuum, privatur debiti petitione, ſecùs ſi abſque culpa.

CUlpabilis, non verò inculpabilis; & ſic nocens nequit petere, licèt teneatur reddere innocenti petenti debitum, nè malitia ei patrocinetur. *c. ſi vir. de cognatione ſpirituali. c.*3.30.*q.*1. Sanchez 9.*de matrim.diſp.*27. Hurtadus *diſp.*10. *difficult.*7. Bonacina *diſp.* 4. *de matrim.puncto* 2. ſed uberiùs.

An ſcienter culpabiliter contrahens cognationem ſpiritualem, privetur jure petendi debitum?

1844 Cum culpa contrahens cognationẽ ſpiritualem, privatur petitione debiti.

AFfirmant communiter cum D. Thoma in 4. *diſt.*42. *q.*1. *art.*1. ubi D. Bonaventura, & plures apud Sanchez *loc.cit.n.*7.

1845 Sunt, qui negant privari.

Negant Durandus in 4. *diſt.*42.*q.*1.*art.*3. Coninck *diſp.*34.*dub.*8. *n.* 66. & Suarius ait nullo jure oppoſitum probari *tom.*3.*de Sacram. q.*67. *art.*8. §.*penult.* & textus in *c. ſi vir, vel mulier.* 2. *de cognat. ſpirituali* tantùm decidit, quòd non ſint ſeparandi vir, & mulier ſcienter, vel ignoranter filium ſuum de ſacro fonte ſuſcipiens, quòd in re pœnali non debet, nec à contrario ſenſu aptari huic controverſiæ, de qua agitur: ut in materia *de Legibus interpretandis* probavimus: verba textus ſunt. *Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd quamvis generaliter ſit inſtitutum, ut debeant ſeparari, quidam tamen humaniùs ſentientes, aliter ſtatuerint. Ideòque nobis videtur, quòd ſivè ex ignorantia, ſive ex malitia id fecerint, non ſunt ob invicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi ad continentiam ſervandam poſſint induci: quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet patrocinari, vel dolus.*

Hæc ſunt verba textus, ubi vides, non eſſe ſubtrahendum debitum, & ſic petenti reddendum; nam debitum petenti creditori ſubtraheretur, cùm debitum ſit reſpectu creditoris. Cum hoc tamen ſtat Gloſſa in *d.c. ſi vir.*2.*v.debitum*, ubi aſſerit ſcienter ſine neceſſitate baptizantem, vel levantem, non poſſe exigere, licèt in fine concludat non prohiberi, tamen communis Doctorum ſententia aſſerit non poſſe petere, à qua non diſcedas.

De impedimento petendi ex defectu matrimonii.

§. XII.

1846 Initis nuptiis bona fide, ſi ſupervenial ſcrupulus de morte prioris viri, non privatur petitione debiti.

COntracto matrimonio poteſt defectus matrimonii, quòad valorem innoteſcere. Primo certè. Secundo probabiliter. Tertio cognitione dubia. Quarto ſcrupulo.

Si bona fide matrimonium ſit contractum, ex ſcrupuloſitate deinde, an prior vir ſit mortuus, non impeditur petitio, & redditio. *c. inquiſit.* 44. ibi: *conſcientia levis, & temerariæ credulitatis expleſa. de ſententia excommunicationis.* Sanchez 2.*de matrim.diſp.*41.*n.*45.

1847 Si adſit dubium etiam factis diligentiis, melior eſt conditio poſſidentis.

Si verò conſcientia ſit dubia de valore matrimonii bona fide utriuſque, vel alterius contracti, deindè naſcatur dubietas an prior vir fuerit mortuus; tunc facta diligentia, ſi adhuc remaneat dubium, melior eſt conditio poſſidentis. *c.*65. *de regulis juris in* 6., & poterit petere, & reddere; bonæ fidei enim poſſeſſor, ſi dubium ſuperveniat facta diligentia, non tenetur ſe privare jure bona fide jam quæſito. plures apud Sanchez 9. *de matrim.diſp.*41.*n.*44. plures apud Dianam *p.*4.*tract.*3.*reſol.*15. Suarez *tom.*2. *de religione lib.*4. *c.*5. *n.*16. Franciſcus Lugo *in principiis moralibus p.*4.*q.*31.*n.*131. contra Pontium 10.*de matrim.c.*15.*n.*6., *&* 13. & IX. DD. quos ſequitur Leander *tom.* 2. *diſp.* 25. *q.*81. *&* 82. ajentes in dubio de valore matrimonii, etiam facta diligentia, nec poſſe reddere: nec petere, quod opponitur receptiſſimo affato: *in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis*, Nec eſt timor peccandi practicè depoſito dubio, ſicuti dubius an contractus ſit uſurarius, facta diligentia, non eſt privandus libertate contrahendi. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. diſp.* 7. *qu.*7. *num.*64.

Nec contra nos aliquid evincunt jura in *c. inquiſitioni* 44. *de ſententia excommunicationis.* 1848 Cap. *Inquiſitioni*, exponitur.

Nam loquitur textus non poſſe petere, ſi putat ſe peccare petendo, quod fatemur: at practicè deponendo conſcientiam dubiam, ſequendo poſſeſſionis naturam, non peccat petendo. verba textus ſunt. *Verum cum conſcientia pulſat animam, ex credulitate probabili, & diſcreta, quamvis non evidenti, & manifeſta: debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet, ne in alterutro, vel contra legem conjugii, vel contra judicium conſcientiæ committat offenſam:* ubi vides non poſſe exigere, nè peccet contra conſcientiam; qui autem conſcientiam practicè deponit, contra illam non delinquit.

Similiter reſpondetur ad textum in *c. Dominus* 2. *de ſecundis nuptiis.* ibi: *ſanè ſuper matrimoniis, quæ quidam ex vobis (non dum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt: id vobis reſpondemus, ut nullus ammodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet, quod ab hac vita migraverit conjux ejus. Si verò aliquis, vel aliqua id hactenus non ſervavit, & de morte prioris conjugis, adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei quæ ſibi nupſit debitum non deneget poſtulanti: quod à ſe tamen noverit nullatenus exigendum.* hactenus textus, ubi vides non loqui facta diligentia, & depoſito, licèt non ſpeculativè, practicè dubio, prout demonſtrabamus cùm *de Voluntario, & Involuntario.* Practicè namque depoſito dubio, facta diligentia, nullatenus peccat reddens, vel petens, licèt non deponat dubium ſpeculativum; maximè, quia in dubio pro matrimonio reſpondendum eſt. *c. juvenis* 3. *de ſponſalibus. l. in ambiguis* 72. *D. de jure dotium.* 1849 Et Cap. *Dominus.*

Sed recrudeſcit difficultas.

An ab initio dubius contrahens mala fide matrimonium, facta diligentia, remanente dubio ſpeculativo, poſſit petere, & reddere?

1850 Si mala fide, factis diligentiis adſit dubium tantùm ſpeculativum, poteſt petere, & reddere.

AFfirma: nam ſubſequens ſufficiens diligentia purgat, deletque malam fidem. Sic contrahens dubius de contractu uſurario, peccat contrahendo; ſed ſi facta diligentia invenit contractum non uſurarium, purgata illa mala fide, lucrum poteſt ſibi retinere. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. diſp.*7. *n.* 67. dicens communem contra Rebellum *p.*2.*lib.*2.*q.*16. *ſect.*2.*n.*11. Guttierez *de matrim. c.* 38. *n.* 28. Jura namque

oppo-

oppoſita intelliguntur ſi mala fides ſufficienti diligentia non purgetur.

1851 Magis, ſi ſit opinio probabilis de valore matrimonii.

Si verò ſit opinio probabilis de valore matrimonii. Tunc liberè poſſe reddere, & petere facta diligentia, ſequendo opinionem pro valore matrimonii, tuetur Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n.* 62. Et dignoſces ex materia de probabilitate opinionum in mea *Anacephaleoſi*. Vide Sanchez 2. *de matrim. diſp.* 44. non refragante textu in *c. inquiſitioni* 44. ibi: *ex credulitate probabili, & diſcreta, quamvis non evidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet. de ſententia excommunicationis*. Nam ibi, ut ex ſe patet, loquitur non de mere probabilitate, ſed quando adeſt dubium; & vult ſequi opinionem, quòd matrimonium ſit nullum; tunc enim certum eſt, petere non poſſe.

Matrimonio certè nullo.

1852 Si matrimonium ſit certò nullum nequit peti, aut exigi debitum.

NEquit debitum peti, exigi, aut reddi, etiam Superiore ſub cenſuris præcipiente, & condemnante ad reddendum ſecundum allegata, & probata. *c. inquiſitioni tuæ* 44. ibi. *credimus diſtinguendum, utrum alter conjugum pro certo ſciat impedimentum conjugii, propter quod ſine mortali peccato, non valet carnale commercium exercere, quamvis illud apud Eccleſiam probare non poſſit: an non ſciat pro certo, ſed credat: in primo caſu debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. de ſententia excommunicationis. c. tuas literas* 40. *in fine. de ſententia excommunicationis. c. ſacris ſcilicet. de iis, quæ vi, metuſque cauſa fiunt.* Sententia namque Judicis licèt ſecundum allegata, & probata, ut præſumtiva cedit veritati.

Dubius de impedimento, facta diligentia remanens dubius, an peccet ineundo matrimonium, & valeat reddere, & petere?

1853 Si dubium ſit de impedimento, & factis diligentiis ſit adhuc dubius, poteſt nuptias inire, & petere, & reddere.

NEga; & ſic licitè contrahit, petit, & reddit debitum; nam libertas ad contrahendum eſt in poſſeſſione, nec debet coarctari in dubio, & ſic practicè bona fide contrahit. Sancius 43. *ſelectarum n.* 44. Sanchez 8. *de matrim. diſp.* 6. *n.* 18. Franciſcus Lugo *de conſcientia c.* 2. *q.* 31. *n.* 180. contra Henriquez *lib.* 11. *c.* 15. *n.* 13. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *c.* 5. *n.* 23. ajentes illicitè contrahi.

De Debito reddendo.

CAPUT XII.

1854 Debitū moderatè petendum, & reddendum.

DEbitum reddendum rationabiliter petenti. 1. ad Corinthios 7. ibi: *vir uxori debitum reddat*: Itaut peccet reddens ſe impotentem ad moderatè reddendum juxtà obſervantiam legum, licèt non teneatur ſe reddere potentiorem.

1855 Ex quo cohabitare tenentur.

Hinc tenentur ad cohabitationem 1. ad Corinthios 7. *c. non eſt. v. de ſponſalibus*. D. Thomas *in* 4. *diſt.* 32. *art.* 1. *ad* 3. facit doctrina Ariſtotelis 8. *ethicorum c.* 12.

Quæ ſit rationabilis redditio debiti?

1856 Rationabilis redditio debiti eſt illa, quæ nemini officit.

MOderata nemini officiens; nam nemo ſe obligavit ad immoderatam, & ſic ſibi damnoſam, licèt non exitialem redditionem. Immoderata ſemper autem ſaluti noxia. Hyppocrates *lib. de popularibus morbis, ſive epidem.* 5. ibi: *labores, cibi, potus, ſomni, venerea omnia mediocria*. Galenus *lib.* 2. *de ſanitate tuenda*. Hyppocrates *lib.* 3. *de ratione victus*, ait tempore autumni, veris rarò, æſtatis nullo pacto coeundum. Nam ſiccis temporibus, venus inimice. Galenus *lib.* 6. *de ſanitate tuenda*.

Temperatura ſiccis, non pituoſis officit congreſſus immodicus, niſi vires firmæ ſint, nam coitione exiccatur, ſicque labefactatur corpus. Paulus Æginete *lib.* 1. *c.* 71. — 1857 Quibus officit coitio.

Conſideranda ergo temperatura; nam ſiccis, debilitatis magis noxia. Reſis *lib.* 4. *c.* 17. Rabbi Moiſes *lib. de regimine vitæ c.* 4. Unde ex diverſis circumſtantiis mediocritas ſervanda in coitu, colligenda eſt. Tiraquellus *l.* 15. *connubiali. n.* 91. *in fine*. ubi *n.* 93. dat extinguentia ſalacem humorem.

Damna immodici congreſſus.

§. I.

INnumera exitialia animæ, & corpori.

Corpori.

COngreſſus enim labore, & excretione diſſoluit, exhaurit, labefactat, extenuat. Ariſtoteles 3. *de generatione c. fin.* unde exitialia damna ob exinanitionem ſpirituum animalium, vitalium, naturalium immodice ſalacis humoris effuſione, qui, & ſanguis dicitur Oſeæ 4. ibi: *ſanguis ſanguinem tetigit*. Pſalm. 51. ibi: *libera me de ſanguinibus*. Joannis 1. ibi: *qui non ex ſanguinibus*. unde nati conſanguinei. *dict. l.* 1. §. *conſanguineos. D. de ſuis, & legitimis*. — 1858 Damna corpori ex immodico congreſſu.

Hinc ex coitu, quo totum eviratur, & turbatur corpus.

Primo pullulat pallor, languor, enervatio, attenuatio; exhauſtis enim ſpiritibus vita languet. Galenus *lib.* 1. *de ſpermate*. Unde multi repentè coeundo mortui. Atius 1. *tetrabili ſermone* 3. *c.* 8. Aurelianus *lib. cronicorum*. 5. *c. poſtremo*, Lucas de Penna in *l. ficus. columna* 1. *C. de erogatione militaris annonæ lib.* 12. dicens: caſtra dicta à caſtrando, ut ſcilicet milites ſint caſti, & ſic nervoſi: Servius *lib.* 3. *Æneid.* ibi: *nos caſtra movemus*, dicens caſtra à Caſtitate. — 1859 Cauſat pallorem, & virium attenuationem.

Secundo ex immodico coitu naſcuntur plures dolores, & nocumentum ſtomaci. Galenus *lib.* 3. *Epidemiorum commento* 1. — 1860 Cauſat dolores, & ſtomacho nocet.

Tertio nocet cerebro, renibus, lumbis, ſpinali medullæ. Galenus *loc. cit.* D. Auguſtinus *de vera religione c.* 40. Celſus *lib.* 1. *medicæ c.* 19.

Quarto officit capiti, & inducit calvitiem; ex cerebro enim per ſpinalem medullam ad renes, & inde ad genitalia ſperma defluit. Ariſtoteles 4. *problematum c.* 2. & *lib.* 10. *problematum c.* 56. Plato apud Plutarchum *lib.* 5. *de placitis phyloſophorum c.* 3. Unde ſpadones nunquam calvi. Hyppocrates *lib.* 6. *aphoriſmorum*. Ariſtoteles *lib.* 3. *de hiſtoria animalium c.* 11. & *lib.* 10. *problematum c.* 56. Plinius *lib.* 11. *c.* 37. — 1861 Officit capiti, & cerebro.

Quinto officit oculis, nam ex cerebro ſpiritus exinaniti nequeunt, ut eſt neceſſarium, ad oculos confluere. Galenus *lib. de Hyppocratis, & Platonis decretis* 7. Ariſtoteles *lib.* 2. *de generatione animalium c.* 5. Plinius *lib.* 11. *c.* 36. — 1862 Atque oculis.

Sexto reſolvit, languida reddit membra, caput, cor, hepar ob defectum ſpirituum. Ariſtoteles 4. *problematum c.* 57. unde inducit morbos ſæviſſimos. — 1863 Membra languent.

Septimo auget podagram, chyregram, & inducit nervorum, & juncturarum valetudines. Celſus *lib.* 1. *c.* 9. & *lib.* 4. *c.* 24. unde Eunuchi, infantes podagra non laborant. Galenus *lib.* 6. *aphoriſmorum c.* 28. & 30. — 1864 Chyragram, & podagram auget.

Octavo creat tabem æticam. Raſis *lib.* 4. *ad Almanſorem c.* 17. — 1865 Tabem æticam creat.

Nono,

Digitized by Google

1866 *Et diſtillationes, atque Apoplexiam.*

Nono, inducit diſtillationem, raucedinem, apoplexiam. Celius *lib. 1. cronicorum c.* 6. & morbum comitialem. Gellius *lib.* 19. *c.* 2.

1867 *Senſus labefactat.*

Decimo, omnes ſenſus labefactat. S. Chryſoſtomus *homilia* cujus titulus *nemo læditur, niſi à ſe ipſo.*

1868 *Vires conſumit.*

Undecimo, vitam abbreviat ſpiritoum, & virium conſumtione: ſic omnes plantæ multom ſeminis producentes citiùs deficiunt, areſcunt, ut lactucæ, braſſicæ, niſi recidantur. Ariſtoteles *lib. 3. de generatione animalium c.* 1. Plinius *lib.* 6. *c.* 24. 25. *&* 29.

1869 *Infœcundos reddit.*

Duodecimo, intemperantia immodica infœcundum reddit; quia exhauriuntur ſpiritus, quibus exhauſtis crudum non elaboratum generationi congruum ſemen. Ariſtoteles *lib.* 1. *de ſemine.* unde arietes, & taori per duos menſes ſeparantur à vaccis, & ovibus, ut congreſſus ſit fœcundus. Varro *lib.* 2. *rei ruſtica. c.* 5. Et terra diù otioſa ubertate reſpondet ſeminl.

Animæ.

1870 *Infirmat operationes intellectus.*

QUòad functiones per corpus exercendas exuperanti commixtione hebetatur: unde coosumtis ſpiritibus phantaſmata extenuantor, & ſic intellectus phantaſmata ſpeculans, remiſſiores meditationes efformat. Ariſtoteles 3. *problematum c.* 9. D. Auguſtinus *lib.* 1. *ſoliloquiorum c.* 10. D. Thomas 2. 2. *q.* 15. *art.* 3. ibi: *debilitatur operatio hominis circa intelligibilia.*

1871 *Inficit prudentiam.*

Secundo, prudentia etiam inficitur immodica commixtione. Ariſtotiles 7. *ethicorum c.* 9. Marſilius Ficinus *lib. de triplici vita.*

1872 *Conjuges nõ coguntur ad immodicum congreſſum.*

Ex his patet; Conjuges non teneri ad immodicum congreſſum, quia animæ, corpori, procreationi nocivum.

Moderatus.

§. II.

1873 *Moderatus congreſſus prodeſt.*

NOn nocet, ſed prodeſt. Tiraquellus *l.* 15. *connubiali à n.* 74. *ad* 82. Et ſic ab illo non excuſantur conjuges, ut enim labor, ità concubitos moderatus utilis conjugi. Ængineta *lib.* 1. *c.* 35. *&* 98. Ralis *ad Almanſorem lib.* 4. *c.* 17.

C A N O N.

1874 *Reddere petenti copulam juſtitia eſt.*

SIcuti res, ità copula alteri debita ex juſtitia, jure petenti reddenda.

An peccet contra juſtitiam non reddens petenti tacitè, interpretativè, expreſſè copulam maritalem?

1875 *Eſt contra juſtitiam nõ reddere petenti, etiam tacitè, aut interpretativè.*

AFfirma: nam ut debitum purum eſt ex juſtitia petenti reddendum. S. Thomas in 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 2. *ad* 4. Sanchez *loc. cit. n.* 9. Pontius *loc. cit. lib.* 4. Bonacin. *de matrim. q.* 4. *p.* 1. *n.* 1. Moure 3. *p. c.* 20. *n.* 2. Diana *p.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 14. *&* *tract.* 14. *reſol.* 36. Baonius *de redditione debitl q.* 1. §. *quænam excuſant.* Trullenck *lib.* 3. *decalogi c.* 11. *dub.* 1. Zacchias 5. *medico legalium tit.* 3. *q.* 1. *n.* 1. *&* 12.

An poſſit reddere ſe impotentem ad reddendum debitum?

1876 *Peccat reddẽdo ſe impotentem.*

NEga; maximè tollendo potentiam, quam habet. argumento legis, *quæ autem* 7. *D. de revocandis iis, quæ in fraudem.*

Juſtitia namque obligans ad finem, obligat ad ponenda media neceſſaria, & ſic nec poteſt ſe inhabilitare, etiam faciendo eleemoſynas ad reſtitotionem ex juſtitia faciendam.

1877 *Non tamen tenetur ſe reddere valentiorem, ſed potentem ad moderatum cõgreſſum.*

Hinc licèt non teneatur cibis calidioribus, aliiſque ſe valentiorem reddere. Plures apud Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 3. *n.* 6. tenetur tamen ſervare potentiam, quam habet, nec inhabilem ſe reddere illicitis concubitibus, pollutionibus, & etiam illis, quæ cæteroquin eſſent res licitæ jejunio, maceratione inhabilitante ad moderatam redditionem, non obſtante jejunii præcepto, ſi inde impotens reddatur, præponderante præcepto divino reddendi debitum ex juſtitia, præcepto politivo jejunii. Plures apud Sanchez *loc. cit. n.* 23. Pontius 10. *de matrim. c.* 1. *n.* 6. Bonacina *loc. cit.* Hurtadus *de matrim. diſp.* 10. *difficult.* 11. Palaus *diſp.* 3. §. 1. *n.* 7.

An teneatur reddere debitum etiam ſtante copia filiorum?

1878 *Copia filiorum nõ excuſat à reddendo debito.*

AFfirma: quia ad id copula ordinatur, & nulla eſt cauſa rationabilis finem matrimonii, ut eſt propagatio, impediendi. Sanchez 9. *de matrim. diſp.* 24. *n.* 25. Coninck *diſp.* 34. *n.* 24. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 289. Hurtadus *diſp.* 10. *difficult.* 12. Trullenck *lib.* 7. *c.* 10. *dub.* 11. *concluſ.* 3. *n.* 7. Diaoa *p.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 3. contra Sotom *in* 4. *diſt.* 32. *q. unica art.* 1. *in fine.* Rodriquez *tom.* 1. *c.* 233. *n.* 1. docentes ſatis eſſe ad negandum debitum, nè filii multiplicentur.

De Debito negando.

C A P U T XIII.

C A N O N.

1879 *Uſus matrimonii eſt ad perfectionẽ, non deſtructionem naturæ.*

USus matrimonii perficit, non deſtruit naturæ ordinem. Nam matrimonium eſt inſtitutum in officium, & conſervationem prolificatione naturæ.

Natura autem prius propriam, deinde alterius conſervationem exigit, nec teodit ad alterius procreationem, niſi conſiſtat proprium prolificantis individuum. Sotus *in* 4. *diſt.* 32. *q. un.* Coninck *de Sacram. diſp.* 34. *dub.* 3. *n.* 20. Bonac. *q.* 4. *n.* 6. Zacchias 7. *Medico legalium. tit.* 3. *qu.* 1, *num* 1.

Duplex poteſt agitari quæſtio. Prima, quando petenti debitum ſit negandum neceſſario. Secunda, quia licitè, ſed non neceſſariò negari valeat. Exordiamur à prima.

Cauſæ ex quibus quis tenetur negare debitum petenti.

§. I.

An ob loci Sacri, benedicti reverentiam ſit negandum debitum publicè petenti?

1880 *Publicè petenti negãdum debitum.*

AFfirma: ob loci reverentiam, & ob rei horridam, fæditiſſimam, turpem, cœnoſam petitionem, quæ nec extra Eccleſiam publicè licita. Gloſſa *in c. quoniam. v. opportuno. diſt.* 31. Tiraquellus *l.* 15. *connubiali. n.* 106.

Quid verò in petente occultè præciſo omni ſcandalo, decet: cùm de ſacrilegio tetigimus.

An negandum ſit uxori amenti?

1881 *Et uxori amenti.*

AFfirma: niſi ſit ſterilis; nam adeſt periculum abortus, & amenti jure debitum non ſolvitur, nec in foro externo.

Scio tamen Gabriel. à S. Vincent. *de matrim. diſp.* 7. *q.* 6. *n.* 56. velle poſſe reddi etiam fœcundæ, quia ſoboles melius eſt eſſe, quàm non eſſe. Secundo, quia licitè poteſt reddi expertæ ſemper edere mortuam ſobolem. Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 102. *n.* 8. Tertio, quia abortus eſt præter intentionem, & Inſania alterius eſt per accidens, conſiderandomqoe eſt hìc proles, quæ poteſt per ſe naſci.

Si vir ſit amens, uxor ſana mentis?

1882 *Secùs ſi vir ſit amens, & uxor ſana mentis.*

REddi poteſt debitum, quia tunc certè abeſt abortus periculum, ſi deſint pravæ circumſtantiæ effuſionis; Non enim eſt, cur uxor cogatur ad perpetuam continentiam, & ſic maximè, ut ſucceſſioni fiat locus, poteſt amens

cum

Digitized by Google

cum uxore ſanæ mentis congredi. Sotus *in 4. diſt.34. qu.un. art.4.* Gabriel à S.Vinc. *loc. cit. num.55.*

Utroque amente.

1883 Utroque amente irrationabiliter peteretur, & peccat illos inducens ad copulam.

DEbitum rationabiliter nec petitur, nec redditur, ut ex ſe patet; delinqueretque inducens, aut conſulens hujuſmodi copulam, ob periculum conceptionis, mortis ſobolis, malæ educationis. Sanchez 9. *de matrim. diſp.32. n.7.* Hurtadus *de matrim. diſp.10. difficul.3. n.24.* Pontius 10. *de matrim. c.13. n.10.* Coninck *diſp. 34. n.79.* Non tamen eſſet peccatum fornicationis, cùm accederet ad ſuam, ſed ſumeret malitiam ex circumſtantia periculi effuſionis, vel damni prolis in conſulentem, & in foro externo puniri poſſet.

An ſit negandum debitum imminente gravi periculo ſalutis corporalis: puta ſi vita periculum experta ſit in partu, vel mortuum edat cum vitæ periculo dilaniatis viſceribus?

1884 Cum periculo vitæ, & ſalutis poteſt negari debitum.

AFfirma. Primo, quis nequit exponere periculo vitam, cujus dominio caret, nec illam deſtruere valet. Secundo, quia ſunt bona ſuperioris ordinis manutenenda deſtructis aliis bonis inferioris ordinis: ſic diximus cum periculo vitæ temporalia non eſſe reſtituenda. Scotus *in 4. diſp.32. q.un.* Bonac. *de matrim. q.4. n.4.* Pontius 10. *de matrim. c. 14. n. 23.* Trullenck *lib.7. Decalogi. c.11. dub.11. n.1.* dicens cum tanto onere nec reddendum alteri exigenti in periculo incontinentiæ. Leander *tom. 2. tract. 9. diſp.25. q.58.* Zacchias 7. *Medico legalium tit.3. q.1. n.3.* dicens *q.2. n.1.* non eſſe reddendum, & peccare reddentem, vel exigentem cum periculo propriæ ſalutis, dans VI. Doctores, & deinde *q.3. n.21.* ait difficile eſſe mulierem reddendo debitum periclitari, ſi redderet ſine ſui ſeminis emiſſione, quo deficiente non conciperet.

An febricitans, vulneratus, inanitionem paſſus gravem poſt flebothomiam, balneum, prandium, &c. poſſit quis reddere?

1885 Item ſi copula graviter damnificaret.

NEga; nam tunc copula graviter damnificaret. Sanchez *loc. cit. n.3.* Pontius *loc. cit. n.3.* Trullenck *loc. cit. n.5.* Bonac. *loc. cit. n.2.* Narbona *tom.2. hora 4. n.23.* Villalobos *tract.13. difficult. 48. n. 1.* Zacchias 7. *Medico legalium. tit.3. qu.2. n.7. &* 20. dicens *n.21.* morbum inſigniter debilitantem, & operationes lædentem excuſare à redditione debiti.

1886 Ut febris.

Hinc morbus notabilis, ut quævis febris, continua, intermittens, acuta, chronica, eſſentialis, accidentalis, ephymera, putrida, habitualis lethalis, non lethalis; nam coitu imminuitur calor naturalis tempore, quo eo magis indiget natura preſſa in naturali febrili calore: unde præcipites ruent vires. Dolor omnis inſignis, recidivus morbus, ut dolor capitis, apoplexia, epilepſia, vertigo, paralyſis, aſma gravis, ſanguinis ſputus, dolor ſtomaci gravis, hydrops, colicos, dolores articulares, ægritudo oculorum, ſuffuſio, ſcilicet catheratta, offuſcatio, &c. sc omnes morbi ſomniferi, lethargos, caros, catoche, catelpſis, coma.

Nam inde timetur ulterioris ſalutis jactura; & hæc reddunt impotentem ad reddendum, etiam in conſcientia. Nam vires dejiciuntur, ſpiritus reſolvuntur, & dolores articulares ex uſu copulæ in inſultus erumpunt vehementiores; & venus oculis maximè nociva. Zacchias *Medico legalium. tom.1. lib.7. tit.3. qu.1. & 2.* dicens: poſt laborem immodicum inſuetum excuſari à reddendo.

Mihi videtur non tantùm excuſari, ſed prohiberi reddere; nam ex redditione incurreret ſalutis aleam, aut grave ſentiret ſanitatis diſpendium; in quo periculo reddere nequit.

In muliere iſta non adeò officiunt, exceptis morbis; nam ejus vires copula non adeò labefactantur. Zacchias 7. *Medico legalium. tit.3. q.3. num.6.* 1887 Secùs dicendum de muliere.

An leproſo poſſit debitum reddi à ſano?

1888 Si imminet periculum infectionis poteſt leproſo negari debitum.

DIſtinguas: vel imminet, vel non, periculum infectionis, & gravis mali.

Nega imminente horrore gravi gravis mali, & infectionis periculo. Cùm enim mutua ſit reddendi obligatio ad fovendam ſocietatem humanam in ordine ad conſervationem ſpeciei prolificandæ, non cenſetur cum gravi horrore, periculo ad id ſe obligaſſe, nec alteri petenti fit injuria, quia non habet jus tunc petendi, & in ſimili caſu, nec ipſe teneretur reddere.

1889 Secùs ſi illud ceſſet.

Affirma illis ceſſantibus; ità intelligendus textus *in cap. quoniam. 2. de leproſorum conjugio.* D. Thomas *in 4. diſt.32. qu.un. art.1.* dicens debitum reddendum ſalva perſonæ incolumitate. XXXIV. Doctores apud Sanchez *diſp. 24. n.17.* Hurtadus *diſp.10. difficul.12.* Pontius 10. *de matrim. c.14. n.4.* Barboſa *in collectan. lib.4. decreti. tit.8. c.2. n.2.* Bonac. *de matrim. q.4. punct.1. n.8.* Zacchias 7. *Medico legalium. tit.3. qu.5. n.2.* dicens: textum *in d.c.2.* loqui de lepra, non ut eſt contagium, ſed ut eſt gravis morbus; ut ſcilicet ob gravem infirmitatem unus alterum conjugem non deſerat. Contrà plures, ajentes etiam cum periculo infectionis debitum reddendum, apud Sanchez *ibid. n.13.*

An utero gerens poſſit non reddere?

1890 Prægnans non tenetur reddere ſi officit proli, ſecùs ſi moderatè petatur.

AFfirma: niſi petatur moderatè, & remoto periculo incontinentiæ, quia filio damnoſum poteſt eſſe, ſuperfœtatione, vel ex debilitatione, concuſſione defatigati uxoris abortus. Hyppocrates *lib. de ſuperfœtatione.* Origenes *in c.5. Geneſis.* Clemens Alexandrinus *lib. 3. ſtromatum.* & *lib.2. pedagogiæ. c.10.*

An prægnans cum timore abortus, molæ, &c. teneatur reddere debitum?

1891 Si adſit periculū abortus, molæ neque tenetur reddere.

NEga; quia nemo ſe obligavit, nec poterat ſe obligare ad reddendum cum tanto ſalutis propriæ, & fœtus diſpendio, maximè ſi corruptus fœtus in utero eſſet ſæviſſima extrahendus uxoris laniena. Sanchez 9. *de matrim. diſp.22. n.1.* Toletus *lib.7. ſummæ. c.24. n.2.* Caramuel *intentionali num.1940.* Leander *tom. 2. tract.9. diſp.25. qu.22.* dicens: nec ad evitandam incontinentiam poſſe copulam inire cum periculo abortus fœtus animati, dicens *qu.23.* eſſe veniale reddere cum periculo abortus, & diſſipationis materiæ informis.

1892 Superfœtatio aut mola rarò accidūt.

Cum quo tamen ſtat, ſuperfœtationem, & molam eſſe de raro accidentibus. Ariſtot. 7. *de hiſtoria animalium. c. 4.* Licèt poſſit generari. Hyppocrates *de ſuperfœtatione. num.2.* Mercadus *lib.1. de morbis mulierum. c.4.* Sennertus *lib.4. praxis. par.2. ſect.5. c.6.* & ſic ceſſante abortus, & corporis mulieris periculo, acceſſus ad uxorem prægnantem non eſt culpabilis. Sanchez, & Toletus *loc. cit. c.10. n.7.* Brunellus *de ſponſalibus c.8. n.13.* videſis Tiraquellum *l.15. connubiali. à n.141.* Ex Origine Clementem Alexandrinum ajentem, recenter prægnantem non eſſe adſtringendam timore abortus. ex *c. origo. 23. q.4.*

An Uxor lactans teneatur reddere debitum?

1893 Uxor lactans non tenetur debitum reddere, niſi adſit periculum incontinentiæ.

NEga; niſi adſit periculum incontioentiæ. Nam id obeſt lactandis. Oribaſius *Euperiſtorum lib.1.c.1.in fine.* Ængyneta *lib.1.c.2.* Ex Galeno *lib. 1. de ſanitate tuenda.* ibi: *à Venere omninò abſtinendum, quæcumque lac præbebit, moneo.* Secundo, ex *c.ad eius verò.diſt.5.* Tertio timore novi conceptos nato damooſi, ob lactis penuriam duobus inſufficientis. Clemens Alexand *lib.2.pedagogia,* & *lib.3.ſtromatum.* Tiraquellus *l.15.connubiali.n.*138.

An valeat negari debitum, nè filius dicatur ex patre Hebræo natus?

1894 Non negandum debitū, etſi aliqua nota aſſigatur filio.

NEga; nam ſi initum eſt matrimonium, filius eſt intentos tali nota naſcendus. Sanchez *loc.cit.n.4.* Villalobos *tract.13.difficul.29.n.3.* Contra Corneum *tract.6.diſp.16.*

Tranſeamus ad ſecundum.

Quando licitè debitum negari valeat, vel differri?

§. II.

1895 Caſus in quibus licitè debitum negatur, aut differtur.

QUoties quis reſtitutiooem denegare, val differre poteſt, etiam debitum coojogale negare, vel differre poteſt.

Et ſic primo, præciſo periculo incontinantiæ poteſt negari, quoties non exigitur, ſed benavolè, ut aſſolet inter amicos, petitur debitum, nolentes debitorem amicum nimis orgere ex juſtitia. Sotus *in 4.diſt.32.q.un. art.1.* Conjuges namque non ſolùm ſunt mutui creditores, & debitores, verùm etiam amici. 1.ad Corinth.7. Henriqoez *lib.11. c.15.n.17.* Sà v.*debitum conjugale n.*8. Gabrial à S.Vinc. *diſp.7. de matrim. qu.1.n.19.in fine.*

Secundo, cùm reciproci ſint debitores, poteſt leniùs, val mitius procedi ob compenſatiooem, quam ramoto periculo incontioentiæ inire poſſunt in redditione, & petitione debiti.

1896 Semel, iterum, aut aliquantiſper negare debita, non eſt peccatum.

Hinc ſemel, vel iterum danagare, vel aliquantiſper differre redditionem: puta oſque mane petenti ſerò, vel nè aliquaotiſper noceat, non eſt peccatum; non enim debitores ità orgendi, & paſſiones moderandæ, oon relaxandæ ſunt; ſerviendomque eſt rationi, non paſſiooi ineffræni. Plures apud Sanchez *loc.cit.n.13.*

Hinc immoderatè petenti, moderatè reddendum; Nam ad immoderatum, tanqoam ad irrationabile, jus non habet. Gabriel à S. Vioc. *loc.cit.*

1897 Si adſit graviſſimus horror congrediendi.

Tertio, excuſatos ſanos à redditione, etiam remoto infectionis periculo, ſi cum graviſſimo horrore deberet congredi. Eſſet enim tonc ad rem difficilem, & ſic ad moraliter impoſſibilem obligare. Sauchez 9. *de matrim. diſp.* 24. *n.*21. Villalobos *tract.*13 *difficult.*24.*num.*3. Pontius 10.*de matrim.c.*14.*n.*4.

1898 Si prævideatur infectio prolis.

Quarto, poteſt excuſari à reddltiooe, ſi prævideat ioſectionem prolis. Secundom Palatium *in 4.diſt.31.diſp.1.caſu* 7. Cojus oppoſitum cum multis docet Sanchez *diſp.*24. *n.*25. quia meliua eſt leproſùm, quàm nulliter eſſe.

Hinc.

An liceat congredi cum uxore menſtruata?

1899 Jure antiquo vetitum cōgredi cum menſtruata.

OLim non licuit. Levitici *c.15.c.18.* & *c.20.* Idque ſub pœoa mortis. Ezechielis *c.18.* & *c.22.* Joſeph *5.antiqu. c.21.* D.Auguſt. *lib.3. quæſtiuncula in Geneſim.*

Et hodie etiam inhiberi ait Tiraquellus *l.15. connubiali.n.*129.ex *c.ad eius.diſt.5.*ubi Gloſ., & Archidiaconus; quia filii inde naſcuntur lepra infecti, Elephantiaci, & valdè morboſi.

Cui repugnat Sanchez *diſp.* 24. *num.* 25. & *diſp.* 21. *n.*2. dicens probabile nullum eſſe peccatum, quia illud eſt præter intentionem. Et poteſt prolificatio finis matrimonii obtineri, licèt rarò. Ariſtotiles *lib.1. de generatione animalium.c.19.* & *lib.7.de hiſtoria animalium.c.2.* Et ut faciens filiom abortivum, ita maculoſum, morbis affectum, non tenetur abſtinere à congreſſu. 1900 Aliqui dicūt nunc licere.

Fateor tamen ipſos delinquere, ſivè etiam id agentes noo iotendant, ut morboſos edant liberos; nam etiam imprudens eſſet, plantans ſemina, terra non purgata, ſimilis erit jactura, & vitiati fructus, ut rectè ait. D.Clemens *lib.9.recognitio.* meoſtruum humanum, quàm exitiale, narrat Tiraquell.*l.15.connubial.à n.*132.*ad* 137. 1901 Auctoris judicium.

Quioto, ioopia alendi filios ſatis eſt ad denegandum debitum. Saochez *lib.9.diſp.25.num.3.* Hurtados *diſp.10.de matrim. difficult.12.n.54.* Sotus *in 4. diſt.* 82. *art.*1. Gabriel à S. Vinc. *de matrim.diſp.6. q.7.n.60.* Sà v.*debitum conjugale.* §.*penult.* Bonac.*loc.cit.num.13.* Diana *par.3. tract.4.reſol.113.* & *par.9.tract.7.reſol.3.* Contra Layman *lib.5.tract.10.par.3. c.1.n.16.* Rebellum citaotem Sylveſtrum, & Navarrom *lib.2. q.16.n.7.* motos, quia meliùs eſt cum paupertate, qoàm nulliter eſſe. At id ſolòm cooviocit non teneri, quamvis licitè poſſit denegari; nam cum tanto ooere non ſe mutuò obligarunt. Cum quo fatemur rationi abſonum ad impediendam prolificationem, ſterilitatem medicinis procurare. Eſſet enim feſtinatum homicidium, fortè etiam multiplex. Cyrillus Alexandrious *lib.2. anagegia. c.*8. qua ratione illicita eſt animationis præoccupatio. contra Ariſtotelem *7.politicarum c.16.* 1902 Inopia alendi filios non excuſat à redditione debiti.

Sexto, licet denegare debitum ad evitandum grave damnum in bonis fortunæ, vel famæ, vel ad acquiraodam utilitatem gravam. Saochez *loc. cit. n.5.* Ledeſma *de matrim. qu.* 64. *art.*1. *dub.ult. concl.*2. ſic peregrinantur mercatores, milites conjugati. 1903 Damnum in bonis, vel fama excuſat à redditione debiti.

Septimo, ebrio, & furioſo, licèt nollum ſequatur damnum, poteſt debitum retardari; primo, quia pro illo tempore irrationabiliter petit. Sanchez *loc.cit.* ſecundo ex Tiraquello *l.15. connubiali. à n.*146. quia inda oulla, vel vitioſa ſoboles, vioo dedita. Abuodantia namque turbulenta humiditatis ex vino infœcundum reddit ſperma; & eſt etiam damnoſa coitio. Hyppocrates *lib.de ſuperfatatione.* Rabbi Moyſes *lib.de regimine vitæ ad Soldanum. c.4.* Plutarchus *lib. de educandis liberis.* Stobeus *c.* 99. Plato *lib.2. de legib.* Athenæus *lib.10.c.19.in fine.* Plutarchus *lib.problematum. decade 2. c.6.* ajentes Alexandrum Magnum infœcundum, quia mero indolgentem nimium. Et Sampſon ex iovina natus eſt. Judicum *c.* 13. Et fœcundæ abſtemiæ Romuleæ mulieres. 1904 Ebrio, aut furioſo licet debitum negare.

Sed licitè poſſe reddi, nam etiam ebrios quandoqoe generaſſe patet. Geneſis 19. obi ex ebrio Loth nati filii. *c.inebriaverunt.* 15. *q.*1. Gabr.à S.Vinc.*diſp.7.de matrim.q.6.n.57.*

Octavo, poſt repletionem coitio damnoſa; nam internum calorem minuens, diverſam coitionem impedit. Unde cruditates, debilitas, ægritudo. Avicenna *tract.* 1. *c.* 22. 1905 Poſt repletionem damnoſa eſt copula.

An

Digitized by Google

An conjuges poſt copulam poſſint communionem ſuſcipere?

1906 Poſt copulam licet cõjugibus Euchariſtiam ſumere.

AFfirma. Dicaſtiilus *tom.1. de Sacramentis tract.8.diſp.9.n.2105.* Bernal. *de Sacram. diſp.43.ſect.1.num.1.* Leander *de Sacram.tom.1. tract.7.diſp.6.q.3.4.* & 5. Poſſentius *de Sacram. Euchariſtiæ.tit.Euchariſtiæ ſumtio.n.2.* Sancius 23.*ſelectarum num.17.* ajens optima inſtitutione conſuli communicaturis, ut qaamlibet, ità oblectamenti conjugalis, abſtinentiam; At ſi copula præceſſit, melius eſt uniri Sacramentali præſentia, cùm ſit caritatis exhibitio, reſpectu cujus inferioris longè eſt præſtantiæ abſtinentia à communione, qui eſt actus Religionis.

Probatur, quia gratia Sacramentalis tantùm impeditur à peccato mortali. At maritalis congreſſus non ſolùm non eſt mortalis, ſed eſt actus debitus juſtitiæ meritorius. Geneſis 1. Bellarm. *de matrim. c.1.* poſt D. Bonavent. *in 4. diſt.* 31. *art.2.* Ergo copula maritalis non tollit gratiam, nec impedit ſuſceptionem Sacramenti.

Nec refert, ex illa diſtractionem generari. Nam cùm illa ſit involuntaria diſtractio, & divagatio, non eſt peccatum; præterquamquod gratis aſſeritur divagationem mentis relinqui magnam, quam nequeat fidelis meditatione divinorum, & peccatorum contritione expellere.

Hinc fortiùs Chriſto Sacramentaliter uniri poterit poſt caſtum conjugii congreſſum initum, ad evitandam incontinentiam ad finem generandi. *c. vir cum propria 7. 33. qu.4.* Doctores apud Sanchez 9.*de matrim. diſp.13.n.5.* Gabrielis *ſupplementum in 4.diſt.31.q.un. art.1.in fine.* Almaynus *in 4.diſt.*36.

1907 Objectis fit ſatis.

Non obſtat *c.vir cum propria.7. c.fratres.3. c.Chriſtiano.5.33.qu.4.c.ſciatis.1.34.q.4. c.omnis homo.20.diſt.2.* quibus juribus præſcribitur continentia in jejunantibus, & communicaturis; nam totum hoc verum eſt, ut hic mortificatione præparetur acceſſus ad puriſſimam divinitatis menſam. At remoto obice peccati mortalis, quod eſt illiciti congreſſus Pœnitentiæ Sacramento tollitur, & oratione collecto ad divina animo diſtractio ceſſat, & involuntaria conſpurcatione non coinquinatur animus accedentis ad præſidium Euchariſticum. Infirmo namque eſt opus medicinæ, & nulla efficacior contra morbum impuritatis, aut incontinentiæ, quàm ſit immortalitatis puritatis antidotum, quo liberamur à quotidianis, & præſervamur à lethalibus. Trident. *ſeſſ.13.c.7.* Cujus virtute fomitis ebullientis fervor minuitur, ac ſubſidet. Eccleſiaſtici 18. Zachariæ 9.

1908 Tanto magis ſi ſcandalum oriatur.

Inſuper admitti debet ad recipiendam Euchariſtiam, ſi alitèr ſequatur ſcandalum, ſi immineat aliqua ſollemnitas, Jubilæum, &c. etiamſi antea deliquerit, dummodo præmiſſa vera Sacramentali pœnitentia, obtenta abſolutione, humili, ferventi, reverenti ad Deum acceſſu, dolore, & amore abſorbeatur irreverentia.

An ſit peccatum poſt communionem eadem die reddere debitum?

1909 Poſt communionem licet debitũ reddere.

NEga; nam nulli fit injuria, cùm exerceatur actus juſtitiæ, nec jure inveniatur id inhibitum. Victoria *in ſumma.q.87.* Gabriel à S.Vinc. *de matrim.diſp.7.q.3.n.25.*

Finis copulæ Conjugalis qui ſit.

§. III.

1910 Finis copulæ conjugalis eſt prolis procreatio, & remedium concupiſcentiæ.

FInis duplex: unus per ſe primus, & eſt procreatio ſobolis.

Alter per ſe ſecundus, & eſt remedium concupiſcentiæ.

Patet; quia uterque ex copula ſequitur, & ſic eſt finis illius operis; finis enim eſt, qui obtinetur per opus.

Hic eſt operis, ſcilicet copulæ finis.

Finis operantis eſt, ob cujus conſecutionem operans copulam ponit: puta, ut placeat ſponſæ, ut dotem, antefatum lucretur, ut ex pacto inſtituatur hæres. 1911 Primus eſt finis operis, alter operantis.

An non habens iſtos fines in copula, peccet?

DIſtinguas: vel poſitivè iſtos fines excludit, vel ab illis præſcindendo intendit alios fines. 1912 Qui excludit poſitivè hos fines in copula, peccat.

Si illos fines poſitivè excludat, peccat; quia averſatur inſtituto naturæ, & ſic peccat contra rectam rationem intendentem illos fines operis, ob quos conſequendos Deus inſtituit matrimonium. *c.quidquid.32.q.2.* ubi Gloſſa *in c.adulterii.32.q.7.c.origo.32.qu.4. c.liberorum.32.q.5. c.ut vir.33.q.4.* D.Auguſt. *de bono conjugali lib.4. contra Julianum.* ibi: *voluptas veniale peccatum fit propter nuptias Chriſtianas.* Caramuel *intentionali.n.*1909. Tiraquellus *l.a.connubiali.Gloſſa 1.par.2.n.46.* Paludanus *in 4.diſt.32.quæſt.2.* D. Antoninus 1. *parte tertia partis principalis tit.1.c.20.§.ſenſus.*

Si verò deſideret Deum illos fines non intendiſſe, ad hoc ut illis non premeretur; tunc non peccat, ut non eſt peccatum velle non pluere, quando pluit, nolle qua premitur tempeſtatem pati; ut cùm de *Voluntario* explicuimus. 1913 Quid ſi cuperet hos fines nõ adeſſe.

Si verò ab illo fine operis præſcindat, & alios non turpes fines intendat: puta evitare peccatum, exonerare naturam, acquirere corporis ſanitatem; tunc nec venialiter peccat. Nam nulla lege prohibetur alios probos fines intendere: Et ceſſat difformitas à fine operis prolificandi à lege naturali intenti. Aliud namque eſt præſcindendo ſe non conformare, aliud ſe difformare. Difformare enim ſe, non autem præſcindere, eſt contra inſtitutum naturæ. Sicuti loqui contra veritatem eſt mendacium, falſitas: non verò præſcindere nec affirmando, nec negando contra veritatem. Et ſubditus operans ſatis eſt, ſi humano modo ponat finem à lege intentum; non verò debet illum finem intendere; nam intendere finem legis eſt actus efficientis voluntaris Legiſlatoris, non ſubditi. Sic ponens rem præceptam, puta eleemoſynam, Miſſam, ſatisfacit præcepto, etiamſi nollet, vel ignoret præceptum. Ergo etiam ponens copulam conjugalem naturaliter prolificativam, ſatisfacit præcepto actus conjugalis, etiamſi id ignoret, ut ſæpè evenit in ruſticis. Sic non peccare ſe copulantem in ſignum amoris, ſi alios fines non excludat ait Trullenck 7.*Decalogi.c.11.dub.2.* Palatius *in 4.diſt.31.diſp.2.* ait, nec venialiter peccare accedentem ad uxorem, ut ab illa inſtituatur hæres, quia hic finis operantis non deſtituit finem operis. Sic nec venialiter peccat nubens, quia cum pulchra, nobili, divite; quia alios fines operis non excludit. Ergo nec erit venialis copula ob ſalutem recuperandam, ob ſedandam tentationem, vel quia delectabilis; quia iſti fines operantis finem operis non excludunt. Arriaga *tom.5. diſp.58.n.28.* Rebellus *qu.19. n.9.* contra Sotum *in 4.diſt.31.q.un.art.3.v.ſunt qui.* 1914 Si præſcindat ab iſtis, & alios turpes non admittat, non peccat.

Hinc

ANALYSIS I.

An deſiderans ex copula ſobolem non naſci, peccet?

1915 Ponens obicem ne proles oriatur, peccat.

DIſtinguas: vel ex tali deſiderio ponit impedimentum ad ſuſcipiendam ſobolem: vel non.

Si ponat impedimentum, puta aliquid facit, nè concipiatur filius; tunc peccat mortaliter, quia tollit à Deo inſtitutum finem operis. Sicuti peccaret ex copula extrà effundens: ità eo modo copulam habens, quo concipi nequeat.

Si verò nullum ponat impedimentum conceptionis.

Subdiſtinguas: vel eſt, vel non eſt alius malus finis.

1916 Quid ſi deſideret nè proles gignatur ex fine non malo.

Si eſt malus finis, peccat juxtà malitiam finis.

Si verò finis non ſit malus, nec nolit filios, nè egeſtate prematur; tunc ajo, non eſſe lethalem, contra Præpoſitum *de ſponſalib. n.*52. quia talis eſt honeſtus, nec tollit finem operis, & ſic non videtur illa voluntas graviter difformis.

Et tunc difficultas eſt.

An talis voluntas, nè ponatur ſoboles finis principalis operis, ſit venialis?

1917 Et quid ſi principaliter intēdat prolis non creationem ex cauſa rationabili.

DIſtinguas: vel movetur ex fine rationabili: vel non.

Si non, peccatum eſt veniale ex inefficaci deſiderio ſe difformante à recto fine operis.

Si verò finis voluntatis ſit rationabilis, & honeſtus, puta ob remedium incontinentiæ, nè prematur filiorum copia, vel inopia rerum. Et tunc illa levis difformitas purgatur à recto fine operantis, qui finis rectus ſpecificat actum voluntatis. Sanchea 9. *de matrim. diſp.*8. *n.*10. dans ſex Doctores. Pontius *lib.*10. *de matrim. c.*8. *n.*2. Leander *tom.*2. *tract.*9. *diſp.*25. *qu.*12. dans alios tres Doctores.

ANALYSIS II.

An Copula habita ad evitandam incontinentiam ſit venialis?

1918 Non eſt venialis copula habita ad evitandam incontinentiam.

NEga; quia eſt finis bonus operantis; nec excludit finem operis, prolis ſcilicet procreationem. Ad Corinthios 7. ibi: *propter fornicationem unuſquiſque ſuam uxorem habeat.* Leander dans XIX. Doctores *tom.* 2. *tract.* 9. *diſp.*25. *qu.*15. contra Sanchez dantem XI. Doctores 9. *de matrim. diſp.*9. *n.*2. *&* 4. ajentes eſſe veniale.

ANALYSIS III.

An copula habita ad tuendam, recuperandam ſanitatem, vel alio fine honeſto, ſit venialis?

1919 Neque eſt venialis ſi fiat ad recuperandā ſanitatem, vel alio honeſto fine.

NEga; nam hic finis operantis eſt honeſtus, nec tollit finem operis. Hurtadus *diſp.*10. *difficul.*2. Leander *loc. cit. q.*16. dans XVIII. Doctores contra Sanchez *loc. cit. diſp.*10. *n.*3. ajentem eſſe veniale, ſi alia via poſſit obtinere ſalutem, & contra XI. alios apud Leandrum *loc. cit.* ajentes veniale, licèt alia via nequeat ſalus obtineri.

ANALYSIS IV.

An ſit venialis copula habita ob delectationem ei inſitam?

1910 Neque ſi fiat ob delectationē copulæ inſitam.

NEga; quia talis delectatio eſt licita, nec deſtruit, ſed promovet finem operis. Diana *par.*3. *tract.*4. *reſol.*216. Sancius 13. *ſelectarum. n.*25. Pontius 1. *de matrim. c.*21. *n.*6. contra Sanchea 9. *de matrim. diſp.*11. *n.*3. dantem XIV. Doctores, ajentes eſſe veniale, & contra Majorem *in* 4. *diſt.* 26. ajentem eſſe mortale. (33)

Ob tempus.

§. IV.

ILlicita eſt copula ſemper ac à lege aliqua prohibetur, aliàs eſt licita. 1911 Lege non vetante licita copula.

Hinc primo, eſt licita in diebus feſtivis, & jejunii; nam nulla lege prohibetur. Sanchez 9. *de matrim. diſp.*11. contra plures apud Tiraquellum *ad l.*15. *connubiali. Gloſſa* 1. *n.*11. 1912 Ut in diebus feſtivis.

Secundo, eſt licita tempore menſtrui, quia nulli irrogatur injuria. Et melius eſt eſſe, quàm prorſus non eſſe. *Gloſſa in c. ſi cauſam.* v. *conceptus.*32. *q.*4. Hurtadus *de matrim. diſp.*10. *difficultate* 3. *n.*10. Sanchez 9. *de matrim. diſp.*21. *n.*6. contra Scotum *in* 4. *diſt.*32. *q. un.* dicentem mortale. contra Leandrum *loc. cit. q.*21. dantem XXIII. Doctores, dicentes eſſe veniale. 1913 Tempore menſtrui.

Tertio, licita eſt copula poſt partum ante ſanguinem expurgatum, quia nullo jure prohibita. Sanchea *loc. cit. diſp.*22. *n.*11. dans ſex Doctores, dicentes non eſſe veniale. contra Pontium *lib.*10. *c.*14. *n.*8. dicentem eſſe veniale, & contra alios apud Sanchez *loc. cit. num.*9. dicentes eſſe mortale. 1914 Poſt partum ante ſanguinis expurgationem.

Quarto, nec eſt venialis copula habita tempore lactationis, quia non prohibita. Sanchez *loc. cit.* contra plures, ajentes lethale. 1915 Aut tempore lactationis.

Ratione loci.

§. V.

COpula illicita. Primo, in Eccleſia ſub lethali, ſi ſit publica ob loci irreverentiam, & ob rei fœdam cœnolitatem, nec extrà Eccleſiam publicè licita. Gloſſa *in c. quoniam.* v. *opportuno. diſt.* 32. Rodriq. *tom.*1 *ſumma. c.*243. Paludanus *in* 4. *diſt.*18. *q.*8. *art.*4. *n.*20. Tiraquellus *l.*53. *connubiali. n.*106. Vega *tom.*1. *c.* 781. ajentes lethale, etiamſi diu conjuges ſint incluſi in Eccleſia. Leander *tom.*2. *tract.*11. *diſp.*25. *q.*31. dicens, in caſu neceſſitatis diuturnæ moræ in Eccleſia licere, quia non cenſetur Eccleſiam velle tunc obligare ad abſtinendum. 1916 Ratione loci aliquando illicita, aliquando licita, ut ſuprà.

Sed nō video neceſſitatem publici congreſſus.

Occulta verò conjugalis in Eccleſia ſine ſcandalo, nullum eſſe peccatum, quia nullibi id prohibitum ait Gloſſa *in c. Eccleſiis.* v. *ſemine. de conſecr. diſt.*1. Henriquus *in c. fin. n.*3. *de conſecr. Eccleſiæ.* Roſella v. *conſecratio.*1. *n.*9. Sà v. *Eccleſia. n.*14. Vaſquez 1.2. *diſp.*96. *n.*6. Pontius *lib.*10. *de matrim. c.*10. *n.*13. Hurtadus *diſp.*10. *diffic.*4. *n.*16. contra Sanchez 9. *de matrim. diſp.*15. *n.*8. Leandrum *loc. cit. q.*30. (34)

Secundo, nullibi publicè coram aliis, licèt congreſſus maritalis ob ſcandalum evitandum. Pontius 10. *de matrim. c.*10. *num.*1. Licèt etiam præciſo ſcandalo ob rei turpitudinem, tanquam rem lethalem damnet D. Thomas *qu.*64. *art.*7. *ad* 4. De quo ſatis cùm de copula ſacrilega. 1917 Copula coram aliis ſemper eum ſcandalo habetur.

Situs variatio.

QUævis copulæ naturalis, ſi non ſit timor effuſionis, nunquam eſt lethalis, ſivè incumbendo, ſivè ſuccumbendo, ſivè modo laterali, ſivè præpoſtero fiat; Nam talis ſitus non tollit prolificationem copulæ, & ſic non refundit deformitatem in actum lethalem. Sanch. dans XXX. Doctores 9. *de matrim. diſp.*16. *n.*3. Lean- 1928 Ratione ſitus aliquando licita, aut illicita.

(33) Si verò ſit ob ſolam delectationem, aliqua culpa non caret, vel defectu veniali, juxta ſupra annotata ad Prop. IX. Innocentii XI.

(34) Vide ſuperiores notas.

Leander *loc.cit. qu.32.& 33.* dans x. Doctores, qui *quæſt.34.* cum vi. DD. ait, reddentem petenti in tali ſitu, nec venialiter peccare. Contra Armillam *v.debitum. n.7.* ajentem, peccare venialiter cooperando peccato petentis, ſed talis cooperatio hic deeſt, cùm petens ſit paratus, & debitum ſit reddendum etiam cum veniali petenti.

De Flagitiis impuritatis contra naturam.

CAPUT XIV.

1929 Peccata contra naturam enumerantur.

PEccatum contra naturam eſt actus inordinabilis ad generationem, tam ex parte operis, quàm operantis, diſſipato ſpermate contra naturam; ut pollutio, ſodomia, beſtialitas, concubitus dæmoniacus, delectatio, &c. Singula connexa oratione percurramus; & primo

De Pollutione.

§. I.

19?? Pollutio eſt lethalis, & cogitatio obſcœna etiam mala.

EST flagitium lethale, ſi voluntaria ex quacumque cauſa fiat pollutio. Et cogitatio, etiam voluntariè movens ſenſum, mala; quia contra divinam ordinationem, procreationem reſpicientem. Geneſis 38. 1.ad Corinth. 6. ibi: *molles Regnum Dei non poſſidebunt*. Deus namque adeò interdixit, ut in nullo caſu velit permittere; Idque quia abſolutus Dominus potens præcipere diſpoticè, & de facto præcipiens etiam cum periculo vitæ non eſſe voluntariè ſperma ejiciendum. Caramuel *intentionali num.1945. & 1967.* Arriaga *tom.5.diſp.58.n.32.*

1911 Unius eſt ſpeciei quocumque modo procuretur.

Eſt unius ſpeciei quibuſcumque mediis procuretur, ſi nihil aliud flagitiotiùs intendat, quàm pollui: & ſic non ſunt explicanda inſtrumenta, nec partes corporis, quibus polluitur, præciſo ſcandalo, & ulteriori fine. Tamburr. *lib.2.methodi c.7.§.10.n.64.* Propriis ſimplicem, alienis manibus factam duplicem appellat Caramuel *intentionali. n.1934.*

An verò vi injuſtè oppreſſa poſſit ſe ſubtrahere, ut ſic opprimentis ſemen ejiciat?

1912 Injuſte oppreſſa poteſt ſemen ejicere ſemen ſe ſubtrahendo

AFfirma. Sanch. *2.de matrim. diſp.22. n.17.* Raynaudus *de partu Cæſareo.c.10.num.37.* nam poteſt ſe defendare, ut contra injuſtè opprimentem, ità contra ejus partem deciſam actu invadentem. Sed de hoc Nos ſupra.

An verò ſemen corruptum poſſit tactibus expelli?

1931 Semen corruptum, an poſſit tactibus expelli, vide ſupra.

SUpra enucleavimus. Et poſito verè corruptum, & ſic non amplius eſſe ſemen, ceſſare ejus malitiam; quia non eſt amplius ad generationem ordinabile, ut docet Filliucius, Bonac. Reginaldus, quos ſequitur Sancius *2.ſelectarum n.29.* Villalobos *tom.2.tract.40. difficul.16.n.4.* Sanch. *9.de matrim. diſp.17.n.19.* Diana *par.2. tract.15. reſol.54.* Et ei præter intentionem ſequi veri ſeminis deciſio. Caramuel *præter intentionali n.2006.& 2007.* (35)

An ſenſitiva non venerea prurigo verecundorum poſſit expelli, ſicuti prurigo manus?

1914 Quando prurigo verecundorum poſſit expelli.

IMpura non poteſt: merè ſenſitiva, quæ venerea non alterat, tolli poteſt, ſicuti à manu, ità à quavis parte corporis, præciſo conſenſo in rem malam; nullibi enim id interdictum.

An pollutio cœpta in ſomnis ſit reprimenda in vigilia?

1915 Remoto periculo conſenſus nō eſt reprimenda pollutio cœpta in ſomnis.

NEga remoto conſenſus periculo; nam illa tunc eſt neceſſaria, non voluntaria, & nemo tenetur evitare, quod peccatum non eſt. Conſilium tamen eſt mortificationibus, diſciplinis, frigore, frigente hyeme corporis ſalacitatem, procacitatem retundere. tres Doctores apud Dianam *par.3. tract. 5. miſcellanearum, reſol.21.* Sà *v. luxuria.* Buſembaus *5. medulla. c.1.art.2.*

An verò liceat gaudere ſe habuiſſe involuntariam pollutionem ratione finis honeſti, ſanitatis, tentationis ſedatæ, exonerationis?

1916 Licet gaudere de habita involuntaria pollutione ob finem honeſtum.

AFfirmat Leſſius, Bonac. Sanch. apud Buſembaum *loc. cit.* Tanderus, Villalobos, Sancius apud Dianam *loc. cit.* quia finis gaudii rationabilis eſt bonus, ſcilicet tentationis fuga, ſalus corporis, &c. Et medium non eſt peccatum, cùm ſit pollutio involuntaria, & ſic non peccaminoſa, unde malitia nequit deſumi, nec à medio, nec à fine. Cujus autem ſim opinionis, ex principiis traditis cùm de malitia, & bonitate actus, attingas.

Ad evitandam autem pollutionem non teneri abſtinere ab iſtis, vel illis cibis, &c. ſed ſatis ſit ſi illam nolit, ait Arriaga *tom.5.diſp.58.n.33.*

An prævidens ſibi involuntariam pollutionem in exequendo opus licitum, bonum, vel indifferens, ab illo ſe teneatur abſtinere?

1917 Prævident involuntariam pollutionem in opere licito, aut indifferenti, non tenetur quis ab illo abſtineri.

NEga, ſivè ſit dormire tali ſitu, ſive audire confeſſiones, ſivè edere, bibere, ſivè equitare, ſtudere, mederi, barbas tondere. Nam non eſt ei interdicta, niſi voluntaria pollutio, & ſemper pollutio ſequitur præter intentionem operantis. Arriaga *tom.5. diſp.58. n.33.* dicens; non teneri abſtinere ab iſtis, vel ab illis cibis, ſed ſatis eſt ſi nolit pollutionem etiam prævisam. Caramuel *præterintentionali n.2008.* dans octo Doctores, loquens de Chyrurgo, *& n.2010.* loquens de equitante, *& n.2012.* loquens de ſitu dormientis, citans Sancium *31.ſelectarum n.12.* Caramuel item *n. 2013.* loquens de cibis editis in exceſſu, dans novem Doctores, & *n.2017.* loquens de conjuge præter intentionem patiente pollutionem ob licitos actus amatorios.

1918 Promovent pollutiones imagines impudicæ, ut lib. 1. tit 13. n 476. admon. xi. adnotatum eſt.

Nota. Imagines impudicæ fomentum, & cauſa pollutionis. Propertius *lib.2.Elegia 4.*

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa Domo.
Ille puellarum ingenuos corrumpit ocellos.
Nequitiaque ſuæ noluit eſſe rudes.

1919 Libri obſcœni.

Obſcœnorum libri, & imagines fugiendæ; nam irritant, movent vehementius. Concilium Trullanum *c.100.* ibi: *Picturas, quæ oculos perſtringunt, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum movent incendia, nullo modo deinceps imprimi jubemus; ſi quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, deponatur.* Mantuanus ibi:

Si proba vita tibi, laſcivaque pagina multos
Efficit inceſtos, in veneremque trahit. Tiraquellus *l. 16.connubiali n.40.*

1940 Theatra, & ſpectacula impudica.

Scenæ, ſpectacula impudica fugienda. Ovid. *1.de arte amantis.* ibi:

Sed tu præcipuè curvis venare theatris
Hæc loca ſunt voto fertilia tuo.
Spectatum veniunt, veniunt, ſpectentur ut ipſæ.
Ille locus caſti damna pudoris habet.

Tiraquellus *loc.cit.n.35.*

De Sodomia.

CAPUT XV.

1941 Sodomia nefandum ſcelus ab omnibus reprobatum.

VItium fœditatis execrandæ, intendens copulam indebitam. Levitici 17.v.21. ibi: *cum*

(35) Sed veriora ſunt, quæ ſupra diximus.

cum omni maſculo non commiſcearis. Caramuel *intentionali n.*1905. Plato 8. *de legibus*. ibi: *nec infæcundos marium agros præter naturam ſeras*. Clemens Alexandrinus 2. *pedagogiæ. c.*10. Riccius *tom.*3.*praxis reſ.*60. Novarius *in Pragmatica II.collectaneo* 3.*n.*1.*&* 2. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis c.*5. *n.*72. Arriaga *tom.*5. *diſp.*58.*n.*32.dicens, eſſe ſodomiam ſivè maſculorum inter ſe, ſivè viri, & feminæ io loco indebito, ſivè feminarum inter ſe. Contra Cynicos, Cleantem, Chryſippum teſtè Sexto Empyrico *lib.* 3. *hypoty. c.*24. cenſeotes indifferentes. Mahumetum apud Euſtatium 6.*ethicorum. c.*1.*in fine*.

1942 Eſt aut perfectum, aut imperfectū. Si com eodem ſexu virili perfecta: Imperfecta ſi cum indebito muliebri iotendatur, ſecundum Tamburrinum 2.*methodi.c.*7.§.10.*n.*67.

Sed ut id meliùs eluceſcat ſit.

An ſit ejuſdem ſpeciei moralis tale flagitium commiſſum cum femina, ac commiſſum cum maſculo?

1943 Utrumque ejuſdem eſt ſpeciei. AFfirma. Diana *par.*7. *tract.*12.*reſol.*16. *in fine*. Caramuel *Regulari n.*1013. Riccius *in praxi reſol.*302.*n.*2.*& collectaneo* 1877.*dub.*1. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi par.* 2. *allegat.* 44. *num.*23. Lambertinus *de iure patronatus par.*1. *lib.*2. *art.*1. *principali n.*3. Leſſius 4.*de juſtitia c.*3.*dubit.*13.*n.*90. Reginaldus *lib.*22.*c.*3.*ſect.*10. *n.*49. Homobonus *in examine qu.*1.*tract.*7. *c.*2. *n.*114. Sayrus *lib.*7.*de cenſuris c.*12.*num.*23.De Auguſtino v.*ſodomia in princ.* citans Afflictum, Clarum, & Covarr.Farioacios *in praxi crimin. qu.*148. *n.*38. Garzias *de beneficiis par.*11. *c.*10. *n.*207. Menochius *de arbitrariis caſu* 386.*n.*5.

1944 Plures oppoſitū docent. Licèt oppoſitum ſentiant D. Thomas 2. 2. *qu.* 134. *art.*11. ubi Cajetanus, Azorius *par.*3. *lib.*3. *c.*19. *qu.* 3. Floronus *de caſibus reſervatis par.*2.*qu.*5. *n.*221. Valentia *tom.*3. *diſp.*9. *qu.*3. *par.*3. Bonac. §.4.*de matrim. punct.*11. *propoſ.*1. Filliucius *tom.*1.*tract.*30.*c.*8.*n.*158. moti, quia ſervatur ſexus, licèt non vas, quando cognoſcitur innaturaliter femina; at in maſculo nec ſexus, oec vas ſervatur.

An ſit caſus reſervatus abuſus femina, reſervata ſodomia?

1945 Reſervata ſodomia, nō videtur reſervatus abuſus feminæ. NEga: primo ex opinione Divi Thomæ; ubi non eſt propriè ſodomia, & in pœnalibus, ut eſt reſervatio, verba propriè accipienda.

Secundo, etiam in opinioe dicentium, eſſe ejuſdem ſpeciei uterque abuſus, maris ſcilicet, & feminæ; nam leges loquuntur ſecundum commuoem acceptionem, & commonis acceptio intelligit reſervari ſodomiam cum maſculo; leges enim loquuntur, prout communiter iotelliguntur. *l.leges. C.de legibus. l. labeo. D. de ſuppellectili legata*; non ſecundum ſubtilitates Doctorum effugientes communem captum. Sylvius 2.2.*q.*154. *art.*12. Capeavilla *de caſibus reſervatis.c.*15.*quæſito* 2. Graffius *tom.*2.*lib.*5.*c.*3. Floronus *loc.cit. n.*6. Bonac. *loc.cit.n.*5. contra Gammaruptam *de caſ.reſer. caſu* 2.*n.*3. Homobonum *de caſibus reſervatis.par.*2.*caſu* 5.*ſect.*5. Riccium *par.*1. *praxis. reſol.*302.*n.*2. *& par.*3. *reſol.*60.*n* 4.

Ex quibus fit in coofeſſiooe non eſſe explicandam copulam innaturalem fuiſſe habitam cum femina, & ſi explicetur, nec eſſe reſervatum, niſi in reſervatione id ſpecialiter exprimatur. Dicaſtill. *lib.*1.*de juſtitia. diſp.*3.*dub.*19. *n.*323.vide IV.*ſelectarum à n.*249. (36)

An ſit caſus reſervatus ſodomia, ſi copula data opera incœpta, conſumetur extrà?

1946 Si copula conſummetur extra, non erit ſodomia reſervata. NEga: nam in pœnis, niſi aliud exprimatur à lege, delictum debet eſſe coosummatum. *c.hæc autem verba* 15.ibi: *ſtatuit verbum, rem perfectam ſignificat, & conſummatam injuriam, non conceptam. c.cogitationis pœnam nemo patiatur.*14.*c.ſollicitatores* 15. ibi: *ſi effectus ſceleris potiri non poſſunt propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. de pœnitentia.diſt.*1.*l.*1.§.*hæc verba. D.quod quiſque juris. c. in pœnis, & c.odia. de regulis juris in* 6. *c.hæc autem vita.*15. *cauſa* 23.*q.*3. ibi: *quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet. l. cogitationis pœnam nemo meretur.* 18. *l.interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ.* 42. *& l.odia.* 13. *& l.reſpiciendum.* 11. *D.de pœnis*; quia ſic in pœnis reſtrictiùs proceditur. Graffius *tom.*1.*lib.*5.*conſil.*3.*n.*20.*de adulteriis*. Finellus *de caſibus reſervatis. c.*9.*num.*6. Capeavilla *c.*25. *qu.* 2. Bonac. *de matrim. qu.*4. *punct.*11.*a.*2. Homobonus *de caſibus reſervatis. par.*2.*c.*4.*ſect.*5. Sanchez *to.*3.*de matrim.lib.*10. *diſp.*14.*n.*13. Lupus *de caſibus reſervatis. par.*2. *caſu* 10. *n.*13. Bordonus *in conſiliis Regularium reſol.*48.*n.*17. Tamburrious 2.*methodi.c.*7.§.10. *num.*70.ajentes non includi, etiamſi data opera extrà effundat, ut notavi IV.*ſelectarum. n.*247.

Unde etiam à pœnis latis à Pio V. contra hujuſmodi flagitioſos excuſaot non, vel extrà, etiam data opera emittentes ſperma. Suarius *tom.*5. *de cenſuris. ſect.*4. *a.*21. Sayros *lib.* 6. *de cenſuris. c.*12.*n.*23. Quaranta v.*ſodomia*; & plures, qoos ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi. p.*2.*alleg.*44.*n.*24. ex præjacto principio; in pœnis ſtrictè interpretaodis delictum conſummatum puniri, ut ità interpretatione molliantur. *l.interpretatione*. ibi: *interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ.*42. *D. de pœnis*. Contra Clarum §.*fornicatio. n.*22. Menoch.*lib.*2.*caſu* 186.*n.*44.Toloſanum *lib.*36. *ſyntagmatum. c.*14. *n.*1. Boeriom *deciſ.*316.*n.*1. Covarr.*in Clement.ſi furioſus.num.*6. ajeotes: ob nauſeabilem enormitatem puniri hujuſmodi flagitii affectum, etiam effectu non ſecuto.

An ſit explicandus in confeſſione agens, vel patiens?

1947 In confeſſione non explicandus agens, vel patiens. NEga. Finellus *de caſibus reſervatis caſu* 9. *n.*5.Bonac.*q.*4.*punct.*11.*n.*2. Riccius *par.*3. *praxis reſol.*57.*n.*7. Coriolanus *de caſibus reſervatis. par.*2. *caſu* 9. §.10.*n.*30. Floron.*de caſibus reſerv.c.*2.*caſu* 7.§.1.*n.*6. quinque Doctores apud Dianam *par.*11. *tract.*1. *reſol.*11. §.*ſed noſtram*. Pontius *in curſu theologico. diſp.*46. *q.*7.*concl.*2. *n.*67. duodecim Doctores, quos refero IV.*ſelectarum.n.*244.Acacius de Velaſco *tom.*2. *reſolutionum.v.ſodomia.reſol.*428. Putant enim iſti ex utroque idem numero, & ſpecie flagitium compleri, ſicuti ona numero, & ſpecie fornicatio ex utroque; & ſicuti ſatis eſt dicere, ſe toties fornicaſſe, ità toties ſodomiam commiſiſſe, noo expli-

(36) Jure Synodali exercens Sodomiam, aut Beſtialitatem non poteſt à quocunque Confeſſario abſolvi, cum hæc ſcelera ſiot reſervata abſque excommunicatione, à qua reſervatione excipiuntur feminæ ut *num.*2. ex quo inferri valet etiam cum femina committi verum peccatum Sodomiæ.

Digitized by Google

plicando, quam geſſerit perſonam, concludunt- que caſum reſervari in agente, & patiente.

1948 An in reſervatione includatur tãtùm agens.

Contradicunt D.Thom.2.2.q.138.*art.1.ad* 2. ubi Cajetanus, & ſic in reſervatione volunt, non includi niſi agens, quia ex parte patientis dicunt eſſe mollitiem, non ſodomiam, & diſtinctè nominantur. 1.ad Corinth.6. ibi: *neque molles, neque maſculorum concubitores Regnum Dei poſſidebunt*, & ſic explicandam in confeſſione hanc diverſitatem. Lugo *de pænitent.diſp.*6.*ſect.*5.§.1. *n.*243. & magis puniendus agens, ut magis delinquens, quàm patiens. D. Antoninus *par.* 3. *tit.*17.*c.*17.§.4.

Hinc patet.

An patiens incidat in caſum reſervatum?

1949 Patiens non incidit in reſervationem.

NEgat Marchinus *de Sacr. Ordinis. tract.*1. *par.*8. *c.*4. *n.*20. de Leone *de cenſuris recollectaneo* 5. *num.* 73. & debet etiam negare D.Thomas, Cajetan. Lugo. D.Antoninus, ajentes, eſſe diverſum ſpecie peccatum ab agente.

An impuberes incidant in iſtum caſum reſervatum?

1950 Impuberes nõ incidunt in caſum reſervatum.

NEga; quia non committunt delictum conſummatum. Lupus *de caſib. reſerv. par.*1. *dub.*4.*n.*6.Bordon.*in conſiliis regularium.reſ.*38. *q.*11.*n.*18. Diana *par.*3.*tract.*17.*reſol.*63. §.*quæro* 4. rectè aſſerens leges aptari ad ea, quæ frequenter accidunt. *l.nam ad ea.* ibi: *ad ea potius debet aptari jus, quæ, & frequenter, & facilè, quàm quæ per raro eveniunt. D.de legibus*, & ſic ſi effundant, tanquam de raro accidentibus, legibus pœnalibus non eſſe incluſos; maximèque currit, quando Superior exprimit, ſe nolle reſervatis ligare impuberes.

1951 Quomodo probetur.

Probatur per conjecturas, & præſumtiones. Maſtrillus *dec.*295.*n.*7.Paſchalis *de virib.patriæ poteſtatis.* *c.*5. *n.*65. Baronius *de corpore. tit.*17. *nu.*517. Et probatur confeſſione patientis cum aliis conjecturis. Maſtrillus *deciſ.*295. *n.*3. Meja *conſult.*33.*n.*19. Guazzinus *defenſa* 4. *c.*6. *n.*17. At verò ut probet patiens, debet tortura purgare infamiam. Inſtriglioius *conſ.*11.*n.*45. Maſtrillus *loc.cit.*

Quibus pœnis puniatur tale flagitium?

§. II.

1952 Sodomia morte punitur.

IN veteri lege agens, & patiens morte punitur. Levitici *c.*20.

At modo punitur primo, morte naturali. *l.cum vir.*31. *C.ad l.Jul. de adulter. l.*2.§.*qui puero. D. de extraordinariis criminibus*; & igne cremandus poſt mortem. Geneſis 19. Exodi 22. Pragmatica noſtri Regni I. & II. *tit.de Sodomia.* Menochius 2.*de arbitrar.caſu* 1085. Barboſa *de officio*

1953 Si fuerit Religioſus, poteſt ejici ut incorrigibilis.

*Epiſcopi par.*2.*allegat.*44.*n.*5. & ſic ſi ſit Religioſus, ut incorrigibilis poteſt ejici, licet in delictis plectendis morte. Portella *reſponſorum.to.*2. *caſu* 35.

1954 Pœnæ Clericis impoſitæ ex Bulla S. Pii V.

Secundo, punitur ex bulla Pii V. lata contra exercentes ſodomiam apud Navarr. *c.*27.*n.*349. Theſaurus *par.*2. *praxis Eccleſiæ.* v.*ſodomia.* Et pœna eſt, ut ſi ſit Clericus privetur ipſo jure beneficiis, privilegiis, & dignitate Clericalibus. Secundum Lupum *alleg.*16. Rotam *par.*3. *lib.*3. *diverſorum.deciſ.*728. Clarus §.*ſodomia.n.*7. Covarr.*in Clement.ſi furioſus.par.*1.§.2.*n.*6.*de homicidio*; Vel ſit privandus beneficiis, ſecundum Menoch. *de arbitrar. caſu* 286. Diaz *in praxi. c.*86. Avila *de cenſuris par.*3.*de ſuſpenſione.diſp.*5. *dub.*2.

Semper tamen in utraque opinione requiritur Judicis ſententia. Suarius *de cenſur.diſp.*27. *ſect.*1.*n.*8. Vaſquez 2.2.*tom.*2. *diſp.*168.*num.*23. Sanchez 7.*de matrim.diſp.*46.*n.*28.

1955 Si fuerit minor extraordinariè punitur.

Minor verò punitur pœna arbitraria. Farinacius *tom.* 4. *qu.*148. *n.*7. Baronius *de corpore. tit.*17.*n.*553.

1956 Sodomia nõ includitur in generali indulto.

Hoc crimen non comprehenditur generali Indulto. Maſtrillus *de indultis.c.*31.*n.*18.Baron. *de corpore tit.*27.*n.*525.

Quid exprimat ly exercere tale flagitium?

1957 Qui infra ter delinquit evitat pœnas.

EXprimit illas pœnas evitare qui infra, non qui ſupra ter taliter delinquit, & ità declaraſſe Gregorium XIII. ſibi interroganti, teſtatur Navarrus *c.*27.*n.*249. Abbas *in c.*1.*n.*14. *de adulteriis.* Henriquez *lib.*16.*ſumm.a.c.*35. Gloſſa *litera* N. Lopez *tom.*2.*c.*23. Ugolinus *de irregularitate. c.*43.§.2.*n.*4. Suarius *tom.*5.*de cenſuris.diſp.*31. *ſect.*4.*n.*21. Floron. *de caſib.reſ.par.*2. *caſu* 7. §.1. *n.*9. Genuenſis *in praxi. c.*18. *n.*15. inde ajens, non denunciandam mulierem ſemel maleficium, aut ſuperſtitionem committentem, niſi manifeſtè hæreſim ſapiat, & ſimplicitas, vel alia juſta cauſa non excuſet. Riccius *in praxi reſ.*202. Garzias *de beneficiis. p.*11. *c.*10. *n.*198. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi. par.*2. *allegat.*44. *n.*25. & Doctores xx. apud dei Bene *tom.*2.*de officio Sacræ Inquiſitionis. p.*2.*dub.*236. *ſect.*4.*n.*1.

1958 Quid importat exercere aliquid.

Et ratio id ſuadet, quia exercere eſt frequenter continuatè rem facere. §. *item lex Julia. de adulteriis. Inſtitut.de publicis judiciis*; ubi DD. v.*exercere.* Bartolus *in l.*2.*n.*3. *D.de furtis.* Abbas *in c.*1.*n.*24.*de judiciis.* Non enim mercator dicitur ſemel, aut iterum mercaturam faciens; nec graſſator, depopulator, maleficus, qui ſemel, aut iterum crimen committit. Secundum Craſſum *effectu* 6.*Clericatus.n.*20. Undè nec in ordine ad dictas pœnas dicetur exercens ſodomiam, qui iterum, atque tertio horrendum tale flagitium committat. DD.*citati.*

An ſit ſuſpenſus Clericus occultè illam exercens?

1959 Clericus nõ eſt ſuſpenſus ſodomiam exercens occultè.

NEga; nec celebrans eſt irregularis, poteritque ordinem ſuſcipere, nam jure talis pœna non exprimitur. *c. ex tenore.* 4. *c.fin. de temporibus ordinationum.* Doctores apud Barboſam *loc.cit.n.*28.

Quid ſi res ſit notoria?

1960 Si tamen fuerit notorium, eſt infamis.

EST infamis. *c.adulterium.*32.*qu.*7. & ſic irregularis ex defectu famæ. *c.infames.*6.*q.*1. *c.fin. de temporibus Ordinationum.* Cardoſus *in praxi.* v.*ſodomia.n.*8. & conſequenter nec poterit teſtari. Decius *in l.*1. *n.*8. *C. de ſecundis nuptiis.* Covar. in Clementina *ſi furioſus.*§.1.*num.*6. Riccius *par.*1.*collectaneo* 184.

An Bulla Pii V. afficiat exercentes beſtialitatem?

1961 Exercentes beſtialitatem pœnis impoſitas à S. Pio V. non incurrunt.

NEga; quia in pœnis non valet extentio jure non expreſſa. *c.in pœnis. c.odia.de regulis juris in* 6. *l.interpretatione.D.de pœnis.* Bandez 2.2.*qu.*64.*art.*9. Barboſa *loc.cit. n.*22. Garziaa *de beneficiis par.*11. *c.*10.*num.*204. Azorius *par.*3.*lib.*3.*c.*19. contra Riccium *tom.*3. *praxis. reſol.*59.

An Bulla Pii V. ſit uſu recepta ſaltem in foro interno conſcientiæ?

1962 Videtur nõ uſu recepta Bulla S. Pii V.

NEga. Azorius *tom.*2.*lib.*7.*c.*18.*in fine.* Graſſius *lib.*2.*c.*19.*n.*14. Avila *de cenſuris. p.*7. *diſp.*4. Sayrus *lib.*7.*c.*22.*num.*24. Bellochius *de caſib.reſervat.par.*2.*q.*1.*n.*221. Soarius *de cenſuris diſp.*31. *ſect.*4.*n.*12. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi. alleg.*44. *num.*26. contra Navarrum *c.*27. *n.*249.

Digitized by Google

*n.*249. & licèt eſſet uſu recepta, tamen non ligaret præpoſterè cognoſcentem mulierem, cùm hæc non veniat communi nomine ſodomiæ, ut notavi IV. *ſelectarum n.*252. & imperfecta ſodomia dicitur ſecundum Tamburinium *lib.*2.*methodi c.*7.§.10.*n.*74.

De Beſtialitate.

CAPUT XVI.

1963 Quid ſit beſtialitas.

BEſtialitas eſt copula cum animante alterius ſpeciei; & ſic eſt copula cum vivente alterius ſpeciei. Levitici 18.v.23. ibi: *cum omni pecore non coibis*. Caramuel *intent. n.* 1905. *&* 1934. Arriaga *tom.*5. *diſp.*58.*n.*32. D.Thom. 2.2.*q.*53.*art.*11.

1964 Cum omni ſpecie animantis ejuſdem eſt ſpeciei.

Omnes congreſſus hujuſmodi ſunt ejuſdem ſpeciei, ſatiſque explicaret, toties ſe beſtialitatem commiſſe, tacita animantis ſpecie. Eſcobar *examine* 2.*c.*6. Fillinccius *tom.* 2. *tract.*30. *c.*7. *n.*131. Buſſembaus 3. *medullæ tract.* 4. *c.*2. *dub.*3. v.*beſtialitas.* Et morte punitur homo, & animal. Levitici 20. v.15. Clarus §.*fornicatio.* v. *cum animali bruto*. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis.par.*1. *c.*5.*n.*72. Boerius *dec.*316. Baronius *de corpore tit.*17.*n.*556. & tetigi IV.*ſelectarum num.*255.

1965 Morte punitur homo, & animal.

Copula cum mortua.

CAPUT XVII.

1966 Cujus ſpeciei ſit congredi cum mortua.

ESse diverſæ ſpeciei ab aliis, ſi peccata contra naturam differant ſpecie. Caram. *intent. n.*1957. illam vocans inanimitatem; nam non eſt beſtialitas, ut gratis ait Pellizzarius *to.*1. *manuoli tract.*4.*c.*3.*ſect.*4.*n.*70. Gieſualdus *to.*2. *tract.*12.*c.*1.*n.*43. cum tale flagitium ſit copula cum vivente alterius ſpeciei. Acacius *tom.* 1. *reſol.*225.*num.*1. Baſſæus *tom.*2. v.*fornicatio n.*2. dicentes cognoſcentem beſtiam mortuam non contrahere caſum fortè reſervatum beſtialitatis.

Nec eſt mera pollutio alieno inanimi inſtrumento procurata, ut ait Acacius, & Baſſæus *loc. cit.* & Tamburr. 7.*opuſculorum. lib.*2.*c.*7. §.10. *num.*39. dicentes inanimatum inſtrumentum ſe polluentis ſpeciem non mutare; unde concludunt, ſatis eſſe in confeſſione dicere me pollui, ſivè cum viva, ſivè cum mortua ſe polluat.

Nam videtur inquinatio ipſa beſtialitate horribilior, deterior.

Nec eſt ſimplex fornicatio; nam etiam cum homine ſortitur illam malitiam, quam delinquens intendit, cum nupta, cum conſanguinea. Diana *par.*9.*tract.*9.*reſol.*1.

De Congreſſu Dæmoniaco.

CAPUT XVIII.

UT iſthæc delictorum coacervatio nihil reticens, explanet ſingula, undequaque ſibi ſufficiens, laconyſmo edat incuborum, & ſuccuborum execrandum congreſſum.

1967 Dæmon humani generis hoſtis.

Cacodæmon infeſtiſſimus humani generis hoſtis nihil intentatum reliquit, nec relinquet in hominum perniciem; & ſic non veretur inire vaferrimos incubi, ſuccubivè congreſſus. S.Thom.*par.*1.*qu.*51 *art.*3. *&* 2.2.*qu.*96. ſex Doctores apud Simancas *de Catholicis inſtitutionibus tit.*26.*n.*5. Fagundez 1.*Decalogi.c.*41.*num.*5. Plures apud Leandrum *par.*6.*tract.*9. *diſp.*4.*q.*8. contra Plutarchum *in Numam.* Eugubinum *de perenni Phyloſophia. lib.*8.*c.*27. Cardoſam *lib. de ſubtilitate.* Feramatum *de hominis procreatione. c.*1. Vallevolam *enarrationum Medicarum to.*1.

Idque ſuadet tum ratio, tum hiſtoria.

Ratio, quia non amiſit naturalem ſcientiam, & ſic poteſt cacodæmon ut ſuccubus recipere, & naturalibus mediis fovere, & ut incubus emittere prolificativum ſervatum ſperma.

1968 Probatur aliquando incubi, aut ſuccubi Dæmon exercuiſſe nefandum exercitium.

Hiſtoria eſt apud Codronchium *de morbis veneficis, & veneficiis.lib.*3.*c.*10. Pepernus *de nuce maga Beneventana. lib.*6.*c.*8. ex Boetio *in hiſtoria Scotica.lib.*8. & notavi IV.*ſelectarum.n.*262.

Cum hoc tamen ſtat nullam à Dæmone ſenſitivam oblectationem percipi corpore deſtituto, & ſic tantum facinus molitur ad humanitatis conſpurcationem. Pereira 6. *Geneſis. lib.* 8. *diſp.*12. Lupus *par.*3. *lib.*2. 2.*par. diſp.*8. *art.*1. *differentia* 1.

An proles inde generari valeat?

§. I.

1969 Ex incubo videtur poſſe proles ſuſcipi.

AFfirma. D. Auguſtinus *lib.*3. *de Trinitate. c.*5. D.Thom. *loc.cit. & quaſt.*115.*art.*1. D.Bonaventura 2.*ſententiarum.diſt.*8.*art.*3.*q.*5. ubi Sotus *q.un.* Gabriel *q.*1. *concl.*2. Cajetanus 2.2.*qu.*95.*art.*3. ubi Medina *q.*72.*art.*2. del Rio *lib.*5.*concluſ.*1. Scotus *in* 2.*diſt.*7. *qu.un.* contra Torreblancam *lib.*5.*c.*2. *n.*34. Caranzam *de legitimo partu deſignando.q.*11.*n.*18. Schienchium, & Mercurialem *de morbis mulierum.* Ratio ſuadet, quia conſervata naturali qualitate ſpermatis, non eſt cur femina illo ſuſcepto concipere nequeat.

Imò etiam Dæmonis opera virgo recipere, & concipere poſſit. Del Rio *loc.cit.* Leander *loc. cit.q.*14. contra Torreblancam *loc.cit. c.*3.*n.*41. Sanch. 4.*de matrim.qu.*13.*n.*10. rectè ajentes in partu virginitatem amittentem.

An ex tali congreſſu naſcatur affinitas?

1970 Ex congreſſu cum incubo nõ naſcitur affinitas.

NEga. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi.alleg.*11. *n.*170. Quintanaduenas *tract.* 9. *ſingul.*5. *n.*2. Pontius 7.*de matrim.c.*23.*n.*2. contra plures apud Sanchez 2.*de matrim.diſp.*21.*num.*2. *& lib.*2. *diſp.*64. *n.*5. Nam, ut contrahatur affinitas, requiritur ſperma per copulam ab utroque contrahente deciſum. Eſt enim affinitas cognationum proximitas proveniens ex copula conſummata: unde Hurtadus *de matrim.diſp.*2.*difficult.*1.*n.*3. cenſet, ſemen per copulam immiſſum debere eſſe prolificum, & conſequenter à ſemine Eunuchi cenſet affinitatem non naſci; vide IV.*ſelectarum n.*197.

An, & cujus ſpeciei ſit tale peccatum?

§. II.

1971 Eſt peccatũ graviſſimũ, & poteſt eſſe multiplici.

GRaviſſimum. At cujus ſpeciei? non convenit inter Doctores; aliqui volunt eſſe aggregatum beſtialitatis, quia non ſervatur ſpecies. Sacrilegii, quia adverſatur Religioni. Adulterii, Sodomiæ, &c. prout locus, & finis delinquentis intendit, & conſequenter ſemper explicandum in confeſſione; maximè ob ſpecialem malitiam commercii cum Dæmone, & ob irreligioſitatis circumſtantiam. Caram.*intention. num.*1934.*in fine.* Arriaga *tom.*5. *diſp.*58. *n.*32. *&* 33. *in fine*; Si fit cum Dæmone in figura beſtiæ; ſi in figura humana ad ſodomiam, &c. licèt eam peccatum beſtialitatis velit Geſualdus *tom.*2.*tract.*12.*c.*1.*n.*43.

Delectatio, ſive voluptas ſenſitiva.

CAPUT XIX.

1972 Delectatio differt à gaudio.

PAſſio delectationis differt à gaudio, quia delectatio eſt tantùm partis ſenſitivæ, etiam beſtiis communis. Gaudium eſt partis intellectivæ, & rationalis. Leſſius 2. *de ſummo bono. c.*17.*n.*140. contra Senecam *epiſt.*59. concedentem etiam beſtiis gaudium.

De-

Google

1973 *Delectatio ſitu in actione, & paſſione.*

Delectatio facultatis appetitos conſiſtit in actione, & paſſione; quia delectatio producitur, & recipitur; nam eſt actus vitæ à principio vitali immanenter operaoti, ut producitur, eſt actio, ut recipitur, eſt paſſio; licèt Scotus *in 4 diſt.49.q.7. in principio corporis*, & in 1.*diſt.*1. *q.*3. *in fine corporis*, voluerit eſſe tantùm paſſionem factam ab objecto conſono debitè approximato, impugnatus ab Occamo *in* 1.*diſt.*1.*q.*3. *litera* K; quia delectatio poteſt haberi de re impoſſibili, vel abſenti, & ſic ſioe approximatione objecti.

Putat verò Occamus *loc.cit.litera M.* Riccardus *in* 4.*diſt.*49.*art.*3.*qu.*5. *ad* 1. delectationem non eſſe meram paſſionem, quæ ſequitur notitiam rei volitæ.

Quid ſit Delectatio?

§. I.

1974 *Quid ſit delectatio inquiritur.*

Est effuſio appetitus in objectum cognitum, bonum, amatum, poſſeſſum. Ariſtoteles 9.*ethicorum.c.*7. Dicitur cognitum, ſivè cognitione, hoc eſt notitia ſenſitiva, ſivè intellectiva. Dicitur amatum; nam res booa, non amata oon delectat.

1975 *Alia honeſta, alia turpis.*

Delectatio alia honeſta, alia turpis. Honeſta ex objecto bono, licito, cognito, amato, poſſeſſo. Turpis ex illicito cognito, amato, poſſeſſo. Et conſideratur ut plurimom, non ut adveoiens, ſed ut recedens. Epythetus *c.*56.*Enchyridii.*

De Turpi Delectatione moroſa.

§. II.

1976 *Delectatio turpis moroſa eſt præparatio ad alia peccata.*

Hoc eſt flagitii genus vehementer deteſtandum, præparans, ac ſternens viam ad deteriora patranda.

An ſit peccatum?

1977 *Dicitur moroſa à duratione rationis non temporis.*

Affirma: diciturque moroſa à doratione rationis, non temporis; & ſi deſit advertentia malitiæ, culpa deficit, ut in amentibus. Si autem adſit advertentia malitiæ, ſcilicet ſi ille, qui delectator, cognoſcat, dubitet, aut ſuſpicetur, ſe peccare, & velit delectationem illam turpem, tunc eſt peccatum. D.Thom.1.2. *q.*74.*art* 6.

1978 *Inadvertentia excuſat.*

Si verò cognoſcat ſe delectari, ſed non advertat ſe peccare modo dicto, tunc non peccat; Actu namque non advertens, non peccat. D.Thom. *de veritate. q.*15.*art.*4.*ad* 10.

1979 *Nõ tenemur advertere, ſi actu nõ advertimus.*

Nec refert teneri advertere; Nam ad hoc, ſcilicet teneri ſe advertere, non advertit. Gabr. à S.Vinc. *de matrim. diſp.*7.*qu.*14.*n.*113. ſubdens *n.*114. non peccare mortaliter in genere tantùm cognoſcens rem eſſe prohibitam, nec advertens eſſe prohibitam ſub mortali; nam ut eſt volitum, ità peccatum; & eſt volitum, ut eſt cogoitum. Cognitum antem, ut eſt malum in genere, non lethale; cùm lethale ſit malum in ſpecie, non in genere, ut latè probabamus cùm de voluntario, & involuntatio.

Unde delectatio moroſa ſit mortalis?

1980 *Ex pollutione, cujus eſt initiũ, delectatio moroſa lethalis eſt.*

Malitiam ſumit ex pollutione; nam delectatio eſt pſincipium pollutionis; & ſic potiſſima ejus pars. *l.*1. ibi: *cujuſcumque rei potiſsima pars principium eſt*. *D. de origine juris.* Plato 2. *de Republica*. 6. *de legibus*. Ariſtotiles 10. *problematum c.* 15. 6. *moralium. c.*7. *in fine.* 5. *Phyſices. c.*4. ajens: principium rei eſſe dimidium. Tiraquellus *de jure primogenitorum. in præfatione. n.*63. Seneca ad Lucillum *epiſt.* 34. Horatius *lib.*1.*epiſt.*2. ibi:

Dimidium facti, qui benè cœpit habet.

Ex quibns deciduntur ſequentia.

An delectatio moroſa inter ſolutos ſit lethalis?

1981 *Delectatio moroſa inter ſolutos lethalis eſt.*

Affirma: ſicoti eſt lethalis pollutio. Delectatio namque cauſatur à ſpiritibus propagationi ſervientibus, qui ſpiritus ſunt pollutionis initium, & potior, ac maxima pars. D.Ambroſius *lib.*2. *de pœnitentia c.*16. Pontius *lib.*10. *de matrim. c.*2. *n.*8. Caram. *fundam.*57. *n.*1650. monens: velle delectari, & velle pollui, ejuſdem conſpurcari malitiæ fœditate, cum Sanchez 9. *de matrim. diſp.*47.*n.*4. cootra Martinum de Magiſtris *tract. de temperantia. q.*3. *de luxuria*, ajentem, non eſſe mortale delectari ſine periculo deveoiendi ad opns liberè. Cordubam *lib.*1. *qu.*23. *dub.*11. §.*igitur*. Tabienam v.*cogitatio moroſa.n.*2. dicentes eſſe veniale. Medinam *par.*2. *qu.*74. *art.*8. *dub.*3. Curialem, & Zumel *ibid.* ajentes inter ſponſos de futuro non eſſe illicitam.

1982 *Delectari de actu futuro matrimonii non licet.*

Hinc patet nec licere delectari de actu matrimonii futuri, quia talis delectatio eſt pars pollutionis ſemper illicita. Contra Cajetanum *tom.*1.*opuſculorum. tract.*14.*dub.*2. Serram 1.2. *q.*74.*art.*8.*dub.*2.§.*dicendum eſt* 5.

1983 *Sicut de muliere ſi eſſet ſua.*

Secundo fit; nec eſſe licitam delectationem de muliere ſub conditione, ſi eſſet ſua; ſicuti nec eſt licita pollutio, nec ejus priocipiom: & conditio oon ſuſpendit delectationem, nec pollutionis principium. Sanchez 9. *de matrim. diſp.*47. *n.*5. contra Cordubam *loc. cit. dub.*13. ajentem, eſſe malam venialiter.

1984 *Nec viduæ de copula præterita.*

Tertio fit; nec viduæ licere delectari de copula præterita conjugali, quia non licet principium pollutionis ponere. Vaſquez 1.2. *qu.*74. *art.*8.*diſp.*114.*n.*3. & alii, quos do 1v. *ſelectarum. n.*126. referens XVIII. Doctores, dicentes eſſe venialem.

An delectatio de nupta, virgine, conſanguinea, &c. inducat ſpecificam diverſitatem?

1985 *Delectatio de virgine, nupta, &c. videtur non inducere ſpecificã diverſitatem.*

Nega. Vaſquez 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 112. *c.* 2. Sayrus 9. *Clavis.c.*7.*n.*10. Reginaldus *to.*2. *lib.*12.*c.*2. *num.*13. Gabr. à S.Vinc. *de matrim. diſp.*17. & decem alii, quos cito 1v. *ſelectarum. n.*131. licet *ibid.* dem XII. Doctores ſentientes differre ſpecie: moventnr illi, quia ſi præſcindatur copula, & ſolùm delectatio feratur circa feminam, ut eſt femina, non ut talis femina, non habet circumſtaotiam, ex qua ſumat ſpecificam diverſitatem; Voluntas namque poteſt ſequi cognitionem intellectus præſcindentem unam ab altera circumſtaotia; quamvis ex parte rei talis præciſio oon detur, & conſequenter ſufficeret ſecoodum hanc ſententiam fateri toties moroſè ſe delectatum, non explicando, an de vidua, an de virgine, conſanguinea, &c. Tanderus *par.*2.*diſp.*4.*qu.*8. *dub.*3.*num.*149. Sà v.*luxuria. n.*13. Caram. *in regulari n.*1022. *in fundamentali à n.*1126.1649.1721.*&* 1830.

De Motu delectationis ſenſualis.

§. III.

An patiens motus ſenſualitatis venereæ, debeat poſitivè reſiſtere?

1986 *Patiens motus ſenſuales venereos, ſi prævidet cõſenſum, aut ejus periculum, tenetur poſitivè diſſentire.*

Diſtinguas: vel prævidet conſenſum, aut conſenſus periculum, niſi poſitivè diſſentiat: vel id non avertit.

Si prævidet conſenſum, aut conſenſus periculum, niſi poſitivè diſſentiat, tunc tenetur poſitivè diſſentire; nam qui tenetur non peccare, tenetur ad media præviſa neceſſitate ad non peccandum, & ità recipio D.Thom. 1.2.*qu.*74.

*art.*6. D.Bonaventuram *in* 3.*diſt.*21.*par.*2.*art.*9. *qu.*1.

1987 Secùs ſi non prævidet, & negativè ſe habeat.

Si verò non prævideat conſenſum, nec conſenſus periculum; tunc ſatis eſt negativè ſe habere, ſcilicet non conſentire; quia ſi ita ſe gerat, non peccat, cùm peccatum ſine conſenſu eſſe nequeat, & præceptum negativum eſt: *Non concupiſces*. Negativè autem ſe habens non concupiſcit, ſicque præceptum ſervat. Sanchez 9.*de matrim. diſp.* 45. *n.*25. quinque Doctores apud Dianam *par.*2.*tract.*17.*reſ.*33. Caram.*præterintentionali n.*1940. Contra Amicum *to.*3.*diſp.*17. *ſect.*1. *n.*192. volentem poſitivè reſiſtendum, & Gabrielem à S.Vinc. *de matrim. diſp.*7. *qu.*14. *n.*115. putantem negativè ſe habere cum caoſa, puta ne ſe divertat ab Officio recitando, à ſtudendo, non eſſe mortale motus reprimere. Eſſe verò mortale illos non reprimere, etiam ſine cauſa juſta. At illos non reprimere, quacunque cauſa præciſa, remoto conſenſu, non eſſe mortale ſuadet facta ratio, qua præceptum obligat ad non conſentiendum, non autem poſitivè ad diſſentiendum. Nec gratis confingenda præcepta. Imò multoties expedit, motus hujuſmodi contemnere, parvipendere, ſe divertendo ad alia; Nam experimento comprobatum conſenſiſse poſitivè, volentem poſitivè diſſentire, reflexa mente imaginatione, qua diſſentire contendebat, urgente ad lapſum. Cùm enim potentiæ ſenſitivæ ſint ſubordinatæ, imaginativa imprimente ſubalterantur ceteræ potentiæ, quibus ſubalteratis, difficilior eſt reſiſtentia; onde ſpiritualium rectorum decreto ſancitum, conſultiùs imaginationem ad alia diverti; nam fuga, non pugna faciliùs iſte internus hoſtis vincitur. Cajetanus v.*delectatio*, ubi Armilla *n.*2. Navarrus *in ſumma c.*16.

1988 Delectatio moroſa cum conſenſu interpretativo eſt mortalis.

Non tamen placet illorum ſententia, qui volunt delectationem moroſam cum conſenſu interpretativo, eſſe veniale, ut videtur ſentire Corradus *par.*2. *qu.*74. Sotus *in* 4. *diſt.*12. *qu.*1. *art.*7.*concl.*1. Aleoſis 2.*par.q.*8.*membro* 7. Enim verò cùm delectatio moroſa ſit principium, & ſic maxima pars pollutionis, eadem, qua pollutio, fœdatur lethali malitia, ſive conſenſus ſit expreſſus, ſive interpretativus non reſiſtendo elicitus.

1989 Videndum ex qua cauſa motus iſti procedant.

Hinc patet; qua ratione motus ſenſualitatis poſſit eſſe malus. Si cauſa hujus motus eſt honeſta, vel indifferens. Tunc præciſo conſenſu in malum, motus tanquam effectus neceſſarius ex potentiarum ſubordinatione, non poterit eſſe malus. Et ſic Amicus *loc. cit.* & Gabr. à S.Vinc.*de matrim.diſp.*7.*q.*14.*n.*119. ex D.Thoma 2.2.*q.*154. *art.*5. aſſerunt cauſam venialiter malam, ut verbum jocoſum, aſpectus mulieris pulchræ, coitus animalium reddere motus, & pollutiones venialiter malas, (37) & è contra ſi cauſa eſt indifferens, ut eſus, ſomnus, quod ſequitur præciſo conſenſu, non eſt malum. Sancius XXI. *ſelectarum. num.*22. Leſſius *lib.*4.*c.*3. *dub.*14.*n.*10. Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.n.*119. Acacius de Valaſco *tom.*2.v.*luxuria.reſol.*209. Diana *par.*3.*tract.*5.*miſcellaneorum.reſol.*85. ſeptem Doctores apud Amedæum *tract. de pœnitentia propoſ.*5. ajentes à cauſa motuum, & pollutionis malitiam eruendam. (38)

De Lenocinio.

CAPUT XX.

1990 Lenocinii quidditas.

HÆc eſt ſpecies anomala peccati contrà continentiam, ſub ſe continens quodcumque peccatum contra puritatem; nam lenocinium eſt actus pravus, quæſtuarias perſonas contra puritatem habens; & ſic leno quæſtuarias perſonas habet. *l.athletas* 4.*§.ait Prætor*.ibi: *qui lenocinium fecerit. Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habet. D.de his, qui notantur infamia*. Idque ſivè ſit maritus propriam uxorem quæſtuariam tenens. Gloſſ.*in l.crimen.* v.*non qui ſuſpectam. C.ad l.Jul.de adult.l.mariti lenocinium* 29. *§.qui quæſtum.D.ad l.Juliam de adulteriis*. ibi: *nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in uxore exercuit*; etiamſi conſentiat ſcienter adulterio uxoris, fingatque ſe ignoraſſe, aut dormire, aut uxorem deprehenſam in adulterio detinet. *l.*2. *§. lenocinii*, ibi: *Item in eum, qui in adulterio deprehenſam retinuerit. l. mariti lenocinium* 29. *§. quod ait lex. D.ad l.Jul.de adulteriis. l.auxilium* 38.*§.fin. D. de minoribus.*

1991 Etiam maritus leno dicitur ſi uxorem quæſtuariam habet.

1992 Et pater proſtituens filiam quæſtus cauſa.

Sivè ſit pater proſtituens ſuam filiam quæſtus gratia. *l.lenones. in fine. C. de ſpectaculis. lib.*11. Afflictus *in Conſtitutione Regni rubr.*45. *de matribus earum.num.*1. Menochius *de arbitrariis. lib.*2.*centur.*6.*caſu* 534.*n.*10.

1993 Quivis mares, aut feminas quæſtuarias habens contra caſtitatem, aut domum propriam commodans infamis leno eſt.

Sivè ſit quivis alius mulieres, aut maſculos quæſtuarios habens. *l.qui domum* 8.ibi: *vel cum maſculo fieret.l.mater.*10.*D.ad l.Juliam.de adulteriis*; Aut commodet domum propriam, vel alienam, vineam, agrum, &c. *l.& ſi amicis* 9. ibi: *ſed ſi quis in agro ſuo, alienove ſtuprum fieri præbuiſſet.D.ad l.Jul.de adulteriis*; ad taliter delinquendum. *l.auxilium.*38.*§.fin. D.de minorib.* ibi: *domum præbuerit. l.qui domum.*8. *D.ad legem Juliam de adulteriis.*

Quæ, & quotuplex malitia contineatur in lenocinio?

§. I.

1994 Enorme delictum eſt, & multiplex malitia.

TUrpiſſimum tale delictum in præparatione continens multiplex malum, continet etiam multiplicem malitiam; adulterii, ſtupri, inceſtus, fornicationis, contra naturam, &c. *l.Athletas* 4. *§.ait Prætor. D.de his, qui notantur in-*

(37) Aſpectus voluntarius congreſſus animalium non eſt ſine culpa mortali, ut docent graviſſimi Doctores, & id omnino tenendum eſt.

(38) Cùm motus iſtos ſenſuales, delectationeſque venereas ut plurimum ex proximis cauſis, & occaſionibus peccaminoſis exurgere, atque emanare compertum ſit, ob oculos Tyroni noſtro optimum erit objicere Theſes aliquas damnatas, ex quibus apparet, excepta phyſica, aut morali impotentia vitandi proximam occaſionem peccandi, alias cauſas etſi utiles, aut honeſtas non excuſare à fugienda proxima occaſione peccandi. Eodemque jure cuique inhiberi directè quærere, aut retinere occaſionem proximam peccandi pro bono etiam ſpirituali, ne dum temporali noſtro, aut proximi:

Sic Innocentius XI. ſequentes damnavit Propoſitiones ordine.

„ 61 Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima „ occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & „ non vult omittere, quinimo directè, & ex propoſito quærit, aut ſe ingerit. „

„ 62 Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non „ fugiendi occurrit. „

„ 63 Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali, noſtro, vel proximi. „

Ejuſdem furfuris eſt Propoſitio 41. ab Alexandro VII. damnata de Concubinario retinente concubinam, quam explicat Auctor in *Anacephalæoſi*, & vide ibi P.Viva.

Digitized by Google

infamia. Sumitque ſuam ſpeciem ab eo, ad quod delinquendum exponit: & conſequenter eſt majus ceteris flagitiis ſingularibus; peccat enim multipliciter in ſe, & in alio. Gloſſa *in d.l. Athletas 4.§. Pomponius. v. eum, qui ſervitute. D. de his, qui notantur infamia*: ubi Bartolus, & Baldus *n.2.* Eſt enim ità, ac ſi ipſe delinqueret illo peccato, quo alteram ad delinquendum exponit quæſtus gratia. *l. palam. 43. §. non eſt ignoſcendum. D. de ritu nuptiarum.* ibi: *lenocinium facere non minus eſt, quàm corpore quæſtum exercere.* Meritò dicitur peſſimum, horrendum, ac deteſtandum crimen, imò criminum congeries. *in Auth. de lenonibus in principio.*

Pœna.

§. II.

1995 Pœnam graviſſimã merentur.

Debet eſſe maxima, & pro diverſitate, ac qualitate delicti, ex quo quæſtum percipit magis, minuſvè intenſi, aut remiſſi.

1996 Arbitraria verò eſt in augmento, vel diminutione.

Pœna debet eſſe arbitraria, augenda, minuenda, ad mortem, vel infrà. Enim verò cum adulterio pœna mortis. *l. mariti lenocinium 29. §. plectitur. D. ad l. Juliam de adulteriis;* licèt ex circumſtantia poſſit exilio, fuſtigatione, aut mitra mulctari. *d. Auth. de lenonibus.* Menochius *2. de arbitrariis. caſu 34. n. 42.* Et maritus ſi accipiat pecuniam ex expoſitione, acriùs debet puniri, & ſic ultimo ſupplicio. *d. Auth. de lenonibus;* licèt ex qualitate poſſit mitigari pœna in fuſtigatione, exilio, trireme. Follerius *in practica. v. item huc, quod fuit leno. n. 9.*

1997 Si maritus fuerit, ultimo ſupplicio deſtinandus eſt.

Debet tamen recepiſſe pecuniam. *l. 2. §. lenocinii. D. ad l. Juliam. de adulteriis.* ibi: *qui de adulterio uxoris ſuæ quid acceperit.*

1998 Locans domum lenoni illam amittit.

Locans domum ſuam lenoni, illam amittit, & pecuniariè punitur. *Auth. de lenonibus. § præconizamus. v. ſi quis autem patiatur collat. 2.*

1999 Adverſus lenones proceditur ſine accuſatore.

Adverſus lenones proceditur ſine accuſatore. Gloſſa *in l. crimen. v. nam qui ſuſpectam. C. ad l. Jul. de adult.*

2000 Pœnæ de jure communi, & municipali.

Et eſt etiam pœna ultimi ſupplicii *d. §. præconizamus.* Licèt hodie ob nationum diverſos mores ſit arbitraria. Clarus *in §. fin. q. 68. n. 24. v. Lenones. l. Athletas. §. ait Prætor. D. de his, qui notantur infamia*, ubi ſunt etiam infames. Et in Regno lenones morte puniuntur ex *Pragm. ſub tit. de Lenonibus.* Bajardus ad Clarum *q. 68. num. 61.*

De Fœtu cæſi ventris, & abortivo.

CAPUT XXI.

2001 Fœtus multipliciter deperire valet in utero matris.

Filius uteri latebris ſeptus variè deperire, aut cladem ſentire poteſt: ut homicidii doctrina undequaque ſibi ſufficiat.

Primo, indigitemus, illos naſci impotentes ob tumorem, inverſionem, tranſverſionem, morbum, ità ut ſecandus matris uterus, vel miſerrima vitæ dilapidatione, utrique occubendum.

Secundo, differendum de abortivo.

Natus ſecto utero.

§. I.

An valeat ſecari parens viva, nè filius utero incluſus moriatur?

2002 Cum nece matris nequit ſecari parens, ut filius vivat.

Diſtinguas: vel id poteſt ſine matris nece: vel cum matris nece.

Cum matris nece, non tenetur; cùm nemo teneatur, nec poſſit vitam propriam amittere, ut alius vivat. Si verò uterque vivere valeat, tunc poteſt ſecari: ſed mater tantam lanienam pati non tenetur; non enim tanto dolore propria, & multò minus aliena vita ſervanda eſt; ſatiſque eſt, ſi necem puero non inferat, non autem tenetur propria morte illius vitam ſervare.

Si verò efferato dolore opprimatur, & cæſa levetur; tunc ſui cæſuram velle poteſt; nam ſic cæſa pars ſervit totius conſervandi. Ceterum, cæſuram multis benè ceſſiſſe, & levaſſe medicinæ perita doctrina, teſtatur Sennertus *lib. 4. par. 2. ſect. 6. c. 8.* Cornax *in Enchyridio 3. pag. 188.* Cagnatus *lib. 4. variarum c. 9.* ubi in fine fatetur, mulierem utero tumulatum quatriennio geſtaſſe, eoque infelici onere ſectione levatam, fœcunditate non amiſſa; & Ariſtoteles *7. hiſtoriarum c. 4.* aſſerit, mortuo non excuſſo, alium virum ſupergenerari poſſe, & ter generatum, & editum, fœtu mortuo non excuſſo anno 1590. teſtatur Schienchius *lib. 4. obſervationum medicinarum. tit. de fœtibus.* — 2003 Secùs ſi ſectio ſiat ad ſalutem matris.

2004 Mortuo fœtu poteſt extrahi fruſtratim.

Porrò cæſaream ſectionem non neceſſariam deanimato fœtu fruſtratim extrahibile artis, & naturæ connixu, ut obſervat Moſchius *c. 16.* Plinius *lib. 2. c. 8. & 9.* Parenus *lib. 25. c. 16.* Guinnus *lib. 5. de pulchritudine, & ſanitate corporis. c. 25.*

An mater ſectione non moritura ſecanda, ut filius baptizetur?

2005 Si mater ſectione non moriatur, ſecanda, ut filius baptizetur.

Affirma. Alenſis *4 par. diſt. 17. qu. 13. membro 4.* Raynaudus *de ortu infantium contra naturam. c. 3. n. 7. & c. 5. n. 2.* ut communiſſimum longo ſuffragantium Doctorum ſyllabo probans. Duallius *de hermaphrodito, & partibus c. 24.* Laurentius *lib. 8. anathomia q. 32.* Veichardus *de morbis mulierum. c. 20.* Schenchius *obſervationum medicarum lib. 4 fol. 667.* Mizaldus *centuria 1. memorabilium aphoriſmo 100.* Ranchius *lib. Chyrurgia qu. 14.* Sennertus *lib. 4. par. 2. ſect. 6. c. 8. caſu 3.* idque ex eo, quia experimentis comprobatum, matrem, & filium poſſe ſectioni ſupereſſe. Sennertus *ſupra p. 1. ſect. 2. c. 17.* Et aliàs mater inſecata cruciatibus torquenda filio in utero exanimato dilacerando, contundendo per partes, ut extrahatur. Ergò ex caritate ut bona corporis poſtponantur bonis animæ illiniendi aquis baptiſmi; & nè mater inde non moritura graviſſimam ſentiat corporis lanienam, poteſt permittere inciſionem.

Nec oppoſitum nunc, quando arte medica ſecura eſt ſectio experimentis comprobantibus doceret, ſicuti docuerat oppoſitum, quando mater deanimabatur arte non adeò exculta. D. Thomas *in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 1. ad 4. & 3. par. q. 68. art. 11.* Paludanus *in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1.* Sylveſter *v. baptiſmus 4. n. 3.* Angelus *6. num. 9.* Tabiena *5. n. 1.* Roſella *n. 1.* Carranza *de partu naturali legitimo c. 6. ſect. 2. in fine.* Malſaria *lib. 4. rei medicæ. c. 12.*

An ad id teneatur ex juſtitia, an potius ex caritate?

2006 Ad id verò ex caritate tenetur.

Dicas non ex juſtitia, ſed ex caritate teneri. Non ex juſtitia, quia nemo dicitur juſtus erga ſe ipſum, cùm juſtitia ſit ad alterum; poſſitque permittere ſui mortem ad evitandam ſectionis immanitatem; ſic ægrotus non adigitur, ut edat carnes murium, canum, ſerpentum, vermium, licèt poſſit in extrema neceſſitate edere. Malderus *de juſtitia. tract. 3. c. 1. dub. 1.* Raynaudus *loc. cit. c. 5. n. 16. in fine.* Leſſius *lib. de temperantia n. 10. & 12.* Sanchez *1. Decalogi. c. 18. n. 12. & 14.*

Ex caritate autem teneri indè ſuaderi poteſt,

quia conſulit animæ ſuæ per actum caritatis, & animæ filii per baptiſmum: & receptum eſt Theologorum effatum: cum diſcrimine bonorum etiam corporis ſubveniendum proximo in ſpiritualibus extremè indigenti. S. Thomas 2.2. *q.26. art.5.* Toletus *lib.4. ſummæ. n.10. c.2.* Navarrus *c. 24. n.9.* Abulenſis *Matthæi* 18. *qu.*95. Lorca 2.2. *ſect.3. diſp.*28. *membro* 2. ex 1. Joannis 3. ibi: *nos debemus pro fratribus animas ponere.*

Scio tamen Sancium x. *ſelectarum. n.*9. velle non teneri corporalem propriam ob ſpiritualem alterius ſalutem, quem exponere; quia caritas eum tanto onere non obligat. Sotus *de ſecrete. membro 2. q.2. concluſ.*6. ubi ait, neminem cum periculo vitæ teneri baptizare infantem. Regucius *lucerna Parochorum. de baptiſmo. q.*20. *&* 48. Ochagavia *de baptiſmo. q.4. n.*6. qui ait, nec volentem aperiendam eſſe, ut baptizetur filius, ſecus moriturus.

2007 Secùs ſi certò moriatur.

Si mater ſectione certò depereat; nequit ſecari; quia innocentis occiſio prohibita. 1. Regum 8. 2. Regum 1. Coninck *par.3. qu.66. n.*75. Habet etiam jus ne vulneratur.

An poſſit ſecari, ſi dubitetur, mater ſectione moritura?

2008 An dubitetur de morte.

NEga: nam jus certum habet mater, nè ſectione exponatur periculo vitæ, quo jure in dubio majoris boni privari nequit.

An mater certò moritura ſine ſectione, poſſit ſecari, ſi dubitetur, ſectione levandam eſſe?

2009 Si certò moriatur, & dubium ſit ſectione levandam eſſe, poteſt ſecari.

AFfirma; quia hoc eſt experiri auxilium anceps, quo vivere, non mori poterit. Celſus *lib. 2. de re medica. c.*10. repudiato Galeno dicente: *interfice adauctor*, quæ eſt regula ex lex. D. Ambroſius *ſermone* 22. *n.*8. *in Pſal.*118. tunc enim illa ſectio eſt remedium, licèt anceps, ſi non mori, ſed ſanari poterit. Sanchez 1. *Decalogi. c.9. n.39. & 9. de matrim. diſp.20. n.*19. Filliuccius *tract.*21. *n.*151. Adrianus *in 4. de correctione fraterna. art.3. §. ex quo. ad* 2. De Moure *par.4. examinis. c.12. §.2. n.4.* Valenzuola 2.2. *diſp.3. qu.15. punct.*2. contra Caſtrum Palaum *de conſcientia par.9. num.*5. Monaium *lib.2. de vena ſectione in morbis acutis num.*13. Codrouchium *lib.1. de Chriſtiana medicina ratione. c.*6. Naldum v. *Medicus. n.* 8. Nec tunc ſectio dicitur vulnus, ſed dicitur medicina tendens ad ſalutem infirmæ, ut pars ad manutenendum totum; pars namque ſubire debet vulnus, ut totum manuteneatur: Imò vulnus etiam partis vulneratæ incolumitatem ſervat, cum pereunte toto pars, & ipſa periret; & certus interitus deterior eſt conditionis, quàm dubius.

An ſit ſecanda, ſi indè mater, aut filius certè peribit?

2010 Licet dare remedia tendentia ad ſalutem matris, etſi prævideatur, ſed non intendatur filii mors.

DIcas adhibenda remedia directè tendentia ad ſalutem matris, licèt prævideatur, ſed non intendatur filii exitium. Layman *lib.3. ſect.5. tract.3. p.3. c.5.* Sanch. 9. *de matrim. diſp.*20. *n.*14. Comitolus *lib.4. reſponſorum q.*13. *n.*6. Naldus v. *abortus n.* 3. Monaius *lib. 2. de vena ſectione in morbis acutis c.*13. Azorius *tom. 3. lib.2. c.3. q.*22. de Moure *p.4. c.12. §.2. n.*4. Diana *p.3. tract.5. reſol.*11. Enim verò actus ſpecificatur à fine, qui eſt ſalus matris, non dilaniatio ſobolis. D. Thom. 2. 2. *q.64. art.7. in corpore.* ibi: *nihil prohibet unius actus eſſe duos effectus, quorum alter ſolùm ſit in intentione, alius verò ſit præter intentionem.* Morales autem actus recipiunt ſpeciem ſecundum id, quod intenditur, non autem ab eo, quod eſt præter intentionem, cùm ſit per accidens. contra Rocherum *de morbis mulierum c.*28. *in fine.* Caſtrum *lib.4. de morbis mulierum c.* 3. Tertullianum *lib. de anima c.*25. Soccinum *in c. ſi aliquis. de homicid.* de Brixia in Clementina 1. *de homicidio*, ajentes filium trucidandum, & neceſſaria quadam crudelitate per partes extrahendum, ſi ſecùs ejus obliquitate, tumore, aut aliter deſperato exitu matri, exitium certum immineat,

An autem tunc, ut filius baptizetur, mater non moritura ex caritate poſſit permittere ſui ſectionem?

AFfirmat. Sanchez *loc. cit. n.* 17. Leſſius *loc. cit. n.*63. Sayrus 7. *clavis. c.12. n.*22. Filiuccius *tract.19. n.*104. Bonac. *de reſtit. diſp.* 2. *q. ult. ſect.1. §.7. n.*3. ex D. Thoma 2.2. *q.26. art.* 6. ubi ſalus corporis poſtponitur bono ſpirituali proximi, ergo corporis materni poſtponenda eſt ſalus æterna prolis. 2011 Ut filius baptizetur poteſt mater permittere ſui ſectionē ex caritate.

Si periculum ſit in mora, an mater poſſit ſecari?

DIſtinguas eodem modo: vel ſecta vivere poterit, vel non? 2012 Quid ſi periculum ſit in mora.

Si ſecta vivere poterit: affirma tunc ſecari poſſe: Nam ſectio illa tendit ad bonum matris, & filii, cæteroquin periclitaturi. Suarius 3. *p. q.67. ad art.*11. Layman *de baptiſmo. c.3. num.*2. Diana *p.2. tract.1. miſcellaneorum reſol.*76. Filliuccius *de baptiſmo n.* 139. Bonac. *de baptiſmo diſp.2. art.2. concluſ.* 4. *n.* 4. contra plures, quos dat, & ſequitur Comitulus *p. 1. reſponſ. q.* 14. Henriquez *lib.2. c.21. n.*5. Angles *in floribus q.2. de baptiſmo art.* 3. *concl.* 4. ajentes; ſectionem exitialem matri.

Si vivere nequibit: Nega, ſecari poſſe, quia tunc ſectio eſſet innocentis occiſio, divino jure prohibita. Sed ſi femina reatibus ſit obnoxia, tunc, ſi mereatur mortem, ſecari poterit, ut filius vivat, & baptizetur. unde ſit.

An mater prægnans mortis rea, illicò morti tradi poſſit?

NEga; ſed expectandum tempus nativitatis, & filio nato poteſt pœnis mater affici. 2013 Prægnans mortis rea, non illicò damnanda, ſed poſt filii natum.

Nam delictum matris non debet nocere innocenti habenti jus à natura, ut naſcatur. *l. prægnantis. D. de pœnis. l. Imperator Adrianus. D. de ſtatu hominum.* Covarr. 2. *variarum c.*4. Afflict. *in Conſtitutione Regni tit.* 23. *n.*11. & ſic mater nocens nequibit ſecari, ſed expectandum erit tempus nativitatis.

An mater poſt mortem ſecari valeat?

AFfirma: ut filius baptizetur, vivatque. *l. poſthumus. v. ſimili modo.* ibi: *ſimili modo & eum, qui poſt teſtamentum matris factum execto ventre extractus eſt, poſſe queri dico. D. de inofficioſo teſtamento. l. quod dicitur. D. de liberis, & poſthumis. l. ſi ego. v. idem eſt. D. de publiciana in rem actione. l. anniculus D. de verb. ſignif.* 2014 Mater poſt mortem ſecari valet.

Nulli enim nocet, & filio prodeſt, aut prodeſſe id poterit. D. Thomas 3. *p. q.*68. *art.*4. Paludanus *in 4. diſt.6. q.1. art.1. concluſ.*5. ubi Sotus *diſt.5. q. unica art.11. concl.3. ad* 3. Angles *in floribus q. 2. de baptiſmo art. 3. concl.* 5. contra Rodriquez à Caſtro *de morbis mulierum lib. 4. c.3. in ſcholiis.* Varandeum *lib.2. de morbis mulierum c.*7.

Nec dicas cum iſtis matre peremta filium ſuffocari, nec poſſe vivere.

Nam filius in utero non reſpirat, nec cor, vel

Digitized by Google

2015 Quomodo fœtus in utero vivat.

vel pulmo movetur, ſed per totum corpus tranſpirat, obſervante Laurentio *lib. 8. anathomes c. 7. q. 27. & 28.* ſic inſecta animantia hyeme ob caloris tenuitatem, non reſpirant, ſed tranſpirant terræ latebris incluſa. Unde experientia, & legibus comprobantibus ſcimus filios vivos ſecto ventre, matre mortua, natos. Talis fuit Æſculapius, ut notat Servius; talis fuit Bacchus teſte Tertulliano *lib. de anima c. 25.* Martialis *lib. de ſpectaculis epigrammata* 12. ſic fuit D. Raymundus cognomine non natus.

2016 Matre mortua citò ſecanda, ut filius baptizetur.

Debet tamen citatiſſimè ſecari uterus, & eſſe peccatum mortale differre ultra horam, nè infans baptizatus, perenniter pereat, ait Poſſevinus *de officio curati c. 6. n. 9.* Idque quia vivit per ſpiritus ſine reſpiratione, quorum licèt non ſtatim, tamen fit exinanitio, cùm communicentur per matrem, jam defunctam; & ſic citatiſſime occurrendum ſectione, ut non inveniatur mortuus defectu ſpirituum.

Ut ergo cæſones baptizentur, ac vivant, mater mortua debet eſſe, & ſecari. Indicia verò mortis, vel vitæ matris, nè novacula admoveas viventi, habes apud Fortunatum Fidelem *de relationibus medicis. lib. 4. c. 1.* & in dubio non eſt ſecanda, quia poſſidet vitam.

An verò hic filius ſuccedat?

2017 Filius natus ſecto utero ſuccedit.

AFfirma. *l. quod dicitur. D. de liberis, & poſthumis. l. etiam 141. D. de V. S. l. 1. § ſi qua pignus. D. unde cognati. l. t. D. ad Senatus Conſultum Tertillianum*, ubi natus ſecto ventre admittitur ad legitimam ſucceſſionem: Et hoc licèt teſtator dixerit, ſi pepererit; nam conſideratur effectus, non modus. *l. ſi mater 3. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus*. Caranza *de partu c. 6.* de Benedictis *in c. Raynutius. v. ſoboles. n. 64. de teſtamentis.*

Nec officit, non peperiſſe, filio ſecto ventre nato. *l. anniculus. D. de V. S.* Guttierez *lib. 2. practicarum. q. 101. n. 3.* inde concludens cæſones abortivos, cum Tiraquello *in l. ſi unquam. C. de revocandis donationibus. v. ſuſceperit filios.*

2018 Etſi non dicantur nati, ſunt tamen filii.

Licèt enim ex cortice verborum cæſones non dicantur nati; tamen attenta ratione, & voluntate teſtatoris, re vera ſunt filii, & ſic idem de iſtis, ac de natis naturali via dicendum. *l. 13. § ex omnibus. D. de publiciana. l. 6. D. de inofficioſo teſtamento.* Briſſonius *in l. 11. D. de V. O.* ubi enim eadem ratio, eadem juris diſpoſitio. plura alia videas IV. *Obſervationum Phyſico-Legalium.*

Si ſecto utero duo gemelli inveniantur?

2019 Duo gemelli ſecto utero æqualiter ſuccedunt. Si fuerit feudum, aut Regnum populus eliges unum.

TUnc ſorte, vel æquali diviſione bona ſecernuntur, & ſi de feudis agatur, nè Regnum, nè feudum dividatur, Populus eliget unum ex gemellis. Aretinus in *l. ex duobus. D. de vulgari*. Tiraquelius *de primogeneis. q. 13.* Molina *tract. 3. de juſtitia diſp. 624.* Caranza *de partu naturali, & legitimo. c. 6. ſect. 1. n. 21.* contra Molinam *de primogeneis c. 1. n. 23.*

De Abortu.

CAPUT XXII.

2020 Quid aborſus, & abortus.

IN principio conceptionis abortum, quem abortũ dicimus inanimatum, ſi deanimatus, variæ ſuppullulant hìc, naſcatur; de quo extemperandæ difficultates, & primo.

An fœtus inanimis poſſit abortu ejici pro tuitione vitæ, famæ matris?

NEga. VIII. Doctores, quos dat, & ſequitur Diana *p. 3. tract. 5. reſol. 11., & p. 6. tract. 8. reſol. 37.* Candidus *tom. 2. diſquiſit. 1. art. 1.* Lugo *tom. 1. de juſtit. diſp. 10. ſect. 5. num. 130.* quatoor alii, quos dat Leander *tom. 5. diſp. 11. q. 1.* Codronchios *lib. 1. de Chriſtiana medicinæ ratione c. 22.* contra Salmaticenſes *tom. 4. diſp. 10. n. 221.* Mercurialem *lib. 5. de morbis mulierum c. 2. in fine.* Henriquez *lib. 11. c. 16. n. 8.* Sà *v. homicidium.* Layman *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. p. 3. c. 4.* Sanchez *9. de matrim. diſp. 20. n. 9.* Torreblancam *de magia lib. 2. c. 43. n. 10.* Zambellum *v. medicus n. 11.* Bordonum *in conſiliis regularium reſol. 45. q. 4. n. 4.* Lezanam *regular. tom. 3.* Trullenck *tom. 2. decalogi. lib. 5. c. 1.* quos do IV. *ſelectarum. n.* 108. ajentes puellam culpa ſua pregnantem, poſſe abortire, ut vitam, & famam tueatur, quia ad vitam, & famam habet jus, occulto delicto non amiſſum. (39) 2021 Aborſus nequit ejici pro tuenda vita, famà matris

Probatur primo, quia non licet polluì ad ſervandam vitam; ergo nec abortire: Antecedens eſt certum. Conſecutio ſe tenet à paritate, & à fortiori; quia proximiùs eſt corpus inanime, quam ſemen ad recipiendam animam; ergo ſicuti non licet ſe defendere contra ſemen illud ejiciendo, ità nec contra ſobolem inanimem, & ſicuti ſemen, ità abortus dicitur pars. *l. 1. § ex hoc reſcripto. D. de ventre inſpiciendo*; ergo ſicuti pars non cedit toti in ſemine, ità nec in abortu.

Probatur ſecundo, quia ſi poſſet fieri abortus, cùm defenſio liceat contra res inanimes, & animatos, ergo ſi non licet contra abortum, nec licebit contra abortum; idque non ex alia ratione, quam quia Deus denegavit jus expellendi ſemen abortum, & abortum nocivum.

Probatur tertio, quia nequit procul fracto virginitatis clauſtro ſe retrahere, & genituram extrà fundere data opera, ſi grave damnum ex copula conſummata conſurgeret; ergo nec abortum procurare, ſi grave damnum immineat ſobole nata.

Quarto patet ex notatis in *Phyſico-Legali*, ſcilicet incertum eſſe tempus conceptionis: ut etiam tenet Gloſſa in *c. 1. § in lege. v. quadraginta. diſt. 5.* Cagnolus *in l. 1. n. 199. D. ſi certum petatur.* Burſatos *conſil. 63. n. 21. lib. 2.* Maſcardus *de probationibus concluſ. 1151. n. 31.* plures apud Zacchiam *medico legalium tit. 3. q. 1. n. 45.* Altogradus *conſil. 52. n. 39.* Et ſic non poſſe dici fętum non animatum, ſemperque adeſſe periculum occidendi animatum.

Sed difficultas major eſt.

An liceat abortus ſi eo non facto intermecata mater, & filius peribit?

AFfirmat Sanchez *loc. cit.*; quia mater mortua amplius non animabitur, & ſic caret jure, nè matri ſuccurratur: quæ ratio ceſſat in fętu animato, qui matre defuncta adhuc ſectione cæſarea baptizari valebit. 2022 Si mater, & filius peribit an liceat abortum ejicere.

Ego puto ſobolem non aggredi matrem, ſed pro-

(39) Sententia plurum Doctorum eſt reprobata ab Innocentio XI. Propoſit. 34. quæ hic habet „ Licet procurare abortum ante animationem fętus, ne puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur „ Vide inſuper Prop. 35. „ Videtur probabile, omnem fętum, quandiù in utero eſt carere anima rationali, & tunc primùm incipere eandem habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit, in nullo aborto homicidium committi.

Digitized by Google

proprium matris flagitium, aut internecantis malitiam; ideòque nunquam licere inſurgere in ſobolem. Nè tantam aliis præbeam occaſionem, aliis rem altiùs indagandam permittamos.

An ſi mater ſit parata, deſperatione ſe interimere una cum ſobole in utero exiſtente, poſſit conſuli abortus?

2023 Si mater ſit parata cum filio mori poteſt conſuli abortus.

AFfirmat Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.* quia parato ad majus, licet conſulere minus malum perpatrandum, ſi nequeat majus, & minus malum caveri: eſt enim bonum minoris mali conſultatio.

An liceat abortus ſi ſecùs matris vita ſuccumbat, ratione infirmitatis uteri arcti?

2024 Non licet abortus, etſi mater moriatur ob uterum arctum.

NEga. Vaſquez *opuſculo de reſtitut. c.5. §.2. dub.6.n.52.* Baſſæus *v. abortus. nu.1.* Lugo *tom.1. de juſtitia diſp.10. ſect.5. nu.130.* Pontius *2. de matrim. c.13. n.2.* Leſſius *lib.2. c.6. dub.16.* contra vi. DD. quos dat, & ſequitur Layman *lib.3. ſect.5. tract.3. p.3. c.4. n.4.* Homobonum *de caſibus reſervatis. p.3. c.4.* Azorium *tom.3. lib.1. c.4.* Caramuelem *præterintentionali. num.2797.* D. Antoninum *3. p. tit.7. c.2. §.2.* Covarr. *in Clementina. ſi furioſus. p.2. §.2. n.1.*

Probatur, quia ut rectè Caramuel *loc. cit. n. 2799.* pollutione eſt gravior abortus proximior generationi. At non licèt pollui ſe defendendo contra ſemen; ergo nec abortire ſe defendendo contra ſobolem; Nec diſparitas firma inter ſemen inanimatum, & animatum fœtum dare poteſt, cùm malitia deſumatur ex generationis interruptæ à natura deſtructione.

Confirmatur ex eodem Caramuele *loc. cit. n.2802.* non licet ad defenſionem honoris, ergo nec ad defenſionem vitæ abortire, cùm utrobique, vel neutrobique defenſio liceat. contra Torreblancam *2. di magia c.53. n.10.* utrobique concedentem licitum abortum, etiam directè interruptum cauſa defenſionis.

Fortè autumantes, Deum non prohibuiſſe defenſionem contra hominem invadentem; prohibuiſſe verò contra ſemen nullo caſu directè expellendum. At tu altius rem perſcrutare.

An experta periculum in partu, valeat abortum procurare?

2025 Nec experta periculum in partu poteſt abortū procurare.

NEgat Tortes *2. 2. tract. 1. diſp. 26. dub. 2. n.47.* Tabiena *v. uxor n.4.* Toletus *lib. 5. c.6. n.3.* Sanch. *9. de matrim. diſp.20. n. 10.* Raynaudus *de partu cæſareo. n.42.* contra Monzium *lib.2. de vena ſectione in morbis acutis c. 6.* Mercurialem *de morbis mulierum c. 2.* Hucherum *lib.3. de ſterilitate. §. de conceptu prohibendo.* Nam difficultates cæſarea ſectione, vel abſtinentia ab uſu conjugii auferri valent.

Judicium Auctoris.

2026 Judicium Auctoris.

ABortus fœtus animati, & inanimati evitari poteſt ſe abſtinendo à copula, & ſic conſulere proprio honori, famæ, vitæ, dolori. At tunc non abſtinens, cedit juri ſuo: nec poteſt inſurgere contra ſobolem ſe defendendo, cùm defenſioni ceſſerit admittens copulam. Semen etiam nunquam ejicere licet ad ſalutem corporis, quia Deus prohibuit.

An liceat indirectè abortire pro ſalvanda vita matris?

2027 Non licèt directè abortire pro ſalvanda vita matris.

NUnquam licet abortum per ſe intendere; ſicuti nunquam licet per ſe intendere pollutionem. Materia ergo generationis per ſe ordinata ad procreationem, ſivè remotè, ſivè proximè, ſivè animata, ſivè inanimis, nequit projici, neque ad conſervationem honoris, neque vitæ: quia non ſoboles, ſed flagitium, ſivè arctitudo invadit. Præciſis namque flagitio, & arctitudine, honor, & vita non peſſumdatur: difficultas ergo ſita eſt in eo.

An liceat per ſe intendere matriam ſalutem, & ad illam manutenendam, aut recuperandam remedia ordinare per ſe, licèt prævideatur non volitus abortus, ſicuti licet velle ſtudere, dormire, comedere, mederi, licèt prævideatur nolita pollutio?

2028 Licet intendere matris ſalutem, etſi prævideatur abortus.

AFfirma. Vaſquez *opuſculo de reſtit. c. 2. §.1. dub.7. n.28.* D. Thomas *2.2. q.64. art.7. in corpore.* X. DD. apud Sanchez *loc. cit. n.54. in fin.* Trullench Lugo, Layman, & alii, quos do *iv. ſelectarum n.511.* Raynaudus *de ortu infantium contra naturam c.10. n. 38.* Buſſembaus *3. medullæ tract.4. c.2. quæres an aliquando.* Navarra *2. de reſtitut. c.3. num.143.* Sayrus *7. clavis c.12. n. 21.* Intelligas niſi remedium per ſe tendat ad expellendum fœtum, & ſic ad ſalvandam matrem. Lugo *tom.2. de juſtit. diſp.10. ſect.5. n.132.*

Patet primo, paritate ſpermatis, cujus ejectio per ſe intenta mala eſt; ſi autem ſequatur præter intentionem, & nolita, mala non eſt.

Secundo, quia finis ſpecificat actum. D. Thomas *loc. cit.* finis autem ſalutis, & media medicamentorum licitus, & mors prolis præter intentionem nolita, licèt per accidens prævìſa. Et ſicuti mater non adſtringitur alimenta præſtare nato: ità nec naſcituro cum periculo propriæ vitæ.

Non autem cogitur medicamenta admittere, ſi probabilis ſit ſalus prolis, ſicuti nec cogitur ſe ipſam defendere. *l. ſcientiam. D. ad ad legem aquiliam.* Corduba *lib.1. q.34. in fine.*

Pœna abortus.

§. I.

2029 Procurans abortum fœtus animati ut homicida punitur.

DIſtinguas animatum ab inanimato fœtu. Fœtu animato eſt pœna homicidii, & ſic mortis. Exodi 21. *c. ſi quis. 5. de homicidio.*

2030 Si fuerit inanimis, mitiùs punitur.

Si ſit inanimis eſt mitior pœna. *l. ſi quis aliquid. D. de pœnis.* Theſaurus *dec. pedemontana 12. num.3.*

2031 Jure Canonico eſt excom. Epiſcopo reſervata.

Jure Canonico eſt excommunicatus ipſo facto faciens abortum ex Bulla Sixti V. incipit: *Effrenatam.* Quam modo poſſunt abſolvere Epiſcopi, & quibus ab Epiſcopo talis facultas datur. Ex Conſtitutione Gregorii XIV. incipit: *Sedes.* Qui venena, ſeu pocula ſterilitatis alicui viro propinat, itaut impotens fiat ad generandum, in hanc cenſuram excommunicationis Sixti V. non incurrit; nam Summus Pont. loquitur de procurante abortum, & hic propriè non procurat abortum: idem eſt dicendum de viro, qui in actu conjugali retrahit ſe à ſeminis emiſſione cauſa generationis impediendæ: aut qui potionem ſumit, nè femina concipiat; aliud eſt enim procurare abortum, aliud impedire conceptionem; abortus ſupponit conceptum fœtum. Bonac. *tom.3. de cenſ. diſp.2. q.2. p.10. n.14.* dans plures.

2032 Dans pocula ſterilitatis non incurrit hanc pœnā.

An verè prædicta excommunicatione afficiantur ipſemet feminæ prægnantes proprium procurantes abortum?

2033 Ipſæ feminæ prægnātes abortum procurantes incurrunt hanc pœnam

DIſſentio eſt inter DD. nam in ſecunda parte Conſtitutionis Xiſti V. ubi ſermo eſt de excommunicatione, Summus Pontifex non loquitur de recipientibus potionem ad abortiendum, ſed de tradentibus, vel conſulentibus, vel cooperantibus, vel ineuntibus.

Sed

Digitized by Google

Sed mihi videtur oppoſitum ſentire, tum quia ſic uſu eſt receptum ; tum quia textus loquitur, non ſolùm de cooperantibus , verum etiam de ipſiſmet feminis , quæ vel ut principales, vel ut ſociæ conſciæ ſunt talis criminis per opem , conſiliom , favorem potionem &c. Jure ergo optimo lata eſt excommunicatio contra hujus modi feminas , alioſve procurantes abortom fœtus animati.

Si verò fœtus ſit inanimatus , talis non adeſt cenſura . Portella v. *abortus n.* 4. ſicuti nec eſt irregularis ex abortu inanimati fętus , cùm re vera non ſit homicidium. *c.ſicut ex litterarum. de homicidio.* ibi : *quod ſi non dum erat vivificatus conceptus , miniſtrare poterit, alioquin debet ab altaris officia abſtinere.* ubi Barboſ. *num.* 1. *c.quod verò.* 32. *q.* 2.

Ideò lex noluit ad homicidium pertinere, quia non dum dici poteſt anima viva in eo corpore, quod ſenſu caret. Eſt autem irregularis, ſi abortus ſit fętus animati , quando eſt certum, quod ſit animatus. Nam eſt verum homicidium. *c. ſi aliquis* : ibi : *ut homicida teneatur.* 5. *de homicidio .* Cyprianus *epiſt.* 49. D. Hieronymus *epiſt.* 22. Baunius *de irregularitate quæſt.* 32. *dub.* 2.

2014 An dubitans fœtom eſſe animatum, ſit irregularis. Dubitans verò, an fętus fuerit animatus excuſatur ab irregularitate à Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 16. citans plures ; quia animatio eſt facti in dubio non præſumenda , cum Pellizzario *tom.* 2. *tract.* 7. *c.* 5. *ſect.* 4. *q.* 76. *n.* 276.

Illum verò irregolarem dicunt XVIII. DD., quos dat Leander *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 11. *qu.* 10. moti ex *c ſignificaſti. de homicidio.* ubi dubius de homicidio eſt irregularis ; cujus intelligentiam dedimus in *Phyſico-legalium* , & dabimus infra cum de *Irregularitate* .

2015 Titulorum continuatio, & connexio. Duo ſequuntur delicta , unum debitum Jure naturali , & ut plurimum eſt Reſtitutio , de qua eſt ſermo in propria materia : Alterum Jure poſitivo, & ſont pœnæ Cenſurarum . Hinc

De Cenſuris in Genere .

TITULUS XI.

2016 Commendatio hujus tituli. REm frequentem , & neceſſariam , ut plurimum ignotam agredimur . Nos primo per principia explicando reddamus facultate confectam utilitate addenſatam : explicabimus primo eſsentiam cenſoræ , cenſurarum diviſionem , & deinde requiſita ad incurrendas cenſuras.

Quid ſit Cenſura .
CAPUT I.

2017 Cenſuræ uſurpatio in genere. CEnſura ſumitur hìc pro pœna correctoria, qoa otitur Ecclaſia ad puniendos reos, eoſque emendandos pobliçè. De qua aguot Scholaſtici in 4. *diſt.* 18. 19. *&* 20. Eſt dicta à corrigendo, unde cenſores correctores erant. Baronius anno 255. *§.hoc eodem*; & omnis pœna correctio. aſt. *l.aut facta.§.fin. D.de pœnis.*

Definitur multipliciter.

2018 Variè definitur à DD. PRimo à Suario *tom.* 5. *de cenſuris. diſp.* 1. *ſect.* 1. *n.* 5. à Sayro *lib. de cenſuris c.* 1. *n.* 10. & alii 5. Eſt *pœna ſpiritualis medicinalis inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate, privans hominem baptizatum uſu aliquorum bonorum ſpiritualium donec à contumacia recedat .*

Quæ definitio noo placet, nam inferretur ex ea cenſuram evaneſcere recedente contumacia contra Conſtitutionem Alexandri VII. (1) Secundo ſequeretor etiam pœnam triremium, carceris, exilii &c. aſſe cenſuram , quando infligitor ab Eccleſiaſtico : quæ licèt imponantur à Superiore Eccleſiaſtico, & privent multis bonis ſpiritualibus , ut ex ſe patet , ſunt tamen pœnæ temporales.

Secundo , nec placet definitio Hurtadi *tr.* 1. *de cenſuris difficult.* 1. *n.* 2. quòd ſit *pœna ſpiritualis medicinalis privans uſu baptizatos aliquorum bonorum ſpiritualium* ; nam primo ceſſaret , ceſſante morbo ; nam ſanato morbo vana eſt medicina , & tamen non recedit , ut patet ex Bulla Alex. VII.

Secundo , quia cenſura privat etiam bonis temporalibus, ſcilicet commercio Judiciali , & politico , & fructibus officii etiam temporalis.

Sed nobis placet illa, quæ traditur ab amiciſſimo Gabriele à S. Vinc. *q.* 1. *de cenſ. n.* 3. ubi ſic definit . *Cenſura eſt pœna ex ſe Eccleſiaſtica* eſt brevis, & vera. 2019 Auctoris definitio.

Pœna eſt genus ad omoes alias pœnas etiam ad pœnas temporales . Ly *ex ſe Eccleſiaſtica* eſt differentia ab aliis pœnis ſecularibus, quæ non ſunt cenſuræ , quia infliguntur à judice Eccleſiaſtico, & denotatur pœnam iſtam per ſe requirere auctoritatem Eccleſiaſticæ perſonæ , tendens ad bonum commune ſpirituale , ideòque à Laico nec de jure , nec de facto infligi poteſt. 2020 Genus , & different a cenſuræ.

Quotuplex ſit cenſura.
CAPUT II.

MUltæ ſunt ſententiæ circa diviſionem cenſurarum, quarum prima ait cenſuras eſſe tres , ſcilicet excommunicatio , ſuſpenſio, & interdictum , & eſt communis. Navar. *c.* 27. *num.* 151. Avila *dubit.* 4. Suarez *de cenſ. diſp.* 1. *ſect.* 3. Bonac *de cenſ. diſp.* 1. *p.* 1. 2021 Cenſura cōmuniter triplex eſt.

Secunda ſententia docet cenſuras eſſe quinque , ſcilicet excommunicatio , ſuſpenſio, interdictum , irregularitas in pœnam delicti , & ceſſatio à divinis . Corduba 1. *quæſtionarii qu.* 43. *dub.* 4. Sotus in 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1. Cornejus *de cenſuris diſp.* 1. *dub.* 2. qui vult omnes eſſe cenſuras rigoroſas. 2022 Alii quinque cenſuras admittunt .

Tertia Nicolai Aurifici *lib. de modo ordinandorum tit. de cenſuris Eccleſiaſticis* , ajentis cenſuras eſſe quinque , ſcilicet Excommunicatio, Suſpenſio , Interdictum , Irregularitas ex delicto, & Depoſitio.

Quarta Gabrielis à S.Vinc. *de cenſ. q.* 3. *n.* 6. ajentis cenſuras eſſe ſeptem , ſcilicet Excommunicatio , Suſpenſio Interdictum Irregularitas ex delicto , Ceſſatio à divinis , Depoſitio, & Degradatio. 2023 Alii ſeptem.

Ut jam vides omnes prædictæ ſententiæ habent magni nominis patronos. 2024 Quibus ſubſcribit Auctor.

Prima eſt magis recepta , licèt hæc ultima magis arrideat, quia omnibus illis ſeptem competit noſtra rigoroſa definitio cenſurarum: nam ſunt pœnæ, qoæ non poſſunt infligi, niſi ab Eccleſiaſtica poteſtate , & ſic ſunt pœnæ Eccleſiaſticæ: & gratis dicitor Irregularitatem ex delicto,

(1) Quæ eſt Propoſitio XL. damnata ab Alexandro VII. „ Quoad forum conſcientiæ , Reo cor„ recto, ejuſque contumacia ceſſante , ceſſant cen„ ſuræ „ quam explicat , & impugnat Auctor in ſua Anacephalæoſi *tit.* 33. *n.* 885.

ſto, Depoſitionem, Degradationem, Ceſſationem à divinis eſſe impedimentum, non pœnam. Cùm enim ſemper, & tantùm ob deliſtum infligantur, pœnæ ſunt, & cenſuræ, cùm tantùm à poteſtate Eccleſiaſtica. Nec requiritur eſſentialiter, ut cenſura ſit medicinalis; nam ſatis eſt, ut ſolùm ex Canonica Eccleſiaſtica poteſtate emanari poſſit, & ſimilem laica nequit inferre pœnam.

2045 Objicitur C. quærenti de V. O. cui fit ſatis dupliciter.

Dices: obſtat *text. in c. quærenti de verb. oblig.* ubi tres ſunt cenſuræ, ſcilicet Excommunicatio Suſpenſio, & Interdiſtum.

Reſpondetur primo cum Gabr. à S. Vinc. argumentum à loco negativo nihil probare, ut obſervant philoſophi; non enim concludit: hoc non dixit Ariſtoteles; ergo non datur. Idque reſtè patet ex diſtis à D. Hieronymo *epiſt. 64.* D. Baſilio *epiſt.* 78. concludentibus non valere argumentum: Concilium Nicęnum dixit filium conſubſtantialem eſſe patri; ergo Spiritus Sanſtus non eſt conſubſtantialis patri, & filio, de quo Nicænum Concilium ſermonem non fecit, nam confeſſi fuerunt Patres, & decreverunt negata ab hæreticis: tacuere id, de quo nemo tunc quæſtionem movebat. Ità Summos Pontifex reſpondit quæſito à delegato, quas cenſuras ipſe potuiſſet inferre ab homine, non verò quæ abſolutè ſint cenſuræ, vel à jure, vel ab homine, ut patet ibi: *Judex diſcretus*.

Reſpondetur ſecundo Pontificem in diſto *cap. quærenti.* enumeraſſe ſpecies alternantes, quibus expreſſis verbis generalibus communibus, fuerunt expreſſæ ſubalternatæ, ut verbis generalibus compendioſis exprimuntur plures ſubſtitutiones: ſic in ſuſpenſione continetur irregularitas, depoſitio, degradatio; nam ſuſpenſio eſt ab exercitio, & receptione Ordinis, quam rationem participant irregularitas, degradatio, depoſitio, & ceſſatio à divinis ſub interdiſto continetur. Nec mirum, nam quando dividitur animal in rationale, & irrationale, ſub irrationale continentur ſingulæ ſpecies animantium.

2046 Aliis objeſtis occurritur.

Dices ſecundo: cenſura eſt pœna medicinalis; ergo quæ non eſt pœna medicinalis, non habet rationem cenſuræ; ergo non eſt quævis pęna Eccleſiaſtica. At degradatio non eſt pęna medicinalis; ergo non eſt cenſura. Conſequentia videtur bona, antecedens probatur ex *c. 1. de ſent. excom. in* 6.

Reſpondetur, omnem pęnam etiam temporalem eſſe medicinalem; nam adhibetur, ut bonum commune firmiùs ſtet, & ſic jure optimo dici poteſt medicinalis in quantum omnis pęna intendit correſtionem delinquentis, vel aliorum. *l. pęna 20. D. de pęnis.*

Sed de cenſuris Eccleſiaſticis id meliùs verificatur, quia ad iſtum finem adhibentur.

Secundo: Reſponderi poteſt cenſuram non omnem, ſed in ſpecie excommunicationis eſſe medicinalem. *text. in d. c.* 1. loqui de excommunicatione, quæ propriè medicinalis.

2047 Ex violatione tantùm excom. ſuſpenſionis, aut interdiſti incurritur irregularitas.

Ex his fit, quòd tantùm ille, qui ligatur tribus, non aliis cenſuris, ſi celebret, fiet irregularis; quia jure irregularitas tantùm incurritur in caſibus jure expreſſis, ut in *c. is, qui. de ſent. excom. in* 6. Toletus *lib. 1. c. 37. n. 4.* Et tantùm in jure eſt expreſſum contrahi irregularitatem ab excommunicato, ſuſpenſo, interdiſto ſi miniſtret in Ordine. *c. 1. de ſententia, & re judicata in 6. d. c. is, qui. c. Apoſtolicæ. c. ſi celebret. c. ſi quis presbyter. ubi Abb. de Clerico excommunicato miniſtrante.* Navarr. *c. 27. n. 163.*

Dices tertio: ſi Irregularitas ex deliſto eſſet cenſura, poſſet per Jubilæum tolli, quando datur facultas abſolvendi à cenſuris: ſed hoc eſt falſum, cùm non poſſit Jubilæo tolli; ergo ſignum eſt, quod irregularitas ex deliſto non ſit cenſura. 2048 An irregularitas per Jubilæum poſſit tolli.

Reſpondetur: multos negare minorem cum Medina, Soto, Bandez, Aragonio, Salonio, quos ſequitur, & citat Coninckus *diſp. 1. de cenſuris dub.* 2. Et confirmari valet ex Bullis Jubilæi, ubi excipitur, nè comprehendatur, & exceptio eſt de regula, idque ex ſpeciali irregularitatis cenſura.

Secundo reſpondetur illud eſſe ſpeciale in excommunicatione, ſuſpenſione, interdiſto.

Quotuplex ſit cenſura quò ad alias circumſtantias.

§. I.

Superſunt adhuc aliæ accidentales cenſuræ diviſiones, quas breviter tangere non erit abs re. 2049 Cenſura alia lata à jure, alia ab homine.

Primo, cenſura alia lata in jure, alia ab homine. A jure dicitur, quæ eſt à Sacris Canonibus communibus, vel municipalibus, ſynodalibuſque, & durat mortuo legiſlatore. Ab homine dicitur, quæ infertur à Prælato, & dicitur per ſententiam, quæ adhuc eſt duplex; nam vel eſt per ſententiam generalem: puta ſi dicat, quicunque hoc fecerit ſit excommunicatus: vel eſt per ſententiam ſpecialem, ut ſi ſuperior excommunicat Franciſcum, quæ mortuo ferente non incurritur.

Rurſus Cenſura dividitur in latam, & ferendam.

Lata ſtatim incurritur commiſſo deliſto, & profertur per verba de præterito, vel de præſenti: ut ſit declaratus ipſo jure, abſque alia declaratione, ut quicunque tale fecerit deliſtum, ſit ipſo faſto excommunicatus. *c. excommunicatus. de hæreticis.* Clem. 2. *de pęnis.* 2050 Et eſt aut lata, aut ferendæ ſententiæ.

Ferenda eſt, quæ non ligat antequam à Superiore declaretur, & fulminetur, & feratur per verba de futuro: ut excommunicabitur, ſuſpendetur, nemo hoc faciet ſub pęna excommunicationis, ſub indignatione divina, ſub interminatione anathematis.

In dubio cenſura præſumitur ferenda non lata, ut in pęnis declinemus ad mitiora. *l. interpretatione. D. de pęnis. c. odia. de reg. jur. in* 6. 2051 In dubio cenſura præſumitur ferendæ ſententiæ.

Quæritur hìc.

Quid ſignificet Anathema?

§. II.

Multifariam ſumitur Anathema. Primo accipi poteſt pro abominatione, deſtruſtione, devaſtatione; ſic legitur in Scriptura Sacra de Jerico, *ſit vobis locus ille in Anathema*, hoc eſt deſtruatur. Sic etiam loquebatur Apoſtolus ad Romanos 9. ibi: *optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, quod eſt uſurpatiſſimum apud Græcos: hoc eſt optabam deſtrui à Chriſto pro fratribus meis, ut obſervat reſtè D. Tho. ad Galatas. 1. ubi ait Anathema dici ab *Ana*, & *theſis*, theſis eſt poſitio, Ana eſt furtum, quaſi ſicuti res furatæ non debent eſſe apud furem, ità nec res anathematizatæ debent eſſe, ſed debent deſtrui. In quo ſenſu puto accipi illud in *c. ſi quis Clericus. de vita, & honeſt. Cler.* ubi: *quis ex Clericis comam relaxaverit, anathema ſit*; hoc eſt deſtruatur, tondeatur, cogatur tondere. 2052 Anathema ſumitur pro re deteſtabili. Unde diſta.

Scio

Digitized by Google

Scio Felicianum in *Enchiridion* c. 8. dicere, quòd anathema ſit cum quibuſdam ſollemnitatibus, ideſt cum funalibus, ideſt candelis accenſis, præſentibuſque Sacerdotibus feitur, & excommunicatio ſit facta ſine iſtis ſolemnitatibus.

2053 Anathema ſit denotat cenſuram ferendæ ſententiæ.

Hinc Aoathema ſit, excommnnicatus ſit, cum ſit anceps an exprimat futurum optativi, vel præſens imperativi, *eſſe* ferendæ ſententiæ aſſerit Navar. *c.27.n.12.* niſi ex aliis Canonibus colligatur eſſe latæ ſeotentiæ. Sanch. dicens veriùs, & probabiliùs.7.*de matrim.diſp.*12. *nn.*1. Layman, Baldus, & alii.

Patet ex *c.ſi quis virginem.*36.*q.* 2. *& ex l.*2. *§.denique. D. ne quid in loco publico*, ubi *ſit* ponitur pro *fiat*. cootra Suarium, & Leaodrum, & Tiraqoellum.

2054 Secùs ſi exprimatur in rebus fidei.

Quando verò ſumus in materia fidei, tuoc conſtat aliunde excommunicationem eſſe latæ ſententiæ, quia in rebus fidei ſeotentia excommunicationis eſt lata, non ferenda. Idemque dicas in ceteris, in quibus ex ſubjecta materia, vel ex aliis Sacris Canonibos iy *Anathema ſit*, indicet cenſuram latam, non ferendam.

Requiſita ad ferendas cenſuras.

2055 Requiſita ut cenſura ſit valida, & licita.

RES magni momenti Cenſurs, quæ quandoque valida, & licita, quaodoque valida, & illicita, qnandoque nulla ex defectu cauſæ, vel alterius requiſiti: meritò per cauſas, & requiſita tradenda, ut inde pateat juſtitia, injuſtitia, validitas, nullitas cenſuræ, & ſic nobis exordium. Primo à cauſa effectiva. Secundo à materiali. Tertio à formali. Quarto à finali.

Cauſa Effectivu Cenſuræ.

CAPUT II.

2056 In Eccleſia adeſt poteſtas puniendi reos.

IN Eccleſia Catholica adeſſe vim punieodi per ſe, idque jure divino, ſuadet, Primo ratio, quia manca eſt illa Reſpublica, & ſibi inſufficiens, ſi deſit ſibi poteſtas puniendi malefactores, & delioquentes; talis eſt Monarchia Catholica, ſi careret poteſtate coercitiva; ſperneretur namque à delinquentibus. Dei perfecta ſuot autem opera. Cum ergo Monarchiam conſtruxerit, ſufficientem etiam ſibi conſtruxit Eccleſiam. idipſum patet. Matth.16.& *c.*18.ibi: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.* 1.ad Corinthios 5. 2. Joannis. 1. *nec ave ei dixeritis. Extravagans.unamSanctam. de major., & obedientia.* D. Chryſoſtomus 2. ad Hebræos *homil.*4. Trid. *ſeſs.* 25. ubi cenſura dicitur gladius Eccleſiæ à Chriſto Domioo coocesſus. *c.nemo contemnat.*11. *qu.* 3. D.Bonav. *in* 4. *diſt.*18.a.*p. q.*3.

Eccleſia ergo poteſt punire rebelles, cùm ſit opus Dei perfectum, & ſic noo ſpernibile: ot eſſet ſpernibile, ſi non valeret delinquentes punire. *c. paſtoralis c. ex literis. de officio delegati. l.fin.D.de eo, cui mandata eſt jurisdictio.* (a)

2057 Cenſura eſt pœna delinquentium.

Quòd autem hæc ſit, & hos fuerit ſortita cenſora effectus, id tantùm jure Pontificio ioſtitotum. Alterius *tom.*1.*lib.*3.*diſp.*7. *c.*1. Sotus in 4. *diſt.*22.*q.*1.*ar.*1. Hurtadus *de cenſ.in com.diffic.*4.

Cui Eccleſiæ Superiori ſit communicanda talis poteſtas?

§. I.

2058 Miniſter Eccleſiæ, aut Ordinis, aut Juriſdictionis.

DUplex eſt Miniſter Eccleſiæ: uoos ordinis, alter juriſdictionis contentioſæ.

Ordinis eſt Sacerdos habens poteſtatem à Deo arbitraodi ioter Deum, & hominem.

(a) Obſerva hic Propoſitionem damnatam à Clemente XI. inter Quiſnellianas ordine XC. „ Eccleſia „ auctoritatem excommunicandi habet, ut eam „ exerceat per primos Paſtores, de conſenſu ſaltem præſumto, totius corporis. „

2059 D. Petro, ut Prælato data eſt poteſtas Juriſdictionis.

Poteſtas autem juriſdictionalis eſt judicandi inter hominem, & hominem; & eſt collata Petro, non ut Sacerdoti, ſed ut Prælato, ac diffuſa ad ioferiores Prælatos, ut ait D. Bonaventura in 4.*diſt.*18.2.*p.q.*3.

2060 Poteſtas Eccleſiaſtica eſt ordinaria.

Hæc facultas contentioſa, vel eſt ordinaria, vel delegata. Ordioaria competit habentibus officium juridicè contentioſom regendi ſubditos, nam cenſura eſt ſententia. *c.cum in Eccleſiis.* ibi: *excommunicationis ſententiam. de major. & obed.* Quæ ratio ſententiæ ſupponit tribunal, ac jodicandi poteſtatem. Navarr. *c.*27.*n.*5. poſt D. Bonaventuram *in* 4.*diſt.*18.2.*p. q.*3. ibi: *qui habet juriſdictionem ordinariam in judicando aliquos, habet poteſtatem judicandi eos per cenſuram Eccleſiaſticam, & judicium eorum inviolabiliter obſervetur.*

2061 Aut delegata.

Delegata eſt poteſtas judicandi, ſeù cenſurandi demandata ab Ordinario alteri carenti judiciali officio. Alterius *de cenſ.lib.*3. *diſp.*7.*c.*1.

Nos explicabimus primo habentes ordinariam iſtam poteſtatem, explicaturi deinde delegabiles perſonas.

Qui Judices ordinarii poſſint ferre Cenſuras?

§. II.

2062 Judices ordinarii cenſurarum eſt Papa.

OMoes Prælati habentes Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem juriſdictionem. *c.cum ab Eccleſiarum.*3.*de officio Ordinarii*, & ſic Summus Pontifex in toto orbe. Matthæi 18. Joaonis 22. ibi: *paſce oves meas*.

2063 Concilium Generale, Nationale, Provinciale, Diœceſanum

Secundo, Generale Concilium, cujus caput eſt Summus Pontifex, Nationale, Provinciale, Diœceſanum reſpectu ſubditorum. *c.*1.*de judiciis.c.grave nimis.de præbendis.*

2064 Cardinales in ſuis titulis.

Tertio, competit Cardinalibus in ſuis titulis, in quibus joriſdictionem habent. *c. is, qui. de major. & obedientia.*

2065 Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & eorum Vicarii.

Quarto, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Vicarii ipſorum circa proprios ſubditos.

2066 Vicarius Capitularis.

Quinto, Vicarius Capitularis, & Capitulum ſede vacante, cum habeat Epiſcopalem juriſdictionem. *c.cum olim.de major.ex obedient.* Trid. *ſeſs.*24.*de refor. c.*16.

2067 Archidiaconi olim ferebant cenſuram.

Sexto, Archidiaconi olim perpetui Vicarii Epiſcopi. *c.ut Archidiaconus.* ibi: *ſciat ſe Vicarium. de officio Archidiaconi. c. dudum* il 2. *de electione.* vim excommunicandi habebant. *c.veniens* 1. ibi: *ſi non fuit à ſe, vel ab alio Archidiaconorum, vel Prælatorum ſub anathematis interminatione prohibitus.de eo, qui ordinem furtivè ſuſcepit. c. cum ab Eccleſiarum* 3. ubi Innocentius *n.*5. *de officio ordinarii.* ubi Gloſſa v. *Eccleſiaſtica*, ait, quemlibet Prælatum Collegiatæ Eccleſiæ, licèt ſubditum Epiſcopo, eſſe Judicem ordinarium in plebe ſua, & poſſe ferre cenſuras ex *c.decernimus.de judiciis.* D.Bonav.*loc.cit.*

Hodie tamen, niſi aliud ferat conſuetudo, amplius cenſuras non dicit. *c. Archid.*5. *de offic. Archid.c.viſis* 16.*q.*2. *c.corripiantur* 24.*q.*3.

2068 Parochi olim ferebant cenſuras. Vide *lib.* 1. *tit.*14. *adnot.*6.

Septimo, Parochus in quibuſdam cauſis quondam poterat ferre ceoſuras ſecundum D.Tho.in 4. *diſt.*18.*p.*2. *art.*2. *qq.*1. Sylv. *v.excom.*1.*n.*5. Gloſs.& Archid.in *c.Romana.de ſent.excom.in* 6.

Verùm diſplicet, quia eſt actus contentioſæ joriſdictionis, qua Parochus caret. D.Bonav. in 4. *diſt* 18.2.*p.q.*3. D.Antoninus 3.*p.tit.*24. Sotus *in* 4.*diſt.*22.*q.*2.*art.*1.

Octavo, Prælati Regularium cenſuras in ſub- ditos

2069 Prælati Regulares in ſubditos ferunt cenſuras.

ditos ferre poſſunt. *c. cum in Eccleſiis* 5. ibi: *Prior in eos excommunicationis ſententiam promulgabit. de maior. & obedientia. c. quanto* 7. *de officio ordin.* ubi Gloſ. *v. ſi Prælati.* ait, probabiliùs habere juriſdictionem. *c. ſicut* 33. *de ſimonia.* Sotus *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 1.* Palaus *diſp. 1. p. 4. n. 2.*

2070 Secùs ſi juriſdictionem cõtentioſam non habeant

Intelligas de illis Prælatis, qui juriſdictionem contentioſam exercere valent in ſuos ſubditos; nam ſententia cenſuræ judicandi contentioſam exigit poteſtatem. Navar. *c. 27. n. 2.*

Qui nequeant eſſe Judices Ordinarii?

§. III.

2071 Judex ſit viator.

PRimo, qui non eſt viator; nam cenſura eſt gladius Eccleſiæ militantis. Trid. *ſeſs. 25. de reform.* D. Thomas *3. p. q. 64. art. 7.* Ugolinus *tabula 1. c. 2. §. 2.* Hinc Beati etiam Epiſcopi nequeunt cenſuras ferre.

Baptizatus.

Secundo, debet eſſe viator baptizatus. *c. nulla diſt. 14. c. ex ſpeciali. de judic. is. l. fin. C. de judiciis.* Palaus *de cenſ. diſp. 1. p. 4. n. 3.*

2072 Non puer, aut amens.

Tertio, pueri, & carentes uſu rationis non poſſunt cenſuras ferre, quia judicare nequeunt.

An autem poſſint recipere facultatem quando carent ratione, exercendam pro tempore, quo rationis uſu fruuntur?

2073 Poſſunt tamen facultatem iſti recipere pro tẽpore, quo ſunt ſanæ mentis.

AFfirma: ſicuti poſſunt recipere Ordinem Epiſcopatus, licèt illicitè, cui eſt annexa facultas cenſurandi. *c. ex ratione. de ætate, & qualitate.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. art. 6.* contra Suarium *diſp. 2. de cenſuris. ſect. 2. num. 4.* Leandrum *tom. 4. tract. 1. diſp. 2. q. 25.* gratis exigentes acceptationem: & licèt requireretur, ſufficeret acceptatio ab alio nomine pueri facta, ut in aliis actibus patet.

2074 Judex ſit Clericus ſaltem tonſuratus.

Quarto, qui non eſt Clericus ſaltem primæ tonſuræ, nequit eſſe Judex ordinarius cenſurandi. *c. 2. de Judiciis. c. in nova. 16. qu. 7. c. benè quidem. c. duo. c. Imperator. diſt. 96. c. cum laicis. de rebus Eccleſ. non alien. c. contingit. de arbitris. c. Eccleſia. de conſtit.* D. Thom. *in 4. diſt. 18. qu. 1. art. 2.* non tamen requiritur Ordo Sacer. *c. tranſmiſſam. de electione*; ubi Epiſcopus non conſecratus poteſt cenſuras ferre. Raſtellius *de cenſuris in genere. q. 2. art. 2.*

2075 Religioſus non Clericus, aut Clericus conjugatus nequit eſſe Judex ordinarius.

Quinto, non eſt capax ordinariæ Juriſdictionis Religioſus non Clericus, nec Clericus conjugatus; quia hic tantùm habet privilegium Canonis, & fori. *c. 1. de Clericis conjugatis in 6. c. ſoni. 1. de Clericis conjugatis.* D. Thom. *loc. cit. q. 2. art. 2.*

2076 Nec ſi fuerit excommunicatus, aut ſuſpenſus ab officio.

Sexto, non poteſt eſſe Judex excommunicatus, aut ſuſpenſus ab officio. *c. audivimus 24. q. 1. c. ad probandum. de ſententia, & re judicata.* D. Thom. *in additione ad 3. par. qu. 22 art. 3.* Cajetan. *v. excommunic. in fine.* Covarr. *in c. alma mater. par. 1. §. 11. n. 4.* Navarr *c. 27. n. 7.* itaut ſuſpenſa, vel impedita Juriſdictione Epiſcopi, remaneat etiam ſuſpenſa Vicarii Juriſdictio, namq; idem Tribunal. *c. 1. c. fin. de officio Vicarii in 6.* etiam quoad negotia incœpta, ob unitatem Tribunalis. *c. 1. & fin. de officio Vicarii in 6.* Abb. *in c. quoniam. de officio delegati.* Guttier. *1. Canonicarum. c. 1. n. 83.* contra Sylveſtrum *v. abſolutio 2. §. 6. quæritur.* Armillam *v. Vicarius n. 10.* Riccardum *in 4. diſt. 28. q. 4.*

2077 Idem per cedulones.

Intelligas, ſi Epiſcopus ſit excommunicatus per cedulones. Guttier. *loc. cit. n. 82.* Sotus *in 4. diſt. 22. qu. 2. art. 1.* Navarrus *c. 27. n. 7.*

2078 Epiſcopo capto ab hoſtibus, deſinit Vicarii facultas.

Extinguitur etiam Vicarii Juriſdictio, & ſic nequit ferre cenſuras, Epiſcopo capto ab hoſtibus: Tunc enim Sedes vacare dicitur, & Capitulum exercet Epiſcopalem Juriſdictionem, niſi aliud à Sede Apoſtolica diſponatur. *c. ſi Epiſcopus à Paganis, vel Schiſmaticis capiatur; tunc enim non Archiepiſcopus, ſed Capitulum, ac ſi Sedes per mortem vacaret, illius in ſpiritualibus, & temporalibus miniſtrare debebit, donec eum libertati reſtitui, vel per Sedem Apoſtolicam, cujus intereſt Eccleſiarum providere neceſſitatibus ſuper hoc per ipſum Capitulum, quam cito commodè poterit conſulendam, aliud contingerit ordinari. de ſupplenda neglig. Prælatorum in 6.* Cornejus *de cenſuris, in genere tract. 5. diſp. 2. dub. 4. n. 4.*

2079 Et delegati re integra.

Mortuo tamen, per cedulones excommunicato, vel capto Epiſcopo ab hoſtibus, expirat etiam delegatio excommunicandi alterum re integra. *c. licet. 3.* ibi: *mandatum hujuſmodi re integra morte mandatoris expiravit*; ubi Gloſſ. *v. re integra. de officio delegati*; non tamen re non integra. *c. gratum. 20.* ubi Gloſſ. *v. maximè. de officio delegati.* Suarius *de cenſ. diſp. 14. ſect. 1. n. 2.* Alterius *lib. 2. diſp. 1. c. 2.*

De Delegato ad cenſurandum.

§. IV.

2080 Papa poteſt delegare laico poteſtatem cenſurandi.

SUmmus Pontifex, non inferior, de plenitudine poteſtatis poteſt delegare ad cenſurandum merè laicum; nam prohibitio eſt juris poſitivi. *c. decernimus. de judiciis.* Coninck *diſp. 13. dub. 4. n. 32.* Navarr. *c. 27. num. 6.* Diana *par. 8. tract. 1. reſol. 39.* Hurtadus *de cenſ. in communi. diſp. 4. num. 13.* Enim verò etiam laicum poſſe à cenſuris abſolvere in articulo mortis docet Avila, Valentia, Joannes de la Crux, Ledeſma, Sancius, Diana *de Sacramentis. reſ. 133.* & probabile ait Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 33.*

2081 Et Collegio.

Secundo, Collegium, & ſi homines etiam laicos habeat, poteſt delegari ab ipſo Epiſcopo; quia dignior pars Clericorum trahit ad ſe minus dignam laicorum. *c. quod in dubiis. de conſecr. Eccleſiæ, vel Altaris.* Abb. *in c. ex literis. n. 3. de conſtitutionibus.* Suarius *de cenſuris. diſp. 2. ſect. 3. num. 13.*

2082 Atque infideli.

Tertio, Infidelis à Summo Pontifice delegari poteſt, etiam non baptizatus; nam incapacitas non eſt juris divini, & non proprio, ſed delegantis nomine cenſuram profert: ſic non baptizatus in aliquo caſu etiam baptizat delegatus. *c. à quodam Judæo. de conſecr. diſt. 4.* Hurtadus *de cenſ. in communi. diffic. 4.* Sayrus *lib. 1. de cenſuris. c. 5. n. 18.* Diana *par. 8. tract. 1. reſ. 39. in fine.* Alterius *lib. 3. diſp. 2. c. 6.* contra Suarium *de cenſuris. diſp. 2. ſect. 3. n. 12.* Duardum *in Bulla cœnæ lib. 1. q. 3 n. 31.* Cornejum *de cenſuris. diſp. 2. dub. 3.* Bonac. *de cenſuris. diſp. 1. punct. 2.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris. diſp. 1. q. 4. n. 29.*

2083 Et feminæ.

Quarto, femina prudens de plenitudine Summi Pontificis poteſtate poteſt delegari ad cenſurandum. *c. dilecta. de maior. & obedientia*; ubi Abatiſſa ſuſpendit ab officio, & beneficio Clericos ſuæ Juriſdictionis, & Summus Pontifex præcipit, ut ei Clerici obediant. *c. dilecti filii. 4. de arbitris*; ubi feminæ ceteroquin inhabiles valent conſuetudine habilitari ad Juriſdictionem; ergo etiam Summo Pontifice diſpenſante; tum quia ordo Clericalis requiritur jure humano, tum quia poteſt diſpenſare, ut recipiat primam tonſuram, cùm ſit meri juris humani. Hurtadus *de ordine. diffic. 20.* tum quia Juriſdictio ab ordine non pendet, & ità docet Paludanus *in 4. diſt. 19. q. 2.* Sotus *in 4. diſt. 20. q. 1. art. 4. in fine.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 9.* Bonac. *de cenſ. diſp. 1. qu. 1. punct. 2. num. 4.* & alii XXVIII. Doctores,

qui-

Digitized by Google

qoibus ſubſcribit Leander *tom.4.tract.1. diſp.2. q.31.* citans contra VII. Doctores contra Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1.n.31.* Suarium *tom.5. de cenſ. diſp. 3. litera D.* Argentinam *in 4. diſp.25. qu.2.art.3.ad 3.*

2084 Objectis ſit ſatis.
Nec officit textus *in c. mulierem. 33. qu. 5.* nbi ex D.Auguſtino mulier docere, & judicare nequit; nam currit de poteſtate ordinaria, non delegata; ot etiam dicas ad textum *in c.nova.de pœnit.& remiſſ.* ubi claves Regni non ſunt datæ feminis,& ad textum *in c.de Monialibus.de ſentent.excomm.* id ſcilicet verum tantùm poteſtate ordinaria, non verò delegata.

Nec officit ſecundo textus *in l.2.D.de reg.jur.* ubi feminæ removentur à poblicis officiis.

Nec ultimo dicas cum Suario, ſexum femineum improportionatū ad habenda ſpiritualia; nam intelligitur quoad ordinariam poteſtatem. Enim verò delegatam baptizandi poteſt habere, & Abatiſſa Cupriſſani grandem ſpiritualem Juriſdictionem habet conſtituendi ſcilicet Vicarium Generalem ad ſpiritualia, recipiendi obedientiam ab Eccleſiaſticis.

An Judex ordinarius, vel delegatus poſſit ferre cenſuram interpoſita appellatione, vel recuſatione Judicis?

2085 Interpoſita appellatione, aut recuſatione Judicis, nequit ferri cenſura.
NEga; nam juridica appellatione ſuſpenditur juriſdictio Judicis à quo. *c.ſi à Judice. de appellat. in 6. c.quoties Epiſcopi. 2. qu.6.* Coninck *de cenſ. diſp.13. dub.5. n.33.* latam verò cenſuram non ſuſpendit, ſed devolvit appellatio. *cap. ad reprimendam.* 8. ibi: *cum excommunicationis ſententia per appellationis non ſuſpendatur objectum. de officio ordinarii*; habet enim exeqootionem paratam. *c. Paſtoralis. §.1. de appellat.*

An poſſit ferre cenſuras in cauſa propria?

2086 Nec in cauſa propria.
NEga: eſſet eoim Judex, & actor. *c. inter quærelas.23.q.24.* ubi Gloſſ. *v.propriâ.c.14.qu.4.* niſi fortè ad defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ invaſori violento cenſuris reſiſteret. *c.1. de officio delegati. c. dilecto. de ſent.excomm.in 6.* Diana *par.5.reſ.52.n.9.* Leander *tom.4.ſect.1.diſp.2.q.45.*

An in ſe æqualem, vel Superiorem valeat cenſuras dicere Judex?

2087 Nec in æqualem, vel ſuperiorem.
NEga. *c.cum inferior. 16. de major. & obed in 6. c.innotuit.20. c.quamvis.de electione.* ibi: *cùm non habeat Imperium par in parem*: ergo nec contra ſeipſum, nec contra æqualem, & multo minus contra Superiorem. *l.ille à quo. §.tempeſtivum.D.ad Trebellianum. l.nam Magiſtratus. D. de arbitris.* Deeſt enim tunc inferior Superioris juriſdictione cenſura referiendus, & nemo ſui ipſius actor, & Judex. Inferior namque Superiorem ſolvere, vel ligare nequit, ut ait textus *in d.c.cum inferior.16. de major. & obed.* D.Thom. *in ſupplemento ad 3.par. qu.22. art.4. diſt.22.q.2.art.2.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1. n.34.* Navarrus *c.20. n.6.* concludens, Epiſcopum non incidere in cenſuras à ſe latas. Hinc duo Vicarii paris juriſdictionis ejuſdem Epiſcopi ad invicem ſe excommunicare nequeunt, nam onus alteri non inferior. *c.Romana.c.venerabilem.de ſent.excomm.in 6.*

An Cenſura lata à Superiore ex metu gravi injuſto ei incuſſo, ſit nulla?

2088 Cenſura lata ex metu gravi injuſto eſt nulla.
AFfirma; nam actus juriſdictionis ex ſe debet eſſe ratiooabilis, cùm ab homine in hominibus exerceatur, qualis non eſt actus juriſdictionis injuſtè extortus: Secundo, ex demonſtratis III. *Pantonomodidaſcaliæ*, actus metu injuſto gravi initus eſt oullos. Tertio, quia abſolutio licèt favorabilis, metu injuſto extorta, eſt nnlla. *c.1.de iis, quæ vi, metuve*; ergo fortiùs cenſuræ illatio, cum odioſa, metu injuſto extorta, erit nulla: eſſet enim contra regulas juris, favores, ut eſt abſolutio, noo odia, ut eſt cenſura, reſtringi. *c.odia. c.in pœnis. de reg.jur.in 6. l.interpetratione.D.de pœnis.l.fin.C.qui bonis cedere.* Et conſequenter diſpoſita pro pœna, fortius cenſentur diſpoſita pro favore, cùm numquam Legislator recedat à regulis, niſi exprimat. *l.præcipimus. C.de appellationibus.l.un.C.de inofficioſis dotibus*; non ergo ſatis eſt voluntas injuitè coacta, ut cenſura liget. Ugolinos *tab.1.c.2.§.4. n.2.* Sayrus *lib.1. c.16.n.9.* Conejus *tract. 5. de cenſ. in genere. diſp.2. dub.4.* contra Leandrum citantem pro ſe XIII. Doctores *tom. 4. tract. 1. diſp.2.q.47.*

De Cauſa materiali Cenſuræ.

CAPUT III.

EX effectiva ad materialem cauſam ſe inclinet oratio. 2089 Peccatum grave cum contumacia alia via incorrigibile, eſt materia cenſuræ.

Cauſa materialis cenſuræ majoris hic ſumitor pro flagitio, quod debet eſſe lethale gravius cum contumacia externa, alia via incorrigibile. *c. ſacro. de ſent. excomm.* Eſt enim pęna ſupponens culpam lethalem cum dolo. Covar. *in c.alma.p.1.§.1.n.1.* Navar. *conſ.38.n.2. de ſent. excomm.* Bellamera *dec.541.* Caſſadorus *de conſtitutionibus dec.5. n.7.* itaut non ſufficiat culpa lata. Maceratenſis *lib.1.reſ.73. n.2.* Nec quodlibet mortale, ſed gravios; cùm ſit pęna graviſſima, de cujus gravitate arbitrabitur Judex. Suar. *de cenſ.diſp.4.ſect.4.n.3.* Leander *tom.4.tr.1.diſp. 8. q.11.* in Judiciis arbitrium eſt.

Contumaciam requiri, patet Matth.18. *ſi Eccleſiam non audierit*, quod peccatum debet eſſe Snperiori notum judicialitèr, quia ſententia excommunicationis ſupponit cauſam judicialitèr cognitam. *c.ſacro.§.caveant.de ſent. excom. c.de illicita 24.q.3.*

Quæ cauſa cenſuræ eſt exprimenda in ſententia. Innocentius in *c.1.de ſent.excom. in 6.* nam in omnibus ſententiis criminalibus cauſa exprimitur. Ricc. *p.3.reſ.177.n.3.* 2090 Cauſa cenſuræ eſt exprimenda in ſententia.

An peccatum purè internum ſatis ſit ad ferendam cenſuram?

NEga. D. Thom. *1.2.q.91.art.4.* Paludanus *in 4. diſt. 17. q.7. art.2.* ubi Gabriel *qu.2. dub. 5.* Durandus *q. 8.* Covarr. *in regula peccatum p.2.c.7.* & alii DD.XLVII. qoibus ſubſcribit Leander *tom. 4. tr.1. diſp.6. q.3.* citans pro oppoſita VI. DD. contra Cardenas, ajentem antiquatam D. Thomæ ſeotentiam. 2091 Peccatum pure internum non eſt materia cenſuræ.

Patet *ex c. tua nobis. ex c. ſicut tuis.in fine. de ſimonia. c.Chriſtiana 32. q.5. c.ſi quando 16. q.6. c.conſuluiſti 2.q.4.c.cogitationis pœnam. de penit. diſt.1.* ſumos namque in pęnis ſtrictè, & conſummato flagitio interiùs, exteriuſque interpretrandis. *c. perpetuo. de electione in 6.* ubi oon eſt privatus voce activa dans ſuffragium indigno, ſi indignus electus non fuit; qoia delictum tunc non plenè conſummatum.

Concludamus Eccleſiam non judicare de internis cum D. Thom. atque adeò peccatum internum non eſſe materiam ſufficientem ad incurrendam cenſuram.

Digitized by Google

An cenſura valeat imponi ſine culpa?

2092 Cenſura nequit imponi ſine culpa.

NEga; quia eſt pęna, & ſic ſupponena culpam. *l. ſancimus. C. de pęnis.* D.Tho. 2. 2. *q.* 118. *art.* 4. nec in cenſuris currit *cap. ut ſine culpa, niſi cauſa ſubſit, nemo eſt puniendus* 23. *de reg. juris in* 6. nam ut optimè D.Thomas *loc. cit.* pęna nunquam ſine culpa imponitur, & textna currit in pęnalitatibus tendendis ad bonum inducendum: imò nec cum ſola culpa veniali ſuſpenſio, & interdictum imponi valet. Suarez *diſp.* 4. *de cenſ. ſect.* 4. *n.* 7. contra Navarrum *c.* 27. *n.* 165. Cajetan. *v. præceptum*, quia pęna gravis ſopponit culpam gravem. Deuteronomii *c.* 25. debet enim pęna non excedere culpam. *c. cum afferamus* 21. 24. *quaſt.* 2. *c. felicis.* §. *illud. de pęnis in* 6. *c. quæſivit* 2. *de his, quæ fiunt à majori parte capituli. c. cum bona. de ætate, & qualitate. c. tanta. de exceſſibus Prælatorum.*

2093 An pro veniali imponi poſſit cenſura leviſſima.

Si vero cenſura ſuſpenſionia eſſet leviſſima, puta pro ſemidie, fortè tunc ob veniale poſſet inſligi; non enim culpam lethalem tunc exigere levia ſoſpenſio videtur.

An pro quovis lethali poſſit cenſura imponi?

2094 Non pro quovis lethali imponi poteſt cenſura major.

NEga; ſed pro magis, ſaltem ex circumſtantiis. Trid. *ſeſs.* 25. *c.* 3. *c. nemo* 3. *qu.* 11. *qu.* 3. *c. Epiſcopi.* 8. ibi: *aut minimis cauſis culpabiles excommunicare præſumſerint. c. nullus.* 42. ibi: *pro parvis, & levibus cauſis à communione ſuſpendat.* 11. *q.* 3.

Ad incurrendam cenſuram latam à jure ipſo facto, an ſatis ſit peccatum cognitum ipſi delinquenti?

2095 Sufficit, ut quis cognoſcat ſuum delictum, ut incurrat cenſuram ipſo facto latam.

AFfirma; nam jam peccatum eſt externum, quod ſufficit ad incurrendam cenſuram.

An peccatum mortale externum debeat eſſe peractum externum grave rigoroſè interpretratum?

2096 peccatum ſit externum grave rigoroſè.

AFfirma; nam ſumus in pęnis, & pœnæ debent ſtrictè interpretrari. *l. interpretratione. D. de pœnis. c. odia, & c. in pęnis. de reg. jur. l. fin. C. qui bonis cedere*, ergo pęna debet interpretrari in eo ſenſu, in quo minus obliget, & actua in eo ſenſu, in quo excuſet à pęna. Ideòque delictum debet eſſe externum conſummatum; quia ſumus in pęnis reſtringendia ad flagitium conſummatum interiùs, & exteriùs. *c. perpetuo. de elect. in* 6. ubi non eſt privatus voce activa dans ſuffragium indigno, ſi indignus electus non fuit, quia delictum tunc non fuit plenè conſummatum. Ad flagitium externum debet eſſe malitia interna peccati; nam hoc eſt delictum eſſe conſummatum. D.Anton. *p.* 3. *tit.* 12. *c.* 5. §. 1. Navar. *c.* 31. *n.* 24. Sylveſt. Suar. Bonac.

Hinc cenſura impoſita ob homicidium non incurritur ob vulnus lethale, licèt graviter concurrat ad mortem, & miraculosè non moriatur vulneratus. *d. c. perpetuo. de elect. in* 6. Idem eſt ſi projiciena lapidem velit Clericum offendere, & aberrat; nam tunc non eſt excommunicatus, cùm re vera non percutiat. Ugolinna *tab.* 1. *de cenſuris. c.* 9. §. *fin.* Covar. *in c. alma. p.* 1. §. 7.

Hinc etiam non incurritur pęna, ſi actus externua non ſufficiat ad probandum id, quod in ſacris Canonibus prohibetur: & ſic non eſt excommunicatus excommunicatione lata contra homicidam, ſi vulneratus non moriatur ex vulnere, ſed ex alia cauſa. Suar. *loc. cit.*

An delinquens ex metu, incidat in cenſuram?

DIſtinguaa: vel metua excuſat à culpa, vel non. 2097 Metus ſi excuſat à culpa excuſat etiam à cenſura.

Si metus excuſat à culpa, excuſat etiam à cenſura; nam ut dictum eſt, non incidit in cenſuram, qui non peccat; excuſat autem à culpa metua, qui excuſat à lege obſervanda; nam legea regulariter non obligant cum gravi onere: ſic qui ex metu gravi celebrat in Eccleſia interdicta, non eſt irregularis; nam non peccat, quia metus ille gravis excuſat à lege, quæ prohibet celebrari in loco interdicto. Similiter nec incidit in excommunicationem minorem, qui ex metu colloquitur cum excommunicato; nam leges non obligant, ſi ſint humanæ cum graviſſimo onere, & metus cadens in virum conſtantem amiſſionis bonorum, vel vitæ eſt graviſſimum onus. Unde ſi Epiſcopus præcipiet ſub pęna excommunicationis, nè quis det alimenta bandito. Intelligitur quando liberè dantur alimenta, non verò quando metu mortis, vel amiſſionis bonorum, quis cogitur ad miniſtranda alimenta.

Si verò metua non excuſat à culpa, licèt ſit gravis, adhuc excuſat à cenſura: ſic qui ex metu gravi negat fidem, peccat, ſed non eſt excommunicatus; quia lex quæ imponit excommunicationem non obligat cum gravi onere, prout hìc ſuppono ex materia *de Legibus, de Metu, Voluntario, & Involuntario.*

An cenſura poſſit ferri ob peccatum veniale?

2098 Ob veniale non fertur cenſura.

NEga cenſuram majorem ferri poſſe ob peccatum veniale, tales ſunt ſeptem cenſuræ enumeratæ à nobis ſupra

Patet, quia cenſura eſt pęna gravis; ergo debet ſupponere culpam gravem, nam nulla eſſet pęna, ſi excederet culpam, ut enim diximua in 1. *Pantonom.* Juſtitia diſtributiva exigit, ut pro menſura delicti ſit plagarum modus; ergo quando pęna excedit gravitatem culpæ, eſt injuſta contra juſtitiam diſtributivam, & ſic Superior injuſtè agit, & nulliter pęnam culpam excedentem imponet. Vide text. in *c. multis.* 2. *q.* 1. *& in c.* 1. *de ſent. excom. in* 6.

Si peccatum alia pęna curari poſſit, non eſt recurrendum ad cenſuraa; nam eſt remedium ſubſidiarium, & pęna ultima. Trid. *ſeſs.* 25. *c.* 3. *de reform. c. veritatis. de dolo, & contumacia. c.* 2. *de teſtibus cogendis.*

An verò ad ſuſpenſionem, & interdictum etiam requiratur peccatum mortale?

2099 Quid in ſuſpenſione, & interdicto.

SCio Cajetanum *v. præceptum.* Navarr. *c.* 27. *n.* 165. fateri, ſuſpenſionem, & interdictum poſſe imponi ob veniale.

Sed rectè contra illos inſurgit Suarez *diſp.* 4. *ſect.* 4. *n.* 7. quia pœna debet exæquari culpæ.

Si verò eſſet leviſſima ſuſpenſio: puta pro uno, vel duplici quadrante in re nullius momenti, ratione cujua non damnificaretur reus; tunc credo, quòd poſſit imponi hæc leviſſima cenſura ſuſpenſionis pro culpa veniali.

Inſuper peccatum debet eſſe cum contumacia. *c. corripiantur.* 24. *q.* 3. *c. nullus.* 11. *q.* 3. & ſic hìc quærimus.

De Contumacia requiſita ad incurrendas cenſuras.

CAPUT IV.

2100 Cenſura fertur pro peccato futuro cum contumacia.

CEnſura tantùm ferri poteſt pro peccato futuro cum contumacia.

Pa-

Patet ex *c.cum in Eccleſiis* 5. *de major. & obedien.* ibi: *pro contumacia.* aſſerit D. Thom. *in* 4. *diſt.*18.*q.*2. *art.*1. *qq.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.*1.*art.*2. Abb.*in c.*1.*&* 2.*n.*2.*de officio delegati.* Caſtrus *lib.*2.*de lege pęnali c.ult.concl.*2. Navar. *in c.cum contingat.de reſcriptis, & c.*29.*num.*9. contra Gloſſam *in c. Romana. de ſent. excomm. in* 6. Cordubam *lib.*2. *q.*27. volentes etiam pro peccatis præteritis cenſuram ferri poſſe.

Nobis placet ſententia D. Thomæ.

Probatur primo ex Matth. 18. ibi: *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus*, ergo non eſt dignus quis cenſura, niſi poſt quam monitus Eccleſiam non vult audire.

Secundo probatur, quia excommunicatio eſt pęna medicinalis. *c.* 1. *de ſent. excom. in* 6. ubi idem dicitur de ſuſpenſione, & interdicto; ergo non poteſt ferri pro peccato præterito; nam tunc eſſet vindicta, non medicina, & nemo ſumit medicinam pro morbo curato.

Tertio probatur, quia ſi excommunicatus reſipiſcat, & exhibeat ſatisfactionem neceſſariam, eſt ab Eccleſia neceſſariò abſolvendus. *c.qua fronte. de appellat.* ergo niſi ſit contumax, non poterit cenſurari pro peccato præterito; nam potiùs eſſet abſolvendus, ſi jam fuiſſet cenſuratus.

2101 Objectis occurritur. Dices: obſtat *text.in c.inter querelas* 23. *q.*4. *in c.Belliſarius* 23. *q.* 4. ubi videtur dici oppoſitum, ubi ſententia cenſuræ fertur pro peccato prætarito.

Reſpondetur, dictum textum in *c.inter querelas,& c.in primis.*2.*q.*1. intelligi quando peccatum prætaritum durat.

Dices ſecundo: obſtat text.*in c. tanta. diſt.*86. ubi excommunicantur, qui dederunt conſilium pravum; ergo ſine contumacia pro peccato præterito poteſt quis excommunicari.

Reſpondetur cum Suario, ibi non fuiſſe cenſuram, ſed ſeparationem ad tempus per duos menſes, quòd ſignum eſt ibi non fuiſſe excommunicatos; nam excommunicatio non fertur ad tempus, ſed donec quis reſipiſcat, & ſic non erat vera excommunicatio.

Replicabis: obſtat text. in *c.duo ſunt. diſt.*96. ubi Ambroſius excommunicavit Theodoſium Imperatorem ob cædem Theſſalonicam jam præteritam.

Reſpondetur, ibi excommunicationem poſitam ad reſipiſcentiam in futurum, ut patet ex illis verbis, *qui ſecutus es errantem, ſequere pœnitentem.*

Et eodem modo dicas in *c.* 1. *de judiciis*, & *c.fin.q.*1.

Expedit, ut hìc explicemus quid, & quotuplex ſit contumacia, ut conſtet quando abſque contumacia incurratur cenſura, vel quæ contumacia requiratur, ſine qua cenſura non incurratur.

Quid ſit contumacia?

§. I.

2102 Inobedientia cum contemtu eſt contumacia. Contumacia eſt, quando quis potens Judici, ſeù Superiori obtemperare, obedire contemnat. *l.contumacia.§ pœnam.D.de re judicata.c.certum eſt.*11.*q.*3. *l.*1. *§.ſi quis municipalis. §.ſi quis in judicio. Auth. ſi quis cautionibus*, unde contumacia requirit contemtum Superioris; nam videtur Superiorem contemnere; nam citatus comparere negligit ſine cauſa.

2103 Omnis contumax eſt inobediens non è contra. Hinc omnis contumax eſt inobediens, & tamen non omnis inobediens eſt contumax: puta ſi non obediat impoſſibilitate facti, vel juris. *c.odoardus. de ſolut. c.olim nobis.*15.*de reſtit. ſpoliatorum.c.cum tu. de uſuris.*

Perperam citatus, aut citatus à Judice non ſuo, tenetur ad Judicem venire, quia citatio non præjudicat juri alicujus. *l.*2. *Auth.ſi quis cautionibus. l.ſi quis ex aliena. Auth. de judiciis*; nam licèt veniat, non cenſetur conſentire in Judicem. *d. l. non videtur*. Et poteſt opponere exceptionem fori, vel privilegii. *l.neq.§.quid ergo.Auth. de fideicommiſſariis libertatib.* Et repetit expenſas ab adverſario temerè litante. *l. eum quem temerè. Auth.de judiciis.* 2104 Male, aut à Judice non ſuo citatus, tenetur venire. 2105 Etſi poſſit opponere exceptiones.

Citatus ſi non veniat, nec ſe excuſet legitimè, contumax eſt.

Quotuplex contumacia?

§. II.

Contumacia prima alia vera, alia præſumta, aut ficta. 2106 Contumacia alia vera.

Vera, quando re vera eſt intimata perſonæ, quæ venire contemnit. *l.contumacia. §. pęnam. Auth. de re judicata. c. quoniam. §.porrò, ut lite non conteſtata.* Bart.*in l.fin. Auth.de in integrum reſtitutionibus.*

Si citatio ſit facta domi, non perſonalitèr, eſt contumacia præſumta; nam non eſt certum, quòd venerit ad aures citati. Bart. in *d.l.fin.* 2107 Alia præſumta.

Si quis non reſtituat, quod jubetur, niſi armata manu cogatur, contumax eſt. *l. qui reſtituere. D. de rei vindicatione.*

An contumax poſſit purgare contumaciam?

Affirma, & allegat juſtas excuſationis cauſas. *l.*2. *§.ſi quis municipalis. D.ſi quis cautionibus.l.contumax.l.quæſitum. D. de re judicata*. Vel ſi velit allegare invaletudinem, tempeſtatem, impedimentum latronum; tunc illis allegatis purgat contumaciam, niſi ſpontè in tale impedimentum ſe conjiciat. *l.*2. *§.ſi quis tamen. l.ſi fidejuſſor.§.*1. *D.qui ſatiſdare.* 2108 Contumax poteſt purgare contumaciam, & quomodo.

Non tamen auditur, niſi ſolutis expenſis ab adverſario factis. *l. ſancimus. C. de judiciis. Auth.ei qui jurat. C. de bonis authoritate Judicis poſſidendis.*

Non eſt contumax in inferiori, qui ad Superius Tribunal vocatus eſt. *l. contra pupillum, §.*1.*& fin. D.de in jus vocando*, & in *l.vim facit. D. quod vi, aut clam.* Nequit tamen excommunicari ab Epiſcopo vocatus à Papa; quia non eſt contumax. 2109 Vocatus ad ſuperius Tribunal nõ eſt contumax.

In Civilibus adverſarius, qui citavit, vel qui litem proſequitur, impetrat miſſionem in poſſeſſionem bonorum contumacis; ut contumax tædio affectus compareat, ſaltem ut bona ſua redimat. *l.*2.*l.fulconius* 7.*§.*1.*D.quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.c.tuæ fraternitatis. ut lite non conteſtata non procedatur*, & ſi poſt annum non compareat, Reus privatur dominio rerum. *c.quam frequenter* 3.*§ fin.ut lite non conteſtata. l.*1.*D.de requirendis reis.* 2110 Quid operatur contumacia citati in civilibus.

Annus numeratur à die adnotationis bonorum, & ex quo bona poſſeſſa ſunt. *l. anni ſpatium. D.de requirendis reis. l hodie. D. de diverſis, & temporaneis præſcriptionibus.*

Qualiter contumax reſtituatur, ut ſe purget intra annum, videas Boerium *dec.*63.64. 326. *num.*3.

Jure Canonico contumax etiam poſt annum auditur, data cautione de ſtando in Judicio, omiſſo rigore mulctæ, & in locum miſſionis in poſſeſſionem rei ſervandæ, contra contumacem 2111 Jure Canonico, quando cõtumax audiatur.

fit

Digitized by Google

fit ſequeſtratio rei litigioſæ. *c.1.& 2.de dolo, & contumacia.*

Etiam jure Canonico fit miſſio in poſſeſſionē ex primo decreto contra contumacem rei contentioſæ, cauſa rei conſervandæ; & ſi poſt annum non compareat, fit miſſio in poſſeſſionem plenam ex rigore juris. *c.contingat. c.cauſam.de dolo, & contumacia.c.1.2.3.& 4.de eo, qui mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſervanda.*

An contumax offendat Judicem, & Rempublicam.

2112 Contumax offendit Judicem, & Rempublicam.

AFfirma. *l.un. §.fin. D. ſi quis in jus vocatus non obtemperaverit . l. 2. Auth.ſi quis in jus vocatus,*& ſic debet puniri ultra intereſſe facto parti. *l.Sancimus.C.de judiciis.*

Diximus ad contumaciam requiri contemtum. *l.contumacia. D.de re judicata.* meritò hìc inquirimus.

De Contemtu .

§. III.

Quid ſit .

2113 Quid contemtus ſit.

COntemtus eſt duplex, proprius , & improprius.

Proprius contemtus eſt tranſgredi legem , quando quis non vult ſubjici legi . Improprius eſt tranſgredi legem ex concupiſcentia,ex igno rantia , ex conſuetudine, non ex eo quia quis non vult legi ſubjici. D.Tho.2.2. *q.*186. *art.*9. *ad* 3. ibi: *traſgreditur ex contemtu, quando voluntas ejus renuit ſubjici ordinationi legi , vel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem , vel regulam.*

2114 Quando non peccatur ex contemtu.

Quando ergo è contrario propter aliquam particularem cauſam, puta per concupiſcentiam , vel iram adducitur quis ad aliquid faciendum contra legem , naturam , vel ſtatutum non peccat ex contemtu , ſed ex alia cauſa , & ità docet Cajet. *ibidem in ſumma. v.contemtus.* Sylveſt.*v.Religio* 1.§.8. & v.*contemtus.* S. Antoninus 3.*par. ſumma. tit.*16.*c.*1. §.9.*de omnibus votis.* Paſſarellus *de privilegiis minorum c.*25.

2115 Frequentia actuum non facit cōtemtum.

Nec ſufficit ad contemtum frequentia actuum delinquendi, etiamſi quis millies delinquat ex conſuetudine deliberata, ſed exigitur ut peccet ex eo ,quòd non vult ſubjici Superiori, ſcilicet Regi, Prælato,non præcepto, tunc quamvis frequentia peccandi non ſit contemtus , diſponit ad contemtum. Sylveſt. Cajetanus, & D.Thom. *loc.cit.* Donatus *tom.4.tract.1.q.5.n.1.*

Ex his habes contumaciam etiam requirere contemtum. *c.certum eſt.* 11. *qu.*3. qui contemtus etiam dividi poteſt in materialem , & formalem.

2116 Contemtus, aut formalis, aut materialis.

Formalis eſt ſi nolit obedire Superiori , quia Superior eſt, vel quia præcipit.

Materialis eſt, ſi nolit obedire Superiori, non quia non vult obedire , ſed quia eſt ejus inimicus , vel ex tædio , vel ex ignorantia , vel quia Superior eſt perſona vilis , vel quia Superiorem odit , vel quia eſt inimicus ; tunc enim dicitur materialiter contemnere Superiorem, non verò formalitèr.

Contumacia eſt duplex: una vera,altera præſumta . Vera eſt ſi perſonaliter ſit citatus , & comparere nolit. Præſumta eſt ſi latitet nè citetur.

Sed nunc ex dictis emergit iterum alia difficultas, & eſt.

Quænam ex iſtis contumaciis , & contemtibus requiratur ad incurrendam cenſuram ?

TRes ſunt ſententiæ. 2117 Ad incurrendam cenſuram aliqui requirunt formalem contumaciam.

Prima ſententia requirit formalem contumaciam . Covarr. *in c. alma Mater. num.* 7. ibi : *præſumtuoſam contumaciam requirimus* ; ideſt procedentem ex contemtu , & hoc , ut communicans cum excommunicato majori afficiatur excommunicatione . Lazarius *par.* 1. *qu.* 12. qui requirit verum contemtum . Sayrus *lib.*1. *de cenſuris. c.*9. Carena *tract. de modo procedendi. tit.*8. §.2.*n.*9. adſonat Januarius *de caſibus reſer.*34. *n.*18. Filliucc. *tom.*1.*tract.*15.*c.*1. *n.*45. ibi : *excuſatur ab hac cenſura , ſi percuſſio ſit indeliberata, dubia, jocoſa, fortuita, cum non ſit in Clericum formaliter* . Idque ex eo probari poteſt , quia ſumus in pœnis , & pœnæ debent interpretrari propriè, itaut ſint recipiendæ in eo ſenſu , in quo minus obligent ; nam in pœnis ſemper eſt ſtricta interpretratio facienda , & ut declinemus ad mitiora. *c.odia. c.in pœnis.de reg. jur.in 6. l.interpretratione. D.de pœnis. l.fin.C.qui bonis cedere.*

Secunda ſententia diſtinguit : & ſi cenſura ſit lata ab homine, requirit contumaciam, & con- 2118 Aliqui diſtinguunt.
temtum formalem ; ſi ſit lata à jure requirit virtualem contemtum , & contumaciam, & ità docet Gabr.à S.Vinc. *in impreſſione Romana. de cenſuris.diſp.*1. *qu.*8.§.2. *n.*66. quia ſecùs inquit ipſe nulla incurreretur cenſura , ſi requireretur in cenſuris latis à jure contumacia formalis , quia hæreticus debet eſſe qui vult ſpernere claves Eccleſiæ.

Sed ego non video , cur illa ratio probet in cenſuris latis ab homine , vel enim utrobique , vel neutrobique probat.

2119 Auctori arridet qualemcomque cōtumaciam ſufficere pro incurrenda cenſura.

Ideò noſtra ſententia : qualiſcumque contumacia ſit, ſufficere ; dummodò ſit contumacia; nam id videtur ſatis ad incurrendas cenſuras , nec jura aliud requirunt.

2120 Corollaria ex dictis.

Ex dictis fit requiri peccatum mortale externum conſummatum cum contumacia ad incurrendas cenſuras: quorum ſi unum deſit, ceſſat cenſura ; conſequenter illa ſimul requiruntur ad cenſuras , ſpecialiter ad excommunicationem, & inſuper requiritur juſta cauſa ; nam cum Superior debeat moveri rationabiliter, debet moveri ex cauſa rationabili, itaut cauſa habeat pœnam correſpondentem, & pro quantitate delicti debet eſſe plagarum modus.

Hinc cenſura gravis nequit pro veniali imponi , & ſic cenſuræ latæ in materia levi non ſunt veræ , ſed ſunt tantùm ad terrorem , docent Doctores ; Imò non diſplicet Suario *diſp.*4. *ſect.* 6. *n.* 9. dicens tales cenſuras non continere veritatem , ſed præbere indoctis occaſionem peccandi ex contumacia erronea : Imò Caſtrus *lib.*1.*de lege pœnali.c.*6.repræhendit,& rectè Epiſcopos,ſi fulminent cenſuras excommunicationis pro furtis levibus.

An ſit nulla cenſura lata contra re vera innocentem non contumacem , ſed nocentem ſecundum allegata , & probata?

2121 Eſt nulla cenſura lata contra innocentem , ſed ex allegatis nocentem.

AFfirma: ut eſt nulla quando deficit voluntas Superioris: ità debet eſſe nulla quando deficit cauſa materialis . Cajetan. Martinus Ledeſma , Sotus , Bonac. Navarr. ajentes ceſſante ſcandalo poſſe ſe gerere ut non excommunicatum.

An

An ſententia lata contra ordinem juris teneat?

2122 Sententia lata contra ordinem juris ſubſtantialem non tenet.

SEntentia lata cootra ordinem juris, vel eſt lata contra ordinem juris ſubſtantialem, vel contra ordinem juris accidentalem.

Si eſt lata contra oidinem juris ſubſtantialem, puta quia eſt lata non probato delicto; tunc ſententia cenſuræ eſt nulla. *l.4. §.condemnatum. D.de re judicata. c.1. c.cum inter. de re judicata. l.1. D.de ſententia ſine appellatione reſcindenda. l.prolatam. de ſententiis, & interlecutionibus. c.venerabilis. §.ſanè.de ſent.excommunic.in 6.*

Sententia lata contra ordinem juris accidentalem eſt injuſta accidentaliter, ſed tenet. *c.ſacro.de ſent.excommun.*vide D.Thom.a. 2.*qu.*65. *art.2.ad 3.*

An ſententia ſine juſta cauſa ſit nulla?

2124 Et ſi tantùm juridice non probetur.

SI ſententia excommunicationis habet cauſam pro utroque ſoro interno, & externo, tenet pro utroque foro: ſi cauſa ſit juſta, ſed legitime non probetur; tunc ſententia eſt nulla, & cenſura non tenet; quia deficit ordo eſſentialis neceſſarius ad ferendam cenſuræ ſententiam, & ſic deeſt veritas ſententiæ; idque licet cauſa ſit nota Judici, & probari nequeat. ex *c.1.6.q.2.* Gloſſ. Innoc. & Abb. *in d. c.ſacro.* Navarrus *in c.cum contingat. de reſcriptis.cauſa* 8. *nullitatis, & c. 27. n. 11.* & hoc mihi ſimpliciter verum non videtur, quia ſubſtineo oidinem Judiciarium, quando de veritate conſtet: ſed cum hoc ſtat prædictam ſententiam eſſe probabiliſſimam.

Sed quid dicendum *ſi cauſa non ſubſit, ſed juridicè probetur?*

2123 Sententia ſine juſta cauſa eſt nulla.

DIcas ſententiam eſſe nullam; nam non habet majorem poteſtatem Eccleſia, quàm Deus; ergo ſi Deus non obligat innocentem, nec homo: & pœna impoſita eſt ex præſumtione culpæ, qua ceſſante, pœna non obligat. D. Thom. docet oppoſitum. *in 4. diſt.*18. *qu.*2. *art.1.qq.4.* ubi Paludanus *qu.*1. Durandus *q.4. n.*6. Covarr.*in c.alma.par.*1.§.11.*n.*114.

Sed primam noſtram ſenteotiam, ſcilicet excommunicationem non tenere, rectiùs doceot Alex. de Aleſ. *par.4.q.*22.*art.*1. Major.*in 4.diſt.* 18.*qu.*2.*coroll.*4. ubi Gabr.*qu.*2.*concl.*8. Abb.& Felinus, apud Covarr.*loc.cit.n.*4. nam ſententia eſt juſta, ſi re vera adiit cauſa. Iſidorus *lib.*18. *controv.*15. & probatur ex 1. ad Corinth.10. & ex *c.1. de ſent. & re judicata in* 6. & ex *c.à vobis. de ſentent.excommunic.* ubi non debet cenſeri Reus apud homines, qui non eſt Reus apud Deum, ut probator ex multis Canonibus *in cauſa* 11.*q.*3.& *in cauſa* 24.*q.*1.& 4.

De Cauſa formali cenſuræ.

CAPUT IV.

2125 Cauſa formalis cenſuræ.

CAuſa formalis cenſuræ eſt conſtitutivum differentiale cenſuræ. Hic ſumitur pro ipſamet Judicis ſententia, in qua ſunt multa eſſentialia, multa accidentalia; ſine eſſentialibus eſt nulla: ſine accidentalibus tenet, ſed eſt injuſta legalitèr,& ut forma naturalitèr non introducitur, niſi præcedat aliqua diſpoſitio: Ignis namque non producitur, niſi diſponatur lignum calore, ſiccitate; ità ſententia cenſuræ aliquas habet prævias diſpoſitiones, & meritò aliquas ſecum affert, ut quòd habeat cauſam in ſcriptis exaratam, quòd à Judice verbis retineatur: aliqua habet ſubſequentia, quòd ſcilicet publicetur per cedulones ad effectus aliquos obtinendos. Eodem nos ordine agamus primo.

De Monitione, ſeù citatione requiſita ad ferendam cenſuram?

§. I.

MOnitio, ſivè citatio eſt vocare reum, ut veniat ad ſe defendendum. 2126 Quid ſit monitio.

Eſt duplex: una Canonica, altera non Canonica. Non Canonica eſt præceptum juris, vel hominis aliquid prohibentis ſub pœna cenſuræ incurrendæ ipſo facto. Canonica eſt, qua Superior ſolemnitèr coram teſtibus facit citare reum perſonaliter, ut reſipiſcat. *c. ſacro. 48. de ſent. excomm.c.cum medicinalis.1.de ſent.excom.in 6.* Suarius *diſp.3.ſect.*10. Toletus *lib.1.c.9.n.*1. Hurtadus *de cenſuris in communi.diſp.*8.*n.*29. 2127 Eſt duplex. Canonica, & non Canonica.

Quæ ex iſtis prærequirantur?

§. II.

QUævis, & alterutra ſatis, Canonica per ſe non requiritur; nam lege, vel præcepto monente ſatis declaratur contumacia rei. Felinus in *c.ſacro.n.3. de ſent.excom.*Intelligas, niſi lex ferens cenſuram exigat aliam monitionem. *Clem.fin. §.fin.* ibi: *niſi moniti reſipiſcant, ipſo facto excommunicationis ſententiam ſe noverint incurſuros.de ſtatu monach.* Sayrus *lib. 1. de cenſ.c.12.n.6.* 2128 Una ex dictis prærequiritur.

An monitio Canonica requiratur in cenſuris latis à Judice pro delictis præteritis, vel præſentibus?

AFfirma. *c.certum. c. Epiſcopi. c. nemo Epiſcoporum 11.q.3.c.omnes decima.*16. *q.7. c.ſacro* 48. ibi: *prohibemus, nè quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti monitione. de ſent. excom. c. Romana. de ſentent. excom.in 6.c.repræhenſibilis. de appellat. c.ſtatutum.de ſent excom.in* 6.poteſt enim eſſe, ut reus ſufficienter ſe defendat, corrigat, & ſic ſententiam impediat. Decius in *c.pervenit. num. 1. de appellat.* 2129 Monitio requiritur in ferendis cēſuris.

Quotuplex monitio requiratur.

§. III.

DUo hìc exigenda. Primum, an ſaltem requiratur una, itaut nulla ſit cenſura illa non præmiſſa. Secundo, an requiratur trina eſſentialiter. Tertio, an peccet omittens unam pro tribus. 2130 Multiplex eſt monitio.

An ſit nulla cenſura, niſi ſaltem una monitio Canonica præmittatur?

AFfirma: nam deficeret contumacia eſſentialis cenſuræ. Matthæi 18. *c. ſacro. de ſent.excom. c.1. c.3. c. conſtitutionem.*9. *c.13. de ſent.excom.in 6.c.cum ſpeciali. c.repræhenſibilis.* ibi: *Canonica monitione præmiſſa. de appellat.* Eſt enim actus judicialis ſententia cenſuræ ſupponens contumaciam eſſentialiter, & ſic Rei citationem, de qua in actis conſtare debet. *c.novit. de judiciis. c.contumacia.*53. *de re judicata.* Toloſanus *lib.4. partitionum juris Canonici. c.6.* Bonac.*tom.1. diſp.5. q.1.p.9. n.1.* citans X. DD. Hurtadus *de cenſ.in communi. diffic.8. num.*29. Bordonus *tom.3. reſ.78. n.*175. Diana *p.5. tr.9. reſ.* 29. Leander *tom. 4. tr.1. diſp. 5. q.*8. citans X. DD. contra Candidum *diſq.*22. *c.2.dub.*1. & D. Paulus 1. ad Corinth. 5. ubi excommunicavit inceſtuoſum præmiſſa correctione, de qua ad Titum.3.ibi: *hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correctionem devita.* 2131 Cenſura eſt nulla, ſi non præmittatur ulla monitio

Digitized by Google

An ad valorem cenſuræ requiratur trina monitio?

§. IV.

2132 Quando requiratur trina monitio.

DIſtinguas: vel ablatis temporum intervallis pro diſtinctis monitionibus tollitur cauſæ cognitio, præcipitanter proceditur, vel non.

Si primum, ſententia eſt nulla, quia cauſæ cognitio, & partis adverſæ informatio eſt de ſubſtantia judicii: nec Judex valet judicare meritis cauſæ incognitis, & ſic ſententia eſt nulla, etiamſi cæteroquin bona eſſet. *l. hac autem 5. §.1. D.quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. l.ex ſtipulat. D.de ſententiis, & inter loq. omn. judicum.* Bartol.in *l.prolatam.n.7.C.de edendo.*Alex. *vol.7. conſ.*213. incipit *viſis.nu.*4. Pariſius *vol.1. conſ.79. n.4.* volens ex brevitate temporis præſumi Judicem non eſſe informatum, nec cauſæ cognitionem habere, & conſequenter ſententia cenſuræ lata tunc eſt nulla.

Si verò dicatur ſecundum, ſcilicet cum non trina citatione adhuc plenè Judicem informatum eſſe de meritis cauſæ, ſententia cenſuræ tenet; quia feſtinatus proceſſus non tollit ſententiæ valorem, niſi tollat cauſæ cognitionem. Clem. *ſæpè. de verb.ſign.* & in dubio præſumitur ſententia prolata cognitis meritis cauſæ. c. *bona.il 1.de electione.c.cum inter. c. ſicut. de re judic.* præſumitur namque benè officium exequutum fuiſſe à Judice. *c.un.de ſcutrinia.*maximè ſi in ſententia exprimatur, *viſis actis, partibus auditis in facto, & jure.* Bald.in *l.1. C.de fide inſtrumentarum.*

2133 Omiſſa trina monitione, & cognita planè cauſa à Judice tenet cenſura.

Igitur, ſi ſententia cenſuræ lata à Judice omiſſa trina citatione ſupponat plenam Judicis informationem de meritis cauſæ, cenſura tenet, maximè ſi in una citatione peremptorium ponatur; nam ſi peremptorium deſit, & pars non comparuit, ſententia lata etiam eſt nulla; quia adhuc pars non eſt contumax, expectans fortè alias citationes, ut compareat. Si verò una citatio fuit cum peremptorio; tunc ſententia cenſuræ tenet. *c.Romana.§.porro.* ubi Gloſs. v. *injuſtat. de ſent. excom.in* 6. ubi ſententia cenſuræ lata ſine trina monitione dicitur injuſta; & ſic ſupponitur habere exiſtentiam; nam non entis nullæ paſſiones. *c. ſi Epiſcopus 11. q. 3.* Secundo quia excommunicatus ſine trina monitione debet abſolvi. *c.ſacro. 18. de ſent. excom.* ergo tenet; nam à nulla cenſura, nemo ligatur, nec abſolutione eſt opus. Coninch. *diſp. 13.ſect. 12. n.4.* Gutties. 1. *Canon. c.4. n. 4.* citans ill. DD. Bonac.*tom.1.diſp.1.q.1.p.9.n.6.*Sayrus *lib.1.c.12. n.26.* Buſembaus 7. *medulla.c.1. §.2. ſi ſubſtantialis*, contra Victoriam, Sotum in 4.*diſt.*22.*q.*1. *art.*2. Ledeſmam 2.*p.q.*23. Eliamas *p.1. methodi.c.9. §.23.* ajentes eſſe nullam cenſuram non præmiſſa trina monitione.

2134 Secùs ſi Jura exprimant trinam monitionem.

Eſt hic adnotandum, nullam eſſe cenſuram non præmiſſa Canonica, & ſic trina monitione, quando jura id exprimunt; ut accidit, ſi excommunicandus ſit majori excommunicatione, qui participat cum excommunicato. *c. conſtitutiones. c. ſtatuimus.* ibi: *poterit Judex poſt monitionem Canonicam hujuſmodi participantes conſimili damnare cenſura, alitèr autem in participantes excommunicatio prolata non teneat. de ſent. excommunic.in* 6.

2135 Et quando delegatus præmiſſa Canonica monitione.

Secundo trina, vel una pro trina monitio debet præcedere, ſi Judex delegetur ad excommunicandum Canonica monitione præmiſſa. *c.dilecta. de reſcriptis.c.piſanis. de reſtit.ſpoliatorum. c.Romana.§.ſed nec.de ſent.excomm.in* 6.

Ut Cenſura ſit valida, & licita an requiratur citatio trina, vel una pro tribus interjecto competenti tempore?

2136 Trina, aut una pro tribus ſufficit.

AFfirma; etiamſi feratur inter regulares. *c.ſi quiſquam. c.ſi autem.de cohabitatione Clericorum. c.ſacro.48. c.contingit. il 2.de ſent.excomm. c.conſtitutum. c.conſtitutionem. §. ſtatuimus. c.illicita.24 q.3. c.omnes.10.17.q.7.* Trina enim eſt judicialis monitio. *l.nonnunquam. D. de judiciis. l.tres denunciationes. C.quomodo, & quando Judex.* Vivius *dec.*93.Ricc.*collect.*2462. itàut una pro tribus, vel peremptorio dato competenti termino, poſſit fieri etiam nulla neceſſitate urgente. *d. c. conſtitutionem.9. de ſent. excommunic.in 6. c.cum ſit.de appellat.* Suarius *diſp.3. ſect.9. num.2.* contra Sotum *in 4.diſt.22. qu.1.art.2.*

Quantum temporis intercedere debet inter unam, & alteram citationem?

2137 In trina, vel in una pro trina debet tempus interpellari.

QUando fit trina, vel una citatio pro tribus, debet fieri interpellatio temporis.

Aliqui volunt inter quamlibet citationem interponendam unam diem, cum Andrea *in d.c.conſtitutionem.9.* Abbate *in d.c. ſacroſancto.* exigunt alii duos dies cum Soccino *in c.perpendimus. n.10. de ſent.excomm.* Pariſius *vol.1. conſ.79.n.4.*

2138 Arbitrio Judicis alii remittunt.

Quinque pro qualibet die videtur exigere Covarr.*in c.alma.par.1.§.9.n.5.*

Alii id totum remittunt in arbitrium Judicis, cùm jure non ſit taxatum. Textus enim *in d.c.conſtitutionem.* ibi *aliquorum dierum competentia intervalla.* Tantùm exigit plures dies ad omnes citationes, & ſic nequit eſſe minus, quam una dies pro qualibet citatione, & in productiori termino rectè arbitrabitur Judex. Menoch. 2.*arbitr. caſu* 545. Farinac. *par.1. fragm. crim.v.excomm.n.24.*Sylveſt.v.*excomm.il 1.n.2.*

2139 Tẽpus duorum dierum moderatum æſtimatur.

Duorum verò dierum tempus moderatum eſt. Reginaldus *lib.9.n.182.* Diana *par.5.tract.9. reſol.29.*

Quid ſi neceſſitas diuturnam non patiatur moram?

§. V.

2140 Urgente neceſſitate moræ impatiẽte poteſt coarctari tempus.

SI verò tanta premat neceſſitas, ut impatiens mora ſit: puta ſi Sacerdos, vel Clericus notorius per laicum carceretur, aut ducatur ad mortem; tunc juxtà urgentiam poteſt tempus, quod permittitur, dividere in tres partes, puta in tres horas, tres ſemihoras, tres quadrantes, prout Superiori expedire videbitur, & primum pro primo, ſecundum pro ſecundo, & tertium pro tertio termino peremptorio aſſignet ad comparendum citato, & Judici parendum. *d.c.conſtitutionem.9.* ibi: *niſi neceſſitas facti aliter ea ſuaſerit moderanda.* Menoch.2.*de arbitr. caſu* 545. Soccinus *in c. perpendimus. n.112. de ſent.excomm.* Henriq.*lib.13.c.17.n.3.* Navarrus *c.27.& in c.cum contingat.5.de reſcriptis.*Bonac. *tom.1.diſp.1.q.1.punct.9.n.5.*citans quinque DD.

An requiratur monitio, quando eſt notoria contumacia delinquentis?

2141 Etiam in notoria contumacia requiritur monitio.

AFfirma; nam contumacia debet eſſe exteriùs juridicè conſummata. *d. c.conſtitutionem.* 9. nam ſumus in pœnis reſtringendis. Conſummata autem exteriùs juridicè non eſt, niſi perſonalitèr monitus à Judice, vel à lege parere recuſat. Suarius *diſp.3. de cenſur. ſect.10. n.8.* Filliucc. *tract.11.c.4.q.2.n.86.* Cornejus *de* cen-

cenſuris in genere. tract.5.diſp.5.dub.2.q.4. contra Covarr. *in c.alma.par.1.§.9.num.6.* Sayrum *lib.1. de cenſ. c.12. n.43.* Bauni *tract.2. de cenſ. diſp.1.q.16.dub.3.*

Et puto etiam tunc requiri trinam, niſi periculum ſit in mora; nam tantam auctam exteriùs conſummatam delinquentis contumaciam jura exigunt. *in c.ſacro.48.de ſent.excommunic. c.Romana.de ſent.excomm.in 6.c.reprehenſibilis.* ibi: *Canonica monitione præmiſſa.c.cum ſpeciali. de appellat.* & poteſt eſſe, ut tertiò monitus reſipiſcat Reus, & jura volunt plectendum cenſuris Reum, qui pervenit ad illam intenſam contumaciam trina citatione auctam; aliàs ſi quævis pertinacia ſufficeret, trinam jura non exigerent citationem. Contra Alterium *lib. 3. de cenſ. diſp. 3. c. 4.* ajentem poſſe tunc omitti ſecundam, & tertiam monitionem.

An monitio etiam requiratur, quando quis tranſgreditur legem, præceptum latum ſub pœna ferendæ ſententiæ?

3142 Monitio requiritur etiã in tranſgreſſione legis ſub pœna ferendæ ſententiæ.

AFfirma. *c.reprehenſibilis. de appell.* ubi non requiritur monitio tantùm in cenſuris latæ ſententiæ. Cajetanus v. *præcepti tranſgreſſio.* Barboſa *in dict. c.reprehenſibilis. n.6.* Suarius *de cenſ.diſp.3.ſect.10.n.2.* Bordonus *tom.3.reſol.68. n.169.* Hurtadus *de cenſur.in communi diffic.18.* Diana *par.3.tract.12.reſ.14.* citans X. DD. Baſſæus v.*cenſura n.37.* Gabr.à S.Vinc. *de cenſuris diſp.1.n.135. & 137.* contra Bonac. *de cenſuris diſp.1.q.1.punct.9.n.4.* Avilam *2.p.diſp.1. dub.5. concl.1.*

An monitio à jure ſit ſatis ut excommunicatus, puta ob Clerici percuſſionem, ut Judex aliam cenſuram infligat?

3143 Etſi ſit excõmunicatus, ad incurrendam aliam cenſuram requiritur nova monitio.

NEga; nam pœna nova, delictum novum, contumaciam novam; & ſic novam exigit monitionem, ut niſi reſipiſcat, excommunicationis fulmine tangatur. Suarius *diſp. 3. ſect.10.n.4.* Filliucc.*tract.11.c.4.q.2.* contra Toletum *lib.1.c.9.n.3.*

An requiratur monitio in declaratoria cenſuræ, etiamſi delictum ſit notorium?

3144 Et in delicto notorio requiritur monitio in declaratoria.

AFfirma: non ſolùm in formando proceſſum ſuper notorietate delicti, ut ait Farinac.*par.1.fragm.crim. v.excomm. n.20.* ſed in ipſo delicto, patet, quia paratus obedire, & ſatisfacere eſt abſolvendus non declarandus excommunicatus; & poteſt eſſe, ut Reus citatus obediat.

Secundo, quia contumacia poteſt eſſe præſumta, cùm re vera non ſit contumax.

Tertio, quia debet citari de delicto ſuper delicto, ut veniat, alleget, cur non debeat declarari excommunicatus. *c.1.de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. c.reprehenſibilis. c.Paſtoralis.de appell.c.cum contra leges.de hæreticis.*

Quarto, quia declarandus eſt per ſententiam juridicam. *c.pervenit.13. c.conſuluit 44. de appellat.* Sententia autem non fertur, niſi monita parte ad dicendum de jure, & de facto, ut praxis habet. *Clem.1. v.quam citò.de pœnis.* Covarr. *in c.alma.par.1.§.9.n.5.* Bonac.*tom.1.diſp.1.q.1. punct.9. n. 4. in fine.* citans quinque DD. Vaſq. *de excomm.dub.12.n.14.* Gabr.à S.Vinc.*de cenſ. diſp.1.q.12.n.135. & 137.* Diana *par.10. tr.12. reſ. 14.* citans novem DD. Genuenſis *in praxi. c.24. num.16.* dicens declaratoriam non tenere omiſſa monitione, cum Bordono *tom. 1. reſ.78.* & Megala *lib.1.c.5.n.14.* contra Abbatem *in c. reprehenſibis.n.8.de appell.* & alios.

An Summus Pontifex poſſit aliquem cenſurare denunciatione non præmiſſa?

3145 An Papa poſſit aliquẽ cenſurare nõ præmiſſa denunciatione diſcutitur.

ERit acris diſcuſſio, in quo aliorum ſententias vobis aperiam.

Volentes poteſtatem excommunicandi tantùm conceſſam Eccleſiæ adverſus contumaces rebelles, ut ait Bonac.*tom.1.diſp.1.q.3.n.19.* ex Matthæi 18.ibi: *ſi Eccleſiam non audierit;* concludunt non poſſe Summum Pontificem ſine citatione, & ſic non contumacem excommunicare; ità poſt tres DD. docet Anna Avila *p.2. c.3.diſp.1.dub.10.* Vaſq.*tract.de cenſ.dub.12.n.4.* ex parte Leander *q.34.* ajens unam monitionem præmittendam jure naturæ, ut Reus ſe defendat: Summus Pontifex autem nequit tollere jus naturæ.

At Summum Pontificem poſſe cenſurare ex plenitudine poteſtatis docet Bonac. *diſp.1.qu.1. punct. 9. n.4.* Coninck *diſp.13. dub. 9.* Bordon. *tom.3.reſ.68.n.175.*

Sed optarem, diſcuterent, an monitio ſit jure divino præmittenda; jus namque divinum humana etiam plena poteſtate tolli nequit.

Hinc reſolvitur.

An pars poſſit monitioni renunciare?

3146 An valet renunciari monitioni.

NEgat Leander *loc.cit.q.35.* fortè, quia cenſura iſta prærequirit contumaciam, qua deficiente deficit.

Sed quid ſi contumax ſit; tunc habemus materiam cenſuræ, & ſic non video rationem dubitandi, cur nequeat ſpontè renunciare monitioni.

An monitio in cenſuris infligendis debeat eſſe perſonalis?

3147 Monitio in cenſuris ſit perſonalis.

AFfirma; nam id exquirit cenſuræ qualitas, & contumacia debet eſſe perſonalis ob perſonalem inobedientiam. Secundo, quia ſi citatio non ſit perſonalis, præſumitur Judex proceſſiſſe non informatus de meritis cauſæ. Rota *in antiquis.* Theſaurus *forenſium Eccleſiæ.par.2. c.17. num.27.* Innocentius *in c.fin. num.3.* ubi Abb. *num.14.* Felinus *num. 5. de eo, qui mittẽ in poſſeſſione.* Guttier. *2.Canonicarum. c.16. n.5.* Maceratenſis *lib.1. variar. reſ.71.n.8.* Gratian. *forenſ.c.531.n.76.* Henriq.*lib.13.de ſent.excomm. c.17.§.3.* Diana *par.5.tract.9.reſ.19.* Ricc.*par.1. praxis. reſol. 439.* Menoch. *de arbitr. centuria 6.caſu 541.* Sylveſt. v.*excomm.1.n.12.* Felin. *in c.ſacro.48.n.2.de ſent.excomm.* Farinac.*par.1. fragm.crim.v.excomm.n.20.* Romanus *conſ.482.* & alii XVIII. DD. quibus ſubſcribit Leander *tom.4.tract.1. diſp.5.qu.16.17.18.* contra Bauni *tract.1. de cenſ. qu.16.* ajentem poſſe fieri domi ſolitæ habitationis, ut in aliis cauſis citatio domi ſolitæ habitationis facta ſufficit. *l.aut qui aliter. §.ſi forte. D.quod vi, aut clam. l.ſcire debemus.§.qui autem.D.de excuſationib.Tutorum;* quę corruunt in aliis non requirentibus contumaciam non perſonalem, tam gravem, qualis requiritur in cenſuris.

An citatus perſonaliter per ſe comparere debeat?

3148 Citatus valet per Procuratorem comparere.

NEga; ſed ſatis eſt, ſi per Procuratorem compareat; per nullas enim leges oppoſitum ſancitum eſſe ajunt Tuſcus *litera D, concl.305. n.1.* Gabr.à S.Vinc.*de cenſ.diſp.1.n.139.*

An quando perſonaliter citari nequit ſe abſcondens, aut impediens, valeat citari domi ſolitæ habitationis?

3149 Si nequeat citari perſonaliter, citatur domi ſolitæ habitationis.

AFfirma. *c.1.qui matrimonium accuſare poſſunt. l.ſcire debemus. §.qui autem.D.de excuſa-*

cuſationibus Tutorum; nam te vera eſt contumax nolens obedire, fugiens citationem. *c. quoniam frequenter. §. 1. de dolo, & contumacia*; debet tamen conſtare id ex indiciis, vel ex aliis probationibus, ut dolus requiſitus in excuſatione, qui non præſumitur, probetur. Innocent. *in c. ultim. n. 3. de eo, qui mitti in poſſeſſionem*. Rota *dec. 11. de dolo, & contumacia*. Bonac. *de excom. diſp. 1. q. 15*. Ricc. *loc. cit. n. 4.*

Ubi fiat citatio, ſi citandus careat domo?

2150 Si domo careat, monitio fit in Eccleſia Cathedrali.

Fit monitio in Eccleſia Cathedrali, & locis conſuetis. Ricc. *loc. cit. n. 4.* dicens *n. 8.* in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ex *Ritu* 17. bis domi citatum poſſe excommunicari.

An ſi citatio domi facta, vel poſt edictum non deveniat ad notitiam Rei, an Reus ſit excommunicatus?

2151 Si citatio nõ fit nota Reo, non eſt excomm.

Nega; nam tunc non eſt contumax. Turrianus poſt Vaſq. *lib. 2. de excomm. diſp. 18. dub. 3.* Leander *loc. cit. q. 2.*

An citatio debeat fieri coram teſtibus?

2152 Citatio coram teſtibus facienda.

Affirma. *c. ſacro 48. de ſent. excomm.* idque ut ſi fortè negetur, probari valeat. Ricc. *loc. cit. n. 1.* non enim creditur ſoli Judici in alterius præjudicium. Suarius *diſp. 3. ſect. 11. num. 2.* Bonac. *tom. 1. diſp. 1. qu. 1. par. 9. n. 2.* Hurtadus *de cenſ. diffic. 19.*

An requiratur monitio perſonalis, ſi perſona cenſuranda ſit incerta?

2153 Si perſona ſit incerta non requiritur citatio perſonalis.

Nega; tunc enim ſatis eſt ſi fiat in locis conſuetis. Abbas *in c. dilectus. de exceſſibus Prælatorum*. Suarius *loc. cit. n. 5.* Bonac. *loc. cit. n. 8.* Filliucc. *tract. 11. c. 4. quæſito 7. n. 102.* ad impoſſibile enim nemo tenetur.

An ſit excommunicatus domi citatus, ſi probetur citationem deveniſſe ad Rei notitiam?

2154 Si probetur citationẽ domi factã innotuiſſe Reo, eſt excomm.

Affirma. *Clem. un. in fine. de elect.* tunc enim revera eſt contumax excommunicatione innodabilis. Theſaurus *in praxi Eccleſiæ c. 7. num. 232.*

An ſatis ſit ſemel perſonaliter citari, & deinde alias citationes fieri domi?

2155 Poteſt ſemel perſonaliter citari, & deinde domi.

Affirma; nam ſatis eſt ad contumaciam. Ricc. *loc. cit.* Farinac. *par. 1. fragm. crim. v. excomm. n. 20.* rectè dicens nec requiri citationem quando declaratur malè abſolutus; nam tunc declaratur perſiſtere in illam priorem contumaciam, & priorem excommunicationem, & ſufficit citatio domi.

An monitio debeat eſſe perſonalis in declaratoria excommunicationis?

2156 In declaratoria cenſuræ non requiritur citatio perſonalis.

Negat Maceratenſis *lib. 1. reſol 71. n. 7. & 8.* poſt Romanum *conſ. 487. n. 5.* ſed tutiùs concludas requiri citationem perſonalem, quia eadem ratio in declaratione, ac illatione cenſuræ; ut enim niſi contumax non excommunicatur: ità nec declaratur excommunicatus, nec valet declarari excommunicatus, qui non vult perſiſtere in contumaciam: In quo differt ab aliis judiciis, in quibus ſufficit citatio domi, quia etiamſi, compareat reus, & velit corrigi, debet puniri; non ſic in cenſuris, quibus non debet illigari paratus obedire, & corrigi; meritòque in iſtis, non in illis requiritur perſonalis citatio.

Requiſita concomitantia cenſuram.

CAPUT V.

2157 Cenſura, aut fertur à lege, aut ab homine.

Ex monitionis prærequiſito ingrediamur cenſurarum requiſita.

Cenſura fertur à lege, vel ab homine, à lege lata, legis requiſita exigit, de quibus in *c. erit diſt. 4.* Ab homine, vel fit per ſententiam generalem, ut ſuſpendimus omnes, qui non interſunt proceſſioni: vel per ſpecialem, ut ſuſpendimus A; & tunc debet habere requiſita ad ſententiam, de quibus multa, & primo.

An ferri valeat cenſura actu interno?

Nega; quia eſt gladius militantis Eccleſiæ ſenſibilis, ſenſibili modo tractandus. Trident. *ſeſſ. 25. c. 3. de reform. c. dilecto.* ibi: *gladio Eccleſiaſtico. de ſent. excomm. in 6.* Navar. *c. 27. num. 12.* Gabr. à S. Vinc. *diſp. 1. num. 193.* Bonac. *tom. 1. diſp. 1. de cenſuris. quæſt. 1. par. 7. n. 1.* debet ergo oſtendi voluntas cenſurantis, & cenſura aliquo ſigno externo. Reginaldus *lib. 9. num. 154.* 2158 Cenſura nequit ferri actu interno.

An ferenda in ſcriptis à Judice, expreſſa cauſa, ſcilicet culpa propter quam fertur?

Affirma; ſub pœna ſuſpenſionis latæ ſententiæ per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & à divinis officiis, qua ut in *c. ut periculorum. de ſent. & re judicata in 6.* non ligantur Epiſcopi ſpecialiter exprimendi; patet ex *c. cum medicinalis. 1.* ibi: *quiſquis igitur excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſſè conſcribat. propter quam excommunicatio proferatur, de ſent. excom. in 6.* ubi Gloſs. *v. expreſſè.* Menochius *2. de arbitr. caſu 541. n. 2. & 11.* Farinac. *par. 1. fragm. litera E, n. 13. & 15.* Idque ut maturiùs Judex conſideret. *l. hac lege 2. C. de ſententiis ex breviculo recitandis*; & Reus innocens ſe defendere, delinquens ſe corrigere valeat. *d. c. cum medicinalis.* 2159 Eſt ferenda in ſcriptis, & exprimi debet cauſa.

Conſuetudine tamen tolli poteſt diſpoſitio *d. c. cum medicinalis*, ne ſcilicet feratur in ſcriptis; nam eſt meri juris poſitivi, per conſuetudinem oppoſitam deſtruibilis. Bellamera *dec. 243.* Caſſadorus *de re judicata. dec. 2. n. 11.*

An cenſura ſit proferenda, & legenda à Judice per ſe?

Affirma: niſi ſit Epiſcopus ob ejus dignitatem. *c. fin.* ibi: *& ſi ſententia definitiva poſt quam ſcripta. de ſent. & re judicata in 6. c. ſervetur.* ubi: *ferre ſententiam. 11. q. 3.* cui debet non opponi, ſed concordari textus *in d. c. cum medicinalis de ſent. excomm. in 6.* ibi: *excommunicationem in ſcriptis proferat.* Ugolinus *tabula 1. c. 21. §. 1.* Sayrus *lib. 1. c. 8. n. 5.* licèt in multis conſuetudo obtinuerit per actuarium legi coram Judice, apponentem *lata, lecta.* 2160 Non eſt proferenda, & legẽda à Judice per ſe, niſi ſit Epiſcopus.

Sed difficultas nunc eſt.

An ſit nulla cenſura ſine ſcriptura, vel verbis non prolata?

Canoniſtæ, ac Theologi in diverſas abierunt ſententias, eſſe ſententiam nullam docet Ripa *rub. de conſtitutionibus. n. 48.* Lliamas *p. 1. methodi. c. 9. §. 25.* 2161 Aliqui dicunt cenſurã ſine ſcriptura prolatam eſſe nullam.

Eſſe validam, ſed injuſtam docet Suarius *diſp. 3. ſect. 13. num. 8.* Navar. *c. 27. num. 8.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. q. 14. n. 155.* dicens requiri tantùm pro ſolemnitate accidentali. Joannes Monachus *in c. 1. n. 6. de ſent. excomm. in 6.* dicens eſſe injuſtam, ſed validam ex *c. Apoſtolicæ. de Cler. excomm. min.* Farinac. *par. 1. fragm. crim. v. excommunicatur n. 15.* Menoch. *2. de arbitr. caſu 541. n. 9.* Leander *tom. 4. tract. 1. diſp. 4. qu. 2.* citans decem Doctores. 2162 Alii validam, ſed injuſtam.

Mihi altiùs perquirenti veritatem videtur

ex

2163 Inquiritur an ſententia excomm. ſit definitiva, aut interlocutoria.

ex eo eruendam eſſe. An ſcilicet ſententia excommunicationis ſit definitiva, interloquntoria, vel mixta, ſcilicet participans de interlocutoria, & definitiva. Si enim ſententia cenſuræ definitiva eſt, lata ſine ſcriptura, vel à Judice non lecta pro Tribunali, nulla eſt; idque ut Judex maturiùs provideat, & ſententiam conſideret; patet primo ex *l.1.ibi: arbitri nulla ſententia eſt, quam ſcriptam edidit litigatoribus, ſi non ipſe recitavit*, & *l.hac lege.2. & l.ſtatutis.3. C. de ſententiis ex breviculo recitandis*; ubi *in Auth.niſi breves ſint lites, maximè vilium perſonarum, vel cauſarum. C.cit.tit.* excipiuntur lites breves, & viles. *l.quiſquis. in fine. C.de poſtulando. c.fin.de ſent.& re judicata in 6.*

2164 Sententia Interlocutoria non terminat negotium principale.

Senteotia verò interlocutoria, quæ ſcilicet non terminat negotium principale, ſed aliquod aonexum, connexum. Soccin.*dec.407.n.1.* non fuit ferendæ neceſſariò in ſcriptis. Joannes Monachus *in d. c.cum medicinalis*; ſed ſatis eſt, ſi ſcribantur in actis. Rota *dec.5.de re judicata in antiquis*; niſi agatur de cauſa magni momenti; tunc enim in ſcriptis, & ex ſcripturis proferri debet. *l.fin.C.de privilegiis ſcholarium.lib.12.*

Mixtæ autem, quæ participant ex interlocutoria, & definitiva, inter quas poſſint reduci, quæ habent vim definitivæ, & obſervantur, quod ut plurimum de definitivis pronunciatur.

2165 Sententia definitiva in ſcriptis proferenda.

Si ergo cenſuræ erunt ſententiæ definitivæ, in ſcriptis erunt proferendæ, & legendæ ab ipſo Judice; non ſic, ſi interlocutoria. Verùm quia Doctores rem iſtam ex profeſſo non tractarunt; placet nobis ità diſcurrere.

2166 Degradatio, & irregularitas ex delicto habent ſententiæ definitivæ.

Aliquæ cenſuræ propriæ ſunt ſententiæ definitivæ, ut degradatio, & irregularitas ex delicto; nam finem imponunt liti pœnali.

Secundo, cenſura propria non eſt tantùm definitiva, cùm ſemper poſſit ferri abſolutio, nec tranſeat in rem judicatam, poſſitque revocari à ferente, quia à ſe potentiam non addicavit. *c.ex parte il 1.de verb.ſignif.* Gloſſ. *in c.ad reprimendam.8. v.non ſuſpendatur. de officio Judicis ordinarii*; & ſic videtur potiùs interlocutoria, quàm definitiva ſententia: & interlocutoriam eſſe excommunicationem latam in cootumaciam, quia Reus non vult parere. *Clem.1.de dolo, & contumacia*, docet Bartolus *in l.a.C.ubi quis de curiali.* Puteus *par.2.dec.*388.

Ceterum propriè non eſſe interlocutoriam; patet, quia interlocutoria terminat aliquod medium, vel aunexum iocidens, aut emergens ex cauſa principali. *c. ſignificantibus. de appellat. c. olim. de officio delegati.* At excommunicatio per ſe non fertur inter aliquod incidens, aut emergeos, vel medium inter principium, & finem litis, ſed per ſe primo in pœnam contumaciæ. *c.nemo. & c.nullus.11.q.3.*

2167 Interlocutoria bis confirmata nequit revocari à ferente.

Nec refert poſſe revocari à ferente, quia interlocutoria bis coofirmata à ferente, nec revocari poteſt. Bartolus *in l. quod incipit. n.17. D.de re judicata.* Berous *vol.3. conſ.19.n.24.* Petra *ritu* 127.*n.*17.

Et ſic Abbas *in rub. de ſent.excomm. n.2.* ait propriè non eſſe ſeotentiam definitivam, nec interlocutoriam, & deinde *in c.cum in ſacro.48. n.5. de ſent.excomm.* ait magis declinare ad interlocutoriam, quàm ad definitivam, ex eo, quia Judex non revocat definitivam à ſe latam. *l.3. C.ſententiam reſcindi non poſſe.* Surdus *conſ.167. n.4.* Mootanus *dec.Florentina.131. n.3.* & multoties obſervat, quando petunt contrario imperio revocari interlocutorium decretum. Petra *loc.cit.n.16.*

2168 Auctori placet ſententiā cenſuræ eſſe potiùs definitivā, quàm interlocutoriam.

Mihi inter tot ambages illud videtur, cenſuram magis definitivæ, quàm interlocutoriæ rationem imbibere; Idque quia non neceſſariò fertur inter principium, & finem litis, non ſemper revocari valet ab eodem, & quia fertur cauſa cognita ordine judiciario, durat poſt mortem ferentis; cùm interlocutoria condemnatio pœnalis extinquatur mortuo Judice. Maranta *de ordine Judiciorum. 3. p. ſextæ partis principalis. actione 1. à n.3.* quæ ſunt propria ſeotentiæ definitivæ. *l.prolatam.4. C.de ſententiis, & interlocutionibus.*

Accidit agi de re magni negotii.

2169 Et regulanda eſt ad inſtar definitivæ magis dignæ in dubio.

Ex quibus puto ſententias ceoſurarum, cùm imbibant rationem interlocutoriæ, & definitivæ ſententiæ, non eſſe regulandas ad inſtar interlocutoriæ, ſed definitivæ magis dignæ in dubio. *c.quod in dubiis.de conſecr.Eccleſiæ, vel Altaris*, & ſic in ſcriptis, & ex ſcripto proferendas eſſe, ut ſunt proferendæ ſententiæ definitivæ. *l.1.2.3.& fin. C. de ſent. ex breviculo recitandis. c. fideli. de ſententia, & re judicata.* Verallus *dec.139.q.3.* Rota *in novis.dec.19.de re judicata, & par.2.recentiorum. dec.731.n.4.* Ridolphinus *par.3. praxis. c.3.n.65.* qui *n.65.* ait oon requiri Judicis ſuſpicionem cum Verallo *loc. cit.* & ſi amittatur, poſſe tenorem ſententiæ probari per teſtes præſentes, quando fuit lecta. *c.Albericus de teſtibus*, contra Felinum *in c.ſacro.48.n.1. de ſententia excomm.* Buractum *dec.1760. n.2.* Seraphinum *dec.701. n.3.* ajentes abſolutè eſſe interlocutoriam, ex actis tamen variandam.

Et ſic puto ferendam eſſe in ſcriptis cenſuram, non ſolùm, quia in dubio debet ſequi rationem definitivæ magis dignæ, ſed etiam quia ſi eſſet interlocutoria, cùm agatur de re magni momenti, ſcilicet de ſeparando fideli à ſacris, & ab humanis, inhabilitando etiam ad res futuras bonas: puta beneficia, officia, ſepulturam, debet fieri in ſcriptis. *l.fin. C.de privilegiis ſcholarium.lib.12.* Rota *dec.1. in antiquis. de re judicata.*

An ex cauſa tantùm Superiori nota, poſſit excommunicari?

2170 Ex cauſa tantùm ſuperiori nota nequit quis cenſurari.

NEga; nam debet eſſe manifeſta, ex actis juſtificata. *c.ſacro.48.*ubi Abbas *n.4.de ſent. excomm.*

An lata voce ſine ſcriptura tenent?

2171 Cenſura lata voce ſine ſcripto non tenet.

NEga; nam eſt ſententia judicialis, in hoc jure non privilegiata, in ſcriptis ferenda. *c.fin. de ſent.& re judicata in 6.* Clementina *ſæpè.de verb.ſignif.* Enim verò cum imbibat qualitates definitivæ, & interlocutoriæ, debet ſequi magis dignas definitivæ qualitates. *c. quod in dubiis. de conſecr.Eccleſ. vel Altaris.* Ripa *in rub.de conſtitutionibus.n.48.* contra Menochium *a.de arbitr.caſu 541.n.9.* diceotem non eſſe neceſſariam ſcripturam, ſi periculum ſit in mora. Leandrum *tract.1.diſp.4.q.2.*citans decem DD. Farinac. *par.1. fragmentorum. v.excomm. n.15.* Gabr.à S.Vinc. *diſp.1.de conſ. qu.14. n.155.* dicentem requiri ſcripturam tantùm de ſolemnitate.

Nec officit *in c.cum medicinalis.1.de ſentent. excomm. in 6.* dici ſententiam ſine ſcriptis latam, à Judice, ad quem recurritur, relaxandam; nam eſt relaxatio ad cautelam nullitatis declarativa.

2172 Et eſt nulla non prolata verbis.

An verbis non prolata ſententia ſit nulla?

AFfirma. *d. c. cum medicinalis*, & *c. fin. de ſent. & re judicata*; imitatur namque naturam definitivæ digniorem. Ugolinus *tab.* 1. *de cenſ. c.* 1. *§.* 5. Sayrus *lib.* 1. *de cenſ. c.* 11. *n.* 1. cootra Leandrum *loc. cit. q.* 3. citantem octo DD. Bonac. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 194. dicentem etiam poſſe nutibos ferri, quod gratis dicitur, nam debet ferri canooicè, aliàs eſt nulla. *c. non debetis.* 64. 12. *q.* 3. *c. ſanè.* 6. 14. *q.* 2. & debet ferri, ut valeat juxtà ſolitum judiciorum uſum, qualiter non ferretur ſolis verbis, vel notibus. *l. prolatam à Præſide ſententiam contra ſolitum judiciorum uſum, auctoritatem rei judicatæ non continere certum eſt.* 4. *C. de ſent. & interl.*

2173 Eſt nulla ſententia cēſuræ in genere lata.

An ſit nulla ſententia cenſuræ lata in genere, ut te cenſuro?

AFfirma: nam tunc non eſt lata Canonicè, oec juxtà ſolitum judiciorum uſum; & ſic eſt nulla. *l. prolatam.* 4. *C. de ſent. & interloc.* oec io re pœnali debet explicari, ut omnes cootioeat cenſuras in ſpecie; eſſet namque pœoa gravior culpa. Suarius *de cenſ. diſp.* 3. *ſect.* 2. *n.* 5. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. *n.* 3.

Si verò dicat: *te excommunico*, teoet cenſura, nam ſupponit pro majori excommunicatione. *c. ſi quem. de ſent. excomm.* oon tameo teoeret, ſi diceret: *te ſuſpendo*, quia indeterminata io ſe, in ſpecie ſubalterna ab officio, beneficio, ab utroque; & ſeotentia, quæ à Jodice pendet, debet eſſe certa. *§. curare. Inſtitut. de actionibus. l.* 1. *&* 2. *C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate*; Cùm ergo in ſe ſit incerta, & nullo jure ſit determinata, oullatenus afficit. Suarius *diſp.* 3. *ſect.* 2. *n.* 8. Alterius *tom.* 2. *de cenſ. diſp.* 7. *c.* 2. contra Bonacioam *tom.* 1. *de ſuſpenſione diſp.* 3. *par.* 2. *num.* 1.

2174 Si proferatur disjunctivè eſt nulla.

An lata disjunctivè, ſit excommuoicatus, vel ſuſpenſus ab ordine, *teneas?*

NEga; primo, quia eſt contra ordinem conſuetum judiciorum; & ſic oulla. *l. prolatam.* 4. *l. ex ſtipulatione.* 7. *l. poſt ſententiam.* 9. *C. de ſent. & interloc.* Secuodo, quia debet eſſe certa, & determinata ab ipſo Judice, ſi poſſit. *§. curare. de actionibus. l.* 1. *&* 2. *C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate*, & quando determinaotur res à partibus, eſt determinanda ante ſenteotiam. Tertio, quia pœnæ determioatio eſt actus Judicis, non rei, qui debet pati, non eligere; nam electio pœnæ eſt actoa actoris, vel Judicis; ſic ſi diceret, excommunico Petrum, vel Paulum, nemo eſſet excommuoicatus; quia determioatio pœnæ, & perſonæ eſt actus Judicis. Illam enim pœnam debet Reus pati, quam Judex decernit in genere, & in ſpecie. Navar. *c.* 27. *n.* 161. Sylveſt. *v. ſuſpenſio. qu.* 6. *n.* 5. Ugolin. *tab.* 1. *c.* 20. *§.* 3. *n.* 4. Sayrus *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 3. Bordonus *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 5. *c.* 13. Heoriq. *lib.* 13. *c.* 32. *n.* 4. Majolos *lib.* 3. *de irregularitate c.* 19. *n.* 14. contra Gloſſ. *in c. latores. v. ab officio. de Cler. excomm. min.* Tiraqoellum *in tract. ceſſante cauſa. par.* 1. *n.* 49. ajentes utramque contrahere cenſuram, quia to, *vel* in privativis, ut ſunt cenſuræ, æquipollet copulativæ. *l. cum quidam. C. de verb. ſignif.* Quæ ratio claudicat in pœnis ſtrictè, & mitiùs interpretrandis. *l. interpretratio. D. de pœnis. l. fin. C. qui bonis cedere.* Contra Suariom *de cenſuris. diſp.* 3. *ſect.* 2. *num.* 12. Bonacinam *tom.* 1. *diſp.* 1. *de cenſ. punct.* 7. *n.* 4. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 200. Leandr. *loc. cit. qu.* 8. ajentes alterutram contrahere pro electione Rei, ut ſi nolit unam eligere, cootrahere utramque, quod eſt novum in pœnis à Judice determinandis. *§. curare. de actionibus, & obligationibus, non exaſperandis*; & ſic ſi Judex imponit unam, non contrahit utramque cenſuram.

An ſententia debeat continere Reum determinatum ſecundum ſe determinatum?

AFfirma; quia Reus indeterminatus non exiſtit; & ſic oequit affici cenſura ſecundum ſe determinata. 2175 Reus ſit determinatus.

An excommunicationis exemplum ſit dandum parti petenti intra menſem?

AFfirma. *d. c. cum medicinalis.* Soccious *in c. ſacro. n.* 227. *de ſent. excomm.* Menoch. 2. *de arbitr. caſu* 541. *n.* 2. 2176 Exemplum excomm. eſt dandum petenti intra menſem.

Quando menſis incipiat currere?

ADie ſcieotiæ, ſivè veræ. *c. licet. de ſupplenda neglig. Prælatorum. c. quia diverſitatem. de conceſſione præbendæ*: vel à die præſumtæ ſcieotiæ ex facto publico. *c.* 1. *de poſtulando.* Monach. *in c. cum medicinalis.* 1. *n.* 10. *de ſent. excomm. in* 6. 2177 Menſis currit à die ſcientiæ.

Pœna Judicis non ſervantis formam prædictam ſtatutam in d. c. cum medicinalis. de ſeot. excomm. in 6.?

PRæter mortale flagitium, ſoſpenditur per menſem ab iogreſſu Eccleſiæ, & ab officiis divinis, & poteſt puniri alia pœna arbitraria, & debet ſatisfacere parti damnificatæ, juranti, deponenti de damnis paſſis. *c. ſacro.* 48. *de ſent. excomm. cit. c. cum medicinalis.* Menochius 2. *de arbitrariis caſu* 541. *n.* 1. Avila *par.* 2. *de cenſur. c.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 7. *concl.* 4. Suarez *diſp.* 1. *ſect.* 12. *num.* 1. 2178 Judex non ſervans formam *cap. cū medicinalis*, peccat, & ſuſpenditur per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & ab Officiis divinis.

An incidant in dictam pœnam in neceſſitate ſine ſcripto proferentes ſententiam cenſuræ?

NEga; nam tunc non dicuntur temerarii violantes, quod exigitur *in d. c. cum medicinalis, & in d. c. ſacro.* 2179 Secùs ſi urgeat neceſſitas.

An à dictis pœnis excuſentur Epiſcopi?

AFfirma; nam non ſunt expreſſi, ut erant exprimendi, habentes ſpeciale dignitatis culmen. *c. quia periculoſum. de ſentent. excomm. in* 6. 2180 A dictis pœnis Epiſcopi eximuntur.

An ſententia cenſuræ poſſit eſſe conditionalis?

AFfirma; ot excommunico te, ſi intra menſem non reſtituas. *c. præterea. il* 2. *de ſent. excomm. c. Romana. §. caveans. de ſent. excomm. in* 6. *c. à nobis. de ſent. excomm.* & ità uſus obtinuit. Covarr. *in c. alma. par.* 1. *§.* 10. *n.* 6. Suarez *diſp.* 3. *de cenſ. ſect.* 4. *n* 4. 2181 Cenſura poteſt eſſe conditionalis.

An ſententia ſub conditione, vel ad diem lata retrotrahatur purificata conditione adventu diei?

NEga; ſed incipit purificata conditione, ita ac ſi tunc feratur. *c. licet. de ſent. excomm. in* 6. oam aliàs eſſet excommunicatus ante contumaciam, ſcilicet pro tempore antequam purificetur conditio, pro quo tempore oon eſt contumax. Probus *in additione* ad Monachum *in c. ſi pro te. num.* 3. *de reſcriptis in* 6. Navarrus *c.* 27. *n.* 202. Caramoel *intent. n.* 1375. Covarr. *in c. alma. par.* 1. *§.* 10. *n.* 6. Gottier. 1. *Canonicarum. c.* 4. *n.* 23. Leander *tom.* 4. *tract.* 1. *diſp.* 4. *qu.* 15. Toloſanus 4. *partitionum juris Canonici. c.* 6. *litera I*, & incipit ergo à die purificatæ conditionis. *c. præterea.* 4. *de appellationibus.* 2182 Quæ retrotrahitur purificata conditione.

In

In dubio purificatæ conditionis, an cenſura ligat?

2183 Si auſit dubium de purificatione conditionis, cenſura non ligat.

NEga; quia purificatio conditionis eſt facti in dubio non præſumendi. Secundo, quia pœnæ certæ actum certum, non dubium exigunt. Tertio, quia in dubio pro Reo pronunciandum. Quarto, quia conditio jam poſſidens in dubio an abſceſſerit, non eſt repellenda à poteſtate. Caram. *intentional. n.1375.* ajens excommunicatum ſub conditione, ſi Clericum percuſſerit: in dubio an percuſſerit, non cenſeri contraxiſſe excommunicationem.

An cenſura lata ſub conditione impertinenti, teneat?

2184 Cenſura lata ſub conditione impertinenti nulla eſt.

NEga; ut eſt, excommunico te, ſi pluet; nam continet intolerabilem errorem, & poteſtatis abuſum. *c. per tuas. c. ſolet. de ſent. excomm. in 6.* Suarez *diſp. 3. ſect. 7.* Alterius *lib. 3. diſp. 9.* contra Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 210.*

An Creditor poſſit ſuſpendere ſententiam cenſuræ latam ad inſtantiam ſuam, ut ſolvat debitor intra certum tempus?

2185 Creditor poteſt ſuſpendere cenſuram latam ad ſui inſtantiam prorogando tempus debitori.

AFfirma; idque etiam ignorante Judice, ſubtrahendo materiam: puta ſi creditor det majorem temporis dilationem, quàm fuit tempus à Judice conceſſum; nam tunc ceſſat peccatum, & contumacia, & ſic etiam cenſura ex ſe contumaciam requirens. Suarez *diſp. 3. ſect. 6. n. 8.* Navarrus *c. 27. n. 14.* Ugolinus *tab. 1. c. 2. §. 6. n. 5.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 207.* Angelus *v. excomm. 2. n. 20.*

Dices: ferre cenſuras eſt actus juriſdictionis competentis Judici; ergo etiam prorogare terminum; ergo ſine Judicis voluntate nequit terminus prorogari; ergo illo termino elapſo etiam debitor incidet in cenſuram.

Reſpondetur, ferre cenſuras eſt actus juriſdictionis. At ſubtrahere actum cenſuræ eſſe actum dominii, vel quaſi, qui actus poſſet exerceri à creditore, qui ut poteſt remittere omne jus, ità poteſt tollere obligationem reſtituendi, ità & nunc, & ſic tollens materiam cenſuræ.

Sed inſurgit difficultas.

An cenſura incurratur, ſi deinde nec impleatur conditio in termino à creditore protracto?

2185 Si non impleatur conditio in termino à creditore protracto, cenſura non incurritur.

NEga; nam tunc cenſura nequit contrahi: Enim verò in tempore à Judice dato non fuit contracta, quia defuit materia peccati: & in termino à creditore conceſſo nec contrahitur; quia deeſt juriſdictio, & voluntas Superioris, qui primo à ſe, non ſecundo à creditore conceſſo termino alligaverat cenſuram; & ſententia Judicis nequit creditoris voluntate prorogari. Henriq. *lib. 13. c. 20.* citans ſex Doctores. Navar. *c. 27. n. 15.* Vega *par. 1. c. 85. caſu 111.* Guttier. Coninck *diſp. 14. dub. 16. n. 199.* Prorogatio namque termini non eſt cum pœna excommunicationis, etiamſi id pactum ſit inter creditorem, & debitorem; nam excommunicatio, & ejus termini prorogatio pendet non à partium voluntate, ſed à Judicis juriſdictione hìc deficiente. Riccius *par. 3. prax. reſ. 179. n. 5.* contra Sylveſtrum *v. excommunicatio 2. n. 1.* dicentem contrahi in primo termino à Judice dato, & contra Suarium *de cenſ. diſp. 3. ſect. 6. n. 11.* Leandrum *loc. cit. qu. 21.* ajentem cum quatuor Doctoribus eſſe excommunicatum in ſecundo termino; quia terminus primus fuit conceſſus ad non differendam, non ad extinguendam obligationem: quæ mera divinatio eſt, ſemper, maximè in pœnis fugienda.

Si autem prorogatio fieret à Judice; tunc cenſetur prorogatus primus terminus cum ſua qualitate particulari.

An effugiat cenſuram conditionalem mutans locum poſtquam fuit citatus?

NEga; quia citatione præventus eſt. *c. præterea. 2. de appellat. c. propoſuiſti. de foro competenti.* 2186 Citatus non effugit cenſuram conditionalem, etſi locum inde mutet.

An cenſura lata ſub conditione liget deinde mortuo, vel amoto Judice pendente conditione?

NEga; etiamſi deinde purificetur conditio; nam non retrotrahitur, ſed eſt ità ac ſi feratur cenſura conditionalis in inſtanti purificatæ conditionis, pro quo tempore nequit ferri, cùm deſit juriſdictio mortui, ſuſpenſi, vel amoti Judicis. Navarr. *in c. placuit. num. 35. de pœnit. diſt. 6.* Alterius *lib. 3. diſp. 9. c. 4.* Nec cenſura reviviſcit re integra, vel abſoluto à ſuſpenſione Judice; quod enim ab initio non valet, nequit tractu temporis reconvaleſcere. Suarez *de cenſ. diſp. 3. ſect. 4. n. 15.* Cornejus *de cenſuris in genere. diſp. 4. dubit. 2. qu. fin.* 2187 Cenſura ſub conditione, purificata mortuo, vel amoto Judice non ligat.

De Loco, & Tempore ferendæ cenſuræ.

§. I.

AD inſtar ſententiæ definitivæ à Judice ferenda eſt pro Tribunali ſedente, & non in die feſtivo, feriato ad honorem Dei, & lata in tali die feſtivo, feriato eſt nulla, ceſſat enim tunc forenſis ſtrepitus. *c. conqueſtus. de feriis.* Licèt actus extrajudiciales iniri valeant validè, ut eſt diſpenſatio, collatio, tranſactio, contractus. Cævaglios *communium qu. 760. n. 30. & q. 366.* Cardoſus *in praxi v. feriæ n. 30.* contra Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 186* citantem Suar. *to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 2. c. 30. n. 9.* Layman *lib. 7. tit. 7. c. 2. n. 7.* ajentem eſſe illicitam, ſed validam cenſuram. 2188 Cenſura ferenda à Judice pro Tribunali, & nõ in die feriato.

Conſequentia ad Cenſuram latam.

CAPUT VI.

EXplicuimus antecedentia, intercedentia, exponamus cenſuram conſequentia.

Denunciatio, & publicatio facienda poſt Cenſuram.

§. I.

LAta Cenſura à Judice, publicè denuncianda eſt, ut ſic magis reſipiſcat Reus publicè denunciatus. *c. curæ. 11. q. 3. c. pervenit. 1. c. poſtulaſtis. §. verum. de appellat. c. Parochianos. c. conqueſti. de ſent. excomm.* ubi eſt ſermo de denuncianda excommunicatione, nam de denunciando interdicto eſt textus *in c. fin. de cenſibus*, & de denuncianda ſuſpenſione loquitur *Clem. 2. de pœnis.* Præveluit tamen uſus, ut denuncietur excommunicatus ad finem evitandi. Raſtellius *de cenſuris in genere. q. 3. art. 8. n. 2.* 2189 Cenſura lata à Judice Reo eſt denuncianda.

Ex quibus patet faciendam, quando ſpeciales perſonæ cenſurantur, ut evitentur, & corrigantur: quæ ratio non currit in cenſuris generalitèr latis.

An denunciari debeat cenſura mandato legitimi Superioris?

AFfirma; quia eſt actus juriſdictionis, exequutionis cenſuræ, requirens legitimam auctoritatem. Suarez *diſp. 3. ſect. 13. n. 17.* Bonacina *diſp. 1. q. 5. puncto 13.* contra Ugolinum *tabula 1. c. 21. §. 2.* idque in cenſuris maximè latis ab homine; cùm ejus ſit ferri, & exequi ſaltem mandando. *c. Paſtoralis. §. verum. de appellat. Clem. 1. de pœnis. Clem. 9. de privilegiis. c. de illis. 6. q. 4.* 2190 Et denuncianda mandato legitimi ſuperioris.

Ubi

Digitized by Google

Ubi Denunciatio ſit facienda?

§. II.

2191 Denunciatio ſit per cedu lones in locis conſuetis.

PEr cedolones in locis conſuetis, *c.cum medicinalis.de ſent.excom.in* 6.*c.cura*.11.*q*.3. Alterius *lib*.3.*de cenſuris. diſp*.5.*c*.3.

An executor putans ſententiam injuſtam, poſſit illam denunciatione exequi?

2192 Executor ſi putet ſententiam injuſtam, debet illam exequi, ſi Judex dicat eſſe juſtam.

AFfirma. ſi Judex dicat eſſe juſtam; nam potiùs Judici cauſam plenè diſcutienti credendum, quàm executori. Judicis enim, non executoris eſt merita cauſæ diſcotere, & præſumitur Judex bonus, juſtus. *l.paſtoralis.§.quia verò.de officio delegati*. Si verò certiſſimom ei ſit ſententiam injuſtam; tunc nequit exequi, nec carnifices poterant exequi ſententiam contra Martyres certò innocentes.

An ante denunciationem debeat declarari Reum in crimen incidiſſe, & citari partes ad ſe tuendum?

2193 Ante denunciationem debet declarari, reum incidiſſe in crimen, & citari partes ad ſe tuendum.

AFfirma ex dictis; nam eſt actus judicialis præjudicialis, qui non tenet parte inaudita. *c*. 1. ibi: *nè nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.Clem. paſtoralis. in fine.de re judicata. l. de unoquoque. D. de re judicata. c. nos in quamquam*.2.*q*.2. Enim verò citandus, ut obedire paratus, abſolvatur, & conſequenter non declaretur excommunicatus.*c.cum medicinalis.de ſent.excom.in* 6. Covarr. in *c.alma. p*.1.§.9.*n*.5. Navarr.*lib*.5.*conſiliorum*.65.*n*.5.*de ſent. excom.* Cornejus *de cenſuris.diſp*.7.*dub.ult.*

An Judex poſſit ſuſpendere declarationem cenſuræ à ſe factam?

2194 Judex nequit ſuſpendere declarationem cenſuræ à ſe factam.

NEga. Primo, quia eſt functus officio ſuo. *l.Judex. D. de re judicata. l.poſt ſententiam. C.ſententiam reſcindi*. Felinus *in c.qualiter, & quando. il* 1. *n*. 27. *de accuſationibus*. Secundo, quia declarans eſt veluti executor, qui facta declaratione nequit exceptionem admittere. *c.paſtoralis. §.quia verò*. ubi Felinus *n*. 17. *de officio Judicis delegati*. Tertio, quia nequit tollere cenſuram declaratam; ergo nequit declarationem ſuſpendere. *c. novit. de appellat. c.præterea.de teſtibus cogendis.*

De Cenſura valida, injuſta nulla?

§. III.

2195 Quænam ſit cenſura valida, & juſta.

VAlida, & juſta habet omnia requiſita ſupradicta à jure, & hæc ligat.*c*.12.*de V.S. c.quod dictum eſt*.14.*q*.4.

2196 Quæ injuſta, & valida.

Injuſta, & valida, quando tantùm deficiunt aliquæ accidentales ſolennitates, non verò ſi lædat jus partis, & ſic injuſtum hìc dicitur non omni jure factum. *c.injuſtum*.86.11.*q*.3. de qua ſententia valida, & injuſta currit illud: timenda eſt, ſivè juſta, ſivè injuſta ſit. *c.ſententia paſtoris*. 11.*q*.3.*c.per tuas de ſent.excom.c.venerabilibus. §.ſed & ſi c.ſolet. de ſent. excom. in* 6.

Cenſura nulla, quæ lædit ferentem.

Nulla eſt, quando caret cauſa materiali, monitione, vel requiſito eſſentiali, & hæc lædit ferentem, non Reum. *c. de illicita. c. ſi habes. §.ubi ergo* 24.*q*.3. *c.illud planè*. 87. 11. *q*.3. Toloſanus 4.*partitionum juris Canonici.tit*.16.*c*.1. *lit. Q.*

2157 Cauſæ exponuntur, ex quibus cenſura ſit nulla.

Cenſura nulla eſt, primo ſi contineat intolerabilem errorem, ut ſi feratur contra infantem, vel fatuom perpetuum. *c.venerabilibus.de ſent. excom.in* 6.*c.non ſolum. §.aliquando. c.quatuor*. 11.*q*.3.Menoch.2.*de arbitr.caſu* 541.*n*.18.

Secundo, ſi lata ſit pendente appellatione legitima.

Tertio, ſi lata ſit à Judice carente juriſdictione, ſuſpenſo, vel excommunicato. *c.cum olim. de privilegiis. c. audivimus*. 3. *de conſuetudine. c.audivimus* 12.*c.aperta* 24.*q*.1.

Quarto in caſu capituli *ſtatuimus. de ſent. excom.in* 6.

Quinto, ſi excommunicetur à delegato contra voluntatem delegantis. *c. fin. de præbendis. c. quia cunctis. §. ex parte. de conceſſ. præbendæ in* 6. nequit autem delegatus excedere fines mandati. *l.diligenter. D.mandati.*

Sexto, ſi feratur ab intruſo. *c. alienationes*. 12.*q*.2.

Septimo, ſi feratur à violante interdictum hominis. *c.tanta.de exceſſib.Prælatorum.*

Octavo, ſi excommunicetur contra tenorem privilegii. *c.cum capella.de privilegiis.*

Nono, ſi præcipiatur aliquod impoſſibile, vel valdè perdifficile. *l*.3. *D.quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. c. odoardus. de ſolut. l.impoſſibilium. D. de reg. juris*. Gloſ. in *c. per tuas.de ſent.excom.*

An ſit nulla ſententia lata ob veniale?

AFfirma, etiam lata à Summo Pontifice, nam jurè naturæ pœna non debet excedere culpam. *l. ſancimus*.22. *C. de pœnis. l. non afferamus ſtateras*.2. *q*.1. *c.quæſivit.de his, quæ fiunt à majori parte capituli*. Secondo, quia contineret errorem intolerabilem contra jus naturæ. Matthæi 18. Idque non ſolùm in ſententia excommunicationis, ſed etiam in aliis cenſuris *c.nemo Epiſcoporum*.11. *q*.3. Trid. *ſeſſ*.25.*de reform. c*. 3. Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris. diſp*.2. *num*.123. 2198 Cenſura lata ob veniale eſt nulla.

An ſit nulla ſententia cenſuræ lata contra innocentem ſecundum allegata, & probata?

AFfirma, quia nulla eſt lata ſine allegatis; ergo etiam contra innocentem, quia non minus ad validam cenſuram requiritur cauſa formalis per allegata, quàm cauſa materialis; & ſicuti falſa allegata non ſunt vera cauſa formalis: ità nec ſufficiunt ad ferendam veram cenſuram. Cajetan.1.2.*q*.5.*art*.3.*ad* 2. ajens, remoto ſcandalo poſſe communicare cum aliis. Martinus Ledeſma in 2.*p*. *q*.23. *art*.4. Sotos *in* 4.*diſt*.22.*q*.1.*art*.3.*concluſ*.1. Navarr. *c*.27. *n*.3. Sayrus *lib*.1. *c*.13. Bonacina *tom*.1. *diſp*.1. *q*.1. contra Guttierez *can.lib*.1.*c*.4.*n*.3.& Geminianum *in c.Romana. n*.3. *de ſent. excom. in* 6. dicentes iſtum reddi irregularem, ſi exerceat ordinem. 2199 Cenſura eſt nulla lata contra innocentem, ſed ex probatis nocentem.

Nec officit caput *Romana.de excom.in* 6. ibi: *nonnunquam, contingere innoxios hujus ſententia irretiri*; ergo innocens poteſt ligari cenſura ſecundum allegata, & probata; Nam id currit pro foro externo, pro illis, coram quibus innocentia non eſt nota.

An ſententia cenſuræ re vera nulla ſit timenda?

NEga, etiam pro foro externo, præciſo contemtu, & ſcandalo. *c. ſi debes. §. ubi ergo* 24. *q*. 3. nihil enim, nullum habet effectum, nullam paſſionem. *l*.4. *§.contemnatum*. ubi Ripa *n*.24. *D.de re judicata. c. certum* 43. *§.de iis*. 11.*qu*.3. juxtà illud Matthæi 5. *Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum, mentientes propter me*, & prima Petri. *c*.4. *v*. 14. Paludanus *in* 4.*diſt*.18.*q*.1. D.Antoninus 3.*p*. *tit*. 24. *c*.73. Clarus *§.fin.q*.77. *n*.54. Farinac. dicens eſſe omnium. 2200 Cenſura re vera nulla non eſt timenda.

Digitized by Google

nium. *par.* 1. *fragmentum v. excommunicatio. n.*24.& 32.

Quando verificatur ſententiam cenſuræ injuſtam eſſe timendam?

§. IV.

2201 Quando cenſura injuſta eſt timenda.

PRimo, quando tenet; tunc enim licèt ex defectu alicujus ſolennitatis legalis dicatur injuſta legaliter, tenet quandiu revocatur. *c. ſententia paſtoris.* 11. *quæſt.*3. *c. per tuas v. in aliis. de ſent. excom. c. venerabilibus. §. porro. c. ſolet. de ſent. excom. in* 6. Secundo verificatur, ſi dubitetur an ſit juſta defectu poteſtatis; tunc enim præſumitur juſta, quia Superior præſumitur bonus. *c.*1. *c. quibus Epiſcopis.* 27. *q.*13. *c. ſicut. de re judicata.* Tertio timenda, ſi injuſta non appareat. *c. quibus Epiſcopis* 27. *qu.* 13. D.Thomas *in* 4. *diſt.*18. *art.*1. *ad* 4. (3)

An nulliter excommunicatus debeat petere abſolutionem?

2202 Nulliter excommunicatus non debet petere abſolutionem.

NEga: niſi velit petere ad cautelam, pro evitando ſcandalo puſillorum, hic enim divinis ſe immiſcens nec peccat, nec fit irregularis. *c. veniens il* 2. *de teſtibus. c. Apoſtolicæ.* Abbas in *c. ſacro. n.*24. *v. ſed, etſi de nullitate. de ſent. excommunicationis.*

Eſt alia differentia inter ſententiam nullam, & injuſtam validam legaliter; quia dicens ſententiam excommunicationis invalidam auditur, licèt non petat abſolutionem puram, aut ad cautelam; dicens verò injuſtam debet petere abſolutionem, nec auditur, niſi ante abſolvatur; nam re verâ eſt excommunicatus *c. per tuas.* 31. ubi Abbas *n.*2. *de ſent. excomm.*

Nota hic nullam eſſe cenſuram latam appellatione pendente, vel à Judice in ſcriptis recuſato. *c. à Judice. de appell. c. cum ſpeciali. de appell.*

Per appellationem enim, aut per recuſationem Judicis eſt ſuſpenſa juriſdictio. Borrellus in *ſumma deciſionum tit.* 42. *n.* 31. dummodo recuſans proteſtetur de nullitate ad ulteriora, appellando ab ulteriori proceſſu. Cavalerius *dec.*178. *n.*3. Rota *dec.*163. *n.*2.

De Reo Cenſura feriendo?

CAPUT VII.

2203 Cenſurandus ſit ſubditus, baptizatus, & delinquens.

ILle, in quem fertur cenſura, debet eſſe ſubditus cenſuranti, baptizatus delinquens cujuſcumque dignitatis. *c. fin. de conſtitutionibus c.*1. 6. *q.*3. *c. ſolitæ.* 8. *c. omnes* 4. *de major. & obedientia c. ſuſpicitis. diſt.* 10. Requiritur namque Superioritas in ferente, & ſic ſubjectio in ligando cenſura; nemo namque tenetur obedire non Superiori. *c. ſententia* 11. *q.* 3. & ſimilitèr cùm ſit pœna requirit flagitium, uſumque rationis cenſurati.

2204 Hæreticus, aut Schiſmaticus eſt Subditus Eccleſiæ, non vero Catheeumenus.

Hinc licèt Subditus, etiam Hæreticus, Schiſmaticus poſſet, non tamen valet inbaptizatus etiam Cathecumenus cenſura ligari; nam hic non adhuc ſubditus Eccleſiæ. 1. ad Corinth. 5. *c. omnis Chriſtianus.* 11. *q.*3. *c. audivimus. §. unde Apoſtolus* 24. *q.* 1. D.Tho. *in ſupplemento q.* 72. *art.*5. *ad* 1.

2205 Summus Pontifex nequit cenſura ligari.

Secundo nequit ligari cenſura Summus Pontifex, quia nullius, nec ſui ipſius ſubditus. *c.*1. *de conſtit.* Cajetan. *tom.*1. *opuſculorum. de auctoritate Summi Pontificis. c.* 20. Si tamen laberetur in hæreſim, poſſet à legitimo Generali Concilio compelli ſpeciali auctoritate, à Deo Eccleſiæ in tali caſu tributa. *c. ſi Papa.* ibi: *cujus culpa redarguere præſumat mortalium nullus, quia cunctos ipſe judicaturus à nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur à fide devius. diſt.*40. Sylveſt. *v. excommunic.*1. *n.*8. Sotus *in* 4. *diſt.*22. *q.*2. *ad* 2.

Nec Angeli.

Tertio, Angeli, ſivè boni, ſivè mali nequeunt cenſuris innodari: nec refert Apoſtolum ad Galatas primo anathematizaſſe Angelos; nam ibi tantùm execravit, deteſtavit, ut etiam hæretici reſipiſcentes dicuntur anathematizaſſe ſuos errores. *c. ego Berengarius. de conſecr. diſt.*2.

2206 Locuſtæ, aut bruta maledicuntur, non cenſurantur.

Hinc locuſtæ, cæteraque bruta propriè cenſurari nequeunt; quia delinquere, emendari, & privari participatione Sacramentorum nequeunt; & maledicuntur, anathematizantur impropriè, quatenus oramus Deum, ut ipſa deſtruat. Sic Civitas data in anathema, erat deſtruenda. Joſue *c.*6. & 7. Navar. Sed major difficultas eſt.

An mortuus in contumacia poſſit cenſurari?

2207 Mortuus in contumacia valet excómunicari.

AFfirma. Gloſ. Tabiena *v. excommun.*4. §.1. Ugolin. *tab.*1. *c.*17. §.2. *n.*3. Riccard. Bauni *tr.*10. *de cenſ. q.*15. contra XXXI. DD. quibus ſubſcribit. Leander *tom.*4. *tr.*1. *diſp.*3. *q.*4. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 111. Bonac. *tom.* 1. *diſp.*1. *q.*1. *p.*4. *n.*1.

Probatur, quia amens durante amentia perpetua poteſt excommunicari ob peccatum commiſſum ante amentiam; ergo etiam mortuus poterit excommunicari ob peccatum commiſſum contumacitèr ante mortem, quia fuit de illo citatus.

2208 Objectis ſit ſatis.

Probatur ſecundo *ex c. ſané.* 6. ibi: *oportet* 24. *quæſt.*2. Cyprianus *lib.*1. *epiſt.*9. qui excommunicavit mortuum, ut refertur in *c. neque. diſt.* 88. & patet etiam in *c. ſi quis Epiſcopus* ubi Gloſ. *de hæreticis.*

Nec dicat primo Avila 2. *p. diſp. un. dub.*8. ibi: anathema ſumi pro maledictione, execratione. *c. ego Berengarius. de conſecr. diſt.* 2. nam inde tolleretur omnis excommunicatio adverſus hæreſes, & hæreticos; nam omnes, & eodem modo anathematizantur.

Nec dicas ſecundo cum Suario *loc. cit.* Buſembao 7. *medullæ. c.*1. §. *non baptizati.* ibi hæreticos poſt mortem declaratos fuiſſe excommunicatos; nam ut rectè Cornjeus *de cenſ. diſp.* 9. *dub.*1. tempore D.Auguſtini, Sancti Cypriani, & Quinti Concilii generalis, non adhuc lata erat

(3) Cùm Auctor diſcrimen faciat inter cenſuram re vera nullam, & cenſuram injuſtam, primam dicit non eſſe timendam etiam in foro externo, ideſt ſi evidenter conſtet eſſe nullam, ſed præciſo contemtu, & ſcandalo; ſecundam plerumque ex recenſitis cauſis aſſerit eſſe timendam, cùm poſſit dari cenſura injuſta, ſed valida ex probatis per Auctorem hic, & ſupra *num.* 2196. & aſſentitur Gaſpar Juvenin *in Dogm. Hiſt. de Sacram. diſſer.*13. *de cenſ. qu.*2. *n.*3. aliique communiter. de qua cenſura injuſta, ſed valida intelligendum eſt illud effatum D. Gregorii Magni *homilia* 26. *in Evangelia.* „ Sententia Paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta ſit, timenda eſt: „ meritò igitur utpotè indefinitæ proſcriptæ ſunt à Clemente XI. in celebri Conſtit. *Unigenitus*, propoſitiones inter Quiſnellianas ordine XCI. „ Excommunicationis injuſtæ metus, nunquam debet nos impedire ab implendo debito noſtro: „ nunquam eximus ab Eccleſia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulſi, quando „ Deo, Jeſu Chriſto, atque ipſi Eccleſiæ per caritatem affixi ſumus. XCII. Pati potius in pace excommunicationem, & anathema injuſtum, quàm „ prodere veritatem, eſt imitari S. Paulum: tantum „ abeſt, ut ſit erigere ſe contra auctoritatem, aut „ ſcindere unitatem. XCIII. Jeſus quandoque ſanat „ vulnera, quæ præceps Primorum Paſtorum feſtinatio infligit ſine ipſius mandato: Jeſus reſtituit, quod ipſi inconſiderato zelo reſcindunt. „

Digitized by Google

erat excommunicatio jure adverſus hæreticos, ſed deinde juri lata fuit à Lucio III. *in c. ad abolendam. de hæreticis.*

2209 Aliæ rationes adducuntur.

Probatur tertio, quia excommunicatio durat poſt mortem, cùm poſt mortem abſolvatur, in morte ſigna contrictionis oſtendens. *c. à nobis il* 2.28. ubi Abb. *n.* 1. *c. ſacris.* 38. *de ſent. excommun.* ergo etiam poterit poſt mortem fulminari ob perſeverantiam contumaciæ, cùm eadem poteſtas, quæ requiritur ad abſolvendam cenſuram, requiritur ad ferendam. *c. verbum. de pænit. diſt.* 1.

Probatur quarto, quia illud idem, quod operatur excommunicatio lata contra viveotes, operatur contra mortuos; ergo etiam eadem canſa cenſuræ ligans tunc mortuos, tum viventes; valet namque argomentum ab effectu ad cauſam: eſſe autem effectus in mortuo qui ſunt in vivente, patet; quia excommunicatio in vivente tollit participationem ſuffragiorum Eccleſiæ, quæ currunt tum in mortuo, tum in vivente.

Probatur qointo ex praxi totius Eccleſiæ. ubi hæretici mortui cenſurati fuerunt, ut in multis teſtatur Baronius, maximè anno Domini 546. *impreſſione Romana, fol.* 342. *§. ſi verò quidam. n.* 35. *§. quod autem impii n.* 36. *to.* 7. ibi: *licet non in vita in ſuam perſonam anathema ſuſceperint, tamen poſt mortem anathematizantur à Catholica Eccleſia, oſtenditur à Sanctis Synodis. Nicæna enim Synodus eos, qui impii Arrii ſectam colunt ſine nomine anathematizavit: quæ Conſtantinopoli congregata eſt, impii Macedonii hæreſim ſimiliter condemnavit; Si tamen Dei Eccleſia, & poſt mortem Arrium, & Macedonium nominatim anathematizat, &c.* Iſta ibi. & *n.* 38. Juſtioianus Imperator contra nolentes mortnum anathematiaari multis exemplis probans, mortuos damnari, & abſolvi poſſe, quod millies in jure eſt expreſſum *c. ſanè* 6. *c. fin.* 24. *q.* 2. *c. quicumq. Clericus* 23. *q.* 8.

2211 Impuberes non ſolent cenſurari.

Nec obſtat poſt mortem non poſſe corrigi; nam id non officit, ut patet in amente, qui excommunicari valer. Allozza *in floribus ſummarum. v. cenſuras. ſect.* 5. Villal. *to.* 1. *tr.* 16. *diffic.* 14.

Nec obſtat ſecundo non eſſe ſubditum, nam ſatis eſt, ſi delinquens citatus fuerit ſubditus. *c. à nobis. il* 2. *de ſent. excommun.* Auth. *quà in provinc. C. ubi de crimine agi oportet. c. placuit. c. fin.* 6. *q.* 3.

Nec obſtat textus in *c. legatur* 23. *q.* 2. nam ibi tantóm dicit oon abſolveodum poſt mortem incorrectum, nec oſtendit ſigna pœnitentiæ, qoando moriebatur. ibi: *veniam nonniſi ſe corripientibus fuiſſe conceſſam*, & ibi: *in errore mortuos abſolviſſe non legimus.*

Hinc mandans Clerici percuſſiooem, morieos, contrahit cenſuram poſt mortem, ſi poſt mortem ſequatur Clerici percuſſio. Ugolinus *tab.* 1. *de cenſ. c.* 17. *§.* 2. contra Januarium, Leandrum *lib.* 1. *q.* 6. citantem quinque DD.

Hinc multo fortiùs remanet excommunicatus poſt mortem, qui in vita contraxit excommunicationem. *c. à nobis il* 2. *c. ſacris. de ſent. excommun.* Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 17. *p.* 4. Avila 2. *p. c.* 4. *diſp.* 2. *dub.* 8. *concluſ.* 1. contra Leandrum *tom.* 1. *q.* 5. citantem VII. DD.

An impuberes ratione utentes poſſint cenſura ſaltem excommunicationis innodari?

2210 Objectionibus occurritur.

NEgat Ricc. ſi cenſura feratur ab homine. *p.* 1. *prax. reſ.* 44. Ugolin. citans Abbatem *de cenſ. tabula.* 1. *c.* 17. *§.* 3. Sayrus *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 4. contra Suarium *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 18. Filliuccium *tr.* 11. *c.* 9. *n.* 131. Hurtadum *de cenſ. in communi diffic.* 7. *n.* 3. Leandrum *diſp.* 2. *q.* 11. nam ſuot incapaces contumaciæ, & præcepti Judicis, nec intelligunt ordioem judiciorum, nec ad lites citautur. *c. fin. de judic. in* 6. *l. fin. C. de falſa moneta.* Soccin. *in c. nulli n.* 3. *de ſent. excommun.* Ad quid oppoſitum docentes, volunt, & reſpondent poſſe docere de ordine judiciario.

An autem licet poſſit Eccleſia, velit illos ligare, niſi expreſſe nominentur?

2212 Etſi expreſsè non excludantur, tamen cenſuris non ligantur.

NEgant, quia hujus modi ſunt virgis, & flagellis, non cenſuris cogendi. IX. DD. quos dat, & ſequitur Leander *loc. cit. q.* 12. contra Hurtadum.

An verò ligentur cenſuris à lege latis?

2213 Incurrit in pœnam *Can. ſi quis ſuadente*, licet ab Epiſcopis abſolvantur.

PEndet ex materia de legibus exagitante, quando ſubditi legibus ligentur, & certum eſt contrahere cenſuram canonis: *ſi quis ſuadente*, licèt poſſiot abſolvi ab Epiſcopo, etiam poſt pubertatem. *c. pueris* 7. *de ſent. excommun. c.* 1. *de delictis puerorum.*

An amentes poſſint innodari cenſuris latis ab homine, vel à lege ob peccatum cum contumacia commiſſum ante amentiam?

2214 Amentes poſſunt cenſurari ob peccatum, & contumaciã ante amentiam patrata.

AFfirma: Allozza in *floribus ſummarum. v. cenſura ſect.* 7. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 16. *diffic.* 14. Cornejus *tr.* 5. *de cenſuris. diſp.* 9. *dub.* 3. Leander *diſp.* 2. 14. & 15. Suar. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 21.

Patet primo, quia etiam mortui poſſunt cenſurari, ut ex dictis.

Patet ſecundo, quia amentia non tollit peccatum, nec contumaciam; ergo nec materia cenſuræ capacem, unde ſe inebrians incidit in cenſoram, ſi mandavit Clerici percuſſionem. DD. *cit.*

Hinc incidit in cenſuram, incidens in amentiam poſt mandatum ſequuta morte Clerici mandata. DD. *cit.*

An cenſura lata contra facientem, comprahendat mandantem, & conſulentem?

2215 Cenſura cõtra facientẽ, non includit mandantem, aut conſulantem.

NEga: nam leges pœnales non extendendæ, etiam intra expreſſum caſum. *c. in pęnis c. odia. de reg. jur. in* 6. *l. fin. C. qui bonis. l. interpretratione. D. de pęnis.* Bart. *in l. ſi quis pro emptere. n.* 16. *D. de uſucapionibus.*

An Communitates, Collegia, Civitates cenſurari valeant?

2216 Communitates, & Collegia ſuſpendi, interdicti valeot.

DIſtinguendum eſt: vel loquimur de cenſura ſuſpenſioois, & interdicti, vel de cenſura excommunicationis.

Si loquimur de cenſura ſuſpenſionis, & interdicti. affirma; & tunc ſufficit delictum capitis contumacis. *c. ſæpè. de elect. in* 6. *c. non eſt nobis. de ſponſ.* D. Tho. *in ſupplemento ad* 3. *p. q.* 22. *art.* 4. *ad* 2.

2217 Non verò excommunicari.

Si verò ſit ſermo de excommunicatione, nega validè excommunicari poſſe Civitatem. idque ſive conſideretur, ut corpus politicum mixtum morale, ſive ut totum; quia tunc qui nequit baptizari, nequit cenſurari, ſivè ut ſunt multi homines, ſcilicet in unum congregati, quia tunc poteſt innocentes continere. *c. Romana.* Covar. 2. *var. c.* 8. *n.* 9. Suar. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 19. Caram. *tom.* 1. *regulari. n.* 1747. Vaſq. 12. *diſp.* 164. *n.* 14. Hurtadus *de excommun. diſp.* 12. *diffic.* 2. *n.* 5. Idque etiamſi nominentur omnes,

& ſin.

Digitized by Google

& ſinguli, nam adhuc eſt univerſitas. Turrian. *de cenſ.lib.2.diſp.23.dub.2.*

2218 Secus ſi conſtet omnes de communitate deliquiſſe.

Si tamen conſtaret omnes de communitate deliquiſſe, ut poteſt accidere in Collegiis continentibus perſonas paucas, majores ex condictò delinquentes; tunc puto poſſe excommunicari, quia ceſſat finis, ſcilicet nè innocens puniatur, intentus in eodem *c.Romana.ubi Gloſ.* v.*penitus*; & ſic debet ceſſare diſpoſitio dictæ legis. *c.cum ceſſante.de appellat.* D.Tho.*in ſupplemento.q.22. art.5.* Henriq. *lib. 12. c.25. n.4.* Covar.a. *variarum.c.8. n.2.* Angelus v. *excommunicatio 1.n.7.* Acacius *tom.1.v.de excommun. reſ.240.n.6.* dicens eſſe validam, ſed illicitam, ità ab Epiſcopo fulminatam cenſuram: quòd diſplicet, quia eadem ratio, ſcilicet ceſſante fine legis, &c. quæ ſuadet validam, ſuadet licitam, cùm non ſit prohibita tunc in *d.c.Romana.* contra Suarium. Leandr.*tom.4.tr.1. diſp.3.q.25.*

2219 Aut diſtinctis ſententiis ſinguli excommunicentur.

Sic etiam tenet excommunicatio ii diſtinctis ſententiis ſingulos, & ſic diſtributivè omnes excommunicaret, quia in *d. c. Romana* tantùm inhibetur excommunicatio totius Univerſitatis una ſententia. Vaſq. Et etiam tenet excommunicatio per ſententiam generalem contra quemlibet deferentem arma, ludentem; nam ſi tunc quilibet Univerſitatis, Collegii arma deferat, quilibet eſt excommunicatus, etiamſi omnes accideret tali excommunicatione innodari. Sotus *in 4.diſt.22.q.2.art.1.concluſ.2.*

Summus Pontifex non tenetur diſpoſitioni *cap. Romana* ſtare; nequit tamen innocentes punire; nam ſententia contineret errorem intolerabilem. Henriq.*lib.13.c.25. n.4.*

An perſona cenſuranda debeat eſſe certa ſecundum ſe, & determinata?

2220 Perſona cenſuranda ſit certa, & determinata.

AFfirma: nam determinata cenſura determinatum exigit ſubjectum.

An autem debeat eſſe ſubdita cenſuranti?

2221 Et ſit ſubdita cenſuranti.

AFfirma ex dictis. *c. à nobis 21. de ſent. excommun.c.4.de judiciis.* Trid. *ſeſſ.14.c.7.*

Hinc diſcurrendum primò an Epiſcopus poſſit ligare ſubditos exiſtentes intra territorium. Secundo an exiſtentes intra, ſed in loco exempto. Tertio an exiſtens extra diœceſim. Quarto an Epiſcopus exiſtens extra, poſſit excommunicare ſubditum exiſtentem intra diœceſim. Quinto an poſſit excommunicare non ſubditos, ſcilicet advenas, & peregrinos exiſtentes intra diœceſim: quæ omnia quamvis reſolvi valeant ex traditis in tractatu de Legibus, hìc etiam diſtinctè tractanda exigit materiæ qualitas, ut proponatur.

An Epiſcopus poſſit cenſurare ſubditos delinquentes, & contumaces?

§. I.

2222 Et ſit contumax.

AFfirma. *c.ut animarum.2.de conſtit. in 6. à nobis.21.de ſent.excommun.*

An poſſit innodare ſubditos cenſuris, exiſtentes in loco exemto intra diœceſim?

§. II.

2223 Subditus exiſtens in Diœceſi, ſed in loco exemto, nequit cenſurari.

NEgat Palaus. Gloſ. in *c.ult.de conſtitut. in 6.* de Marinis Abbas, *in c. à nobis. 1. de ſent.excommun.* Gabr.à S.Vinc.*de cenſuris.diſp.1. n.166.* Barboſa *in Clem.quamvis.num.5. de foro competenti.* Bordonus *tom.3.reſ.78. n.54. & 58.* Hurtad. *de cenſuris in communi diffic. 8. n.34.* Dian.*p.5.tract.9. reſ.32.* Avila *de cenſ. p.2. c.3. diſp.2. dub.3.*

Patet *exc. cum Epiſcopus*. ibi: *cum Epiſcopus in tota ſua diœceſi juriſdictionem ordinariam noſcatur habere, dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius Diœceſis non exemto per ſe, vel per alium poſſit pro Tribunali ſedere. de offic.ordin.in 6.*

Secundo patet, quia locus exemtus æquiparatur loco exiſtenti extra diœceſim. *c.1. §.nunquid ergo. de privileg. in 6. c. luminoſo. 18. q. 2.* Joan.Andreas in Clem.1. *de foro competenti.* de Marin.*loc.cit.& c.16. n.17.* citans XVIII. DD. Gratianus. Barboſa *loc. cit.* ſed exiſtens extra diœceſim non ſubditur legibus ſui Ordinarii. *c.2.de conſtit.in 6.* Rodriq.*tom.1.q.36.art.3.§.1.*

Sed difficultas eſt.

An Monaſterium ſit locus exemtus?

AFfirmant tres DD. apud Dianam alii II. DD. apud Hurtadum *diffic. 8. n. 3.* Layman *lib.1.tr.8.n.11.* Henriq.*lib.13.c.26. num.2.* Bonacina *tom.2.diſp.1.de legibus. q.1. p.6. n.66.* Gabr.à S.Vinc.*de cenſ. diſp.1. n.177.* Bordonus *tom.3.reſ.78.c.54.* Megala *lib.1. de cenſuris c.3. n. 39.* de Marinis *loc. cit.* contra Suarium *de cenſuris diſp. 5. ſect.4.* Coninck *diſp. 13. dub.7. n.63.* Salas *de legibus. diſp.14. ſect.6. n.85.* Alterium *de cenſuris.diſp.5.lib.3.* Bordon. Cornejum volentes Religioſos, non locum Monaſterii eſſe exemtum. 2224 Inquiritur an Monaſterium ſit locus exemtus

Probatur quia etiam locus exemtus exiſtens intra diœceſim eſt exemtus quoad locum, & perſonam, ut patet; ergo etiam Monaſterium. Secundo quia juriſdictio loco circumſcribitur. *c.ut animarum. de conſtit. in 6.* Tertio quia in Monaſteriis Regularium, non valet exerceri actum juriſdictionis.

Immò Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.* idem ait de uno reſpectu alterius Monaſterii, ejuſdem, vel diſtinctæ Religionis, ut ſcilicet Monachus delinquens in altero Monaſterio ubi non commoratur, non poteſt puniri à Superiore illius, ubi commoratur, & fugiens à Monaſterio ubi deliquit, nec ab alio puniri valeat, licet poſſit puniri à Generali, Provinciali, &c. ſi delinquat in Monaſterio ſuæ Religionis. 2225 Monachus delinquens in Monaſterio ubi non commoratur, nequit puniri, niſi Generalis ſit ejuſdem Ordinis.

Ego in iſtis ſto pro auctoritate Superioris; verum videamus quid inferant eruditionis cauſa: non enim decet ſtudioſum ignorare aliorum doctrinas. 2226 Auctor pro auctoritate Superioris ſtat.

Inferunt primo, ludentem, venantem in Monaſteriis, vel aliter ibi operantes contra leges Synodales, non contrahere Ordinariorum cenſuras Synodales, nec per ſententiam generalem. Bordon.*loc.cit.* Megala *loc.cit.* Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.* 2227 Inferunt alii qui delinquentes in Monaſteriis, nõ incurrere cenſuras Synodales.

Secundo, infert de Marinis *loc.cit.n.7.* cenſuram latam contra damnificantes bona Eccleſiaſtica, & Locorum piorum, non innodare damnificantes loca Religioſorum, quia ſunt ità, ac loca extra Diœceſim. 2228 Et cenſura contra damnificantes bona Eccleſiaſtica, non comprehendit Religioſa.

Tertio, in loco exemto exiſtentem, non obediendo Judici ordinario, non peccare, niſi contemnat. 2229 Exiſtens in loco exemto non peccat Judici non obediendo.

Quarto, furantem in loco exemto non contrahere cenſuram latam ab Epiſcopo adverſus fures. Navarra poſt Decianum *cenſ.50.* 2230 Et furans in loco exemto non incurrit cenſuras Epiſcopi.

Quinto, banditum, ut nequit occidi extra Territorium bandientis. Marſilius *in l.fin.n.50.* ubi Bolognetus *n.34. D.de juriſd.omn.judicum*; imò nec poſſit occidi in loco exemto. Marſilius *vol.2.conſ.99.n.7.* Baldus *conſ.90.* nec præmiis inde auferens, vel ibi occidens gaudet ſine ſpeciali promiſſione. De Marinis *tom.1.c.116.n.11.* 2231 Banditus nequit occidi extra territorium bandientis.

An autem idem ſit de colloquente in Monaſterio exemto. Nec eſſe excommunicatum ait

2232 *De colloquēte cum Monialibus exemtis aliter diſcurrendum eſt.*

Avila poſt Armillam, & Sylveſtrum *loc. cit.* itâ ut eſſet excommicatus, ſi prohiberetur acceſſus. De Marin. *loc. cit. n.* 4. At ego in hoc poto Epiſcopum majorem habere auctoritatem, quia veluti tractatur de clauſura, cujus cuſtodia etiam in exemto ſpectat ad Epiſcopum.

An poſſit cenſurare ſubditum delinquentem intra Diœceſim, ſed pergentem extra, ante quam capiatur? §. III.

2233 *Si Subditus delinquens ſit citatus poteſt cenſurari, etſi pergat extra Diœceſim.*

DIſtinguas: vel citavit, vel non citavit delinquentem anteqnam egrederetur Diœceſim.

Si citavit, poteſt cenſurare, quia citatione perpetuavit præveniendo, uſque ad finem cauſæ reum. *c. proposuiſti.* 19. *de foro competenti.*

Secùs ſi non citavit.

Si verò non citavit perſonaliter, nec citavit in aliena Diœceſi cum licentia illius Ordinarii, & non potens citare perſonaliter, nec citans per edictum, nequit illum cenſorare. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *qu.* 167. Cornejus *de cenſ. diſp.* 2. *dub.* 2. Navarrus *cap.* 27. *n.* 2. Qua ratione cogit ad reſidendum abſentes delinquentes, ubi tenentur reſidere. *l. qui non facit. D. de reg. jur.* Sylveſt. v. *excommunicatio. n.* 8. ex iſtis oratio ſuadet inquirendum de ſubdito exiſtente extra Diœceſim, & inquiramus duo. Primo, an Epiſcopus poſſit citare ſuum ſubditum extra Diœceſim. Secundo, an poſſit excommunicare ſuum ſubditum extra Diœceſim exiſtentem.

An Epiſcopus valeat citare ſuum ſubditum extra Diœceſim pro delicto commiſſo in Diœceſi? §. IV.

2234 *Nequit Epiſcopus citare Subditum exiſtentem extra Diœceſim, etſi in illa delictum fecerit.*

NEga. *c.* 2. *de conſtit.* quia nequit exercere juriſdictionem in alieno Territorio. *c. Epiſcopum.* 9. *q.* 2. *Clem.* 1. ubi Gloſſ. *de foro competenti. l. fin. D. de juriſd. omnium judicum. l. fin. D. de officio Præſidis.* Enim verò juriſdictio circumſcribitur loco. *l. fin.* ubi Bart. *C. ubi, & apud quos;* Sed citatio eſt actus juriſdictionis, cùm nequeat exerceri, niſi publica auctoritate. Alex. *conſ.* 67. *n.* 8. ergo extra Territorium exerceri citatio nequit. *Clem. Paſtoralis. de ſent. & re judicata.* Barboſa *in l. hæres abſens. §.* 1. *n.* 84. *de judiciis.* Novarius *tom.* 1. *de gravaminibus Vaſſallorum. gravamine* 285. *n.* 3. Ricc. *par.* 2. *dec.* 28. *n.* 11. Covarr. *practicarum. c.* 10. *n.* 7. Hurtad. *de cenſ. in communi. diffic.* 8. Avila *par.* 2. *de cenſ. diſp.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 3. contra Abbatem *in c. licet. n.* 41. *de foro competenti.* Hinc

An pro delicto commiſſo intra Diœceſim poſſit citari ſubditus extra Diœceſim exiſtens?

2235 *Idem dic, ut ſupra.*

NEga. *Clem. Paſtoralis.* ibi: *citare non potuit, nec citatio, ſi quam forſan de ipſo intra Imperii fines fecit, citatum extra Imperium conſtitutum arctavit. de ſent. & re judicata.* Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 1. *de cenſ. n.* 165.

An Epiſcopus poſſit excommunicare ſuum ſubditum exiſtentem extra Diœceſim?

2236 *Epiſcopus non valet Subditū cenſurare extra Diœceſim exiſtentē per ſententiam generalem.*

DIſtinguas: vel vult excommunicare per ſententiam generalem, vel per ſententiam ſpecialem. Si per ſententiam generalem, puta quicumque hoc fecerit ſit excommunicatus, nega; nam juriſdictio loco circumſcripta, extra locum non ligat. *c. ut animarum.* 2. *de conſtit. in* 6. De Marin. *tom.* 1. *c.* 112.

Unde ſi Epiſcopus prohibeat ſub pœna ſuſpenſionis ſuis ſubditis nè celebrent extra Diœceſim, ſententia nihil operatur, & cenſura non ligat celebrantem extra Diœceſim. Contra Sayrum *lib.* 5. *de cenſ. c.* 7. Suar. *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 5.

2237 *Secùs ſi ſententia ſit ſpecialis.*

Si verò ſit ſententia ſpecialis; tunc poſſe ligare ſubditum extra Diœceſim exiſtentem ob delictum in Diœceſi commiſſum reo citato, eſt communis opinio, quia per citationem jus quæritur.

2238 *Anceps verò Auctor eſt.*

Verùm adhuc vobis indagandum relinquo, an juriſdictio etiam pro ſpeciali ſententia loco circumſcribatur; cùm non videatur diverſa juriſdictio qua generalis, & qua ſpecialis ſententia fertur, facit Pontius 5. *de matrim. c.* 7. §. 2. *n.* 20. Gabr. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *concluſ.* 7.

Certum tamen eſt in contumaciam poſſe procedi reo legitimè citato.

An ſententia generalis expiret morte ferentis?

2239 *An ſententia generalis expiret morte ferentis.*

AFfirmat Gloſſ. *in c. à nobis il* 1. *de ſent. excomm.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 174. At ego diſcuti optarem, in quo differat à lege, Legiſlatore mortuo, remanente, ſi ſententia generalis legem imitatur.

An Epiſcopus exiſtens extra Diœceſim valeat excommunicare ſubditum in ſua Diœceſi exiſtentem? §. V.

2240 *Si Epiſcopus ſit extra Diœceſim, nequit Subditum in illa exiſtentem excommunicare.*

NEga; quia juriſdictio contentioſa nequit in alieno Territorio exerceri. *Clem. un. de foro compet. c. novit. de officio, & poteſtate Judicis delegati. l. fin. D. de officio Præſidis.* Præpoſitus 3. *par. de cenſuris. qu.* 1. *dub.* 5. *n.* 34. Navarr. *c.* 27. *n.* 6. Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 1. *de cenſ. n.* 164. Cornejus *de cenſuris. diſp.* 2. *dub.* 2.

An ſi crimen ſit notorium non indigens cognitione cauſæ, poſſit Reus ab Epiſcopo exiſtente extra Diœceſim excommunicari?

2241 *Secùs ſi delictum ſit notorium, nō indigens ſtrepitu judiciali.*

AFfirma; quia tunc ceſſat finis prohibitionis, ſcilicet ſtrepitus judicialis in alieno Territorio; cùm ſine contentione cenſura feratur. *c. cum ſit. §. fin. de appellat.* manifeſta autem crimina non indigent accuſatoris clamore. *cap. evidentia. de accuſat. c. manifeſta.* 2. *qu.* 1. Avila *par.* 2. *de cenſ. c.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 1. Cornejus 3. *par. tract.* 3. *de cenſ. diſp.* 6. *dub.* 2. *q.* 1. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 165.

An Epiſcopus valeat excommunicare exterum delinquentem in ſuo Territorio? §. VI.

2242 *Nec exterus delinquens in territorio excommunicatur, niſi fuerit citatus.*

NEga; niſi illum in Territorio citet, quia ſolùm delictum ſine citatione non reddit ſubditum. *c. licet. de foro competenti;* unde delinquens, fugiens antequam citetur, nequit excommunicari. Sylveſt. v. *excommunicatio* 2. *n.* 10. Cornejus *de cenſ. diſp.* 6. *dub.* 2. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 172. Hurtadus *de cenſ. in genere. diffic.* 9. *n.* 36.

2243 *Excommunicatio ad revelandum non ligat non ſubditos.*

Hinc ſententia excommunicationis lata contra ſcientes non revelantes, non obligat non ſubditos. Avila, & Cornejus *loc. cit.* imò nec ſubditos venientes poſtquam ſententia lata eſt. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Sed.

An advena, peregrinus ligetur cenſuris loci, ubi eſt tranſeunter?

2244 *Advena, & peregrinus non ligantur cenſuris loci.*

NEga; quia non eſt ſubditus, & cenſura tamen ligat ſubditum. *c. à nobis.* 21. ibi: *nonniſi ſubditi obligantur. de ſent. excomm. c.* 4. *de judiciis.* Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. Diana *de legibus. reſ.* 14. & 15. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 173. & 174.

An non habens animum manendi, trahens moram extra ſuam Diœceſim, teneatur cenſuris ubi manet?

2245 *Non habens animū manendi, & ſit in non ſua Diœceſi, non ligatur cenſuris loci.*

NEga; niſi fiat ſubditus, ſicque pars illius loci ubi manet; nam ſubditus legibus, & juriſdictione tenetur. *c. à nobis.* 21. *de ſent. excomm.*

Digitized by Google

comm. c.ut animarum. 2. *de conſtit. in* 6. Trid. *ſeſſ.*14.*c.*7. Sylveſt. v.*jejunium. num.*7. Toletus *lib.*6.*c.*9.*n.*3. Filliucc. *tract.*27.*c.*6. *n.*106. Hurtadus *diſp.*7.*de ſacrificio Miſſæ. diffic.*1. Gloſſ.*in c. quæ contra.* v. *aut peregrini . diſt.* 8. Sancius XXXIV.*ſelectarum. n.*31. Layman *lib.*1.*tract.*8. *c.*15.*num.*40. rejecto quaſi domicilio, nullo jure comprobato, excogitato ab Acugna *art.*1.*decreti. in c.illa.n.*136.*diſt.*12. qui licèt ex diuturna mora non arguant domicilium, quaſi domicilium invehant.

2246 Quando domicilium contrahatur

At mea ſententia patet *ex l. clam poſſidere. §.qui ad nundinas. D.de acquir. poſſeſſ. l.*2. *l.Cives.*7. *C.de incolis. lib.*10. ubi peregrini, negotiantes, exteri, ſcholares domicilium non cōtrahunt defectu voluntatis ibi permanendi. *l.debitores.*32.*D.de pignoribus, & hypothecis. c.licet.de foro competenti*; ubi domicilium, non quaſi domicilium dat juriſdictionem, ſic Peregrinus nequit ordinari, licèt moram trahat in non ſua Diœceſi. *c.cum nullus. de tempor. ordinat. in* 6. Et quaſi domicilium ſi detur, tantùm contrahitur in caſibus jure expreſſis; itaut non valeat extenſio de uno ad alterum caſum non expreſſum in materia ſubjectionis odioſa, videlis Gutierez *lib.*1.*Canonicarum.c.*35.*n.*56.

2247 Græcus tranſiens per loca latinorū valet in fermentato ſacrificare.

Hinc Græcus tranſiens per loca latinorum poteſt ſacrificare in fermentato.

Dices: cùm fueris Romæ Romano vivito more. *c.quæ contra. diſt.*8. ergo Peregrinus ſubditur juriſdictioni, & cenſuræ loci, in quo eſt tranſeunter.

2248 Objectis ſit ſat.

Reſpondetur, nego conſequentiam; nam textus *in d. c.quæ contra. diſt.*8. intelligitur de illis Peregrinis, qui volunt contrahere domicilium, & ſic partes communitatis ſunt, ut indicant illa verba: *Turpis enim omnis pars eſt ſuo univerſo non congruens.*

2249 Advena tenetur ad cōmunia cum aliis de univerſitate.

Et pars communitatis ſervanda ab advena obligat ad communia cum aliis de communitate, ſcilicet contractus, mercaturam; non ad particularia, quæ communitatem non turbant, ut patet in exemplis, quæ non turbant totum, licèt legibus non ligentur.

Unde rejicimus tanquam voluntariam tranſeuntem illam ſubjectionem excogitatam à Suario *lib.*3.*de legibus. c.*33. vi cujus aſſerit, advenas etiam in tranſitu teneri legibus loci, per quem tranſit.

Sed quid dicendum de advenis commorantibus pro majori anni tempore?

§. VII.

2250 Advenæ commorantes pro majori parte anni non ſunt ſubditi, ſi deſit voluntas manendi.

Iſtos carentes voluntate ibi abſolutè manendi non eſſe ſubditos docet Gloſſa *in c. quæ contra.v.aut Peregrini.diſt.*8. *& in c.is, qui. v.nota. de ſepulturis in* 6.Baldus *in l.eſt vera.C.de incolis. lib.*10. Bartolus *in l.lex Cornelia. §.ſi tamen.n.*1. *D. de injuriis.* Riccius *dec.*263. contra Pontium *lib.*1. *de matrim. c.*7.*n.*4.

Probatur ex *c.*2. *de ſepulturis in* 6. *ex l.debitor* 17.*D.de pignoribus. ex l.nihil.*20.*D.de captivis. ex l.Cives* 7. *C.de incolis. lib.*10. ubi, ut quis dicatur de tali loco, exigitur ut ibi ſit addictus voluntate perpetuò manendi. Accedit etiam, quòd advena non debet ſentire onera ſine honore. *l.nil tam naturale. D.de reg.jur.§.*1.*Inſtitutionum. de legitima patronorum tutela*; ergo ſicuti excluditur ab honoribus, & privilegiis Civitatis: ita ab onere ſubjectionis.

2251 Semel factus ſubditus nō eximitur à ſubjectione mutatione voluntatis.

Ubi autem ſemel factus eſt ſubditus, ſola mutatione voluntatis non permanendi, non eximitur à ſubjectione. Sanch.*de matrim.diſp.*32.*n.*2. Leſſius *de juſtitia c.*2. *dub.*7. *n.* 6. Palaus *par.*1. *tract.*3. *diſp.*9. *punct.*24. *§.*3.*n.*1. contra Sancium 44.*ſelectarum n.*25.

An cenſuræ lata adverſus certas perſonas, extendatur ad alias?

2252 Cenſura ad certas perſonas lata, nō ligat alias.

Nega; nam pœnæ coarctandæ ad perſonas expreſſas. *c.in pœnis.c.odia.de reg.jur.in* 6. *l.interpretatione. D.de pœnis.l.fin.D.qui bonis cedere*, & ſic primo, lata contra Monachos non includit Fratres Mendicantes, nec Religiones militares. Germinianus *in c.cum ſingula.n.*3.*de prabendis.* Megala *lib.*4.*de cenſuris.c.*2.*num.*39. Rodriq. *Regularium.tom.*1.*art.*1.*q.*6.

2253 Contra Monachos non ligat Mendicantes.

Secundo, lata contra Religioſos non afficit Novitios, Tertiarios, famulos. Rodriquez *Regularium tom.*1.*q.*11.*art.*1.

2254 Contra Religioſos non ligat Novitios, Tertiarios, famulos.

Tertio, lata contra Religioſos non afficit Moniales, nec lata contra Moniales afficit Religioſos. *l.ſi ita ſit ſcriptum. D.de legatis* 3. Gloſſa *in Clem.*3.*v.cecidiſſe. de ſtatu Monachorum.* Bordonus *tom.*3.*reſol.*78.*n.*149.

2255 Contra Religioſos, non ligat Moniales.

Quarto, lata contra Clericos non afficit Religioſos, nec lata contra Religioſos afficit Clericos. *c.*1. *de ſepult.in* 6. *Clem.*1.*de privilegiis*, ubi Gloſſa v.*Religioſi.*

2256 Nec contra Clericos afficit Religioſos, nec è cōtra.

2257 Lata contra Monachos Moniales, non ligat Abbates, Abbatiſſas, aut è contra.

Quinto, lata adverſus Monachos, Moniales, non ligat Abbates, Superiores locales, Abbatiſſas: nec lata adverſus Abbates, Superiores Abbatiſſas, ligat Monachos, Moniales, in odioſis namque nomine Monachorum non veniunt Superiores. Armillâ v.*Abbat num.*11. Navarrus *de ſtatu Monachorum conſ.*3.*n.*43. Bordonus *tom.*3. *reſol.*78.*n.*158.

Modi, quibus poteſt quis ſe eximere à cenſuris.

CAPUT VIII.

2258 Materiæ continuatio.

Propoſitis nullitatibus ex defectu juriſdictionis, vel cauſæ materialis, aut formalis, aut efficientis, quis valet à cenſuris ſe eximere, quæ nullitates ex dictis patent; Modò remanet agendum de alio modo, quo Reus ſibi proſpicit, & eſt.

Appellatio à Cenſuris.

§. I.

2259 Cenſura aut latæ, aut ferendæ ſententiæ eſt, aut declaratio ejus.

Habemus cenſuram latæ ſententiæ, cenſuram ferendæ ſententiæ, quæ dicitur comminatoria, & declarationem cenſuræ incurſæ.

2260 Latæ ſententiæ, aut pura, aut conditionalis.

Rurſus cenſura latæ ſententiæ alia eſt pura, alia conditionalis conditione ſuſpenſiva, quæ omnia ex dictis innoteſcunt.

An, & quomodo à cenſuris appellari valeat.

§. II.

2261 A cenſura pure lata appellatur devolutive.

Diſtinguas: vel cenſura eſt latæ ſententiæ, vel ferendæ. Si eſt latæ ſententiæ. ſubdiſtinguas: vel eſt pura, vel conditionalis, vel ad diem. Si eſt pura, appellatur devolutivè non ſuſpenſivè, hoc eſt appellans remanet excommunicatus, ſed cauſa devolvitur ad Judicem ad quem eſt appellatum; nam ſententia cenſuræ latæ paratam habet executionem. *c.per tuas. de ſent.excomm. c.is, qui.*20. *de ſent.excomm. in* 6. *c.Paſtoralis.§.verum. c.adhuc. de appell. c.ad reprimendum.de offic.ordinarii.* Et ratio etiam eſt, quia fertur in contumaciam. *c.nemo Epiſcoporum c.nullus.*11.*q.*3. Et contumax appellans non auditur, niſi cōtumacia purgata. *l.*1.*C.quorum app.* Genuenſis in *praxi c.*32.*n.*2. Theſaur.*dec.*165. *n.*5. Maceratenſis *lib.*1. *reſ.*71.*n.*12. Rota *par.*2.

recentiorum.dec.3.n.1. Scaccia *de appellationibus. q.17.limitatione 22.n.3.*

2262 Si ſit lata ſub conditione ſuſpenſiva appellatur ſuſpēſive, & devolutivè.

Si eſt lata ſub conditione ſuſpenſiva: puta excommunico te, niſi intra decem dies reſtituas. *c.præterea.il 2.de appell. c.Romana.§.caveant. de ſent. excomm. in* 6. & ità pendente conditione poteſt appellari ſuſpentivè,& devolutivè. *c.præterea.il 2.de appell.* Rota, Scaccia, Genuenſis *in praxi. c.22. n.2.* Et pendente, licèt deinde purificetur conditio, non contrahitur; nam per appellationem eſt ſuſpenſa Judicis juriſdictio. *c.ſi à nobis.de appell.in* 6. & ſicuti non contraheretur mortuo Judice: ità appellando à Judice ante purificatam conditionem. Imò pendente appellatione amplius non contrahitur, etiamſi ferens Judex dixerit ex nunc pro tunc. *c.per tuas. 40.de ſent.excomm.* Bordon.*lib.3.reſ.78.n.209.*

Quantum tempus datur ad appellandum à ſententia conditionali?

§. II.

2263 Toto tempore pēdentis conditionis appellari valet.

POteſt appellari toto tempore pendentis conditionis ſuſpenſivæ. Navarr. *in c.cum contingat.* Covar. *in c.alma.par.1.§.10.n.4.* Suarius *diſp.3.ſect.6.n.4.* Soccinus *in c.ſacro.num.125.de ſent.excomm.* Hurtad. *diſp.13. difficul.4.* Gabr.à S.Vinc. *diſp.1.de cenſuris.n.206.* Guttierez 1.*Canonicarum. c.4.n.25.* contra Abbatem *in c.præterea.2.n.8.de appellat.* ajentem decem dies curſere ante purificatam conditionem, vel adventum diei. Ratio eſt, quia ſententia conditionalis, ut ſupra prædemoſtratum eſt, non retrotrahitur purificata conditione ad tempus prolationis; nec eſt major ratio, cur poſſit appellari in uno, & non in alio tempore pendentis conditionis. Secundo, quia decem dies ſunt præfixi ad appellandum à ſententia, quæ elapiis illis ligat, tranſiens in rem judicatam, qualis non eſt cenſura lata ſub conditione adhuc pendente. *c.quoad conſultationem.de ſent.& re judicata.*

2264 Poſt purificatam conditionem, etiam appellari poteſt, ſed intra decem dies devolutivè tantùm.

Poſt purificatam conditionem etiam appellari poſſet, ſed intra decem dies devolutivè, non ſuſpenſivè. *c.Paſtoralis. c.à nobis.il 1.de ſent.excomm.* nam purificata conditione incipit afficere, & ſicuti à puris, ità à purificatis conditione appellari intra decem dies valet devolutivè,non ſuſpenſivè. Toloſanus 4.*partitionum juris Canonici. c.6. lit.1.* Alterius *lib.3. de cenſuris. diſp.3. ſect.6. n.6.* videtur conſentire Leander *de cenſuris.diſp.4.q.18.* dicens executionem non ſuſpendi per appellationem purificata conditione, & ſic videtur negare appellationem ſuſpenſivam, non devolutivam.

De Appellatione à declaratoria.

§. III.

2265 A ſententia declaratoria cenſuræ appellatur devolutivè, & ſuſpenſivè.

A Sententia declaratoria cenſuræ appellatur ſuſpenſivè, & devolutivè; itaut pendente appellatione nequeat declarari excommunicatus; quia jura volunt ſententiam excommunicationis, non declarationes excommunicationis habere paratam executionem. *c. à nobis. il 1. de ſent.excomm.c.Paſtoralis.c.ad hæc.de appell.* Geminianus *in Clem.1.col.penul.* ubi Immola *n.21. de cauſa poſſeſſionis,& fructuum.* Gloſſ. *in c.cupientes. §. quod ſi. v. privatus. de electione in* 6. Navar. Maceratenſis *lib.1.concl.72.n.11.* citans XVIII. DD. & alii plures.

An celebrans pendente appellatione à cenſura, fiat irregularis?

2266 Celebrans pendente appellatione devolutiva, & ſuſpenſiva non fit irregularis, ſecùs ſit devolutiva tantùm.

DIſtinguas: & affirma tantùm in appellatione devolutiva, nam tunc eſt revera cenſura innodatus. In appellatione autem devolutiva, & ſuſpenſiva, nega; nam tunc cenſura non eſt innodatus;& ſic quando cenſura ſuſpenditur, non dicitur cenſura innodatus celebrare. Navarr. Gloſſ.*in c.ſolet. v.in officiis. de ſent. excomm.in* 6.

An ſubditus valeat multiplici cenſura innodari?

§. IV.

2267 Subditus poteſt multiplici cenſura innodari in diverſo, vel ſimili delicto multiplicato.

AFfirma; ſivè in diverſo, ſivè in ſimili flagitio multiplicato. *c.cum pro cauſa.27. c.officii. de ſent. excomm. in* 6. ubi duas contraxit excommunicationes, extrahens ab Eccleſia, & verberans Clericum *c. quorundam. de judiciis. c. excellentibus. c. omnis. 11.q.3. c. de viro. 2. q.2.c.eos, qui.27. c.ad hæc.de poſtulatione Prælatorum. c.penult. diſt.47. c.expellendam. 3. qu.4.* D.Bonav. *in 4.diſt.17. qu.4.* Petra *ritu 205.n.8.* inde concludens cum Maſuilo ad Capycium *dec.139.num.9.* Gramm. *dec.29.num.12.* etiam quem poſſe multoties bandiri. Nec mirum, nam ſi poteſt multiplicari flagitium, cur non pœna.

Secundo, quia magis elongatur à divina Gratia per ſecundum, & tertium, quàm per primum peccatum; ergo magis elongantur à reconciliatione, & communione Eccleſiæ per ſecundam, & tertiam cenſuram, quàm per primam: ſic pro uno debito, & delicto carceratus valet etiam pro alio detineri, itaut difficilior ſit ejus liberatio.

2268 Objectis occurriter.

Dices primo: per excommunicationem quis excluditur à communione Eccleſiæ. *c.Engeltrudam 3. qu.4.* expulſus autem nequit iterum expelli; ergo nequit iterum excommunicari. Reſpondetur, ejectum extra communionem Eccleſiæ poſſe multis vinculis detineri, exemplo carcerati.

Dices ſecundo: interfectus nequit magis interfici in corpore; ergo interfectus in ſpiritu gladio excommunicationis. *c.cum medicinalis.* ibi: *cenſuræ gladiis. de ſent.excomm.in* 6. Trid. *ſeſſ.25. de reform. c.3.* nequibit iterum interfici alia cenſura.

Reſpondetur cum D.Bonav.*loc.cit.* diſparitatem eſſe, quia interfectus in corpore indiviſibilitèr non habet potentiam vivendi. At mortuus in anima culpa,pœna poteſt ordinatè à lege iterum vivere, & tamen difficilius, quo pluribus detinetur vinculis cenſurarum: enim verò licèt ejectus ſit ab Eccleſia quòad communionem, remanet tamen in Eccleſia ratione characteris, & poteſt, ſi plenè velit corrigi, & communioni Eccleſiæ reſtitui.

Dices tertio: privatio non ſuſcipit magis, & minus: cœcus enim non eſt magis unus, quàm alius quòad viſionis privationem: ſed etiam cenſura eſt privatio; ergo non ſuſcipit magis, & minus; ergo non poteſt quis multiplici cenſura innodari.

Reſpondetur cum D. Thoma *in ſupplemento. q.22.art.6.ad 3.* cum D.Bonav.*loc.cit.* privationem recipere magis, & minus in cauſa unde pullulat; ſic magis dicitur cœcus læſus in nervo optico, in humore criſtallino, in pupilla, & tunicis ſimul, quàm læſus tantùm in una tunica; enim verò difficilè curatur, qui ex multis cauſis, quàm ex una non videt; ſic in ra magis dicitur privatus Eccleſiaſticis bonis, & communione ex multiplici cenſura multiplicitèr privatus, quàm ex una: ſic patet exemplo carcerati ſupra poſito difficilius egredientis

ob

Digitized by Google

ob multiplicem cauſam, quàm ex una cauſa incluſi.

Hinc reſolvontur ſequentes difficultates.

An eodem impetu eundem, vel diverſos Clericos percutiens multipliciter, unam contrahat cenſuram?

2269 Eodem impetu, aut diverſos, aut eundem Clericum percutiens multipliciter, unam incurrit cenſurã.

Affirma; nam non eſt multiplex, ſed unus actus malus tranſgreſſivus legis. *c.cum pro cauſa.* 27. *de ſent. excomm.* Joanues Andreas *in c.delictum.de reg.jur.in* 6. *ſect.*3.*n.*2. qui *n.*4. ait unam contrahere cenſuram Judicem extrahentem ab Eccleſia ſimul plures conjunctos. Gabr. à S.Vinc.*de cenſ.diſp.*1.*n.*150. Candidus *diſquiſitione* 12. *art.*10. *dub.*6. Leander *tom.*4.*tract.*1. *diſp.*3. *q.*41.*&* 42. ajens cum Suario *loc.cit.n.*8. Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.* unam contrahere cenſuram unico ictu plures occidens Clericos. *&* *q.*43. ait contra ſex Doctores unam contrahere cenſuram plures ſucceſſivè contiouatè occidens eadem ira, ut unum facit peccatum plurium ſucceſſivè audiens confeſſiones in lethali; ſed non omnia iſta rationis pondere conſtare aliàs demonſtravimus IV.*ſelectarum.*

An percutiens Clericum Monachum contrahat duas cenſuras?

2270 Percutiens Clericum Monachum unam cenſuram incurrit.

Nega; nam favore uoius ſtatus Eccleſiaſtici eſt introducta cenſura io *c.ſi quis ſuadense.*17.*qu.*4. & ſic ſive ſit Clericus Regularis, ſivè Sacerdos, una contrahitur cenſura, non attentis pluribus ordinibus ſacris, nec ſtatu ſeculari, vel regulari. Gabr.à S.Vinc.*de cenſ.diſp.*1. *n.*152. contra Candidum *diſquiſitione* 12.*art.*3. *n.* 15. Leandrum *loc. cit. qu.* 48. citantem octo Doctores.

An contrahat plures cenſuras ſubripiens plurium res, furto prohibito ſub cenſura?

2271 Furto prohibito ſub cenſura, non multiplicatur illa ſurripiendo res plurium.

Nega; nam ſimul ſubripiens plurium res, unum peccatum facit, & ſic unam debet contrahere cenſuram; ut etiam unam contrahit cenſuram ob peccati unitatem deferens arma ad Saracenos; idque ſive ab eodem, ſive à diverſis pro ſingulis cenſuræ ſint impoſitæ; oam una eſt contumacia, unum delictum. Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.n.*153. ex Bonac.& Sayro, Leander *loc.cit.q.*51.contra Molinam *tom.*4.*diſp.*42. *num.*4.

An ob eandem cauſam quis valeat multis innodari cenſuris?

2272 Ob eandem cauſam nequit quis innodari multis cenſuris.

Nega: nè pœna excedat culpam; & ſic onum peccatum, unam contumaciam, licèt poſſit ab eodem magis aggravari. *c.engeltrudam.*3. *q.*4. Si tamen nova contumacia accederet; tunc ob novam contumaciam poſſet ferri nova cenſura. Suarius *de cenſ.diſp.*5.*ſect.*2.*n.*3.

An tres contrahat cenſuras excommunicationis ſcientèr præſumtuosè ſepeliens in loco ſacro denunciatum excommunicatum, interdictum, & publicum uſurarium?

2273 Multiplicem cenſuram incurrit tranſgrediens multiplex præceptum.

Affirma; quia contra quodlibet hujuſmodi delictum adeſt pœna excommuoicationis, & ſic tranſgreditur triplex præceptum. *Clem.*1. *de ſepulturis*, & duas etiam contrahere cenſuras verberans, & extrahens ab Eccleſia Clericum. *c.cum pro cauſa.*23.*de ſent.excomm.*

De Abſolutione à Cenſura.

CAPUT IX.

2274 Cenſura tollitur revocata ſententia.

Cenſura tollitur variis modis.

Primo, ſi revocatur ſententia à ferente. *c. ſacro approbante.* 48. *§. ſi verè Judex. de ſent. excomm.* habet enim aliquam vim interloquutoriæ; & ſic à ferente in favorabilibus revocari valet. *l.quod juſſit. D. de judiciis.* Toloſan. *lib.*4.*partitionum juris Canonici.tit.*16.*c.*8.*litera B.* & revocatione poſita nequibit ab ipſa appellari. *c.cum ceſſante. de appellat.*

2275 Cenſura cõtracta, non tollitur morte ferentis.

Contracta autem cenſura excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti non tollitur morte ferentis. *c.ſi Epiſcopus.*11.*q.*3.*c.Paſtoralis.c.prætérea. de officio Ordinarii*; nec morte cenſurati. *c.à nobis.*21.*de ſent.excomm.* contra Leandrum *tom.*4.*diſp.*11.*qu.*1. nec correctione Rei. *c.a nobis. il* 2. *c.cum deſideret.de ſent.excomm. c.quapropter.de appellat.* (4)

Sed abſolutione.

Sed tollitur abſolutione, cujus forma jure non eſt taxata. *d.c.cum deſideres.* & *c.à nobis.*28.ibi: *abſolutionis autem forma ſervetur. de ſent. excomm.* De qua abſolutione hic agendum.

Quid, & quotuplex ſit abſolutio?

§. I.

2276 Quid ſit abſolutio à cẽſuris.

Eſt reſtitutio communioni, & functioni, atq; officio Eccleſiaſtico, à quibus per cenſuram fuerat excluſus. *c.cum aliquis.*108.11.*q.*3. abſolvere enim condemnationi opponitur. *l.*1. *l.*3.*D.de re judicata.l.nemo.*38.*D.de reg.jur.*

2277 Eſt aut ſolemnis, aut non ſolemnis.

Abſolutio primo, dividitur in ſolemnem, & non ſolemnem. Solemnis eſt, quæ exigit juris ſolemnitates, de quibus *in c.cum aliquis.* 108. 11.*q.*3. ut ſcilicet fiat eadem ſolemnitate, qua ceoſura lata fuerat: Non ſolemnis tantam non exigit ſolemnitatem; quæ poteſt eſſe pro foro externo, & interno, pro ut ſupra.

2278 Eſt pura, aut conditionalis, quæ eſt aut ſuſpenſiva, aut reſolutiva.

Secundo, dividitur abſolutio in puram, & conditionalem. Pura, quando ſimpliciter quis abſolvitur. Conditionalis, quando quis abſolvitur ſub conditione: *ut ſi intra tantum temporis non compareat, ſit excommunicatus iterùm*; quæ conditio eſt duplex, una ſuſpenſiva, altera reſolutiva. Suſpenſiva, *ut abſolvo te ſi intra menſem reſtituas*; & hæc eſt ſuſpenſa, & purificatur verificata conditione.

Reſolutiva, quæ eſt idem, ac abſolutio modalis, tollit abſolutionem jam exiſtentem, quæ dici poteſt abſolutio ad reincidentiam, qua cenſetur abſolutos impeditus adire Summum Pontificem; nam ceſſante impedimento, ſaltem per procuratorem non adeat, reſolvitur abſolutio, & reincidit in excommunicationem. *c.eos, qui.* ubi Gemin. 6. *de ſent. excomm.* Henriq. *lib.*13. *c.*29.*n.*30. Navar. *c.*27. *n.*46. Sayrus 2.*Theſauri. c.*16.*n.*13. Arriaga *tom.*8.*diſp.*41.*n.*2. *&* 15. dicens nec eſſe vitandum reincidentem in cenſuram, niſi id etiam ſit notorium.

2279 Abſolutus ob impedimentum ſi ſe concordet cum parte inſtante, nõ reincidit in cenſuram.

In quam cenſuram non reincidit abſolutus, licèt ſit reſervata Papæ, dummodò fuerit lata par-

(4) Ut ſupra dictum eſt *num.*2038. ex Propoſitione XLIV. damnata ab Alexandro VII. Inſuper attende Propoſitionem Quiſnellianam inter damnatas à Clemente XI. ordine LXXIX. ex qua videtur facile poſſe erui, quòd ſi peccator, licet majoribus cenſuris irretitus, fuerit reconciliatus Deo per gratiam, ad quem convertitur, ex eo habet jus aſſiſtendi Sacrificio Eccleſiæ, & conſequenter ſola correctione Rei ceſſarent cenſuræ, & earum effectus, inter quos eſt inibitio aſſiſtendi Miſſæ Sacrificio, ut patet de excommunicatis vitandis, interdictis, aliiſque. Propoſitio ſic ſe habet: „ Quartus decimus „ gradus converſionis peccatoris eſt, quòd cùm ſit „ jam reconciliatus, habet jus aſſiſtendi Sacrificio „ Eccleſiæ. „

Digitized by Google

parte inſtante, ſi durante impedimento cum parte concordet; tunc enim impedimento ceſſante, nec tenetur Superiorem reſervantem adire, nam re vera abſolutus eſt, & illa reſervatio lata fuit favore particularis. Navarr. *c.* 16. *n.* 26. dicens hanc eſſe mentem *cap. eos, qui. de ſent. excomm. in* 6. Henriq. *lib.* 13. *c.* 29. *n.* 3. Alterius *lib.* 4. *diſp.* 1. Leand. *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 9. *qu.* 20. contra Cordubam.

An abſolutio Cenſuræ exigat pro forma, verba?

2280 Abſolutio cenſuræ non exigit verba pro forma.

NEga; ſed ſatis eſt, ſi exteriùs exprimatur ſenſibiliter abſolutio, quando confertur; nam nullo jure oppoſitum decernitur. *c. cum deſideres. c. ſi aliquando. de ſent. excomm.* Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *qu.* 17. *punct.* 8. Bonac. *tom.* 1. *de cenſ. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 5. *n.* 1.

Et ſic eſſentialitèr verba non requiruntur ad valorem abſolutionis. Suar. *diſp.* 7. *ſect.* 9. Covar. *in c. alma. par.* 1. §. 11. *n.* 6.

An verbis poſſit fieri validè, & licitè?

2281 Abſolutio verbis fit validè, & licitè.

AFfirma. *c.* 2. ubi Gloſſa v. *minimus.* 24. *q.* 3. ut enim verbis ferri, ità tolli valet, ut res diſſolvatur ex cauſis, ex quibus naſcitur. *c.* 1. *de reg. jur. l. nihil tam naturale. de reg. jur.*

An validè, & licitè poſſit ſcripto fieri?

2282 Et ſcripto, quoque.

AFfirma. Valentia *loc. cit.* Filliucc. *loc. cit.*

An nutu validè, non licitè fieri valeat?

2283 Nutu validè, non licitè fit abſolutio à cenſuris.

AFfirma; nam ſatis eſt ſi exprimatur exteriùs ſenſibilitèr abſolutio, ut nutu fieri valet reo petente abſolutionem, & Judice nutu abſolvente. Avila 2. *par. de cenſ. c.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 1. *&* 2. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 335. contra Leandrum *diſp.* 17. *q.* 110. citantem XVIII. DD. ajentem à Papa, non ab inferiori validè ſignis poſſe abſolvi. At à Papa validè, & licitè, nam nullo jure id ei prohiberi valet: ab inferiore tamen validè, ſed non licitè ob non irritationem, ſed prohibitionem. *c. ſi aliquando. de ſent. excomm.*

An valida ſit abſolutio non exigitis juramento, & ſatisfactione partis?

2284 Abſolutio eſt valida, non exigitis juramento, vel ſatisfactione partis.

AFfirma; nam nullo jure oppoſitum decernitur, licèt eſſet illicita; cùm jure non debeat abſolvi, qui non ſatisfecit, & urgente neceſſitate, qui non jurat de ſatisfaciendo, ut infra: Gloſſ. *in c. quamvis.* 58. v. *ſatisfaciat. de ſent. excomm.*

An in abſolutione ſit exprimenda cauſa cenſuræ?

2285 In abſolutione, non eſt exprimenda cauſa cenſuræ latæ.

NEga; nam nullo jure id prohibetur. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 239.

An uno verbo poſſit quis abſolvi ab omnibus cenſuris, etiam non expreſſis ab excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, dicendo, te abſolvo?

2286 Uno verbo poteſt quis ab omnibus, & diverſis cenſuris abſolvi.

AFfirma; nam jure oppoſitum nullo decernitur, & ſatis exteriùs ſenſibilitèr exprimitur voluntas abſolventis, & abſoluti indigentia, petentis abſolvi ab omnibus cenſuris. Ugolinus *de cenſuris tabula* 1. *c.* 23. Suarius *de cenſ. diſp.* 7. *ſect.* 9. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 337. Macadus *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 2. *documento* 21. *n.* 2. Sayrus *lib.* 2. *de cenſ. c.* 16. *n.* 3.

An abſolutio à cenſuris validè detur eiſdem verbis, quibus abſolutio à peccatis, dicendo, abſolvo te?

2287 Validè eiſdẽ verbis poteſt quis abſolvi à cenſuris, & à peccatis, ſi Confeſſarius intendat

AFfirma; dummodo Confeſſarius priùs intendat natura abſolvere à cenſuris, deinde à peccatis; nam ſufficienter exprimitur vis abſolutionis à cenſuris, & peccatis à pœnitente confeſſis. Suar. *de cenſ. diſp.* 7. *ſect.* 2. *num.* 37. Bonac. *de cenſ. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 5. *n.* 3. addens certiùs abſolvi, dicendo, *abſolvo te ab omnibus cenſuris, & peccatis tuis*; Quam ego majorem certitudinem non video, cùm abſolutio non ſuſpenſa, ſuum effectum produxerit, quando dixit: *abſolvo te*, etiam ante tò *à cenſuris, & peccatis.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 338. id admittens in neceſſitate cum VII. DD. Leand. *par.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 2. *qu.* 38. *& tom.* 4. *tract.* 2. *diſp.* 17. *qu.* 115.

priùs abſolvere à cenſuris, poſtea à peccatis.

An licitè id fieri valeat?

2288 An id licitè fieri poſſit inquiritur.

AFfirmat Bonac. *de pœnit. diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 1. *num.* 10.

Eſſe veniale ait Granadus *tract.* 1. *de pœnit. diſp.* 6. *ſect.* 1. *n.* 2. Boſſius *de Jubilæo. ſect.* 1. *caſu* 23. *n.* 19. ob omiſſionem modi Eccleſiæ conſueti: At eſſet ab iſtis probandum conſuetum iſtum modum eſſe præceptum.

Quænam ſit forma abſolutionis ſolemnis?

§. II.

2289 Quænam ſit forma abſolutionis non ſolemnis.

FOrma abſolutionis non ſolemnis diximus poſſe ſine omni ſolemnitate fieri. At modo, quando inquirimus de forma ſolemni, adhuc dicimus abſolutionem remanere tali forma: At illicitè ferretur abſolutio ſine ſolemnitate.

2290 Et ſolemnis.

Conſiſtit cenſuræ abſolutio, ut cenſura ſolemniter promulgata, ſolemniter tollatur, ſcilicet ut primo excommunicatus veniam petat, emendetur, & Epiſcopus à quo fuit excommunicatus veniat ante januam Eccleſiæ cum duodecim Presbyteris, & excommunicatum proſtratum veniam poſtulantem ante januam Eccleſiæ Epiſcopos apprehendens, eum manu dextera introducit in Eccleſia cantando ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cum precibus *Kyrie eleiſon, Pater noſter, ſalvum fac ſervum tuum.* Oratio: *Præſta quæſumus huic famulo tuo dignũ pœnitentiæ fructum, & Eccleſiæ tuæ Sanctæ, à cujus integritate deviaverat peccando, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius. Per Dominum noſtrum, &c.* Quæ ſolemnis expreſſa forma habetur *in c. cum aliquis.* 108. 11. *q.* 3. & ſic abſolvi valent quando crimina ſunt enormiſſima, & præceſſit ſolemnis cenſura. *d. c. debent.* Poteſtque Summus Pontifex ſolemnitatem alterare ſecundum abſolvendi circumſtantias. Ex cauſa ergo quandoque ad injiciendum delicti horrorem ſolemnitas illa intendi valet. Si verò ſit abſolutio ſolemnis communitèr danda cum Pſalmo Pœnitentiali, illa peti debet humiliter promiſſa emendatione, & ſatisfactione parti; interim percuſſo reo flagellis, vel virga levitèr ſuper humeros nudos, & femina ſuper humeros non nudatos: finito Pſalmo dicitur *Kyrie, Pater noſter, ſalvum fac ſervum tuum Domine,* & deinde abſolvit dicens: *Ego auctoritate, qua fungor abſolvo te à vinculo excommunicationis, quam ob illam cauſam incurriſti, & reſtituo te Eccleſiæ, Sacramentis, & communioni fidelium, in nomine Patris, &c. c. per tuas. c. ex tenore. c. à nobis. il* 2. ubi Barboſa *n.* 6. *de ſentent. excomm. c. cum aliquis.* 108. 11. *qu.* 3.

2291 In ſolemni cenſura ob crimen enormiſſimũ ſolemniter valet abſolvi.

De Abſolutione ad cautelam.

§. III.

2292 Abſolutio ad cautelam, non ſupponit cenſuram.

ABſolutio ad cautelam non ſupponit excommunicationem ex ſe. D. Bonav. *in* 4. *diſt.* 18. *in litera.* §. *ſed intelligendum. dub.* 6. *in fine;*

Digitized by Google

ſine; & petitur non metu excommunicationis nulliter fulminatæ, ſed ob reverentiam poteſtatis Eccleſiæ.

2293 Petens abſolutionem ad cautelam nõ ſibi præjudicat.

Et ſic petens abſolutionem ad cautelam, non fatetur ſe excommunicatum, nec ſibi præjudicat; nam petitur ad evitandas vexationes ignorantium nullam fuiſſe cenſuram. *c.exhibita. de homicidio voluntario.* Abb. *in c.cum ad pœnitentiam. de appellat.*

Et non requiritur cautio juratoria

In abſolutione ad cautelam non requiritur cautio juris jurandi, quòd parebit mandatis Eccleſiæ, niſi dubitetur de juſtitia excommunicationis; nam tunc etiam abſolvitur ad cautelam præſtita cautione juratoria, quòd parebit mandatis Eccleſiæ. *c.venerabilibus.c.ſolet.de ſent.excomm. in 6. c.veniens. de teſtibus.* Et impartiri ſolet cauſa non cognita, nec parte citata. Genuenſis in *praxi c.5.n.6.*

De Abſolutione ad reincidentiam?

§. IV.

2294 Abſolutio ad reincidentiam datur ob impedimentũ, & ad tempus.

Abſolutio ad reincidentiam eſt ſi abſolvatur durante impedimento, vel ad tempus: tunc enim elapſo tempore, impedimento remoto, reincidit in cenſuram, niſi pareat præceptis Eccleſiæ. *Clem. 1. §.fin. de ſent. excomm. c.eos, qui.de ſent.excomm.in* 6. quam abſolutionem ad reincidentiam ſolùm ab illo præſtandam dicimus, qui vel privilegiatus in hoc, vel cenſuram ferre poteſt; nam reincidere eſt incurrere excommunicationem novam.

2295 Qui nequit cenſurã ferre, nequit abſolvere cum reincidentia.

Et ſic impotens cenſuram ferre, nequit ad reincidentiam abſolvere, etiamſi vi Jubilæi abſolvere valeat.

An reincidat in cenſuram, ſi deſit novum peccatum elapſo tempore ceſſante impedimento?

2296 Non reincidit in cenſuram ſi deſit novum peccatũ ceſſato impedimento.

Nega; nam peccatum ut exigitur ſcilicet in primo, ità in ſecundo reincidentiæ caſu; prior namque cenſura abſolutione evanuit. Secunda ſine materia peccati incurri nequit reincidendo, & ſic non reincidit in cenſuram, niſi reincidat in peccatum. Navarr. *c.27.num.277.* Henriq. *lib.3. c.29.n.2.* Avila 2.*par. c.7. diſp.3. dubit.*14. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.1. n.292.* Rota *in novis. deciſ.*99. & 487. contra Turrianum, & Villalobos; & ſic abſolutus per quindecim dies, ſi deinde non peccat: puta non parens mandatis Eccleſiæ, quia non poteſt, non reincidit in cenſuram. Paſchaligus ad Franchum *q.15.*dans x.DD.

An reincidens in cenſuram ob non comparationem, ceſſante impedimento ſit evitandus?

2297 Reincidens in cenſuram ob nõ comparitionem, non eſt vitandus.

Nega; nam ſumus in pœnis mitiſſimè interpretrandis, nec conſtat de jure, & ſic non dicendum reincidere in cenſuram cum tali qualitate, ut evitetur. Averſa *de pœnit. qu. 17. ſect.5.§.quando enim.v.& ſi.* Bordon. *to.3.reſ.*29. *n.*15. Arriaga *tom.8. diſp.41.n.24.* gratis dicens evitandum notoriè reincidentem in cenſuram. Contra Bonac. *tom.1.de cenſ.diſp.1.q.3.n.*18.

Abſolutus autem à Judice purè præſtita cautione de ſatisfaciendo, non reincidit in cenſuram, etiamſi culpabiliter non ſatisfaciat; nam non eſt abſolutus ad reincidentiam; licèt reincidat abſolutus ità à Papa, vel Nuntio. *c. eos, qui.de ſent.excom.in* 6. Dicaſtill. *tract.20.de cenſ. n.*481.dans VIII.DD.

An reincidat in cenſuram ſine novo judiciario actu?

2298 Sine novo actu judiciario incidit quis in cenſuram.

Affirma. *Clem. 1. §.fin.de pœnis.c.eos, qui. de ſent.excomm. in* 6. Rota *in novis. dec.*18. *n.*487. Toloſanus *lib.4.part.Jur.Canonici.tit.*16. *c.9.litera l.*

An reincidat in cenſuram latam ab homine ſine cognitione cauſa?

2299 In cenſura ab homine requiritur cognitio cauſæ, ut reincidatur.

Nega; ſed de novo pars debet inſtare, vel à Judice debet reponi in priſtinam cenſuram, aliàs non reincidit. *c.quoniam.de appell.* Toloſanus *loc.cit.*

An Cenſura lata ad reincidendum, pereat mortuo proferente ante terminum?

2300 Mortuo ferente ante terminum, non incidit quis in cenſuram.

Affirma; nam omnes ſententiæ etiam generales excommunicationis pereunt, ſi non ſint contractæ morte ferentis, extincto præcepto morte præcipientis. Navar. *in c.placuit. n.161.de pœnit.diſt.*6. Gabr. à S. Vinc. *diſp.1. de cenſ.n.*297.

De Cenſura lata donec reſipiſcat.

§. V.

An Abſolutione tantùm tollatur.

2301 Cenſura donec reſipiſcas, non tollitur abſolutione, ſed reſolvitur ex natura ſua.

Nega. Covarr. *in c. alma. par.1. §.11. n.6.* Gloſſ. *in Clem.un.v donec.de decimis.* Cornejus *de cenſ.diſp.11.dub.2.* Gloſſ. *in c.fin.de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.1.qu.23.n.*165. alii apud Dianam *par.5. tract.*10. *reſ.*40. citantem pro oppoſita ſententia quinque Doctores, contra Leandrum *tom.4. tract.1. diſp. 9. qu.5.* ajentem tantùm abſolutione tolli excommunicationem. contra Toletum *lib.1. c.46. n.1.* Navarr. *c.27. n.*165. ajentes interdictum, & ſuſpenſionem, non verò excommunicationem ità latam poſſe auferri ſine abſolutione. Contra D. Antoninum 3.*par. tit.24. c.77. §.1.* ajentem, abſolutionem non poſſe ferri ſub conditione de futuro.

2302 Rationes adducuntur.

Probatur; nam cenſura lata donec reſipiſcas eſt lata ſub conditione non ſuſpenſiva, ſed reſolutiva, igitur reſolvitur; & ſic ceſſat ex natura ſua ità, ac ſi non fuiſſet lata: non eſſe conditionem ſuſpenſivam patet, quia actu eſt excommunicatus, & ſic ſupereſt, ut ſit reſolutiva reſolvens ſententiam, ac ſi non fuiſſet; quod autem non adeſt, vel non ligat, abſolutione non indiget.

Secundo patet, quia ponitur interdictum ad tempus, ſuſpenſio ad tempus. *c.cum medicinalis.5. de ſent.excomm.* & extinguitur lapſu temporis ſine abſolutione, ut praxis habet. *c.cum bona.de ætate, & qualitate.* Gloſſ. *in c. non eſt nobis. de ſponſalibus*; ergo etiam evaneſcit cenſura ad tempus incertum reſolutivè ſine abſolutione.

Tertio, quia eodem tempore cenſetur lata ſententia cenſuræ puræ, hoc eſt enim ſuſpenſivè, & abſolutio ſub conditione ſi ſatisfecerit, verificaturque etiam abſolutione cenſura tolli, hoc eſt reſolvi ex vi ejuſdem ſententiæ pro diverſis verificata temporibus. Dian. *par.5 tract.9. reſol.*15. Nec mirum, ut enim poteſt cenſuram pro tanto tempore ferre, ità abſolutionem poſt tale tempus; nam ut condemnare, ità abſolvere valet. *l.3. D.de re judicata.* Innoc. *in c.dilecto. de efficio Archidiaconi.*

2303 Obſtantia removentur

Nec officit textus *in c.ſervetur.11.qu.3.* ibi: *quouſque Epiſcopo ſuo viſum fuerit.c.à nobis.il 2. de ſent.excomm.* ibi: *abſolutionis forma ſervetur.*

Nam ibi eſt ſermo de cenſura ſimpliciter, non ſub conditione reſolutiva lata.

Nec

Digitized by Google

Nec officit ſecundo text. *in c.cum deſideres.15. ui c.à nobis.il 2.de ſent.excomm.* ibi: *ſine abſolutione non ſollitur cenſura.* Nam hic abſolutione in ſententia emanata tollitur, præterquam quod jura loquuntur de cenſuris latis ſimpliciter, non ſub coodition reſolutiva.

Dices tertio: actus legitimi non recipiunt nec diem, nec conditionem. *l. actus legitimi. D.de reg.jur. c.actus legitimi.50.de reg.jur.in* 6. Tuſc. *lit.A.concl.*129. Rota *par.*2. *recentiorum. dec.*638. Abſolutio autem eſt actus legitimus.

2304 Regula Juris in *l. actus legitimi* explicatur.

Reſpondetur primo, majorem illam continere regulam ambiguitatibus torgidam; nam textus *in l.actus legitimi. D.de reg.jur.* numerat quoſdam actus excludentes conditionem, & diem, ſcilicet emancipationem, aditionem hæreditatis, ſervi legati, optionem, ſcilicet electionem Totoris, dationem à lege, vel à Judice, & includantur plures alii actos legitimi, qui diem, conditionemve reſpiciunt, ut emancipatio, collatio beneficii, electio. *c.in electionibus. de electionib. in* 6. Toſcus *lit.A. concl.*128. *in cap. actus legitimi* 50. ubi Barboſa *num.7.de reg.jur.in* 6. indiſtinctè dicitur actus legitimos reſpuere conditionem, & diem; non quia, ut volont quidam, jus Canonicum in hoc corrigat jus Civile, ſed quia actus legitimi hìc ſumuntur pro illis, qui à lege habet certam abſolutam formam, ad hoc, ut ſine mora effectus producatur. Covar. 2.*par.Decretalis. c.*31.*n.*4. Alciatus *in l.cum ad præſens. D. ſi certum petatur*; itaut nolli ſint conditione, vel die adjecta: Qua ſtante doctrina, major diſtinguenda eſt; actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem, diſtinquo majorem: qui habent à jure formam abſolutam concedo majorem, in alio ſenſo nego majorem, tranſeat deinde minor, & negatur conſequentia.

Reſpondetur ſecundo, concedo majorem, & nego minorem, ſcilicet cenſuram, & abſolutionem eſſe actum legitimum; nam à lege formam non habent determinatam, unde meritò, & ſub conditione, & ad diem abſolutio, & cenſura ferri poteſt. Barboſ. *in d.l.actus legitimi. n.*12. ubi Baldus *n.*40.

De Abſolutione ſatisfacta parte.

§. VI.

An debeat abſolutio ferri ſatisfacta parte?

2305 Abſolutio debet ferri ſatisfacta parte.

AFfirma; nam pars injuſtè læſa debet recipere ſatisfactionem; nam hoc eſt reponi in priſtinum ſtatum, ita ac non fuiſſet læſa, ideoque non poteſt dari abſolutio, niſi ſatisfacta parte. *c.ex parte. il* 1. *c.Parochianus.* 9. *c.ea noſcitur.*13. *c.conquaſti.*22. *c.quamvis.*58.*de ſent. excomm.*

An ſit valida, ſed illicita abſolutio ſatisfactione omiſſa?

2306 Abſolutio data non ſatisfacta parte eſt valida, ſed illicita.

AFfirma. *c.venerabilem. de ſent.excom. in* 6. in dubio autem pro validitate actus pronunciandum. Navar. *c.*27.*n.*33. Rota *par.*2. *recentiorum. dec.* 469. *n.*3. Et ablalutivum abſolotum importat conditionem quoad licitum, non quoad validum actum in re noſtra, ut rectè Sanchez 3.*de matrim.diſp.*5.*n.*2.

An ſit licita Abſolutio, ſi ſatisfactio ſit impoſſibilis, vel cum gravi onere?

2307 Eſt item licita, ſi ſatisfactio ſit impoſſibilis.

AFfirma. *c.ea noſcitur. de ſent.excomm.* ergo non tenetur ſupra vires bonorum; eſſet enim teneri ad impoſſibile, quod nulla lege præcipi valet. *l.impoſſibilium. D.de reg. jur.* & impoſſibilis etiam cenſetur, ſi cum graviſſimo onere eſſet ſatisfaciendum. *l. continuus. D. de verb. oblig.* Sanch. 2. *Decal. c.* 20. *n.*19. & DD. XXIX. quibus ſubſcribit Leander *to.*4. *diſp.*17. *qu.*29. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſ.n.*241. citans X. DD. contra Sotum *in* 4. *diſt.*22. *qu.*2. *art.*3. Guttierez, & Valerum.

An licitè poſſit Abſolvi offerens congruam ſatisfactionem, & petens remiſſionem, parte adverſa nolente acceptare ſatisfactionem, & remittere injuriam?

2308 Licitè abſolvitur offerens congruam ſatisfactionē, etſi pars adverſa nolit illam acceptare.

AFfirma, ſi deponat pecuniam reſtituendam pro ſatisfactione apud probum virum, vel ſaltem juret de ſatisfaciendo, quando poteſt; nam tunc facit quantum poteſt, & ad plus tanquam ad impoſſibile non tenetur. Cajetan. Bonac. Henriq. Avila, quibus ſubſcribit Gabr. à S.Vinc. *de cenſ. diſp.*1. *n.*1011. S.Congr. in una Sulmonenſis 12.*Martii* 1619.

An licitè abſolvi poſſet ſi pars adverſa ſit abſens, & interim labatur tempus Jubilæi, ſi partis remiſſionem, & ſatisfactionem expectet?

2309 Item licitè abſolvitur ſi pars adverſa ſit abſens, & labatur tempus Jubilæi, & expectetur remiſſio, & ſatisfactio.

AFfirma; nam pro tali tempore ſatisfactio eſt impoſſibilis; & ſic ſatis eſt ſi pecuniam deponat, vel det pignoratitiam, ſi illam non habet, fidejuſſoriam, ſi hac careat, juratoriam cautionem. Ex hoc enim conſulitur pœnitenti, & læſo. Sanch. 10. *de matrim. diſp.*13. *num.* 38. Franciſcus Marcus *dec.*496. Guidon Papa *dec.*5. *n.*2.& *dec.*189.*n.*30.

In Bullis Jubilæi ſatisfacta parte quid operatur?

§. VII.

2310 Satisfacta parte in Bullis non eſt conditio, & validè ſed illicitè abſolvitur illa nō ſatisfacta.

NOn operatur conditionem, nam Summus Pontifex non aliud exigit, quàm quod jure communi exigitur; jure autem communi non eſt irrita abſolutio parte non ſatisfacta, licèt ſit illicita: ut enim Superior poterat cenſuram non ferre, ità illam delere parte non ſatisfacta. Sanchez 3.*de matrim. c.*33. *n.*3. Barboſa *tom.*2. *in Collectaneis. tit.*42.*c.*25.*n.*53. Avila *de cenſ. p.*2. *c.*7. *diſp.*7.*num.*3. Hurtadus *diſp.*14.*de excomm. diffic.*5.*n.*22. Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.*1.*n.*299. Leander citans XVI. DD. *diſp.*17. *q.*91. & pro contraria citat IX. DD. contra Vaſq. *de excom. dub.*20. Coninck *de cenſ.diſp.*14.*dub.*16.*n.*2011. Turrianum *de cenſ.diſp.*24.*dub.fin.*

In dubio an teneatur ſatisfacere parti?

2311 In dubio nō tenetur parti ſatisfacere

POteſt abſolvi, nam pro reo, & Paſtore pronunciandum. Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.*1. *num.*314.

Nomine partis quid veniat?

§. VIII.

2312 Nomine partis non venit Judex, ſed perſona injuriis affecta.

NOn venit Judex Prælatus excommunicans, licèt ei applicetur pœna pecuniaria, ſed venit perſona injuria affecta. Henriq. *lib.* 13. *c.*28.*num.*1. nam offenſa Judicis eſt generalis in omni cenſura, & Eccleſiæ ſatisfacit ſe præſentando Superiori, petendo abſolutionem: Qua ratione percutiens Clericum etiam ſatisfacta parte debet adire Sedem Apoſtolicam. *c. quamvis.* 58.*c.ea noſcitur.*13.*c.conquaſti.*22.*de ſent.excom.* Baſſæus v.*abſolutio.n.*23. Leander citans XI.DD. *diſp.*17.*q.*93.

De Abſolutione cenſurarum quoad forum conſcientiæ?

§. IX.

2313 Abſolutio cenſurarum datur quoq; in foro conſcientiæ, & quid importet.

MUltoties, maximè in Jobilæis datur facultas abſolvendi pro foro conſcientiæ tan-

Digitized by Google

tantùm,& tunc ſervandi limites privilegii. *l.diligenter. D.mandati.* Guttierez 1. *Canonicarum. qu.* 2.

An differat forus conſcientiæ, & pœnitentiæ?

2314 Differt forus conſcientiæ à foro Pœnitentiæ.

AFfirma; quia forus pœnitentiæ per ſe ſupponit Sacramentum, & ejus materia eſt materia Sacramenti: non ſic forus conſcientiæ, cujus materia poteſt non eſſe materia Sacramenti, tales ſunt cenſuræ, quæ non ſunt materia Sacramenti, & ſunt materia fori conſcientiæ, & conſequenter forus conſcientiæ latiùs patet, quàm forus pœnitentiæ.

Hinc facultas data ad abſolvendum pro foro conſcientiæ non exigit confeſſionem Sacramentalem, & poteſt abſolvi à cenſuris omiſſa abſolutione à peccatis: niſi dicatur in confeſſione, abſolvat pro foro conſcientiæ audita Sacramentali confeſſione. Gabr.à S.Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *num.* 322.

Sic Epiſcopus poſſet abſolvere à cenſuris reſervatis occultis impeditum adire Summum Pontificem, non audita Sacramentali confeſſione; nam in Trid. *ſeſſ.*24. *c.*6. dicitur in foro conſcientiæ gratis abſolvat, non verò dicitur in foro Pœnitentiæ Sacramentalis;& ſic ly *in foro conſcientiæ*, tantùm operatur, nè valeat abſolutione uti in foro contentioſo. VI. DD. apud Sanchez 2.*Decal.c.*12.*num.*13.*de matrim. diſp.* 34. *num.* 29. Bonac. *de cenſ. diſp.* 1. *qu.* 3. *punct.*2.*n.*1. Candidus *diſq.*22.*dub.*4. Leander citans VI. DD. *diſp.*17. *qu.* 46. dicentes de oppoſita declaratione Congregationis non conſtare. Sic etiam Parochus extra Sacramentum Confeſſionis valet abſolvere à cenſuris, non reſervatis. *cap.nuper.*29.*de ſent.excomm.* Decaſtillus, Rodriquez, Avila, Sylveſter, & alii. (5)

An abſolutus pro foro conſcientiæ revera ſit purè abſolutus?

2315 Abſolutus pro foro cõſcientiæ eſt revera abſolutus.

AFfirma;nam non eſt unde oppoſitum evincatur. Suar. *de cenſ.diſp.*4.*ſect.*5.*n.*1. rectè dicens non eſſe abſolutionem ad reincidentiam nam ut ſupra dicebamus, nequit abſolvere ad reincidentiam, qui nequit cenſurare, & gratia abſolutionis purè conceditur pro foro conſcientiæ.

An abſolutus in foro conſcientiæ, poſſit ea abſolutione uti pro foro externo publico?

2316 Quando abſolutus pro foro cõſcientiæ poſſit abſolutione uti pro foro externo publico.

DIſtinguas: vel vult ea uti coram ignorantibus, vel ſcientibus abſolutum pro foro interno.

Si coram ignorantibus, nega; nam præberet occaſionem tumultus, admirationis, & ſcandali. Si coram ſcientibus illum abſolutum, affirma; nam re vera eſt abſolutus; atque adeò deſunt cenſuræ, effectus communionis Eccleſiæ, & politicæ; nequit enim effectus remanere ſine cauſa conſervante: ut nequit lumen remanere remota cauſa; & ſic coram ſcientibus abſolutum poteſt ſe gerere, ut non excommunicatus. Navar. *c.*27.*n.*42. Suar.*de cenſ.diſp.*9.*ſect.*5. *n.*24. Gabr.à S.Vinc.*de cenſ.diſp.*1.*n.*320.

An poſſit Judex de illo delicto, & cenſura pro foro contentioſo cognoſcere?

AFfirma; quouſque ei conſtet juridicè abſolutum pro foro interno. Suar. *loc. cit.* Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.* Navar.*loc.cit.* & conſtito de abſolutione pro foro interno,in ipſo foro interno tanquam parens mandatis, poteſt inſtare, ut cedulones tollantur; itaut non indigeat nova abſolutione pro foro contentioſo; nam re vera cenſura abſolutione ablata eſt. Navar. *loc. cit.* Suar.*loc.cit.* 2317 Judex poteſt de illo delicto in foro contentioſo cognoſcere.

Quomodo probetur pro foro contentioſo abſolutio, obtenta pro foro conſcientiæ?

PRobatur fide Confeſſarii. Maſcard.*concluſ.* 13.*n.*3.Barboſa *in c. in omni negotio. n.* 20. *de teſtibus.* videſis Dianam *p.*5.*tr.*9.*reſ.*12. 2318 Fide Confeſſarii probatur abſolutio.

Non enim creditur dicenti ſe abſolutum, niſi id probet. *c.ſicut.*29. ubi Felin.& Abbas *de ſent. excom.*

An abſolutio debeat eſſe libera?

AFfirma: itaut metu, vi, dolo, errore extorta, ſit nulla. Trid. *ſeſſ.*25. *de reform. c.*3.*e.un.de iis, quæ vi,metuſve cauſa fiunt.c.fin. eod.tit.in* 6. 2319 Abſolutio à cenſuris ſit libera, aliter nulla erit.

Et vi, atque metu impetrans abſolutionem, excommunicationem aliam contrahit. *c. un. de iis, quæ vi. c.fin.eod.tit. in* 6. 2320 Vi, & metu impetrans abſolutionē in aliam excomm. incurrit.

Quid ſi Judices Seculares rogent Eccleſiaſticos, ut abſolvant ad tempus appellantes ad Curiam Apoſtolicam?

AFfirmat, & practicari Caſtellæ, ait Leander *tom.*4.*diſp.*17.*q.*12. poſt Covarr. *practicarum c.* 35. *n.*3. quæ apud noſtrates dicuntur literæ Hortatoriæ. 2321 Quid ſi Judices ſeculares rogēt Eccleſiaſticos ut abſolvant.

At tu, nè deſinas ſubſcribi immunitati Eccleſiæ, & locorum conſuetudinibus probatis.

An poſſit una ſine altera cenſura abſolvi?

AFfirma *c.cum pro cauſa.*27. *c.officii.* 42. *de ſent.excom.*poteſt autem ex multis unum, non alterum impedimentum tolli, cùm ad invicem non ſint connexa. 2322 Una cenſura licet abſolvi ſine alia.

Si verò à diverſis Epiſcopis fuerit cenſura innodatus, non debet unus Epiſcopus abſolvere eum, niſi ex mandato aliorum excommunicantium, jam ſatisfactorum, & ſic ab omnibus cenſuris abſolvatur. *c.officii.* 42. *de ſent. excom.* D.Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *art.* 5. Suarius *de cenſ. diſp.*7.*q.*9.*n.*4. Bonac. *diſp.*1. *q.*3. *p.*6 *n.* 1. Toletanus *practicarum Juris Canonici.lib.* 4. *tit.* 16. *num.*10. *in fine*. Gabr. à S.Vinc. *de cenſ. diſp.*1. *num.*342.

Hinc petens abſolutionem ab una, ab illa, non ab alia cenſura remanet abſolutus. *d. c.officii.* 42. ubi Abb.*de ſent. excom.* Superior namque interroganti reſpondet. Menoch. *conſ.* 221. *n.*24. niſi Superior petenti, dicat ab omni cenſura abſolutè; tunc enim *ly ab omni*, aliquid plus operatur, & omnes ſpecies includit, quas ſi ſciviſſet, etiam abſolviſſet: niſi ſint crimina ſpecialiſſimè reſervata, vel alteri præjudicialia; nunquam enim præſumitur,quòd ſuperior velit aliis præjudicare. Baſſæus *concluſ.* 209. Fulgoſius *conſ.*249.*n.*1.Cravetta *conſ.*34. *n.*8. 2323 Si Superior dicat ab omni cenſura, non includis ſpecialiſſimè reſervata crimina.

Ab-

(5) Sed verior, & ſervanda opinio eſt, Parochum extra Confeſſionem non poſſe: neque ex allegato *cap. nuper.* oppoſitum probatur, cùm intelligendus ſit de proprio Sacerdote abſolvente in confeſſione, cùm extra illam juriſdictionem abſolvendi non habeat. Vide DD. pro hac ſententia. Item Summus Pontifex initio dicti *cap. nuper.* proponit ſecundam quæſtionem, num per confeſſionem ſimplex Sacerdos poſſit abſolvere. Reſpondet in §. *in ſecundo.* poſſe proprium Sacerdotem abſolvere: quem proprium Sacerdotem appellat, Gloſſa principalis ſimplicem Sacerdotem dicit.

Abſolutio nulla.

§. X.

2324 Quænam ſit abſolutio nulla.

PRimo eſt, ſi metu injuſto extorqueatur. *c.un. de iis, quæ vi.* Secundo ſi abſque voluntate fiat. Tertio ſi per errorem concedatur; nam tunc etiam deeſt voluntas. *l. nihil conſenſui. D. de reg. juris.* nec tenet, etiamſi dicatur ex certa ſcientia abſolvimus, nam illa clauſula non ſupplet errorem. Tuſc. *lit. C, concluſ.* 340. *n.*28. Menoch. *conſ.*3. *n.*321.

De illis, qui poſſunt abſolvere.

CAPUT X.

2325 Ferens cenſuram illam abſolvere valet.

CEnſura abſolutione tollitur, ſi à legitima perſona feratur abſolutio. Primo, ferens cenſuram ſivè Legislator, ſivè Judex, illam abſolvere valet. *c. ſacro. c. per tuas. de ſent. excom. c. inferior. diſt.*21. Intelligas ſi deinde valeat juriſdictionem exercere, vel niſi à ſe abdicaverit juriſdictionem, vel niſi cenſuræ latæ ab inferiori ſint confirmatæ à Papa, vel niſi delegatus Papæ excommunicet inobedientem; nam tunc delegatus intra, non poſt annum abſolvere valet à ſe excommunicatum. *c. querenti. de officia delegati.*

2326 Niſi fuerit aliàs impeditus.

2327 Incendiarius declaratus ab Epiſcopo, ab eodem abſolvi nequit.

Et tandem intelligas, niſi incendiarius ſit excommunicatus declaratus ab Epiſcopo; nam tunc ab eodem Epiſcopo abſolvi nequit. *c. tuanos. de ſent. excom.* Navarr. *c.*27. *n.*94.

2328 Summus Pontifex omnes poteſt abſolvere.

Ex dictis fit primo, Summum Pontificem omnes abſolvere poſſe, quia omnium ordinarius Superior, qui tamen ſalutans excommunicatum ſuis literis, non cenſetur illum abſolvere, *c. ſi aliquando.*41. ubi Abb. & Felin. *de ſent. excom.* cenſetur autem ſine animo abſolvendi ſalutare, & literæ habendæ ſunt ut ſubreptitiæ. *c. ſi aliquando.* 41. §. *fin.* licèt cæteroquin Summus Pontifex ſolo verbo, aut nutu abſolvere valeat omnes. *Clem. ſi ſummus.* §. 1. *de ſent. excomm.*

2329 Et Concilium Generale.

Secundo, Concilium legitimum Generale omnes abſolvere valet in toto Orbe cenſuras; nam totius Orbis Ordinarius eſt.

2330 Ordinarii ſuos ſubditos

Tertio, ceteri Ordinarii valent ſuos ſubditos abſolvere à cenſuris à ſe, vel ab anteceſſoribus latis. *c. un. de major. & obedientia in* 6. Trid. *ſeſſ.*14. *c.*16. *l. nam & magiſtratus. D. de receptis arbitris.* ubi par in parem non habet Imperium. *c. deniq. c. inferior. diſt.*21.

2331 Et Capitulum Sede vacante.

Quarto, Capitulum, & Vicarius Capitularis ſede vacante habet ordinariam Epiſcopalem juriſdictionem; & ſic ſuos ſubditos abſolvere valet. *c.*51. *Epiſcopus.* 11. *q.*3. *c. ad abolendam. de hæreticis. c. cum olim. de conſuetudine.*

2332 Archiepiſcopus in cauſa appellationis.

Quinto, Archiepiſcopus in cauſa appellationis, vel quærelæ de gravamine tantùm abſolvere valet excommunicatos ab Epiſcopo. *c. per tuas. de ſent. excom. c. venerabilibus.* 7. *de ſent. excommun. in* 6. *c. ad reprimendam.* 8. *c. ſacro.* 48. *de ſent. excom.*

2333 Et Abbates ſuos ſubditos.

Sexto, Abbates poſſunt abſolvere ſuos ſubditos. *c.*2. *c. cum illorum. de ſent. excom.*

Delegatus.

§. I.

2334 Delegatus ad abſolvendum quando, & quos abſolvat.

EX Miniſtro abſolutionis ordinario deflectat ſe oratio ad Delegatum. Delegatus ad abſolvendum poteſt abſolvere illum, ad quem abſolvendum eſt delegata facultas; & ſic Delegatus Papæ, ejuſve ſucceſſor poteſt abſolvere à ſe excommunicatum. *c. paſtoralis. de offic. ordinarii.*

Duo ſuperſunt hic: primo an Clericus primæ tonſuræ. Secundo an Laicus poſſit eſſe delegatus.

An Clericus prima tonſura poſſit delegari ad abſolvendum à cenſuris?

AFfirma, nam poteſt delegari ad cenſurandum; ergo etiam ad abſolvendum à cenſuris. *c. inferior. diſt.*21. *l. qui condemnare. D. de re jud.* D. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. D. Antoninus 3. *p. tit.*24. *c.*77. 2335 Clericus primæ tonſuræ poteſt delegari ad abſolvendum à cenſuris.

An Laicus poſſit eſſe Delegatus ad abſolvendum?

AFfirma: eo modo, quo poteſt eſſe delegatus ad cenſurandum. *c. inferior. diſt.*21. *l. qui condemnare. D. de re judicata;* non enim requiritur major capacitas ad abſolvendum, quàm ad cenſurandum. Toloſan. *lib.* 4. *partitionum juris Canonici. tit.* 16. *c.*11. *litera A.* XII. DD. apud Leandrum *p.*1. *de Sacr. tr.*5. *diſp.*11. *q.*7. Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. diſp.*9. *q.*11. §. *Reſpondetur.* Idque, vel generali delegatione, ut vult Bauny *tr.*1. *de cenſ. in communi q.*8. qui ait, de facto id competere Regi Francorum. Dian. *p.*5. *tr.*9. *reſ.*7. 2336 Et laicus ſimiliter.

Aut ex ſpeciali delegatione, ut poſt XXIX. DD. ait Leander *tom.*4. *tr.*1. *diſp.*17. *q.*5. Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. diſp.*9. *q.*1. §. *Reſpondetur.* 2337 Tamen requiritur ſpecialis delegatio.

Mihi ſpecialis delegatio exigenda videtur, quia Laicus jure communi excluſus eſt à rebus judicialibus Eccleſiaſticis, commiſſis tantùm Clericis; & ſic ſine ſpeciali conceſſione Laicis non eſt permiſſum illas exercere.

Hinc reſolvitur.

An in articulo mortis poſſit Laicus à cenſuris abſolvere?

AFfirmat Gloſſ. in *c. Paſtoralis. de ſent. excom. & in c. Paſtoralis.* 11. § *præterea. v. mortis. de offic. Jud. ordin. & in c. à nobis.* 28. *v. non potuit. de ſent. excomm.* Toloſanus 4. *partitionum juris Canonici tit.*16. *c.*11. *lit. A.* VII. DD. quibus ſubſcribit Diana *loc. cit. & de Sacr. reſ.*133. Bauny *loc. cit.* Candidus *loc. cit.* Innocent. *in c. de cætero.* ibi: *niſi in neceſſitate, nam tunc liceret laico. de ſent. excom.* Felin. *in c. à nobis* 28. ubi Gloſſa *n.*4. *de ſent. excom.* dicens cum Abbate abſolutionem prædictam operari ab hærede non eſſe adeundam Sedem Apoſtolicam pro abſolutione, ut eſſet adeunda, ſi non fuiſſet abſolutus in articulo mortis, ſed eſſet abſolvendus poſt mortem: tunc enim debet adiri ille, à quo fuiſſet abſolvendus vivens non impeditus *ex c. à nobis.* 28. *il* 2. ubi Abb. *de ſent. excom.* Fundatur in pietate Sanctæ Matris Eccleſiæ volentis ſuccurrendum moribundis, à quibus, & eo modo, quo poteſt. 2338 Sunt qui dicunt laicum poſſe abſolvere à cenſuris in articulo mortis.

Mihi videtur requirenda ſpecialis delegatio, quia generalis eſt tantùm delegata Sacerdotibus in articulo mortis valentibus abſolvere ab omnibus cenſuris, & peccatis. Trid. *ſeſſ.*24. *c.*7. & *ſeſſ.*24. *c.*8. & ſic videntur excluſi Laici à generali delegatione ex *c. nonne. de præſumpt.* 2339 Auctor requirit ſpecialem delegationem.

Hinc reſolvitur.

An quivis Clericus abſente Sacerdote valeat in articulo mortis abſolvere à cenſuris?

NEga, ſine ſpeciali delegatione, quia generalis delegatio Sacerdotibus tantùm eſt conceſſa uſu Eccleſiæ probata. Suar. *de cenſ. diſp.*7. *ſect.*6. *n.*10. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.*1. *n.*396. contra Paludanum *in* 4. *diſt.*17. *q.*3. *art.*1. *concluſ.*3. Henriq. *lib.*13. *c.*24. *n.*1. 2340 Clericus abſente Sacerdote nequis abſolvere in articulo mortis à cenſuris ſine ſpeciali delegatione.

An

Digitized by Google

An Superior, qui habet juriſdictionem cum inferiori cumulativam, non privativam excommunicandi, ut Epiſcopus cum Archidiacono, poſſit abſolvere excommunicatos?

2341 Habens Juriſdictionem tantùm cumulativam, poteſt abſolvere à cenſuris.

AFfirma; nam non eſt unde impropria colligaotur abſolveodi, ſtante cumulativa propria excommunicandi.

An illigatus ſententia generali cenſura non reſervata, ut qui hoc fecerit ſit excommunicatus, poſſit abſolvi ab omni ſimilis juriſdictionis cum excommunicante?

2342 Cenſuratus ſententia generali nõ reſervata poteſt abſolvi ob habente ſimilem juriſdictionem

AFfirma. *c. nuper. 29. de ſent. excom.* eſt eoim ſententia generalis ad inſtar legis; & ſic ſicuti ſuperior æqualis juriſdictionis lege, ità ſententia generali non ligatur. Suar. in *c. ità quorundam. de judiciis.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 374.* Covar. *in c. alma. p. 5. §. 12. n. 4.* Bonac. *de cenſ. diſp. 1. q. 1. p. 1. n. 5.* & eligeodam ait, citans plures DD. Leander *tom. 4. tr. 2. diſp. 17. q. 22.* citans pro contraria XI. DD.

Et multò fortiùs incurreret, ſi cenſura innodatus domicilium mutaret, nam tunc fieret ſubditus alterius, à quo abſolvi poſſet. Suar. *loc. cit. num. 29.* & idem eſt, ſi fieret Religioſus; poſſet enim abſolvi à Prælato Religionis. Leand. *loc. cit. q. 28.*

Affinis eſt ſuperiori ſequens controverſia.

An, & quis abſolvat juris nulli reſervata?

§. II.

2343 Quivis Confeſſarius abſolvit à cenſuris Juris reſervatis nulli.

OMnis, & ſimplex Confeſſarius. *c. nuper 29. de ſent. excom.* Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 369.* Buſembaus 7. *medullæ c. 1. dub. 5.* Major *in 4. diſt. 18. qu. 2. dub. 3.* Suar. *de cenſ. diſp. 7. q. 4. n. 9.* Bonac. *q. 3. p. 1. n. 9.* Leand. citans XXXI. DD. *tr. 2. diſp. 17. q. 33. 34. 35.* poſt D. Thom. *in 4. diſt. 18. qu. 2. art. 2.* D. Bonavent. *in 4. diſt. 18. q. 6.* contra Abbatem *in d. c. nuper.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 12. n. 5.* Imò ſi cenſura ſit reſervata per ſententiam geoeralem, & cenſuratus mutet domicilium, ubi cenſura non eſt ſervata, tunc etiam poteſt abſolvi ab omni Confeſſario. Arriaga *tom. 8. diſp. 41.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n. 374.*

An excommunicatus ſententia particulari poſſit abſolvi ab alio, quàm à ferente?

§. III.

2344 Excom. ſententia particulari non poteſt ab alio abſolvi, niſi à ferente.

NEga. Primo nè torbetur Curia uno ceoſurante, altero abſolveote: quæ ratio non currit in generalibus ſententiis. Secundo, quia ubi cæptum eſt judicium, ibi compleri debet. *l. ubi captum. D. de judiciis. c. propoſuiſti. de foro competenti.* Arriaga *tom. 4. diſt. 19. art. 4. §. ſi duo.* Buſembaus 7. *medullæ c. 1. dub. 5.* Alterius *lib. 4. de cenſ. diſp. 2. c. 5.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 375.* idem diceos etiamſi Religionem nominatim cenſuratus iogrediatur, abſolvendus non eſt à cenſurante; itaut nec excommunicatus ad inſtantiam partis, valeat partis conſenſu abſolvi ab alio; nequit enim pars præjudicare juri quæſito Judici, nec juris diſpoſitionem mutare. *c. de cauſis. de officio delegati. l. nemo poteſt. D. de legatis primo.* Quæ ratio etiam convincit in nominatim cenſurato ingredienti Religionem; nequit enim præciſis privilegiis à Religionis Prælato abſolvi. Abb. *in c. grave nimis. n. 14. de præbendis.* Suar. *de cenſ. diſp. 7. ſect. 2. n. 27.* Bonac. *tom. 1. de cenſ. q. 3. p. 1. n. 7.*

An interpoſita appellatione adhuc Judex ordinarius valeat abſolvere cenſuratum?

2345 Judex ordinarius valet abſolvere cenſuratum, latam ex officio, & ſi fuerit interpoſita appellatio.

DIſtinguas, vel ſententia à qua appellatum eſt, eſt lata ex officio, vel ad inſtantiam partis. Si ex officio, affirma poſſe adhuc abſolvi à Judice à quo, donec inhibeatur ei. *c. per tuas. 40. de ſent. excom.* nam in hoc tanquam in favorabilibus ſequitur naturam interloquutoriæ, quæ ſuppooit juriſdictionem vigere in Judice à quo, nec in ordine ad impediendum, appellatioois effectum, qualis eſt abſolutio ſuſpenſa eſt. Suarius dicens etiam poſſe abſolvi à Judice ad quem *de cenſuris diſp. 7. ſect. 2. n. 33.* Bonac. *tom. 1. diſp. 1. de cenſ. q. 3. p. 1. num. 8.* Leand. *loc. cit. q. 27.*

2346 Secùs ſi cenſura ſit lata inſtante parte, & interponatur appellatio.

Si verò ſit cenſura lata inſtante parte, tunc nequit ioterpoſita appellatione amplius abſolvi à Judice à quo parte inſtante revelante, nam per appellationem eſt jus quæſitum utrique parti, & appellatio evadit communis, ut nequit renunciari altera invita. *l. fin. in princ. C. de appellat.* quando enim pars contradicit, ceoſetur ſuſpenſa juriſdictio Judicis à quo. *c. ſolet. de ſent. excom. in 6.* Felin. *in c. per tuas 40. in principio. de ſent. excom.*

De Cenſura reſervata abſolvenda.

CAPUT XI.

2347 Qui poteſt à cenſura reſervata abſolvere.

EXplicuimus perſonam abſolventem à cenſura generali, vel ſpeciali à Judice, vel ab homine non reſervata: nunc diſquiramus, qui poſſit abſolvere à reſervata.

2348 Præciſo mortis articulo cẽſuram reſervatã nullus abſolvit, niſi qui illã tulit, ejus delegatus, aut paris auctoritatis.

A cenſura reſervata præciſo mortis articulo, vel graviſſima neceſſitate abſolvit, qui illam ſibi reſervavit, ejus Superior delegatus, vel paris juriſdictionis ſucceſſor. *c. nuper. 29. de ſent. excomm.* niſi velit abſolvi in loco, ubi illa cenſura non eſt reſervata. Arriaga *tom. 8. diſp. 41.*

2349 Habens facultatem abſolvendi ab omni cenſura à Papa, valet à reſervatis abſolvere.

Habens verò facultatem abſolvendi ab omni cenſura à Papa, poſſet abſolvere à cenſuris reſervatis, aliàs eſſet inutilis facultas, cùm à non reſervatis quivis Confeſſarius abſolvat, ut ex dictis patet. Azorius *1. par. c. 8. c. 10. qu. 12.* Sà *v. abſolutio. n. 2.* Corradus *diſp. 22. art. 31. dub. 4. dicto. 10.*

2350 Et valẽs abſolvere à reſervatis Papæ, poteſt à cenſuris reſervatis abſolvere.

Et habens facultatem abſolvendi à reſervatis Papæ, valet à cenſuris reſervatis abſolvere, cùm ratione cenſuræ Papæ reſerventur. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. q. 3. punct. 1. n. 14.* Excipias cenſuras ſpeciales, ut ſunt incluſa in Bulla Cœnæ ob ſpecialem enormitatem, quæ generali diſpoſitioue noo compræhenduntur. *c. fin. de re judicata. c. fin. de officio Vicarii in 6. c. in generali. de regulis juris. c. venient. de jure jurando.* Ugolinus *tab. 1. c. 10. §. 4. n. 8.* Navar. *c. 27. n. 235.* imò habens facultatem abſolvendi à caſibus Bullæ Cœnæ, nequit abſolvere ab hæreſi, ob ſpecialiſſimam tanti flagitii turpitudinem ſpecialitèr in conceſſione exprimendam, ex eadem regula: ſpecialia non compræhenduntur in generali facultate. Henriq. *lib. 6. c. 17. n. 2.* Aragonius *2. 2. q. 11. art. 3.* Guttier. *lib. 3. Canonicarum. c. 13. n. 26.* VIII. DD. apud Dianam *par. 1. tr. 5. reſ. 1.* & alii XXV. DD. apud Leandrum *tom. 4. diſp. 17. qu. 39.* citans io cootrarium XIX. DD. cum Quintanad. *de Jubilæo. c. 25. n. 1.*

2351 Quid dicendum de Bulla Cœnæ.

An habens facultatem abſolvendi à reſervatis Papæ vi Jubilæi, valeat abſolvere à reſervatis Epiſcopo?

§. I.

2352 Valens abſolvere à reſervatis vi Jubilæi, poteſt à reſervatis Epiſcopo abſolvere

AFfirma: de jure, & de conſuetudine. De jure, quia Papa concedens gratiam, tollit

omne impedimentum gratiæ conſequendæ, ex regula: qui vult finem, vult media. *l.2. D. de juriſd.omnium jud.* & in hoc cenſetur uti plenitudine poteſtatis. Menoch.*2.de præſumt.12.n.3.* & ſic cenſetur derogare reſervationibus Epiſcoporum, quibus non derogatis, mutila eſſet gratia; non enim poſſet conſequi indulgentia obſtante Epiſcopali reſervatione.

Conſuetudine etiam id receptum eſt. Barboſa *in ſumma Bullarii.v.caſus reſervati*, referens declarationem Sacræ Congregationis. Suarius *de cenſ.diſp.7.ſect.5.n.13.* Gabr.à S.Vinc. *loc.cit. n.372.*Allozza *in floribus ſummarum.v.cenſura. ſect.9.* rectè dicens remanere abſolutum etiam ab oblitis reſervatis cenſuris, ſi abſolvens poſſit ab illis abſolvere. Alterius *lib.4. diſp.4. num.2.* Ugolinus *tab.2.c.13.§.4.n.10.*Hurtadus *diſp.15. de excomm. diffic.10.* contra Bonacinam *tom.1. diſp.1.de cenſ.q.3.punct.1.n.10.* ex declarat. Sacræ Congregationis, ajentem jure non poſſe abſolvere à reſervatis Epiſcopo, qui poteſt à reſervatis Papæ abſolvere.

De Abſolvendo à Cenſuris.

CAPUT XII.

2353 Etiam ignorans, vel nō petens abſolutionem à cenſuris abſolvi valet.

Multa de abſolvendo à cenſuris hic vobis tradere oportet, & primo.

An ignorans, vel non petens abſolutionem à cenſuris abſolvi poſſit?

Affirma; nam licèt abſolutio ſit impertienda petenti. *c. per tuas. de ſent. excomm.* tamen valet collata ignoranti, quia eſt pœna, quæ ut afficit invitum, ità ab ignoranti, & invito cenſura auferri valet.

Secundo, id ipſum patet ex *c. à nobis. 28. de ſent.excomm.* & ex *c.ſacris.28. de ſent.excomm.* ubi poſt mortem, & ſic ignorans abſolvi valet. Suarius *de cenſ.diſp.7.ſect.7.n.15.*Bonac.*de cenſ. diſp.1.qu.3.punct.4.n.4.* Bordonus *in Bulla Cruciata par.2.tract.6.c.3.n.24.*

An invitus abſolvi valeat à cenſuris latis à jure, vel ab homine?

2354 Et invitus à cēſuris à jure, vel ab homine.

Affirma; nam cenſura eſt pœna pendens non à voluntate ſubditi, ſed à voluntate Superioris. idque non tantùm validè, ſed ex rationabili cauſa etiam licitè: puta ſi reos magis proterviet in cenſuræ vilipendium. D.Tho. *in 4.diſt.18.qu.6.n.78.* dicens rectè de jure non eſſe abſolvendum, niſi correctum. De facto verò abſolvi poſſe, & concludit injuſtè excommunicatum invitum poſſe abſolvi, ut Prælatus revocet ſuum errorem. Suarius *loc.cit.* Bonac. *par.5.diſp.4.c.8.* VI. DD. apud Leandr. *diſp.17. q.13.* Gabr.à S.Vinc.*de cenſ.diſp.1.n.298.*

Intelligas, niſi abſolvendus ſit vi privilegii, puta vi Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, &c. tunc enim currit regula: favor non datur invito. Bonac. *de cenſ.diſp.1.qu.3.punct.4.n.3.* VIII. DD. apud Leandrum *loc.cit.q.104.& 105.*

An abſens abſolvi valeat à Cenſuris?

2355 Abſens abſolvi valet à cenſuris.

Affirma; etiam quia cenſuris ligari valet abſens: idque validè ſemper; licitè ſi nequeat adire abſolventem: tunc enim per procuratorem, vel per epiſtolam adit, & licitè etiam per literas abſolvi abſens poteſt, dummodò abſolutio à cenſuris non ſit præſtanda audita Sacramentali confeſſione; nam hæc abſolutio fieri nequit. D.Bonav.*in 4.diſt.18.qu.6.* Suar.*de cenſ. diſp.7.ſect.7.n.4.* Leander *loc.cit.q.101.*qui *q.102.* cum XIV. DD. ait, etiam in Bulla Cruciatæ poſſe dari abſolutionem abſenti, quia independenter à Sacramento Pœnitentiæ; & ſic poſſe dari extra confeſſionem probat *qu.100.* citans XXIV.DD. & iy *audita confeſſione* in Bullis, ait referri ad abſolutionem à peccatis, non à cenſuris; licèt in actu Sacramentalis confeſſionis impetrandam abſolutionem cenſurarum velit Navarrus *c.26.n.31.* Covarr. *in c.alma. par.1.§.11. n.16.* Suar.*de cenſ.diſp.1.ſect.5.n.38.*

Quando excommunicatus appellans ſit abſolvendus?

Antequam litem ingrediatur, quia excommunicatus excluditur à foro contentioſo. *c.venerabilibus.7.§.porro. de ſent.excomm.in 6.* 2356 Excommunicatus prius abſolvitur, ut poſsit appellare.

Et eodem modo debet abſolvi antequam audiatur quicumque excommunicatus volens litem ingredi. *arg. d.cap.venerabilibus*; ſecùs excipitur contra illum. *de ſent.excomm.*

An defunctus abſolvi valeat à cenſuris?

Affirma: ſi ante mortem ſigna pœnitentiæ oſtendit. *c.à nobis. il 2. 28. c.ſacris.38. de ſent. excomm.* ubi ejus hæres debet ſatisfacere, & ad id cenſuris compelli. 2357 Defunctus poteſt abſolvi à cenſuris.

An dicens excommunicationem nullam, audiatur ſine abſolutione?

Affirma. *c.per tuas. 40. §.nos igitur. de ſent. excomm.* ubi Felin. *in princ.* rectè dicit non audiri ſi dicat excommunicationem injuſtam; nam injuſta etiam tenet modo, quo ſupra: & non petens abſolutionem, magis videtur cenſuram contemnere. *c. excommunicatus. §.1. de hæreticis.* 2358 Dicens cenſuram eſſe nullam auditur abſque abſolutione.

An credatur dicenti ſe abſolutum?

Nega. *c.ſicut.39. de ſent. excomm.* ubi Abb. & Felinus. 2359 Non creditur dicenti ſe abſolutū.

De Poteſtate Epiſcopi in ordine ad abſolvendum à cenſuris reſervatis Papæ.

CAPUT XIII.

Ad Tridentinum *ſeſſ.24.c.6.* (6) 2360 Epiſcopos habens Diœceſim valet ab omnibus cenſuris, & pœnis Papalibus abſolvere ex delicto occulto, excepta irregularitate ex homicidio voluntario occulto, & reſervatis in Bulla Cœnæ.

Ubi Tridentinum receptum eſt, Epiſcopus habens Diœceſim, & ſic non Titularis, per ſe ipſum, licèt non ſit conſecratus, vel per ejus Vicarium ad id ſpecialitèr deputatum, poteſt abſolvere ab omnibus cenſuris, & pœnis Papalibus, ut infrà, ex delicto occulto ſuos ſubditos, excepta irregularitate ex homicidio voluntario occulto, & exceptis reſervatis in Bulla Cœnæ; ut infrà. Trid. *ſeſſ.24. c.6.* idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis ſit permiſſum. Suar.*de cenſ. diſp.41 ſect.2.n.7.* Sanch.*2.Decalogi c.11.*Buſembaus *6.medulla.c.1.dub.5.* dicens poſſe abſolvere etiam ab occultis Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi.

An competat talis facultas Capitulo Sede vacante?

Affirma; nam ſuccedit in juriſdictionem Epiſcopalem jure ordinario. Sanch. 8. *de matrim. diſp.2.n.8.* Ricc. *par.1.praxis. reſ.456.* 2361 Talis facultas competit Capitulo Sede vacante.

De

(6) ibi: „ Liceat Epiſcopis in irregularitatibus „ omnibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto „ provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homi- „ cidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad fo- „ rum contentioſum, diſpenſare, & quibuſcunque „ caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, „ delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in Diœceſi „ ſua per ſe ipſos, aut Vicarium, ad id ſpecialiter „ deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſolve- „ re, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæ- „ reſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tan- „ tùm, non eorum Vicariis ſit permiſſum. „

De Marinis *c.105.n.16.* citans VIII. DD. Garzias *de beneficiis.par.5.c.7.n.41.* Gabr. à S.Vinc. *diſp.1.de cenſ.n.359.* id extendens etiam ad Pœnitentiariam, & Cardinales in Eccleſiis proprii tituli. Diana *par.7.tract.2.reſ.4.* & alii XII.DD. quos ſequitur Leander *tom. 4. tract. 2. diſp.17. q.43.* qui id ipſum cum X. DD. concedit *q.44.* Abbati habenti quaſi Epiſcopalem jurisdictionem, quod mihi dubium; nam Tridentinum dat facultatem Epiſcopis, non quaſi Epiſcopalem jurisdictionem habentibus. Bonac. *de cenſ. diſp.7.q.5 punct.5.diffic.2.*

An poſſit Epiſcopus abſolvere à reſervatis in Bulla Cœnæ occultis?

2362 Epiſcopus nequit à reſervatis in Bulla Cœnæ occultis abſolvere.

NEgas; nam ſunt caſus ſpeciales; & ſic generali facultate excluſi. *l.in generali. D. de pignoribus. l.3.D.de evictionibus.c.cum generali. de reg.jur.in* 6. Navar. *c.27.n.275.* & DD.XVI. apud Sanch. *3.Decal.c.11.n.27.* & alii XXVII. DD. apud Leandrum *diſp.17.q.45.* dicens cum XXXV. DD. probabile etiam poſſe abſolvere, excepta hæreſi, ab omnibus in Bulla Cœnæ, quæ non derogat Tridentino expreſsè.

Sed ut in mea *Anacephaleoſi*, eſt vanum fundamentum, quia Tridentinum non derogavit Bullæ Cœnæ ſpeciali ſua generali conceſſione, & conſequentèr nec erat neceſſum Bullam Cœnæ derogare Tridentino, quod ei ob ſpecialitatem non officiebat. (7)

Hinc patet contra Leandr. citantem XVIII. DD. *q.47.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1.n.364. & 371.* multò minus poſſe abſolvere ab hæreſi occulta, ob ſpecialiſſimam deformitatem; & quando Tridentinum ſupra dabat facultatem abſolvendi ab hæreſi occulta, intelligebatur prout jure generali Papæ reſervabatur, non verò prout jure ſpeciali Bullæ Cœnæ. Cùm autem Tridentinum in occultis det hanc facultatem Epiſcopis, meritò hìc inquiramus.

Quid ſit delictum eſſe occultum?

§. I.

2363 Delictum quando dicatur occultum.

DElictum occultum eſt non famoſum. Henriq. *lib.14. c.20.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg.39.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1. n.304.* ajens debere delictum eſſe notum majori parti, ſcilicet ſupra viciniæ, Collegii, urbis medietatem. Unde non eſſet publicum notum quinque, ſi communitas conſtet decem. Secundo, nec eſſet publicum deductum ad forum contentioſum reo tantùm intimato. De Marinis *tom.1.c.105.n.5.* ajentem occultum cenſeri tantùm delinquenti notum, cum Leandro *loc. cit.q.54.* Ricc. *par.1.praxis. reſ.450.n.4.*

An valeat Epiſcopus abſolvere delicta deducta ad forum contentioſum?

2364 Delictum deductum ad forum contentioſum reſervatum Papæ nequit Epiſcopus abſolvere.

NEga. Trid. *ſeſſ.24.de reform.c.6.* De Marinis *tom.1.c.105.n.4.*

Sed difficultas eſt.

Quando dicantur deducta ad forum contentioſum?

§. II.

2365 Lite conteſtata dicitur delictum eſſe deductum ad forum contentioſum.

QUando lis eſt conteſtata, nam ante conteſtationem non conſtat adeſſe forum; cùm valeat declinari: unde ſi non conſtat de foro, nequit dici deductum ad forum ſola accuſatione, ſola citatione, ſola comparitione, ſed requiritur ut lis conteſtetur. Barboſa *2.par. de poteſtate Epiſcopi alleg.39. n.29.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1.n.361. in fine.* Contra De Marinis *tom.1. c.105. n.7.* ajentem deductum ad forum contentioſum non ſola informatione capta per Curiam, ſed valida citatione non circumducta, cum Riccio *loc.cit.reſ.449.n.4.* Per ſolam namque citationem legitimam, tantùm inducitur litis pendentia ex parte actoris, & ex parte rei ſequuta intimatione, ad finem ut res dicatur litigioſa, nè interim alienetur, & fiat innovatio aliqua. *Clem.2. ut lite pendente.* Menoch. *de arbitr.caſu* 202. Farinac. & alii. Non verò dicitur res deducta ad forum, de quo non conſtat deſiſtentibus declinatoriis exceptionibus ante litis conteſtationem. Barboſa *loc.cit.*

An Epiſcopus valeat abſolvere non convictum, vel falſis probationibus abſolutum lite conteſtata?

2366 Epiſcopus abſolvit reū non convictum, vel abſolutum falſis probationibus lite conteſtate.

AFfirma: nam tunc eſt ità ac ſi non eſſet deductum ad forum contentioſum, & non probatum, cenſetur occultum, & falſum non exiſtens. Sanch. *2.Decal.c.11.n.21.* Villalobos *tract.21.diffic.9.n.11.* Henriq. *lib.14.c.7 n.2.* dicens occultum delictum alterius loci, licèt delictum ſit deductum in judicio per conſocium. De Marin. *tom.1.c.105.n.11.* Buſembaus *7.medullæ. c.1.dubit.5.* citans Bonacinam, & declarationem Cardinalium. Leander, & Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1.n.361.* Itaut ſi non ſequatur ſententia condemnatoria extincta inſtantia, adhuc delictum dicatur occultum, & poſſit ab Epiſcopo abſolvi. Majolus, & De Marinis *loc. cit.n.32.*

An ab Epiſcopo abſolvi valeat Reus condemnatus, & punitus in foro contentioſo?

2367 Reus convictus, & damnatus in foro contentioſo, valet abſolvi ab Epiſcopo.

AFfirmat ut probabiliùs Leander *tom. 4. diſp.17. q.56.* Armilla practicatum dicens *par.7. diſp.10.dub.7.* Sanch. *2.Decal. c.11.n.21.* Reginaldus *lib.30. num.* 29. contra Bonacinam *tom.1.diſp.1.q.3.punct.2.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ. diſp.1.n.363.* moventur, quia ſequuta condemnatione, & punitione ceſſat finis cur deductum ad forum contentioſum nequeat abſolvi, ſcilicet evitare ſcandalum, turbare forum, ſatisfacere parti, & Reipublicæ, punitione namque ſatisfactum eſt.

2368 Monitum Auctoris.

Tu nè inconſideratè præcipitantèr agito, ſed ſta pro juriſdictione Summi Pontificis, ut reus exterritus, à delinquendo fortiùs removeatur.

An publicè delinquens delicto reſervato Papæ, tranſiens in locum, ubi occultum non facilè publicandum eſt delictum, abſolvi valeat?

2369 Valet abſolvi à delicto publico reſervato Papæ, ubi delictum eſt re vera occultum.

AFfirma, quia re vera ibi eſt occultum, & ſumus in pœnalibus ità ſtrictè verificatis. Sanch. *2.decal. c.11. nu.20.* Leand. *diſp. 17. q.57.* Barboſa *in collect. ad Trid. ſeſ. 24. c.6. de refor. n. 31.* Duardus *in Bulla Cœnæ lib.3. §.2. q.11.n.10.* Avila *2.p.c.7.diſp.1.dub.11.concluſ 3.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.1.n.361.*

Nec

(7) Vide Illuſtriſſimum Auctorem in citata *Anacephaleoſi tit.n. De Caſibus Reſervatis in Bulla Cœnæ*: Ubi impugnat, explicatque Propoſitionem ordine III. inter damnatas ab Alexandro VII. quæ ſic habet. „ Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolùm „ prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum „ criminum quando publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis „ criminibus eſt ſermo; anno 1629. 18. Julii in „ Conſiſtorio Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium, viſa, & tolerata eſt „ quam Propoſitionem magno DD. calculo per varias poſitiones huic Capiti congruentes doctè examinat, confutatque.

Digitized by Google

Nec officit ſi poſtea delictum ibi publicetur, ſicuti delictum ſimplicitèr occultum abſolvi valeat, licèt deinde publicetur; ſufficit ergo ſi ſit occultum ibi, & quando abſolvitur.

An ſit neceſſarium ut Epiſcopus, & abſolvendus ſint in ſua Diœceſi?

2370 Epiſcopus, & Reus non eſt neceſſe, ut ſint in ſua Diœceſi.

NEga. Sanch. 2. *decal. c.* 11. *n.* 15. Diana *p.* 1. *tr. act.* 5. *reſ.* 2. nam ſenſus Tridentini eſt, ut poſſit in ſua Diœceſi etiam peregrinos, & advenas tunc abſolvere; nam tunc qui aliter non eſſent ſubditi, niſi in Diœceſi, fiunt ſubditi, quo ad forum pœnitentiæ, cum quo ſtat ſubditos ratione domicilii etiam exiſtentes ex*tra* Diœceſim poſſit abſolvere; omn ſunt ſubditi, & juriſdictio eſt voluntaria non contentioſa, ut rectè explicat Sanch. *loc. cit. n.* 17. Turrian. *lib.* 2. *de cenſ. diſp.* 25. *dub.* 1. Leand. *diſp.* 17. *q.* 53. contra Riccium *par.* 1. *prax. reſ.* 445. de Mariois *tom.* 1. *c.* 105. *n.* 4. Bonac. & Suarium.

An Epiſcopus poſſit alteri delegare ſuam facultatem?

2371 Epiſcopus valet ſuam facultatem delegare.

AFfirma, quia eſt conceſſin vi juris, & officio annexa, & ſic ut ordinaria delegabilis. Averſa *de pœnit.*

An talis facultas Epiſcopi vi Tridentini ſe extendat ad Religioſos exemtos?

2372 Et extenditur ad Religioſos exemtos in ſua Diœceſi.

AFfirma: ſi ſint in ſua Diœceſi. Ricc. de Marinis *tom.* 1. *c.* 105. *n.* 3. Leand. *tom.* 4. *tr.* 2. *diſp.* 17. *q.* 7 n. citans XIX. DD. Suarius *to.* 4. *de pœnit. diſp.* 3. *ſect.* 2. *n.* 3. Henriq. *lib.* 3. *c.* 16. *n.* 8. Sanch. *tom.* 1. *decal. lib.* 4. *c.* 39. *n.* 32. contra Armillam *v. exemtio. n.* 9. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 1. *n.* 344. id tantùm concedentem Superioribus; nam quod alicujus favore introductum eſt, non debet in ejus odium retorqueri, & exemtio eſt favor Religioni conceſſum. Secundo, quia in hoc ut privilegiati valent ſubjici, ut cæteri exemti Epiſcopo. Corduba in *compendio. v. abſolutio.* §. 1. Tertio, quia eſt textus expreſſus in *c. Monachi. de ſent. excom.* ubi ſi Abbas non abſolvat Monachos ſe invicem percutientes, abſolvuntur ab Epiſcopo, & licentia injuſtè denegata à Superiori, adhuc poteſt ab Epiſcopo abſolvi ex epickya Summi Pontificis. Sanch. 4. *decal. c.* 39. *n.* 36. Suar. *loc. cit.*

De Abſolutione à Prælatis regularibus ſuis ſubditis impertienda?

§. III.

2373 Prælati Regulares nequeunt abſolvere ſubditos ab occultis in Bulla Cœnæ.

PRælati Regulares nequeunt abſolvere ſuos ſubditos ab occultis in Bulla Cœnæ; nam in hoc non ſunt privilegiati, revocatis privilegiis per Bullam Cœnæ, & ex decreto Urbani VIII. anno 1628. 17. Novembris. Nec veniunt nomine Epiſcoporum, & ſi veniunt Generales, & Provinciales, adhuc nequirent abſolvere ob

Non veniũt nomine Epiſcoporum.

Bullæ ſpecialitatem. Palaos *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 4. *p.* 3. §. 1. *n.* 5. contra Leand. *diſp.* 17. *q.* 72. 73. 74. 75. 76. ajentem privilegia non revocata in Bulla Cœnæ, & etiam ab hæreſi occulta poſſe abſolvere, & *q.* 77. ajentem privilegia Regularium, non eſſe revocata ab Urbano, & *q.* 79. ajentem poſſe abſolvere à reſervatis Epiſcopo, quæ omnia damnata ſunt ab Alexandro VII. (8)

An Superior poſſit abſolvere ſuos ſubditos Regulares ſe invicem percutientes?

AFfirma. *c. Monachi.* 2. *c. Canonici.* 50. *de ſent. excom.* non ſolùm, ſi ſe invicem percu- 2374 Regulares ſe ipſos percutientes valent abſolvi à ſuo Superiori.

tiant intra clauſtra, ut vult Hoſtienſis, ſed etiam ſi ſe percutiant invicem extra clauſtra, ut ait Abbas in *c. Canonica. n.* 5. *ex c. cum illorum* 32. §. *nos tamen in Religionis favorem, & ut evagandi materia ſubtrahatur. de ſent. excom.* ubi excipitur percuſſio cum gravi effuſione ſanguinis, vel cum mutilatione, vel percuſſio Epiſcopi, vel Abbatis de ſeculo fugiente.

Si verò Monachus percutiat Clericum ſecularem; tunc non poteſt abſolvi ab Abbate, 2375 Secùs ſi Monachus percutiat Clericum Secularem.

ſed in levi ab Epiſcopo. *c. Religioſo* 21. *de ſent. excom in* 6. & in gravi à Summo Pontifice. *Clem.* 1. *de privileg.* & *c. cum illorum.* 32. *de ſent. excom.* ſed cur percutiens Monachum ab Abbate, percutiens Clericum ab Epiſcopo, & Summo Pontifice abſolvitur, duplex eſt ratio. Prima ex Abbate in *d. c. Monachi.* 2. *n.* 4. quia facilitas inter ſe Monachi manus violentas injiciunt, & ſic incidunt in *c. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *q.* 4. & non ità facile percutiunt Clericos Seculares, inter quos non verſantur, ad tollendam ergo tam frequentem vagandi materiam. *d. c. cum illorum.* 32. §. *nos tamen. de ſent. excom.* non cogitur Monachus percutiens adire Epiſcopum, vel Papam.

Secunda ratio diſparitatis eſt ex *text. in d. c. cum illorum.* 32. *v. promoveri. in fine.* major dignitas, & ſanctitas Clerici ſecularis, quia vix bonus Monachus facit bonum Clericum. *c. legi.* 16. *q.* 1. Gloſ. *in c. Religioſo.* 21. § *exhiberi. de ſent. excom. in* 6.

Quando Epiſcopus abſolvat à publicis Papa reſervatis?

§. IV.

AB occultis indiſtinctè abſolvit.

A publicis reſervatis Sedi Apoſtolicæ 2376 Quando à publicis Papæ reſervatis Epiſcopos abſolvit.

ſimplicitèr non abſolvit, ſed abſolvit in quibuſdam caſibus, qui unico principio comprobantur.

Principium.

LEges non obligant cum gravi onere. *c. erit. diſt.* 4. & obſervavi in *Optice juris.* Arriaga *tom.* 8. *de punit. diſp.* 41. *n.* 27. 2377 Leges non obligant cũ gravi onere

Ex quo primo, in articulo mortis quivis Sacerdos abſolvit à quacumque cenſura, etiam ſpecialiſſima. *c. non dubium. de ſent. excommun.* Extravag. *unica. in fine. de crimine falſi.* Trid. *ſeſ.* 14. *c.* 7.

Et etiam in periculo mortis, vel alterius 2378 In articulo mortis quivis Sacerdos abſolvit à quacumque cenſura.

gravis damni, legibus cum tanto incommodo non obligantibus. *c. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *q.* 4. *c. ea noſcitur.* 13. ubi Abb. *n.* 2. *c. non dubium c. quamvis.* 58. *de ſent. excom. l. eos, qui* 22. *de ſent. excom. in* 6. D. Bonav. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 84. *in fine.*

Differentia eſt inter periculum, & articu- 2379 Differt articulus, & periculum mortis.

lum mortis; quia in articulo mortis quilibet Sacerdos abſolvit ab omnibus cenſuris. *c. ea noſcitur.* 13. ibi: *timore mortis c. quod de iis. c. quamvis. de ſent. excom. c. eos qui. de ſent. excomm. in* 6. *c. ſi quis ſuadente.* 17. *q.* 4. *c. Paſtoralis.* §. *præ-*

(8) Reſpicit Auctor Propoſitiones damnatas ab Alexandro VII. quarum una eſt ordine IV. „ Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ „ abſolvere quoſcunque Seculares ab hæreſi occul„ta, & excommunicatione propter eam incurſa. altera ordine XII. „ Mendicantes poſſunt abſolve„re à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate „ Quas ambas pleno „ calamo idem Illuſtriſſimus Auctor impugnat, explicatque in ſua *Anacephalæoſ. tit.* 8. *à n.* 292. *ad* 313. Vide inſuper alios exponentes dictas theſes proſcriptas.

§. præterea. de officio Judicis ordinarii. Trid. *ſeſſ.14. c. 7.*

At ſi adſit mortis periculum ſcilicet debeat ingredi actum, in quo eſt periculum præſentaneum mortis, puta belli conflictum, navigationem longam, ac periculoſam, iter inimicis circumſeptum; tunc adhoc poterit abſolvi ab omnibus etiam ſpecialiſſimis cenſuris, in quo exequatur articulus cum periculo mortis. *c. in adoleſcentin. 33. q. 2.* Toloſan. 4. *partitionum juris Canonici. tit. 16. c. 11. lit. F, & G.*

Verùm ſi periculum mortis ſit, ſi agrediatur iter Romam verſus periculoſum; tunc non poterit abſolvi à quolibet Sacerdote, ſed debet deſiſtere ab itinere, & abſolvi ab Epiſcopo durante periculo. *c. eos, qui. 22. de ſent. excom. in* 6.

2380 Excuſatur impotens adire Sedem Apoſtolicam. Secundo excuſatur, qui ſine periculo nequit Apoſtolico ſe præſentare conſpectui. *c. de cætero. 11. c. quamvis. 18. de ſent. excom.* ſivè inimicitia orta ſit ex culpa ſua, ſivè non; quia culpa non fuit ordinata ad tale commodum. Abb. & Felinus in *d. c. de cætero. 11. n. 1.*

2381 Infirmitas longa. Tertio, excuſat infirmitas longa, licèt non periculoſa, ut podagra. *c. ea noſcitur. 13. c. quod de iis. 26. c. quamvis. 58. de ſent. excom.*

2382 Impotens ad iter. Quarto, valdè debilis, & ſic impotens ad iter, cæcus, claudus, valet ab Epiſcopo abſolvi. *c. ea noſcitur.* 13. *c. quamvis. 58. de ſent. excommun.*

2383 Sexus fragilitas. Quinto, fragilitas ſexus excuſat feminas cujuſcumque conditionis, etiam divites ſui juris, innuptas. *c. mulieres, vel alia perſona, quæ ſui juris non ſunt ab Epiſcopo Diœceſano abſolvi poſſunt, ſi manus in Clericum injecerint violentas. 6. c. ea noſcitur. 13. c. quamvis. 58. c. de monialibus. 33. de ſent. excom.*

2384 Senectus. Sexto, ætas primo ſenectutis excuſat. *c. 1. c. ea noſcitur. 13. c. quod iis. 26. c. quamvis.* 38. ibi: *ſenili ætate. de ſent. excom.*

2385 Impubertas. Secundo, ætas impubertatis, etiamſi poſt pubertatem abſolutio petatur cenſuræ ante pubertatem contractæ. *c. 1. c. pueris.* 60. ubi Felinus, & Abbas *n. 1. de ſent. excom.* inſpecto tempore delicti. *l. 1. D. de pœnis.* D. Bonavent. *in 4. diſt.* 18. *q. 6. n. 84. in fine.*

2386 Moniales. Septimo, Moniales. *c. de monialibus.* 33. ubi Abbas, & Felin. *de ſent. excomm.* ubi Gloſs. v. *per Epiſcopum.* ait poſſe abſolvere omnes tam exemtos, quàm non exemtos. *c. cæterum. §. irrefragabilis. de officio ordinarii.*

2387 Pauperes. Octavo, Pauperes abſolvuntur ab Epiſcopo. *c. quod de iis. 26. c. quamvis. 58. c. ea noſcitur.* 13. D. Bonav. *loc. cit.* & pauper cenſetur, qui proprio labore alimenta miniſtrat uxori, filiis, & familiæ: non enim tenetur familiam deſtituere, quam ſubſtentat: niſi ſit ex illis, qui mendicando per urbes vivit; hic enim Romam uſque mendicando pergat. Cæterum non mendicus, non tenetur mendicando Curiam petere. Navarrus *c. 27. n.* 88. Diana *p. 5. tr. 9. reſ. 6.* Leander *diſp. 17. q. 59.* Cornejos *tr. 5. de excom. diſp. 11. dub.* 2. Suarius *de cenſ. diſp. 22. ſect. 2. n. 65.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 367.*

2388 Religioſus. Idem dicunt de Religioſo excommunicato, qui nequeat à pauperrimo Monaſterio provideri de victu pro acceſſo ad Papam, nec mendicando ſibi proſpicere valeat. Gloſ. *in c. Religioſo. 21. v. exhiberi. de ſent. excomm. in* 6.

2389 Servus, & filius familias. Nono, ſervus, & filius familias poteſt abſolvi ab Epiſcopo, ſi nequeat ſine prejudicio Domini, vel patris familias Romam petere. *c. relatum. 37. c. mulieres. 6. c. quamvis. 58. de ſent. excomm.* Si verò Pater, vel Dominus conſentiant debent Romam petere filii, vel ſervi. *d. c. relatum.* D. Bonav. *loc. cit.*

Decimo, Dominium temporale, vel cura animarum excuſat à petenda urbe, ſi abſentia ſit damnoſa ſubditis, ovibus. *c. mulieres. c. de cætero. 11. de ſent. excomm. c. ne pro dilatione. de pœnit. & remiſs.* D. Bonav. *loc. cit.* Sancius. 32. *ſelectarum. n. 15.* 2390 Ob dominiũ temporale, vel curam animarum.

Undecimo, quodcumque impedimentum arbitrio prudentis viri excuſat, ut non teneatur Romam adire, non enim leges irrationabilia præcipiunt. *c. de cætero. 11. c. nuper. 29. in fine. c. quamvis. de ſent. excomm. c. eos, qui. 22. de ſent. excomm. in* 6, Navarr. *c. 27. n.* 88. Alterius *lib. 5. de cenſ. diſp. 27. c. 2.* Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 367.* 2391 Legitimum impedimentum.

An impotens adire Papam teneatur adire delegatum, vel alium habentem abſolvendi privilegium?

NEga. Tanderus *tom. 4. diſp. 6. q. 10. p. 6. n. 122.* Mendo *in Bulla. diſp. 33. c. 3. n. 30.* Avila *de cenſ. 2. p. c. 2. diſp. 1. dub. 6.* Hurtadus *diſp. 15. difficult. 3. n. 1.* Diana *p. 5. tr. 9. reſ. 6.* contra Leandrum *tom. tr. 5. diſp. 12. q. 74.* Bonac. *tom. 1. diſp. 1. q. 3. p. 2. n. 4.* Lugonem *de pœnit. diſp. 20. n. 221.* Navarrum *c. 27. n. 90.* Arriagam, Averſam. Idem videri Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 1. n. 367. in fine.* Et ſic poteſt ab Epiſcopo abſolvi; nam ſumus in pœnalibus, & ſic recurſus ille odioſus ad Sedem non eſt ampliandus, ut recurrat ad alium, ſi nequeat ad Sedem Apoſtolicam adire. 2392 Impotens adire Papam non tenetur alium habẽtem facultatem adire.

An impotens adire Papam perſonalitèr, teneatur adire per Procuratorem, vel per Epiſtolam?

NEga: nam jura ſolùm exigunt perſonalitèr comparentem; & ſic ſi à perſonali excuſantur acceſſu, dant facultatem Epiſcopo abſolvendi; igitur non exigunt recurſum per Procuratorem, vel per Epiſtolam, nec à nobis tale onus in pœnalibus ſuperaddendum; ergo perſonalitèr impeditus adire, poterit ab Epiſcopo abſolvi. *c. ea noſcitur. de ſent. excomm.* Averſa *de pœnit. q. 17. ſect. 1. §. hinc ex oppoſito.* Henriq. *lib. 6. c. 9. n. 7.* Sylveſt. *v. excommun. 8. §. 7.* Sanch. 2. *decal. c. 13. n. 14.* Coninck. *diſp. 14. dub. 16. num. 241.* & alii V. apud Leandrum *tom. 4. diſp. 17. q. 60.* contra Bonacinam *tom. 1. diſp. 1. q. 3. p. 2. n. 4.* 2393 Non tenetur impeditus adire Papam per Procuratorem.

An impotens adire Epiſcopum poſſit abſolvi à proprio Sacerdote?

AFfirma, *c. nuper. 29. in fine. de ſent. excomm.* ubi eſt ſermo de majori excommunicatione ex communione in crimine criminoſo, non de minori à quovis Sacerdote abſolvibili ſine onere comparendi, ut ſupra ibidem ait text. & in *c. eos, qui. de ſent. excomm. in* 6. ibi: *ab alio abſolvantur*, non exprimit Epiſcopum, cum impeditus ſit illum adire, nec Sedem Apoſtolicam, quæ non venit in generali expreſſione; cùm non ſoleat Sedes Apoſtolica ſub generali nomine exprimi. 2394 Impotens Epiſcopum adire, valet abſolvi à proprio Sacerdote.

Nec dicas facile poſſe Epiſcopum adire; quia ut rectè Arriaga, multi Epiſcopatus habent vaſtam Diœceſim, & in quibuſdam temporibus, etiam in non ampla Diœceſi Epiſcopum difficile adiri valet ratione inimicitiæ, infirmitatis, inundationis nivium &c. Henriq. *lib. 6. c. 9. n. 7.* Sylveſt. *v. abſolutio. 3. in fine.* Gabr. à S. Vinc. *de*

cenſ.

Digitized by Google

conſ.diſp.1.n.367. Tanderus, & Arriaga dicens probabiliùs oppoſitum *tom.4.diſd.41. num.30.* Hurtad. *diſp.15. diffic.13.* Granadus *controv.7. tr.10.diſp.7.n.12.* Cœleſtinus *in compendio.tr.1. c.23.n.5.* D.Bonav.*in 4.diſt.18. q.6. n.84.* ibi: *ſi difficile eſt ei accedere ad ipſum, præſtita cautione juratoria, quod parebit ejus mandato, poteſt abſolvi ab Epiſcopo, vel à Sacerdote proprio.* contra Durandum *in 4. diſt. 17. q. 15.* Suarium *diſp.30. ſect.3. n.12.* Lugonem *diſp.20. de pœnit. n.225.* Averſam *q. 17. ſect. 5. §. item videri, & §. in caſibus.* Leandrum *tom.1.tr.5.diſp.52.q.75.*

An abſolutus ab inferiori, debeat jurare, quod ſtatim ac ceſſabit impedimentum, adibit Sedem Apoſtolicam, & parebit ejus mandatis?

2395 Abſolutus ob impedimentum ab inferiori, debet jurare, quod ceſſante impedimento Superiorem adibit.

AFfirma. *c. quamvis.58.c.de cætero.9.in fine. c. nuper. 29. in fine. c. quod in dubiis. 30. c. ſuper. 51. de ſent. excomm.* ubi non abſolvitur non jurans ſe parere mandatis, niſi aliud exigat perſonarum qualitas, ut ſtetur tantùm ejus promiſſioni. *c. eos qui.22.de ſent. excomm. in 6.* Toloſan.*4.partitionum.tit.56. c.51. lit.G.*

At tale juramentum non exigitur ſi abſolvatur ad cautelam. Farinacius *lib.1.dec.56. nu.5.* quam petens non dicitur fateri crimen. Farinaceus *lib.5. dec.63.n.7.*

An ceſſante impedimento non ſe præſentans reincidat in excommunicationem?

2396 Et non ſe præſentans reincidit in excom.

AFfirma: excepto impubertatis impedimento.*c.1.& fin.de ſent.excomm.c.mulieres.6. c. ea noſcitur. 13. c. quamvis. 58. de ſent. excomm.c.eos,qui.22.de ſent.excom.in 6.* Arriaga *tom.8. diſp.41. n.24.27.* & Clem.*5. §. fin. de pœnit.*

Habet autem ceſſante impedimento aliquid temporis ad commodè ſe diſponendum ad iter arbitrio boni viri, itaut procedatur ex bono, & æquo ſine negligenti dolo. Sanch. *2. decal. c.3.n.25.*

An ſufficiat ſe præſentare per Procuratorem?

2397 Sufficit ſe præſentare per Procuratorem.

AFfirma: nam hoc modo cenſetur ſe præſentare, ut pareat Superioris præcepto; nec dicitur in hoc contumax ſe ſiſtens Superiori. Henriq. *lib.6.c.9.n.7.* Avila *2.p.c.7.diffic.3. dub.4.* Cajetanus *v. excomm.79.* Diana *p.5. tr.9. reſ.6.* Navarrus *n.46.* Leander *tr.4.diſp.17.q.67.* Averſa *de pœnit. q.57.ſect.5. §.hinc.* contra Suarium *tom.1.lib.2.c.16.n.15.*

An onus ſe præſentandi currat tantùm in excommunicatione, non in aliis reſervatis?

2398 Id currit tantùm in excommunicatione.

AFfirma; nam jura de excommunicatione, non de aliis reſervatis loquuntur, & in pœnalibus non valet extenſio. Sanch. *2. decalogi.c.57.n.24.* Arriaga *tom.8.diſp.41. n.28.* Averſa *de pœnit.q.17.ſect. 5.* contra Hurtadum *diſp.15.de pœnit.diffic.13.* Vaſq.*q.91.art.3. dub.8.n.7.* volentes in omnibus reſervatis ſiſtendum Superioribus.

An autem requiratur ſemper juramentum?

2399 Juramentũ an ſemper requiratur.

AFfirmat Navarrus *c. 27. n. 89.* Corduba *in ſumma.q. 18.*

Negat Avila *2.p. c.7. diſp. 3. dub.4.* exigens tantùm juramentum in excommunicatione contracta ex percuſſione Clerici. *c. de cætero. 9. & c. ea noſcitur. 13. de ſent. excomm.* Quid quid alitèr Leander *tom.4. diſp.17.q.65.*

Cur ſe præſentet Superiori?

NOn ſe præſentat Superiori, ut iterum abſolvatur, ſed ut pareat ejus mandatis, & ſe oſtendat promtus receſſiſſe à contumacia. *c. ea noſcitur. 13. c. de cætero.* ubi Abb. *c. quod de iis.26.* ubi Felin.*n.2.de ſent.excomm. c.ſicut. q.1.* Averſa *de pœnit.q.57.ſect.1.§.quando.* 2400 Ratio cur ſe præſentare debeat.

An ſint aliqui, qui non tenentur ſe præſentare, nec jurare de ſe præſentando?

AFfirma eſſe primo perpetuò impeditos; enim verò tunc ceſſante impedimento per miraculum, non tenentur, quia aptantur ad ea, quæ frequenter accidunt. *l. nam ad ea. D.de legibus.* Idque etiam ſi per errorem fuiſſet exigitum à talibus juramentum de ſe præſentando; non enim tale deficiens juramentum, deficiente materia, poteſt reddere abſolutionem datam conditionalem. Arriaga *tom. 8. diſp. 45. n. 26.* perpetuo impediti dicuntur ſenes, moniales, feminæ, & alii perpetuo morbo laborantes. 2401 Qui non tenentur ſe præſentare, nec jurare de ſe præſentando.

Secundo, non tenentur ſe præſentare delinquentes in ætatem impuberem, etiam impubertate tranſacta. *c. 1. & c. pueris. 56. & c. quamvis.de ſent. excomm.* Averſa *de pœnit. diſp. 57. ſect.5.§.quando.*

Tertio non tenentur ſe præſentare abſoluti vi Privilegii, vel Jubilæi, nam tunc eſt ità, ac ſi eſſent abſoluti à Papa, juriſdictione enim expreſsè à Papa delegata abſoluta. Cornejus *diſp.15.de excomm.dub.2.* Henriq.*lib.9.c.2.n.2.* Averſa *de pœnit. q.57. ſect.5. §.5.* contra Bordonum *tom.5.reſ.17.q.56.*

Quarto abſoluti ob delictum occultum non ſunt adſtringendi ad comparendum. Cœleſtinus *in compendio.tr.5.c.7.n.3.*

Sed rectiùs negat Averſa *de pœnit. q.52. ſect. 5.§.quando enim.* Semper enim eſt ſtandum juri antiquo, non expreſsè derogato à jure novo.

An Epiſcopus pro reſervatis Papæ poſſit abſolvere ſine excommunicatione?

QUidquid reſervatur Papæ, eſt ratione excommunicationis excepto uno caſu reſervato ſine excommunicatione à Xyſto V. contra procurantes promoveri ad dignitatem Eccleſiaſticam. 2402 Papæ reſervantur caſus, tantùm ratione excommunicationis.

Ab hujuſmodi non poſſe abſolvere Epiſcopum ait Vaſq.*q.96.art.2.dub.54.* Arriaga *tom.8. diſp. 45. n. 28.* quia jura loquuntur de habentibus annexam excommunicationem, fortè ob majus damnum pullulans ab excommunicatione ob privationem communitatis bonorum ſpiritualium: ſed rectiùs Suarez *diſp. 3. ſect. 3. n.51.* Lugo *loc.cit.* Arriaga *de pœnit.q.57.ſect.15. v.hujuſmodi.* docent abſolvere poſſe in utroque caſu, quia utrobique eſt difficultas adeundi Sedem Apoſtolicam, & non debet differri remedium recuperandæ gratiæ, ſicuti neque remedium communicationis bonorum. *c. ne pro dilatione.de pœnit. & remiſſ.* & quia nulla lex humana obligat cum gravi onere.

An in caſibus reſervatis Epiſcopo, impotens adire Epiſcopum, valeat abſolvi ab inferiori, cum onere comparendi?

AFfirma. Hurtadus *diſp. 55.diffic. 13.* Granadus *tr.10. diſp.7. num. 52.* Cœleſtinus *in compendio.tr.1.c.23.num.2.* Diana *p.5. tr.14. reſ.58.* contra Lugonem *diſp.20.n.525.* Durandum *in 4.diſt. 17. q.15.* Adrianum *de confeſſione.q.4.* 2403 Impotens adire Epiſcopum: poteſt abſolvi ab inferiori, cum onere comparendi.

Quia etiam jura loquuntur de alio excommuni-

municante. *c. eos, qui. 22. de ſent. excomm. in* 6. ergo ſicuti ab omnibus caſibus, etiam Epiſcopo reſervatis abſolvunt in mortis articulo, ità ſtantibus aliis legitimis impedimentis.

Secundo, quia leges nequeunt obligare cum graviſſimo onere, ſive ſint communes, ſive Synodales, ſive præcepta, & quandoque etiam eſt graviſſimum onus Diœceſanum adire ob ingruentes pluvias, nives, tempeſtates, ob circumvallantes inimicitias, quæ nec quandoque permittunt Eccleſiam adire, & conſultiùs, tutiùs tunc aditur Apoſtolica, quàm Epiſcopalis Sedes, inimicis extra Diœceſim tam facilè non occurrentibus, aut machinamenta concinnantibus.

An ſi ſit abſolutus mortuus parte non ſatisfacta, Epiſcopus deinde poſſit cogere hæredes per cenſuras, ut ſatisfaciant?

2404 Epiſcopus poteſt cogere hæredes ad ſatisfaciendum, ſi mortuus ſit abſolutus non ſatisfacta parte.

AFfirmà. *c. à nobis il 2. in fine. de ſent. excommun.*

An qui ſatisfecit parti, vel cum illa concordavit, & prorſus à contumacia receſſit, adhuc teneatur ſe Sedi Apoſtolicæ præſentare?

2405 Satisfacta parte, etiam adeundū eſt Sedem Apoſtolicam.

NEgat Navarrus *c.* 26. *n.* 26. Henriq. *lib.* 13. *c.* 29. *n.* 2. Cornejus *diſp.* 11. *de excommun. dub.* 11. quia ceſſat finis hujus acceſſus.

Sed oppoſitum ait Sanch. 2. *decalogi. c.* 13. *n.* 29. dicens onus accedendi eſſe partem pœnæ.

An quando conceduntur Indulgentiæ per modum Jubilæi poſſit quis abſolvi etiam à cenſuris?

2406 Nequit abſolvi à cenſuris, ſi concedatur Indulgentia ad modum Jubilæi.

NEga, quia eſt Indulgentia per modum Jubilæi; & ſic tendit ad luendas pœnas in Purgatorio, non ad delendas pœnas, & cenſuras hujus vitæ; & ſic ly, *per modum Jubilæi* tantùm indicat, Indulgentiam ex plenitudine poteſtatis, non verò venit abſolvere à cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quæ cùm ſint ſpeciales, ſpecialem exigunt conceſſionem. *c.* 3. *de offic. Vicarii.* de Graſſi *lib.* 4. *c.* 55. *num.* 24. Nunc ingrediamur ſingulas ſpecies cenſuræ, inter quas principem locum obtinet excommunicatio. Ideo

De Sententia Excommunicationis.

TITULUS XII.

2407 Excommunicatio plura denotare valet.

OMnis excluſio à communione dici valet excommunicatio, unde in genere relegatus, exul, dici valet excommunicatus. Toloſanus 31. *ſyntagmatum c.* 8. & per peccatum à Deo ejectos, etiam excommunicatis adnumeratur. *c. audi. c. certum eſt.* 24. *q.* 3. Hìc ſumitur pro pœna Eccleſiaſtica: & eſt cenſura, qua Baptizatus ſegregatur à corpore Chriſti reali, & myſtico. *c. quærenti. de verb. ſign. c. ſi quem* 59. *de ſent. excom. c. nihil.* 11. *q.* 3. *c. cum non ab homine. de judiciis. c.* 1. *de exceptionibus in* 6. Scotus *in* 4. *diſt.* 18. *q. un.* §. *de quinto. v. reſpondeo.* ibi: *eſt excluſio alicujus à communione fidelium.* D. Bonav. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *n.* 59. dicens excommunicatum non excludi ab interna caritate. Magiſter in 4. *diſt.* 18. § *eſt, & aliis.* Caram. *tom.* 1. *regular. n.* 1746. & 1747.

Quid ſit.

Explicatur.

Dicitur *ſegregatio à Corpore Chriſti reali, & myſtico*, quia excommunicatio per ſe tendit ad excludendum à participatione Sacramenti Euchariſtici, unde nomen ab initio ſumſit, & etiam excluditur à participatione corporis myſtici, hoc eſt à communione fidelium, & ſic numeratur inter maximas pœnas.

Qualis pœna Excommunicationis.

CAPUT I.

2408 Excommunicatio eſt pœna medicinalis.

EST medicinalis. *c. cum medicinalis. de ſent. excomm. in* 6. *c. multi* 28. 2. *q.* 1. eſt loco gladii temporalis, quo homo veteri lege necabatur. Numerorum 17. Toloſan. 31. *ſyntagmatum c.* 9. *n.* 4. & ſic dicitur gladius, & mucro Eccleſiæ ſpiritualis. *c. viſis.* 16. *qu.* 2. D. Cyprianus *epiſt.* 62. Eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ nervus, & cardo. Clem. 1. *de ſent. excom.* Trid. *ſeſ.* 25. *de reform. c.* 3. morti comparatur *c. abeſt.* 11. *q.* 3. *c. per venerabile. qui filii ſint legitimi.*

Excommunicatus traditur ſatanæ. 1. ad Corinth. 5. ibi: *tradidi hujuſmodi hominem ſatanæ.* Verùm ut hujuſmodi diſtinctius.

An excommunicatio ſit pœna omnium maxima?

§. I.

2409 Et eſt omniū maxima ut medicinalis.

DIſtinguas: vel ſumitur pœna, pro ut medicinalis, vel pro ut eradicans. Si ut medicinalis, eſt omnium maxima. *c. cum medicinalis. de ſent. excom. in* 6. *c. corripiantur.* 24. *q.* 3. Probus *in additione ad Monachum in rubrica de ſent. excom. in* 6. *n.* 1. Diciturque æternæ mortis damnatio. *c. nemo Epiſcoporum.* 11. *q.* 3. & eſt pœna, & medicina, ut ictus Medici aperientis apoſtema; eſt pœna ut ſeparans à communione fidelium, eſt medicina, ut tendens ad retundendam contumaciam delinquentis. D. Bonav. *q.* 1. *n.* 56. & *q.* 6. *n.* 81.

Secùs ut eradicans.

Si verò ſumatur ut eradicans; tunc excommunicatio non eſt omnium maxima pœna, quia non eradicat ab Eccleſia, nec perpetuò inhabilitat ad exercitationem, & functiones Eccleſiaſticas. Sed maxima pœna eſt degradatio realis, quæ exterminat reum ab exercendis Eccleſiaſticis functionibus perpetuò. Felin. in *rub. de ſent. excom. n.* 1.

Quomodo dicatur, tradidi Satanæ.

1. *ad Corinth.* 5.

§. II.

2410 Tradere Satanæ per excommunicationem quid ſignificet.

MUltis modis, ſcilicet in quantum ſeparatur à communione Eccleſiæ, cujus caput eſt Chriſtus Dominus. *c. omnis Chriſtianus.* 11. *q.* 3. ut enim in Eccleſia eſt Chriſtus Dominus, ità extra communionem Eccleſiæ eſt Satan. Toloſanus 4. *partitionum juris Canonici. tit.* 16. *c.* 1.

Secundo ex Magiſtro *diſt.* 18. §. & *eſt alius modus*, ubi D. Bonaventura *q.* 1. *n.* 75. excommunicatus traditur Satanæ, quia non protegitur ab Eccleſia, nec à Chriſto Domino, qui ſubtrahit ſubſidia ſuffragiorum, Sacramentorum, & abundantiam gratiarum; & ſic dæmon in excommunicato majorem habet poteſtatem, violentiori dominatur imperio, & Angelus cuſtos non adeò cuſtodiæ aſſiſtit hilaris, ac lætus. *c. audi.* 11. *q.* 3. Felin. & Abbas *in rub. de ſent. excom. n* 4.

Tertio dicitur tradi Satanæ, quia in Eccleſia primitiva cacodæmones illicò excommunicatum vexabant. 1. ad Corinth. 5. D. Bonav. *loc. cit. num.* 57.

Hodie ſi non ſenſibilitèr, certè inviſibilitèr Satan excommunicatum urget, multò magis, quàm ſimplicem peccatorem: unde excommunicatio terribiliſſima eſt pœna pro manute-

Digitized by Google

nendis fidelibus ſub Eccleſiaſtica diſciplina. Trid. *ſeſ.25.de reform.c.3.*

Quid ſit anathema?

§. III.

2411 Quid anathema, & in quo cum excomm. conveniat.

EXecrationem, maledictionem ſignificat. D. Hieronym. ad *Galatas c.1.* ubi dicitur *anathema* hoc eſt mortis damnatio. *c.nemo Epiſcoporum 41.11.q.3.*

Confunditur multoties cum excommunicatione ſolemnitèr lata contra incorrigibilem. *c.engeltrudam.3.q.4. c.cum non abſolutione. 10. de judiciis c.1.de locato.*

An ſententia cenſura ſit rarò, & conſiderate ferenda?

2412 Cenſura nõ facilè, ſed rarò, & conſideratè ferenda.

AFfirma: nam eſt maxima pœna. *c. corripiantur.29.q.3.* & ſic conſideratiſſimè ferenda; enim verò etiam civilia jura graviſſimas pœnas, non niſi rarò infligunt, & eſt culpa graviſſima. *l.in hac lege. D.ad l.Corn. de ſicariis.* Si Apoſtolus rariſſimè excommunicavit, & in omnibus Epiſtolis tribus vicibus invenitur excommunicationis gladium arripuiſſe contra fidelem criminoſum. 1.ad Corint. 5. ubi excommunicavit inceſtuoſum. 2. ad Thimot. ubi excommunicavit blaſphemum: unde fatuos vocat pronos ad excommunicandum Scotus in 4. *diſt.19.q.un.§.de quinto.v.frequent ſiquidem.*

An ſententia excommunicationis tranſeat in rem judicatam?

2413 Sententia excom. non tranſit in rẽ judicatam.

NEga; nam ſemper eſt medicinalis. *c. cum medicinalis. de ſent. excom. in 6.* & medicina ceſſat ceſſante morbo. Gloſ. *in c. ad reprimendam.8.v.ſuſpendatur.de officio Judicis ordinarii*, & ſic ſemper peti valet abſolutio, & ſic nunquam tranſit in rem judicatam.

Quotuplex ſit excommunicatio.

§. IV.

2414 Diviſiones generales excomm.

HAbet excommunicatio communes cenſurarum diviſiones, ut alia ſit à jure, alia ab homine: alia ſit lata, alia ferenda: alia generalis, alia particularis: alia pura, alia ſub conditione. Secondo propriè dividitur excommunicatio in majorem, & minorem. Breviter curramus ſingula.

Hic propriè in majorem, & minorem dividitur.

2415 Excomm. lata à lege, durat mortuo Legiſlatore.

Primo, excommunicatio à lege lata durat mortuo Legiſlatore. *c.nemini dubium. de officio delegati*, & exigit omnes legis conditiones, ut ſcilicet ſit ad bonum publicum, utilis, de re poſſibili, neminem ſine cauſa æquè delinquentem excipiat. *c.erit. diſt.4. l.ſi quis in gravi. D. ad Syllanianum.* D.Tho.1.2.*q.5.art.3. ad 4.*

2416 Secus ſi per ſententiam generalem feratur ab homine.

Ab homine per ſententiam generalem latam extinguitur mortuo ferente, vel Epiſcopo amoto; ſententia namque reſpicit ſtatum rei præſentem, ac ſtrictè interpretanda. Gratianus *d.274.n.11.* Molina *4.de primogeniis. c.5.n.20.*

Judex ferens ſententiam cenſuræ ſecundum allegata contra veritatem, non ligat. *c. inquiſitioni 44.*, ubi Abbas *de ſent. excom.* ubi uxor certa de impedimento dirimente non poteſt, nec debet reddere debitum, etiam Superiore præcipiente ſecundum allegata, & probata ſub pœna excommunicationis ipſo facto.

De Excommunicatione Majori, & Minori.

CAPUT II.

2417 Excomm. alia major.

DAtur excommunicatio major, & minor. *c. ſi quem.59. c.nuper.29. de ſent. excom.* Felinus, & Abbas *in rub.de ſentent. excom. n.3.* Argentina *in 4. diſt.19. art. 4.* Caram. *in regul. tom.1.n.1746.*

2418 Quæ ſeparat à corpore reali, & myſtico Chriſti Domini.

Major ſeparat à corpore reali, & myſtico Chriſti Domini plenè, hoc eſt privat participatione rerum divinarum, & Eccleſiaſticarum communium activè, & paſſivè, ſcilicet nec dare, nec recipere poteſt Sacramenta, beneficia, ſuffragia, &c. *c. engeltrudam. 3. q.4. c.ad menſam. §. aliquando. 11. q. 3. c. à nobis. de except.* D.Bonav. & Navarrus *c. 27. n.1.*

2419 Aut minor quæ non dividit ab omni participatione Sacrorum.

Minor verò non excludit ab omni participatione corporis myſtici Eccleſiæ, ſed ſolùm à paſſiva receptione Sacramentorum ſubmovet. *c. ſi quis. de ſent. excom.* & etiam removet ab electione paſſiva: hoc eſt, nec Sacramenta recipere valet, nec eligi poteſt ad beneficium, dignitatemque. *c. ſi quem. 59.* ubi Abbas *de ſent. excom. c. à nobis de exceptionibus.* ubi Felinus *c.ſtatuimus.3. de ſent.excom. in 6. c. ſi celebret.* ubi Abbas *n.1.de cler.excom.min.*

2420 Excom. minor non fertur ab homine.

Minor hæc excommunicatio ab homine non fertur. Felin. *in rub.de ſent. excom.*

Quis poſſit ferre minorem excommunicationem?

§. I.

2421 Minor excomm. poſſet ferri ab homine.

SEcundum ſe, qui poteſt ferre majorem, fortiùs poteſt ferre minorem excommunicationem. In hoc enim minus ineſt majori juriſdictioni. *c. ſi celebret.de Cler.excom.min.l.in eo. D.de reg. juris.*

Sed actu nõ fertur.

Actu tamen ab homine non fertur. Felinus *in rub.de ſent.excom. n.3.*

Ex diſpoſitione legis incurritur.

Sed contrahitur ex diſpoſitione legis regularitèr, ut ſiquis communicet cum excommunicato majori excommunicatione. *c. nuper. de ſent.excom.c.cum excom.c.ſi quis frater.11.q.3.* & ceteræ minores excommunicationes receſſerunt ab uſu.

An nomine excommunicationis veniat excommunicatio major, non minor?

2422 Nomine excomm. venie major, non minor.

AFfirma: ex ſpeciali diſpoſitione juris. *c. ſi quem.59.* ubi Abb. *de ſent. excom. c.ſuper nis.de ſponſalibus.c.ad audientiam. c. ſignificaſti. 2.de homicidio.*

An excommunicatus minori excommunicatione peccet miniſtrans aliis Sacramenta?

§. II.

2423 Cum minori excommunicatione miniſtrans aliis Sacramenta non peccat.

NEga; nam minor excommunicatio non ſubmovet à dandis, ſed à recipiendis Sacramentis. *c. ſi celebret. de Cler. excomm. min. c. ſi quem. 59. de ſent. excomm.* & ſic nullius præcepti tranſgreſſor dans alteri Sacramenta. Navar. *c.27.n.24.* Henriq. *lib.13. c.3. §.1.* Ugolinus *tab.3.c.6. §.2.* Suarez *de cenſuris diſp. 24. ſect.2. n. 7.* contra Innocentium *in c. ſi celebret. de Cl.excom.min.* Covarr. *in c.alma.p.1.§.8.n.2.* Sancium, Toletum, & Cajetanum. v. *excom. minor.* ajentes eſſe veniale.

An celebrans cum minori excommunicatione ſit irregularis?

2424 Celebrans cum minori excomm. nõ ſit irregularis.

NEga. *c. ſi celebret. de Cler.excom.min.* nullo enim jure eſt expreſſa aliqua pœna contra iſtum celebrantem, & ſic non imponenda. *l.in venditione. D. de bonis auctoritate Judicis. c.de cauſis.1.de offic.delegati.*

Qui Sacerdos abſolvat ab excommunicatione minori?

§. III.

2425 Omnis Sacerdos, qui abſolvit à mortalibus, abſolvit ab excomm. minori.

OMnis Sacerdos abſolvens à mortalibus, poteſt abſolvere à cenſura minoris excommunicationis. Sotus *in 4.diſt.22. q.6.art.2.* Sylveſt. Angel. Cajet. v. *abſolutio.* Patet ex *d.c.nuper.de ſent.excomm.* ubi hæc cenſura non reſer-

vatur;

vatur; ergo poteſt abſolvi à quolibet Cooſeſſario. imò aliqui volunt ſimplicem Sacerdotem poſſe ab iſta cenſura abſolvere; nam cum quilibet poſſit abſolvere à peccatis venialibus, dummodo ſit Sacerdos, poterit etiam abſolvere à cenſura minoris excommunicationis, quæ ex peccato veniali contrahitur, niſi quis communicet in crimine crimino ſo cum excommunicato. *c.* 1. *de officio Vicarii in* 6. (1)

An duo Sacerdotes innodati minori excommunicatione valeant ſe invicem abſolvere?

2416 Duo Sacerdotes innodati minori excommun. valent mutuò ſe abſolvere.

AFfirma: ex textu formali *in c. duobus.* 56. ubi Abb. & Felin. *n.* 1. *de ſent. excomm.* non enim minor, ſed major excommunicatio juriſdictionem abſolvendi impedit, & abſolvere à cenſuris non eſt Sacramenta recipere, quod minori excommunicatione inhibetur. *c. ſi celebret. de cle. excomm. min.*

Cauſa Effectiva.

CAPUT III.

Requiſita, ut teneat excommunicatio lata à jure?

§. I.

2417 Excomm. à Jure habeat conditiones legis.

UT valeat excommuoicatio lata à jure, debet habere conditiones legis, & ſic debet eſſe ad bonum commune. D. Thom. 1. 2. *qu.* 95. *art.* 3. *ex c. erit. diſt.* 4.

Hinc ſi non ſit ad bonum commune, non eſt valida, dummodo pro futuris temporibus non conducat ad bonum. Cornejus *de conſ. diſp.* 2. *dub.* 4.

Secundo, exigit ut ſit utilis, nec officit quòd pro aliqua parte ſit nociva; nam utile per inutile non vitiatur. *l.* 1. *§. idem petitur. D. de aqua quotidiana, & æſtiva. c. inutile. c. non debet. de reg. jur. in* 6. Caſtrenſis *lib.* 1. *conſ.* 431. *n.* 2.

Tertio, cenſura debet eſſe de re poſſibili, & honeſta ſecundum mores patrios, nam ad impoſſibile, & inhoneſtum nemo tenetur. *l. ſi quis in gravi. D. ad ſyllanianum. l. impoſſibilium. D. de reg. jur.* D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4.

Requiſita, ut ſententia excommunicationis ab homine teneat.

§. II.

2418 Si feratur ab homine, quæ requirat.

PRimo requiritur, ut ferens utatur ratione, & ſic non ferat in ebrietate, vel furore. *c. luxorioſa. diſt.* 35.

Secundo ferens debet eſſe Clericus. *c. bonè quidem. diſt.* 96. *c. in nova.* 16. *q.* 7. Covar. *in c. alma.* 1. *§.* 11. *n.* 3. Suarios *lib.* 3. *contra Regem Angliæ. c.* 15. *n.* 2. de qua dictum eſt ſupra.

Hinc Abbatiſſa non poteſt excommunicare, licèt aliqui velint poſſe habere juriſdictionem ſpecialem, ut ſunt Rodriq. *tom.* 1. *q.* 17. *art.* 12. Miraoda *in tr. de ſacris monialibus. q.* 6. *art.* 5. *concl.* 1.

Hinc de facto excommunicare non poſſunt. An verò diſpenſante Summo Pontifice poſſint, diximus ſupra.

Tertio requiritur, ut non ſit ſoſpenſa excommunicatio, vel juriſdictio excommunicantis, & ſic ſi Vicarius ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus non poteſt excommunicare; nam tunc eſt impedita juriſdictio. *c. Romana. de officio Vicarii in* 6. Sayrus *lib.* 1. *c.* 15. *n.* 32.

Quarto requiritur, ut cenſura ſivè à lege, ſivè ab homine feratur in ſubditum legitima monitione præmiſſa. *c. ſacro.* 48. *c. à nobis.* 21. ubi Abb. *n.* 4. *de ſent. excom.* D. Tho. 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *in corpore.* nam requiritur vis coercitiva, quæ tantùm exerceri poteſt circa ſubditum. ad Romanos 14. ibi: *quis es tu, qui judicas alienum ſervum. c. ſcriptum.* 6. *q.* 3. Imò licèt deinde accedat ratihabitio Superioris proprii, non convalidatur. Cornejus *de cenſuris. diſp.* 2. *dub.* 7. nam nemo poteſt ratum habere, quod ipſius nomine non eſt geſtum, ut ait textus in *c. ratum.* 9. *de reg. juris in* 6. *& in l. ſi pupilli.* 6. *§. ſed ſi ego. D. de negotiis geſtis. c. penult. de ſent. excom. in* 6. Menoch. *conſ.* 191. *n.* 83. Surdus *dec.* 33. *n.* 13. 2419 Cenſura in ſubditum ferenda præmiſſa monitione.

An Papa poſſit excommunicari?

NEga; nam nulli eſt ſubditus. *c. ſi Papa. diſt.* 40. *c. nemo. c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. *c. in ſcriptis. diſt.* 96. Et ſic nequit excommunicari, nec à jure, nec ab homine; nam coactivè nemini ſubjicitur, & eſt ſupra jus. *c. propoſuit. de conceſſione præbendæ. c. nemo judicavit.* 9. *q.* 3. Extravagans *unam ſanctam. de major. & obedientia.* Par enim in parem non habet imperium. *l. nam, & magiſtratus. D. de receptis arbitris. l. ille à quo. §. tempeſtivum. D. ad Trebellianum. c. inferior. c. denique. diſt.* 21. *c. innotuit.* 20. *de electione.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 438. *num.* 9. Surdus *conſ.* 47. *n.* 11. Ricc. *p.* 5. *collect.* 1094. de Thomaſettis *in floribus legum. regula* 218. 2410 Papa nequit excommunicari.

An verò excommunicari poſſit à Concilio Generali legitimo?

NEga; nam Concilium Generale non eſt ſupra Summum Pontificem, ſed infra. D. Tho. *opuſ.* 19. Turrecremata *lib.* 3. *ſummæ Eccleſiæ.* Bellarminus *tom.* 2. *lib.* 2. *controverſiarum per multa capita.* Paſtor autem eſt ſupra ovile, & Pontifex eſt totius Eccleſiæ Paſtor, & Rector. Conc. Florentinum *ſeſſ.* 3. Patet ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. & Conc. Lugdunenſi. *ex c. periculum de elect. in* 6. *& ex c. cum ex eo. de pœnit. & remiſſ. & c. propoſuit. de conceſſione præbendæ. & ex c. ſynodum. diſt.* 17. Eſt contra Almaynum *lib. de comparatione Papæ, & Concilii.* contra Gerſon. *in tr. de poteſtate Papæ*, & contra aliquos Pariſienſes, volentes Concilium legitimum eſſe ſupra Papam, quod ſi ſumatur Concilium Generale, prout includit Summum Pontificem, tunc nec authoritas Concilii eſt ſupra Papam, ſed eſt ipſamet authoritas Papæ. *c. Synodum. c. regula. c. multis. c. Sacerdotum. diſt.* 17. & ſic nec poteſt excommunicari à Concilio; nam excommunicaretur à ſe ipſo, & fieri nequit; qua ratione nec à Pontifice ad Concilium appellari poteſt. *c. ipſi ſunt* 9. *q.* 3. (2) 2411 Nec à Concilio Generali.

Hinc patet Summum Pontificem non poſſe ex-

(1) Etſi communiter DD. antea docuerint ſimplicem Sacerdotem poſſe abſolvere à venialibus, aut à lethalibus aliàs confeſſis, imo aliqui id ei Jure Divino competere dixerunt, ut videre eſt penes Salmanticenſes *de Pœnit. cap.* 9. *punct.* 2. Attamen Decreto Innoc. XI. *Cùm ad aures.* 12. Februar. 1679. id vetatur his verbis: „ Non permittant (ideſt Epiſcopi) ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. „ Vide inſuper Adnotat. 21. *ad lib.* II. *tit.* 8. *c.* 9. *§.* 1. *num.* 1099.

(2) Non te prætereat hic optime Tyro obſervare Propoſitionem inter damnatas ab Alexandro VIII. ordine XXIX. quæ ſic habet „ Futilis, & „ toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Romani „ ſupra Concilium Oecumenicum auctoritate, at„ que in Fidei quæſtionibus determinandis infalli„ bilitate „ & ejus expoſitores. Vide præter ab Auctore laudatos, Cardinalem Sfondrati in ſuo Regali Sacerdotio *par.* 2. *per totam.* Chriſtianum Lupum ad Dictatum Gregorii VII. *c.* 18. & 19. Schelſtratum, aliosque.

Digitized by Google

excommunicari, nec ab alio Summo Pontifice, quia ſunt paris juriſdictionis, & par in parem non habet imperium. *l. nam & magiſtratus. D. de receptis arbitris. l. ille, à quo. §. tempeſtivum. D. ad Trebellianum. c. inferior. diſt. 21.*

Patet etiam Pontificem non poſſe condere legem, aut concedere privilegium à ſucceſſore irrevocabile; nam non eſt majoris poteſtatis.

Sed quid dicendum.

Si Papa ſit ſuſpectus de hæreſi, an inquam tunc à Concilio Generali poſſit excommunicari?

2432 Papa ut homo privatus videtur poſſe errare, nõ ut Pontifex.

RES eſt difficilior, & remittenda ad Controverſiſtas; an inquam in quo Summus Pontifex poſſit errare? Et recepta eſt ſententia, quòd non ut Pontifex, ſed ut privatus homo errare poſſit ex *c. ſi Papa. diſt. 4. & c. à recta. 24. q. 2.* Covarr. *lib. 1. variarum c. 10. num. 12.* Tuſc. *tom. 2. concl. 522. n. 26.* Cajetanus *de authoritate Papæ c. 9.* Bandez *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2. concluſ. 1.*

2433 Si eſſet hæreticus à Generali Concilio poſſet excommunicari.

Et ſic ſi eſſet hæreticus, tunc poſſet à Concilio Generali excommunicari; quia illicò, ac eſt hæreticus jure divino eſt depoſitus, & donec etiam ab Eccleſia deponatur, etiam ejus acta tenent de errore communi. Suarius *ſect. 6. diſp. 10. n. 6. de fide.* Azorius *p. 2. lib. 4. c. 7.* Cornejus *diſp. 2. dub. 7.* & poſtquam à Concilio depoſitus eſt, poteſt puniri, quia tunc non eſt Papa, ſed ſubditus.

An Pontifex poſſit ſponte ſe alteri excommunicandum ſubjicere?

2434 Nequit Papa ſe ſubjicere alteri excõmunicandũ.

NEgat Valentia *tom. 3. diſp. 5. qu. 11. p. 1.* D. Tho. *in 4. diſt. 19. q. 1. art. 3. qq. 3.* Riccardus *in 4. diſt. 18. art. 4.* Paludan. *q. 2.* nam poteſtas delegata, non eſt major poteſtate delegantis.

An Prælatus inferior poſſit quandoque excommunicare Superiorem, vel æqualem?

§. IV.

2435 Inferior nequit Superiorem, vel æqualem excommunicare.

NEga abſolutè. *c. cum inferior. de major. & obedientia.* Surd. *conſ. 56. n. 6. vel conſ. 78.* Cardoſus *in 4. v. lex 9.*

Hinc Epiſcopus ſuffraganeus non poteſt excommunicare Archiepiſcopum, cui eſt ſuffraganeus; licèt Archiepiſcopus delinquat in territorio Epiſcopi; nam pro tota Provincia eſt Superior, & ſic ab inferiori excommunicari nequit; Si verò delinquat extra Provinciam, tunc ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi delinquit, poteſt excommunicari; nam ſe habet in tali loco, ut perſona privata. *l. 3. D. de officio Præſidis. l. fin. D. de juriſdictione omnium judicum.*

2436 Secùs ſi delinquat in ſua Diœceſi.

Sed eſt alia difficultas.

An Epiſcopus ligetur excommunicatione lata in Synodo?

2437 Epiſcopus Synodo Diœceſanæ non ſubditur.

NEga: quia Concilium Diœceſanum, non eſt ſupra Epiſcopum. Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 17. n. 33.* contra Medinam *p. 2. q. 96. art. 5. dub. 2. concl. 1.*

Sed quærendum eſt eodem modo.

An Archiepiſcopus ligetur excommunicatione lata in Synodo Provinciali?

2438 Archiepiſcopus verò ſubditur Synodo Provinciali.

AFfirma: quia in illa Synodo eſt non tantùm ejus authoritas, quàm cæterorum Epiſcoporum, nec Archiepiſcopus poteſt totam Provinciam obligare. *c. grave nimis. de præbendis. c. ſicut. de exceſſ. Prælat.* Cornejus *loc. cit.*

An æqualis poſſit excommunicare æqualem?

2439 Æqualis nequit æqualẽ excommunicare.

NEga. D. Tho. *in addit. ad 3. par. q. 22. art. 4.* Navar. *c. 27. n. 6.* ex ratione, quia par in parem non habet imperium. *c. 1. de locato. c. innotuit. de elect.* Clar. *§. fin. q. 38. n. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. c. 438. n. 9.* niſi unus alteri ſe ſpontè ſubjiciat. Scaccia *de appellat. qu. 2. n. 10.* Tuſc. *lit. B. concl. 89.* Sed hæc diſplicet aliis.

Hinc nemo poteſt ſe ipſum excommunicare, nec ſe ipſum abſolvere. *c. quod autem. de pænit. & remiſſ.* Farinac. *in fragm. criminal. par. 1. lit. A. n. 11.*

An Clericus ludens cum Epiſcopo contrahat excommunicationem ab ipſo latam contra Clericos ludentes?

2440 Clericus ludens cum Epiſcopo non incurrit pœnas contra ludentes latas.

NEga; quia cenſetur diſpenſare cum illo. Cornejus *diſp. 2. n. 7.* contra Sayrum *lib. 3. Theſauri c. 40.*

An teneat excommunicatio lata in cauſa propria à Judice?

2441 In cauſa propria nun dicitur Jus.

NEga. Cornejus *loc. cit. diſp. 2. dub. 8. ex c. querelas. 33. qu. 4.* contra Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 2. q. 9. n. 115.* quia nemo Judex in cauſa propria. *c. 1. 4. q. 4. c. inter querelas. 23. q. 4.*

An Judex Eccleſiaſticus facta revelatione valeat cogere debitorem principalem laicum ad reſtituendum ſub pœna excommunicationis?

§. V.

2442 Judex Eccleſiaſticus nequit facta revelatione cogere laicũ ad reſtituendum, ſi ſit paratus ſtare juri corã Judice ſuo.

DIſtinguas: vel debitor ſecularis monitus comparet in termino, offerens ſe paratum ſtare juri coram Judice ſuo competenti, & ſic inſtat, ut deſiſtatur à monitoriis: vel monitus non comparens eſt contumax; & ſic excommunicatur in contumaciam.

Si primum, nequit cogi à Judice Eccleſiaſtico ad reſtituendum, ſed debet remitti ad Judicem ſuum competentem; nam debet ex actis ſua jura proferre, & ſic coram Judice competente, non coram Eccleſiaſtico incompetente. Joannes Andreas, Bart. Abbas *in c. novit. n. 53. de judiciis*, aliàs Judex Eccleſiaſticus omnes lites, & perſonas coram ſe traheret, quod abſurdum eſt. Guidon Papa *ſingulari 707.* Guttier. *1. Canonicarum. c. 11. n. 84. & 86.*

2443 Secùs ſi nolit ſtare Juri coram ſuo Judice, tunc non abſolvitur.

Si ſecundum, tunc cogit indirectè ad reſtituendum denegata abſolutione à cenſura, niſi reſtituat ob cauſæ connexionem; idque ut à peccato liberetur reus, de qua Eccleſiaſticus cognoſcit. *c. novit. de judiciis.* Guttier. *loc. cit.*

Verùm tantiſper te hìc detentum volo; ſi enim excommunicatus ob contumaciam velit contumaciam purgare, & refectis expenſis, coram Judice competenti petit cauſam remitti, non video cur abſolvi non debeat, ut deinde ad ſuum Judicem commigrari valeat, merita juſtitiæ propalaturus.

Cauſa Materialis excommunicationis.

CAPUT IV.

2444 Cauſa neceſſariò requiritur ad excommunicandum.

NEquit Superior validè, aut licitè excommunicare ſine cauſa; nec ſufficit ita ſibi placere. *c. nemo Epiſcoporum. 11. qu. 3. c. ut evidenter. 1. qu. 1. c. ſi quis non recte. 24. qu. 3. c. ſacro. de ſent. excomm.*

2445 Requiritur peccatum mortale.

Patet ex dictis cùm de cenſuris in communi, & ſic requiritur peccatum mortale externum cum contumacia illius, qui excommunicatur. Unde nequit excommunicari uxor ob delictum viri, nec filius pro delicto patris, nec ſubditus pro delicto Superioris. *l. ſi habes. 24. q. 3. l. neque ex ejus. C. ne filius pro patre. l. nec filius. D. de rebus creditis.* D. Thom. *2. 2. qu. 108. art. 4.* Pœna namque, ut excommunicatio culpoſum ſequitur. D. Auguſt. *lib. 1. retractationum. c. 9.* Alphon-

ſus

Digitized by Google

ſus de Caſtro *de lege pœnali lib.* 1. *c.* 3. nam anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. Ezechiel 18. *c. jam itaque.* 1. *q.* 4. *c. quæres. de conſecr. diſt.* 4.

2446 Nequit ferri pro veniali. Hinc etiam fit, excommunicationem non poſſe ferri pro veniali culpa. *c. nemo Epiſcoporum.* ibi: *nonniſi pro mortali debet imponi crimine.* 11. *q.* 3. *c. nullus Sacerdotum.* 11. *q.* 7. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de reform.* nam pœna debet eſſe æqualis culpæ. *l. ſancimus.* 22. *C. de pœnis. c. non afferamus.* 24. *qu.* 1. *c. felicis.* §. *illud. de pœnis in* 6. Itaut excommunicatio lata pro veniali ſit nulla, nam eſſet contra legem naturæ, cui debet initi lex poſitiva. *l. inter claves. C. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

Dices: peccatum veniale poteſt eſſe correctionis capax; ergo poteſt contra illud ferri cenſura excommunicationis.

Reſpondetur, quòd non ſolùm requiritur correctio, ſed etiam ut pœna ſit æqualis delicto culpæ.

2447 Nec pro interno peccato. Hinc infertur, quòd pro peccato purè interno nemo contrahat excommunicationem. D. Tho. 1. 2. *q.* 91. *art.* 4. Paludan. *in* 4. *diſt.* 17. *qu.* 2. *art.* 2. & patet ex 1. ad Corinth. 4. ex *c. ſicut tuis. de ſimonia.* ibi: *non judicat de occultis*, & *c. erubeſcat.* ibi: *ſecretorum autem cognitor Deus. diſt.* 32. & *c. Chriſtiane.* 32. *qu.* 6. *c. cogitationis. de pœnit. diſt.* 1. ibi: *non habent latentia peccata vindictam.* Ex quibus jam patet, qualis debeat eſſe culpa, ut feratur excommunicatio.

De Denunciatione excommunicationis.

§. I.

2448 Lata excom. eſt denuncianda. POſtquam excommunicatio lata eſt, denuncianda eſt. *c. cura.* 11. *qu.* 3. *c. pervenit.* 1. *de appellat. c. Parochianus. de ſent. excomm.* & facienda eſt ab illo, qui excommunicavit. *c. de illis. de raptoribus.*

2449 A quo eſt denuncianda lata ab homine. Si excommunicatio ſit lata ab homine, eſt facienda denunciatio ab illo, qui excommunicavit.

Si verò ſit lata à jure, denunciari debet ab Ordinario loci. *Clem.* 2. *de pœnis.* §. *locorum.* & *Clem.* 1. *de privilegiis*, quæ denunciatio fieri poteſt etiam ſi quis appellavit ab excommunicatione. Scaccia *de appellat. q.* 17. Cænedus *ad decretum collect.* 42. *n.* 1. quod intelligas pro ut ſupra dicebamus de appellatione ab excommunicatione.

2450 Si à Jure citandus reus. Ante denunciationem excommunicationis juris debet citari reus; nam locus defenſionis concedendus eſt, ſecùs ſententia, & declaratio nulla erit, tanquam lata contra indefenſum. *c. ſuſceptus. de cauſa poſſeſſionis.* Covarr. *in c. alma. par.* 1. §. 9. *n.* 6. Cornejus *diſp.* 7. *de excom. dub. un.* & citatio debet fieri modo quo ſupra explicuimus: nec occurrunt plura præter dicta in communi, quæ de excommunicatione dici poſſint. ideò pergamus ad ejus effectus.

De Effectibus Excommunicationis.

CAPUT V.

UT deprehendas quàm horridè, quàm terribile ſit excommunicationis fulmen, quo homo traditur Satanæ. *c. omnis.* 11. *q.* 3. moritur Deo, ut ejus ſpiritu non vivificetur. *c. nihil.* 11. *qu.* 3. congeriem effectuum indigitemus, & detegamus brevi diſtincto, ſed pleno laconiſmo. Sunt autem. 2451 Excommunicationis effectus.

Primo, ut Inſordeſcens per annum in excommunicatione ſit ſuſpectus de hæreſi. Secundo, ut non poſſit miniſtrare. Tertio, ut non poſſit recipere Sacramenta. Quarto, ut non poſſit conficere Sacramenta. Quinto, ut non poſſit conſiſtere ſacris nomine Eccleſiæ factis. Sexto, ut privetur Eccleſiaſtica ſepultura. Septimo, ut non poſſit beneficia conferre, ad illa præſentare, eligere, poſtulare. Octavo, ut non poſſit illa recipere. Nono, ut fructus beneficii ſuos non faciat. Decimo, ut privetur juriſdictione, ſaltem quoad actum ſecundum exercendam. Undecimo, ut ab omni actu judiciali excludatur agendi, excipiendi, poſtulandi, procurandi, recipiendi ſcripturas, &c. Duodecimo, ut ab omni politico commercio excludatur. 2452 Duodecim enumerantur.

Nos antequam ſingulos percurramus, neceſſariam prænotionem exponamus Extravagantis *ad evitanda.*

De Excommunicato tolerato, & non tolerato.

§. I.

EXcommunicatus non toleratus, ſive evitandus eſt denunciatus per cedulonem nominatim, vel publicus percuſſor Clerici, itant nulla valeat tergiverſatione celari, dicta Extravagans *ad evitanda.* 2453 Differentia inter excõmunicatum toleratum, & evitandum.

Toleratus eſt quivis alius.

Cum tolerato, non verò cum evitando licet communicare in divinis, & humanis; idque ſtatutum ad conſulendum fidelibus timoratis, & ad evitanda ſcandala ex Concilio Conſtantienſi in Conſtitutione *ad evitanda*, quæ fuit una ex concordatis perpetuò duratura ab anno 1417. idque faſſus eſt Papa Martinus V. requiſitus, qui reſpondit interroganti de dicta Conſtitutione Epiſcopo Bononenſi ſe velle illam ſemper duraturam pro toto orbe. Quæ Conſtitutio incipit: *Inſuper ad evitanda ſcandala.* Hactenus Summus Pontifex. D. Antoninus. (3)

Infor-

(3) Extravagans hæc *ad evitanda*, ſub nomine Martini V. tanquam edita in Concilio Conſtantienſi, refertur à S. Antonino *par.* 3. *tit.* 25. *c.* 3. & *in tract. de Cenſuris cap.* 83. & ab aliis Doctoribus, qui veroſimiliter, ſecundum Van-Eſpen, ejus auctoritati, & fidei acquievere: quamvis in Actis Concilii Conſtantienſis non legatur, ſed tantùm in Concilio Baſilienſi *ſeſſ.* 20. habeatur; quodque Concilium inter Scriptores Eccleſiaſticos parvas non habet difficultates, quæ Conſtantienſi Concilio refundi poſſent, ut examinas Suarez infra citandus. Nihilominus communi Eccleſiæ conſenſu, & praxi receptus eſt uſus Extravagantis prout refertur editæ à Martino V. repudiato tenore ejuſdem prout legitur in Concilio Baſilienſi, ut mox patebit, etſi Baſilienſe Concilium Conſtantienſi fuerit tempore poſteriùs. Extravagans *ad evitanda* relata à S. Antonino tenoris eſt ſequentis: „Ad evitanda ſcandala, & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis, quòd nemo deinceps à communione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcunque divinis, vel extra, prætextu cujuſcunque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel à jure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſervare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura hujuſmodi fuerit, in, vel contra perſonam, Collegium, Univerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum à Judice publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſſe. Salvo ſi quem, pro ſacrilega manuum injectione in Clericum, in ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiverſatione celari, neque alio ſuffragio excuſari. Nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas Sanctiones.“

Circa laudatam Conſtitutionem duo breviter adnotan-

Inſordeſcens per annum completum in Excommunicatione.

§. II.

2454 Inſordeſcens per annum in excommunicatione, eſt ſuſpectus de hæreſi.

EST ſuſpectus de hæreſi. Trid. *ſeſſ.25.c.3. in fine.de reform.* Gloſſ.*in c.contingit.de dolo, & contumacia*. Ugolinus *tabula 1. de cenſuris c.14.§.3.n.3.* Covarr. *in c.alma.par.1.§.7.n.10.* Riccius *in praxi excomm.par.1.reſ.*104. Videtur namque contemnere res ſacras, & Eccleſiæ claves, & ſic ſuſpectus malè ſentire de illis. Proverb.18. Anania, & Felio. *in c.poſtulaſti. de homicidio.* Hæc tamen ſuſpicio eſt de levi.

Ad ſecundum effectum.

De Excommunicato miniſtrante Sacramenta.

§. III.

An peccet.

2455 Excommunicatus miniſtrans Sacramenta, peccat.

AFfirma; nam malus Miniſter miniſtrando, & conficiendo Sacramenta peccat. *c.ſi celebret.c.latores. de Clerico excomm.min.* niſi adſint à culpa excuſantia, ſcilicet ignorantia, vel nè infametur ob delictum occultum, vel neceſſitas evitandi grave damnum, ſcandalum, vel urgeat extrema proximi neceſſitas, ratione cujus ſit miniſtrandum Sacramentum Pœnitentiæ, Baptiſmi juris Divini, cui omnis lex humana cedit. Trid. *ſeſſ.14.c.7. c.ſi quem forte.24. qu.1. c.præter. c.verum.diſt.32.* D.Thom. *3.par.q.64. art.6. ad 3.* & ex *c.Apoſtolicæ. de Cler. excomm. min.* Rubrica Miſſalis *tit.de defectibus diſpoſitionis animæ*. Imò tunc nec eſt irregularis abſolvens in articulo mortis. Henriq.*lib.3.de excom. c.11.n.2.* Leander citans XXXVIII. DD.*tom.4. tract.2.diſp.5.q.10.& 11.* contra Covarr.*in c.alma.par.1.§.6.n.8.*

Quis miniſtret moribundo baptiſmum, Sacerdos excommunicatus, an laicus præſens non excommunicatus?

2456 Sacerdos etſi excommunicatus, non laicus præſens, miniſtrat Baptiſmum moribundo.

SAcerdos, quia ex officio id habet. *c. Diaconus, diſt. 93. c.conſtat. de conſecrat.diſt.4.* articulo mortis tollente inhabilitate pro illo caſu. Henriq.*lib.2.c.18.n.3.* Leander *loc.cit.q.9.* contra Suarium, dicens *diſp.11. ſect.1. n.12.* Navarrum *c. 22. n.7.* Imo Lugo *de pœnitentia diſp. 18.ſect.2.n.37.* Leander *loc.cit. q.12.* ait urgente mortis articulo Sacerdotem non excommunicatum non præferri excommunicato in miniſtranda pœnitentia, ſi excommunicatus contritione diſponatur, quia pro illo tempore quivis Sacerdos eſt habilis. Trid.*ſeſ.14.c.7.*

2457 Quid ſi miniſtret Euchariſtiam.

Euchariſtiam etiam miniſtrat non toleratus deficiente tolerato; nam jure divino tunc miniſtranda, & ob eximios, ac uberrimos illius fructus valdè neceſſaria, & proſigua moribundo: unde meritò, nec tempore interdicti Eccleſia vult fideles tanti Sacramenti utilitate privari. *c.alma.de ſent.excom.in* 6.Navarr.*c.24. n.4.*Suarius *3.p.q.82.diſp.72.ſect.9.*contra Hurtadum *diſp.4.diffic.2.*Sayr. *lib.2.de cenſ.c.2.n.21.*

2458 Extremam Unctionem.

Extremam unctionem, quia non eſt neceſſaria, non miniſtrat; ſi moribundus alia via Sacramenta recepit, aliàs miniſtrari debet hoc Sacramentum ob utilitatem extremam; unde ſalus, ſcilicet ut ex attrito evadat contritus. Suarius *de cenſuris diſp.11.ſect.1.n.23.*Bonac.*de cenſuris diſt.2.punct.2.q.2. §.4.n.8.* Palaus *diſp.2. de cenſuris punct.8.n.1,*Diana *q.1.tract.6. reſol.82. v.igitur.* contra Alterium *lib.1.de cenſuris diſp. 7.c.8.§.ſed dubitari.*

2459 Confirmationem.

Eodem modo diſcurras de Confirmatione miniſtranda moribundo impotenti alia Sacramenta recipere, ut fiat ex attrito contritus, Leander *loc.cit.q.20.*

2460 Ordinem.

Ordo autem non confertur ab Epiſcopo excommunicato non tolerato, niſi Provincia, Civitas aliàs careat Sacramenta miniſtrante. Suarius *diſp. 11. de cenſuris ſect.1. n.25.* Diana *p. 5. tract.9.reſol.83.*

De Validitate Sacramentorum collatorum ab excommunicato.

§. IV.

2461 Omnia Sacramenta nõ requirentia juriſdictionem ſunt valida collata ab excomm.

OMnia Sacramenta collata ab excommunicato, etiam vitando ſunt valida, ſi juriſdictionis exercitium ex ſe non exigant; nam excommunicato juriſdictionis exercitium ſuſpenditur; & ſic Sacramentum eſſentialiter juriſdictionem exigens eſt nullum ex defectu miniſtri. *c.ad probandam. de re judicata. c.Romana. 3.de officio Vicarii in 6.c.celebrat.de Cler.excom. min.c.audivimus.14.q.1.*

2462 Baptiſmus validus collatus ab excomm. Et Euchariſtia.

Hinc primo validum eſt Baptiſma ab excommunicato, etiam non tolerato, & à quocumque etiam non Baptizato collatum. Trid. *ſeſs. 7. can.4.c.à quodam judæo. c.ſi hæreticis c. oſtenditur.de conſecr. diſt. 4.* & etiam eſt licitum ſi ingruen-

notanda. Primum, diſcrimen eſſe inter Extravagantem Martini V. & Concilii Baſilienſis; nam ex Extravaganti Martini V. ille eſt vitandus, in, vel contra quem à Judice fuit publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſſè ſententia cenſuræ, excepto tantùm publico Clerici percuſſore: Ex Concilio Baſilienſi omnes publicè excommunicati ſunt vitandi, etſi nominatim non ſint denuntiati, ut ex collatione utriuſque patet apud ipſa citandos. Verùm ſequendus eſt tenor Extravagantis Martini V. utpote quia receptus communi uſu ab Eccleſia, cui adſtipulantur communiter DD. paucis exceptis apud Suarez infra citandum. Cur mutata fuerit ob iſtam Extravagantem priſca Eccleſiæ diſciplina, qua publicè excommunicati, etſi non denuntiati, erant vitandi, erat alterum inquirendum. Placet hìc ex Ludovico Habert *tom. 7. par.2. cap.9.§.4. qu.4.* eruditam quæſiti ſolutionem afferre, ipſamet verba doctiſſimi Habert adducendo. „ Numerus excommunicationum à Jure, vel ſententiæ generaliter latæ, qui multùm exſcreverat à decimo Seculo, cùm anterioribus Seculis excommunicatio non decerneretur niſi per ſententiam particularem in eos, qui criminis convicti eſſent, vel propria confeſſione, vel aliorum teſtimonio, ut patet ex *ſermone* 351. aliàs *hom.*50. S.Auguſtini in quo ſic habet: (nos verò quemquam à communione prohibere non poſſumus, quamvis hæc prohibitio non dum mortalis ſit, ſed medicinalis, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſive ſeculari, ſive Eccleſiaſtico judicio nominatum, atque convictum) Unde ſecundum veterem Eccleſiæ diſciplinam facilè erat excommunicatos vitare, utpote qui per ſententiam particularem nominatim eſſent damnati. Ex quo autem obtinuit uſus excommunicationis à Jure, vel ſententiæ generaliter latæ, non ita conſtare potuit, quinam eſſent verè excommunicati. Hinc magna perturbatio in Eccleſia, & varia ſcandala; alii enim ex malitia, alii ex animi imbecillitate, & levibus conjecturis temerè excommunicationis infamem notam inurebant. Hinc ſubditi ſegregabant ſe à Superioribus tanquam de excommunicatione ſuſpectis: litigantes exceptionem opponebant adverſus Judicem, Actorem, &c. Ex quibus criminationibus magna in Republica Chriſtiana oriebatur perturbatio, cui Eccleſia opportunè occurrit per laudatam Conſtitutionem *Ad evitanda ſcandala*, in qua ita retinuit uſum excommunicationis à Jure, & ſententiæ generaliter latæ, ut tamen ſanxerit nullum deinceps excommunicatum vitandum, niſi per ſententiam particularem nominatim fuiſſet declaratus, ac denunciatus; ſicque ex ea parte veterem morem reſtituit. „ Circa laudatam Conſt. vide Van-Eſpen *Juris Eccl. par.3.tit.11. cap.4.* citatum Habert, & Suarez *de cenſuris diſp.9. ſect.2.* alioſque.

gruente neceſſitate moribundo confeратur. D. Auguſtin. *lib. 2. contra Donatiſtas c. 2. c. poſſe. diſt.* 86.

Euchariſtia.

Secundo tenet Sacramentum Euchariſtiæ, quia non exigit eſſentialiter juriſdictionem. *c. de homine. de celebr. Miſſ. c. inter Catholicam.* 1. *q.* 1. D. Thom. 3. *p. q.* 82. *art.* 9. contra Magiſtrum *in* 4. *diſt.* 13. *c.* 1.

Confirmatio

Tertio, tenet Sacramentum Confirmationis ab Epiſcopo excommunicato, etiam non tolerato collatum, quia eſt actus ordinis, nec eſſentialiter imbibit actum juriſdictionis. Caſtrus *de juſta hæreticorum punitione c.* 22. dicens de fide. Alterius *de cenſuris diſp.* 8. *c.* 3. contra Magiſtrum. *loc. cit.*

2463
Tamen invalidum Pœnitentiæ Sacramentum.

Quarto, invalidum eſt Pœnitentiæ Sacramentum, quia eſſentialiter imbibit juriſdictionis actum. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 6. *&* 7. nam eſſentialiter exigit actum judicii. D. Tho. in 4. *diſt.* 17. *art.* 3. *qq.* 4. Covar. in *c. alma. p.* 1. *§.* 6. *n.* 7. Raynaudus *de monitoriis. p.* 2. *c.* 2. *n.* 23. Idque etiamſi pœnitens errore non communi, ſed particulari ignorat vitandum; ejus enim error particularis juriſdictionem non tribuit. Suarius *de cenſ. diſp.* 11. *ſect.* 2. *n.* 14. Filliucc. *tract.* 12. *c.* 3. *n.* 18. contra Armachanum, & Almaynum ajentes, etiam vitandos validè abſolvere, quia jure divino vi ordinationis juriſdictionem obtinent, cujus actum nequit ab Eccleſiaſtica irritari exemplo aliorum Sacramentorum.

At quid dicendum, non ut ait Leander juriſdictionem ab Eccleſiaſtica tribui; non enim intelligo Judicem jure divino conſtitutum ſine juriſdictione, ſed jus divinum dedit juriſdictionem vi ordinationis ſubordinatam Epiſcopis, id exigente Eccleſiaſticæ Monarchiæ conſtitutione: Sicuti ergo Epiſcopi divino jure, Papæ tamen ſubordinata: ità Sacerdotes, ac Parochi ſubordinatè Epiſcopis juriſdictione fruantur.

2464
Vitandi nec à veniali abſolvere valeant.

Excommunicati ergo ex defectu juriſdictionis, vitandi, nec à venialibus abſolvere valent, nec aliis delegare. *c. fin. de offic. Vicar. in* 6. Sanch. 3. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 7. contra Vaſq. *tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 33. *art.* 1. *dub.* 6. *num.* 5. Sotum *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 2. *ad* 3. Cajetanum *v. abſolutio. n.* 2. ajentes excommunicatum vitandum validè à venialibus abſolvere.

Si verò excommunicatus non ſit vitandus, tunc licitè petentibus, etiam ſine neceſſitate pœnitentiam miniſtrat, quia ex Extravaganti *ad evitanda*, licet cum ipſo communicare, etiam in divinis; unde juriſdictio impedita non eſt. Henriq. *lib.* 13. *c.* 6. *n.* 3. Sotus *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Vaſq. *de excom. dub.* 3. Raynaudus *de monitoriis. p.* 2. *c.* 2. *c.* 2. *n.* 24. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 3. *n.* 4.

At non poſſunt ipſi ſe offerre ad miniſtrandum, & invitare pœnitentes; nam Extravagans *ad evitanda*, non ipſorum, ſed pœnitentium favore condita. Suarius *de cenſ. diſp.* 11. *ſect.* 4. *n.* 10. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſuris. q.* 2. *p.* 2. *§.* 3. *n.* 4.

2465
Errore communi, vel in articulo mortis abſolvunt.

Stante tamen errore communi, ratione cujus juriſdictionem Eccleſia communicat. *l. barbarius. D. de officio Prætoris:* vel articulo, aut periculo mortis, tunc etiam excommunicatus non toleratus abſolvit. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 7.

2466
Extrema Unctio validè miniſtratur.

Quinto, Extrema Unctio validè miniſtratur, quia non imbibit juriſdictionem, licèt ſit actus ordinis Sacerdotalis. Hurtadus *diſp.* 4. *diffic.* 4.

Sexto, Ordo validè confertur, quia non eſt actus juriſdictionis, ſed ordinis Epiſcopalis, qui ſervatur, etiam in Epiſcopo vitando. Sayrus *lib.* 2. *de cenſ. c.* 1. *n.* 10. contra Magiſtrum *in* 4. *diſt.* 13. *c.* 4.

Et Ordo.

Septimo, Matrimonium validum eſt, etiam ſine neceſſitate ab excommunicato collatum. *c. ſignificaſti. de eo, qui duxit.* Falinus *in c.* 1. *ut lite non conteſtata.*

Ac Matrimonium.

Pœna Excommunicati miniſtrantis illicitè Sacramenta?

§. V.

2467
Excom. miniſtrans fit irregularis.

EST primo irregularis, ſi miniſtrando exerceat actum ordinis, quam non contrahit toleratus miniſtrans petentibus, quia non delinquit contra Extravag. *ad evitanda.*

2468
Si exerceat actum Ordinis.

Irregularitatem autem contrahere excommunicatum actum ordinis exercentem, tantùm inductivè ex communi etiam omnium ſententia arguitur, nam nullo jure expreſsè probatur. Suar. *de cenſ. diſp.* 11. *ſect.* 3. *n.* 2. Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 3. *n.* 7. enim verò text. *in c. is cui. in c. is, qui de ſent. excom. in* 6. loquitur de ſuſpenſo miniſtrante, ut etiam loquitur textus *in c.* 1. *de ſent. & re judicata.* Gaud. *in praxi. v. irregularitas n.* 2.

Pergamus ad tertium effatum.

De Excommunicatis recipientibus Sacramenta.

§. VI.

An peccet mortaliter recipiens Sacramenta innodatus excommunicatione?

2469
Peccat mortaliter recipiens Sacramenta ex cõmunicatus.

AFfirma. *c. cum illorum. c. ſi quem. de ſent. excommunicationis. c. illud. c. ſi celebret. de Cler. excom. min.* niſi excuſetur à peccato ex privilegiis ignorantiæ, vel ex lege non obligante, cum graviſſimo onere, ſcandali, famæ, honoris, mortis, niſi recipiat Sacramenta. Gloſ. in *c. illud. v. negatur. diſt.* 95. Toloſanus *lib.* 1. Suar. *de cenſ. diſp.* 10. *ſect.* 1. poſt D. Thomam, & D. Bonaventuram in 4. *diſt.* 18.

An valida ſint Sacramenta recepta ab excommunicato?

2470
Sunt tamen valida recepta ab eo, excepta Pœnitentia.

AFfirma omnia valida, quæ informia eſſe poſſunt: cum igitur omnia informia eſſe valeant, excepta pœnitentia, tantùm Sacramentum pœnitentiæ ab indigno, & ſic ab excommunicato validè recipi nequit ob defectum doloris ſupernaturalis, & propoſiti non peccandi, quo caret volens perſiſtere, vel non petens abſolutionem à cenſura. Henriq. *lib.* 13. *c.* 12. *n.* 2. contra Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 3. *n.* 35. & alios, admittentes validum, & informe tale Sacramentum ob mortale non ex dolo, ſed ex culpabili negligentia in examine, in dolore.

An valeat abſolvi à peccatis ante abſolutionem ab excommunicatione?

2471
Priùs abſolvitur à cenſuris, poſteà à peccatis.

NEga, ſed ſaltem ſimul abſolvi debet, ut ſupra. Murga *tom.* 1. *diſq.* 1. eſt contra illos admittentes ob reſervata dimidiandam confeſſionem, ut ſcilicet poſſit abſolvi à peccatis, & pro abſolutione à cenſuris tranſmitti ad habentem poteſtatem. Alterius *lib.* 1. *de cenſ. diſp.* 6. *c.* 5. *ad* 5. Bauny *diſp.* 7. *de ſent. excomm. q.* 3. *diſt.* 2. ajentes non poſſe ab Eccleſia reddi directè nulla Sacramenta habentia requiſita jure divino.

Quando licitè recipiantur ab Excommunicatis Sacramenta?

2472
Caſus in quibus licitè recipiuntur Sacramenta ab excommunicatis.

PRimo ſi ſit ignorantia excommunicationis ſaltem actualis, quæ ignorantia præſumitur in dubio. *c. præſumitur. de reg. jur. in* 6. Secundo ſi recipiat Sacramenta ab vitandum

grave

grave damnum, ſcandalum, infamiam, ut cùm de Sacramentis. Tertio ſi vi, metu cadente in virum conſtantem, non in contemtum fidei Sacramenta recipere cogatur. Quarto urgente mortis articulo, vel periculo neceſſariò congrediendn. Trid. *ſeſ.14.c.7.*

Pœna excommunicati recipientis Sacramenta.

§. VII.

2473 Excomm. recipiēs Sacramenta peccat, & fit irregularis ſi ſuſcipiat Ordines.

LIcèt peccet mortalitèr, quia indignus, ponens obicem gratiæ, nullam contrahit pœnam, quia jure nnn expreſſa, niſi recipiat Sacramentum Ordinis: tunc enim eſt irregularis, & ſuſpenſus ab nrdine ſuſcepto. *c.1.c.fin. de eo, qui furtivè ord. ſuſcepit.* Ugolinus *tab. 1. c.14.n.22.*

Pœna miniſtrantis Sacramenta excommunicato.

§. VIII.

2474 Pœnæ miniſtrantis Sacramēta excommunicato, & peccat.

PRimo peccat mortalitèr, ſi non toleratis Sacramenta miniſtrat; nam indignis Sacramenta non miniſtranda, & etiam ſi ſit toleratus indignus debet excludi, ut quivis alius, pro ut cùm de Sacramentis. *c. cum deſideres. c.cum ſignificavit.de ſent.excomm.c.3.de privilegiis.c.ſi celebret. de Cl.excomm.miniſtrante.*

2475 Atque in minorē excom. incurrit.

Secundn punitur excommunicatione minori excommunicatis communicans. *c.nuper.* 29. *de ſent.excom.c.ſtatuimus.de ſent.excom.in* 6.*c.illa quotidiana.de electione in* 6.

2476 Ecclesia interdicitur.

Tertio, Eccleſia ſupponitur interdicto, ſi Sacramenta miniſtrentur non toleratis. *c.cum Epiſcoporum.de privilegiis in* 6.

2477 Clericus ſpontè participans in divinis eadem cenſura irretitur.

Quartn, ſi excommunicatus ſit principalis, non Laicus, ſed Clericus ſcientèr ſpontè participans in divinis cum tali excommunicato evitandn, contrahit eandem excommunicationem Papæ reſervatam. *c.ſignificavit.*18. ubi Abbas *de ſent. excom.* Cajetan. v. *excommunicatio. c.*58. Diana *p.5.tr.9.reſ.*82. licèt Gloſ. in *d.c.ſignificavit. v. eadem.* id intelligat de Clericn participante in crimine criminoſo.

Et deponitur.

Quintn, deponitur per ſententiam ferendam ab officin, & dignitate. *c. engeltrudam.*11.*q.*3. quam etiam cnntrahunt miniſtrantes Sacramenta auctnribus hæreticorum. *c. excommunicamus.de hæreticis.*

Pergamus ad quartum effectum.

De Participatione communionis rerum Sacrarum, & officiorum Eccleſiæ.

§. IX.

2478 Participans in Sacris.

DUo hìc examinanda. Primum an poſſit excommunicatus intereſſe rebus ſacris factis nomine Eccleſiæ. Secundo an participet fructus illorum.

Principium.

2479 Excomm. privatur Eccleſiæ communione.

EXcommunicatus privatur communinne, cum Eccleſia. *c.reſponſo.c.nuper.*29.*de ſent. excom.c.alma.de ſent. excom. in* 6. *c. ſi quis Epiſcopus. c.ſicut Apoſtoli.*11.*q.*3.*c.quod in te.de pœnis.& remiſſ.*

Ex hoc reſolvitur.

An excommunicatus poſſit intereſſe rebus ſacris Religionis factis nomine publico Eccleſiæ?

2480 Nequit intereſſe rebus Sacris nomine Eccleſiæ factis.

NEga; nam à tali communione excluditur. *c.ſignificavit.c.reſponſo. c.nuper.*29.*de ſent. excomm.* cùm enim per excommunicationem ſit ſeparatus ab Eccleſia, cum illa nullatenus communicare valet. *c.nihil c. engeltrudam.* 11.*q.*3.*c.illud.de Cl.excom. Miniſtr. c.is, qui* 18. *de ſent.excom.in* 6.

2481 Non intereſt Horis Canonicis.

Hinc excluditur ab intereſſendo horis Canonicis, Sacrificiis, Proceſſionibus, etiam quando defertur Viaticum ad infirmos cantandn Pſalmos: Litaniis publicis, à cantando Epiſtolam, Evangelium, Lectiones: ab intereſſendn benedictionibus Candelarum, Cinerum, Aquæ, ſolemnibus, ex quibus nihil poſſunt recipere. Sunt enim res communione Eccleſiæ factæ, nullatenus rebellibus Eccleſiæ, ut ſunt excommunicati, præſtandæ, nec dum illa exercentur intereſſe valent. *c. alma. de ſent.excom. in* 6. Henriq. *lib.*13.*c.*7. *num.*2. contra Avilam 2. *par. c.* 6. *diſp.*9. *dub.* 7. ajentem poſſe comitari Viaticum ſine cantu, & ſine recitatinne Pſalmorum.

2482 Et aliis ſolemnitatibus.

An excommunicatus facere valeat publicas functiones nomine Eccleſiæ?

2483 Nequit ipſe facere publicas functiones nomine Eccleſiæ.

NEga; nam nequit Eccleſiæ communicare. D. Tho. in 4. *diſt.*18.*q.*2.*art.*4.*qq.*3. *ad* 1. Navar. *c.*27.*n.*33. rectè ajentes, nnn poſſe ordinatum exercere actum ordinis, nam ſemper tunc ſe gereret ut Miniſtrum Eccleſiæ, & ei communicaret: niſi faciat actum, qui æquè benè à Laicis exercere valet, ut aperire Eccleſiam.

An liceat excommunicato facere actus pios nomine privato?

2484 Nomine privato licet ipſi facere opera pietatis.

AFfirma; nam tantùm communio cum Eccleſia eſt ei interdicta, cui non communicat bonos actus exercentes, ut perſona privata: & ſic licet ſe ſignare ſignn Crucis, adnrare Euchariſtiam, uti imagine, aqua benedicta, pro ut privatim excitat ad actum doloris; nam idem ex intentione Eccleſiæ volentis excommunicatum corrigi, ratione cujus correctionis licet excommunicato communicari. Navarrus *c.*27. *n.* 36. quidquid de aqua benedicta negaverit Bonac. *de cenſuris. diſp.*2. *q.*2. *p.*3. §.2. *n.*8. & diſtinxerit Leander *de cenſuris. tom.* 4. *diſp.*7.*q.*24.

Secundo, excommunicatis licet Eccleſiam ingredi, etiam quandn divina celebrantur, & alii fideles ſimul ibi nrant, dummodo aliis non communicent, ſed privatim ſuam nrationem recitent, vel fugiant hnſtes, lictores; non tamen debent turbare aliorum oratinnem, & una oratio particularis alteri non communicat, & unitas loci, & temporis materialiter ſe habet, nec reddit orationem communem. D.Tho. in 4.*diſt.* 18.*q.*4.& 6.*art.*1. Henriq. *lib.*13.*c.*7.*n.*12. Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*5. *in fin.* Innoc. *in c.nuper. n.*3. *de ſent.excom.*

An excommunicatus vitandus poſſit Sacrificio intereſſe?

2485 Vitādus Sacrificio Miſſæ intereſſe nequit.

NEga, quia nomine Eccleſiæ offertur, cui non licet excommunicato communicare. *c. nuper.*29. *de ſent. excom.* & præſente excommunicatn eſt deſiſtendum à divinis officiis etiam incoatis, donec excommunicatus recedat. *Clem.* 2.*de ſent.excomm. c.ſuperlectis.diſt.* 25. imò jure defenſionis expelli valet, etiam indignus turbator rei divinæ.

Hinc reſolvitur.

Quando præſente excommunicato deſiſtendum à divinis?

DIſtinguas: vel præſens eſt vitandus; vel non.

2486 Coram tolerato licet celebrare.

Si non eſt vitandus, Sacerdos poteſt proſequi ex Extravaganti *ad evitanda. c.nihil.*7.*q.*1. Si verò eſt vitandus, ſubdiſtinguas: vel eſt publicatus in illo loco, ubi Sacrificium fit, vel in illa Diœceſi non eſt publicatus, ſed eſt publi-

Digitized by Google

blicatus in alia Diœceſi. Si verò ſit publicatus; tunc eſt omninò evitandus, & ab Eccleſia ejiciendus, etiam invitus, aliàs deſiſtendum à celebratione, niſi Canon ſit incoatus. *Clem. gravis. 2. de ſent. excom.*

2487 Si erit vitandus, deſiſtendum.

Incoatu verò Canone poteſt Miſſam proſequi uſque ad conſumtionem, & illicò deindè recedere. dicta Clem. *gravis. 2. de ſent. excom.* Canon autem incipit à ly *Te igitur Clementiſſime Pater*, ut ait Suarius *de cenſuris diſp. 12. ſect. 1.* vel à conſecratione, ſecundum Innocentium in *c. nuper.* Sayrum *2. de cenſ. c. 3. n. 29.* Cornejum *de excom. diſp. 10. §. 4. dub. 2.* Et ſic deberet deſiſtere Sacerdos, niſi fuerint incœpta illa verba, *qui pridie quam pateretur.* Leander *to. 4. diſp. 7. qu. 38.* Henriq. *lib. 13. c. 7. n. 12.* De quo cùm de Sacrificio dictum eſt.

Pœna celebrantis ſcientèr coram excommunicato vitando.

§. X.

2488 Aliter peccabit, & incurret in excom. minorem.

Eſt peccatum lethale, minor excommunicatio; quia excommunicato communicat in divinis: non verò eſt irregularis, quia jure non expreſſa. *c. is qui. 18. de ſent. excomm. in 6.* ubi in *§. is verò.* eſt irregularis ſcientèr celebrans in loco interdicto.

Pœna non excommunicati ſimul cum excommunicato vitando aſſiſtens in divinis.

§. XI.

2489 Non excom. aſſiſtens in divinis cum vitando, peccat ſaltē venialiter.

Eſt peccatum ſaltem veniale præciſo ſcandalo, contemtu, inductione excommunicati ad aſſiſtendum miſſæ. Suarius *de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. in fine.* Alterius *tom. 1. diſp. 12. c. 5. in fine.* contra Cornejum *loc. cit. diſp. 4.* Dianam *p. 5. tr. 9. reſ. 92.* ajentem mortale. Durandum *in 4. diſt. 18. q. 5. n. 7.* ajentem neceſſe veniale, quia communicat Sacerdoti, non excommunicato, ut communicat invitanti, non alteri invitato ad audiendam concluſionem.

2490 Et incurrit in excomm. minorem.

Eſt etiam pœna excommunicationis minoris, quia excommunicato communicat. *c. nuper.* ubi Innoc. *de ſent. excomm.* Navar. *c. 27. n. 19.* Paludanus *in 4. diſt. 12. q. 2.*

2491 Toleratus requiſitus poteſt Miſſæ inſervire.

Audiens verò in eadem Eccleſia diſtinctam Miſſam ab illa, cui aſſiſtit evitandus, quia nullatenus cum illo communicat, nullam culpam, nullam pœnam contrahit. Navarrus *de orat. c. 22. n. 8.*

An poſſit excommunicatus toleratus Miſſæ inſervire?

2492 Toleratus non audiens Miſſam, non peccat.

Diſtinguas: vel requiritur à Sacerdote, vel non. Si non requiritur à Sacerdote, nega; nam Extravagans *ad evitanda*, non eſt ad ejus favorem.

Si verò requiritur à Sacerdote, tunc affirma, ex eadem Extravaganti *ad evitanda*; quia aliis permittitur cum excommunicatis toleratis communicare, etiam in divinis. Suar. *de cenſuris. diſp. 12. ſect. 1.* Turrianus *2. de excommun. diſp. 11. dub. 1.* Henriq. *lib. 13. c. 7. n. 2.* Alterius *lib. 1. diſp. 10. c. 2.* Coninck *diſp. 14. dub. 7.* Sed inquiras.

An peccet excommunicatus toleratus, non audiens Miſſam in diebus feſtivis, etiam ſua culpa contracta?

2493 Excommun. audiens Miſsā peccat.

Nega: quia nec audire poteſt, imò nec ut audiat tenetur petere abſolutionem, quia legitimo impedimento irretitus. Azorius *p. 1. lib. 7. c. 7. q. 2.* Bonac. *de cenſuris diſp. 2. q. 2. p. 3. §. 1. n. 4.* Leander *tom. 4. tr. 2. diſp. 2. q. 4.* citans XIV. DD. *&* *q. 30.* citans IX. DD.

Pœna excommunicati audientis Miſſam.

§. XII.

Licèt peccet, tamen nullo jure lata eſt nec minor excommunicatio; nam alii ſub excommunicatione minori nequeunt cum excommunicato communicare, non verò hæc pœna eſt contra excommunicatum communicantem. Suar. *de cenſ. diſp. 12. ſect. 1. n. 4.* Bonac. *diſp. 2. de cenſ. q. 4. p. 3. §. 1. n. 6.* Cornejus *diſp. 10. de excom. §. 4. dub. 4. quæſito ultimo.* 2494 Si monitus nō egrediatur incurrit in cenſuram Papæ reſervatam.

Si tamen monitus à celebrante nolit egredi, contrahit excommunicationem reſervatam Papæ. Clem. *gravis. 2. de ſent. excom.*

Sed quid ſi excommunicatus faciat coram ſe celebrare Miſſam?

§. XIII.

Non contrahit irregularitatem, quia jure non expreſſam; nam textus in *c. illud. de Cl. excomm. miniſtrante* loquitur de Epiſcopo excommunicato faciente coram ſe celebrare, ut rectè obſervat Suarius *loc. cit.* & ſic non debet extendi ad alias perſonas; nam ibi erat ſpecialis deformitas Eccleſiaſtici obligati ex officio, & nolentis canonicas cuſtodire ſanctiones. Joannes Andreas apud Abbatem in *c. tanta. de exceſſibus Prælatorum.* contra XVIII. DD. quibus ſubſcribit, Leander *tom. 4. diſp. 7. q. 32.* 2495 Excomm. faciens coram ſe celebrare Miſſam non eſt irregularis, niſi Epiſcopus.

Ex dictis etiam reſolvitur.

An, & quomodo poſſit excommunicatus intereſſe Horis Canonicis?

§. XIV.

Diſtinguas: vel eſt toleratus, vel non. Si non eſt toleratus, nega, niſi excuſet ignorantia invincibilis, graviſſimum evitandum malum, aliàs incurrendum, non in contemtum Religionis. *c. illud. §. illud autem. de Cler. excom. min. c. Epiſcoporum. de privilegiis in 6. c. is, qui. 18. de ſent. excom. in 6.* Si verò excommunicatus ſit toleratus; tunc ſubdiſtinguas: vel ab aliis rogatur, & affirma; nam eſt favor aliorum rogatorum, ut aſſiſtat, fortè quia habilior in exequendis ſacris, cantu, ceremoniis. 2496 Vitandus nequit intereſſe Horis Canonicis.

2497 Toleratus requiſitus poteſt aſſiſtere.

Si verò non eſt requiſitus, debet abſtinere, quia Extravagans *ad evitanda*. ejus favorem non reſpicit.

An excommunicatus vitandus poſſit cum aliis recitare horas Canonicas, vel alias orationes privatas ex devotione?

2498 Vitandus nequit cum aliis recitare horas Canonicas, vel orationes privatas.

Nega; quia omnis etiam civilis cum alio communicatio ei prohibita. *c. excommunicatus. c. 18. c. 19. 11. q. 3.* Covarr. *in c. alma. p. 1. §. 3. n. 8.* Suar. *de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 17.* Diana *p. 5. tr. 9. reſ. 89.* Bonac. *de cenſ. diſp. 2. q. 2. p. 3. §. 2. n. 9.* contra Leandrum *tom. 4. diſp. 7. q. 5. 6. & 7.* Navarrum *c. 27. n. 26.*

An ſit lethale orare cum ſocio privatim?

2499 Non eſt ei lethale orare cum ſocio privatim.

Nega; ſed eſt veniale, ut conſociari cum excommunicato eodem numero prohibentur. *c. excommunicatus. 17. c. 18. & 19. 11. q. 3.* & eſt levis participatio cum excommunicato, nè participet orationi factæ nomine Eccleſiæ, quod eſt lethale ob gravem prohibitionem. *c. ſignificavit. c. nuper c. reſponſo. de ſent. excom. c. quod in te. de pœnit. & remiſ.* Suar. *de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 18.* Villalobos *tr. 17. diffic. 1. n. 3.* Diana *diſp. 5. tr. 9. reſ. 89.*

Sed quid, ſi aliquis adhibuiſſet aſſiduè familiarem conſocium?

2500 Cum ſocio familiari videtur poſſe recitare horas Canonicas.

Tunc poteſt cum illo recitare, ſicuti ab aliis familiaribus abſtinere non tenetur,

in cibo potu, &c. *c. inter alias. de ſent. excom. c. quoniam multos. 11. q. 3.*

An excommunicatus recitans Officium poſſit dicere Dominus vobiſcum?

2501 Excomm. recitans Officium ex perſona publica nequit dicere *Dominus vobiſcum.*

DIſtinguas: vel loquitur ex perſona publica nomine Eccleſiæ, vel ex perſona privata nomine ſuo. Si primum, nega; nam nequit Eccleſiæ communicare. Archidiaconus in *c. Presbyterum. diſt.* 18. Covarr. *in c. alma. p. 1. §. 3. n. 7.* alii XVII. DD. apud Leandrum *loc. cit. qu.* 13.

2502 Secus ſi ex perſona privata.

Vel loquitur ex perſona privata nomine privato, & affirma; nam nullibi id prohibitum, & nulli communicat, ità ac quando ſolus loquitur. Confirmatur, quia recitans, ut tenetur recitare Horas Canonicas, non communicat Eccleſiæ; ergo nec dicens *Dominus vobiſcum*. Avlia *2. p. de cenſ. c. 6. diſp. 4. dub.* 6. Hurtadus *diſp. 4. de excom. diffic. 2. num.* 2. contra Gabrielem à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 3. n. 52. in fine*: dicentem veniale.

An ſit mortale dicere Dominus vobiſcum *ex perſona Eccleſiæ, & contrahatur irregularitas?*

2503 Dicens ex perſona Eccleſiæ peccat venialiter, & non fit irregularis.

NEga, ob materiæ parvitatem, lethalis culpæ, & irregularitatis per ſe gravis incapacem. Layman *lib. 1. tr. 5. p. 2. c. a. nu. 7.* Sayr. *lib. 2. de cenſ. c. 3. n. 5.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Coninck *diſp. 14. dub. 7. n. 54.* contra Majolum *lib. 3. de irreg. c. 21. n. 6.* ajentem eſſe irregularem.

An excommunicatus excuſetur à recitatione Officii?

2504 Excomm. non excuſatur à recitatione Officii.

NEga: nè lucrum ex iniquitate reportaret, & quia excommunicatione non eximitur ab onere, & pœna non relevat. *l. relegator. D. de interdictis*. Nec in recitatione tunc ſe habet ut Miniſter Eccleſiæ, cùm ab illa reciſus. Vaſq. *de excomm. dub. 8. n. 9.* Navarrus *c. 27. num.* 102. Leander *to. 4. diſp. 7. q. 10. &* 11. citans XX. DD. Ex his pergamus ad ſacram concionem, & inquirimus.

An excommunicatus aliis concionari valeat?

§. XV.

2505 Vitandus aliis nequit concionari.

DIſtinguas: vel eſt vitandus, vel eſt toleratus.

Vitandus, nega; nam nequit cum aliis communicare, nec alii cum ipſo, tum in divinis, tum in humanis. *c. alma. de ſent. excom. in 6. c. nuper. 29. c. ſi aliquando. 41. c. cum deſideres. 15. de ſent. excom.*

2506 Toleratus requiſitus ab aliis poteſt, ſecùs non.

Si ſit toleratus, ſubdiſtinguas: vel eſt ab aliis rogatus, vel non. Si non, nega; quia Extravagans Martini V. *ad evitanda.* non favet excommunicatis, ſed aliis fidelibus. Navar. *c. 27. n.* 163. Suar. *de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 4.*

Si verò rogatur ab aliis, ut concionem faciat; tunc licitè communicari poteſt; nam tunc currit favor Extravag. *ad evitanda*. DD. *cit.*

2507 Non fit irregularis.

Nunquam tamen fit irregularis concionator excommunicatus, quia non eſt actus ordinis, ſed veluti paſtoralis juriſdictionis, etiam Laico in neceſſitate delegabilis. *c. excommunicamus. §. quia non. de hæreticis.* contra Navarrum *loc. cit.*

An excommunicatus vitandus poſſit intereſſe concioni?

2508 Vitandus poteſt intereſſe concioni.

AFfirma. idque etiamſi ſit interdictus. *c. reſponſo. 43.* ubi Felin. *de ſent. excom.* Zerola *in praxi Epiſcoporum. p. 1. v. prædicatio.* Suar. *de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 4.*

Et poteſt cum aliis dicere *Ave Maria*, quæ oratio tunc fit nomine particulari, & tunc in illa unus cum alio non communicat. Alterius *de cenſ. diſp. 10. c. 4. §. non erit.*

De Sepultura Excommunicati.

CAPUT VI.

2509 An excommunicatis ſepultura competat.

EXplicuimus, qui excommunicati, & quando conficiant Sacra licitè, illicitè, validè, qui, & quando divinis poſſunt intereſſe: modò antequam explicemus, quibus ſuffragia proſint, ordo doctrinæ exigit, ut excommunicati ſepulturam effodiamus, ad dignoſcendum, an mortuo communicare poſſimus, & illo præſente valeamus ſacra proſequi.

Excommunicatus unus toleratus, alter non, ſingillatim.

An excommunicatus vitandus poſſit ſepeliri in loco ſacro deſtinato ad ſepulturam fidelium?

§. I.

2510 Vitandus nequit ſepeliri in ſepultura fideliū.

NEga. *c. ſacris. de ſent. excom. c. ſacris. 12. de ſepulturis.* Clem. 1. *de ſepulturis. c. à nobis.* 28. ubi Barboſa *n.* 5. ait cum Reginaldo *lib. 33. n.* 85. nec licere lavare, veſtire cadaver excommunicati. *de ſent. excomm. c. conſuluiſti. de conſecr. Eccl., vel Altaris. c. placuit. 23. q.* 5. ubi etiam privatur honore funebri Eccleſiaſtico, non excommunicatis conſueto, licèt non ſit irregularis illum exhibens honorem. *c. ad hæc. 5. de privilegiis. c. quicumque. de hæreticis in* 6. Rituale Romanum *in rubr. de exequiis.* Bauny *diſp. 7. de excomm. qu.* 11. DD. XLIV. apud Murgam *tom. 2. diſquiſit. 3. n.* 1.

An polluatur Eccleſia ſepultura excommunicati vitandi?

2511 Aliter polluitur Eccleſia.

AFfirma: ſi diſcerni ſaltem oſſa queant. *c. ſacris.* 12. ubi Abb. *n. 1. de ſepulturis.* Baſſæus *tom. 1. v. ſacrilegium. 1. n.* 7. Murga *to. 1. diſq. 11. n.* 17. & locus ſacer debet rebenedici, vel reconſecrari, prout antea erat benedictus, vel conſecratus, & ante iſtam reconciliationem nequeunt ibi celebrari divina. *c. conſuluiſti. de conſecr. Eccl., vel Altaris.*

Si verò oſſa diſcerni nequeunt, ſatis eſt ſi Eccleſia reconcilietur. Suarius *diſp. 12. ſect. 4. n. 4. in fine.*

An ſit exhumandus, qui ante mortem dedit ſigna pœnitentiæ?

2512 Nō eſt exhumendus, qui ante mortē dedit ſigna pœnitentiæ.

NEga. *c. ſacr. 12. de ſepult. c. à nobis. 28. il 2. de ſent. excom. c. is, cui. 20. de ſent. excom. in* 6. ubi ſatis eſt, ſi poſt mortem abſolvantur, nec Eccleſia eorum ſepultura polluitur. Gavantus in *manuali. v. Eccleſiæ reconciliatio. n.* 2. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 3. n.* 115. citans tres DD.

Quantum importat ly procul projici ab Eccleſia?

§. II.

2513 Procul projici eſt extra Eccleſiam ejici.

NOmine Eccleſiæ venit etiam cœmeterium deſtinatum ab Epiſcopo pro ſepultura fidelium. Diciturque cœmeterium, hoc eſt dormitorium fidelium. *c. un. de conſecr. Eccl., vel Altaris. in 6. c. cum in Eccleſia. de immunitate Eccleſiarum.*

Satis autem eſt, ſi extra Eccleſiam projiciatur, licèt in loco Eccleſiæ contiguo. *ly enim procul*, de quo in *d. c. ſacris* 12. eſt idem ac extra Eccleſiam, qualis eſt etiam locus extraneus Eccleſiæ contiguus. Navar. *c. 27. n.* 137. Suar. *diſp. 12. de cenſ. ſect. 4. n. 7.* Bonac. *p. 3. §. 3. num.* 4. Gloſ. in Clem. 1. *v. territoriis. de ſepulturis.* contra Abbatem *in d. c. ſacris.* & alios ajentes debere

Digitized by Google

bere ſepeliri in tanta diſtantia, ut canentes celebrantes audiri nequeant.

An excommunicatus vitandus decedens cum ſignis pœnitentiæ poſſit ſepeliri in loco ſacro?

2514 Vitandus, etſi decedat cum ſignis pœnitentiæ, non poteſt ſepeliri in loco ſacro, niſi abſolvatur.

NEga: niſi abſolvatur ante mortem. *c. à nobis*. 28. *il* 2. *c. ſacris*. 38. *de ſent. excom.* Baſſæus *tom.* 1. v. *excomm.* 1. *n.* 14. contra Murgam *tom.* 2. *diſq.* 3. *dub.* 2. *n.* 1. poſt Barboſam *de officio, & poteſtate Parochi p.* 3. Dian. *p.* 5. *tr.* 16. *reſ.* 20. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* contra Selliom *in ſelectis Canonicarum. c.* 10. *n.* 20. Bordonum *tom.* 1. *de re ſacra. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 130. motos ex Sacra Congregatione apud Barboſam in *collect. deciſionum. collectaneo* 661. v. *ſepultura. n.* 9. in una Nolana 19. Julii, ubi fuit ſepultus in Eccleſia quidam Maſtrillus, qni in mortis articulo clamavit, *confeſſione, Madonna Santiſſima aiutami*.

Quot teſtes probent excommunicatum dediſſe ſigna pœnitentiæ?

2515 Unus teſtis probat excomm. dediſse ſigna pœnitentiæ.

UNus, nam nulli præjudicalis res. Nellus *de teſtibus num.* 85. *caſu* 9. Maſcardus *de probat. q.* 11. *n.* 14. Barboſa in *c. à nobis*. 28. *n.* 2. *de ſent. excom.* Gabr. à S. Vinc. *lib.* 1. *communium. tit. de teſtibus. concluſ.* 1.

An abſolutus in foro conſcientiæ poſſit ſepeliri in Eccleſia?

2516 Abſolutus in foro conſcientiæ valet ſepeliri in Eccleſia.

AFfirma: nam re vera deeſt excommuoicatio, & ſic ejus effectus privationis ſepulturæ. *c. cum ceſſante. de appellat. c. magnæ. de voto. l. generaliter. C. de Epiſcopis, & Cler.* Toloſan. *dec.* 368. Ugolinns *tab.* 2. *c.* 9. §. 5. Bonac. *de cenſ. diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 3. §. 3. *n.* 7. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 3. *num.* 118. contra Barboſam *collectaneo in c. ad hæc. de privilegiis*.

An toleratus poſſit ſepeliri in Eccleſia ſolemniter?

§. III.

2517 Toleratus valet ſepeliri in Eccleſia ſolemniter.

AFfirma: nam eſt favor fidelium, non cadaveris; fidelibus enim interdictum eſt excommunicatum ſepelire, ut cum illo communicare. *c. à nobis*. 28. *de ſent. excom.* Secundo, quia illi, cui communicamus vivo, commnnicamus mortoo. *c. ſacris. c. ex parte. de ſepult. c. ſane.* 24. *q.* 2. Tolorato autem vivo communicamus; ergo favore libertatis fidelinm poteſt toleratns ab ipſis ſepeliri, ex Extravagaoti *ad evitanda*. Bordonus *lib.* 7. *q.* 8. *c.* 3. *n.* 38. Henriq. *lib.* 13. *c.* 11. *n.* 3. Suar. *de cenſ. diſp.* 12. *c.* 4. DD. XIV. apud Murgam *tom.* 2. *diſq.* 3. *dub.* 3. *n.* 6.

An excommunicatus minori excommunicatione ſepeliatur in Eccleſia?

2518 Similiter excomm. minori excommunicatione.

AFfirma; nam tantùm privatur Sacramentis recipiendis, & electione paſſiva. *c. ſi celebret.* 10. *de Cler. excomm. min. c. ſi quem.* 59. *de ſent. excom.* Ritualo Romanum *in rub. de exequiis*. Innoc. *in c. ſacris. de ſepult.* Armilla v. *ſepultura n.* 16. contra Abbatem *in c. nos, qui. n.* 5. *de ſepult.* D. Antonious *p.* 3. *tit.* 10. *de ſepult.* enim verò ſi toleratus majori excommnnicatione gaodet ſepultora, cur non Innodatus minori.

Pœna ſepelientis excommunicatum vitandum.

§. IV.

2519 Sepeliens vitandum præſumptuosè, ſcientèr, propriis manibus, eſt excom. ad arbitrium Epiſcopi.

ESt excommnnicatio major, non abſolvenda, niſi arbitrio Epiſcopi parte ſatisfacta contra ſepelientem evitandum præſumptooſè, ſcientèr, propriis manibus phyſicè. Clem. 1. *de ſepult.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 11. *n.* 3. Bonac. *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 3. §. 3. *n.* 8. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 3. *n.* 117. Gaſpar Hurtadus *de excom. diſp.* 1. *diffic.* 4. Cajetan. v. *excom. c.* 46. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 17. *diffic.* 30. *n.* 1. Avila 2. *p. c.* 16. *diſp.* 10. *dub.* 6. Leander *tom.* 4. *diſp.* 8. *q.* 17. 18. 19. 21. 22. 23. Banny *loc. cit.* contra Fabrum in 4. *diſt.* 24. *q.* 1. *diſp.* 4. *n.* 188. dicentem omnes eſſo majori excommunicatione innodatos, cantantes, concomitantes, ferentes funus. contra Coninck *diſp.* 14. *dub.* 8. *n.* 68. Filliocc. *tom.* 1. *tr.* 12. *c.* 15. *n.* 14. Megalam 3. *p. lib.* 2. *c.* 6. *q.* 1. *num.* 15. ajentem eſſe excommunicatos, etiam mandantes, & Clericos, Rectoreſve Eccleſiarum permittentes excommunicatum cadaver tumolari. Cùm enim ſimus in materia pœnali, & jora loqoantur de ſepeliente ſcientèr, propriò accipienda ſunt verba, & pœna contrahitur; & ſic non ligat alios, campanas ſonantes, concomitantes, faventes, mandantes, conſulentes, ignorantes etiam ignorantia craſſa, & ſupina: Hi enim propriè ſepelire, nec ſcire dicuntur, qui enim craſsè ignorat, re vera non ſcit, ut *Privilegia ignorantiæ* demonſtrant.

In hanc majorem pœnam eſt commutata minor excommunicationis ex communicatione cum excommunicato. Suar. *de cenſ. diſp.* 12. *ſect.* 4. *n.* 13. Leand. *loc. cit.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 114. *in fine.* contra Navar. *c.* 27. *num.* 36. ajentem contrahere ſimul majorem, & minorem excommunicationem, minorem, *ex c. ſacris.* 12. *de ſepult.* majorem, ex Clem. 1. *de ſepult*.

An hanc pœnam contrahant ſepelientes excommunicatum vitandum in loco prophano?

2520 Secùs ſi vitandus ſepeliatur in loco prophano

NEga, quia jura tantùm loquuntur de ſepeliente in loco Religioſo. Henriqoez *lib.* 11. *num.* 3. XI. DD. apud Leandrum *loc. cit. diſp.* 8. *q.* 12. Barboſa *in c. à nobis.* 28. *n.* 5. *de ſent. excom.* Idque nè aer Inficiatur; expedit namque bono poblico, cui nulla lex homana poteſt eſſe contraria, cadavera ſepeliri. Alterius *lib.* 1. *de excom. diſp.* 10. *c.* 6.

Exemti.

2521 Exemti ſepelientes in Eccleſia vitandum, poſſunt etiam interdici.

SEpelientes excommunicatum vitandom ultra excommunicationem jure commnni fulminatam, poſſunt interdici. *c. Epiſcoporum. de privilegiis in* 6.

Excuſantur à dictis pœnis.

§. V.

2522 Excuſantur tamen ignorantes.

PRimo ignorantes, etiam craſsè excommunicati eſſe Cadaver; nam Clem. 1. *de ſepulturis* ſcientiam exigit.

Sepelientes toleratum.

Secundo, ſepelientes Cadaver tolerati. Extravagans *ad evitanda*. Bordonus *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 8. *c.* 3. *n.* 38. Marcellus 3. *p. q.* 21. *dub.* 7.

Aut vi, metuque compulſi.

Tertio, vi, metu compulſus ad ſepeliendum excommunicatum; nam in dicta Clem. 1. ibi: *propria audacia. de ſepult.* requiritur temeritas, audacia, quæ deeſt in illo, qoi metu, vi projicit in ſepulturam.

Non propriis manibus ſepelientes.

Quarto, excuſatur propriis manibus non projiciens in ſepolchrum; nam ſepeliro propriè eſt ſuis manibus projicere in ſepulchrum. Cajetan. v. *excom. c.* 46.

Pergamus ex illis, qui oeqoeunt ſacris etiam ſepulturis frui, nec divinis intereſſe, ad illos, qui fructu rerum ſacrarum frui nequeuot.

Excommunicatus privatur ſuffragiis Eccleſiæ.

CAPUT VII.

Quotuplex ſit ſuffragium.

§. I.

2521 Suffragium unum commune, alterum privatum.

DUplex: unum ex bonis communibus Eccleſiæ applicandum Eccleſiæ nomine

vivis, aut defunctis, alterum eſt privatum, ſcilicet non ex bonis communibos Eccleſiæ oomine, ſed ex bonis privatis privato nomine, ut eleemoſyna, jejunium, quæ ſuffragia privata ex particulari operantis intentiooe applicantur, ad differentiam ſuffragiorum Eccleſiæ, quæ proſunt ex ioteotione Eccleſiæ, ut Sacrificium Miſſæ, Horæ Canonicæ, Proceſſiones, Rogatiooes, &c.

An excommunicatus poſſit participare fructum rerum ſacrarum exhibitarum nomine Eccleſiæ?

2524 Excomm. non participat ex fructibus rerũ Sacrarũ nomine Eccleſiæ factis.

NEga. *c. à nobis.* 28. *c. ſacris.* 38. *de ſent. excom. in* 6. enim verò cùm ex intentiooe Eccleſiæ applicentur, oon proſunt, niſi illis, qui cum Eccleſia communicant, quales non ſunt majori innodati excommunicatione.

An poſſit frui ſuffragiis privatis?

2525 Frui poteſt ſuffragiis privatis.

AFfirma: nam ab Eccleſiæ intentione non pendent, & communicatio hujus non invenitur prohibita, & etiam pro iufideli licet orare, ut rectam viam ſalutis petat. D. Tho. in 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 2. *qq.* 1. ubi Durandus *q.* 3. Suar. *de cenſ. diſp.* 9. *ſect.* 5. *n.* 3. DD. XXIII. apud Leandrum *tom.* 4. *tr.* 2. *diſp.* 3. *q.* 4. contra Philippum Fabrum.

An excommunicato mortuo non abſoluto cum ſignis pœnitentiæ, valeat ſuffragia, ſacrificia applicari?

2526 Excomm. non abſoluto, etſi dederit ſigna pœnitentiæ, non poteſt applicari ſuffragia.

NEga. *c. à nobis.* 28. *il* 2. *c. ſacris.* 38. *de ſent. excom.* Baſſæus *in floribus. tom.* 1. *v. excommunicatio* 1. *n.* 14. Gordonus *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 8. *c.* 3. *n.* 39. Diaoa *p.* 5. *tr.* 16. *reſ.* 20. Moiſeſius *in ſumma tr.* 16. *c.* 7. *n.* 5. contra Murgam *tom.* 2. *diſq.* 3. *dub.* 2. *n.* 4. citaotem Barboſam *de poteſtate Parochi. p.* 3. *c.* 26. *n.* 4. Sanch. *in praxi tr.* 2. *diſp.* 1. *concurſu* 9. *concluſ.* 4.

Què excommunicatus privetur ſuffragiis, toleratus, an vitandus?

§. II.

2527 Tam vitandus, quã toleratus privantur ſuffragiis.

UTerque, nam privantur communicatione in omnibus, quæ ei proſunt. Extravagans *ad evitanda. c. à nobis.* 28. *il* 2. *c. ſacris.* 38. *de ſent. excom.* Magiſter *in* 4. *diſt.* 18. ubi D. Tho. *q.* 2. *art.* 1. & D. Bonaventura.

idque etiam ſi ſint contriti; nam ante abſolutionem Eccleſia non vult cum illis communicare, nec in diviois, nec in humanis. *c. à nobis. il* 2. *c. ſacris.* 28. *c. cum deſideres. de ſent. excom.* Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. num.* 41. Suarius *diſp.* 5. *ſect.* 3. *num.* 2. contra Hoſtienſem in *c. cum voluntate. de ſent. excom.* Navarr. *in c. quando. de conſecr. diſt.* 1. *notabili.* 19. *n.* 68. D. Antoniom 3. *p. tit.* 24. *c.* 76. Valentiam *in* 4. *diſp.* 7. *q.* 17. *n.* 8. ajentes ſecretè poſſe ſoffragia pro contrito applicari. contra Covarr. in *c. alma. p.* 1. §. 6. *n.* 4. Avilam, Sayrum, abſolutè docentes poſſe contrito applicari ſuffragia Eccleſiæ, quia Eccleſia non debet excludere, quod Deus non excludit: & commooicantes Deo per gratiam, debent Eccleſiæ etiam communicare. Quæ ratio noo convincit, ubi Eccleſia ſe declaravit non abſolutis nolle communicare in *cap. à nobis.* 28. *& in c. ſacris.* 38. *de ſent. excomm.*

2528 Quid de cõtrito mortuo occulto, qui nequeat petere abſolutionem.

Sed quid ſi mortuus contritus ſit occultus, itaut nequeat abſque infamia abſolutio peti; tunc licere applicare illi ſacrificia ait Navarros *c.* 27. *num.* 36. Suarius *diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 7. Diana *par.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 75. moventor, quia Eccleſia non debet velle privare ſuffragiis contritom nequeuntem abſolutionem petere. Quæ ratio probaret in omni contrito, qui, vel pro quo nequit abſolotio peti. Et ſic oppoſitum docet Leaodes *loc. cit. q.* 11. Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 3. *n.* 44. quia ceſſat infamia, ſi petatur abſolutio tacito nomine excommunicati.

2529 Et de mortuo contrito, qui ignoratur.

Quæ reſpooſio nec ſatisfacit in illo excommonicato defuncto contrito, qui igooratur; tunc enim impoſſibile vellet Eccleſia, ſi vellet iſtum petere abſolutionem. Unde in tali caſu ex epickia interpretata rationabiliter voluotate Eccleſiæ, poſſumus dicere communia ſuffragia illis contritis prodeſſe, quouſque Eccleſia in iſto caſu aliud non declaret.

An contritus non toleratus poſſit lucrari Indulgentias Jubilæi, commutatis operibus confeſſionis, communionis in aliis operibus?

2530 Non toleratus contritus nequit Jubilæum lucrari mutatis operibus Jubilæi in aliis.

NEga; quia quouſq; abſolvatur, non participat de bonis ex ioteotione Eccleſiæ, diſtributis illis, quibus Eccleſia cõmunicat. *c. à nobis.* 28. *il* 2. *c. ſacris.* 38. *de ſent. excomm.* Indulgentiæ enim ſunt bona theſauri Eccleſiæ communia. V. DD. apud Fauſtum *de Jubilæo. lib.* 3. *q.* 35. DD. VII. apud Diaoam *p.* 5. *tr.* 11. *reſ.* 13. Bonac. *diſp.* 2. *qu.* 2. *p.* 1. §. 3. Quintanadueñas *de Jubilæo. c.* 24. *n.* 41. contra Navar. *de Jubilæo notabili.* 8. *n.* 14. Sà v. *Indulgentia. n.* 2. Leandrum *loc. cit. qu.* 17. ajentes lucrari indulgentias, quia non ab Eccleſia, ſed à ſe ſibi applicantur præſtitis operibus io Bulla exigitis: ſed deberent probare Eccleſiam velle ei communicare, & reddere illum participem bonorum communium, quales ſunt Indulgentiæ.

An liceat applicare excommunicatis ſacrificium Miſſæ?

2531 Nõ licet applicare Miſſam excom. nomine Eccleſiæ.

DIſtinguas: vel applicat nomine Eccleſiæ, vel in perſonam Chriſti, vel ex perſooa privata Sacerdotis.

Nomioe Eccleſiæ, ut gerens perſonam Eccleſiæ, non licet ſacrificium applicare; quia Eccleſia excommunicatis non communicat.

2532 Secùs, ut gerens perſonam Chriſti.

Ut gerens perſonam Chriſti Domini applicare poteſt, nam ut gerens talem perſonam, Eccleſiæ ooo ſubditus. Chriſtus enim Dominus non ſubditus Eccleſiæ, nec ligari valet legibus Eccleſiæ. Suarius *diſp.* 9. *ſect.* 4. *n.* 4. coutra Leandrum *tom.* 4. *tr.* 2. *diſp.* 3. *q.* 15.

2533 Et ut gerens perſonã privatam.

Ut gerens perſonam privatam, poteſt etiam applicare validè, & licitè; quia tunc non communicat in bonis communibus Eccleſiæ, ſed in boois propriis, & ſic in *Memento* privatim orare poteſt pro excommunicatis vitandis. D. Thom. in 4. *diſt.* 18. ubi Durandus *q.* 3. Covarr. *in c. alma. p.* 1. §. 6. *num.* 4. Gabr. *q.* 2. *dub.* 1. Sylveſter v. *Miſſa.* 1. *q.* 8. Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 76. vide Navar. *in c.* 27. *n.* 36. ubi docet meritum ex opere operantis poſſe Sacerdotem ex privata intentione applicare excommunicatis in quantum ſibi correſpondet, & ſic validè, & licitè Sacrificium applicare poteſt pro excommunicato; nam tunc non commuoicat in boois Eccleſiæ, ſed in propriis, quod eſt ei conceſſum. *c. quoniam.* 101. *in fine.* 11. *q.* 3. nam ſi excommooicatis licet dare eleemoſynam. *dicto c. quoniam.* fortiùs licet dare eleemoſynam pro anima. *c. ſacris. de ſent. excom.* ubi ſolùm prohibetur applicare ſuffragia nomine Eccleſiæ.

Hinc patet.

An

An Sacerdos pro Miſſa poſſit recipere ſtipendium ab excommunicato?

2534 Quando Sacerdos poſſit accipere ſtipendium pro Miſſa ab excomm.

DIſtinguas: vel eſt applicanda pro defuncto, vel pro aliis, vel pro excommunicato.

Pro defunctis, & aliis affirma, quia ſunt capaces.

Pro ipſo excommunicato, Subdiſtinguas: vel applicatur nomine Eccleſiæ, vel nomine Chriſti, vel proprio.

Nomine Eccleſiæ, nega; quia Eccleſia illis non communicat.

Nomine Chriſti Domini, & nomine proprio, affirma, quia id non eſt prohibitum, & Chriſtus Dominus communicat cum excommunicato contrito, ità Sacerdos, ut gerens Chriſti Domini perſonam.

Si verò dans eleemoſynam non ſit contritus, tunc nequit ei applicare Sacrificium, ut ſatisfactorium, ſed ut propitiatorium, & impetratorium doloris, & veniæ, impetrando media ad ſalutem.

An teneat applicatio publico nomine nominatim facta pro excommunicatis?

2535 Applicatio Miſſæ facta publico nomine Eccleſiæ pro excomm. non tenet.

NEga; quia id promanat ex intentione Eccleſiæ nolentis dare excommunicatis propria bona Eccleſiæ; Imò peccat Sacerdos applicans, cùm ſit ab Eccleſia ei interdictum, & nemo poteſt aliquid facere contra intentionem illius, cujus gerit officium, ſicuti nequit excedere fines mandati. *l. diligenter. D. mandati.*

An ſaltem in communi liceat pro excommunicatis applicare ſuffragia communia?

2536 Nec in communi licet pro excom. communia ſuffragia applicare.

NEga; nam prorſus ſunt ab Eccleſia excluſi, & ſicuti in ſpecie, ità in genere incapaces Eccleſiaſticorum ſuffragiorum. *c. à nobis. de ſent. excom.* Cornajus *diſp. 10. §. 3. dub. 1.* Sotus *in 4. diſt. 11. q. 2. art. 9. ad 2.* contra Triburgum *in ſumma. lib. 3. tr. 33. q. 39.* Hoſtienſem *in c. cum voluntate. de ſent. excom.*

Qua pœna puniatur Clericus ſponte, & ſcientèr admittens ad divina excommunicatum per ſententiam Papæ?

§. III.

2537 Majori excom. punitur Clericus admittens ad divina officia excom. à Papa.

EST excommunicatus majori excommunicatione Papæ reſervata. *c. ſignificavit. 18. de ſent. excom.* quam non contrahit admittens non ſpontè, nec ſcientèr.

Secundo, nec illam contrahit ſcientèr, & ſpontè admittens excommunicatum à lege Papali, vel ab alio; nec illam contrahit aſſiſtens cum tali excommunicato. Jura enim loquuntur de excommunicato per ſententiam Papæ ſpecialem, & ità ut ab homine, non ut à lege Papali.

Explicuimus ſuffragia licitè excommunicatis non applicanda; nunc diſquiramus.

An validè applicentur bona ſpiritualia Eccleſiæ excommunicatis?

§. IV.

2538 Neque validè applicantur excom. bona ſpiritualia Eccleſiæ.

NEga; nam Miniſter Eccleſiæ ex intentione Eccleſiæ applicans, nequit excedere, & excedens nulliter agit, deſtitutus intentione Eccleſiæ, ſine qua intentione applicatio nulla eſt, ut enim excedit Miniſter, excedit intentionem Eccleſiæ, non eſt ejus Miniſter. *c. piſanis. de reſtitutione ſpoliatorum. c. cum veniſſet. de eo, qui immitti in poſſeſſionem.* Sic mandatarius nullitèr agit, pro ut excedit fines mandati. *l. diligenter. 5. D. mandati.* Non ergo licitè, quia contra Eccleſiæ præceptum grave. *c. à nobis. 28. c. ſacris. 38. de ſent. excomm.* Itaut lethalis ſit tranſgreſſio ſecundum D. Thom. *quodlibeto. 11. art. 9.* Navarrum *c. 27. n. 30.* Covarr. vel veniale applicare ſuffragia in communi ſecundum Ledeſmam in *4. p. 2. q. 23.*

An validè, & licitè applicari valeant ſuffragia, ut excommunicati convertantur ad Eccleſiam?

2539 Validè, & licitè applicantur, ut convertantur.

AFfirma: nam is finis Eccleſiæ, *c. cum medicinalis. de ſentent. excomm.* communio namque denegatur, ut ſic magis extimulentur ad obediendum Eccleſiæ, fracta ejus contumacia: qua ratione admittuntur ad audiendam concionem. *c. reſponſo. 43. de ſent. excom.* Sylveſt. *v. excom. 1. n. 2.* Leander *loc. cit. q. 7.* citans XIII. DD. & dicens certum.

An excommunicatus à Papa excludatur à communione, & ſuffragiis omnium fidelium?

2540 Excomm. à Papa exluditur à communione omnium fidelium.

AFfirma, quia omnium ſuperior, omnibus præcipere valet, nè excommunicato communicent. Scotus in *4. diſt. 19. §. de quinto.*

An excommunicatus ab inferiori ſit vitandus ab omnibus, etiam non ſubditis excommunicanti, itaut nec ſuffragia applicari valeant?

2541 Et etiam excommunicatus ab inferiori ſupremo Jure.

AFfirma, non ex præcepto ipſius excommunicationis, tantùm obligantis ſuos ſubditos, ut vitent, & non applicent ſubdito excommunicato, ſed ex præcepto Summi Pontificis decernentis excommunicatum ubique excommunicatum eſſe. *c. cum ab Eccleſiarum. de officio Ordinarii. c. teſtimonium. de teſtibus. c. 1. de tregua, & pace.* ubi Abbas, Felinus *in c. officii. 42. n. 2. de ſent. excomm.* Scotus *loc. cit.* dicens propriè excommunicare ſuum ſubditum, eſt præcipere ſuis ſubditis, nè cum illo communicent, quoad exteros verò excommunicare ex commiſſione Papæ.

De Excommunicato in ordine ad Beneficia.

CAPUT VIII.

2542 Effectus excom. quoad beneficia.

EXcommunicatus juſtè, & validè, vel eſt evitandus, vel non eſt evitandus, vel obtinet beneficium ante, vel durante excommunicatione.

An excommunicatus privetur Beneficiis obtentis ante excommunicationem?

§. I.

2543 Excom. non privatur beneficiis obtentis ante excommunicationem.

NEga; nam nullibi id jure exprimitur. *c. Paſtoralis. §. verum. de appell.* Palaus *tom. 6. de cenſ. diſp. 2. punct. 11. n. 2.* DD. XX. quibus ſubſcribit Leander *tom. 4. diſp. 9. qu. 1. & 2.* Idque licèt inſordeſcens intra annum valeat beneficiis, & officiis orbari. *c. rurſus. 11. qu. 3. c. cum bona. de ætate, & qual.* Menoch. *de arbitr. caſu 416. n. 48. & 55.* Farinac. *par. 1. fragm. crim. v. Clericus. n. 264.* Idque etiam ex cauſa Civili contra Abbatem, Romanum, Angelum, volentes ex cauſa Civili inſordeſcens, etiam per mille annos, non poſſe beneficiis privari.

An validè durante excommunicatione valeat beneficium recipere?

2544 Durante excom. nequit validè beneficia recipere.

NEga. *c. 1. de poſt. Prælat. c. Paſtoralis. 7. de Cler. excomm. min.* Squillante *de oblig. Cler. par. 3. n. 70.* & DD. XVII. apud Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 3. n. 97.* Suarius *de cenſ. diſp. 13. ſect. 1. n. 2.* Valq. *de excomm. lib. 6.* Sà *v. excomm. n. 28.*

An ſit valida electio, præſentatio, nominatio, permutatio, collatio facta excommunicationis tempore?

2545 Electio, præſentatio, nominatio, permutatio, collatio beneficii facta excomm. eſt nulla.

NEga. *d. c. 1. de poſt. Prælat.* ubi de nominatione, & poſtulatione. *c. cum dilectus. de conſuet.* ubi excommunicatus minori etiam excommunicatione nulliter eligitur. *c. ſi celebrat.*

de

de Cler. excomm. min. ubi eſt ſermo de electione nulla excommunicati. Suarius *diſp.* 13. *de cenſ. ſect.* 1. *n.* 10.

An excommunicatio tolerata reddat nullam collationem, institutionem beneficii?

2546 Etſi ſit toleratus.

AFfirma: quia Extravagans *ad evitanda*, non favet excommunicatis. Abb. *in c. poſtulaſtis.* 7. *n.* 4. *de Cler. excomm. min.* Langellottus *de attentatis. c.* 24. *qu.* 3. *n.* 7. Caſſadorus *deciſ.* 1. *n.* 4. *de præb.* Puteus *lib.* 1. *dec.* 67. Suarius *diſp.* 13. *ſect.* 1. *n.* 25. Valq. *de excomm. dub.* 6. *n.* 4. Coninck *de cenſur. diſp.* 14. *dub.* 9. Candidus *diſquiſ.* 18. *art.* 25. *dub.* 5. *lib.* 7. Leander *tom.* 4. *diſp.* 9. *qu.* 4. ſubſcribens XXIX. DD. Alterios *lib.* 2. *diſp.* 6. *c.* 2. *dub.* 2. contra Hortadum *diſp.* 6. *de excomm. diffic.* 2. *n.* 6. Baunyum *diſp.* 7. *de excomm. qu.* 18. *dicto* 3. Dianam *par.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 99. *in fine*, citantem Turrianum *lib.* 2. *diſp.* 15. *dub.* 2. motos, quia excluditur à beneficiis, qui excluditur à communicatione cum Eccleſia. *c. poſtulaſtis.* 7. *de Cler. excomm. min.* Toleratus autem non excluditur à communicatione. Extravag. *ad evitanda.*

Quæ ratio non convincit, quia excluditur à communicatione, quoad ejus favorem, ut etiam recipere beneficium.

An ſit nulla collatio beneficii facta excommunicato oblito invincibilitèr ſuæ excommunicationis?

2547 Et ſit invincibiliter oblitus ſuæ excommunicationis.

AFfirma: quia incapacitas contracta per excommunicationem. *c. Paſtoralis. de Cler. excomm. miniſt.* non tollitur oblivione, ut oblivione non tollitur excommunicatio: & licèt oblivio invincibilis hìc, & nunc tollat culpam recipientis beneficium, non tollit excommunicationem, & effectum ad beneficia inhabilitatis ab illa emanantem. Garzias *de benefic. par.* 7. *c.* 13. *n.* 9. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *de cenſ.* Raynaudus *de monitoriis par.* 2. *c.* 2. *num.* 29. Palaus *de cenſ. diſp.* 2. *punct.* 10. *n.* 4. DD. XXIX. quibus ſubſcribit Leander *tom.* 4. *diſp.* 9. *qu.* 5. contra Bauny *diſp.* 7. *de excomm. qu.* 18. *v. caſus* 3. ajentem in foro interno poſſe ſibi retinere beneficium, contra Dianam *par.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 99. Leſſium *lib.* 2. *c.* 34. *dubit.* 22. *n.* 17. & Navarrum volentes tutum etiam pro foro externo.

2548 Secùs ſi ſit poſſeſſor triennalis.

Nota hìc alios caſus, in quibus collatio beneficii facta excommunicato tenet. Primo, quando proviſus excommunicatus eſt poſſeſſor triennalis, quia deindè amplius moleſtari non poteſt. Navar. *in cap. ſi quando. n.* 9. *de reſcriptis.* Ricciolus *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 2. Secundo, quando collatio eſt ante excommunicationem, licèt poſtea ſequatur acceptatio poſt excommunicationem. Covar. 3. *variar. cap.* 16. *n.* 4. Tertio, quando intercesſit appellatio, & ea pendente conferatur beneficium. Quarto, ſi ſit facta collatio cum clauſula abſolutionis à cenſuris ad effectum validandæ collationis facta literis Apoſtolicis, *& à quibuſcumque cenſuris excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, &c.* tollit impedimentum, & ſic eſt valida collatio beneficii. Ugolinus *tabula* 1. *cap.* 4. *§.* 5. *num.* 17. Romanus *conſ.* 307. Alvarez *Speculo Romanorum Pontificum nota* 18. *col.* 1. *num.* 6. Joannes Andreas *in Clem.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate.* Afflictus, & alii apud Borrellum *conſ.* 89. *n.* 22.

Aut obtinuit ante excomm.

Aut interceſſit appellatio.

Aut ſit clauſula abſolutionis à cenſuris.

2549 Excom. occultus tenetur ſe excuſare ab obtinendo beneficio.

Si excommunicatus ſit occultus, tenetur ſe excuſare honeſto aliquo titulo ab obtinendo beneficio. Si verò teneatur acceptare, itaut ſecus infametur; tunc poterit acceptare, & deindè ſecretam diſpenſationem obtinere. Quia jus ſervandæ famæ eſt naturale, & ſic prævalet juri humano, de non acceptando beneficio, & dignitate. Gabr. à S. Vinc. *n.* 104.

Nota hìc peccare illum, qui confert beneficium excommunicato, etiam tolerato, & incidit in minorem excommunicationem, & eſt ſuſpenſus à collatione ejuſdem beneficii, argumento textus *in cap. cum in cunctis. de electione*, & etiam ſunt ſuſpendendi ab aliis collationibus poſt binam monitionem. *c. grave. de præbendis.*

2550 Conferens beneficium excom. peccat, & incidit in excomm. minorem.

Ut tamen quis repellatur à beneficio per excommunicationem, excommunicatio debet clarè probari. Rota *deciſ.* 534. *num.* 2. Alciatus *tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 11. *cap.* 1.

2551 Ut repellatur quis à beneficio, cēſura clarè, eſt probāda.

Nomine beneficii venit etiam penſio, licèt ſtrictè non veniat, ut infra dicemus.

An Excommunicatus ſit capax Penſionis?

§. II.

DE Penſione ergo diſtinguamus: vel penſio eſt perpetua, data in titulum beneficii, aut eſt temporalis. Prima eſt perpetua, & habet rationem beneficii. Abbas *in c. conferente. de Clericis non reſidentibus.* Rota *dec.* 39. *de reſcriptis in antiquis*. Et hæc eſt penſio, quæ extrahitur ab aliquo pingui beneficio; non ad commodum alterius, ſed ut perpetua conferatur tanquam beneficium Eccleſiaſticum. Gigas *de penſionibus qu.* 28. *in fine, & qu.* 54. *n.* 1. Caccialupus *de penſionibus q.* 12. Vide text. *in cap. ult. de conceſſione præbendæ in* 6. ibi: *præſtimoniis*. Abbas *vol.* 2. *conſ.* 97. *n.* 4.

2552 An nomine beneficii veniat penſio.

2553 Pēſio perpetua eſt pars pinguis beneficii, & ejus naturam habet.

Penſio temporalis, quæ datur etiam laico: puta advocato Eccleſiæ pro labore ex bonis Eccleſiæ, & hæc appellatur Præſtimonium, in rigore non eſt beneficium. Navar. *in ſumma c.* 23. *n.* 111. Nam beneficium debet eſſe perpetuum. Gloſſ. *in c. un. de Capellis Monachorum in* 6. *v. perpetuo*, & *in c. quamvis. de præbendis in* 6. Ubi nomine beneficii non venit penſio.

2554 Penſio temporalis non eſt beneficiū.

Nunc prima ſententia docet excommunicatum poſſe habere penſiones, quia ſunt veluti donationes temporales, & natura ſua redimibiles, licèt ut redimantur ad vitandos abuſus, requiratur licentia Papæ.

Secunda ſententia ait penſiones merè temporales, quæ dantur ex cauſa humana, ut ex obſequiis præſtitis à parentibus, & hæc penſio poteſt ſtare cum excommunicatione. Si verò detur ob aliquid munus ſpirituale: puta ratione Coadjutoriæ, & hæc non poteſt ſtare cum excommunicatione; nam tunc eſt acceſſorium ad munus ſpirituale, cujus muneris incapax eſt excommunicatus.

2555 An excommunicatus poſſit habere penſiones.

Nota: quod nulla penſio datur licitè excommunicato, quia nemo cum excommunicato communicare poteſt. *d. cap. poſtulaſtis.* Et durante excommunicatione non poteſt exigere penſionem oppoſita exceptione excommunicationis, niſi abſolvatur in ordine ad talem effectum. *cap. exceptionem. de exceptionibus.*

Hinc reſcriptum obtentum ab excommunicato, ut habeat penſionem non tenet, niſi abſolvatur. *cap. dilectis. de reſcript. c.* 1. *eodem in* 6. Abbas *in cap. veritatis. de dolo, & contumacia.*

An Reſignatio, & poſtulatio Beneficii, aut Commenda ſit valida facta excommunicato?

REſignatio beneficii in favorem excommunicati eſt nulla. Gloſſa *in Clem.* 1. *de pœnis. v. obtinenda.*

2556 Reſignatio, poſtulatio, commenda facta excom. eſt nulla.

De

De poſtulatione ad beneficium, quæ excommunicato non poteſt fieri, habes textum *in c.t. de poſtulatione Prælatorum.*

Commenda facta excommunicato eſt irrita, quia æquiparatur beneficio Parochiali. *c.nemo. de electione in 6.*

Ex beneficio, deveniamus ad ejus fructus.

De fructibus Beneficii, decimarum, primitiarum.

§. III.

An interim excommunicatus faciat fructus ſuos?

2557 Excom. privatur fructibus beneficii

EXcommunicatus, ſivè toleratus, ſivè non toleratus privatur omnibus fructibus beneficii, decimarum, oblationum, primitiarum, ſi beneficium fuit obtentom ante excommunicationem. *cap.poſtulaſtis. de Cler.excomm.miniſtrante. cap.Paſtoralis. §.verum.de appellationib.* Suarez *diſp.13.n.*10. Gennenſis *in praxi cap.*20. Guttierez 1.*Canonic.c.*1.*n.*90. Covarr.3.*variar. cap.*t. contra Navarr.& Vaſquez, ajentes toleratum poſſe retinere fructus beneficii obtenti ante cenſuram, intelligentea text. *in c. Paſtoralis.* ſequuta ſententia ad inſtar relegati, qui privatur bonis, ſi id exprimatur in ſententia. *l.deportationis. Cod.de pœnis.*

An fructus autem ſint reſtituendi ante Judicis ſententiam?

2558 Quando fructus beneficii ſint reſtituendi, & quos.

DOctores, qui volunt privari ipſo jure excommunicatus, durante tempore excommunicationis volunt non teneri fructus à ſe abdicare, ſed poſſe illis uti, ſi onera, & officia beneficii exequatur, ſivè habeat beneficium ſimplex, ſivè curatom, quia textus *in cap. Paſtoralis*, loquitor de ſpoliatione facienda.

Alii volunt excommunicatum contumacem poſſe privari, perceptis tamen fructibus correſpondentibus ſuo ſervitio, & Clericus pauper percipere poſſe neceſſaria ad ſubſtentationem, ſecundum Sylveſtrum v.*Clericus* 4. *n.*17.

Diceodum tamen eſt fructus eſſe reſtituendos ante Judicis ſententiam, quia non ſunt reſtituendi in pœnam delicti, ſed ut effectus excommunicationis habentis paratam exequutionem, & conſequenter ſequuntur naturam excommunicationis, non requirentis declarationem. *dict.cap.Paſtoralis. §.verum.* Doctures *cit* Leander dans XXVIII. DD. *de cenſur. diſp.* 9. *q.*28.*&* 29. Qui licèt etiam citet plures Doctores, ajentes ante ſententiam poſſe excommunicatum in conſcientia retinere ſibi fructus ad inſtar aliarum pœnarum. *cap.cum ſecundum leges. de hæreticis in* 6.ſi ſit excommunicatus paratus corrigi, quia in odium contumaciæ fructibus privator,& citat XIV.DD. Diana *par.*a.*tract.*1. *reſol.*104.

2559 An conſuetudine ſit derogatum reſtituendi fructus ante ſententiam.

Licèt ex conſuetudine derogatum juri reſtituendi fructus ante ſententiam doceat Rebuffus *in cap.poſtulaſtis.n.*84.*de Clerico excomm.miniſt.* Sanchez, Coninck, apud Buſembaum *de cenſur. dub.*3.*n.*5. Maſcardus, Hurtadus, Diana *par.*1. *tract.*4.*reſol.*54. Suarios *loc.cit. n.*51. dicens ſervandam conſuetudinem ubi receptam, & abſolutè receptam dicunt alii apud Leandrum *loc. cit.qu.*3.

Idque maximè ſi excommonicatus egeſtate præmatur, & petat, & non poſſit obtinere abſolutionem, tunc poteſt retinere ſibi froctos tanquam egeſtate præſſus; nam etiam iſtis ſuccurrendum, ut etiam ſuccurrendum aliis valde egenis. Ita docet Navar.*cap.*27 *num.*124. Surdus *de alimentis tit.* 1. *qu.* 81. Suarez *loc. cit.* Leander *cit.q.*32.33. Franciſcus Marcus, & alii.

Si verò poſſit petere, & nolit petere abſolotionem, tunc non poteſt retinere fructus, ut conſulat ſuæ egeſtati, quia egeſtas eſt voluntaria, cum poſſit ab illa ſe liberari petendo abſolutionem. Leander *tom.*4.*diſp.*9.*qu.*31.

2560 Fructus reſtituendi, cui dandi.

Fructus verò, qui reſtituendi ſunt, ſunt dandi Eccleſiæ, pauperibus loci, ubi eſt beneficium. *cap.cum ad hoc. de Clericis non reſidentibus*, excepta portione penſionis fortè ſolvenda, & alia portione, quæ accreſcit Eccleſiæ inſervientibus. Suarez *de cenſ. diſp.*13.*ſect.*2.*num.*24. DD.LIV. quibus ſubſcribit Gabr.à S.Vioc. *de cenſ. diſp.*3. *n.*8. contra Navarrum *de reſtit.c.*3.*n.*238. Vaſq. *opuſculo de benef.c.*4.§.3.*dub.*4.*n.*229. ajentes toleratum non privari fructibus beneficii obtenti ante cenſuram, ſic intelligentes textum *in c.Paſtoralis*, ut eſſet eleemoſyna, quæ datur concomitantibus cadaver ad ſepulturam; nam ſi eſt excommunicatus illud beneficium (vulgo *Fratanza*) habeat, ejus portio datur aliis conſociis ob excommunicationem, & ob contumaciam, ex eo, quia excommunicatus publicus functionibus aſſiſtere nequit.

Excommunicatus conferens beneficia.

§. IV.

Quid autem dicendum ſi conferens beneficia ſit excommunicatus?

2561 Vitandus nulliter confert beneficia.

DIſtinguas: vel eſt vitandus, vel non: Excommunicatus vitandus nulliter præſentat, poſtulat, inſtituit, confert, confirmat, vel aliter dat beneficia, etiamſi beneficia ſint ſimplicia; nam tunc Superior eſt ſuſpenſus, & ſic nequit exercere juriſdictionem, adeoque nequit validè actus exercete.*cap.un.ne Sede vacante in* 6.*cap.tantùm.de exceſſib. Prælatorum.*

Toleratus validè.

Si verò non ſit vitandus, tunc validè confert beneficium, ex Extravaganti *ad evitanda*, quæ conſiderat favorem aliorum. Vaſquez, Bonacina, Hurtadus, & alii contra Alterium. Et etiam licitè, ſi conferat alio petente, vel inſtante, vel alio præſentante, non verò ſi ſpontè ſe ingerat; nam quando alius præſentat, vel petit; tunc conſideratur alterius favor. Extravag.*ad evitanda.*

Si plures cooferant beneficium: puta Capitulum, & Epiſcopus, collatio eſt nulla, ſi unus ſit excommunicatus vitandus ſe ingerens in conferendo. *cap.un. ne Sede vacante in* 6. Quia malum ex ſingulis defectibus.

2562 Vitandus nequit validè eligere.

Excommunicatus vitandus nequit validè eligere. *cap.illa. cap.per inquiſitionem. de electione.* Excepta electiooe Summi Pontificis. *Clem. ne Romani. de electione.* Idque ad tollendam anſam ſchiſmatis.

Quæres, an excommunicatus poſſit reſignare beneficium obtentum ante excommunicationem?

2563 Toleratus valet reſignare beneficium.

DIſtinguas: vel eſt vitandus, vel non. Si non eſt vitandus, affirma poſſe reſignare ad favorem tertii, ex Extravag.*ad evitanda.*

Si eſt vitandus, ſubdiſtinguas: vel reſignat liberè in manu Superioris, vel ad favorem tertii. Si liberè in manu Superioris, tenet reſignatio; quia tunc magis alienatur à rebus ſacris.

2564 Vitandus nequit ad favorem tertii, ſecus ſi in manu Papæ.

Si ad favorem tertii, nega; quia commercium ei interdictum eſt, & reſignatio non admittitur à Superiore, qui ei non communicat. Covar.*in cap.alma Mater.par.*1.§.7.*n.*9. Suarez *cit.* Sed ſi admittatur reſignatio, eſt valida; nam non eſt actus juriſdictionis. DD.*cit.*

Ex-

Digitized by Google

Excommunicatus quoad Juriſdictionem.

CAPUT IX.

2565 Excommunicatus caret Juriſdictione.

EXcommunicatus caret Juriſdictione. *c. audivimus.* 14. *q.* 1. *c. is, cui. de officio delegati in 6. c.* 1. *de officio Vicarii in 6. & c.* 1. *de ſupplenda negligentia Prælatorum in 6. c. decernimus. de ſent. excomm. in 6. c. veniens. de teſtibus.*

2566 Omnes actus Juriſdictionis ei vetantur.

Hinc prohibetur quilibet actus juriſdictionis excommunicato, ſivè præcipere, leges ferre, diſpenſare, judicare, ſententiam dicere; neque excommunicatus amittit jus quæſitum ante excommunicationem, ſed privatur exercitio Juriſdictionis. *cap. 2. de officio Vicarii in 6. c. accedentibus. de exceſſibus Prælatorum. c. dilectus filius. de officio Ordinarii.*

2567 Graviter peccat exercendo actum Juriſdictionis, etiſi toleratus.

Et peccat graviter excommunicatus exercens aliquem actum Juriſdictionis etiamſi ſit toleratus, quia excommunicatio privat Juriſdictione, & Extravagans *ad evitanda*, eſt ad favorem ceterorum, non excommunicati. Suarius *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 13. Et hoc itàut actus factus à tolerato teneat favore ceterorum, à non tolerato ſit nullus; nam omninò irritatur. *c. adverſus. de immunitate Eccleſiarum.* Barboſa *in collectan.* ad Extravag. *ad evitanda. v. adjicimus n.* 3. Guttier. 1. *Canonicarum c.* 1. *n.* 75. ex *c. ad probandam. de ſententia, & re judicata*; quod concedas Judicem excommunicatum toleratum ferentem ſententiam peccare mortaliter, ſi ſe ingerat non requiſitus; nega, ſi ſit requiſitus, contra Leſſium, & alios ajentes indiſtinctè peccare mortaliter.

Niſi ſit requiſitus.

An autem poſt excommunicationem poſſit recipere Juriſdictionem?

2568 Poſt excom. nequit recipere ſpiritualem Juriſdictionem.

DIſtinguas: ſpiritualem à temporali.

De ſpirituali Eccleſiaſtica, nega; quia Eccleſia ei non communicat, ſine cujus voluntate nequit bona Eccleſiaſtica acquirere; itàut nec habeat Juriſdictionem temporalem ab Eccleſia communicandam. *c. venerabilem. §. ſunt enim. de electione.* Soar. Coninck, & alii.

2569 Reſcripta in favorem excom. etiam tolerati ſunt nulla.

Et ſic Reſcripta obtenta à Summo Pontifice, & aliis inferioribus EccleſiaſticisPrælatis ad favorem excommunicati, etiam tolerati occulti, nulla ſunt, unà cum proceſſibus in illis fundata, ex defectu voluntatis Prælati Eccleſiaſtici nolentis excommunicato favere.

2570 Si Juriſdictio ſit à Principe ſeculari valide, non licitè recipitur.

Si verò Juriſdictio communicetur à Principe ſeculari; tunc communicare validè, non licitè affirma, ut plures; quia Dominus poteſt dare bona ſua excommunicato; ergo etiam bona Juriſdictionalia: non licitè, quia tunc communicat cum excommunicato. Suarez, Filliucc. & alii. Qua ratione validè Princeps ſecularis conferre valet excommunicato feudum, & ſic Reſcripta à Principe ſeculari collata excommunicato valida ſunt, cùm non deſit voluntas conferentis. Suarius *diſp.* 17. *de cenſ. ſect.* 1. *n.* 2. Machadus *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 3. *docum.* 18. *n.* 1. Bonac. *de cenſ. diſp.* 2. *q.* 2. *p. ult.* contra Alterium.

Privatio Communicationis Forenſis.

CAPUT X.

2571 Judex excom. nequit Juriſdictione uti.

EXcommunicatio privat Juriſdictione pro foro contentioſo, ſic Judices excommunicati nequeunt exercere Juriſdictionem. *c. decernimus. de ſent. excomm. in* 6. ut excommunicatus nequit Judex conſtitui.

2572 Niſi ſit toleratus, & requiſitus.

Si verò Judex excommunicatus ſit toleratus. Tunc ſua Juriſdictione uti valet requiſitus, ex Extravag. *ad evitanda*, & ſententia lata ſemper tenet, quia eſt favore litigantium. Covarr. *in c. alma. par.* 1. *§.* 11. *n.* 4.

Valet tamen excipi contra excommunicatum toleratum, quòd ſit excommunicatus, dicta Extravag. *ad evitanda.* Diana *par.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 109. Et poteſt hæc exceptio opponi in quacunque parte judicii. Muſcatellus, *par.* 3. *praxis. Gloſſ. ſimiles. n.* 1. Surdus *de alimentis tit.* 8. *privilegio* 83. *n.* 4. Sayrus *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 6. 2573

Contra toleratum poteſt excipi.

Hæc exceptio debet opponi expreſſo nomine excommunicati, & cauſa excommunicationis, & debet probari clarè intra octo dies, non per famam publicam. *c. pia.* 1. *de exceptionibus. in* 6. Maſcardus *de probat. concl.* 691. Farinac. *p.* 1. *crimin. q.* 41. *n.* 75. 2574

Quomodo opponi debet iſta exceptio.

An autem ſententia lata ſit nulla?

AFfirma: quia ſuſpenſa Juriſdictione nequit ſententia pronunciari, & ſic pronunciata eſt nulla. *c. nos Sanctorum.* 15. *qu.* 6. ubi ſubditi etiam ſunt excepti à Juriſdictione, & ab onere juramenti præſtiti ab excommunicato. 2575

Sententia lata ab excomm. eſt nulla.

Hinc patet, quod omnia geſta ab excommunicato ſunt nulla, & ſic non poteſt ferre ſententiam validè, ſi ſit excommunicatus vitandus, nec poteſt eſſe arbitrator, nec arbiter.

An iſti mortaliter peccent?

ALii affirmant mortaliter, alii verò volunt tantùm peccare venialiter ferentes ſententiam, quando ſunt excommunicati; & ità docet Cajet. *v. excommunicatio. c. de his, quæ excommunicato licita ſunt.* Nam iſtæ ſunt actiones politicæ, & uſuales, licèt forenſes, quæ ſolùm prohibentur, & irritantur ſub veniali. 2576

An ferendo ſententiam peccet mortaliter.

Actor, & Accuſator ſivè vitandus, ſivè non?

§. I.

COnventus, & conveniens accuſans repellitur à judiciis. Suar. *de cenſ. diſp.* 16. *ſect.* 3. *n.* 5. Afflict. *dec.* 268. *n.* 3. Petra *ritu* 236. Mareſca *de reconventione. enarratione* 4. *n.* 5. Patet ex *c. decernimus. de ſent. excomm. c. Pia. de exceptionibus. in* 6. *c. intelleximus.* 7. *de judiciis. c. prudentiam. de officio, & poteſtate Judicis delegati.* Idque etiamſi non ſit vitandus, quia Extravag. *ad evitanda*, non eſt introducta favore excommunicati, ſed aliorum. Suarius *de cenſ. loc. cit.* Sayrus *de cenſ. lib.* 2. *c.* 7. 2577

Actor, Accuſator excomm. repelluntur in judiciis.

Niſi actor agat in cauſa excommunicationis, probando ſe abſolutum, vel excommunicationem eſſe nullam. *c. cum inter. de exceptionibus.* Et repellitur in qualibet parte judicii, ſivè inſtet, ſivè replicet, ſivè reconveniat, ſive intentet remedia poſſeſſoria, ſivè quærelam inofficioſi, ſivè bonorum poſſeſſionem. *c. exceptionem. de exceptionibus.* Surdus *de alimentis tit.* 8. *privilegio* 83. *n.* 4. Sayrus *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 6. 2578

Secùs ſi agat in cauſa excomm. probando eſſe abſolutum, aut fuiſſe nullam.

Imò nec in cauſa excommunicationis agere poteſt, niſi abſolvatur ante ad finem agendi. Abb. *in c. cum inter. de excep.* Ambroſinus *dec.* 50. *num.* 54. 2579

In cauſa excomm. debet prius abſolvi.

At ſi contra excommunicatum non excipiatur, adhoc acta ſunt nulla. *c. exceptionem. de except.* licet deindè *in d. c. Pia*, ſint valida. ibi: *ſed ſi poſt rem judicatam talis exceptio proponatur, executionem impedit; ſed ſententia, quæ præceſſit non minus debitum robur obtinebit.* 2580

Acta tenent, niſi excipiatur.

Valet ergo judicium, niſi excipiatur de excommunicatione contra actorem. Suar. *diſp.* 16. *ſect.* 3. Ricciolus *de jure perſonarum. lib.* 4. *c.* 31. *num.* 36. Peregr. *de jure fiſci lib.* 2. *tit.* 11. *n.* 17. 2581

Excom. probari debet plenè.

Excommunicatio tamen debet probari plenè, itàut non ſufficiat fama, ut ſuprà probavimus, & intra octo dies. Maſcar. *de probationib.*

con-

Digitized by Google

*concluſ.*691. Farinac. *in praxi criminali par.*1. *q.*47.*num.*71.

An Actor excommunicatus ſit repellendus à Judice?

2582 Actor vitandus debet repelli à Judice.

DIſtinguas: vel eſt vitandus, vel toleratus. Si vitandus, affirma. *c.decernimus.* 8. *de ſent.excom.in* 6.*c.exceptionem* 12. ibi: *ex officio Judicis repellendus. de exceptionibus.* Macadus *tom.*2.*lib.*6.*p.*4. *tr.*1. *docum.*3. *n.*2. Riccius *collect.*1729.

Apud Hiſpanos non repellitur.

Licèt uſus obtinuerit non repelli apud Hiſpanos, teſte Covarruvias. Henriquez *lib.*13. *c.*7.*n.*4.*in Gloſ.lit.l.*

2583 Vitandus agit ſi periculum ſit in mora.

Inſuper evitandus poteſt agere, nec repelli debet, ſi periculum ſit in mora, vel immineat grave damnum, ſi prius ſit obtinenda abſolutio: puta ſi debitor ſit fugitivus, ſi filius ſit raptus ab infidelibus, ſi fructus interim deperirent; lex enim non obligat cum tanto onere. Suarius *de cenſ.diſp.*14.*ſect.*3.*n.*9. Bonac. *tom.*1.*diſp.*2.*de cenſ.q.*2.*p.*7.*n.*8.

2584 Toleratum non tenetur Judex repellere.

Si verò ſit toleratus, nega Judicem teneri, licèt poſſit; illum non tenetur repellere, cùm ceſſet peccatum communicationis cum excommunicato, ex Extravag.*ad evitanda.*

An poſſit agere per procuratorem?

2585 Poteſt agere per procuratorem.

EXcommunicatus nec per procuratorem agere valet.*c.fin.*ubi Abbas *de procur.*nam hæc eſt communicatio, quæ etiam prohibita eſt ipſi excommunicato. Suarius, & Sayrus *de cenſur. loc.cit. ex c.decernimus.* Sylveſt. v.*procurator.* Et ceſſat procurator conſtitutus ante excommunicationem principalis, etiamſi deinde ſuperveniat excommunicatio principalis. Golinus *de procuratoribus. c.*3. Bauny *de excomm.diſp.*7. *qu.*21. *aſſert.* 2. Non verò ſi mandatum ſit à lege; nam tunc excommunicato pupillo, remanet mandatum Tutoris, & excommunicatis Canonicis, remanet Vicarius Capitularis; quia à lege, non ab excommunicato mandatum habent.

Ut Actor audiatur, quid faciendum?

2586 Actor eſt abſolvendus, ut audiatur.

UT actor audiatur ante omnia debet abſolvi, exceptis in rebus moram non patientibus. Baldus *in c. intelleximus. num.*7. *de judiciis.* Buttius *num.*6. *de judiciis.* Abbas *num.*2. exceptis rebus moram non potientibus, ut ſupra.

Actor excommunicatus vitandus in judicio agens peccat tantùm venialitèr ob communionem. Abb.*in c.nulli. de ſent. excomm.* Suarez *de cenſ. diſp.*14. *ſect.*3. *n.*9. eſt igitur veniale ob ſolam interdictam communicationem cum excommunicato, vel aliis, veluti ſcandali levis. *c.nuper.*29.*de ſent.excom.* Cornejus apud Gabr.à S. Vinc. *loc.cit. n.*131. A quo veniali etiam excuſatur agens ex cauſa neceſſaria petendi jus ſuum, ſecùs amittendum. Abbas *loc.cit. num.*4. Alterius *lib.*2.*de cenſ. diſp.*3.*c.*1. *v.ſed quæri poteſt.* Ricciulius, Franciſcus Marcus, Covarr. 3.*variar.c.*15. *num.*12. Felinus *in c.cum inter. de except.*

De Reo.

§. II.

2587 Reus, aut neceſſarius, aut voluntarius.

VIſum eſt ſupra de Judice, & actore excommunicato, videamus modo de Reo excommunicato.

Reus eſt duplex: unus neceſſarius, alter voluntarius.

Neceſſarius eſt, qui invitus cogitur eſſe in judicio ad utilitatem actoris, aliàs gravaretur ad utilitatem actoris de aliqua re.

Voluntarius eſt, qui non cogitur eſſe in judicio, ſed venit, & ſibi aperit viam ad contradicendum ultroneè, habetque ſpeciem actoris, ut patet in judicio præventionis. *l.diffamari. D.de ingenuis manumiſſis.*

2588 Reus voluntarius vitandus repellitur.

Dicamus ergo Reum voluntarium, non neceſſarium in judicio eſſe vitandum, & ſic poſſe conveniri, & debere per alium in judicio reſpondere; idque nè ex ſua malitia commodum reportet, ut loquitur textus *in c.intelleximus.de judiciis. c.ſi verò.de ſent.excomm.* aliàs reportaret lucrum ex excommunicatione, quia non poſſit cogi in judicio ad ſolvendum.

2589 Neceſſarius pro ſua defenſione poteſt ſe gerere, ut non excomm.

Et Reus neceſſarius pro ſua defenſione poteſt ſe gerere ità ac ſi non eſſet excommunicatus, petendo revocari attentata appellando, dicendo de nullitate, petendo reſtitutionem in integrum. Sanfelic. *dec.*55. *n.*22. Abb.*in c.cum inter.*5. *de except.* Suar. Villalob. & alii. Non poteſt tamen reconvenire actorem. *c.cum inter.de except.* nam eſſet agere, & ſic excedere finem defenſionis.*c.*2.*de ordine cognitionum.*

2590 Reus ſi poteſt abſolvi ante quam compareat, eſt mittendus ad obtinendam abſolutionem.

Reus tamen citatus ſi poteſt obtinere abſolutionem antequam compareat, eſt prius mittendus ad abſolutionem obtinendam. Felinus *in c.intelleximus. de judiciis*, licèt Suarius *loc.cit. ſect.*4.*n.*9. velit poſſe audiri, quia jura indiſtinctè volunt reum neceſſarium poſſe comparere, videas *c. cum contingat. de officio, & poteſtate Judicis delegati*; ideòque Reus etiam vitandus per ſe, & per ſuum procuratorem pro libito reſpondere valet. *c.cum inter. c.dilectè. de except.* Felin.*loc.cit. n.*3. & ſic non debet abſolvi antequam ſe defendat.

2591 Reus vitandus neceſſarius poteſt per ſe, vel per procuratorẽ reſpondere.

Notarius.

§. III.

An excommunicatus poſſit eſſe tabellio?

2592 Excom. nequit eſſe tabellio.

NEga, quia nequit cum aliis communicare. Sed ſi ſit tabellio antequam excommunicator; tunc quærimus,

An Inſtrumenta ab ipſo confecta poſt excommunicationem teneant?

2593 Inſtrumenta ab eo cõfecta tenent, ſi ſit toleratus, & vitãdus ignotus.

SI excommunicatus non eſt vitandus, tenent; Idem eſt, ſi ejus excommunicatio vitanda publicè ſit ignota; tunc enim currit *lex Barbarius. D.de officio Prætoris.*

Ergo difficultas eſt.

De Notario excommunicato ſimpliciter vitando.

2594 Notarius vitandus nulliter inſtrumenta conficis.

ESſe irrita affirmamus; nam per excommunicationem officium eſt ſuſpenſum, ejuſque Inſtrumenta in foro ſori, ideſt pro foro externo fidem non facere. *c.licet. de ſent.excomm. in* 6. licèt pro ſoro conſcientiæ, ideſt pro foro

2595 Licèt in forò conſcientiæ probens

interno valida eſſe, cùm veritati nihil deſit. Suar. *diſp.*16. *ſect.*5. Diana, & Rebuffus, contra Leandrum, & alios ajentes eſſe nulla pro utroque foro. Gram.*dec.*133. Farinac.*in praxi crim. par.*2.*qu.*56.*n.*268. Alterius ex *c.decernimus. de ſent.excomm.in* 6. *lib.*2.*diſp.*3.*c.*4.§.*quid dices de tabellione.* ibi: *quamdiu ejus excommunicatio eſt occulta, valet Inſtrumentum ab eo confectum, vel ſi ſit manifeſta, nec poſſit probari.*

Imò ſi adſit error communis, etiam pro foro externo acta tenent.*l.Barbarius.D.de officio Prætoris.*

Probatur etiam ex *c.nullus.*30.*q.*4. ibi: *nullus anathematizatorum ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel ſcri-*

buntur; ergo non eſt credendum ſcripturis ab excommunicato factis, quale eſt inſtrumentum: licèt Suarius *loc. cit.* dicat eſſe ſcripturas validas, & illicitas.

2596 Toleratus licitè, & validè illa cōficit.

Si verò excommunicatus ſit toleratus, licitè, & validè ſcripturas facit pro omni foro, ex Extravag. *ad evitanda*.

An inſtrumenta facta ab excommunicato teneant?

2597 Et ſi partes ſciunt eſſe toleratum, & ipſum adeunt.

DIſtinguas: vel partes ignorant, vel ſciunt Notarium excommunicatum toleratum. Si ſciunt, & adhuc ad Notarium pergunt; tunc acta ſunt valida pro utroque foro. Si verò partes ignorent; tunc pro libito poſſunt ſtare, & recedere ab ipſa ſcriptura; nam Extravag. *ad evitanda*, eſt favore aliorum; & ſic liberè poſſunt ſtare, & non ſtare, communicare, & non communicare cum excommunicato non vitando.

Procurator.

§. IV.

2598 Procurator vitandus validè, non licitè conſtituitur.

VItandus validè, non licitè conſtituitur.

Validè, quia nullo jure irritatur, & text. *in c. poſt ceſſionem. de probat.* tantùm vult, ut repellatur à Judice, ut ibidem docet Innocentius, & Decius, contra Abb. *ibid. n.* 17. Unde ſecuta abſolutione non indiget novo mandato; nam primum non eſt extinctum.

Illicitè tamen recipit mandatum, quia non poteſt cum aliis communicare.

2599 Ejus acta ſubſtinentur, donec à Judice repellantur.

Ex dictis fit acta procuratoria vitandi ſubſtineri quouſque à Jodice repellantur. Suar. *de cenſ. diſp.* 16. *ſect.* 3. *num.* 8. Diana *par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 114.

2600 In extrajudicialibus valet conſtitui.

Ad acta extrajudicialia excommunicatus inſtitui valet procurator. Creſcentius *de procuratoribus. dec.* 12.

2601 An peccet acceptando mandatum.

Procurator vitandus ſuſcipiens mandatum peccat venialitèr, ob prohibitam ei communicationem, ſecundum Villalobos, & Dicaſtill. ſed mortalitèr ſecundum Macadum.

Nota, quòd excommunicatus poteſt conſtituere procuratorem. *c. intelleximus. de judiciis.* ubi Decius *n.* 46.

Advocatus.

§. V.

2602 Advocatus vitandus repellitur.

EXcommunicatus vitandus repellitur ab advocando, ſicuti Procurator. *c. decernimus. de ſent. excomm. in 6. c. intelleximus. de judiciis.* Non repulſus, validè merita cauſæ proponit, ſed illicitè, & peccat venialitèr ſecundum Dicaſtill. & Aviiam, mortaliter ſecundum Vaſq.

2603 Retinet ſtipendium.

Poteſt tamen ſibi retinere ſtipendium, ut alias res tunc quæſitas, & recipere pretium per conſultationem. Hurtadus contra Joann. Andream, licèt non poſſit ſubſcribere ſcripturas, ut & Procurator.

Teſtis.

§. VI.

2604 Teſtis vitandus licitè nō teſtificatur, & repelli valet à Judice.

EXcommunicatus vitandus nequit licitè teſtimonium dicere, nam prohibetur communicatio; ideoque illicitè deponit, & repellendus à Judice ex officio. *c. decernimus. de ſent. excomm. in 6. c. veniens.* 2. *de teſtibus.* Excipias cauſas hæreſis, & matrimonii. *c. in fidei favorem. de hæreticis in 6.* Sanch. 3. *de matrim. diſp.* 41. *n.* 5.

Sed

An depoſitio ſit valida?

2605 An ejus depoſitio valida donec reiciatur.

AFfirmat Suarius *diſp.* 16. *ſect.* 6. *n.* 5. donec teſtis rejiciatur. *d. c. decernimus. c. licet.* ubi: *à legitimis actibus removeri debebit. de ſent. excom. in 6.*

Negat Sayrus *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 405. *n.* 1. quia non eſt credendum excommunicato, & eſt textus *in c. decernimus. de ſent. excomm. in 6.* Intelligas in Judicio. *c. veniens.* 2. *de teſtibus.* Rota *dec.* 10. *n.* 1. 2. *par. recentiorum*, apud Farinac. Coranus *lib.* 5. *miſcellan. c.* 20. *n.* 30.

2606 In extrajudicialibus nequit teſtificari.

In extrajudicialibus, puta in contractibus, & teſtamentis nec poteſt eſſe teſtis. *c. licet. de ſent. excom. in 6. In judicialibus, & extrajudicialibus evitari, & à legitimis actibus removeri debebit:* unde correcta eſt *lex quoniam. C. de teſtibus*, ubi tamen in judicialibus excludebatur.

2607 Niſi à partibus, & Notario admittantur.

Si verò à partibus, & Tabellione admittatur, tenet teſtamentum, & teſtimonium; quia ſufficit ſola præſentia teſtis, abſque verbis, & ſcriptura teſtis.

Dicta currunt de excommunicato vitando, non verò de non vitando. Extravag. *ad evitanda*.

Culpa eſt venialis ſecundum Sotum, Dianam, mortalis ſecundum Vaſq. & Leandrum.

Tutor, & Curator.

§. VII.

2608 Tutor, & Curator vitandi nequeunt hoc onus recipere.

EXcommunicati vitandi nequeunt recipere tale onus, & receptum, licèt validè donec repellantur, nequeunt licitè adminiſtrare. Ugolinus *tab.* 1. *c.* 14. Suar. *de cenſ. diſp.* 16. *ſect.* 3. Dicaſtill. Gabr. à S. Vinc. Si urgeat pupillaris neceſſitas, tunc licitè poſſunt favore pupilli.

Teſtator.

§. VII.

2609 Teſtator vitandus condit teſtamentum, niſi ſit Hæreticus.

EXcommunicatus vitandus nequit condere teſtamentum ſecundum Minſingerium ex *c. decernimus. de ſent. excomm. in 6.*

Sed oppoſitum eſt veriùs, atque communiter receptum à Doctoribus validè condere teſtamentum; nam nullo jure irritatur. Innocent. *in c. voluntate. de ſent. excomm.* Spino *par.* 1. *ſpeculi n.* 57. Gomez *lib.* 3. *Tauri* 11. Covar. *in rub. de teſtam. par.* 7. *n.* 18. Clar. *in §. teſtam. qu.* 24. Rota *ſingul.* 61. Duendas *reg.* 272. Excepto excommunicato ob hæreſim, qui teſtari nequit ob læſam Majeſtatem. *c. felicis. de pœnis in 6.*

Hæres.

§. IX.

2610 Hæres vitandus validè inſtituitur.

VItandus validè inſtituitur, & etiam licitè, quia cum illo teſtator non communicat, & hæreditatem adire valet ſolo animo, vel facto nemini communicando. Palaus contra Sylveſtrum.

Contrahentes vitandi in judicio, vel extra.

§. X.

2611 Contrahentes vitandi validè contrahunt, licet illicitè.

ILlicitè ob tranſgreſſionem præcepti de non communicando, ſed validè contrahunt nullo jure irritante geſta facta. *c. felicis. §. verum. de pœnis in 6.* Felin. *in c. ad probandum. de re judicata.* Covarr. *in c. alma par.* 1. *§.* 1. *n.* 9. Vaſq. *de excomm. dub.* 8. *n.* 8. Hurtadus *de cenſ. diſp.* 4. *difficul.* 1. *n.* 5. contra Hoſtienſem.

De Privatione Commercii politici.

CAPUT XI.

2612 Excommunicatis vitandis vetatur commercium politicum etiam cum alio excomm. non cum imbaptizato.

EXcommunicatis vitandis interdicitur commercium politicum, etiam cum alio excommunicato, non verò cum imbaptizato. *c. engeltrudam.* 3. *q.* 4. *c. omnis Chriſtianus.* 11. *q.* 3. Abb. *in c. illud. de Cler. excomm. min.* Suarius *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 11.

2613 Sub pœna minoris excommunicationis.

Nequit ergo vitandus communicare cum baptizato ſub pęna minoris excōmunicationis latæ à jure contra illum, qui cū ipſo communicat. *c. cum deſideres.* 15. *c. nuper.* 29. *c. ſi aliquando.* 41.

c. quod

Digitized by Google

c.quod de iis.30. de ſent.excomm.in 6. c.cum excommunicato. c.ſicut à poſteris.11.q.3. c.ad menſam. c.ſi quis laicus. 11. qu.3. Idque ut vel ipſa confuſione extimulentur ad reſipiſcendum;nam durum eſt eſſe inter homines, & hominum carere commercio. *l.it, qui cauſas.C.de apoſtatis.*

An poſſit prohiberi communicatio cum excommunicatis vitandis ſub pœna majoris excommunicationis?

2614 Commerciū cum vitandis poteſt vetari etiā ſub pœna majoris excomm.

AFfirma: itàut contemnentes præceptum majori innodentur excommunicatione. *c.quod in dubiis.30. de ſent. excomm.* ubi Gloſſ. *v.innodandi.*

2615 Tunc requiritur monitio, & publicatio.

Sed nequeunt excommunicari iſti participantes, niſi Canonicè præmoneantur, & nominatim exprimantur cenſurandi. *c.ſtatuimus. 3. de ſent. excomm. in 6.* & ſententia aliter promulgata in excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto eſt nulla. *c.partium. 13. de ſent. excomm. in 6.*

Quando communicans cum excommunicato contrahat majorem excommunicationem?

2616 Communicans cum excomm. à Papa incidit in majorem excomm.

IN triplici caſu. Primo, contrahit majorem excommunicationem Clericus admittens ad divina excommunicatum à Summo Pontifice, prout ſupra.

2617 Et ſi ei vetatur ſub pœna majoris excomm.

Secundo, ſi interdicatur ei commercium ſub pœna majoris excommunicationis latæ cum ipſo excommunicato. *c. quod in dubiis. 30. de ſent.excomm.*ut ſupra diximus. Tertio.

De Communicante in crimine crimino ſo.

§. I.

Quid ſit communicare in crimine crimino ſo, vel damnato?

2618 Aut communicet in crimine crimino ſo,& quid ſit crimē criminoſum.

EſSt communicare idem crimen, vel ſuadere excommunicato, ut perſiſtat in crimine, approbando, ſuadendo, ut non petat abſolutionem criminis, & cenſuræ. Et idem eſt communicare in crimine crimino ſo, ac in crimine damnato, cooperando crimini, opera, conſilio, favore. *c. nuper. 29.* ubi Gloſſa *v.tunc non erit. c.ſi concubina publica.de ſent.excomm. c.ſtatuimus.3. de ſent.excomm. in 6. c.1. & 6. de officio Vicarii in 6.* Ancharanus *in d. c. nuper.n.6.* ubi Felin. Abbas, Hoſtienſis, Ugolinus *tab.1. c.13. §.8. n.8.* poſt D.Thom. *in 4.diſt.18. qu.2. art.4. qq. 3. ad 4.* & DD. X. apud Leandrum *tom. 4. diſp.14.q.6.& 7.*Bonac.*de cenſ.diſp.2.q.2.punct.6. §.1.n.8.* quod conſilium, cooperatio, favor, auxilium debet eſſe in ordine ad illud crimen cenſura damnatum, ut dicatur communicare in crimine crimino ſo. *d.c.ſi concubina.55. de ſent. excomm.*

Quodnam ſit peccatum communicare in crimine crimino ſo?

§. II.

2619 Mortale eſt communicare in crimine crimino ſo.

MOrtale, nam majori plectitur excommunicatione. D.Tho.*loc.cit.c.ſi concubina. 55. de ſent.excomm.*

An communicans in crimine criminoſa contrahat eandem cenſuram cum illo, cui communicat?

2620 Et contrahit eandem cēſuram cum quo communicat.

AFfirma. *c.ſi concubina.55.c.nuper.29.c.ſtatuimus.30. de ſent.excomm.in 6. c.Romana.1.de officia Vicarii in 6.*

Hinc ſi ſit concubina excommunicata, ſi poſt excommunicationem concubinarius adhuc communicet in concubinatu,contrahit eandem cenſuram. *d.c.ſi concubina.55. de ſent.excomm.* quam non contrahit alius ſine concubinatu deinde illam cognoſcens. *c.nuper.29.de ſent.excomm.*D.Thom.*in 4.diſt.18.q.2.art.4.qq.3.ad 4.* Hinc ſi quis ſit excommunicatus, quòd non ſolvit, eandem contrahit excommunicationem dans auxilium, favorem, conſilium, nè ſolvat. Leander *loc.cit.*

An toties contrahat excommunicationem quoties communicat in crimine crimino ſo?

2621 Et toties, quoties communicat.

AFfirma.*d.c.ſi concubina.55. d.c.nuper.29.de ſent.excomm.* ſicuti qui pluries interruptè verberat Clericum, multiplicem contrahit excommunicationem.*can.ſi quis ſuadente.17.qu.4.* Navar.*c.27.n.112.*Leander *loc.cit.q.8.*

Requiſita, ut communicans in crimine criminoſa contrahat eandem cenſuram.

§. III.

2622 Quæ requirātur ut eandem cenſurā quis incurrat.

PRimo requiritur,ut peccet mortaliter;nam excommunicatio non contrahitur ſine lethali: unde quæ excuſant à mortali, excuſant ab iſta cenſura.

Secundo requiritur, ut ſciat adeſſe iſtam cenſuram; nam ignorantia pœnarum excuſat à pœnis humanis. *c.2.de conſtit. in 6.*

Tertio requiritur, ut participet cum nominatim excommunicato vitando; nam non ſufficit excommunicatio per ſententiam generalem. *c.nuper.29.de ſent.excomm.in 6.*

Quarto, ut ſciat ob tale crimen illum excommunicatione innodatum. *d. c. nuper.* 29. & ſic ignorans excuſatur etiam craſsè, & ſupinè, ut *Ignorantiæ Privilegia* demonſtrant.

Quinto requiritur, ut communicet poſt excommunicationem fulminatam, itàut non ſufficiat, ſi ante, vel in primo actu communicet, ratione cujus excommunicatio fertur; & ſic excommunicato uno fure noto, non ſunt excommunicati confures in illo uno numero delicto. *c.ſi concubina.de ſent.excomm.*

Sexto,debent communicare in eodem crimine damnato; & ſic communicantes in aliis criminibus, cenſuram non contrahunt. *d. c.nuper. 29.c.ſi concubina.55.de ſent.excomm.in 6.*

Quis abſolvit ab excommunicatione contracta in crimine crimino ſo?

§. IV.

2623 Ille abſolvit iſtam cenſuram, qui valet abſolvere principalem.

ABſolvit ille, qui valet abſolvere ab excommunicatione principali, nam ſimilis eſt ſpeciei. *d. c.nuper.* 29. & ſi reſervata eſt principalis, etiam iſta: licèt hæc ſit tolerata, quia non dum denunciata. Henriq.*lib.13.c.9.n.1.* Bonac. *de cenſ.diſp.1.q.2.punct.6.§.1.n.8.*Covarr.*in c.alma. par.1.§.3.n.5.* videſis Navarrum *c.27.n.33.*

Sub qua pœna prohibetur communicare cum excommunicato vitando?

§. V.

2624 Minor excom. incurritur communicando cū vitando.

SUb pœna excommunicationis minoris. *d.c. nuper. c.ſtatuimus.3. de ſent.excomm. in 6. c.ſi quis frater.28.11.q.3.*

Quæ communicatio prohibita?

2625 Et tantùm quando eſt expreſſum in Jure.

QUæ jure invenitur expreſſa. *c.excommunicatos.17.11.q.3.* cùm enim ſimus in pœnalibus non extendendis. *c. odia. c. in pœnis. de reg. jur. in 6.* meritò in prohibitis de caſu ad caſum non extrahendum, nec de re ad rem jure non expreſſam; non enim Doctorum placitis, ſed Legiſlatorum decreto interpretatio in ampliandis pœnis facienda authenticè, licèt in illis corripiendis proſit doctrinalis interpretatio.

Quæ communicatio jure prohibita?

§. VI.

Sequens.

2626 Quæ ſunt jure prohibitæ ſub minori excom.

PRimo, oſculum. *c. excommunicatos.* 17. 11. *qu.* 3.

Secundo, oratio *c. excommunicatio.* 8. *c. excommunicatos.* 17. *c. ſicut.* 16. 11. *q.* 3.

Tertio, invenitur prohibita communicatio in ſacrificiis, oblationibus, rebus ſacris. *c. ſi quis.* 7. *c. ſi quis.* 6. 11. *q.* 3.

Quarto, communicatio in crimine crimino-ſo. *c. præcipue.* 3. 11. *qu.* 3. *c. nuper.* 29. *c. ſi concubinæ.* 55. *de ſent. excomm.* ut ſupra.

Quinto, eſt prohibita locutio. *c. cum excommunicato.* 18. *c. ſi quis frater.* 28. *c. ſi quis.* 26. *can. ſicut.* 16. 11. *q.* 3.

Sexto, ſalutatio. *c. excommunicatos.* 11. *q.* 3.

Septimo, communio prohibetur. *c. qui communicaverit.* 19. *c. excommunicatos.* 17. 11. *q.* 3.

Octavo, cohabitatio. *c. ſicut.* 16. 11. *q.* 3.

Nono, menſa. *c. cum excommunicato.* 18. *c. excommunicatos.* 17. *c. ad menſam.* 24. *c. ſi quis.* 26. 11. *qu.* 3.

Tandem non ſolòm excommunicati per cedulones, ſed moltò fortius hæretici ſunt evitandi. *c. qua dignior.* 26. 24. *q.* 1. Quæ omnia continentur ſequenti carmine.

Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

De quibus ſingillatim, quia video Doctores quoſdam pœnas ampliare abſque ullo delectu, quandoque in animarum perniciem.

Os.

§. VII.

2627 Oſculum, & omnis actus amicitiæ prohibetur.

INdicat prohiberi oſculum, & omnem actum amicitiæ, & cùm regulentur ab oſculo, & cùm ſint ſub ly *oſculo*, intelliguntur inter præſentes. *c. excommunicatos.* 17. 11. *qu.* 3. Sayrus *lib.* 2. *de cenſ. c.* 17. *n.* 1. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *§.* 2. *propoſ.* 1. *n.* 1. & 4.

An prohibeantur ſigna amicitiæ facta ſine verbis?

2628 Quid ſi actus amicitiæ fiat ſine verbis.

NEgat Sayrus *de cenſ. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 1. Bonac. *loc. cit.* Avila *par.* 2. *c.* 6. *dub.* 9. *n.* 9. Ricciulius *de jure perſonarum lib.* 4. *c.* 58. *num.* 12. Navar. *c.* 27. *n.* 19. & alii contra Suarium *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 3. Vaſq. *de excom. dub.* 8. *n.* 5. Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 3. *de cenſ. n.* 59. nam in pœnalibus ad rigoroſam propriam veram ſalutationem, quę verbis conſtat, adhærendum, itant ſi quis conſurgat, inclinet, caput aperiat, & careat animo ſalutandi, licèt labia aperiat, ſivè moveat dicendo intra ſe reſipiſcere, reſipiſce, non agit sem jure prohibitam, probabile ait Bonacin. cum Avila, Alterio, & Graffio *loc. cit.*

At ego in alia ſum ſententia, ut extimuletur excommunicatus ad reſipiſcendum ab omnibus amicitiæ ſignis excluſus.

An prohibeatur excommunicato ſcribere epiſtolas?

2629 Et an poſsit ſcribi epiſtolas excommunicato.

NOn invenio hucuſque, hoc in jure prohibitum. Attamen negatur poſſe ſcribere communiter à Biſfeldio *par.* 1. *enchyridii c.* 1. *§.* 1. à Monacho *in c. conſtitutionem.* 9. *n.* 1. *de ſent. excomm. in* 6. Zerola *par.* 1. *praxis Epiſcopalis. v. excommunicatio.* Covarr. *in c. alma. par.* 1. *§.* 2. *num.* 1. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Suarius, & alii. Probant ex *c. cavete.* 20. 22. *qu.* 5. ſed ibi nihil ad rem.

Probant ſecundo, & dicit textum oppoſitum Leander *tom.* 4. *diſp.* 11. *q.* 1. ex *c. ſi aliquando.* 41. *de ſent. excomm.* Sed ibi tantùm de ſalutatione ſcripta à Papa, non cenſeri excommunicatum abſolutum.

Probant tertio. ex *c. Clericus.* 20. *diſt.* 18. ſed nihil ad rem.

Tu tamen conſentias, quod non licet ſcribere excommunicato ex præfata ratione, ut ſcilicet extimuletur ad reſipiſcentiam, hominum privatus commercio. *l. is, qui cauſas. C. de apoſtatis.*

Probant quinto. ex *c. miramur.* 37. 24. *qu.* 1. ſed ibi tantùm dicitur, quòd excommunicatus non judicet.

Sexto, poteſt adduci textus *in c. penult. de ſent. excomm. in c. à nobis. de exceptionibus*, ſed ibi prohibetur communicatio, oratio, ſalutatio, menſa, cohabitatio in pœnalibus ſtrictè interpretranda, ut minus prohibeant.

Orare.

§. VIII.

PRohibetur communicatio in ſacris, & oratio etiam privata cum excommunicato. *c. cum excommunicato.* 18. ibi: *neque orato. c. qui.* 19. *c. ſicut.* 16. *c. excommunicatos.* 17. *c. ſi quis.* 7. *c. ſi quis.* 6. 11. *q.* 3. 2630 Vetatur orare in ſacris, & privatim cum excom.

Vale.

§. IX.

PRohibetur communicatio, vale, hoc eſt ſalutatio. *c. excommunicatos.* 17. 11. *q.* 3. Joannis I. *nec ave ei dixeritis.* 2631 Salutatio excommunicato prohibetur.

Quid comprehendatur ſub vale, ave?

COmprehenditur ſalutatio excommunicato facta honorifica. Suar. *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 4. Hurtadus *diſp.* 9. *diffic.* 1. Paiaus *diſp.* 2. *de cenſ. punct.* 17. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 2. *punct.* 4. *§.* 1. *num.* 4. 2632 Quæ tamen ſit honorifica.

An comprehendatur ſalutatio tantùm verbis?

AFfirma. ex *c. excommunicatos.* 17. 11. *qu.* 3. nam ibi exprimitur ſalutatio verbalis, quia hujuſmodi in odioſis ad ſtrictam, & magis rigoroſam acceptionem attendendum. Angelus *v. excommunicatio.* 8. *n.* 5. D. Antoninus 3. *par. tit.* 25. *c.* 2. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *qu.* 1. *art.* 4. Bonac. dicens probabile. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *§.* 2. *propoſ.* 1. *n.* 5. poſſe ſine verbis ſalutare. 2633 Et facta verbis tantùm.

Quod diſplicet Suario *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 1. dicenti tamen primam ſententiam conſuetudine probatam. Biſfeldio *in enchyridion par.* 5. *c.* 1. *§.* 11. dicenti ly *vale* includere mutuas ſalutationes ſcripto, ſigno, verbo. Quodque aliis DD. diſplicet.

An liceat ſalutatio non verbis honorificis, ſed deprecativis?

AFfirma: ut ſi dicat: *Deus te illuminet, convertat, Deus ſit tecum*, & ſimilibus verbis tendentibus ad emendationem, quæ poſſunt tunc illum juvare ad converſionem. ex *can. cum excommunicato.* 11. *qu.* 3. *c. cum voluntate.* 54. *de ſent. excomm.* Doctores omnes, quos ſequitur Bonac. *loc. cit.* 2634 Salutatio verbis deprecativis licet.

An liceat aſſurgere, caput aperire ad evitandam inurbanitatis notam?

AFfirma: nam tunc idem utile, & utilitas excuſat communicantem cum excommunicato. Covar. *in c. alma. par.* 1. *§.* 1 *in fine.* maximè ſi aſſurgat ſuo Superiori, Judici, nobili, magni facienti hujus honorem, graviterque ferenti ejus omiſſionem. Henriq. *lib.* 13. *c.* 7. *num.* 3. Navar. *c.* 27. *n.* 20. Avila 2. *par. c.* 6. *diſp.* 9. *concl.* 2. Bonac. *loc. cit.* 2635 Et quando evitanda eſt inurbanitas.

An

Digitized by Google

An liceat reſalutare verbis honorificis, vel reſcribere excommunicato?

2636 Reſalutare, aut reſcribere excomm. licet.

AFfirma poſt D.Thom. *in ſupplemento. q.*23. *art.*1. Sylveſtrum, Medinam, Navarrum, Henriquez *lib.*13. *c.*7. *lit.*O. Præpoſitus 3. *par. qu.*2.*de excomm.dub.*14.*n.*95. Filliucc.*tract.*13. *tom.*1.*c.*5.*n.*84. Sà v.*excomm. n.*29. dicens probabiliſſimum.Suar. *in enchyridion. lib.*6. v.*excomm. §.vale.* Reginaldus *tom.* 2. *lib.*31. *diſp.*1. *c.*12.*n.*82. Palaus *diſp.*2.*de cenſ.punct.*17.*num.*2. Diana *par.*5.*tract.*15.*reſ.*116. Bonac. *loc.cit.* dicens probabile. Buſembaus 7.*medullæ c.*2. *dubit.*3.v.*dicitur tertio vale.*Angelus v.*excommunicatio.* 8. §.4. D.Antoninus, Sotus, Graffius, Sayrus *loc.cit.* Major *in* 4.*diſt.*18.*q.*2. ubi Palatius *diſp.*3. Tabiena v. *excommunicatio num.*5. contra Gabr.à S.Vinc.Leandrum *tom.*4.*diſp.*11. *q.*10.*&* 17. citantem XII.DD.

2637 Rigor cenſuræ promovendus eſt.

Tu quæ rigorem cenſuræ promovent obſerva.

Ex quo ſecundum primam ſententiam poteſt quis reſalutare excommunicatum ſalutantem etiam verbis; quia tunc non eſt obſervantiæ prohibitæ, ſed urbanitatis debitæ exhibitio, & excommunicato debitum reddendum eſt.

Secundo, fortiùs licet aſſurgere ſine verbis, cedere locum, inclinare caput.

An liceat ei ſcribere epiſtolam, ut reſipiſcat?

2638 Scribere epiſtolam ad reſipiſcentiam licet.

AFfirma.*d.c.cum voluntate.*54.*de ſent.excom.* & valet conſuetam ſalutationem adjicere, ut magis proſit correctio. Henriq.*lib.*13. *c.*22. *n.*1. Hurtadus *de excom.diffic.*4.Navarrus.*c.* 27. *num.*27.

Communio.

§. X.

2639 Communicare cũ excom. non licet.

EST prohibita. *c. excommunicatos.* 17. *c.qui communicaverit.*19. *c.cum excommunicato.*18.11.*q.*3.

Quid exprimat communio?

2640 Communio hic, aut exprimit Euchariſtiam.

SEcundum D. Thomam exprimit excluſionem ab Euchariſtia, & communionem in ſpiritualibus.*in* 4.*diſt.*18.*q.*2.*art.*1. Sà v.*excommunicatio.n.*42. Bonac. *loc.cit.n.*5. & ex *c ſicut.* ibi: *ſaltem in Domino.*11. *qu.*3. Unde Suarez *de cenſ.diſp.*15.*ſect.*1. ait differentiam eſſe inter ly *vale*, & ly *communio*, quia vale excludit actus reverentiæ, communio inde aliud genus humanæ converſationis.

2641 Aut commerciũ politicum.

Mihi placet in re pœnali expreſſiùs loqui, ſumendo communionem pro proprio commercio inter homines, ſivè in contractibus, ſivè in verbis fiat communicatio. *c.quibus.*27.11.*qu.*3. Hinc aliqua de verbali commercio.

Prohibetur cum vitando loqui, & colloqui. *c.cum excommunicato.*18.*c.ſicut.*16. *c.ſi quis.*26. 11.*qu.*3.

Hinc reſolvitur.

An coram excommunicato lector poſſit proſequi lectionem?

2642 Lector coram excom. poteſt lectionem proſequi.

AFfirma: nam non communicat cum illo, & quia à minori excommunicatione excuſat utilitas, nè gymnaſium turbetur; maximè ſi lector nequeat illum repellere commodè ſine ſtrepitu; poteſt enim tunc fingere ſe illum non videre, & ceteri diſcipuli particularitèr ſe habent, nec cum illo communicant. Suarius *de cenſ.diſp.*12.*ſect.*2.*num.*5. Alterius *lib.*1.*de cenſ. diſp.*10. *c.*3. contra Avilam 2. *par. c.*6. *diſp.*11. *dub.*3.*concl.*28. Bonac.*loc.cit.punct.*3.§.2.*n.*12.

An lector poſſit reſpondere diſcipulo excommunicato interroganti, & magiſter excommunicatus toleratus docere poſſit?

AFfirma: ſi magiſtro aliqua emergat utilitas, vel ſit ad publicum bonum docere. Palaus *diſp.*2.*de cenſ.punct.*9.*n.*10. 2643 Et poteſt diſcipulo excom.reſpondere, & Magiſter toleratus poteſt docere, ſi adſit utilitas.

An excommunicatus vitandus poſſit intereſſe lectioni Theologiæ, Canonum, Scripturæ?

NEga: niſi à lectore ordinentur ad movendam voluntatem, inſtruendo intellectum; tunc enim eſt ad inſtar concionis, cui excommunicatus intereſſe valet. *c.reſponſo. de ſent.excomm.* & in iſto ſenſu recipio Henriquez *lib.*13. *c.*12.*n.*4. 2644 Vitandus nequit intereſſe lectioni Theologiæ, Canonum, S.Scripturæ.

Si verò ordinentur ad ſolam intellectus inſtructionem; tunc non licèt intereſſe, niſi ex cauſis, ex quibus infra dicemus communicare poſſe. Suarius *de cenſ.diſp.*12. *ſect.*2.*n.*5. Palaus *de cenſ.diſp.*2.*punct.*9.*n.*11.

Menſa.

§. XI.

PRohibetur cum excommunicato vitando. *c.cum excommunicato.*18.*c.excommunicatos.*17.*c.ad menſam.*24.*c.ſi quis.*26.11.*q.*3. 2645 Comedere cum vitando vetatur.

Quid prohibeatur?

IN pœnalibus ſtrictè interpretrandis, putaverim illam menſam interdici cum excommunicato, in qua excommunicatus eſt commenſalis moralitèr, formalitèr; itaut ſit commeſtionis, & compotationis veluti conſocius ex tacito pacto; tunc enim unus dicitur in menſa alteri communicare, quando ſimul compotantur, convivunt, hic enim eſt rigoroſus in re pœnali ſervandus ſenſus. 2646 Sit tamen commenſalis moraliter, & formaliter.

Hinc ſi caſu in eadem tabula comedant, ſed ut perſonæ ſegregatæ, ignotæ, ut qui in eadem Eccleſia concioni aſſiſtunt, eandem premunt viam, non dicuntur communicare in menſa, ſicuti nec unus diſcipulus alteri communicat, licèt in eodem gymnaſio. Suar. *de cenſ. diſp.*15. *ſect.*1.*n.*1.Palaus *tom.*6.*diſp.*2.*punct.*7. Petrus Sotus *ſect.*3.*de excomm fol.*121. contra Leandrum *loc.cit. qu.*27.*&* 28. dicentem prohiberi unitatem moralem menſæ; itàut invitati à tertio, excommunicatus, & non excommunicatus ſeparatim, non poſſint convivari in eadem menſa: ſed ſi hoc eſſet verum, nec poſſent eſſe in eadem domo ab eodem invitati. Nam *in c.ſicut.*16.ibi: *in domo.*11. *qu.*3. etiam cohabitatio inhibetur; ergo in hoſpitio, in eadem menſa, domo, etiam lecto liceret ſine alia conſocietate eſſe; nam conſocietas, cohabitatio, commenſalitas, ut oſtenditur in *c.ſi quis.*26.11.*q.*3. non inducitur ab illis, qui ſeparatim animo, voluntate ſunt in eadem via, Eccleſia, domo, lecto; tunc enim licèt ſit una domus, menſa moralis formalitèr, tamen diverſa eſt, cùm unuſquiſque proprio jure independenter ab alio utatur; & ly *cum*, indicat aliquid aliud, ſi dicamus combibere, aut bibere. 2647 Si caſu in eadem menſa edatur, non communicatur cum excom.

Domus.

§. XII.

CUm excommunicatis prohibetur cohabitatio, intelligas de formali, non de materiali. *c.ſicut.*16.11. *qu.*3.ergo ſingulatim non communicantes poſſunt eſſe in eadem domo. Sà v.*excommunicatio n.*42. Suar.*loc.cit.n.*8. Bonac. *loc.cit.n.*15. & in eodem lecto, ſi caſus accidat, ut deficiant plures, vel ſi deſit pecunia pro habendo integro lecto. Sà *loc.cit.n.*34. Suarius, & Bonac.*loc.cit.* 2648 Habitare cũ vitando vetatur.

An

Digitized by Google

An in iſtis caſibus excommunicatus communicans aliis peccet graviter?

2649 Vitandus cõmunicans aliis peccat mortaliter.

AFfirma. *c. placuit.* 9. 11. *qu.* 3. requiritur autem, ut præſumtuosè communicet, ut veluti conſenſiat cenſuræ, ut indicat ly *præſumſerit. in d. c. placuit.*

An denunciatus in uno loco nominatim, ſit vitandus extra illam Diœceſim, ubi non eſt denunciatus?

2650 Denunciatus in uno loco non eſt vitandus in alio loco ubi non eſt denunciatus.

NEga. *c. cum.* 20. 11. *qu.* 3. ibi: *celebri loco poſita præforibus Eccleſiæ.* ubi excuſatio à communione non eſt ubi ſit publicatio; ergo eſt ubi non ſit publicatio. *c. pervenit.* ibi: *excommunicatos denuncies, ipſoſque facias, ſicuti excommunicatos cautiùs evitari.* 11. *q.* 3. ergo ubi denunciantur, ibi evitantur excommunicati.

Nec dicas id eſſe ratione ignorantiæ excuſantis; nam ignorantia etiam excuſat ubi eſt facta publicatio. *c. excommunicatos.* 17. *c. ſi quis.* 7. 11. *qu.* 3. ergo excuſat ex defectu publicationis extra Diœceſim.

Secundo probatur, quia nullibi evitandus nullibi denunciatus, etiamſi ſit excommunicatus notus vitandus; ergo ubi non eſt denunciatus, ibi non eſt vitandus extra Diœceſim denunciantis. Vaſq. *de excomm. dub.* 8. *n.* 2. quinque DD. apud Henriq. *lib.* 13. *c.* 6. *n.* 3. *lit. C.* Leander *tom.* 4. *diſp.* 15. *qu.* 56. dicens ceteras etiam ſententias probabiles. Palaus, & alii.

Tertio probatur. Denunciatio requiritur, non ut ſciatur excommunicatio, ſed ut vitetur excommunicatus. Extravag. *ad evitanda*; ergo cum ex *c. cum.* 11. *q.* 3. requiratur denunciatio, ſi deſit, nõ vitatur, contra Bonac. *loc. cit. n.* 48. ajentem ubique evitandum, contra Sylveſt. *v. excommunic.* 5. *n.* 26. Covarr. *in c. alma p.* 1. *§.* 2. *n.* 3. volentes vitandum in occulto, non in publico: niſi ibi teſtibus probari valeat eſſe denunciatum, contra Avilam *par.* 1. *c.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 12. abſolutè docentem vitandum privatim, non publicè, nè diffametur.

2651 Objectis ſit ſatis.

Nec obſtat excommunicatum intra Diœceſim eſſe etiam excommunicatum extra Diœceſim; ergo etiam extra Diœceſim eſt vitandus, licèt non denunciatus.

Reſpondeo, conceſſo antecedenti, negatur conſecutio; quia excommunicatio lata ab Epiſcopo habet à Papa, ut liget in toto Orbe; nam Epiſcopus non poteſt obligare non ſubditos, nec extra Diœceſim, ſed Summus Pontifex voluit, ut ubique locorum eſſet excommunicatus, & nullibi participaret ſuffragia Eccleſiæ. *c. cum ab Eccleſiarum.* 3. ibi: *mandamus, quatenus ſi plebanus in Clericos, vel Laicos, Parochianos ſuos interdicti, vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, eam facias inviolabiliter obſervari. de officio Ordinarii. cap. 1. de tregua, & pace.* ubi Abbas Excommunicatus ergo in uno loco, ubique locorum eſt excommunicatus, non ſolùm privatur ſuffragiis Eccleſiæ ſui Epiſcopi, ſed totius Orbis, non vi ſententiæ ſui Epiſcopi, ſed vi diſpoſitionis juris communis in dicto *c. cum ab Eccleſiarum.* Sotus in 4. *diſt.* 19. *§. de quinto.* Felinus, Innocentius, & alii. At non ita eſt, quoad excluſionem à convictu politico; nam jura, quoad illam excluſionem exigunt denunciationem in Diœceſi, ubi eſt vitandus. Extravagans *ad evitanda.*

Cauſæ excuſantes à culpa, & pœna communicantem cum excommunicato?

CAPUT XII.

SUnt expreſſæ *in c. reſponſo. in c. cum voluntate. de ſent. excomm. in c. quoniam multos, & in c. ſi quis.* 11. *q.* 3. ex quibus Doctores conflarunt in unum omnes excuſantes, quæ ex quinque capitibus continentur excuſationes, ut ex ſequenti Carmine: 2652 Cauſæ excuſantes à culpa, & pœna communicantem cum excom. ſunt expreſſæ in jure.

Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Primo excuſat.

Utilitas.

§. I.

NAm res valdè utilis non prohibetur, ſivè ſit utilitas ipſius excommunicati, ſivè alterius ſpiritualis, quo caſu poteſt quis intermiſcere alia verba, & ſigna obſequii, ſi iſta conducunt ad bonum ſpirituale, & ad correctionem excommunicati. *c. cum voluntate.* 54. *de ſent. excomm.* ibi: *in his, quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem animæ pertinent in loquutione participat, licèt alia verba interponat, ut magis proficiat.* ubi Felin. & Abb. *n.* 1. Navar. *in c.* 10. *num.* 3. Covar. *in c. alma mater. par.* 1. *§.* 1. *in fine.* Vaſq. *de excomm. dub.* 9. 2653 Utilitas ſpiritualis ipſius excom. ſive ſit alterius excuſat.

Hinc poteſt Confeſſarius audire confeſſionem excommunicati vitandi, licèt ſciat non poſſe abſolvi ob defectum diſpoſitionis neceſſariæ, vel ſi excommunicatus conſilium ab eo petat; idque ut hac occaſione illum moneat, ut reſipiſcat, & media ad abſolutionem conſequendam indigitet. *c. quod quidem. de pœnit. & remiſſ.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 12. *§.* 4. *lit. T.* 2654 Confeſſarius poteſt audire excom. licèt ſciat eum non poſſe abſolvere, ſed ut ſic moneat.

Quid ſi colloquens ſciat nihil profuturum?

NEga tunc poſſe colloqui. Covarr. *in c. alma. par.* 1. *§.* 1. *n.* 10. 2655 Si ſciat non profuturũ, non licet loqui.

Sed nobis adhuc colloqui poſſe videtur, quia eſt impoſſibile ſcire verba non profutura ob voluntatis libertatem mutabilem, & quia verba licèt quoad ſonum volent irreparabilitèr, tamen imprimitur ſenſus in voluntate, & veluti divinum ſemen ſuo tempore erumpet in fructus, propulſabitque oſtinati voluntatem. 2656 Aliter tamẽ Auctori videtur.

Hinc nos convertendo ad temporalem utilitatem. Poteſt excommunicatus à debitore exigere, quod ei debetur, & ob talem exactionem cum aliis communicare. Suarez *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 3. *n.* 11. Leander *tom.* 4. *diſp.* 15. *qu.* 13. 14. citans IX. DD. Henriq. citans XIV. *lib.* 13. *c.* 22. *in fine.* Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. 2657 Utilitas temporalis, etiã excuſat.

Hinc pauper excommunicatus poteſt petere eleemoſynam. *c. quam multos.* 11. *q.* 3. Suarius *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 3. *n.* 10. Licet etiam nobis ob noſtram, vel proximi utilitatem cum vitando communicare, petendo conſilium, auxilium, favorem ab excommunicato, adhibendo Medicum, Advocatum, Procuratorem, operarium excommunicatum, ſi illis egeamus operibus, conſilio, auxilio, ſi deficiat alius æquè bonus. *c. cum voluntate.* 54. *c. reſponſo. de ſent. excomm.* Bonac. *de cenſ. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *§.* 1. *n.* 12. 2658 Pauper ex com. poteſt petere eleemoſinam. 2659 Poſſumus communicare cum Medico, Advocato, Operario, vitando, ſi eis egeamus.

Sic licet proſequi contractum ſocietatis antea initum cum evitando. *c. ſi vere.* 34. *de ſent. excomm.* Covar. *in c. alma. par.* 1. *§.* 1. *n.* 8. Sylveſt. *v. excommunicatio.* 3. *n.* 3. Bonac. *loc. cit. num.* 57. Palaus *de cenſ. diſp.* 2. *punct.* 19. *num.* 28. Suarez *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 6. *n.* 8. 2660 Societas proſequi licet cum vitando.

Sic Pauper poteſt ab excommunicato eleemoſynam petere, & etiam ipſe Prædicator, præſertim, ſi aliàs nequeat in illo loco ſe ſuſtentare. *dict. c. cum voluntate.* 54. *§. Prædicatores. de ſent.* 2661 Ab excom. licet petere eleemoſinã.

Digitized by Google

ſent. excomm. ubi Gloſſa v. *præſertim*, indiſtinctè ait poſſe petere eleemoſynam etiamſi aliunde ſe poſſit ſubſtentare. D.Antonin.*par.3.tit.*16. *c.*1.*n.*1.Henriq.*lib.*13.*c.*23.*n.*4.cujus oppoſitum docet Abbas, & Innoc.*in c.cum voluntate*, ſcilicet non poſſe petere ab excommunicato, ſi aliunde ſe ſubſtentare queat. Sic Capellanus ad evitandum damnum poteſt celebrare coram Domino excommunicato aſſiſtente, non in contemtum cenſuræ, ſed nè judicetur excommunicatus. Henriq.*lib.*13.*c.*23.*n.*4.

Lex.

§. II.

2662 Inter virû, & uxorem datur communicatio, ſi alteruter ſit excom.

SUpponit pro lege conjugali inter virum, & uxorem: enim verò vir non excommunicatus poteſt communicare cum excommunicata conjuge, & uxor non excommunicata cum viro excommunicato. *c.quoniam multos.*11.*q.*3. *c.inter alia* 31.*de ſent.excomm.* D.Thom.3.*par. qu.*23. *art.*1. Nec officit textus *in can.quoniam multos*, exprimere uxores, quia in correlativis favor iſte ampliandus mutuò, contrà Armillam *v.excommunicatio n.*45.ajentem virum non poſſe communicare cum uxore excommunicata.

2663 Etiam in divinis communicant mutuò.

Mutuò ergo iſti poterunt communicare etiam in divinis, etiamſi matrimonium ſcienter contrahatur cum excommunicato; nam abſolutè. *in d. c.quoniam multos.* conjugati ſubtrahuntur ab anathematis vinculo, nam in favorabilibus nulla facienda coarctatio, ſed ampliatio favoris. *c.odia.de reg.juris in* 6. Sanch.dans XI.DD.9.*de matrim. diſp.*14. *n.*4.8.13. Diana *par.*3. *tract.*9. *reſol.*122. & 123. alii DD. quadraginta, quibus ſubſcribit Leander *tom.* 4. *diſp.*15. contra Suarium, &c.

2664 Niſi excommunicatio ſit lata, ut ſeparentur.

Ergo conjuges poterunt communicare ad invicem ità, ac ſi non eſſent excommunicati, in menſa, in divinis privatis, non verò in crimine crimìnoſo, nec ſi excommunicatio ſit ex cauſa matrimonii ſeparandi, puta nè accedat ob impedimentum. Suarius *loc.cit.* Sanch.9.*de matrim.diſp.*14.*n.*12. citans IX.DD.contra Bonac. *loc.cit.* §.2. *n.*22. ajentem non poſſe communicare in divinis privatis.

Humile.

§. III.

2665 Subjectos poteſt communicare, cum excom. cui ſubjacet.

COmprehendit ſubjectos, qui valent communicare cum illo, cui ſubjiciuntur. *c.ſi verò.*34. *c.inter alia.*31. *de ſent. excomm. c.quoniam multos.*11.*q.*3.

2666 Filius communicat cũ patre excom. ſive ſit legitimus, naturalis, aut emancipatus.

Et ſic primò, filius valet communicare cum parentibus vitandis, ſivè ſit emancipatus, ſivè non, ſivè ſit commenſalis, ſivè non, ſivè naturalis, ſivè legitimus, ſivè adoptivus durante adoptione; nam indiſtinctè filius eximitur à vinculo anathematis *in c. quoniam multos.* 11. *qu.*3. *c.ſi verò.*34.*de ſent.excomm.* Nec Eccleſia vult alterare debiti exhibendi quidditatem. Paludanus *in* 4.*diſt.*18.*q.*6.*art.*2. Hurtadus *diſp.*9. *de excomm. diffic.* 4. *n.*21. apud Dianam *par.*5. *tract.*9.*reſol.*118. Palaus *de cenſ.diſp.*2. *punct.*19. *n.*10. contra Navarrum *c.* 27. *n.* 27. Villalobos *tract.*17.*diffic.*13.*n.*15.

2667 Soluta adoptione non ſubjacet patri.

In adoptivo autem requiritur, ut duret adoptio, nam illa ſoluta non eſt filius. *l.adoptivus. D.de in jus vocando.* At filius naturalis eſt filius, debetque obſervantiam patri exhibere, etiamſi patria poteſtas, quæ eſt Juris Civilis, deficiat.

2668 Et nepotes, pronepotes.

Nomine liberorum veniunt etiam nepotes, pronepotes, &c. de quo *in d. c.quoniam multos. l.liberorum. D. de verb. ſignif.* Bordonus *tom.* 2. *qu.*1n.*c.*6.*n.*26. Hurtadus *diſp.*9.*de cenſ.diffic.*4. *n.*21. Diana *par.*4.*tract.*9.*reſ.*119.

Filius privignus, privigna poteſt communicare cum noverca, & vitrico excommunicatis vitandis, nam honor debitus patri eſt debitus ejus uxori, quæ eſt loco parentis, uxores enim honore maritorum gaudent, ut exigunt jura. Bord. *to.*2. *lib.*7.*q.*10.*c.*6.*n.*76. Leander *tom.*4.*diſp.*15.*q.*32. Hurtadus *de cenſ.diſp.*9.*diffic.*4. ex Sayro, etiam ajens nurum, & generum poſſe communicare cum ſocro, & ſocero vitandis, quia ratione affinitatis ſe habent ut filii, contra Suarez *de cenſ. diſp.*15. *ſect.*5.*n.*6. Villalobos *tract.*17.*diffic.*13. *num.*15. — Et privignos, privigna, cum noverca, & vitrico. — 2669 Et norus, & generus cũ ſocro, & ſocero.

Non tamen venit filius ſpiritualis, quia communitèr nomine filii non comprehenditur. Suarez *loc.cit.n.*9. — 2670 Filius ſpiritualis non includitur.

Cùm autem Tutor reſpectu pupilli ſit loco patris, valet pupillus communicare cum Tutore excommunicato. Diana *par.*2.*tract.*9.*reſ.*119. — 2671 Tutor cum pupillo.

Superiores autem excommunicati communicare valent cum ſubditis non excommunicatis urgente ratione relativorum. *c. quoniam multos.*11.*qu.*3. — 2672 Superiores cum ſubditis.

Et ex eadem ratione Superiores non excommunicati valent cum ſubditis excommunicatis communicare correlativorum favore, id ſuadente eadem urgenti ratione. Navarrus *c.* 27. *n.*27. Bordonus *tom.*2.*lib.*7.*q.*10.*c.*6.*n.*85. — Et è contra.

Milites ratione ſubjectionis communicare valent cum Duce excommunicato. *c.Julianus.* 11.*q.*3. Servi, & famuli, ità ac ſi nulla cenſura Domini cenſentur innodati, etiam in divinis privatim valent Dominis excommunicatis vitandis communicare. *d. c. quoniam multos.*11. *qu.*3. etiamſi durante excommunicatione aſſumerentur ad ſervitium, cùm jura non diſtinguant inter ſervum, qui ante, & qui ſtante excommunicatione vitanda aſſumitur. Coninck *diſp.*14.*dub.*12.*n.*129. Henriq.*lib.*13.*c.*22. Diana *par.*5.*tract.*9.*reſ.*124. Leander *tom.*4.*diſp.*15. *qu.*37.38.39.Bonac.*loc.cit.*§.2.*n.*32. contra Navarrum *c.*27.Suarez *loc.cit.num.*13. ajentes non poſſe ſtante excommunicatione ſervum accipi, & communicare. — 2673 Milites cum Duce, Servi cum Dominis, & è contra.

Vaſſallus verò nequit communicare cum Barone vitando, niſi in delictis tributorum, &c. Palaus *de cenſ. diſp.*2. *punct.*19. *num.*30. Bonac. *loc.cit.*§.2.*n.*40. — 2674 Vaſſallus nequit, cum Barone communicare, niſi in tributis.

Nec Clericus cum Epiſcopo excommunicato, niſi ſit de Epiſcopi familia. Sayrus *lib.*2. *c.*14. *n.*15. Suarez, & alii ſupra citati. — 2675 Nec Clericus cum Epiſcopo, niſi ſit familiaris.

Religioſus verò ad inſtar filii, vel ſervi communicare valet cum Superiore excommunicato. Sotus *in* 4.*diſt.*22. *q.*1.*art.*4.*concluſ.*5. Vaſq. *de excomm. dub.*9. v. *ſecundus caſus*, eſt contra Suarez *de cenſ. diſp.*15. *ſect.*7.*n.*2. dicentem non poſſe communicare cum Superiore, ut nec cum alio Religioſo particulari excommunicato. — 2676 Religioſus, cum Superiore excom. communicare valet.

Ejuſdem autem familiæ ſervi, Religioſi nequeunt communicare cum alio ſervo, Religioſo vitando ejuſdem familiæ, niſi in concernentibus ſervitium Superiorum: qua ratione ſervus non excommunicatus communicare valet cum coquo excommunicato. Felinus *in c.inter alia. de ſent.excomm.* Navarrus *c.*27.*num.*27. Bonac. *loc.cit.n.*35. — 2674 Non tamen Religioſus, cum alio Religioſo vitando.

Res Ignorata.

§. IV.

IGnorantia ut excuſat à peccato, ità etiam ſemper excuſat à pœnis humanis, ſed multò — 2678 Ignorantia excuſat ab incurrenda iſta cenſura.

tò fortiùs excuſat ab excommunicatione minori; nam jura exigunt, ut ſcienter quis communicet vitandis. *c.ſi quis.7.c.excommunicatos.*17. 11.*qu.*3. qua ratione etiam ignorantia vincibilis, & ſupina excuſat: ubi enim jura ſcientiam exigunt, ibi quævis vera ignorantia excuſat; nam re vera non eſt ſcientia. Navarr.*c.*27.*n.*27. Suarez *de cenſ.diſp.*5.*ſect.*3.*n.*2. Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.*3.*n.*283.

Dubitans autem an alius ſit excommunicatus?

2679 Dubitans, non tenetur vitare.

NOn tenetur illum vitare, quia denunciatio eſt facti, in dubio non præſumendi, & nemo debet privare ſe libertate communicandi in dubio, & ferendi alteri notam excommunicationis, vel denunciationis. Major *in 4.diſt.*18. *qu.*2.*colum.*8. ubi Adrianus *qu.*4. Navarr. *c.*27. *n.*27. Sanch.1.*Decalogi c.*10.*n.*56. Bonac.*tom.*1. *diſp.*2.*de cenſ.q.*8.*punct.*6.§.2.*n.*42.

Si autem certò ſciat illum excommunicatum, & dubitat de denunciatione, poteſt, ſi velit illum evitare, ex Extravaganti *ad evitanda*, non reſpiciente favorem excommunicati. Leander *tom.*4.*diſp.*15.*q.*47.

Sed quid ſi ſciat illum denunciatum in Confeſſione?

2670 Sciens denunciatum ex Confeſſione, non tenetur vitare.

NOn tenetur illum evitare, imò nec poteſt, nè frangat ſigillum Confeſſionis. Sylveſt. v.*excommunicatio.*5. *n.*28. Bonac. *loc.cit. n.*43. & 44. Ex fama tamen publica eſt evitandus, DD.XVI. apud Leandrum *tom.*4.*diſp.*15. *q.*50. ex *c.cum deſideres.* §. 2. ibi: *ſi publica fama eſt. de ſent.excomm. c.illud.de Clerico excomm.min.* licèt fama publica non ſatis ſit, ut repellatur à judicio. *c.quia. de exceſſibus in* 6.

2671 Fama publica, vel duo teſtes ſufficiunt, ut quis evitetur.

Non ſolum fama publica ſufficit ut evitetur, ſed ſatis eſt teſtimonium duorum non inimicorum excommunicato. Bonac. *loc.cit. n.*44. Navarr.*c.*27.*num.*27. Palaus *de cenſ.diſp.*2 *punct.*19 *n.*26. contra Paludanum *in* 4.*diſt.*18 *q.*6.*art.*2. Avilam 2.*par.c.*6. *diſp.*11.*c.*3. dicentes non teneri eis credere.

2672 Uni teſti nõ creditur, niſi proferat ſcripturas.

Uni autem teſti, etiam Epiſcopo, vel Parocho non oſtendenti ſcripturam excommunicationis, denunciationis, non eſt credendum. *c.quoniam contra. de probationibus*; uni enim etiam fide digno non tenemur credere. Alterius *lib.*1. *diſp.*11.*c.*3. Bonac.*loc.cit.n.*46. Navar.*loc.cit.* & *c.*28.*n.*82. Cornejus *de excomm.diſp.*10.*ſect.*10. *dub.*3.*q.*4.*dicto.*4.

2673 Clerici percuſſor, tunc vitatur, quãdo conſtat publicè de publica percuſſione, & ſit denunciatus.

Sic nec eſt evitandus percuſſor Clerici, niſi conſtet publicè de publica percuſſione, itaut nulla valeat tergiverſatione celari: ad quod aliqui exigunt denunciationem; nam ante denunciationem ſemper valet aliqua tergiverſatione celari. Cornejus *loc. cit. dicto* 3. Bonac. *loc.cit.n.*46.

2674 Denunciatus ſemper vitandus, niſi conſtet de Abſolutione.

Conſtito autem de denunciatione ſemper eſt evitandus, ac non conſtat de abſolutione. *c. à nobis.*28. *de ſent.excomm.* Palaus *de cenſ. diſp.*2. *punct.*19.*n.*27.

2675 Viro bonæ famæ poteſt credi dicenti ſe abſolutum.

Poſſet tamen credi viro bonæ famæ dicenti ſe abſolutum, vel quando ex conjecturis arguitur abſolutio: puta ſi ſit fama publica de ejus abſolutione, argumento *c.cum deſideres.* §.2. *de ſent. excomm.* Si enim fama publica ſufficit ut evitetur, fortiùs debet ſufficere ut judicetur abſolutus: Similiter, ex lapſu temporis, puta anni, præſumitur abſolutus; quia non præſumitur velle inſordeſcere ultra annum: vel ſi vidi eum confiteri tempore Jubilæi, præſumitur abſolutus. Suarez *loc.cit.n.*7. Bonac.*loc.cit.n.*54. Leander *loc.cit.n.*18. citans IX.DD.

Neceſſe.

§. V.

NEceſſitas excuſat à pœna, & culpa communicandi cum evitando. *c. ſi verè.* 34. ibi: *neceſſaria emere, & vendere poterit ab eiſdem. c.inter alia.*31. ibi: *niſi articulus neceſſitatis immineat. de ſent. excomm. c.quoniam multos.*11.*q.*3. 2676 Neceſſitas excuſat à culpa, & pœna.

Neceſſitas intelligitur in anima, corpore, honore, fama, bonis, ſivè ſit neceſſitas excommunicati, ſivè aliorum, ex regula: quia neceſſitas lege caret, & quia leges debent eſſe accomodatæ humanæ fragilitati. *c.erit. diſt.*4. 2677 Quæ neceſſitas excuſet.

Hinc poteſt quis exiſtens in navi communicare cum Domino navis excommunicato, & exiſtens domi alicujus excommunicati, communicare poterit cum excommunicato Domino ibi exiſtente; nam nequit abſtinere à commercio illius, cujus navim, & domum incolit. *c.ſi verè.*34.*in fine. de ſent.excomm.*

Hinc egens excommunicatus poteſt petere eleemoſynam, eique danda eſt, niſi inde contumacior reddatur. *c.non omnis.*5.*qu.*5. *c.cum voluntate.*54. § *prædicatores. de ſent. excomm.* ubi etiam ab excommunicato ob neceſſitatem alimentorum eleemoſyna peti valet.

Hinc ſi neceſſarium ſit, poteſt quis communicare cum excommunicatis ad pacem cum aliis ineundam; poteſt etiam excommunicatos adhibere Medicos, Advocatos, Conſultores, Obſtetrices, &c. ſi neceſſarii ſint pro exequendo actu, ob quem adhibentur. Suarez *de cenſ.diſp.*15. *ſect.*3.*n.*8. Palaus *de cenſ.diſp.*2.*punct.*19. Bonac. *loc.cit.n.*57. Et neceſſitas Nos cogit etiam ulteriora petere. (4) 2678 Si neceſſarius ſit actus excommunicati, cum illo communicari poteſt

De Suſpenſione.

TITULUS XIII.

SUſpenſionis genus Laicis, Eccleſiaſticiſque officiis commune, impedit executionem rei, à qua quis ſuſpenditur: ita ſuſpenſus à judicatu, advocatione, lectura, non exercet Lectoris, Advocati, Judicis munus. 2679 Suſpenſio in genere competere valet Clericis, & laicis.

Poteſt eſſe pœna, & non pœna.

Pœna, ſi ob flagitium alicui prohibeatur exercere aliquod munus, & hæc ferri valet ob crimen præteritum. 2680 Poteſt aliquando eſſe pœna.

Non pœna poteſt eſſe, ſi inhibeatur inhabili exercere aliquod munus. De qua ſuſpenſione nobis non eſt agendum. 2681 Aliquando non.

In ſpecie ſuſpenſio ſumitur pro cenſura Eccleſiaſtica, de qua in *c.quærenti.*2. ibi: *ſuſpenſionis. de V.S.* & hanc rationis lima expoliendam propono. 2682 Hic pro cenſura ſumitur.

Quid

(4) De abſolutione ab excommunicatione, & ſic ab aliis ſequentibus cenſuris, vide quæ ſupra dicta ſunt de abſolutione a cenſuris in genere. De ſingulis cenſuris non reſervatis, aut reſervatis Summo Pontifici, aut Epiſcopis Syllabum non objicio, quia pro omni loco illum conficere deſperata res eſſet, ob varias mutationes cenſurarum Papæ reſervatarum, & varia Edicta Epiſcoporum, & conſtitutiones, quibus ſibi reſervarunt, quæ Jure ab omnibus abſolvi poterant. Ideo conſultius erit ut unuſquiſque ſuæ Diœceſis conſtitutiones evolvat, & Bullas SS. Pontificum, vide apud Langellotum *lib.*4.*inſt. hoc tit.* Archipresbyterum, qui Catalogum contexuit penè omnium cenſurarum.

Quid ſit Suſpenſio.

CAPUT I.

2683 Definitio ſuſpenſionis.

DEfiniri ſolet primo: *eſt cenſura Eccleſiaſtica impediens Miniſtrum Eccleſiaſticum ab exercitio functionum Eccleſiaſticarum, & uſu poteſtatis Eccleſiaſticæ.* Suarez *diſp.*17.*ſect.*1. *num.* 2.

2684 Quæ diſplicet.

Diſplicet, quia datur ſuſpenſio à beneficio ſimplici, qua non impeditur exercitium functionum, aut uſus alicujus poteſtatis Eccleſiaſticæ; nam iſtis caret beneficium ſimplex.

2685 Alia adducitur, quæ reſpuitur.

Secundo, nec placet definitio Bonacinæ *diſp.* 3.*de ſuſpenſione punct.*1.*n.*1. Antonii à Sp.S. *p.*2. *directoris tract.*12.*diſp.*4.*n.*697. dicentis: *ſuſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua perſona Eccleſiaſtica impeditur, ne functiones exerceat ſui beneficii, vel officii, vel ordinis in totum, vel in partem, in perpetuum, vel ad tempus.*

Nam primo, datur ſuſpenſio beneficii ſimplicis carentis functionibus. Secundo, eſt mala definitio, quia traditur per differentias remotiores ſubalteroatas ſuſpenſioni officii, & debet tradi per differentiam proximam cum genere coottituentem ſpeciem: ſic malè defiolret animal dicens, eſt irrationale aut rationale, quia eſſet per differentiam remotam, debetque definiri, eſt principium ſentiendi. Similiter malè diceret: ſomnus, ſive ſuſpenſio functionis animantis eſt non exercere rationalitatem, innibilitatem, ſed debet tradi per differentiam proximam. Somnus eſt ſuſpenſio ſenſationis.

2686 Nec tertia placet.

Nec tertio placet definitio Cornei *de ſuſpenſione diſp.*1. *dub.*1. ajentis: *ſuſpenſio eſt cenſura, qua Clerico probibetur exercere Eccleſiaſticum Miniſterium.*

Nam adſunt beneficia orbata miniſterio, à quibus quis ſuſpendi valet.

2687 Neque quarta definitio.

Quarto, nec admitto definitionem Gabrielis à S. Vinc. *de cenſuris diſp.*5. *q.*1. *num.*5. dicentia: *ſuſpenſio eſt cenſura privans Eccleſiaſtica poteſtate.*

Nam cenſura non tollit poteſtatem, ſed illius uſum impedit.

2688 Auctoris proponitur.

Noſtra, & vera definitio. *Suſpenſio eſt pœna per ſe Eccleſiaſtica, privans Clericum uſu juris activi Eccleſiaſtici præexigentis ex ſe Clericatum.* ad quam reduci valet Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.*4. *n.*3. dicens: *eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua perſona Eccleſiaſtica ob culpam ſuam probibetur uti poteſtate illi congruenti ratione Clericalis officii, aut beneficii.*

2689 Quæ explicatur.

Pœna ex ſe Eccleſiaſtica eſt genus commune omnibus cenſoria.

2690 Clericis tantùm, non Laicis infligitur cenſura ſuſpenſionis, nec Epiſcopis, niſi exprimatur.

Ly *privans Clericum.* Primo exprimit tantùm Clericum, ſaltem primæ tonſuræ, ſecularem, regularemvè, non Epiſcopum, niſi exprimatur, eſſe hujus cenſuræ ſubjectum. Palaus *diſp.*5.*punct.*2.*n.*1. Antonius à Sp.S.*loc.cit.n.*701. inconſequenter concludentes Communitatem poſſe ſuſpendi; cùm Communitas non ſit, nec poſſit eſſe Clericus: & quando fertur, afficit ſingulos Clericos, qui etiam poſſunt affici ſententia genetali excommunicationis. Secundo, quia Communitas Eccleſiaſtica comprehendit etiam non tonſoratos, ut ſunt Clerici ſalvatici.

Secundo ly *privans Clericum* eſt ad differentiam excommunicationis, & interdicti afficientis etiam Laicos.

2691 Suſpenſionis effectus, & differentiæ.

Ly *uſu juris Eccleſiaſtici* comprehendit jus beneficii, & officii.

Et privat uſu talia juris, hoc eſt exercitio illius juris, pro ut competit tantùm Clerico, & pro ut ſunt actiones ordinis, aut beneficii ſuſpenſi: ad differentiam excommunicationis privantis uſu divinorum, & politicorum, ac judicialium. Secondo ad differentiam interdicti privantis per ſe paſſivo uſu ſepulturæ, ſacrorum, &c. Suarez *diſp.*25.*ſect.*1.*n.*5. Palaus *diſp.*4. *punct.*2.*n.*1. Anton. à Sp.S. *loc.cit. n.*698.

Concluditur *uſu juris activi*, quia ſuſpenſio non tollit titulum, ſcilicet jus beneficii, officii, ſed ſolùm impedit exercitium illius, remanetque actus primus, impedito actu ſecundo: puta nè Sacerdos celebret, nè Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus utatur mitra, & baculo. 2692 Suſpenſio tollit exercitium, non titulum.

Sub ly *juris Eccleſiaſtici* comprehendit jus quæſitum ordinis, beneficii, juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſive officii: itaut tantùm ſuſpendi valeat ſubditus habens ordinem cum, vel ſine Eccleſiaſtica juriſdictione. Suarez *diſp.*28.*ſect.*2. Palaus *diſp.*4.*punct.*2.*n* 4. 2693 Quid comprehendit ſuſpenſio.

Ex dictis patet, ſuſpenſionem etiam differre à degradatione, quia non ſuſpenſus, ſed realiter degradatus amittit titulum, jus beneficii, officii ſine ſpe reacquirendi, ſolùm retento inamiſſibili ordinis charactere. 2694 Differt à degradatione.

Differt ſecundo ſuſpenſio, etiam ab excommunicatione minori, quia ſuſpenſio privat activa, excommunicatio minor paſſiva receptione Sacramentorum: hoc eſt ſuſpenſus non dat, ſed poteſt recipere Sacramenta, excommunicatus minori excommunicatione poteſt dare, non poteſt recipere Sacramenta. 2695 Et ab excom. minori.

Dices: Collegium, Capitulum, Conventus poteſt ſuſpendi; ergo falſum eſt tantùm Clericos poſſe ſuſpendi; ergo definitio non eſt bona. Conſequentia tenet 2696 An Collegium Capitulum ſuſpendi valeat, & quomodo intelligatur.

Antecedens probatur primo *ex c. quia ſæpè* 40. ibi: *Capitula, Conventus, Collegia, & ſingulares earundem perſonæ, bona à Prælatis ipſarum dimiſſa, &c.* & ibi; *decernimus, ut ii, qui præmiſſa de cætero præſumſerint, eo ipſo ſint, & tandiù maneant ab officio, beneficiis quibuſcumque ſuſpenſi, donec plenè reſtituerint quicquid de bonis perceperint ſupradictis. de electione, & electi poteſtate in* 6. Secundo *ex c. ſi ad Epiſcopum.unico.* ibi: *ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi contingat. ne Sede vacante aliquid innovetur in* 6.

Reſpondetur primo, in dictia juribus dici Communitates ſuſpendi eo modo, quo in Extravaganti *vas electionis.unica.* §.*ſi verò Laicus.* ibi: *ipſo facto noverit ſe ſuſpenſum. de Cenſibus, Exactionibus, & Procurationibus.* laici ſuſpenduntur; ergo ut dicta Extravagans *unica* largè aſſerit Laicos ſuſpendi, in quantum eis aliquid inhibetur: ita in prædictia juribus. *c. unico. ne ſede vacante aliquid innovetur in* 6. *& c. quia ſæpè.* 40. *de electione, & electi poteſtate in* 6. ſuſpenſio ſumitur latè pro prohibitione, inhibitione alicujus exercitii irritativa valoris actus: ita Capitulum non eligens Vicarium intra octo dies, privatur pro illa vice electione. Tridentinum *ſeſſ.*24.*c.*16.*de electione*, & Laicus non præſentans intra tempus præfixum, vel præſentans indignum, excluditur à præſentatione juris patronatus pro illa vice: quo modo ſatisfit Extravaganti 1.*de electione.*

Secundo reſpondetur, in *c. quia ſæpè.* 40. *de electione* ſuſpenſionem propriè non comprehendere Collegia, Capitula, Conventus, ſed perſonas, ut patet ex verbis textus ibi, *ut ij, qui*, &

non *ea, quæ*; ut enim ſupra expreſſerat Capitula, & perſonas: ità hìc exprimit perſonas, non Capitula.

Et ad textum in *c. unico, ne ſede vacante aliquid innovetur*, ibi textus non decernit poſſe ſuſpendi, ſed eſt diſpoſitio enunciativa, qua non probatur rem ita fieri poſſe.

Quotuplex ſit ſuſpenſio?
CAPUT II.

2697 Peccatum mortale non eſt ſuſpenſio.

NOn defuere peccatum lethale inter ſuſpenſiones adnomerantes, in quantum lethale arcet à licita Sacramentorum collatione, & receptione. Abbas in *c. quando. de Clerico excommunicato miniſtrante*. Sylveſter v. *excommunicatio n.* 1. ſed loquuti impropriè, ut impropriè fuerunt loquuti aſſerentes peccatum mortale eſſe excommonicationem.

Ut ergo ſuſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, dividitur primo in veram, & præſumtam.

2698 Dividitur in veram, & præſumtam.

Vera eſt, re ipſa lata. Præſumta eſt, qua præſumitur ſuſpenſus peregrinus carens literis dimiſſorialibus, ideòque non admiſſus ad celebrandum. *c. ſuæ fraternitatis*. 3. ibi: *non debes ipſos permiſtere in tuis plebibus celebrare. de Clericis Peregrinis*. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de reformatione*. Covarruv. *practicarum c.* 33. *n.* 3. qui peregrinus Sacerdos re vera non ſuſpenſus, celebrare poteſt præciſo ſcandalo, quia præſumtio cedit veritati. Suarez *de cenſ. diſp.* 25. *ſect.* 2. *num* 2.

2699 Et una eſt à jure, alia ab homine, vel lata, aut ferenda.

Secundo dividitur ex cauſa effectiva, ut una ſit à jure, altera ab homine: lata una, ferenda altera.

2700 Et una temporalis, alia perpetua.

Tertio ratione temporis dividitur in temporalem, & perpetuam. Temporalis ad tempus, puta ad menſem ſuſpendit. *c.* 1. *de ſent. excom. in* 6.

2701 Vel pura, aut conditionalis.

Perpetua abſolutè purè fertur, vel cum addito, ut ſis perpetuò ſuſpenſus, ſi illud agas; Idem namque eſt, ſis ſuſpenſus, ac ſis perpetuò ſuſpenſus; quia eo ipſo, ac tempus non præfigitur, excurrent verba per omne tempus generali expreſſione, generaliter intelligenda. *l. prætor.* 1. *§. quod autem. D. de aleatoribus. l. in fraudem.* 16. *D. de militari teſtamento. l. ſi ſervitus. D. de ſervitutibus*. Surdus *dec.* 122. *n.* 1. Ruinus *lib.* 3. *n.* 19. Rota *p.* 1. *recentiorum dec.* 41. *n.* 19.

Quarto, ratione rei à cujus uſu ſuſpenditur, ſuſpenſio eſt triplex. Prima ab officio. Secunda à beneficio. Tertia ab utroque.

2702 Aut eſt ab Officio.

Ab officio tantùm. Clementina 1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis. c. ſanè* 2. *de officio delegati*, & nomen officii exprimit officium Ordinis, Dignitatis, Juriſdictionis, adminiſtrationis Eccleſiæ. *c. per lectis. diſt.* 25. Clementina *Religioſi* 1. ibi: *tamdiù maneant ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuis ſuſpenſi. de decimis, primitiis, & oblationibus*.

2703 Aut à beneficio.

Secondo, eſt ſuſpenſio à beneficio tantùm. Clem. 1. *de vita, & honeſtate Clericorum. c. in cunctis* 7. *§. finali. c. ibi.* 44. *de electione*. Includitque quicquid habet rationem beneficii Eccleſiaſtici ſimplicis, non ſimplicis, dignitatis, non dignitatis, & excludit quicquid deficit à propria ratione beneficii, ut eſt penſio. Alterius *de ſuſpenſione diſp.* 5. *c.* 1. *q.* 2. dans IV. DD. Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 15. niſi fortè penſio ſit pro titulo ſpirituali, ſecundum Suarium *de ſuſpenſione diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 15. de quo infrà.

Tertio, eſt ſuſpenſio ab officio, & beneficio. *c. ſuarum.* 11. *de privilegiis. Clem.* 1. *de decimis*. ibi: *ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuis ſuſpenſi*, & hanc totalem ſuſpenſionem ait Dicaſtilius *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 4. *n.* 10. dividens ſuſpenſionem in totalem, & partialem. totalis privat omni, partialis privat parte uſus activi juris ſacri. 2704 Vel ab utroque.

2705 Aut ab omni, vel ab aliquo actu.

Unde ſubdividi valet ſuſpenſio ab omni, & ab aliquo actu juris activi ſacri; nam poteſt quis ſuſpendi tantùm ab audiendis confeſſionibus, non à celebrando, eritque ſuſpenſus à parte officii.

Rurſus dividi poteſt ſuſpenſio in puram, conditionalem, ad diem, &c. ut: *ſi non reſipiſcas intra biduum, ſis ſuſpenſus ab officio, & beneficio. c. tam literis* 33. *de teſtibus. c. in loco* 5. *q.* 3.

An ſententia ſuſpenſionis abſolutè lata non exprimens officium, beneficium, utrumque, ſit nulla?

2706 Sententia ſuſpenſionis non exprimens, quid ſuſpendat, eſt nulla.

AFfirma. Alterius *tom.* 2. *de ſuſpenſione diſp.* 5. *c.* 2. Antonius à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 12. *n.* 709. citans Suarium *de cenſ. diſp.* 3. *ſect.* 1. *n.* 89 Leander *tom.* 2. *diſp.* 3. *de ſuſpenſione q.* 2. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 5. *n.* 17. contra Bonacinam *de ſuſpenſione diſp.* 3. *punct.* 2. *n.* 1. Marcerum 3. *p. q.* 24. *dub.* 1. apud Dianam *par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 10. Sylveſtrum v. *ſuſpenſio*. Dicaſtillum *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 4. *n.* 10. & 27. ajentem tunc ſuſpenſionem eſſe totalem. Avilam 3. *p. diſp.* 2. *dub.* 2. *concl.* 2. motos, quia genus continet ſpecies, & quia propoſitio indefinita æquipollet univerſali.

Probatur.

Probatur primo, nam in pœnalibus reſtringendis etiam intra propriam ſignificationem verborum. *c. odia.* 15. *c. in pœnis. de regulis juris in* 6. Superior debet proferre ſuam ſententiam certam, determinatam. *§. curare. inſtitutionum. de actionibus.* idque nè conſcientias laceret.

Secundo, quia Superior, Judex, non ſubditus debet ſententiam latam explicare, certificare. *§. curare. inſtitutionum. de actionibus*.

Tertio, quia ſuſpenſio comprehendens officium, & beneficium jure exprimitur. *c. quia ſæpè* 40. *§. nos.* ibi: *maneant ab officiis, beneficiis quibuſcumque ſuſpenſi. de electione in* 6. *c. ſuarum.* 11. ibi: *ſi Clerici, ab officio, beneficioque ſuſpendas. de privilegiis*. Clem. 1. ibi *tandiù maneant ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuis ſuſpenſi. de decimis*, & Superior non debet, niſi jus imitari, nè eo ſe prudentiorem præſumat, cùm ergo jure niſi exprimatur, non comprehenditur officium, & beneficium, multo minus comprehenditur, niſi Judicis ſententia exprimatur.

Quarto, ex dictis, utrumque non includitur; quia quando vult, exprimit: nec unum; quia ſententia eſſet indeterminata, & nulla; cum debeat eſſe determinata, & certa. *§. curare. inſtitutionum de actionibus*.

Quinto, quia interpretratio facienda eſt contra ipſum, qui potuit, & noluit ſe clarius explicare; ſed Judex Eccleſiaſticus dando ſuſpenſionem in genere, noluit ſe explicare, quænam ſuſpenſio includatur; ergo contra ipſum facienda eſt interpretratio.

Sexto probatur, quia nulla eſt ſententia Judicis dicentis, *te cenſura illigamus*, quia generica; ergo nulla etiam erit *te ſuſpendimus*, quia non ſpecifica; ut enim ſub cenſura: ita ſub ſuſpenſione ſunt plures ſpecies; ergo ut exprimendæ ſpe-

Digitized by Google

ſpecies cenſuræ: ita etiam ſpecies ſuſpenſionis. Extravagans *unica.* ibi: *ſi Clericus fuerit, tantùm ab officio, ac beneficia eo ipſo ſit ſuſpenſus. de cenſibus inter communes.*

2707 Objectis ſit ſatis.

Dices: ſuſpenſio lata in Tridentino tenet; ſed ſuſpenſio in genere eſt à Tridentino lata; ergo ſuſpenſio in genere tenet. Minor probatur ex Tridentino *ſeſſ.25. c.14. de reform.* ibi: *ipſo facto ſint ſuſpenſi, & ſeſſ.24. c.1. de reform.* ibi: *ipſo jure tandiù ſuſpenſus maneat.*

2708 Unum jus per aliud declaratur, & ſequens per prius.

Reſpondetur, unum jus per aliud declarari, & leges ſequentes per priores; nec hìc Tridentinum corrigit jura antiqua. *l. præcipimus 32. Cod. de appellationibus.* Epiſcopus verò concubinarius ſuſpenditur jure antiquo ab officio. *Auth. Epiſcopi. Cod. de Epiſcopis, & Clericis, & Auth. de Epiſcopis, & Clericis collat.9.* & in Bulla Leonis X. v. *ſubemus*, apud Rebuffum *in concordatis de publicis concubinariis.* Epiſcopus concubinarius eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio; adeòque de officio, beneficio etiam intelligitur ſuſpenſio lata à Trid. *ſeſſ. 24. c.1. de reformatione*, quia cùm non corrigat, confirmatur jure antiquo, à quo verbum in genere explicatur in ſpecie officii, & beneficii, & niſi ſuſpenſus corrigatur, deponitur ab Epiſcopatu.

Licèt primitùs tantùm ab officio fuerit ſuſpenſus in *c. quorundam. 1. diſt. 34.* ibi: *à miniſterio ceſſare debebit. in fine. c. habuiſſe. 7.* ibi: *ad miniſtrandum. diſt. 33.*

Seſſione 24. *c.1 de refor.* ubi ſuſpenditur aſſiſtens benedicens nuptias ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi, ibi eſt ſuſpenſio ab officio, in quo delinquit, ſed de hoc redibit ſermo in propria materia.

An ſub ſuſpenſione comprehendatur Epiſcopus, niſi exprimatur?

2709 Epiſcopus nō comprehenditur, niſi exprimatur.

NEga, nam eſt ſpecialis perſona ſpecialiter exprimenda. *c. quia periculum. 4. de ſent. excom. in 6.*

Adoriamur modo diſtinctiùs ſingulas ſpecies ſuſpenſionis officii, & beneficii, frequentes præbentes litium materias, & primo.

De Suſpenſione ab Officio.

CAPUT III.

2710 Per officium intelligitur Ordinis exercitium.

OFficium in principali analogato ſignificat ordinis exercitium, cetera juriſdictionalia non dicuntur principaliter Clericale officium, ſed ſunt ſub analogato minus principaliter, ut corpus Chriſti Domini propriè ſupponit pro reali Euchariſtia, myſticè pro Eccleſia. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.5. n.17.*

Hinc reſolvitur.

An abſolutè ſuſpenſus ab Officio, ſit ſuſpenſus ab uſu ordinis, non juriſdictionis ſpiritualis?

2711 Suſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à Juriſdictione ſpirituali.

AFfirma. Gloſſa *in c. audivimus. 24. qu. 1.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 5. n.17.* & alii. contra Palaum *diſp. 4. punct. 5. §. 1.* Leandrum *tom. 4. diſp. 3. qu. 3.* dantem XX. DD.

Patet primo, quia analogum ſupponit pro principali analogato, maximè in pœnalibus; ergo ſuſpenſio ab officio nomen analogum ſupponit pro principali analogato; ſed principale analogatum officii eſt actus ordinis Clericalis, non actus merè juriſdictionis; ergo ſuſpenſus ab officio eſt ſuſpenſus ab actu ordinis Clericalis, non ab actu merè juriſdictionis.

Minor probatur, quia ſuſpenſio per ſe afficit Clericum; ergo afficit per ſe, quæ Clerico per ſe competunt; at hæc ſunt ordinis, non juriſdictionis, adeòque Superior volens includere, debet exprimere juriſdictionalia, ut exprimit text. in Clem. 1. ibi: *adminiſtrationibus. de decimis.*

Secundo, quia in pœnalibus analoga reſtringenda ad principale analogatum. *c. odia, & c. in pœnis. de regulis juris in 6.* actus verò ordinis, non juriſdictionis competunt principaliter Clerico; nam Clericus poteſt eſſe ſine juriſdictione, non ſine ordine. Unde juriſdictio eſt Clerico accidentalis: verba autem in dubio ſupponunt pro naturalibus, non pro accidentalibus.

Tertio, quia verba pœnalia reſtringenda ad id, quod competit per ſe, ut eſt ordo, non ad id, quod competit per accidens, ut eſt juriſdictio.

2712 Quæ nequeat exercere Epiſcopus ſuſpenſus ab officio.

Hinc Epiſcopus ſuſpenſus ab officio nequit exercere actus ordinis, nec actus juriſdictionis per ſe ex ordine exercendos, ut abſolvere à peccatis, conferre Sacramentum Ordinis: at poteſt exercere actus juriſdictionis, qui competere valent Epiſcopo etiam non ordinato, ut conferre beneficia, inſtituere Vicarium, cenſuras inferre, auferre, & tollere poteſtatem abſolvendi.

An ſuſpenſus ab Officio valeat peragere illa, quæ exercere poſſet ut laicus?

2713 Suſpenſus ab officio poteſt exercere, quæ poteſt, ut Laicus.

AFfirma: quia non ſunt actus ordinis Clericalis, quibus tantùm ſuſpenſio privat; adeòque valet Eccleſiam ingredi, divinis intereſſe Officiis, Proceſſionibus, in Choro cantare ad inſtar laici, Sacramenta, & etiam Ordinem recipere; nam ſuſpenſione impeditur actio, non paſſio, dare, non recipere Ordinem, quem nequit durante ſuſpenſione exercere, nec quando illum recipit; adeòque ſuſpenſus recipiens Diaconatum nequit in eadem Ordinatione Evangelium cantare. Bonac. *de ſuſpenſ. diſp. 3. punct. 1. n. 15.* contra Sayrum *lib. 4. de cenſ. c. 6. n. 23.* Leandrum *de ſuſpenſ. diſp. 3. qu. 10.* negantes ſuſpenſum ab officio poſſe recipere Ordines.

An ſuſpenſus ab Officio ſit ſuſpenſus à beneficio?

2714 Suſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio.

NEga. Sanchez 3. *de matrim. diſp. 51. n. 12. & 13.* Coninck *diſp. 15. dub. 2.* Gabr. à S. Vinc. dans quinque DD. dicens communem. *de cenſ. diſp. 5. n. 39.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii tract. 12. n. 711.* Diana dans octo DD. *par. 5. tract. 10. reſol. 1.* Leander citans XVII. DD. *to. 4. tract. 4. diſp. 3. qu. 4. 5. & 8.* Bauny *de cenſ. tract. 8. qu. 8.* Henriq. *lib. 13. c. 32.* ajentes ſuſpenſum ab officio poſſe reſignare beneficium ad favorem tertii, contra Sylveſt. v. *ſuſpenſio n. 5.* Toletum *lib. 1. c. 43. n. 1.*

Patet primo, ex *c. vel non eſt compos 14.* ibi: *provideat in Eccleſiaſtico beneficio. de temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.*

Secundo, quia Superior potens volens, non expreſſit ſuſpenſionem à beneficio, expreſſa ſuſpenſione ab officio; ergo cenſetur nolle ſuſpenſionem à beneficio, quam volens non expreſſit. *c. nunc benè 5.* ibi: *duo quippe ei illata fuerunt: unum negavit, alterum tacendo conceſſit. de præſumtionibus.* Sà v. *ſuſpenſio n. 1.*

Tertio, in pœnis reſtringendis non licet arguere de pœna ad pœnam, nec de re ad rem, ſed intra propriam ſignificationem verba ſunt coarctanda, ut propriam non excedant, & intra propriam magis proprium intelligatur. *l. non aliter. 67. D. de legatis 3. c. odia. c. in pœnis. de regulis juris in 6.* propriè autem beneficium non eſt officium, & è contra.

Quarto, quia quando volunt comprehendere jura exprimunt officium, & beneficium. *c. tam*

literis 33. ibi: *ab officio, & beneficio denuntietis eſſe ſuſpenſus. in fine. de teſtibus. c.Capellanum* 1. ibi: *ab officio, beneficioque ſuſpenſum. de ſecundis nuptiis .cap. ſuarum* 11. ibi; *ab officio, beneficioque ſuſpendas . de privilegiis*; quæ expreſſio fuiſſet vana, ſi ſuſpenſus ab officio, illicò eſſet ſuſpenſus à beneficio.

Hinc ſuſpenſus ab officio valet percipere fructus beneficii: nè intenſam reddamus pœnam, quam tam auctam Superior noluit: cùm ſe non expreſſerit. *c. decernimus* 2. *diſt.* 28. *c.præter* 5. *diſt.* 32. *c ſi quis Sacerdotum* 17. *diſt.* 81. *c.*1. *de fidejuſſoribus.*

Nec refert beneficium dari propter officium. *c.fin.de reſcriptis in* 6. nam ſatis eſt ſi recitet Divinum Officium per ſe connexum cum beneficio. Secundo, beneficium ſimplex officio caret, exceptis Horis Canonicis.

Tertio, in odioſis ceſſat regula: extincto principali, ut eſt officium, corruit acceſſorium beneficii.

An ſuſpenſus ab officio ſimpliciter, poſſit validè, & licitè recipere novum beneficium?

2715 Suſpenſus tantùm ab officio valet novum beneficium recipere.

AFfirma. DD. apud Dianam *par.*5. *tract.*10. *reſol.*2. Acugna *par.*1. *Directorii diſp.* 71. *c.*3. *n.*3. Anton. à Sp.S. *tom.*1. *Directorii tract.*12. *num.*713. contra Palaum *diſp.*4. *punct.*5. *§.*1. *n.*3. ajentem collationem nullam, contra Leandrum *tom.*4. *tract.*4. *diſp.*3. *qu.*6. *&* 7. ajentem collationem validam, ſed illicitam.

Patet primo, nam ſumus in pœnalibus reſtringendis ad tempus commiſſi delicti, & ad ſummum latæ ſententiæ. *l.*1. *D.de pœnis.*

Secundo, ſententia purè lata jam obtinuit purè ſuum effectum; ergo nequit reſpicere beneficium futurum contingens, purè non ſuſpendibile; nam futurum contingens includens conditionem ſi erit, nequit purè tolli; ergo ſententia purè lata illud non comprehendit.

Tertio, ex *c.vel non eſt compos* 14. ibi: *mandamus, quatenus ſi rem inveneritis ita eſſe, prædictum Epiſcopum à collatione ordinum ſuſpendentes, ipſum ut eidem M. quem ab executione officii Diaconatus, uſque ad ætatem legitimam in injuriam ſuſpendimus Ordinantis, provideat in Eccleſiaſtico beneficio competenti. de temporibus Ordinationum*, ubi ſuſpenſus ab ordine poteſt recipere beneficium.

Nec officit *c.fin.de Clerico excom. min. c.quia diverſitatem* 5. *de conceſſ. præbendæ. c.cum dilectus* 8. *de conſuet.* nam ibi nihil ad rem, ut patet legenti, & ad ſummum intelligerentur de beneficio dato ad exercendum officium, itaut officium beneficium includat.

Verùm ſuſpenſionem ab officio innumeris turgentem difficultatibus ſecuro calle teramus prajacto principio: ex quo dicendis munimentum, & monumentum habeas.

Principium.

2716 Extenſio in pœnis non facienda.

IN pœnalibus non fit extenſio de re ad rem, de minori ad majus, de majori ad minus, de caſo ad caſum, etiamſi ſit eadem, vel major ratio.

Patet ex calculo omnium Doctorum. *l.interpretratione.D.de pœnis. l.fin. C.qui bonis cedere. c. odia* 15. *c.in pœnis. de reg. jur. in* 6. ex cujus principii vi, certo rationis pondere ſequuntur Analyſes.

2717 Suſpenſus ab uno, non eſt ab alio ordine.

Prima, ſuſpenſus ab uno non eſt ſuſpenſus ab alio ordine. *c.vel non eſt compos* 14. *de temporibus Ordinationum.*

2718 Ab ordine Superiori, non eſt ſuſpenſus ab inferiori.

Secunda, ſuſpenſus ab ordine ſuperiori non eſt ſuſpenſus ab inferiori. Calderinus *tract. de interdicto. §.*1. *n.*42. *tom.*4. *tractatuum.* Bonacina *de ſuſpenſ. punct.*2. *num.*7. Diana *par.*5. *tract.*10. *reſol.*5. Palaus *diſp.*4. *punct.*5. *§.*1. *n.*11. Leander *diſp.*6. *q.*14. *&* 16. dans octo DD. Anton. à Sp.S. *loc.cit.tract.*12. *n.*724.

Non obſtat *cap.cum illorum* 32. ibi: *cum majora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora. de ſent.excomm.*

2719 Ab inferiori ordine, non eſt ſuſpenſus à Superiori, non includente ejus exercitium.

Nam intelligitur, quando minor eſt pars totius, quod nequit exerceri; itaut in majori includatur officium minoris ordinis.

Tertia, ſuſpenſus ab inferiori non eſt ſuſpenſus à ſuperiori ordine, non includente exercitium minoris ordinis ſuſpenſi. Sà v. *ſuſpenſio n.*1. Calderinus *loc.cit.n.*42. Filliucius *tract.*17. *c.*2. *n.*25. Suarez *diſp.*26. *ſect.*4. *n.*21. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſ. diſp.*4. *n.*39. dicens *n.*40. à Sacerdote celebrante non exercere actum ordinis Diaconatus, aut Subdiaconatus, quia non legit, nec cantat ut miniſter Sacerdotis, ut legit, & aſſiſtit Diaconus, & Subdiaconus, ſed legit ut Sacerdos. Contra Anton. à Sp.S. *loc. cit. n.*725. Leandrum *loc.cit.q.*16. ajentes indecenter exerceri actum ſuperioris ordinis à ſuſpenſo ab ordine inferiori.

Patet ex *c.illud. diſt.*95. *c.geſta diſt.*72. *l. qui indignus. D.de Senatoribus. l.relegatorum. §.poteſt. D.de interdictis, & relegatis. cap. cum illorum* 32. *de ſent. excomm.* pœnæ enim ſemper reſtringendæ, itaut nec ſit indecens exercere actum ordinis ſuperioris à ſuſpenſo ab ordine inferiori, adeòque ſuſpenſus à Diaconatu Sacerdos poterit audire confeſſiones, & etiam celebrare; quia tunc non exercet actum Diaconatus, cujus eſt alteri aſſiſtere certa ſollemnitate, quam celebrans non exercet.

2720 An indignus ab inferiori, repellatur à dignitate Superiori.

Nec refragatur, indignum ab inferiori repelli à dignitate ſuperiori. *l. relegatorum* 7. *§. ſolet præterea.v.poteſt alicui, & unus honor interdici: ſic tamen, ut ſi cui honore uno interdictum ſit: non tantum eum honorem petere non poſſit: verum nec eos quoque, qui eo honore majores ſunt; eſt enim per quam ridiculum, eum qui minoribus pœna cauſa prohibitus ſit, ad majores aſpirare. D. de interdictis, & relegatis. l. cui pacto venditionis pomerie cujuslibet Civitatis interdictum eſt, urbe etiam interdictum eſſe videtur: quod quidem cum aliàs principum mandatis præciperetur, etiam naturalem habet intellectum, ut ſcilicet qui careret minoribus, fruatur majoribus.* 5. *D.de ſervis exportandis.*

Nam reſpondetur textus currere, quoties excluditur ab inferiori ob indignitatem ſubjecti, & incapacitatem ſubjecti, quæ æquè repellit à majori dignitate exigente capacitatem, & dignitatem recipientis: ita amens, fatuus, ſurdus, mutus, infamis excluſus à minori, fortiùs à majori repellitur officio, dignitate; nam aliàs impotens exercere minus, exercet majus, ut Sacerdos impotens conſecrare Altare, Eccleſiam, Calicem, Oleum Sanctum, conſecrat tamen Euchariſtiam, quia cauſa non conſecrandi Eccleſiam, Calicem, non eſt in Sacerdotio.

Reſpondetur ſecundo, illud verum, ſi major includat formaliter exercitium minoris officii, ordinis; qui enim abſtinere ſe debet ab acceſſu ad confinia, ità fortiùs ab ipſa Civitate abeſſe debet. Dicaſtillos *tract.*10. *de cenſ. diſp.*4. *n.*39.

Quarta, Epiſcopus ſuſpenſus à collatione mi-

norum.

Digitized by Google

2721 Epiſcopus ſuſpenſus à collatione minorum poteſt ordines majores conferre.

norum, valet conferre ordines majores, nam ut unus ordo poteſt ſina alio conferri, ita poteſt unius non alterius ordinis collatio prohiberi. Dicaſtillus *tract.10.de cenſ.diſp.4.n.41.* poſt Suarium, Coninck, Laymanum, contra Auilam *par.3.de cenſ.diſp.2.dub.2.concl.2.* Sayrum *lib.4.c.4.n.19.*

2722 Et ſuſpenſus ab ordine, non eſt ſuſpenſus à Juriſdictione.

Quinta, ſuſpenſus ab ordine, non eſt ſuſpenſus à juriſdictinne. *c.aqua 9.de conſecr.Eccleſiæ, vel Altaris*, ubi Epiſcopus valet Clericis in minoribus committere, quæ ſunt juriſdictionis, non quæ ſunt ordinis, & Epiſcopus confirmatus tantùm hebet juriſdictionalia, non quæ ſunt ordinis. *c.tranſmiſſa. de electione*; ergo ordo, & juriſdictio ſunt res diverſæ, & à diverſis non fit illatio, maximè in pœnis; ergo ſuſpenſus ab ordine, non eſt ſuſpenſue à juriſdictione; quia per juriſdictionem ordo ſuſpenſus non exercetur. D.Thom.*in ſupplemento nd 3.par.q.22.art.3.in corpore*. ibi: *ſuſpenſus ab ordine tantùm tunc non poteſt ea, quæ ſunt ordinis, ſed poteſt ea, quæ ſunt juriſdictionis: & à contra, ſi ſit ſuſpenſus à juriſdictione, non eſt nb ordine*. Leander citans XI.DD. *diſp.3.q.23.* Dicaſtillus *tract.10.de cenſ. diſp.4.n.28.* Diena *par.5.tract.10.reſol.21.*

2723 Et ſuſpenſua ab ordine exercet Juriſdictionem non pẽdentem ab ordine.

Sexta, Epiſcopus ſuſpenſus ab ordioe valet exercere juriſdictionem non pendentem ab ordine: nnde poteſt cenſuras, leges ferre. Dicaſtill. *loc.cit.*

2724 Suſpenſus ab ordine Epiſcopali exercet ab eo independeotie

Septima, Epiſcopus ſuſpenſus ab ordine Epiſcopali, exercere valet independentia ab ordine Epiſcopali. *c.tranſmiſſa. de electione*; ut eſt audire confeſſiones, baptizare, celebrare Miſſam, cenſuras ferre, abſolvere, & omnes actus forenſes exequi. Sylveſter *v. ſuſpenſio qu.5.* Bonacina *de cenſ.diſp.3.punct.2.n.3.* Diana *par.5.tract.10.reſol.4.* Dicaſtill.*loc.cit.* dicens etiam tunc poſſe celebrere cum infulis, ſi etiam fuerit Abbas; nam tunc illis utitur ut Abbas, non ut Epiſcopus.

2725 Suſpenſus à Pontificalibus eſt ſuſpenſus ab uſu Mitræ, & Baculi.

Octava, Epiſcopus ſuſpenſua à Pontificalibus eſt tantùm ſuſpenſus ab uſu baculi, & mitræ, & ab actibus per ſe Epiſcopalibus exigentibus uſum baculi, & mitræ, nt confirmare, ordines conferre, Eccleſias cooſecrare; adeòque non eſt ſuſpenſus ab aliis juriſdictionibus, poteſtque audire confeſſionem, celebrare etiem cum Pontificalibus; nam tunc per ſe non exercet actum Epiſcopalem, ſed per ſe Sacerdotalem non requirentem per ſe uſum Pontificalium. Calderinus *tract.de interdicto par.1.n.45. tom.4.tractatuum.* Diane *par.5.tract.10.reſol.4.* Leander dans octo DD. *diſp.3.q.21.& 22.*

2726 Suſpenſus à Juriſdictione, non eſt ab ordine nõ pendente ab ea.

Nona, ſuſpeoſus à juriſdictione, puta Epiſcopali, non eſt ſuſpeoſus ab ordine, exerceri valens ſine juriſdictione. Navarrus *c.27.num.160.* Sayrus *lib.4.c.4.n.20.*

2727 Suſpenſus eb ordine, non eſt ſuſpenſus à jure eligẽdi.

Decima, ſuſpenſus eb ordine non eſt ſuſpenſus à jure eligendi: quia electio non eſt actus ordinis, ex quo Canonicus ſuſpeoſus ab ordine poteſt votum dare in Capitulo, & in electioonibus, & ſatis oſtendunt electionem non eſſe actum ordinis Moniales, quæ habent jus eligendi. *cap.indemnitatibus. de electione in 6.* Suerez *diſp.26.ſect.4.n.3.* Cornejoa *diſp.2.dubit.2. qu.1.* contra Sylveſt.*v.ſuſpenſio n.5.*

1728 Et eb ordine, non eſt ſuſpenſus à recitando Officio.

Undecima, ſuſpeoſus ab ordine non eſt ſuſpenſus à recitando Officio, quia recitatio Officii non eſt actus ordinis. Sotus *lib.10.de juſtitia q.5.art.3.* Bauny *de ſuſpenſione q.8.dub.9.*

2729 Suſpenſus eb ingreſſu Eccleſiæ nequit in ea actum ordinis exercere

Duodecima, ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ eſt tantùm ſuſpenſus nè in Eccleſia exerceat actum ordinis, adeòque nè ut Clericus interſit divinis, & Eccleſieſticis Officiis. Henriquez *lib.13.c.32.n.3.* at poteſt per Eccleſiam traoſire, ſoibi Sacramenta recipere, orare; cùm id non ſit actus ordinis, nec competit tantùm Eccleſieſticis, ſed ſit commune laicis, & ſuſpenſio afficiat actus Clericales, & Clericos, ut ordinati ſunt.

An autem poſſit in Eccleſia ſepeliri?

2730 An poſſit ſepeliri io Eccleſie.

NEgaot, licèt ejus ſepultora Eccleſiam non pollueret. Boſſius *v.ſuſpenſio a.n.14.* Anton. à Sp.S. *tom.1.Directorii tract.12.n.729.* Leander dans quioque DD. *de ſuſpenſione diſp.3.q.19.* Tu tantiſper hæreas, nam hic oon eſt actua ordinis, eſt enim quid paſſivum competena etiam laicis, & tamen tantùm que Clerici ab uſu Clericali ſuſpendi velent. Calderinus *tract. de interdicto par.1.n.3.& 7.vol.4.tractatuum.*

Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ nequit in Eccleſia ex officio exercere ſollemnam ordinis actum: at poteſt illum actum extra Eccleſiam exercere: ut interdictus eb ingreſſu unius Eccleſiæ poteſt celebrare extra illam, vel in alia Eccleſie. Ionocentius *in c.ſacro 48.* ubi Felinua *n.8. de ſent. excomm.* Gloſſa *in c.is, cui. de ſent. excomm.in 6.* Joannes Andreas, & Aocharanus *in c.1.de ſent.excomm.in 6.*

2731 Suſpenſus à conferendis ordinibus, poteſt primam tonſuram conferre.

Decimatertia, ſuſpenſus à collatione ordinum poteſt conferre primam tonſuram, ſecundum eſſereotea propriè oon eſſe ordinem, cum Bonac. *diſp.3.de ſuſpenſ.punct.2.n.6.* Diana *par.5.tract.10.reſol.6.* Leander *tract.6. diſp.3. qu.13.* Anton. à Sp.S. *tom.1.Directorii tract.12.reſol.723.*

2732 Ab una parte Juriſdictionis ſuſpenſus non eſt ab alia.

Decimaquarta, ſuſpenſus ab una parta juriſdictionis, non eſt ſuſpenſus ab alie, adeòque ſuſpenſus à collatione beneficii, valet exercere alios actus juriſdictioois. *c.grave 29.de præbendis. c.un.ne ſede vacante in 6.Clem.1.§.ſi quis.de ſtatu Monachorum.* Gloſſa *in Clem.cupientes. de pœnis.*

2733 Simpliciter ſuſpenſus ab ordine, nullum actum exercere ordinis poteſt.

Decimaquinta, ſuſpenſus ſimpliciter ab ordine, nullum actum ordinis exercere valet; oam nomine ordinis venit ſpecies athoma Sacramenti Ordinis.

Peccatum violantis ſuſpenſionem ab officio?

2734 Violans ſuſpenſionem, eb officio peccat graviter.

EST grave niſi parvitas materiæ excuſet à lethali exercentem officium à quo eſt ſuſpeoſus in re parva. Suarea *de cenſ.diſp.26.n.2.*

Acta ſint nulla.

Secundo, acta juriſdictionalia ſunt nulla facta per ſuſpenſum à juriſdictiooe.

2735 Et irregularis, ſi exerceat actum ordiois.

Tertio, exercens actum ordinis ſuſpenſi, non verò exerceos actum juriſdictionis ſuſpenſæ eſt irregularis, quia in primo, noo in ſecundo caſu irregularitas jure inveoitur expreſſa. *c.1. de ſent.& re judicata in 6.c.1.de ſent.excomm.in 6. c.ſi quis Epiſcopus.11. q.3.* nulla enim pœna eſt expreſſe adverſus exercentem actum juriſdictionis ſuſpenſæ præciſæ ab exercitio ordiois, contra Majolum *lib.3.de irregularitate c.19.*

Effectus Suſpenſionis.

CAPUT IV.

2736 Suſpenſus exercens actum ſuſpenſum peccat graviter.

MUltiplex. Primus, exercens actum ſuſpenſom in re gravi, peccat mortaliter. Suarea *loc.cit.*

2737 Eſt irregularis exercens actum ſolemnem ordinis;

Secundus, eſt irregularis exercens actum ſollemnem ordinis ſuſpenſi celebrando, benedicendo Nuptias, ramos Palmarum, Aquam, &c. non verò ſi ſe gerat ut laicus exercendo actum ordinis minoris ſuſpenſi ad inſtar laici.

Sed eſt irregularis ſuſpenſus ab ingreſſu Ec-

Su-

Digitized by Google

cleſiæ celebrans in Eccleſia, quia illa ſuſpenſio impedit exercitium ordinis in Eccleſia. Henriq. *lib.13.c.32.n.3.*

2738 Alii effectus ſuſpenſionis recenſentur.

Suſpenſus verò à beneficio non eſt irregularis recipiens fructus beneficii, quia non exercet actum ordinis.

Sicuti nec eſt irregularis ſuſpenſus à Subdiaconatu recipiens Diaconatum, quia non exercet actum ordinis ſuſpenſi. Diana *p.5. tract.10. reſ.9.* Malletus *bractea 8.malleatione* 26. Anton. à Sp.S. *tract.12.n.707.tom.1.Directorii.*

Tertius effectus eſt, ut nemo poſſit cooperari ſuſpenſo denunciato in actu ſuſpenſo, nam cooperaretur peccato: at licet audire Miſſam denunciati ſuſpenſi illi non inſerviendo; nam tunc non eſt cooperari peccato celebrantis, & alia communio non eſt interdicta, niſi cum excommunicato evitando. Diana *par.5. tract.10. reſ.20.* Palaus *diſp.4.punct.6.n.2.* Henriq. *lib.13. c.33.* Suarez *diſp.27. ſect.2. n.7.* Innocentius, & Abbas *in c.intelleximus 7.de judiciis.*

Quartus, ſcienter violans ſuſpenſionem debet deponi ab officio, & beneficio. *c.ut Clericorum, 13.§.ſi quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus præſumſerit celebrare Divina, non ſolùm Eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verùm etiam pro duplici culpa, perpetuò deponatur. de vita, & honeſtate Clericorum.*

An ſuſpenſus ab officio valeat officium exercere extra territorium ſuſpendentis?

2739 Suſpenſio nō ligat ultra territorium ſuſpendentis.

Dico primo, ſuſpenſio non ligat ultra locum, & tempus præfixum in ſententia ſuſpenſionis.

Quia ſententia regulatur à voluntate Judicis illam ferentis legitimè. *l.non omnis.D.ſi certum petatur.* Extravagans. *ambitioſè.de rebus Eccleſiæ non alienandis.* ubi alienans Eccleſiæ bona ſine juris ſolemnitate, eſt ſuſpenſus ipſo jure à temporalibus, & ſpiritualibus, ab adminiſtratione, & regimine ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterii. *c.1.de ſent.excom.in 6.*

Dico ſecundo, differre excommunicationem à ſuſpenſione.

2740 In quo differat ſuſpenſio ab excommunicatione.

Quia excommunicatio jure diſponente privat ubique locorum bonis communibus totius Eccleſiæ; ſuſpenſio verò poteſt ferri pro uno, non pro alio loco, pro una, non pro alia re, pro uno, non pro alio tempore, pro toto, vel pro parte officii, vel beneficii. *c. 5. de ſent. excom. in 6.* Extravagans *ambitioſè. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Gloſſa *in c. audivimus 24. q. 1.* Palaus *diſp. 4. punct. 1.* Leander dans IX. DD. *tom. 4. q. 3.* Antonius à Sp. S. *tom.1. directorii tract.12.n.699.*

Secundo, in excommunicatione privatur bonis communibus Eccleſiæ, quibus non excommunicatus, non privaretur: at in ſuſpenſione privatur quibuſcumque bonis, quibus non eſſet privatus etiam non ſuſpenſus, ut Sacerdos etiam non ſuſpenſus, non audit confeſſiones, non concionatur, non adminiſtrat officium, non habet beneficium; adeòque dans licentiam illam, revocando, dicitur ſuſpendere ab officio, & beneficio, ſi ex culpa revocet licentiam.

Dico tertio, ſuſpendens abſolutè aliquem ab officio, nequit ligare poteſtatem alterius ſuperioris ſibi nō ſubditi concedendi licentiam ſuſpenſo, audiendi confeſſiones, celebrandi, concionandi, miniſtrandi Sacramenta; nam tunc non revocat ſuſpenſionem ab altero latam, quæ eſt nè miniſtret ſubditus ſuis ſubditis, ſed concedit aliam facultatem exercendi officium, quæ facultas cùm non pendeat à primo ſuſpendente, nequit tolli, nec ſuſpendi, maximè quia ſuſpenſio pura ab officio afficit præſentia, non futura contingentia dependentia ab alio Superiore. Suſpenſio namque tollit uſum, qui pendet à Superiore ſuſpendente reſpectu ſubditi: maximè quia Delegatus ab alio Superiore exercet delegantis officium, & juriſdictionem. Gabriel à S.Vinc. *de cenſuris diſp.5.n.25. in fin.*

Hinc ſuſpenſus in uno loco à juriſdictione, ab officio, valet in alio loco eligi in Vicarium, in Confeſſarium: & ſuſpenſus ab ordine, valet extra territorium celebrare, quia habet titulum, & poteſtatem, cujus exercitium inhibetur intra, non extra Diœceſim prohibentis; cùm extra Diœceſim careat juriſdictione prohibendi; nam eſt loco circumſcripta ejus juriſdictio. *c. 2. de conſtitutionibus in 6.* nec argumentum ab excommunicatione valet in iſtis pœnis. 2741 An ſuſpenſus in uno loco poſſit exercere ſuū officium in alio.

Ex quo patet qualiter verum ſit ſuſpenſum ab officio, ordine, juriſdictione eſſe ſuſpenſum etiam extra territorium, ut ait Abbas in *c. paſtoralis. §.verum. de appellationibus.* Sayrus *lib. 4. c.5.n.7.* Ugolinus *tabula 4. c.6.§.2. n.4.* verum enim eſt non poſſe audire confeſſiones ſine nova licentia Superioris.

Suſpenſio à Beneficio?

CAPUT V.

Beneficii nomine exprimitur ſimplex, curatum, non curatum, dignitatis, non dignitatis, reſidentiam requirens, vel non. Clem.1. *de vita, & honeſtate Clericorum. c.cum in cunctis. 7. §.filii. c. nihil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat. 44.de electione, & electi poteſtate.* Nunc 2742 Nomine beneficii, quid veniat.

An ſuſpenſus à Beneficio ſit ſuſpenſus ab Officio?

Nega: Baſſæus *v.ſuſpenſio 2. n.17.* Diana *p.5.tract.10. reſol.13.* ex quo, ſuſpenſus à beneficio tenetur exequi ſuum officium. 2743 Suſpenſus à beneficio nō eſt ab officio.

Patet primo, quia ſumus in pœnis non extendendis. *c. odia 17. c. in pœnis 49. de regulis juris in 6.*

Secundo, quia ſunt diverſæ, & jura exprimunt, quando volunt comprehendere officium, & beneficium. *c.tam literis 33.in fine de teſtibus. c.2. de ſecundis nuptiis. c. tuarum 11. de privilegiis.*

An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à jure eligendi, confirmandi, conferendi beneficium, ſi jus emanet à beneficio ſuſpenſo?

Nega. Gloſſa in *c.cum victorienſis 25. v.adminiſtrant. de electione.* Diana dans VII. DD. *par.5. tract.10. reſol.8.* Leander dans XII. DD. *tom.4.diſp.3.q.30.* Bauny *de ſuſpenſione.q.8. dub.8.* contra Palaum *diſp.4.punct.5.§.2.n.3.* Toletum *lib.2.ſummæ c.43.* 2744 Nec à jure eligendi, cōfirmandi cōferendi beneficium.

Patet primo, quia ſumus in pœnalibus non ampliandis de re ad rem, & illa non ſunt beneficium, nec fructus beneficii ſuſpenſi; ergo illa ſuſpenſus à beneficio exequi poteſt.

Secundo, quia ſuſpenſio à beneficio tantùm impedit perceptionem fructuum: & eligere, confirmare, conferre non ſunt fructus beneficii, & ſi habent rationem officii, jam ex dictis ſuſpenſus à beneficio, non eſt ſuſpenſus ab officio: ratione cujus ſuſpenſus à beneficio Epiſcopali, non valet percipere fructus beneficii, ſed valet per-

Digitized by Google

percipere fructus, qui non ſunt beneficii, ſed officii, puta juriſdictionis.

An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à penſione ſupponente Clericatum?

2745 Nec eſt ſuſpenſus à penſione.

NEgat: nam penſio propriè non eſt beneficium, ſed portio eſt fructuum beneficii. *c. quamvis* 4. ibi: *quamvis pleniſſima ſit aliàs in beneficiis interpretatio facienda, literæ tamen ſuper obtinendis beneficiis impetratæ debent (cum ſint ambitioſæ) reſtringi, & ideo, ſi alicui uſque ad certam ſummam provideri mandamus: ei non in penſione, ſed in beneficiis Eccleſiaſticis tantùm volumus provideri, niſi de penſione in noſtris literis mentio habeatur expreſſa. de præbendis in* 6. Creſcentius *dec.* 14. Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 15. dans VII. DD. Alterius *de ſuſpenſione diſp.* 5. *c.* 1. *q.* 2. Gabriel à S. Vinc. citans VI. DD. *de cenſuris diſp.* 5. *n.* 71. Antonius à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 12. *n.* 720. contra Suarium *de cenſuris diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 15. Filliucium *tract.* 17. *c.* 3. *q.* 3. *n.* 42.

An ſuſpenſus à beneficio privetur diſtributionibus quotidianis debitis intereſſentibus Horis, Miſſæ?

2746 Nec à diſtributionibus quotidianis.

NEga. Covarr. 3. *variarum c.* 13. *n.* 15. Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 3. Palaus *diſp.* 4. *punct.* 5. §. 2. *n.* 4. Avila *p.* 3. *de ſuſpenſione diſp.* 2. *n.* 41. *in fine.* Puteus *p.* 1. *dec.* 239. & 489. *n.* 3. Guttierez *conſil.* 8. *n.* 2. Vivius *tom.* 2. *communium lib.* 9. *tit.* 34. *n.* 14. contra Suarium *de cenſuris diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 25. Alterium *de ſuſpenſione diſp.* 5. *c.* 3. Leandrum *tom.* 4. *tract.* 4. *diſp.* 3. *q.* 34.

Ratio, quia ſunt fructus non beneficii, ſed actualis perſonalis ſervitii, & in pœnalibus non valet argomentum à fructibus beneficii ad non fructus beneficii rigoroſè ſumendos.

An ſuſpenſus à beneficio, licitè valeat recipere novum beneficium?

2747 Suſpenſus à beneficio poteſt aliud recipere.

AFfirma. Bauny *de ſuſpenſione q.* 8 *dub.* 8. Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 8. contra Suarium *de cenſuris diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 25. negantem licitè poſſe recipere novum beneficium.

Ratio, nè in pœnalibus fiat extenſio ex præſenti ad futurum beneficium.

An Epiſcopus ſuſpenſus ab Epiſcopatu valeat exercere Pontificalia?

2748 Suſpenſus ab Epiſcopatu nequit exercere pontificalia.

NEga; nam Epiſcopatus per ſe Pontificalia includit, idemque eſſet ſi ſuſpenderetur à beneficio Epiſcopali; nam Epiſcopatus eſt etiam beneficium, intelligas ſi in ſpecie Epiſcopatus exprimatur; nam in generali ſuſpenſione Epiſcopus non comprehenditur. *c. quia periculoſum* 4. ibi: *niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur, de ſententia excommunicationis in* 6.

An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à quolibet curato, ſimplici, cum dignitate, &c.

2749 Suſpenſus à beneficio eſt ſuſpenſus à quolibet beneficio.

AFfirma, quia ſpecies beneficii propriè illa comprehendit. *c. poſtulaſti.* 14. *de foro competenti.* Gloſſa in Clem. 2. *v. beneficiorum. de vita, & honeſtate Clericorum.* Suarez *de cenſuris diſp.* 27. *ſect.* 1. *n.* 10.

Effectus Suſpenſionis à Beneficio.

§. I.

2750 Effectus ſuſpenſionis à beneficio.

SUſpenſus à Beneficio, primo privatur fructibus beneficii. Secundo privatur adminiſtratione beneficii, quò ad fructus. *c. cum victorienſis* 25. ubi Gloſſa, & Barboſa *n.* 4. *de electione. c.* 1. §. *finali. de electione. in* 6.

Valet adminiſtrare non fructus beneficii, ſed functiones, ad quas exercendas compelli poteſt quia eſt officium non beneficium, itaut aliàs poſſit orbari titulo beneficii, *c. inter quatuor* 10. *c. penult. de Clericis non reſidentibus. c. pervenit* 2. *de appellationibus.* Gloſſa in *c. cum victorienſis* 25. *v. adminiſtrant. de electione.* Surdus *dec.* 277. *n.* 19. Menochius *conſil.* 626. *n.* 16. Covarr. 1. *variar. c.* 8. *n.* 1. Palaus *diſp.* 4. *punct.* 5. §. 2. *n.* 1. Dicaſtillus *de cenſuris tract.* 10. *diſp.* 4. *n.* 32.

Sed difficultas eſt.

Quam pœnam contrahat ſuſpenſus à beneficio retinens ſibi illius fructus?

ARbitrariam à Judice inferendam, nam à jure nulla lata, à nobis nec aſſerenda pœna, quæ non incurritur, niſi lege exprimatur. §. *ſin autem. Auth. de non eligendo* 2. *nubentes.* Menochius *conſil.* 1032. *n.* 19. 2751 Pœna ſuſpenſi retinentis fructus beneficii.

An ſuſpenſus præſtans officium, licitè ſibi valeat retinere fructus ante ſententiam condemnatoriam?

AFfirma: Avila *p.* 2. *c.* 6. *difficult.* 6. *dub.* 1. *concl.* 1. Navarra 2. *de juſtit. c.* 2. *num.* 237. Diana dans plures *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 3. Palaus *diſp.* 4. *punct.* 5. §. 1. *n.* 7. contra Gabrielem à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 5. *n.* 67. Leandrum *de ſuſpenſione diſp.* 3. *q.* 28. dantem tres DD. 2752 An ante ſententiam poſſit retinere fructus, ſi præſtet officium.

Patet primo, quia tunc ſunt fructus potiùs officii, quàm beneficii. Secundo, quia in pœnam tenetur illos fructus reſtituere præſtans officium, & ſubſtinens onera beneficii, pœna autem non debetur ante ſententiam, etiamſi ipſo jure impoſita fuerit. *c. vergentis c. cum ſecundum leges* 19. *de hæreticis in* 6. Surdus *de alimentis tit.* 9. *q.* 25. *n.* 73 Capycius *dec.* 112. *n.* 2. & notavit mea *Anacephaleoſis n.* 822. Niſi fuerit reſtitutio ob non recitatū officium à beneficiato. Prop. XX. Alexandri VII.

Nec eſt eadem ratio de excommunicato ipſo jure, non faciente fructus ſuos. *c. paſtoralis.* 33. §. *verum. de appellat.* nam in excommunicatione eſt quid plus; quia Eccleſia non communicat cum excommunicatis in re communi, ut ſunt fructus beneficii, adeòque non transfert dominium fructuum in excommunicatum: at communicat ſuſpenſo transferens in illum dominium fructuum, revocabile per ſententiam.

An ſuſpenſus pauper poſſit jure ſibi retinere fructus?

AFfirma. Covarr. 3. *variarum c.* 13. *n.* 8. Surdus *de alimentis tit.* 1 *q.* 82. *n.* 5. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 4. *n.* 32. Navarrus *conſil.* 45. *n.* 2. *de temporibus Ordinationum.* Ugolinus *tabula* 4. *de cenſuris c.* 8. §. 7. *n.* 2. Moneta *de diſtributionibus quotidianis p.* 2. *q.* 15. *nu.* 40. contra Leandrum *loc. cit. q.* 30. volentem etiam ægrotum debere illos fructus reſtituere. 2753 Fort ùs ſi ſit pauper.

Patet, quia bona Eccleſiæ pauperibus diſtribuenda, mater qualis eſt Eccleſia miſericorditer agens, non tollit à ſuis filiis egentibus; licèt tollat ab habentibus aliunde, unde vivant; quibus non tenetur ſuccurrere, niſi contumacia adeò excreverit, ut per ſententiam ab illis privari poſſit: ut filius valdè ingratus à Patre exhæreditari valet. Ricciullus *lib.* 4. *de jure perſonarum c.* 14. *n.* 26.

An ſuſpenſio à beneficiis comprehendat beneficia exiſtentia, & collata ſuſpenſo extra Diœceſim ſuſpendentis?

NEga. Abbas in *c. paſtoralis* 53. §. *verum. n.* 21. *de appellationibus.* Alterius *de ſuſpenſione diſp.* 5. *c.* 5. Filliucius dicens probabile *tract.* 17. *c.* 3. *q.* 6. *n.* 47. Cornejus *de ſuſpenſione, diſp.* 2. *q.* 3. dicens in dubio tantùm ſuſpendere à beneficiis exiſtentibus intra Diœceſim, contra 2754 Non comprehendantur beneficia extra Diœceſim ſuſpendentis.

Lean-

Digitized by Google

Leandrum *tract. 4. disp. 3. q. 37.* Gabrialem à S. Vinc. *disp. 5. n. 73.*

Patet primo, quia nequit tale beneficium conferre; ergo nec ab illo ſuſpendere; res enim per cauſas, per quas naſcitur, reſolvitur. *c. 2. de regulis juris*, niſi cauſa ſit talis, ut jure communi valeat ab omnibus privari, ut ſi non deferat habitum Clericalem beneficiatus, ſuſpenditur à beneficiis ubique locorum exiſtentibus, ex Clementina 2. ubi Gloſſa v. *beneficium. de vita, & honeſtate Clericorum.*

Secundo, leges, & præcepta circumſcribuntur loco, quò ad res, & perſonas exiſtentes intra diſtrictum præcipientis, nec afficiunt res extra diſtrictum, niſi univerſalis Legislator id exprimat, & Papa id expreſſit in excommunicatione, ut liget ubique locorum, non in ſuſpenſione.

Cauſa Suſpenſionis.

CAPUT VI.

2755 Cauſa effectiva ſuſpēſionis. Effectiva eſt omnis potens excommunicare: quamvis olim Epiſcopos tantùm præſentibus Clericis potuerit ſuſpendere. *c. 15. de exceſſibus Prælatorum.*

Formalis. Formalis eſt, ut feratur ſecundum juris ſtatuta, præcedente ſcilicet contumacia, & monitione. *c. 1. de ſent. excom. in* 6. quæ monitio non prærequiritur in ſuſpenſione impoſita ad inſtar pœnæ ſecularis. *c. tam literis* 19. *de teſtibus.* Suarez *disp. 28. de cenſuris ſect. 5. n. 2.*

Finalis. Finalis eſt, ut honeſto fine correctivo feratur. *c. 1. de ſent. excom. in* 6.

Materialis eſt duplex: peccatum. Secundo peccator.

Materialis. Peccatum debet eſſe lethale, ex regula: pœna gravis debet eſſe commenſurata culpæ gravi ex natura juſtitiæ vindicativæ. Deutoronomii 23. Navarrus *c. 27. n. 151.* Sotus in *4. diſt. 22. q. 2. art. concl. 2.* contra Cajetanum v. *ſuſpenſio*, ajentem ſufficere veniale.

2756 Subjectum ſuſpenſionis. Peccator eſt ſubjectum cenſuræ, debetque eſſe baptizatus Clericus ſubditus. Sylveſter v. *ſuſpenſio in principio*. Suarez *de cenſuris disp. 28. ſect. 2.* Itaut Communitates propriè ſuſpendi nequeant, niſi prout ſuſpenſio importat prohibitionem aliquid exercendi, qua ratione etiam Laici ſuſpendi valent, eis interdicto exercitio alicujus muneris. *c. quia propter. §. illud autem. de electione. c. mandamus. de officio Archidiaconi. c. Clerici. ne Clerici, vel Monachi. c. prohibemus. de ſententia excommunicationis. c. ut inquiſitioni. §. prohibemus. de hæreticis in* 6. Trid. *ſeſ.* 24. *c.* 16. propriè namque tantùm ſuſpendi valet Clericus ſingularis. Calderinus *tract. de interdicto p. 1. n. 7. volum. 4. tractatuum.*

2757 Suſpenſo Capitulo nō ſunt ſuſpenſi innocentes. Ita ut ſuſpenſo Capitulo innocentes non ſint ſuſpenſi, ſed ſolùm cenſeantur ſuſpenſi particulares nocentes, etiam ſi ſuſpenſio fuerit lata ob crimen capitis præſidentis; nè innocentes puniantur, contra textum in *c. ſine culpa. de regulis juris in* 6. Coninck *disp. 15. dub. 3. concl. 3. n. 26.* Sà v. *ſuſpenſio.* Buſembaus *lib. 7. medullæ. c. 3. dub. 2.* Layman *c. 1. n. 7.* contra Leandrum *de ſuſpenſione disp. 4. q. 7.* Antonium à Sp. S. *tom 1. directorii. tract. 12. n. 712.* Avilam *p. 3. de cenſuris disp. 3. dub. 2. concl. 1.* Navarrum *lib. 1. conſil. 40. de temporibus ordinationum*, ajentes ſuſpendi innocentes ſuſpenſo capitulo ob crimen capitis.

Ex his patet.

An Communitas poſſit ſuſpendi?

Diſtinguas: vel ſuſpenſio ſumitur latè prout eſt prohibitio exercitii alicujus juris comprehendens cenſuras, & non cenſuras, ut rectè obſervat Calderinus *tract. de interdicto p. 1. n. 2. & 3. volum. 4. tractatuum.* & affirma. 2758 Quomodo Communitas dicatur ſuſpendi.

Vel ſumitur propriè pro cenſura prærequirente Clericatum, & nega Communitates hac ſpecie ſuſpenſionis affici poſſe, quia ordine carent. Turrianus *lib. 6. de cenſuris disp. 51. dub. 42.* Sylveſter v. *interdictum. n. 5.* contra Leandrum *tom. 4. tract. 4. disp. 2. q. 5.* Bauny *tract. 8. q. 3.* Navarrum *c. 27. n. 165.*

De Suſpenſionibus in particulari.

CAPUT VII.

Principium.

Suſpenſio tantùm contrahitur à jure, vel homine expreſſa, itaut in dubio, & non expreſſa non contrahatur. 2759 Suſpenſio contrahitur à Jure, vel ab homine expreſſa.

Patet, quia hæc eſt natura pœnarum, ut excludantur ſemper benigniori interpretatione. *l. interpretatione. D. de pœnis. c. in pœnis. de reg. jur. in* 6. Suarez *tom. 5. de cenſ. disp. 31. n. 1.* Nobis hìc tantum agendum de jure expreſſis. Primo, contra omnes Clericos in ſuſceptione ordinum. Secundo, poſt ſuſceptionem ordinum. Tertio, contra Sacerdotes, & Epiſcopos.

De Suſpenſione, quæ contrahitur in recipiendo ordines.

§. I.

Principium.

Ipſo jure eſt ſuſpenſus Clericus malè promotus: patebit ex ſingulis. 2760 Ordinatus ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui eſt ſuſpenſus.

Primo, ipſo jure ſuſpenſus eſt ordinatus, etiam ex licentia proprii Epiſcopi, ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui quoad dignitatem, & exercitium ordinis. *c. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui*, talis namque Epiſcopus eſt ſine exercitio requiſito in collatione ordinum.

Secundo, ipſo jure eſt ſuſpenſus ordinatus culpabiliter ſine literis dimiſſorialibus ab alieno Epiſcopo. *c. eos, qui. de temporibus Ordinationum in* 6. Trid. *ſeſſ. 23. c. 8.* ibi: *ſuſpenſus ſit quandiu proprio Ordinario videbitur.* 2761 Et ſine literis dimiſſorialibus.

Tertio, ipſo jure ſuſpenſus eſt ordinatus à proprio Epiſcopo extra Diœceſim ſine licentia Ordinarii loci collati ordinis. *c. Epiſcopum. 9. q. 2.* Concilium Antiochenum *c. 22.* Trid. *ſeſſ. 6. c. 5. de reform. & ſeſſ. 14. c. 2.* adeòque ordinatus à non ſuo Epiſcopo in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarii illius loci, & ſine literis dimiſſorialibus duplicem contraheret ſuſpenſionem. Primam, quia ſine literis dimiſſorialibus: alteram, quia ſine licentia Ordinarii loci ordinis recepti. 2762 Et à proprio Epiſcopo extra Diœceſim ſine licentia.

Quarto, eſt ſuſpenſus ipſo jure ordinatus ante legitimam ætatem ſcienter in mala fide: non jure antiquo, ubi erat ferenda, vel eſt ſermo de lata ab homine. *c. vel non eſt compos. de temporibus Ordinationum. Clement. generalem. de ætate, & qualitate.* Suarez *de cenſ. disp. 31. ſect. 1. n. 23.* ſed jure novo in Extravaganti Pii II. incipit: *Cum ex ſacrorum* 6. in Bullario. Pii V. Sixti V. Clementis VIII. 2763 Et ante legitimam ætatem.

Quam non contrahit Epiſcopatum ſuſcipiens, quia ibi non exprimitur. *c. quia periculum. de ſent. excomm. in* 6. Secundo, illam non contrahit putans ſe habere legitimam ætatem, nec indiget abſolutione, licèt deinde advertat ante ætatem ſe ordinatum; nam pœna non contrahitur Eximitur Epiſcopus.

ſine

ſine peccato. Tertio, quia in dicta Extravaganti Pii II. exigitur præſumtio, qua, bona fide operans, non laborat. Navarr. *c.27. n.155.* Suarez *diſp.31.ſect.1.n.26.*

2764 Ordinatus in Sacris ante ætatem eſt ſuſpenſus.

Quarto, ſuſpenſio ligat ordinatos in ſacris ante ætatem; nam pro illis ætas eſt taxata, non pro minoribus, in quibus remittitur in arbitrium Epiſcopi. Trid. *ſeſſ. 23. c.12. de reform. c.in ſingulis.diſt.77.c.de iis.diſt.28.*

2765 Et ante tempora ſine diſpenſatione.

Quinto, ipſo jure eſt ſuſpenſus ab ordine malè recepto graviter culpabiliter ordinatus ante tempora abſque valida diſpenſatione: non jure antiquo, ubi eſt ſermo de lata ab homine, vel ferenda. *c.* 2. ibi: *non debet permitti in ſuſceptis miniſtrare. c.cum quidam. c.conſultationi. c. literas. de temporibus Ordinationum.c.ſin.diſt.75.* ſed jure novo Extravagantis Pii II. *Cum ex ſacrorum.* ibi: *ab ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint*, quam ſuſpenſionem poteſt tollere Epiſcopus. Trid. *ſeſſ.23. c.8. de reform.* Suarez *loc.cit.n.30.in fine.& 31.*

2766 Et cum literis Capituli intra annū.

Sexto, Ordinatus cum literis Capituli intra annum Sedis vacantis non arctatus beneficio collato, vel recipiendo, ipſo jure eſt ſuſpenſus ad beneplacitum futuri Epiſcopi ab ordine non minori, ſed ſacro tunc recepto. Trid. *ſeſſ.7.c.10. de reform.* Suarez *loc.cit.n.20.*

2767 Atque non ſervatis interſtitiis.

Septimo, ipſo jure eſt ſuſpenſus ordinatus non ſervatis debitis interſtitiis recipiens duos ordines ſacros eadem die vera, vel ficta continuato jejunio, puta ſerò Sabbati, & manè Dominicæ, vel recipiens extra tempora Quatuor Temporum. *c.dilectus. c.literas. de temporibus Ordinationum*, & eſt ſuſpenſus ab ultimò ordine; nam illud malè recipit in eadem die, vel poſt Quatuor Tempora. *c.literas.* ibi: *ab executione officii Sacerdotalis tandiu volumus manere ſuſpenſum. de temporibus Ordinationum. c. quod à patribus. diſt.71.* Leo Papa *epiſt.74. c.1.* Abbas *in d.c.literas.* Suarez *loc.cit. n.40.* dicens illa non ligari recipiens Epiſcopatum, & *n.41.* dicit nec ligari eadem die recipiens minorem, & Subdiaconatum, ex declaratione Sacræ Congregationis.

2768 Quid ſi ordinetur intra legitima tēpora nō ſervatis interſtitiis.

At ordinatus intra quatuor legitima Tempora non ſervatis interſtitiis anni, &c. non eſt ſuſpenſus, ſed peccat contra præceptum Tridentini *ſeſſ.23. c.11. de reform.* nullo namque jure talis ſuſpenſio continetur; nam jura loquuntur de recipiente duos ordines eadem die, vel extra Quatuor Tempora, non de recipiente intra Quatuor Tempora unum ordinem, & Trident. *ſeſſ.23.c.13.& 14.* remittit arbitrio Epiſcopi ex cauſa diſpenſare in interſtitiis leviori à Subdiaconatus ad Diaconatum, graviori à Diaconatu ad Presbyteratum. Suar. *to.5.diſp.31.ſect.1.n.43.* dicens primo, ſublatam ſuſpenſionem Sixti V. Secundo, peccare non eſſe ſuſpenſum eodem die ſine, vel contra voluntatem Epiſcopi recipientem plures ordines minores; nam ſuſpenſio jure expreſſa adverſus recipientes eadem die ſacros. Trid. *ſeſſ.23.c.11.de reform.*

2769 Ordinatus per ſaltū eſt ſuſpenſus, & diſpenſatur ab Epiſcopo, ſi non miniſtravit in eo.

Octavo, ordinatus per ſaltum eſt ſuſpenſus ab ordine ita recepto, in quo diſpenſat Epiſcopus: niſi ordinatus in illo ordine culpabiliter miniſtraverit; idque non jure antiquo, quo ſententia erat ferenda, vel impoſita ſoit ex ſententia hominis. *c.ſollicitudo.diſt.52.* ibi: *probibeas. c. unico. de Clerico per ſaltum promoto*, ubi non miniſtrabat in poſteriori non recepto anteriori omiſſo ex natura ordinis, non vi ſuſpenſionis. Diaz *c.24.* Archidiaconus *in c.ſollicitudo.diſt.52.* ſed jure novo Trid. *ſeſſ.23.de reform.c.14.* Sylveſter *v.irregularitas q.11.*

2770 Et recipiens Sacrū, non minorem ſponte poſt matrimonium.

Nono, recipiens Ordinem non minorem, ſed ſacrum ſponte, adeòque culpabiliter poſt initas nuptias ratas eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio. Extravagans *antiquæ.de voto.* Suarez *de cenſ. diſp.31.ſect.1.n.54.* Anton. à Sp.S. *par.2. Directorii tract.12.diſp.4.ſect.6.n.10.*

2771 Secùs ſi poſt nuptias ratas profiteatur, & Ordinem Sacrum recipiat.

Sed ſi poſt matrimonium ratum etiam profiteatur, tunc ordinem recipiens non eſt ſuſpenſus; quia tollitur per profeſſionem matrimonium, & ſuſpenſio contracta recipiendo ordinem ſacrum ante profeſſionem, ab Epiſcopo jure communi tollitur, dicta Extravagans *antiquæ. de voto*, & etiam à Superiore Regularium, ſi habeant ad id faciendum privilegium.

2772 Eſt ſuſpenſus excommunicatus recipiens ordinem.

Decimo, excommunicatus recipiens ordinem, eſt ab illo ſuſpenſus, niſi inculpabiliter ignoraverit. *c. cum illorum. de ſent. excomm.* Suarez *diſp.31.ſect.1. num.58.* excludens à ſuſpenſione excommunicatum recipientem primam tonſuram, quia putat non eſſe ordinem.

2773 Et recipiens ordinem ab Epiſcopo excom. vel ſuſpenſo.

Undecimo, eſt ſuſpenſus ab ordine recepto culpabiliter ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo. *c.1. & 2. de ſchiſmaticis. c.1. & 2. de Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui.*

An autem Ordinatus malè, adeòque receptione Ordinis ſuſpenſus, in eadem Ordinatione illum ordinem exercens ſit irregularis?

2774 Suſpenſus ab malam receptionem ordinis, exercens in Ordinatione illum ordinē non eſt irregularis.

NEga. Henriq. *lib.13.de excomm.c.10.* Suarez dicens probabilius *tom. 5. de cenſur. diſp.31 ſect.1.n.74.* contra Salſedum *in praxi Canonica criminali c.26. in fine.* Navarrum *conſ.8. impreſſione 1.de Cler.excomm.min.*

Patet, quia nullibi talis irregularitas eſt jure expreſſa, jura namque decernentia irregularem, ſuſpenſum exercentem actum ordinis, reſpiciunt exercitium ordinis poſt conſummatam plenè Ordinationem. *c.1.c.is, cui.* ibi: *in ſuo officio agens ſicut prius. de ſent.excomm. in 6. c.1.* ibi: *ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe divinis.de ſent.& re judic.in 6.* Pius II. in Extravaganti *cum ex ſacrorum.* ibi: *ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumſerint, eo ipſo irregularitatem incurrunt*; At exercens durante Ordinatione moraliter, licèt poſt Ordinationem Phyſicè ſumtam nequit dici exercere poſt plenè conſummatam actionem ordinativam, cùm adhuc actio Epiſcopalis ordinativa moraliter perſeveret: nec dicitur ſe temerè ingerere tunc cantans Epiſtolam, Evangelium, cum Epiſcopo conſacrans, impotens declinare ſine nota; ergo non debet contrahere irregularitatem contrahendam à temerè ſe ingerentibus abſoluta conſummata actione ordinativa. Tertio, quia illud exercitium eſt appendix actionis ordinativæ, eique tunc acceſſorium, cùm moraliter ſimul cum principali exiſtens, ejuſque naturam ſequens. Quarto, quia prohibitus celebrare in tali loco ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ipſo facto celebrans eſt excommunicatus, eſt ſuſpenſus, ſed non eſt irregularis, quia non eſt ſuſpenſus, non eſt excommunicatus antequam celebret, ſed completa celebratione fit excommunicatus, ſuſpenſus, nec dicitur ſuſpenſus, excommunicatus celebrat, ſed celebrans in poſteriori ſigno excommunicatur, ſuſpenditur: nec eadem celebratione fit irregularis; quia non verificatur

Digitized by Google

ſuſpenſum, excommunicatum celebraſſe. Majolus *lib. 3. de irregularitate c. 18. n. 5.* Sylveſter *v. irregularitas qu. 13.* Suarez *tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. n. 77.* ergo nec in actu Ordinationis exercens ordinem dicitur exercere moraliter illigatus ſuſpenſione, ſed ſolùm tunc completa actione Epiſcopali ordinativa in poſteriori ſigno dicitur ſuſpenſus.

Objectio fit ſatis.

Dices: ordinatus ſuſpenſus exercens ordinem eſt irregularis. *c. is, cui. de ſent. excomm. in 6.* ſed malè promotus eſt ordinatus ſuſpenſus; ergo malè promotus exercens ordinem eſt irregularis, ſed hic exercet ordinem; ergo hic eſt irregularis.

Reſpondetur diſtinguendo majorem: exercens poſt completam conſummatã totam ordinationem activè, & paſſivè eſt irregularis, concedo majorem, non completa conſummata ordinatione activè, & paſſivè, nego majorem, conceſſa minori, diſtinguo conſequens: exercens poſt conſummatam ordinationem activè, & paſſivè, concedo conſequentiam, non conſummata ordinatione activè, & paſſivè, nego conſequentiam, in re autem noſtra, cùm non ſit conſummata actio ordinativa ex parte Epiſcopi, qui non dicitur abſolviſſe moraliter ordinationem, niſi recedat, nec cenſetur moraliter abſoluta ordinatio paſſiva; nam actio reſpicit paſſionem, & activum, paſſivum, & moraliter durante actione durat paſſio; ergo durat ordinatio paſſiva durante actione Epiſcopali activa.

De Suſpenſionibus adverſus exercentes ordinem.

§. II.

PRimo, eſt ſuſpenſus Miſſarum ſollemnia à ſe incohata deferens, ut ab alio ſuppleantur. Bonacina *de ſuſpenſione in particulari q. 3. punct. 3. n. 1.* Sayrus *lib. 4. c. 16. n. 1.* Majolus *lib. 3. c. 33.* Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp. 6. q. 4. n. 104.* contra Filliucium *tract. 17. c. 6. n. 123.*

2775 Deferens incoatam Miſſam eſt ſuſpenſus.

Patet ex *c. nullus.* ibi: *ſolemnia Miſſarum celebrando, niſi paſſio aliqua intervenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio Epiſcopo, vel Presbytero Miſſarum ſollemnia suppleantur, ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque ad finem, ſi quis verò præter quod potuimus ageret, à Sacro Corpore, & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſuſpenſus. de conſecratione diſt. 1.* eſt ſuſpenſus à celebrando, licèt ſuſpenſio nulli ſit reſervata. *c. nihil 7. q. 1.*

2776 Eſt ſuſpenſus per annum celebrans non conſumens.

Secundo, eſt ſuſpenſus à celebrando per annum conſecrans, culpabiliter non conſumens ſaltem partem hoſtiæ. *c. relatum de conſecr. diſt. 2.* D. Thomas in 4. *diſt. 12. art. 2. qu. 2.* requiritur ad hoc ut ſit ſuſpenſus, non conſumere totam Hoſtiam, vel Sanguinem, ſed ſi conſumat partem Hoſtiæ, vel partem Sanguinis, non eſſe ſuſpenſum.

2777 Suſpenditur ſepeliens publicũ uſurarium.

Tertio, eſt ſuſpenſus Clericus dans ſepulturam Eccleſiaſticam uſurario publico, vel ab eo oblationem recipiens, donec arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit, reſtituatque acceptum ab uſurario publico declarato nominatim per ſententiam. *c. quia in omnibus. de uſuris.* Extravagans *ad evitanda.* Suarez *tom. 5. diſp. 31. ſect. 2. n. 10.*

2778 Celebrans in loco interdicto eſt tantùm irregularis.

Quarto, eſt irregularis celebrans in loco interdicto, non ſuſpenſus. Suarez *loc. cit. n. 4.* contra Sylveſtrum *v. interdictum 6. n. 3.* Angelum *v. interdictum 7. n. 7.* Gabrielem à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 6. q. 4. n. 102.* Bonacinam *de ſuſpenſione in particulari q. 3. punct. 1. n. 1.*

Patet eſſe irregularem ex *c. 1. de poſtulatione Prælatorum,* & ex *c. is, qui. §. is verò de ſententia excommunicationis in 6.* Non eſſe ſuſpenſum. Patet, quia nullo jure talis ſuſpenſio eſt expreſſa, non in *c. tanta. de exceſſibus Prælatorum.* ibi: *ſuſpendas,* quo indicatur ſuſpenſio ferenda.

Nec in *c. poſtulaſti. §. qua ſciviſti. de Cler. excommunicato miniſtrante,* ubi nec eſt lata, & in quantum non poteſt hic eligere cum aliis, etiam eſt ferendæ ſententiæ, ut indicant verba textus, ibi: *non debet admitti,* quibus exprimitur factum, ſcilicet ſententia hominis.

Quinto, nec eſt ſuſpenſus celebrans coram excommunicato, vel interdicto, vel illum admittens ad ſepulturam more Laico; nam non exercet actum ordinis admittendo ad ſepulturam interdictum laicaliter, & nullo jure ſuſpenſio probatur, textus autem in *c. Epiſcoporum de privilegiis in 6.* intelligitur de interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ.

2779 More Laico aliquid faciens non eſt ſuſpenſus.

Aliæ ſuſpenſiones reſpicientes Clericos beneficiatos?

§. III.

PRimo, per ſex menſes, & ſecundum qualitatem delicti per annum eſt ſuſpenſus Clericus beneficiatus, non verò carens beneficio utens habitu prohibito. In Clem. 2. *de vita, & honeſtate Clericorum.* Navarrus *c. 27. n. 157.*

2780 Beneficiatus utens habitu prohibito ſuſpenditur.

Secundo, eſt ſuſpenſus beneficiatus ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium gravans Eccleſiam alienis debitis. *c. 2. de ſolutionibus.*

2781 Et gravans Eccleſiã alienis debitis.

Tertio, eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio ſede vacante occupans fructus Eccleſiæ, & bona defuncti ſervanda ſucceſſori. *c. quia ſæpe. de electione in 6. Clem. penult. de elect.,* & remanet ſuſpenſus, donec plenè reſtituerit. *d. c. quia ſæpe. de elect. in 6.*

2782 Et Sede vacante occupans fructus Eccleſiæ.

Quarto, compromiſſarius ſcienter eligens indignum, ipſo jure eſt ſuſpenſus à beneficiis Eccleſiaſticis per triennium. *c. ſi compromiſſarius. de electione in 6.*

2783 Compromiſſarius ſcienter eligens indignũ, eſt ſuſpenſus à beneficiis per triennium.

Quinto, eligens indignum ad Epiſcopatum, vel ad beneficium habens curam animarum, pro illa vice privatur actu juris eligendi, & per tres annos eſt ſuſpenſus à beneficiis Eccleſiaſticis habitis in Eccleſia, quam offendit tali electione. *c. cum in cunctis. §. Clerici. de electione.*

2784 Et eligens indignum Epiſcopum, aut Curatum privatur illa vice jure eligendi, & per trienniũ ſuſpenditur.

Sexto, eſt ſuſpenſus per triennium à beneficiis objiciens, & non probans objecta adverſus electum ad dignitatem, Perſonatum, Canonicatum &c. *c. 1. §. objicientes. de electione in 6.*

2785 Item objiciens, & non probans objecta contra electũ ad dignitatẽ, &c.

Septimo, eſt ſuſpenſus Parochus, aliuſve Sacerdos Secularis, Regularis revocato omni privilegio, matrimonio aſſiſtens, vel nuptias benedicens, vel benedicens ſponſos alterius Parochiæ, ſine licentia proprii Parochi, & durat ſuſpenſio, quo uſque abſolvatur ab Ordinario Parochi, qui tenebatur intereſſe. Trid. *ſeſ. 24. c. 1. de reform.,* quæ ſuſpenſio eſt tantùm ab officio Sacerdotali, ut quis puniatur, in quo deliquit. Suarez *de cenſ. diſp. 31. ſect. 4. n. 18.* eum ſequitur Bonac. & Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 6. num. 113.*

2786 Aſſiſtens matrimonio ſine licentia proprii Parochi ſuſpẽditur.

Octavo, eſt ipſo jure ſuſpenſus per annum ab officio ordinis, & juriſdictionis Judex Eccleſiaſticus Ordinarius, vel Delegatus, non arbiter, vel alius dans ſententiam contra juſtitiam, & contra conſcientiam ex ſorde, & gratia, cum gravi damno alterius partis, & durante ſuſpen-

2787 Judicans cõtra juſtitiam ex ſorde eſt ſuſpẽſus per annum.

Digitized by Google

ſpenſione exercens ordinem eſt irregularis. *c.1. de ſent. & re judicata in* 6. ubi Gloſſa v. *in judicio.*

Aliæ Suſpenſiones.

§. IV.

PRimo, Clericus ſimoniacus ipſo jure eſt ſuſpenſus. Poteſtque eſſe ſimoniacus in ordine, & in beneficiis.

2788 Ordinatus ſimoniacè eſt ſuſpenſus ab illo ordine.

2788 Ordinatus ſimoniacè ipſo facto ſuſpenſus eſt ab illo ordine. *c. penult. de ſimonia. c. per tuas* 3. ibi: *in ſuſcepto. de ſimonia.* Extravagans. 2. *de ſimonia*. Concilium Conſtantienſe *ſeſ.* 43. ſive ipſe committat ſimoniam, ſive alius pro ipſo ſciente. *c. præſentium.* 12. *q.* 1.

2789 Et ſcienter ordinatus ab Epiſcopo ſimoniaco.

2789 Ordinatus ſcienter non ſimoniacè, ſed ab Epiſcopo ſimoniaco eſt ſuſpenſus, in deteſtationem flagitii. *c. ſi qui à ſimoniacis.* 1. *q.* 1. *c. per tuas* 2. *de ſimonia*. Intelligas ſi Epiſcopus ſit nominatim declaratus ſimoniacus, Extravagans. *ad evitanda.*

Recipiens beneficium ſimoniacè eſt excommunicatus, & beneficium non acquirit, itaut nequeat ſibi fructus retinere. Extravagans. Pauli II. non tamen eſt ſuſpenſus ab aliis beneficiis legitimè obtentis, nec inhabilis ad alia obtinenda, niſi ob excommunicationem, qua abſoluta ceſſat inhabilitas. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 46. contra Sylveſtrum, & Angelum

Adverſus Epiſcopos.

§. V.

2790 Epiſcopus cōferens beneficiū, vel ordinem ſimoniacè eſt ſuſpenſus.

2790 EPiſcopus ipſo jure eſt ſuſpenſus conferens beneficium, vel ordinem ſimoniacè. *c. penult. de ſimonia.* Trid. *ſeſ.* 21. *c.* 1. *de reform.* præcipiens à conferentibus ordinem quovis prætextu nil accipiendum, & eſt ſuſpenſus à collatione ordinum per triennium. *c. penult. de ſimonia*, eſt etiam excommunicatus in Extravaganti Pauli II. *de ſimonia.*

2791 Et præſentans ſimoniacè.

2791 Præſentans etiam ſimoniacè eſt ſuſpenſus. *c. ſi quis Epiſcopus.* 1. *q.* 1. eſt etiam ſuſpenſus ab omni officio, & beneficio. Extravagans. Pauli II. *de ſimonia.*

Et malè ordinans.

Secundo regulariter eſt ſuſpenſus Epiſcopus malè ordinans, ſemper ac eſt ſuſpenſus ordinatus. *c. eos, qui. c. nullus. de temporibus ordinationum in* 6. Suarez *de cenſuris diſp.* 31. *ſect.* 5. *n.* 6. *in fine.* excludens primam tonſuram. De quo infra.

2792 Epiſcopus cōferens primam tonſuram infanti eſt ſuſpenſus

2792 Hinc eſt ſuſpenſus Epiſcopus per annum conferens primam tonſuram, primo infanti, ſcilicet ante ſeptennium. *c. nullus. de temporibus ordinationum.* Barboſa *p.* 3. *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 11. *n.* 4.

2793 Et per annum dans primam tōſuram conjugato.

2793 II. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus per annum conferens primam tonſuram conjugato. *c. nullus. de temporibus ordinationum.*

Aut illiterato.

III. Eſt ſuſpenſus per annum conferens primam tonſuram illiterato. *c. nullus.* ibi: *illiterato. de temporibus ordinationum*, & illiteratus eſt ignorans ſcribere, legere, & rudimenta fidei. Bonacin. *de ſuſpenſione in particulari q.* 1. *punct.* 4. *n.* 2. Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. num.* 7. ex Trid. *ſeſ.* 23. *c.* 4. *de reform.* licèt alii velint debere ſcire rudimenta linguæ latinæ, cum Guttierez *lib.* 1. *Canonicarum c.* 26. *num.* 37. Majolo *lib.* 1. *de irregularitate c.* 32. Epiſcopus titularis ordinans ſine dimiſſoriis etiam ſuum familiarem, eſt ſuſpenſus per annum ab exercitio Pontificalium. Trid. *ſeſ.* 24. *c.* 2. *de reform.*

IV. Eſt ſuſpenſus per annum conferens primam tonſuram non ſubditis, ſine literis

dimiſſorialibus, *c. nullus.* ibi: *nec Clericale præſumant conferre tonſuram. de temporibus ordinationum in* 6. idemque de aliis ordinibus ſtatuit Trid. *ſeſ.* 23. *c.* 8. *de reform. & ſeſ.* 14. *c.* 2. *de reform. c. eos, qui. de temporibus ordinationum in* 6. 2794

Per annum dans Tonſuram nō ſubditis ſine dimiſſoriis.

Id non currere in recipiente primam tonſuram ab alieno Epiſcopo, contra Bonacinam, & Palanm ait Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 6. *q.* 1. *n.* 62. & 63. dicens frui privilegio Clericali, & poſt ſententiam poſſe privari privilegio fori, non Canonis, ex Bulla Urbani VIII. incipit: *Secretis æternæ providentiæ*, cum Toleto *lib.* 1. *ſummæ c.* 98. *n.* 3. Guidon Papa *dec.* 449. Lapo *alleg.* 138. *n.* 12. Zerola v. *dimiſſoriæ p.* 1. quia Pius II. loquitur de ſacris, & Tridentinum de ordinibus. *c. ſi quis auſus c. illud. diſt.* 71. inter quos Theologi non numerant primam tonſuram, ſed altius res rimanda.

V. Ordinans Sacerdotem indignum eſt ſuſpenſus per annum. *c. Epiſcopus. diſt.* 74. Gabriel à S. Vinc. dans VIII. DD. *de cenſ. diſp.* 6. *q.* 6. *n.* 82. At Bonacina ait aliam pœnam, quàm ſuſpenſionem imponi in textu ibi: *annuali pænitentiæ ſubditus Miſſas facere non præſumat.*

VI. Eſt ſuſpenſus per annum à celebratione Miſſæ ſcienter ordinans ſuſpenſum. *c. ſi qui Epiſcopi* 1. *q.* 1. bigamum, vel publicum pœnitentem. *c.* 2. *diſt.* 55. quem ordinantem bigamum, & publicum pœnitentem eſſe ſuſpenſum, ut aſſerit Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n.* 83. id negat Suarius *diſp.* 31. *ſect.* 5. *n.* 6. Bonac. *q.* 2. *punct.* 6, *n.* 6. ajentes eſſe ſimplicem prohibitionem celebrandi per annum, & ad ſummum ferendæ ſententiæ ex verbis textus ibi: *ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Miſſas facere non præſumat*, ergo requiritur probatio delicti, & ſententia ferenda. 2795

Et ordinans ſuſpenſum bigamum, publicum pœnitentem.

VII. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus conferens eadem die plures ordines. *c. literas. de temporibus ordinationum.* Trid. *ſeſ.* 23. *c.* 13. *de reform.* ibi: *eadem die.* 2796

Suſpenditur conferēs eadem die plures ordines eidem.

VIII. Eſt ſuſpenſus ordinans ſine titulo. Bulla Pii V. incipit *Romanus Pontifex.* 2797

Et ordinans ſine titulo.

IX. Conferens primam tonſuram ſimoniacè eſt ſuſpenſus ex Bulla Sixti V. incipit *Sanctum, & Salutare*, in hoc non reducta ad diſpoſitionem juris communis à Clem. VIII. ibi: *præter quam contra ſimoniacè ordinatos.* 2798

Ordinans ſimoniacè ſuſpenditur.

X. Eſt ſuſpenſus per annum exercens Pontificalia in aliena Diœceſi, ſine licentia Ordinarii. *c. Epiſcopus.* 7. *q.* 1. quam non eſſe ſuſpenſionem, ait Bonacina, ſed prohibitionem, quia textus loquitur per tempus futurum, ibi: *à Miſſarum celebratione ceſſabit*, quæ ad ſummum indicant ſuſpenſionem ferendam, contra quem invehitur Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n.* 91. 2799

Per annum exercens Pōtificalia in aliena Diœceſi ſine licentia.

Sed ſuſpenſionem latam habes à Trid. *ſeſ.* 6. *c.* 5. *de reform.* ibi: *de loci Ordinarii expreſſa licentia*, & ibi: *Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab exercitio ordinum, ſint ipſo iure ſuſpenſi.*

XI. Eſt ſuſpenſus per menſem ferens excommunicationem non prævia monitione. *c. ſacro. de ſentent. excomm.* 2800

Per menſem excommunicans ſine præmonitione.

XII. Eſt ſuſpenſus excommunicans, non in ſcriptis, cauſa non expreſſa, nolens tradere excommunicato copiam. *c. medicinalis. de ſent. excom. in* 6. 2801

Et non in ſcriptis expreſſa cauſa, & nolens cenſuræ copiam dare.

XIII. Eſt ſuſpenſus à beneficiis, & ab adminiſtratione Eccleſiaſtica temporali, & ſpirituali,

2802 Non accedens ad limina Apoſtolorum.

tuali, donec abſolvatur, Epiſcopus non accedens ad limina, ſcilicet ad Summum Pontificem, intra triennium, ſi ſit in Italia, & in Inſulis adjecentibus, intra quatriennium, ſi ſit intra Europam; intra quinquennium, ſi ſit in Africa, intra decennium, ſi ſit alibi. Siſtus V. Bulla *Romanus Pontifex*.

2803 Epiſcopus abſolvẽs incẽdiarios ante ſatisfactionem.

XIV. Eſt ſuſpenſus per annum ab officio Epiſcopali abſolvens incendiarios, ante quam ſatisfecerint. *c. peſſimam. 23. q. 8.*

2804 Ingrediens Monaſteria Monialium ſine neceſſitate.

XV. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus, & qoivis alius Prælatus, etiam Regularis ingrediens Monaſteria Monialium ſine neceſſitate, & honeſto ſeniorum comitatu. Pro prima vice ab ingreſſu Eccleſiæ. Pro ſecunda vice à Divinis. Pro tertia vice ſunt etiam excommunicati. Bulla Gregorii XIII. incipit: *Ubi gratia* 28. §. 4. Bonacina *de ſuſpenſione diſp. 3. punct. 3. n. 29.* Palaus *diſp. 4. punct. 20. §. 5. n. 16.*

2805 Procurans detineri beneficiatum à domino tẽporali.

XVI. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus, & qoivis Prælatus per triennium à perceptione fructuum procurans à Domino temporali, non Eccleſiaſtico detineri beneficiatum, ut cum effectu reſignet, renunciet beneficium, vel procurans detineri, nè citatus accedat ad Sedem Apoſtolicam, vel curans ſe detineri, nè citatus compareat coram Papa. Clementina *multorum. de præbendis.*

2806 Per triennium electores Epiſcoporum non præſentantes intra octo dies electionem electo.

XVII. Electores Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum ſunt ſuſpenſi per triennium, ſi intra octo dies non præſentent electionem electo. *c. cupientes. de electione in 6.*

XVIII. Eligentes Epiſcopum, vel ad curam animarum ſunt ſuſpenſi per triennium à beneficiis, & à poteſtate eligendi, ſi non ſervaverint formam, ut Epiſcopus eligatur annorum xxx.

2807 Et eligentes Epiſcopum, aut Parochũ ante ætatem.

Parochus annorum xxv. benè morati, & docti, ut poſſint alios docere. *c. cum in cunctis. de electione.* Trid. *ſeſſ. 22. de reform. c. 2.* Gregorius XIV. in bulla incipit: *Onus grave.*

2808 Privans beneficiis accẽdentes ad Sedem Apoſtolicam.

XIX. Eſt ſuſpenſus, interdictus, excommunicatus abſolvendus tantùm à Papa Epiſcopus privans beneficiis accedentes ad Sedem Apoſtolicam, Romæ commorantes pro cauſa propria, & ſuorum. Extravagans *divina. de privilegiis*, quæ eſt Eugenii. At id non currit in familiaribus Cardinalium, qui poſſunt cogi ab Epiſcopo ut reſideant, Miſſas celebrent, Eccleſiam reparent. Trid. *ſeſſ. 24. c. 11. de reform.* Cenedus *lib. 1. practicarum q. 1. a. 31.* Bonac. *punct. 12. n. 3.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 6. n. 160.*

2809 Et acquirens poſſeſſionem non oſtenſis literis Apoſtolicis.

XX. Eſt ſuſpenſus à beneficiis Epiſcopus, & quivis Beneficiatus ſine literis Apoſtolicis oſtenſis acquirens poſſeſſionem beneficii, vel adminiſtrans bona; & etiam ſunt ſuſpenſi Capitulares, qui ipſi obediunt, Monaſteria, &c. Extravagans *injunctæ. de electione*, quæ diſpoſitio ceſſat in Cardinalibus. Bellonus *de caritativo ſubſidio q. 66.* Sylva *de beneficiis par. 2. q. 3. n. 46.* Gonſalez *ad 7. regulam Cancellariæ. Gloſſa 21. n. 7.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 111. n. 35.* Pariſius *de reſignatione beneficiorum lib. 7. qu. 21. num. 20.*

2810 Poſt appellationem ſe intromittẽs in cauſa electionis Epiſcoporum.

XXI. Eſt ſuſpenſus per annum Epiſcopus, Archiepiſcopus ſe intromittens in cauſa electionis Epiſcoporum, poſtquam ad Sedem Apoſtolicam fuit appellatum. *c. provida. de electione in 6. c. quamvis. de electione.*

2811 Et ſine conſenſu Capituli, & Sedis Apoſtolicæ ſubjiciẽs laicis bona immobilia Eccleſiæ.

XXII. Eſt ſuſpenſus Prælatus Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli, & ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ ſubjiciens laicis bona immobilia ſuæ Eccleſiæ. *c. hoc conſultiſſimo. de rebus Eccleſiæ non alienandis in 6.*

2812 Uſurpans bona, & dignitates Eccleſiæ vacantis.

XXIII. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus, & quivis Prælatus uſurpans ſibi bona, & dignitates Eccleſiæ vacantis ſpectantis ad ſuam curam. *c. præſenti. de officio Ordinarii.*

2813 Alienans ſine licentia Papæ.

XXIV. Alienans bona Eccleſiæ ſine licentia Papæ eſt ſuſpenſus. Extravagans *ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis.*

2814 Locans domum ſuam publico uſurario.

XXV. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus locans domos ſuas publico uſurario alienigenæ, non indigenæ. *c. 1. de uſuris in 6.*

2815 Per triennium non procedens contra hæreticos.

XXVI. Eſt ſuſpenſus Epiſcopus per tres annos ab officio non procedens adverſus hæreticos. *Clem. 1. §. verum. de hæreticis.*

2816 Perpetuò Epiſcopus cõcubinarius.

XXVII. Eſt ſuſpenſus perpetuò ab officio, & beneficio Epiſcopus (quod abſit concubinarius) monitus in Synodo provinciali non ſe emendans. Trid. *ſeſſ. 25. c. 14. de reform.*

Si Epiſcopus ſit ſuſpenſus per ſententiam quia ordinavit alienum ſine literis dimiſſorialibus: à quo tunc ſubditi debeant ordinari?

2817 Si Epiſcopus eſt ſuſpenſus ob ordinem datum non ſubdito ſine dimiſſoriis ſui ſubditi ordinantur à vicinis Epiſcopis.

ORdinantur ſine ejuſdem literis dimiſſorialibus à vicinis Epiſcopis, ut puniatur etiam, in quo peccavit. *c. eos, qui. de temporibus Ordinationum.* Sayrus *lib. 4. c. 12. n. 10.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi par. 2. alleg. 8. n. 17.*

De ſuſpenſionibus adverſus Religioſos.

§. VI.

2818 Ipſo jure ſuſpenditur Religioſus Apoſtata durante ordinatus.

PRimo, ipſo jure eſt ſuſpenſus ab ordine Religioſus apoſtata ordinatus durante apoſtaſia. *c. fin. de apoſtatis.*

2819 Recipientes ad profeſſionẽ non cõpleto anno probationis.

Secundo, per annum ſunt ſuſpenſi vocales recipientes ad profeſſionem doloſè non completo anno probationis. *c. non ſolum. c. conſtitutionem. de regularibus in 6.* Puteus *lib. 1. dec. 102. in correctis*, quæ ſuſpenſio non eſt ſublata à Trid. *ſeſſ. 25. c. 15.* irritante tunc profeſſionem; cùm non corrigat tunc expreſsè jus antiquum. *c. 1. de novi operis nunciatione.* Bonac. *q. 8. punct. 5. n. 19.* cujus oppoſitum ſentit Sanch. 5. *Decalogi c. 4. n. 10.* Leander *tom. 4. tract. 4. diſp. 4. q. 24. a. 5.* quia illa ſuſpenſio erat lata adverſus admittentes ante annum completum ad profeſſionem validam; ergo non debet extendi ad profeſſionem nullam, ut eſt hodie. Trid. *loc. cit.*

2820 Ab officio ſuperior cõcedens ad vitam Jura, reditus, bona Religionis ſine licentia Papæ.

Tertio, eſt ſuſpenſus ab officio præſidens ſuperior concedens alteri ad vitam, vel ad certum tempus jura, reditus, poſſeſſiones Religionis ſine neceſſitate, utilitate, & conſenſu legitimo Summi Pontificis. *Clem. 2. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Extravagans *ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis.*

2821 Ab officio, & beneficio uſurpantes decimas debitas Parochis.

Quarto, ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, & illis carentes ſunt excommunicati Religioſi ſibi uſurpantes decimas ſolvendas Parochis, niſi illæ intra duos menſes reſtituantur. *Clem. 2. de decimis.*

2822 Benedictini nigri à beneficiis per annum non deferentes habitum.

Quinto, ſunt ſuſpenſi Benedictini nigri per annum à beneficiis non deferentes habitum, vel præſumentes venari. *Clem. 1. §. ſi quis autem. de ſtatu Monachorum.*

2823 Prælatus regularis accipiens aliquid ob exceſſus ſuorum Religioſorum.

Sexto, eſt ſuſpenſus Prælatus Religionis accipiens aliquid ob exceſſus ſuorum Religioſorum in condendis teſtamentis, in reſtitutionibus faciendis, in retrahendis perſonis à faciendis legatis Eccleſiis Matricibus, vel Parochis. *Clem. 1. §. quibus. de privilegiis.*

Septimo, ſuſpenduntur ab officio prædicandi Prædicatores Regulares ſuadentes decimas non

ſol-

2824 Ab officio prædicandi ſuſpendentes nō ſolvēdas decimas Parochis.

ſolvendas Parochis, vel ſibi illas uſurpantes. *Clem. cupientes. de pœnis. Clem. Religioſi. de decimis*; itaut Religio teneatur ſolvere decimas Parochis ex prædio Religioni quæſito, ex quo ſecolaris ſolvebat decimas; nam res tranſit cum ſuo onere. Sacra Congregatio apud Barboſam *in collectaneo Bullarum v. decima.*

2825 Recipientes ex pacto aliquid ob admiſsionem ad Religionem.

Octavo, ſunt ſuſpenſi capitulares ex pacto recipientes aliquid ob admiſſionem alicujus ad Religionem. Extravag. 1. *de ſimonia inter communes.*

2826 Sine titulo recipiens ordinem Sacrū ante profeſsionem.

Nono, eſt ſuſpenſus ſine patrimonio, vel proprio beneficio recipiens ordines ſacros ante profeſſionem, & eſt etiam ſuſpenſus ordinans à collatione illius ordinis. Pius V. in conſtitutione incipit: *Romanus Pontifex. §. 3. & 4.* Idque ne ejectus mendicare cogatur. Trid. *ſeſſ. 21. c. 2. de reform.* excipias Jeſuitas poſt profeſſionem ſimplicem ordinatos. Leander *tom. 4. tract. 4. diſp. 4. qu. 24. n. 2.*

Apoſtatæ.

Decimo, apoſtatæ ſunt ſuſpenſi ab omni miniſterio, & ab ordine. Paulus V. in Bulla. *Poſtquam divina bonitas. §. 2.*

Ejecti.

Undecimo, Profeſſi ejecti à Religione ſunt ſuſpenſi. Sacra Congregatio ex Urbano VIII. *de apoſtatis, & ejectis.*

2827 Introducentes mulieres in Monaſteria.

Duodecimo, ſunt ſuſpenſi à Divinis, & privati officiis Religioſi introducentes mulieres in Monaſteria ſine legitima cauſa, & neceſſitate. Pius V. in Bulla incipit: *Regularium perſonarum. §. 4.* Palaus *diſp. 4. punct. 10. §. 6. n. 9.*

Abſolutio à Suſpenſione.

CAPUT VIII.

2828 Quando, quomodo, & à quo ſuſpēſio abſolvatur.

SUſpenſio lata ad certum tempus non jure, ſed conſuetudine ceſſat illo tempore elapſo. Suarez *de cenſ. diſp. 29. ſect. 1. n. 1.* & nequit lata à jure auferri ab Epiſcopo juri ſubdito ante tempus. Avila *par. 3. de cenſ. diſp. 6. dub. 1. concl. 3.*

Et reſervata Papæ, ſi delictum ſit occultum, valet abſolvi ab Epiſcopo. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de reform.* Bonacina *diſp. 3. punct. ſin. in fine.* Leander *tom. 4. tract. 4. diſp. 5. qu. 3.* At ſi non ſit reſervata Papæ etiam publica, abſolvi valet ab alio, ut de excommunicatione dictum eſt *in c. nuper. de ſent. excomm.* Leander *loc. cit. q. 4.* & tandem pro abſolutione à ſuſpenſione non adeſt certa verborum formula. Soarez *diſp. 29. ſect. 3. n. 1.* Leander *loc. cit. qu. 6.* dans IX. DD.

De Interdicto.

TITULUS XIV.

2829 Interdictum pœna antiquiſsima in Eccleſia.

HÆc Eccleſiæ pœna antiquiſſimis ortum debet temporibus, & à Gregorio VII. Interdicta fuit per tres annos Polonia, ab Alexandro III. anno 1170. ad praxim reducta fuit, ab Innocentio III. anno 1208. fuit interdicto ſuppoſitum Regnum Angliæ, quia Rex nolebat recipere Stephanum novum Archiepiſcopum Cantuariæ; itaut tunc nec Epiſcopi, nec regulares Eccleſiaſtica ſepultura donati fuerint. Matthæus Pariſius *in Hiſtoria Anglica anno* 1208. & tale interdictum perſeveravit biennio etiam Rege excommunicato, ſed etiam eo tempore antiquior. *c. non eſt vobis. 11. de ſponſalibus.*

2830 Quid ſonat interdictum

Interdictum idem ſonat, ac prohibitio. *§. ſunt tamen. inſtitutionum. de interdictis. c. miror 27. qu. 4. c. ſicut. 28. qu. 1. c. ſignificaſti. de officio Archidiaconi. c. cum illorum* 32. ibi: *quibus etiam eſt abſolutio talium interdicta: cum majora intelligantur illis prohibita. de ſent. excomm.*

Ex titulo Decretalium *de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ*; hoc eſt contra prohibitionem Eccleſiæ. *l. relegatorum. §. dubitandum. D. de interdictis, & relegatis.*

Hic uſurpatur pro pœna per ſe Eccleſiaſtica, qua ratione ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, propriè interdictum eſt. Extravag. 2. *de electione.* Extravag. *ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Suarez *tom. 5. de cenſ. diſp. 31. ſect. 5. n. 22.* 2831 Hic pro pœna Eccleſiaſtica ſumitur.

Quid ſit interdictum.

CAPUT I.

Definitio.

EST pœna per ſe Eccleſiaſtica privans baptizatum quibuſdam communibus Eccleſiaſticis bonis. *c. non eſt vobis. 11. de ſponſalibus. c. quod in te 9. de pœnitentiis, & remiſſionibus.*

Explicatur.

Pœna *per ſe Eccleſiaſtica* eſt genus. *c. quærenti. de verb. ſignif.*

Differentiæ.

Ly *quibuſdam communibus Eccleſiaſticis bonis* eſt loco differentiæ, per ly *quibuſdam* indicantur bona Eccleſiaſtica certa, quibus privatur per interdictum, & ſunt tria. Primo, quædam Sacramenta. Secundo, Divina Officia. Tertio, Sepultura Eccleſiaſtica. *c. quod in te. de pœnitentiis, & remiſſionibus. c. alma 24. de ſent. excomm. in 6. c. tanta eſt 18. de exceſſibus Prælatorum. c. ut privilegia 24. de privilegiis. Clem. 1. de ſepulturis.* Bonacina *de interdicto punct. 1. num. 1.* Nota, quòd hæc particula *communibus*, vult denotare, quod interdictum eſt commune Clericis, & laicis, ſcilicet poteſt afficere Clericos, & laicos.

Differt interdictum à ſuſpenſione, quia ſuſpenſio afficit tantùm Clericos, ut Clerici ſunt, & comprehendit tantùm bona reſpicientia Clericos. Interdictum etiam afficit laicos, & privat bonis Eccleſiaſticis communibus Clericis, ac laicis. *c. quod in te. 11. de pœnit. & remiſſ. c. alma 24. de ſent. excomm. in 6.* Sotus *4. ſententiar. diſt. 22. q. 3. art. 1.* Layman *lib. 1. tract. 1. punct. 4. c. 1.* Covarruvias *in c. alma par. 2. §. 1. n. 2.* Suarez *de cenſ. diſp. 32. ſect. 1. n. 4.*

Quotuplex ſit interdictum.

CAPUT II.

TRiplex locale, perſonale, mixtum. *c. ſi Civitas. 17. c. ſi ſententia. 16. c. præſenti. de ſent. excomm. in 6. c. in partibus. de verb. ſignif.* Baſſæus *v. interdictum. 2. n. 1.* Bonac. *de interdicto punct. 1. n. 2.* 2832 Triplex eſt.

Locale.

Locale per ſe directè afficit locum, in quo divina fieri, & audiri prohibentur; locus namque ut capax ſanctificationis legalis, ità inhabilitatis, adhoc ut inibi nè peragantur divina. Dicitur *locale*, quia per ſe directè afficit locum, quamvis indirectè comprehendat perſonas, quæ in illo loco nequeunt divina exercere. *c. tanta. de exceſſibus Prælatorum. c. ſi ſententia. 16. de ſent. excom. in 6. c. un. de tornamentis.*

Nunquam cenſura poteſt afficere locum, ſcilicet locus poteſt excommunicari, interdici, ut diximus in cenſuris in communi, ſed quare hìc dicimus dari interdictum locale.

Reſpondetur, quod locus non interdicitur per ſe, ſed indirectè intuitu perſonæ, quæ delictum commiſit, ut non poſſit ſepeliri, Sacramenta recipere, loquendo de perſona, quæ dedit cauſam interdicto; & ſic ſemper interdicitur locus intuitu perſonæ delinquentis, non per ſe, cùm ſit incapax, & qui dat cauſam interdicto eſt

etiam

Digitized by Google

etiam excommunicatus majori excommunicatione, & nominatim interdictus.

Hoc interdictum locale ſubdividitur in Generale, Speciale, & Singulare.

Locale Generale. Generale afficit per ſe locum continentem Univerſitatem, ut Regnum, Provinciam, Civitatem, Pagum. *c. cum in partibus.* ubi Abb. *de verb. ſignif. c. un. de tornamentis. c. non eſt nobis. 11. de ſponſalibus. c. ſi Civitas. c. præſenti. de ſent. excomm. in* 6.

Et locale ſpeciale. Speciale afficit locum continentem ſub ſe plura individua, ut ſi interdicatur talis Eccleſia, vel interdicantur plures Eccleſiæ, ſub qua ſunt plura individua, puta plures Capellæ. *c. cum in partibus. 17. de verb. ſignif.* ubi Abb. *c. ſi Romanorum. diſt. 19. c. quia circa. de privilegiis.* Navar. *c. 27. n. 166.*

Singulare. Singulare eſt, ſi afficiat aliquam Capellam alicujus Eccleſiæ, Angelus v. *interdictum 1. n. 1.* tunc enim individuatur ultimo individuo interdictum, ad differentiam interdicti ſpecialis, puta Eccleſiæ, ſub qua continentur aliæ res, puta Capellæ interdictæ. At interdictum Capellæ ſub ſe non continet alias res interdictas, & ſic non eſt ſpeciale, quod continetet ſub ſe plura individua, ſed eſt individuale. contra Leandrum *tom. 4. tract. 5. diſp. 1 qu. 4.* citantem pro ſe XII. DD. tantùm dantem interdictum generale, & ſpeciale.

Hinc Interdictum afficiens tantùm Eccleſias omnes, vel aliquas Regni, Civitatis, non eſt generale, ſed ſpeciale; nam non afficit locum continentem Univerſitatem. Abb. *in c. cum in partibus. 17. de verb. ſignif.* Et ſic extra Eccleſias interdictas ſacra poſſunt audiri, & confici, puta in ſacello privato. *d. c. cum in partibus. de verb. ſignif.* Navarr. *c. 27. n. 166.* Henriq. *lib. 13. c. 41. n. 3.* Suarius *diſp. 32. ſect. 2. n. 7.* Coninck *diſp. 17. n. 14.* Filliucc. *tract. 18. q. 3. n. 5.* Cornejus *diſp. 1. de interdicto dub. 1. q. 2.*

2833 Generale ſervandum etiam à Religioſis. Interdictum generale eſt ſervandum etiam à Religioſis exemtis. Trid. *ſeſſ. 25. de regularibus. c. 12.* Speciale verò etiamſi ſit omnium Eccleſiarum, ab eis non ſervatur, nec generale, niſi ſervetur ab Eccleſia Matrice loci interdicti, *Clem. 1. de ſent. excomm.* nam abſolutè generale eſt ſervandum à Regularibus. Trid. *loc. cit.* & ſic quando ſervatur ab Eccleſia majori. VIII. DD. quos dat, & ſequitur Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii tract. 12. reſ. 729.*

Perſonale. Perſonale afficit per ſe perſonas, quas excludit à ſacris Officiis, Sacramentis quibuſdam, ſepulturis. *c. is, cui. 20. de ſent. excomm. in 6.* & indirectè afficit locum, in quo perſona interdicta nequit ſepeliri, ſacris aſſiſtere.

Et eſt triplex. Hoc interdictum perſonale ſubdividitur in Generale, Speciale, & Singulare.

Generale. Generale afficit per ſe homines, ut interdico omnes homines Civitatis A, vel interdico Clerum B.

Speciale. Speciale afficit certas perſonas, puta aliquam familiam, Capitulum, ſcilicet ſi interdicat perſonas illius familiæ; habet enim ſub ſe plura individua interdicta, quæ ſunt perſonæ illius familiæ, & idem eſt, ſi interdicatur Capitulum, Collegium.

Singulare. Singulare eſt, ſi interdicatur talis perſona, vel perſonæ, quæ delictum fecerint A. Tunc enim ſingulæ perſonæ delinquentes, non autem innocentes ejuſdem officii ſunt interdicti; itàut generale ſit, quod afficit genus aliquod perſonatum, ſub quo continentur diverſæ morales ſpecies perſonarum, ut patet ſi interdicatur Clerus, vel homines Civitatis A. Speciale autem eſt per ſe reſpiciens ſtatum perſonarum, ſub quo ſunt plures perſonæ, ut ſi interdicatur Capitulum, familia aliqua. Singulare eſt, quod non afficit ſtatum perſonarum, puta Clerum, Capitulum, ſed ſingulas perſonas delinquentes in particulari. Suar. *diſp. 32. de cenſ. ſect. 2.* qui videtur confundere ſingulare cum ſpeciali. Toloſan. 31. *ſyntagmatum. c. 8. n. 11.*

Sub interdicto generali, & perſonali comprehenditur populus, non Clerus. *c. alma. de ſent. excomm. in* 6. Palaus *diſp. 5. punct. 4. §. 2. n. 10.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii tract. 12. n. 779.*

Mixtum interdictum eſt ex locali, & perſonali ſimul directè, quando ſcilicet interdicitur locus, & perſona. Bonac. *de Interdicto punct. 1. n. 2.* Leand. *tract. 5. diſp. 5. qu. 2.* citans XV. DD. Navar. *c. 27. n. 166.* Ridolphinus *in praxi par. 1, c. 14. n. 320.* contra Henriq. *lib. 13. c. 42. n. 3.* negantem interdictum mixtum. *c. alma. de ſent. excomm. in* 6. Mixtum.

Interdictum locale mixtum ſubdividi valet in Determinatum, & Ambulatorium. 2834 Dividitur in determinatum.

Determinatum eſt, quod afficit locum determinatum, ac certum, nec ad alium locum tranſit.

Ambulatorium autem eſt, quod tranſit de loco ad locum ſubditum, ad quem pervenit dans cauſam interdicto: ut ſi interdicatur Civitas, cujus Princeps dedit cauſam interdicto, & quilibet locus, ad quem talis perſona pervenerit, niſi illicò diſceſſerit. *c. non eſt nobis. 11.* ibi: *in quacunque parte Provinciarum veſtrarum detinentur, vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla divina Officia celebretis. de ſponſalibus. c. dilectis filiis. 55.* ibi: *Epiſcopo in Civitate præſente à Divinis in Altiſidorenſi Eccleſia ceſſaretur. de appellat.* Et tale interdictum ſucceſſivè afficit plura loca, prout perſona interdicta mutat loca. Suarez *de cenſ. diſp. 32. n. 3.* Gabr. à S. Vinc. *diſp. 7. q. 1. n. 6. in fine.* Sylveſter, & Angelus v. *interdictum.* Navar. *c. 27. n. 166.* Et ambulatorium.

Tale interdictum ambulatorium fuit latum à Clemente VI. anno 5. ſui Pontificatus contra interfectores Andreæ Regis, itàut remaneret interdictus locus, per quem tranſirent interfectores, ſi illos captos, illicò Papæ non præſentarent per ſententiam latam tunc, incipit: *deteſtanda. §. decernimus quoque, ut omnia loca, ad quæ dicti rei, poſtquam per nos, vel per alios, quibus tunc commiſerimus, rei tanti ſceleris, fuerint declarati, pervenerint, quamdiù inibi ſcientibus ipſorum locorum Dominis, aut Univerſitati eorum præſentes fuerint, niſi citò capiantur, & capti ad nos deducantur, Eccleſiaſtico eo ipſo ſint ſuppoſita interdicto.*

Interdictum fieri poteſt ab illo, qui poteſt excommunicare, ideò antequam autem nunc diſtrictè percurramus hujus ſpecies, & effectus interdicti, exponamus.

Cauſæ Interdicti.

CAPUT IV.

Effectiva eſt omnis, qui excommunicare valet, maximè Epiſcopus, qui hodiè prævalente conſuetudine poteſt, licèt olim non potuerit ſine conſenſu Capituli ſuſpendere, & interdicere Clericos, eorumve Eccleſias. *c. 1. de exceſſibus Prælatorum. c. Epiſcopus nullius. 6. 15.* 2835 Cauſa effectiva interdicti.

qu. 7.

*qu.*7. Alterius *tom.*2. *diſp.* 10. *de interdicto c.* 5. *&* 6. Bonac. *diſp.*5. *de interdicto punct.*2. *num.* 2. Suarez *diſp.*36. *de cenſ.ſect.*1.*n.*6. *&* *ſect.*2.*num.*5. Palaus *diſp.*4. *punct.*3. *n.*2. Reguiares verò Prælati interdicere valent perſonalitèr, non localitèr ſuos ſubditos. Baſſæus *v.interdictum* 4.*n.*1. citans tres DD.

Finalis.

Cauſa finalis eſt dalinqnentium correctio. Palaus *diſp.*5.*punct.*3.§.2.*n.*1.

Formalis.

Cauſa formalis, hoc eſt forma, qua talis cenſura fertur, jure non eſt expreſſa; debet tamen ferri in ſcriptis. De quibus cauſis, vide, quæ dicta ſunt ſupra de cenſuris in communi, & de peculiaribus cauſis interdicti vida Suarez *de cenſ.diſp.*36.*ſect.*1.2.3.*&* 4.

De Interdicto Locali.

CAPUT IV.

2836 Interdictum locale exponitur.

CIrca interdictum locale pullolant difficultates frequentes, & ſic prima.

An Interdicto aliquo loco, cenſeantur interdictæ partes illius loci?

2837 Interdicto loco cenſentur interdictæ ejus partes.

AFfirma, quia totum ſuis partibus conſtat, & ſic partes interdicto totius tenentur, quamdiù loci partes remanent.

Unde Interdicta Eccleſia ſunt Interdictæ Capellæ partes Eccleſiæ. *c. ſi Civitas.* 17. *de ſent. excom.in* 6. Secùs eſt, ſi ſint duæ Eccleſiæ continuæ, vel contiguæ, itaot una nnn ſit pars alterius. Bonac. *de interd.tom.*1.*diſp.*5.*p.*1.*n.*26.

Secundo: interdicta Civitate ſunt interdictæ partes totius Civitatis, quales ſunt Eccleſiæ, etiam Regularium. Trid. *ſeſ.*25.*de Regularibus. c.* 12. In quo eſt difficultas.

An interdicta Civitate, vel Diœceſi ſit interdicta Cathedralis?

2838 Interdicta Civitate, vel Diœceſi, non eſt interdicta Cathedralis.

NEga, quia eſt Eccleſia ſpecialis communitatis, & ſic à generali diſpoſitione excluſa, niſi exprimatur ſpecialiter ob ejus ſpecialitatem. *c.quamvis.de prabendis in* 6. ibi: *propter illius honorem nolumus hoc caſu includi*. Alterius, Henriq.*lib.*11. dans tres DD. contra Leandrum. Suar. Bonac. & Anton. a Sp. S.

An interdicta Civitate ſint interdicta ſuburbia?

2839 Interdicta Civitate ſūt interdicta ſuburbia, ſi faciant unū cum ea.

DIſtinguitur: vel ſuburbia cum Civitate conſtituunt unam univerſitatem, vel duplicem.

Si unam, affirma interdicta Civitate eſſa interdicta ſuburbia,, ſunt partes Civitatis, & interdictum afficiens totum, afficit partes Civitatis, aliàs vileſceret interdictum. *c.ſi Civitas.* 17. *de ſent.excom.in* 6.

2840 Secùs ſi diverſam Univerſitatem.

Si verò ſuburbia facerent diverſam Univerſitatem ab Univerſitate Civitatis: puta ſint ſub juriſdictione diverſorum domioorum, aut diverſo regantur, tanquam diverſæ Civitatis rectora; tunc interdicta Civitate, non ſunt interdicta ſuburbia, nec interdictia ſuburbiis eſt interdicta Civitas; nam in diverſis non fit illatio, & una non eſt alterius pars; atque adeò ſi ex culpa domini eſt Intardicta Civitas, nnn eſt interdictum ſuburbium faciens aliam univerſitatem. Ancharanus in *d.c.ſi Civitat.*17.*de ſent. excom.* contra IX. DD. quos dat, & ſequitor Leander *tr.*5.*diſp.*5. *q.*9. Bonac. *tom.*1.*diſp.*5. *de interdicto par.* 1. *n.*18. *&* 23. dicens *num.* 23. *§. hic advertendum interdicta Civitate ab Epiſcopo eſſe etiam interdicta jure communi ſuburbia, non ſubjecta Epiſcopo interdicenti, ni vileſcat ſententia interdicti.* maximè in pœnalibus reſtringendis. Rebuffus *in l. verbis appellatio* v.8.*D.de verb. ſign.* docens relegatum à Civitate non eſſe relegatum à Portu, & ſuburbiis; non enim una communitas innocens alterius communitatis nocentis debet pœna aſſici. *c. ſine culpa. de reg. jur. in* 6. Et vicinitas loci non interdicti non tollit interdicti rigorem, ſed auget confuſionem; nam oppoſita juxtà ſe polita magis eluceſcunt, & ſic magis cognoſcitur delicti enormitas loci interdicti propè locum non interdictum.

Dices: Civitas propriè eſt locus muris incluſus. *l.*2.*D.de verb.ſign.* Tuſc.*lit.C. concl.*248.*n.*7. Coccinus *dec.*429.*n.*1. ergo interdicta Civitate, non ſunt interdicta ſuburbia; quia in pœnalibus, non fit extenſio de Civitate ad ſuburbia, licèt poſſit fieri in favorabilibus. Gratian. *forenſ.c.*193.*n.*35. ubi: *in favorabilibus, non in odioſis nomine Civitatis veniunt etiam, Vici, & Villæ Civitatis.*

Reſpondetur nomine Civitatis in interdicto locali venire ſingulas Civitatis partes, ut ſunt etiam ſuburbia, ſi non conſtituant diſtinctam Univerſitatem; quia pena, quæ afficit totum, afficit partes ex ſpeciali diſpoſitione dicti *c. ſi Civitas.*17.*de ſent.excom.*

Hinc patet Interdicta Civitate, non eſſe interdictos Vicos, Villas Civitatis; quia conſtituunt diſtinctam à Civitate Univerſitatem, & materia eſt odioſa, licèt in favorabilibus reputentur Cives, & Civium fruantur privilegiis. 2841

Interdicta Civitate, nō ſunt interdicti Vici, Villæ Civitatis.

An interdicta Civitate ſint interdicti exteri ſaltem indirectè?

NEga, nam iſti non ſunt partes illius Civitatis, & ſic non continentur interdicto totius Civitatis, tales ſunt Negotiantes, Hoſpites, Studentes. Suar.*diſp.*32. *ſect.* 2. *n.*5. *in fine.* Avila *p.*5.*de cenſuris diſp.*4. Bonac. *de interdicto p.*1.*n.*17. Bauny *tr.*9.*q.*6.*diſt.*4. 2842

Interdicta Civitate, nō ſunt interdicti exteri in ea morantes.

Sed quid? ſi quis habeat duplex domicilium in, & extra locum Interdictum?

DIces eſſe interdictum, quamdiù exiſtat in loco interdicto, nam tunc eſt illius pars. Si verò exiſtat in loco non interdicto, non eſt interdictus, prima non eſt loci interdicti pars, niſi dederit cauſam interdicto locali; nam dans cauſam interdicto locali, ut perſonaliter interdictus, ubique eſt talis. Sylveſt. v. *interdictum.* 20. *n.*13. Coninck *diſp.* 17. *num.*12. Leand.*tr.*5.*diſp.*1.*q.*11. citans VII.DD. Anton. à Sp.S. *tom.*1.*directorii.tr.*12.*n.*751. contra Caldetinum. 2843

Habens duplex domicilium tunc ſubditur interdicto, quando in eo moratur.

An Interdicto locali comprehendantur carentes uſu rationis, infantes, amentes?

NEga comprehendi infantes, amentes; quia moraliter ſunt idem, ac ſi non eſſent cives, cùm ſint legibus, & obligationibus incapaces, Palaus, Alterius. contra Wivaldum, & Navarr. 2844

In locali excludūtur infantes, amētes.

An carentes uſu rationis poſſint ſepeliri in Eccleſia tempore interdicti localis?

NEga; nam interdictum locale afficit locum; itaut ſit ita ac ſi non eſſet locus legitimè deſtinatos pro ſepultura fidelium: nec attenditur uſus rationis defuncti, ſubjectio, innocentia, ſed loci habilitas. Unde tunc ut corpus infantis non Baptizati, ita Baptizati Innocentis, & deſtituti rationis uſu non ſepelitur in Eccleſia. Covar., Henriquez, Hurtadus, & alii. 2845

Nequeunt tamen ſepeliri in Eccleſia.

An

An Cives Innocentes habentes uſum rationis Interdicto locali includantur?

2846 Cives innocentes ratione uſus compotes includuntur in interdicto locali.

AFfirma: nam etiam iſti ionoceotes ſunt partes communitatis, obligationis capaces, dicunturque in toto delinquere, & punibiles. *c. ſi Civitas. 17. de ſent. excom. in 6.* Henriq. *lib. 13. c. 42. n. 3. & c. 31. num. 2.* Suarius *diſp. 32. ſect. 2. n. 15.* Bonac. *de interdicto p. 1. num. 17.* Sed poſſunt extra Civitatem intereſſe divinis.

Sed quid dicendum? Si tempore, quo fertur interdictum locale Cives ſint abſentes?

2847 Secùs ſi fuerint abſentes, quando fuit latum interdictum

NEga hujuſmodi interdicto includi, quia juriſdictio loco circumſcribitur, ſive exerceatur per legem, ſivè per ſenteotiam georalem. *c. 2. de conſtitutionibus.* contra Leandrum dicentem ſuam ſententiam certam, & citantem 1x. DD. *tr. 5. diſp. 1. q. 37.*

An interdictis Terris alicujus Principis, ſint interdictæ Terræ ab ipſo detentæ jure pignoris?

2848 Interdictis Terris alicujus, non ſunt interdictæ, quæ jure pignoris detinet.

NEga; quia in re pœnali ſtrictè interpretranda, nomine rei propriæ non venit pignus, cujus dominium, non eſt creditoris detinentis pignus pro ſecuritate ſui crediti. *l. contractus. 25. D. de pignoribus. l. 2. l. 38. D. de verb. ſign.* & notavi *III. Pantonom. n. 799.* Avila *par. 5. de cenſ. diſp. 1. dub. 3. concl. 4.* Palaus *de cenſuris. diſp. 6. p. 2. §. 1.* Sed major eſt difficultas.

An Interdictum Terrarum alicujus Principis comprehendat pagum ab ipſo deinde emtum?

2849 Neq; includitur Terra ab ipſo deinde emta.

NEga; nam ſententia purè lata futura non reſpicit contingentia, & ſumus in pœnis, non extendendis de caſu ad caſum, vel de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, nec pagum de novo emtum eſt pars Terræ communitatis interdictæ. Palaus, Avila *loc. cit. concl. 5.* citans tres DD. contra Leandr. *tom. 4. tr. 5. diſp. 1. q. 20.*

An interdicta Civitate, Cives innocentes, qui non dederunt cauſam interdicto poſſunt extra Civitatem intereſſe divinis?

2850 Cives innocentes poſſunt extra locum interdictum Divinis intereſſe.

AFfirma. *c. ſi ſententia. 16. de ſent. excomm. in 6.*

An interdicta una Eccleſia ſit interdicta alia Eccleſia ei contigua æquè principalis?

2851 Interdicta una Eccleſia, non eſt alia ei contigua æquè principalis.

NEga; nam una alterius non eſt pars. Anton. à Sp. S. *tom. 2. directorii. tr. 12. n. 740.* poſt Palaum *diſp. 5. §. 1. n. 6.*

An interdicto Cœmeterio, vel Capella ſit interdicta Eccleſia?

NEga, quia pars noo includit totum, & ſic interdictum afficiens partem, non afficit totum. Palaus *loc. cit. n. 5.*

2852 Interdicto Cœmeterio, non eſt interdicta Eccleſia.

An interdicta Civitate ob culpam Domini, ceſſet interdictum, ſi Civitas tranſeat ad alium ſucceſſorem innocentem?

2853 Quid ſi locus interdictus tranſeat ad aliũ ſucceſſorem innocentem.

DIſtinguitur, vel ſucceſſor eſt hæres, vel emtor. Si Succeſſor affirma, ſi emtor oega.

An valeat exiſtere interdictum generale locale, ſine interdicto generali perſonali, & generale perſonale ſine generali locali interdicto?

2854 Exiſtit interdictũ generale locale, ſine generali perſonali, & è contra.

AFfirma, interdictum generale locale, non inferre generale perſonale, nec è converſo, quia unum poſt exiſtere ſine alio, ſed infert interdictum perſonale ſingulare illorum, ſcilicet, qui dederunt cauſam interdicto. *c. ſi ſententia. 16. de ſent. excom. in 6.* nam interdictum locale generale prohibet homines celebrare in loco, vel ibi audire Divina, non verò extra locum *d. c. ſi ſententia.*

Et interdictis perſonis, non intelligitur interdictus locus: Unde in illis locis poſſunt non interdicti celebrare, & audire Sacra. Suarez *diſp. 32. ſect. 2. num. 32.*

An interdictum locale inferat interdictum perſonale ſingulare illorum, qui dederunt cauſam interdicto?

AFfirma. *c. ſi ſententia. 16. de ſent. excom. in 6.* & ſic illi, qui dederunt cauſam interdicto, oec in loco interdicto, nec alibi valent intereſſe divinis, nec illa exercere. 2855 Locale inferi interdictum perſonale quibus dederunt cauſam ei.

Ac interdictum perſonale inferat locale determinatum?

NEga, quia locus ouoquam dat cauſam interdicto, & ſic poteſt interdici ſolummodo perſona, quæ ſic ioterdicta ab omni loco excluditur ſacro, ubi divina exercentur. 2856 Perſonale non infert locale determioatũ.

De Interdicto perſonali.

CAPUT V.

INterdictum perſonale afficit perſonas univerſas, quando in Univerſitatem fertur: Et dicitur geoerale, ut ſi interdicatur Populus, Clerus. Si verò afficiat certum perſonarum ſtatum: puta Capitulum, dicitur ſpeciale perſonale. Si verò afficiat homines, oon pro ut facioot ſtatum aliquem, ut decem homines faciunt Populum, tres Collegium, ſed pro ut ſinguli in individuo exiſtunt; tunc dicitur perſonale individuale, ſivè ſingulare interdictum. Bonac. *de interdicto p. 1. n. 9.* 2857 Interdictum perſonale.

Principium.

INterdicto toto ſtatu perſonarum, ſunt interdictæ illius partes; quia totum partibus conſtat. 2858 Interdicto toto ſtatu perſonarũ, ſunt interdictæ illius partes.

Secundum Principium.

IN Interdicto totius, non veniunt partes ſpecialiſſimæ; oam in generali diſpoſitione ſpecialia non veoiunt. *c. in generali. de reg. jur. in 6. l. obligatione generali. D. de pignoribus.* ſic mandatum generale ad omnes lites, ad omnia negotia, non includit ſpeciales lites, negotia ſpecialia, donandi, tranſigeodi, contrahendi matrimonium, deferendi juramentum. *c. quòad agendum. de procuratoribus. in 6. l. procurator. 63. D. de procuratoribus. l. jus jurandum. 17. §. 1. D. de jurejurando,* & notavi *III. Panton. n. 2880.* 2859 Non tamen veniũt partes ſpecialiſſimæ.

Tertium Principium.

INterdictom obligat Subditos; nam fertur à legitimo ſuperiore, non niſi in ſubditos; uode ſubditi tenentur illud ſervare. 2860 Interdictum in ſubditos fertur.

Hinc primo ille ſubditus, qui nequit obligari, ut eſt carens uſu rationis, infaos, amens, interdicto non ligatur; ligatur autem ille, qui poteſt lege, & præcepto obligari, ut eſt habens plenum rationis uſum. Ex his componitur unum priocipium: interdicto toto, ſunt interdictæ partes, non ſpecialiſſimæ obligationis capaces.

Ex hoc concluditur. Primo, interdicto Clero, non eſſe interdictos Regolares; quia iſti non ſuot partes Cleri, ſed ſunt diſtinctæ Communitates. 2861 Interdicto Clero, non ſunt interdicti Regulares.

At interdictis Eccleſiaſticis, ſunt interdicti Regulares, quia iſti ſunt bona pars ſtatus Eccleſiaſtici. Diana *p. 5. tr. 10. reſ. 50.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris. diſp. 7. n. 12.*

Secondo coocluditur, interdicto Populo ſunt interdicti etiam innoceotes habentes uſum rationis, quamdiù remanent pars illius Popoli interdicti; nam ſunt partes capaces obligationis 2862 Interdicto populo ſunt interdicti etiam ionocentes rationis capaces.

Digitized by Google

nis interdicti. *c.ſi ſententia.* 16. *§. cum verò. de ſent. excom.in* 6. Henriq. *lib.*13.*c.*31.*n.*2.

Non verò ſunt interdicti abſentes tempore, quo interdictum fertur; quia ſententia generalis, ut lex, loco circumſcripta extra locum non ligat. *c.* 2. *de conſtit.* contra Leandrum *tom.* 4. *tr.*5.*diſp.*1.*q.*37.

2863 Interdicto Collegio, etiam ejus partes ſunt interdictæ.

Tertio, interdicto Collegio, Academia, ſunt interdictæ omnes partes Collegii, Academiæ.

Sed difficultas in eo eſt.

An ſint Interdicti Clerici, qui ſunt partes illius Collegii?

2864 Non tamen Clerici partes illius Collegii.

NEgat Angelus v. *interdictum* 1. *n.*11. Sylveſt. v.*interdictum* 2.*§.*17. contra Bonac. *de interdicto p.*1. *num.*14. Palaum *diſp.*4.*p.*2.*§.*2. *n.*10. Alterium *de interdicto diſp.*4.*c.*5.

Ratio eſt, quia licèt Clerus ſit pars Populi, interdicto Populo, non eſt interdictus Clerus; ergo licèt Clerici ſint partes Academiæ, Collegii, non erunt interdicti interdicto Collegio, Academia.

2865 Interdicto Populo, non includitur Clerus.

Quarto, Interdicto Populo, non eſt interdictus Clerus. *c.ſi ſententia.*16.*de ſent.excom.in* 6. idque eſt pars ſpecialior ſpecialiter exprimenda: niſi velis dicere eſſe in odioſis rem diverſam Populus, & Clerus. *c. duo ſunt.* 12. *q.* 2. Toloſan. 15. *ſyntagmatum c.*1. *n.* 3. & in favorabilibus, non in odioſis nomine Populi venit Clerus. Abbas in *c.*1. *n.*2. *de præbendis.* Grammaticus *dec.*110.*n.*18. Alex.in *l.provinciali. §.ſi in publico. n.* 18.*D. de novi operis nunciatione.* Covar.in *c.alma.p.*2.*§.*1.*n.*7. Ugolin.*tabula* 7.*de cenſuris c.*20.*§.*1.Roman. *conſ.*259.

2866 Non venit Epiſcopus in interdictis Eccleſiaſticis.

Quinto, Interdictis Eccleſiaſticis, non eſt interdictus Epiſcopus, ob dignitatis ſpecialitatem excludendam à generalitate verborum. *c.quia periculoſum. de ſent.excom. in* 6. Suarez *de cenſuris diſp.*36.*ſect.*1.*n.*5.

2867 Exteri, ſtudentes non ſunt interdicti eum populo.

Sexto, Interdicto Populo, non ſunt interdicti exteri, Studentes, Negotiantes; quia non ſunt pars communitatis interdictæ. *c. ſi Civitas.* 18.*de ſent. excom.* Henriq. *lib.*13. *c.*42. *n.*3. Bonacina *de interdicto p.*1.*n.*17.

2868 Nec carentes uſu rationis.

Septimo, Interdicto Populo, non ſunt Interdicti carentes uſu rationis; quia licèt partes communitatis, obligationis ſunt incapaces ad inſtar animantium. Leander dans X.DD.*to.*4.*tr.*5. *diſp.* 1. *q.* 33. contra Navarrum *c.* 27. *n.* 168. & moraliter non dicuntur partes Civitatis. Leander *loc.cit.*

2869 Superiores interdicentes non ſunt interdicti.

Octavo, Superiores interdicentes, licèt ſint partes communitatis, non ſunt interdicti; quia obligationis incapaces ex defectu ſubjectionis, non enim ſe ipſos interdicere valent. Bauny *tr.*9.*q.*7.*aſſert.*3. *l.illud, à quo, §. tempeſtivum. D.ad Trebellianum.* Si verò interdictum dicitur locale; tunc tale interdictum à jure communi habet ſuos effectus in loco interdicto, cui juri ſubeſt ferens interdicti ſententiam, impotens in illo loco ſacra facere, niſi prius revocato interdicto. Alterius *diſp.*1.*c.*5.*n.*8. Avila, & alii. Et ſi Epiſcopus celebret in loco interdicto, ſtatim interdictum ceſſat, ut de Ceſſatione à Divinis vide infra.

2870 Partes de novo adauctæ ſunt interdictæ, ſi populus fuerit interdictus.

Nono, Interdicto Populo, ſunt etiam interdictæ partes de novo accreſcentes communitati, quia afficiuntur qualitate totius, & ſicuti privilegiis, ità pœnis communitatis arctantur. Covar.in *c.alma. p.*2. *§.*1. *n.* 7. Henriq. *lib.* 13. *c.*42. *n.*3. ſicuti interdicta Eccleſia, vel conſecrata, pars nova paulatim accedens, evadit interdicta, & conſecrata. *c.quod in dubiis. de conſecr. Eccl. vel Altaris.* Bauny *tr.* 9. *q.*4. *dicto.*2. Palaus *diſp.*4.*p.*2.*§.*1.*n.*6.*in fine.*

2871 Cum familia ejus partes interdicuntur.

Decimo, interdicta familia ſunt interdictæ partes familiæ, quia afficiuntur qualitate totius, & ſic ſunt interdicti aſcendentes, deſcendentes, tranſverſales, etiam Clerici, niſi velis illos excipere ob dignitatis ſpecialitatem, non tamen ſunt interdicti ceteri commenſales, familiares, domeſtici, ſervi; nam non dicuntur de familia interdicti rigoroſè accepta, quæ maximè in odioſis rigoroſè ſumta tantùm includit agnatos, ſcilicet aſcendentes, deſcendentes, tranſverſales ex linea maſculina, excluſis etiam deſcendentibus ex linea feminina, quia deſcendentes ex linea feminina dicuntur ex familia viri, non ex familia uxoris. *l.ſuggeſtioni.*5.*C.de verb.ſignif. l.voluntas.* 4. *C. de fideicommiſſis.* Et licèt filia, non tamen filii ex filia dicuntur ex familia patris feminæ. *l.familiæ.*196. *l.pronunciatio. §.familiæ. D. de verb. ſign.* Peregrinus *de fideicommiſſis art.*22.*n.*26.vide II.*Panton.n.*1550.

2872 Qui veniant nomine familiæ.

In odioſis ergo, ut eſt includi interdicto nomine familiæ veniunt agnati, non cognati, aſcendentes, deſcendentes, tranſverſales. Ruinus *lib.*2.*conſ.*153. *n.* 10. licèt in favorabilibus veniant ceteri, etiam ſervi. *c. ſicut nobis. de verb.ſign.* Aucharan.*conſ.*398.*num.*2. Bellamera *conſ.*20.*n.*9. Sed difficultas eſt.

An includantur Interdicto poſtea advenientes in familiam?

2873 Non poſtea admiſſi in familiam.

NEgat Bonac. *de interdicto p.*1. *n.*13. Leander *tom.*4.*tr.*5.*q.*29. quia interdictum eſt ſpeciale tantùm afficiens præſentes partes; Sed optarem, aſſignarent diſparitatem, cur partes de novo advenientes Eccleſiæ ſpecialitèr interdictæ afficiantur interdicto totius, & partes de novo adauctæ in communitate afficiantur interdicto totius communitatis, & tamen partes de novo adauctæ in familia, non afficiantur interdicto totius familiæ.

Effectus Interdicti.

CAPUT VI.

2874 Interdicti quatuor effectus.

PUllulant ex interdicto quatuor effectus. Primus, ut excludatur interdictus à quibuſdam Sacramentis. Secundus, ut excludatur à divinis communibus officiis. Tertius, ut privetur Eccleſiaſtica ſepultura. Quartus, ut excludatur ab ingreſſu Eccleſiæ. *c. alma. de ſent. excom.in* 6.*c.non eſt nobis. de ſponſalibus.c.quod in te.* 11. *de pænit.& remiſſ.c.privilegia. de privilegiis.* Clem.1.*de ſepulturis. c. is, cui. de ſent. excomm.in* 6. *c.latorem.*33.*q.*2.

2875 Ferens interdictum poteſt velle unum, non alterum interdicti effectum.

Valet interdicens velle unum, non alterum interdicti effectum. Pelizzarius in *manuali. tom.*2.*p.*1.*tr.*7.*c.*4.*n.*25. Murga *tom.*2.*diſquiſit.*4. *n.*23. poſt Navarrum *c.*27. *n.* 165. Suarium, dicentes certum *de cenſuris diſp.*38. *ſect.*3. *num.*5. Covar.*in c.alma.p.*2.*§.*2. *n.*4. ajentes poſſe ſi velit, ab uno, non ab altero effectu ſuſpendere. contra Anton. à Sp. S. *tom.*1. *directorii tract.*12. *reſ.*808. quia ut poteſt Interdictum, ità ejus effectus taxare; id enim nullo jure prohibetur.

Sacramenta miniſtranda, vel non miniſtranda Interdictis?

§. I.

2876 Aliqua Sacramenta interdictis vetitum miniſtrari.

PLacuit ab iſto exordiri effectu, nam à Sacramentis exordium ſumit vita Chriſtiana, & primo.

Baptiſmus.

2877 Baptiſmus licet miniſtrari infantibus, & adultis ſolemniter.

TEmpore interdicti miniſtrari valet omnibus infantibus, adultis, ſolemnitèr, januis apertis, etiam nulla urgente neceſſitate. *c. reſponſo.* 43. ibi: *Baptizari poſſunt. de ſent. excom. c. quoniam. de ſent. excom. c. quod in te.* 11. *de pænit. & remiſſ. c. non eſt nobit. de ſponſalibus.*

Nec officit Parochiam eſſe ſpecialiter interdictam; nam Parochus poteſt ibi Baptiſmum miniſtrare, ità ac ſi non eſſet interdicta; unde nec tenetur adire vicinam commodam Eccleſiam non interdictam ſcandalo remoto. *c. quoniam. c. alma. de ſent. excom. in* 6. Sylveſt. *v. interdictum.* 5. *q.* 7.

2878 Perſonaliter nominatim interdictus non miniſtrat, niſi in neceſſitate.

Perſonalitèr verò nominatim interdictus nequit hoc Sacramentum, niſi in neceſſitate, miniſtrare. *c. ſi ſententia.* 16. *de ſent. excomm. in* 6. Interdictus namque ob ſuam culpam perſonalem, ad inſtar excommunicati non miniſtrat Sacramenta. *c. latores. de Cler. excomm. min.* Generalitèr verò perſonalitèr interdictus, qui non dedit cauſam interdicto, valet miniſtrare etiam in loco interdicto, nam re vera eſt innocens. Suarius *de cenſ. diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 1. 3. 4 *&* 6.

Confirmatio.

2879 Confirmatio etiam ſolemniter valet miniſtrari.

ETiam ſolemnitèr miniſtrari valet tempore interdicti ab Epiſcopo. *c. quoniam. c. reſponſo.* 43. ibi: *baptizati ad confirmationem in frontibus à te poſſunt ſacro Chriſmate deliniri. de ſent. excomm. c. quoniam. de ſent. excomm. in* 6. ſtante generali interdicto, perſonali, vel locali; nam tunc Epiſcopus non eſt interdictus, cùm ſpecialiter exprimendus ſit. *c. quia periculoſum. de ſent. excomm.*

2880 Nominatim interdictus nequit miniſtrare.

Si verò ſit nominatim interdictus, vel dedit cauſam interdicto; tunc nequit Sacramentum miniſtrare ad inſtar excommunicati. *c. Clerici. c. latores. c. ſententia. de Cler. excomm. miniſtr.* Suarez *diſp.* 33. *de cenſ. ſect.* 1. *n.* 14. contra Fabrum 24. *diſt.* 15. *qu.* 4. *diſp.* 5. ajentem poſſe miniſtrari ab Epiſcopo etiam ſpecialiter interdicto.

2881 In Cœna Domini, licet Chriſma confici.

Tempore interdicti in Cœna Domini poteſt confici Chriſma. Suarez *loc. cit. n.* 8. nam ſi licet Confirmatio, licebunt neceſſaria ad Confirmationem.

Perſonaliter generaliter interdicti, qui non dederunt cauſam interdicto, valent tempore interdicti confirmari. *d. c. alma mater. de ſent. excomm. in* 6. *c. Epiſcoporum. de privilegiis in* 6.

Sacramentum Pænitentiæ.

2882 Pœnitentia valet miniſtrari tempori interdicti, ſed quomodo, & à quibus docetur.

ADhuc miniſtrari valet etiam in loco ſpecialitèr interdicto à generalitèr perſonalitèr interdictis, & miniſtrari valet omnibus, excluſis excommunicatis tantùm ob ipſum interdictum, non verò ob alias cauſas; & excluſis dantibus cauſam interdicto, dolo, culpa, conſilio, auxilio, favore. *d. c. alma mater.* 24. ubi Covarr. *par.* 2. *§.* 3. *n.* 1. *de ſent. excomm. in* 6. ibi: *dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem. c. quod in te.* 11. *de pænit. & remiſſ. c. non eſt nobit. de ſponſalibus.* Navarr. *c.* 27. *n.* 178. Suarez *de cenſ. diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 16. *&* 18. Coninck Hurtad. Leand. *tom.* 4. *tract.* 5. *diſp.* 5. *qu.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. contra Ugolinum *tabula* 5. *de cenſ. qu.* 7. *§.* 6. *n.* 1. Sayrum *lib.* 7. *de cenſ. c.* 7. *n.* 9. ajentes pœnitentem excommunicatum non poſſe tunc abſolvi.

Sed nos ulteriùs fatemur tempore interdicti poſſe abſolvi excommunicationem non reſervatam, excluſis tamen illis, quorum cauſa latum eſt interdictum, qui non admittuntur ad pœnitentiam, niſi prius ſatisfecerint. *d. c. alma. & c. nuper. de ſent. excomm.*

2883 Singulariter interdictus, licitè non abſolvit.

Si Sacerdos ſit ſingulariter interdictus, nequit licitè abſolvere, licèt poſſit abſolvere validè, cùm per interdictum ejus juriſdictio non ſit ſuſpenſa; non enim hìc enumeratur inter effectus interdicti, ut ait Suarez *de cenſ. diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 10. Diana *par.* 5. *tract.* 10. *reſ.* 62. Bonac. *de interdicto punct.* 3. *§.* 3. *nu.* 2. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *tract.* 12. *n.* 784. contra Fabrum *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 1. *diſp.* 5. *c.* 1. *n.* 23. motum, quia interdictum æquiparatur excommunicato. *c. Epiſcoporum. de privilegiis in* 6.

Euchariſtia.

2884 Euchariſtia tantùm ut Viaticum miniſtratur.

TEmpore interdicti miniſtrari valet tantùm ut Viaticum. *c. alma.* 24. *de ſent. excomm. in* 6. & ſic conſtitutis in articulo, vel periculo mortis, itàut quibus miniſtrari valet pœnitentia ob periculum, vel articulum mortis, illis etiam miniſtrari valet Euchariſtia, ſivè ex infirmitate, ſivè ex accidenti ſint conſtituti in tali periculo, ratione prælii, periculoſæ navigationis, partus. *c. quod in te.* 11. ibi: *illo verbo per quod pænitentiam morientibus non negamus, Viaticum etiam, quod veri pænitentibus exhibetur intelligi volumus, ut nec ipſum decedentibus denegetur. de pænit. & remiſſ. c. permittimus.* 57. *de ſent. excomm. in* 6.

2886 Et cum omni ſolemnitate.

Miniſtratur ergo tempore interdicti Viaticum omni ſolemnitate, ità ac ſi non adeſſet interdictum, concurſu ſcilicet populi, cantu, pulſatis campanis ad convocandum populum, benedicto de more etiam populo, indulgentiis conſuetis promulgatis. *d. c. quod in te.* 11. *d. c. permittimus.* 57. *d. c. alma.* ubi Covarr. *par.* 2. *§.* 2. *n.* 7. *o. ſanè.* 10. *de celebrat. Miſſ.* Sayrus *loc. cit. n.* 26. Leander citans X. DD. *q.* 26. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 7. *n.* 32. Henaus *de Sacramento Euchariſtiæ diſp* 14. *n.* 150.

Miniſtratur autem à Sacerdotibus nominatim non interdictis, nec dantibus cauſam culpabilem interdicto, licèt tales miniſtrantes ſint generaliter interdicti. Præpoſitus *de interdicto q.* 4. *dub.* 3. *n.* 20. Henaus *loc. cit.* nam nominatim interdicti, & dantes cauſam interdicto culpabilem, tanquam indigni miniſtri, repelluntur: niſi res ad illum caſum devenerit, ut præceptum caritatis obliget etiam indignum miniſtrum ad dandum Viaticum, ſecùs in æternum periclitanti. Præpoſitus *loc. cit.* Henaus *loc. cit.*

2887 Non tamen à nominatim interdictis.

Miniſtratur autem omnibus, quando urget præceptum recipiendi Viaticum ex articulo, vel mortis periculo, ut ſunt etiam damnati ad mortem, navigantes periculosè, præliantes, parturientes. *c. quod in te.* 11. *de pænit. & remiſſ. c. alma.* 24. *de ſent. excomm. in* 6. Baſſæus *v. interdictum.* Leand. dans XVI. DD. *tom.* 4. *tract.* 5. *diſp.* 5. *q.* 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *Directorii de interdicto.* poſt Suarium *de cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 1. *n.* 24.

Conſtituti verò extra articulum, & periculum mortis nequeunt recipere Euchariſtiam. *d. c. quod in te. de pænit. & remiſſ.* niſi ſint perſonæ privilegiatæ, ceterique potentes intereſſe divinis, ut *c. alma. de ſent. excomm. in* 6. iſti namque tunc, quando poſſunt intereſſe divinis, poſſunt etiam recipere Euchariſtiam, quia id conformiùs divinæ inſtitutioni, ut ſcilicet aſſiſtentes participent, atque communicent, & perſonat Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 6.

Si

Digitized by Google

2588 Privilegiati poſſunt illam recipere.

Si ergo valent aſſiſtere, valebunt etiam recipere Euchariſtiam, atque vel ex eo perſuadetur, quia excluduntur nominatim interdicti, & dantes cauſam interdicto à communione in *d.c.alma*; ergo cæteri admittendi, ut ad divina officia, ſacrificium, ità ad participandum Sacramentaliter. Palaus *de interdicto diſp.4.par.1.§.1.n.15.* Henaus *loc.cit.n.*150. Anton.à Sp.S.*tom.1. Directorii tract.*12.*n.*786. Diana *par.5.tract.*10.*reſ.*92. Baſſæus *v.Interdictum 2.n.5.* contra Covarr. *in d.c.alma.par.*2. *§.5.n.*6. Paludanum *in 4.diſt.18.q.8.n.3.*

Hinc generaliter interdicti tempore Paſchali non ſolùm tenentur intereſſe divinis, ſed etiam tenentur recipere Euchariſtiam, quia non obſtante interdicto, poſſunt tunc aſſiſtere ſacrificio, & communicare. *c.alma.*24. *de ſent.excom. in* 6. Henaus *loc.cit.*

Extrema Unctio.

2589 Extrema Unctio non miniſtratur, etiam privilegiatis, ſecùs ſi ſit neceſſaria.

TEmpore interdicti nequit miniſtrari moribundis etiam privilegiatis, ſi aliàs non ſit neceſſaria, ſecùs periclitantibus in æternum, quia non receperunt alia Sacramenta. *c.quod in te.*11.*de pœnit.& remiſſ.* Palaus *diſp.4. puncto* 4. *§.1.n.*20. Leand. *qu.*35.*&* 36. Gabr.à S.Vinc. *de cenſ.diſp.7.n.*34. Idque etiam in diebus feſtivis, in quibus ſuſpenditur interdictum vigore *c. alma.de ſent.excomm.in* 6. nam ibi non permittitur Extrema Unctio. Suar.*de cenſ.diſp.*33.*ſect.*1. *n.*41. Covar.*in d.c.alma.par.*2.*§.5.n.*16. contra Sylveſt. v.*interdictum n.*5. Paludan.*in 4.diſt.*18. *qu.8.n.*28.

Extrema ergo Unctio miniſtrari nequit perſonaliter interdictis in loco non interdicto, nec in loco interdicto miniſtrari poterit non interdictis. *c.reſponſo.de ſent.excomm.*

Ordo.

2590 Ordo non miniſtratur tempore interdicti.

TEmpore Interdicti non miniſtratur. *d.c.reſponſo.de ſent.excomm. c.alma mater.c.non eſt nobis. de ſent. excomm. in* 6. Itaut nequeant Clerici promoveri ad ſequentes Ordines. Abb. *in c.non eſt nobis. de ſponſalibus.* Covarr. *loc.cit. §.2.n.*4. contra Innocentium *in d.c.non eſt nobis. de ſponſalibus.*

Idque etiam in feſtivitatibus, in quibus ſuſpenditur interdictum vigore *cap. alma mater. de ſent.excomm.in* 6. Sed

Quid dicendum ſi Ordinatio ſit neceſſaria, ſcilicet nè deficiant miniſtri Sacramentorum?

2591 Secùs ſi deficiant miniſtri Sacramentorum.

DIcas tunc poſſe conferri Sacramentum Ordinis tempore interdicti; quia ſi eo tempore licet miniſtrare Sacramentum Pœnitentiæ, Baptiſmi, &c. licèt etiam conſtituere miniſtros, ſine quibus miniſtrari nequit; cùm enim liceat finis, licent media. *l.*2. *D.de juriſd. omn.jud.* Henriq.*lib.*13.*c.*45.*n.*4. Bonac.*de interdicto puncto* 3.*§.5.n.*3. Leand.dans VIII.DD.*q.*32. Gabr.à S.Vinc.*de cenſ.diſp.7.n.*38. Anton.à Sp.S. *tom.1.Directorii tr.*12.*n.*788. contra Covarr. *in c.alma.par.*2.*§.3.n.*4.

Sed quid de perſonaliter non interdictis?

2592 Perſonaliter non interdicti poſſunt Ordines recipere in loco non interdicto.

ISti valent ordines recipere in loco non interdicto, at non in loco interdicto. *c. ſi ſententia.*16. *de ſent. excomm. in* 6. Covar. *in c.alma. par.*2.*§.3.n.*4.

Sponſalia.

2593 Sponſalia valent iniri.

TEmpore interdicti etiam inter perſonas interdictas iniri valent, quia ſunt contractus. Suar. *loc.cit.* Anton.à Sp.S. *tom.*1.*Directorii tr.*12.*reſ.*790.

Matrimonium.

TEmpore interdicti iniri valet etiam licitè inter non interdictos ſpecialiter, & validè etiam inter interdictos nominatim perſonaliter; quia eſſentialiter eſt contractus & pro illo tempore nullatenus irritatur. Et ratio Sacramenti eſt acceſſoria illicitè recipienda ab indigno. Innoc. *in d. c.fin. de exceſſibus Prælatorum n.*7. Naver. *c.27.n.*170. Sanch. dans XXXIII DD. 7.*de matrim.diſp.*8. Pilaja *lib.4. ut ſupra.* Baſſæus v.*interdictum.*2.*n.*10. Diana *par.5.tract.*10.*reſol.*81. Anton.à Sp.S. *tom.1.Directorii tr.*12.*n.*790. Palaus *diſp.4. punct.4. §.1.n.*24. contra Ugolinum *c.7.n.*1. Sayrum *lib.5.de cenſ.c.7.n.*43. Suarium *de cenſ.diſp.*33 *ſect.*1.*n.*51.*&* 55. Gabr.à S.Vinc. *de cenſ. diſp.7. n.*39. ajentes validum non licitum matrimonium tempore interdicti, nec licere Parocho aſſiſtere matrimonio eo tempore. 2594 Matrimoniū validè non ſolùm initur à nominatim perſonaliter interdictis.

Patet noſtra ſententia ex *c. Capellanus, de feriis*, ubi quovis tempore matrimonium licet.

Benedictio Nuptialis.

NEquit fieri tempore interdicti ad inſtar Officii Divini tunc prohibiti. Verùm ſi privatim poſſint Miſſæ intereſſe tempore interdicti, nec ſint nominatim interdicti, nec dederint interdicto cauſam, eſt ſatis probabile poſſe recipere benedictionem nuptialem, ſicuti valent Miſſæ intereſſe. Suar. Baſſæus, Bonac. apud Anton.à Sp.S.*tom.*1.*Directorii tr.*12.*n.*790. 2595 Benedictio nuptialis nequit fieri.

Divina Officia.

§. II.

TEmpore interdicti prohibentur Divina Officia. *c.ſi ſententia. de ſent. excomm. in* 6. *c.non eſt nobis.de ſponſalibus.* 2596 Divina officia interdicuntur tempore interdicti.

Quid veniat nomine Divinorum Officiorum?

VEnit omnis ſolemnis publica communis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum actio inſtituta ad divinum honorem, obſequium, cultum; & ſic venit celebratio Sacrificii, oratio publica Canonica, ſivè ſit Divinum, ſivè Virginis, ſivè Defunctorum, &c. Officium, veniunt Litaniæ publicæ, benedictiones ſolemnes Templi, Palmarum, Candelarum, Cinerum, Aquæ fontis, Olei, & rerum in die Paſchatis; omnia namque hujuſmodi in divinum obſequium publicum inſtituta ſunt, non à perſonis, ut ſunt Eccleſiaſticæ exercentur. 2597 Quid nomine Divinorum officiorum.

Illa verò ſacra, quæ æquè à laicis confici poſſunt, non comprehenduntur, ut adoratio Crucis, benedictio Menſæ, ſalutatio Angelica, Litaniæ privatæ, & Officia, quæ recitantur à Confraternitate laica, nec aqua benedicta ſumpta in ingreſſu Eccleſiæ, nec recordatio animæ moribundi, nec orationes itinerantium; imò nec tunc temporis prædicatio prohibetur, ut enim excommunicati, ità interdicti non excludendi à verbo divino audiendo. *c.alma. de ſent. excomm.in* 6.Bonac.*de cenſ.puncto* 5.*n.*4.Navar. *c.27.n.*176.

Quid veniat nomine Eccleſiæ?

NOmine Eccleſiæ continentur omnes loci auctoritate Epiſcopi approbati, in quibus populus convenire publicè ex ſe valet. Covarr. *in c.alma.par.2.§.4.n.*2. 2598 Quid nomine Eccleſiæ.

An autem veniant Capellæ privatorum approbatæ ab Ordinario?

NEga. Covarr.*loc.cit.* Palaus *diſp.5.punct.*4. *§.2.n.*5. contra Navarr. *c.27.n.*125. Malletum *malleat.27.bractea* 11.Anton.à Sp.S.*to.*1. *Directorii tr.*12.*n.*767.Dianã, dantem XII.DD. 2599 Nō veniunt privata Oratoria.

par.5.tr.10. reſol.60. quia odia reſtringenda intra rigorem propriæ ſignificationis. Et Eccleſia cenſetur in communi acceptione, in qua omnes fideles convenire valent, & precepto ſatisfacere, qualia non ſunt Oratoria privatorum, licèt quòad decentiam loci ab Epiſcopo approbata. Trid. *ſeſſ.22. in decreto de celebr. Miſſarum.*

Quando in loco interdicto Divina celebrari valeant?

2900 Olim ſemel in hebdomada licebat celebrare.

OLim ſemel in hebdomada ad renovandam SS. Euchariſtiam celebrari permittebatur. *c. permittimus 17. de ſent. excomm.* etiam in generali locali interdicto.

Hodiè diſtinguendum eſt: nam vel interdictum eſt locale ſpeciale, vel locale generale.

2901 Nunc ſi interdictum eſt locale ſpeciale ſervatur, ut ſupra.

Si interdictum eſt locale ſpeciale, adhuc ſervatur jus antiquum, & licet tantùm ſemel in hebdomada ſacrificare ad conſervandam Euchariſtiam. *d. c. permittimus*, in hoc nullibi correcto. Baſſæus v. *interdictum. 2. n. 15.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii tr. 13. n. 779.* Palaus *de interdicto diſp. 5. puncto 4. §. 2. n. 10.*

2902 Si locale generale quotidie celebratur ſubmiſſa voce.

Si verò interdictum ſit locale generale; tunc ſingulis diebus peragi poſſunt divina in Eccleſia etiam Hoſpitali ſubmiſſa voce, hoc eſt nè ſentiatur extra Eccleſiam, januis clauſis, Campanis non pulſatis. *c. alma mater. de ſent. excomm. in 6.*

Qui tunc admittantur ad celebranda divina?

2903 Et tunc omnes Sacerdotes admittuntur.

OMnes Eccleſiaſtici etiam exteri Sacerdotes, ut contra Archidiaconum in *d. c. alma*, docet Palaus *diſp. 5. puncto 4. §. 2. n. 4.*

Sed difficultas eſt.

An admittantur Clerici conjugati.

2904 Et Clerici conjugati ſi Eccleſiæ inſerviunt.

DIſtinguitur: vel iſti ſerviunt Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, vel non.

Si ſerviant Eccleſiæ de mandato Epiſcopi; tunc veniunt nomine Eccleſiaſticorum, & poſſunt Sacerdotes iſtis uti in miniſterio divinorum. *c. alma mater. de ſent. excomm. in 6.*

Nec officit fani tantùm foro, & Canone *in c. un. de Cler. conjug. in 6.* nam hìc veniunt non ut Clerici conjugati, in qua exceptione loquitur textus *in d. c. un.* ſed ut miniſtri addicti divinis Officiis, quæ officia cùm ſint licita, licet etiam miniſtris exercere illa. *dict. c. alma mater.* DD. XIII. apud Leandr. *to. 4. tr. 15. diſp. 4. q. 41.* Diana *par. 5. tr. 10. reſ. 81.* dans V. DD. Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii tr. 12. n. 773.* contra Hurtadum, Trullenck, & alios.

Si verò Clerici conjugati non ſint addicti divino ſervitio; tunc de illis dicendum, quod de aliis Laicis mox expediemus.

An Laici innocentes admittantur unà cum Clericis ad divina Officia?

2905 Laici privilegiati unà cum familia admittuntur.

DIſtinguitur: vel ſunt perſonæ privilegiatæ, vel non.

Si ſunt perſonæ privilegiatæ, admittuntur unà cum familia, & domeſticis, quales ſunt, qui privilegiatum comitari ſolent, uxor, filii, famuli, &c. Malletus *malleatione 27. bractea. 13.* Baſſæus v. *interdictum 2. n. 17.* Avila *p. 5. de cenſuris diſp. 4. ſect. 2. n. 27.* Bonac. *tom. 1. diſp. 5. p. 4. n. 20.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. directorii tr. 12. n. 773.*

Qua ratione intereſſe valent unà cum Clericis *concluſ. 3.* Alterius *diſp. 5. de interdicto c. 2.* idque ex *c. licet nobis. de privilegiis in 6.*

2906 Secus non privilegiati.

Si verò perſonæ non ſint privilegiatæ; tunc excludendæ ſunt à divinis, etiamſi ſint innocentes, ut contra Federicum de Senis *conſ. 70.* docent XV. DD. quos dat Leander *tom. 4. tr. 5. diſp. 4. q. 18.* quia tantùm admittuntur privilegiati, quod eſſet privilegium vanum, ſi etiam ceteris poſſet admitti.

2907 Laicus miniſter divinorum admittitur.

Sed ſi aliquis Laicus eſſet miniſter divinorum, vel deficerent inſervientes; tunc Laicus ad inſerviendum Miſſæ admitti poſſet; quia conceſſo exercitio divinorum, conceduntur perſonæ neceſſariæ ad tale exercitium. Suarius *diſp. 34. ſect. 1. nu. 31.* Palaus *diſp. 5. p. 4. §. 2. nu. 16.* Diana *p. 5. tr. 10. reſ. 87.*

Qui excludantur?

2908 Excom., & dantes cauſam interdicto excluduntur.

EXcluduntur omnes excommunicati, & dantes cauſam interdicto, &c. etiamſi ſint Sacerdotes. *c. alma mater. de ſent. excom. in 6.*

An autem ceteri ſeculares excludantur?

2909 Requiſita, ut valeant in interdicto generali locali exerceri divina in Eccleſia.

AFfirmandum, patet ex dictis.

Explicantur requiſita in d. c. alma mater.

QUatuor requiruntur in generali interdicto locali, ut valeat divina exerceri in Eccleſiis.

Primum, ut celebrentur divina ſubmiſſa voce, hoc eſt ſine cantu. Navar. *c. 27. n. 174.* Covar. *in d. c. alma p. 2. §. 2. n. 7.*

Secundum, ut celebrentur divina januis clauſis, & indicat non januas obſerandas, ſed ità claudi, ut divina videri, & audiri nequeant ab interdictis; Nec interdicti valent per Eccleſiam tranſire. Omnes verò januæ debent claudi etiam clauſtri, ſi per clauſtrum ingreſſus patet ad Eccleſiam; itaut non ſit ſatis, ſi claudatur principalis.

Tertium eſt, ut non pulſentur campanæ, & intelligitur ad finem convocandi Populum ad divina, & nomine campanæ venit quodlibet ſignum, tunc ad Populum convocandum; cùm enim Populus nequeat intereſſe, nequit convocari ad divina: valent campanæ pulſari ad cetera, non Divina Officia Canonica: & ſic poſſunt pulſari campanæ ad indicandam Concionem, ſalutationem Angelicam, horas, ad comitandam Euchariſtiam infirmis, ad oſtendendas Reliquias, pro adventu Prælati, Regis; non enim iſta ſunt tunc Divina Officia prohibita. Poteſt etiam tintinnari, quando elevatur Euchariſtia; nam non tendit ad convocandum Populum, ſed ad captandam attentionem præſentium, & ad adorandum Dominum Jeſum Chriſtum. Hurtadus *de interdicto difficultate 7. n. 21.* Palaus *diſp. 4. p. 4. §. 2. n. 11. & 14.* qui tamen ſubſcribente Leandro *diſp. 4. qu. 25.* Anton. à Sp. S. *loc. cit. tr. 12. n. 775.* negat poſſe tintinnari tintinnabulum in elevatione Euchariſtiæ. Coninck *diſp. 17. dub. 2. n. 33.* Sayrus *lib. 5. c. 19.* Buſembaus *lib. 7. medulla c. 4.*

Quartum eſt, ut expellantur interdicti nominatim, & excommunicati.

Clericus autem, qui intereſſe poteſt divinis, convocari valet aliquo ſigno publico. DD. *cit.*

Dies in quibus tempore interdicti Eccleſiæ publicè patere debent?

§. III.

2910 Quibus diebus licitum publicè Eccleſiam aperire.

UT Populus ſqualore interdicti afflictus, ſublevetur, certis ſolemnitatibus admittitur ad divina, excluſis excommunicatis, & nominatim dantibus cauſam interdicto. *c. alma mater. 14. de ſent. excom. in 6.*

Et dies incipiunt à primis Veſperis, & ſic in Reſurrectione, à Vigilia in Miſſa, in qua Veſperæ ſolemnes celebrantur, ſed non ante ly *Gloria in excelſis.* Palaus *diſp. 5. p. 4. §. 2. n. 20.* Auſonius

Digitized by Google

nius v. *interdictum n.4.* & finem gratia recipit, cum ſolemnitate completorii ultimi diei. Diana *p.5. tr. 10. reſ.60.* Privilegium namque hoc ſolemnitatem afficit totam.

2911 Interdicti poſſunt inviti expelli.

Interdicti inviti poſſunt expelli, & ſi nolunt egredi, nec ſint excommunicati, poteſt Miſſa proſequi, ſecundum Gloſſam in Clem.2. v. *in expleta de ſent. excom.* Navar. *de orat. c.26. n.59.*

Dies autem ſunt, primo dies Nativitatis Domini. Secundo, Paſchatis Reſurrectionis. Tertio, Pentecoſtes. Quarto, Aſſumtionis. Quinto, Octava Corporis Chriſti. Sexto, Octava Immaculatæ Conceptionis pro ſola Hiſpania, ut teſtatur Navarrus *c. 27. num.* 182. ex conceſſione Leonis X.

Dies Natalis, Paſchatis, Pentecoſtes, in quibus hoc privilegium locum habet, ſunt illi tres, vel quatuor ſolemnes, ſecundum Bonac. *p. 4. n.14.* cum Soto, licèt ſolùm eſſe primum diem velit Suar. *de cenſuris diſp.34. ſect. 1. n.38.*

Privatio Sepulturæ Eccleſiaſticæ.

§. IV.

2912 Interdictum privat ſepultura Eccleſiaſtica.

HIc eſt tertius effectus interdicti, ut ſcilicet interdicti tempore interdicti localis, generalis, ſpecialis etiam in feſtis, in quibus, licet celebrare divina, ſecundum quoſdam priventur Eccleſiaſtica ſepultura, licèt ſint innocentes, & infantes. *c. quod in te.11.* ibi: *licèt per generale interdictum denegetur omnibus tam Unctio, quàm Eccleſiaſtica ſepultura. de pœnit. & remiſs. c. ut privilegia. de privilegiis. c. Epiſcoporum. de privilegiis in 6.* Clem. 1. *de ſepulturis.* Suarius *de cenſuris diſp. 35. ſect. 1. n.1.* Alterius *diſp.6. c.1.* citans tres DD. ut autem id funditus indagetur. Sit.

Quodnam interdictum privet ſepultura Eccleſiaſtica?

2913 Sive ſit generale locale, aut ſpeciale, ſive perſonale.

DUplex interdictum, primum generale locale, vel ſpeciale locale. Secundum perſonale.

Locale quodcumque ſit privat Eccleſiaſtica ſepultura. *c. quod in te.11. de pœnit. & remiſs.*

2914 Generale perſonale non privat ſepultura.

Interdictum perſonale generale, non privare Eccleſiaſtica ſepultura, quia tantùm excluduntur denunciati, ex Extravag. Martini V. *ad evitanda*, ajunt DD. X. quos dat, & ſequitur Leander *diſp.6. q.15. tom.2.* Murga dans XV. DD. *tom.2. diſquiſit.4. n.8.*

2915 Secùs ſi ſit perſonale nominatim.

Si verò Interdictum ſit perſonale nominatim; tunc perſonalitèr nominatim interdicti non ſepeliuntur in Eccleſia. *c. is, cui. 20. de ſent. excomm. c. Epiſcoporum. 16. de privilegiis in 6. Clem.2. de ſepulturis.* Ventriglia *in praxi rerum notabilium. adnotatione 52. n.21.* & DD. XXIX. quos dat, & ſequitur Murga *tom.2. diſq.4. n.1.*

An in diebus, quibus laici valent divinis intereſſe, poſſint ſepeliri in Eccleſia?

2916 Quando poſſunt divinis intereſſe, volent ſepeliri in Eccleſia.

AFfirma: nam ſumus in favorabilibus, & quando licet communicare viventibus, licet etiam communicare defunctis, excluſis excommunicatis, & perſonalitèr interdictis dantibus cauſam interdicto. Covarr. *in c. alma. p.2. §.5. n.6.* Navarr. *c.27. n.181.* Henriq. *lib.13. c.44. §.5.* Anton. à Sp. S. *tom.1. Directorii tr.12. n.292.* Diana *par. 5. tr. 10. reſ. 67.* & alii XIII. DD. quos dat, & ſequitur Murga *tom.2. diſq.4. n.5.* citans contra XI. DD. & etiam contra Bordonum *tom.2. lib.7. qu.16. c.4. n.44.* Leandrum *diſp. 6. qu. 13.* citantem XXVII. DD. Avilam *diſp.4. ſect.3. n.3.* Gloſſ. *in Clem.1. v. à jure.* ubi Immola *de ſepulturis.*

An laici habentes privilegium aſſiſtendi Divinis tempore interdicti poſſint ſepeliri in Eccleſia?

2917 Habentes privilegium aſſiſtendi divinis non poſſunt ſepeliri in Eccleſia.

NEga: quia in privilegiis non fit extenſio de uno ad alium effectum. *c. Epiſcoporum. de privilegiis.* Et eſt id ſpeciale in Clericis, ut tempore interdicti valeant ſepeliri in Eccleſia. *c. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* Ugolinus *tab.5. c.9. §.3.* contra Avilam *ſect.3. dub.4. concl.1.* Semper ac prohibentur divina in ordine ad ſepulturam; ergo, & ipſamet ſepultura. Secundo, quia eſt privilegium intereſſendi divinis, & mortuus non dicitur in divinis intereſſe officiis, eſſet enim extenſio, non facienda corrigendo jus commune. *d. c. Epiſcoporum. 8. de privilegiis in 6.*

An Clerici valeant ſepeliri in loco etiam ſpecialiter interdicto?

2918 Clerici valent ſepeliri in loco ſpecialiter interdicto.

AFfirma: ſi non ſint nominatim interdicti, nec violaverint interdictum, poſſe ſepeliri etiam cum Miſſa, & Officio. Tamburrinus *tom.2. de jure Abbatum diſp.17. quæſito 7. n.2.* Baſſæus v. *interdictum. n.25.* Rodriq. *tom.2. regularium. c.112. art.2.* Buſembaus 7. *medullæ c.4. dub.7.* Pellizzar. *tom.2. in manuali par.1. tr.8. c.5. n.167.* Lezana *tom.1. par.2. c.18. n.13.* Avila *par.5. diſp.4. ſect.3. dubit.2. concl.3.* contra Murgam citantem VII. DD. *tom. 2. diſquiſit. 2. num.1. & 4.* motum quia *in c. quod in te.11. de pœnit. & remiſſ.* id ſolùm conceditur in interdicto generali.

Probatur ex *c. quod in te. 11.* ibi: *conceditur tamen ex gratia, ut Clerici decedentes, qui tamen ſervaverint interdictum, in Cœmeteria Eccleſiæ ſine Campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus cum ſilentio tumulentur. de pœnit. & remiſſ. c. alma mater. de ſent. excomm. in 6. c. is, cui. 20. de ſent. excomm. in 6.* idque etiamſi ſint Clerici conjugati, dummodo fuerint miniſtri Eccleſiæ; nam tunc licèt non ut conjugati, tamen ut Eccleſiaſtici miniſtri divinorum, ut non excluduntur à divinis, ità nec à ſepultura: Et privilegia ſtatus Eccleſiaſtici amplianda ſunt; nam ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit, ut loquitur text. *in l. ſunt perſonæ. D. de relig. & ſumtiòns;* unde evaneſcit motivum Murgæ; & non ſolùm in generali, ſed etiam in ſpeciali locali interdicto Eccleſiaſtici miniſtri Eccleſiæ, & divinorum etiam Novitii ſepeliri valent in loco ſpecialiter interdicto: maximè ſi alius locus ſacer in illa Civitate deficiat. Leand. dans VIII. DD. *diſp.6. q.12.* contra Henriq. *lib.13. c.44. n.4.* ajentem Clericos conjugatos abſolutè tali privilegio ſepulturæ non frui.

An ſpecialiter nominatim interdicti dantes cauſam interdicto decedentes cum ſignis pœnitentiæ, ſepeliri valeant in loco ſacro?

2919 Et nominatim interdicti dantes cauſam interdicto valent ſepeliri in loco Sacro, ſi decedunt cum ſignis pœnitentiæ.

AFfirma. *c. is, cui. 20.* ibi: *non debet in Eccleſia, vel Cœmeterio, niſi pœnituerit ſepeliri.* ubi Ancharanus, Jo: Andreas, & Franc. *de ſent. excomm. in 6.* Baſſæus *tom. 1. v. interdictum. 2. n.23.* Diana *par. 5. tr.10. reſ.75.* Bonac. *de cenſ. diſp.5. qu.5. n.11.* ubi tamen ait debere abſolvi. Cornejus 3 *par. tr.5 de interdicto diſp. 2. §.4. quæſito 3.* Leander *tom.4. tr.5. diſp.7. qu.8.* Murga dans XI. DD. *tom.2. diſquiſit.4. dub.5. par.2.*

Itaut non ſit neceſſaria abſolutio ab interdicto in illo, qui deceſſit cum ſignis pœnitentiæ. Ancharanus, Joann. Andreas, & Franc. *in d. c. is, cui. 20.* Samuellius *de ſepult. tr.2. diſp.1. punct.15. concluſ.14.* Henriq. *lib.13. c.32. n.2.* Cornejus, &

Diana

Digitized by Google

Diana *loc.cit.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 7. *n.* 57. Murga *loc.cit. n.* 7. contra Suar. *de cenſ. diſp.* 38. *ſect.* 1. *n.* 21. Filliucc. *tr.* 18. *c.* 1. *q.* 5. *n.* 121. Leand. *loc.cit.* requirentes abſolutionem poſt mortem.

Patet ex *d.c.is, cui.* 20. *de ſent.excomm. in* 6. ubi excluditur à ſepultura, niſi pœnitoerit; ergo non excluditur, ſi eom pœnituit, & ſic à jure abſolvitur interdictum decedentibus cum ſignis pœnitentiæ.

An tranſacto interdicto poſſint, & debeant fideles exhumari, & ſepeliri in loco ſacro?

1920 Tranſacto interdicto fideles exhumantur, & ſepeliuntur in loco ſacro.

AFfirma: dummodo non fuerint excommunicati, & nominatim interdicti; nam nullibi hoc invenitur prohibitum, & de jure fidelis non prohibitus in loco ſacro ſepeliri debet. *c.* 1. *de ſepulturis in* 6. *c.nullus.* 13. *q.* 2. & notavi *II. Panton. num.* 118. Henriq. & Ugolinus apud Malletum *malleat.* 17. *bractea* 17. Leand. dans XIII. DD. *diſp.* 6. *qu.* 4. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *Directorii tr.* 12. *n.* 792. & *n.* 791.

Privatio ingreſſus Eccleſiæ.

§. V.

1921 Privatio ingreſſus Eccleſiæ non eſt ſpeciale interdictum, ſed effectus.

ESt quartus effectus interdicti perſonalis.

Non eſt hoc ſpeciale interdictum, ut vult Suarius *de cenſ. diſp.* 35. *ſect.* 4. Sed eſt effectus interdicti perſonalis, ut vult Burgolius *de interdicto par.* 6. *n.* 21. non enim rerum ſpecies multiplicandæ ſine cauſa. Et ſic perſonaliter interdictus nequit intereſſe divinis, abſolvere à peccatis in loco ſacro, qua ratione dicitur privatus ingreſſu Eccleſiæ. *c.is, cui eſt Eccleſia interdictus ingreſſus* (*cum ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa divinorum celebratio interdicta*) *irregularis efficitur, ſi contra interdictum hujusmodi divinis in ea ſe ingerat in ſuo agens officio, ſicut prius. Talis quoque ſi interdicto durante decedat: non debet in Eccleſia, vel Cæmeterio Eccleſiaſtico, niſi pœnituerit ſepeliri.* 20. *de ſent.excom. in* 6. *c.latorem.* 33. *q.* 2. Baſſæus v. *interdictum.* 2. *num.* 24. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *Directorii tr.* 12. *num.* 795.

1922 Materialiter Eccleſiam ingredi licet.

Poteſt tamen materialiter Eccleſiam ingredi, hoc eſt non in ordine ad intereſſendum divinis. *d. c.is, cui.* 20. ibi: *in ea ſe ingerat, in ſuo agens officio, ſicut prius. de ſent. excomm. in* 6. non enim cenſetur ingredi Eccleſiam, ut Eccleſia eſt, qui per eam tranſiturus ingreditur ſua negotia particularia acturus.

1923 Et quæ non ſunt divina officia in ea licet facere.

Valet etiam in Eccleſia abſolvere à cenſuris, eligere, conferre beneficia, audire conciones, diſputare, &c. quia hujusmodi non ſunt divina officia, interdicto ingreſſus Eccleſiæ comprehenſa. Navar. *c.* 27. *n.* 161. Suar. *diſp.* 3. *de cenſ. ſect.* 4. *n.* 23. Anton. à Sp. S. *tr.* 12. *directorii n.* 599. Leand. *q.* 11. 12. & 13.

1924 Extra Eccleſiam valet Miſſam audire.

Exiſtens tamen extra Eccleſiam poteſt audire Miſſam intra Eccleſiam; nam ſumus in pœnalibus, & licèt Miſſam audiat, non audit Miſſam intra Eccleſiam; nam in pœnalibus Eccleſia tantùm ſumitur pro parte interiori, nec comprehendit annexa, connexa. Sic Eccleſia polluitur, ſi intra Eccleſiam effundatur ſanguis, licèt gaudeat immunitate exiſtens in atrio, in Campanili, &c. facit textus *in c.latorem.* 33. *qu.* 2. ibi: *ante fores Baſilicæ ſtans orans.* Avila *de cenſ. par.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *dub.* 5. *concl.* 5. Henriq. *lib.* 13. *c.* 43. *in Gloſſa lit. R. n.* 2. contra Suarium *de cenſ. diſp.* 35. *ſect.* 4. *n.* 7. Leandr. *tr.* 5. *diſp.* 7. *q.* 1. & 3. dans XIV. DD.

Sed interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt extra Eccleſiam ſub dio, in tentoriis, Capellis privatis, Cœmeterio divina peragere, cùm id ei interdictum non ſit. *d.c.is, cui.* 20. ibi: *cenſeatur in ipſa divinorum celebratio interdicta. de ſent.excomm. in* 6. ubi Gloſſ. v. *in ea. c.in his. de privilegiis;* ubi poteſt celebrare in Altare portatili. Covarr. *in c.alma. par.* 2. §. 1. *n.* 3. Suarius *de cenſ. diſp.* 35. *ſect.* 4. *n.* 9. Leand. dans XII. DD. *diſp.* 7. *q.* 6. contra Villalobos *tom.* 1. *tr.* 19. *diffic.* 9. *n.* 5. negantem poſſe celebrari in Cœmeterio.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit inibi privatim orare, & Sacramenta recipere?

1925 Privatim valet orare, & recipere Sacramenta.

AFfirma: nam etiam excommunicatus poteſt privatim in Eccleſia orare. Receptio autem Sacramentorum, non eſt celebratio divinorum prohibita interdicto Eccleſiæ ingreſſu. *d.c.is, cui.* 20. ibi: *divinorum celebratio interdicta.* Diana *par.* 5. *tr.* 10. *reſ.* 73. & 74. Navar. *c.* 27. *n.* 170. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 7. *n.* 77. Bonac. *punct.* 5. *n.* 13. Palaus *diſp.* 5. *punct.* 4. §. 4. *n.* 7. contra Leandrum *tr.* 5. *diſp.* 7. *qu.* 9. & 10. citantem XII. DD.

An poſſit ſic interdictus ſepeliri in Eccleſia, vel Cœmeterio?

1926 Nequit ſepeliri in loco ſacro.

NEga: ſi decedat ſine ſignis pœnitentiæ. *c.is, cui.* 20. ibi: *talis quoque, ſi hoc interdicto durante decedat: non debet in Eccleſia, vel Cœmeterio Eccleſiaſtico, niſi pœnituerit, ſepeliri. de ſent.excom. in* 6. Idque etiamſi Cœmeterium non ſit Eccleſiæ contignum, nam id non exprimitur in *d.c.is, cui.* 20. ubi Gloſſ. v. *Cœmeterio.*

Nec officit nos ſupra decreviſſe in Cœmeterio poſſe Miſſam audire; ergo etiam ſepeliri; nam hoc, non illud prohibitum, & ſumus in pœnalibus non extendendis de loco ad locum, de caſu ad caſum. *c.odia. c.in pœnis. de reg. jur. in* 6. *l.fin. C.qui bonis cedere.* Diana *par.* 5. *tr.* 10. *reſ.* 74. Et hæc de effectibus interdicti. Nunc remanent tria alia diſquirenda. Primum culpa. Secundum pœna. Tertium, Juriſdictio pro tollendo interdicto, & ſic primo:

Culpa violantis Interdictum.

CAPUT VII.

1927 Peccat quis violando interdictum

VIolans interdictum poteſt eſſe Eccleſiaſticus, vel laicus obligationis, & pœnæ capax.

Eccleſiaſticus violare valet interdictum, ſi exerceat actum ordinis in loco interdicto, vel perſonaliter interdictus exercendo Divina Officia, miniſtrando Sacramenta, canendo in Choro per modum communitatis, benedicendo ſolenniter, ſed quæres.

An interdictus perſonaliter nominatim ſit evitandus?

1928 Perſonaliter nominatim interdictus, non eſt vitandus.

NEga: ſed tantùm non eſt ei cooperandum, nec eſt ſepeliendus. Clem. 1. *de ſepulturis;* unde ſi Sacerdos interdictus celebret, licitè alii ejus Miſſam audiunt, ſi non cooperentur celebranti. Clem. 1. *de ſepult.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 5. Hurtad. *de interdicto difficul.* 11.

1929 Eccleſiaſtici nequeunt coram interdictis celebrare.

Eccleſiaſtici tamen nequeunt coram interdictis celebrare, nec debent permittere interdictos nominatim celebrare, nam iſti ab Eccleſia repellendi. *c.alma mater.* 24. §. *nunc etiam. de ſent. excomm. in* 6. *c.non eſt nobis.* 11. *de ſponſalibus.*

1930 Clericus violans interdictum peccat graviter

Si Clericus violet interdictum locale, perſonale, generale, ſpeciale, ſingulare, ſive ſecularis, ſive regularis ſit, peccat mortaliter. Clem. 1. *de ſent.excomm. in* 6. Malletus *malleat.* 27. *bractea* 19. ſi violet exercendo Divina Officia, ſacrificii, miniſtrationis Sacramentorum, Sacramen-

mentallum, orationie Canonicæ. Sotus *in 4. diſt.22.q.3.art.1.concl.5.* Abb. *in c.fin.de exceſſib. Prælatorum.* Henriq. *lib.13.c.44.n.1.* Suarez *de cenſ. diſp. 34. ſect.4.num.3.* Bonac. *de interdicto punct.6.n.3.* Diana *par.5.tr.10.reſ.68.* Hurtadue *de interdicto difficult.10.n.35.* contra Sà v. *interdictum n.25.* ajentem in minoribue conſtitutum non peccare lethaliter præciſo ſcandalo,& contemtu. Cajetanum v. *interdicti violatio*, ajentem interdictum tantùm obligare Eccleſiaſticum, nè exerceat actum ordinis, quod non improbabile ait Zanderus *tom. 4. diſp. 6. qu. 10. dub. 8. n.102.* Si conſtitutus in minoribus exequator actum ſui ordinis æquè benè à laicis exercibilem, non dicitur per ſe exercere Divinum Officium, neo interdicto contravenire. Bonac. *de interdicto punct.7.n.4.* citans tres DD. Pelaus *diſp.5. punct.5.num.3.* contra Leandrum *diſp.8.qu.2.*

2931 Aliquando eſt veniale. Si Clericus aperiat januas, & ſonet Campanas ad convocandum Populum ad Divinum Officium, & deinde Divinum Officium non dicatur, non delinquit gravitèr; quia utrumque, ſcilicet ſonus Campanæ, & aperire januas cum Divino Officio tranſgrediendum eſt ad contrahendum lethale. Veniale etiam eſt parvo tempore januam apertam tenere, dum divina celebraatur. Suarez *de cenſ.diſp.34. ſect.4.n.12.* Filliucc. *tract.18.c.3. q.9. n.84.* Leander dans IX. alioe DD. *diſp 8.q.5.*

Celebrare Miſſam omiſſa nna ex minotibue circumſtantiie exigitie *in d.c. alma mater.* non eſſe mortale ait Turrianus *lib.5. de cenſ.diſp.49. dub.5.* Diana *par.5.tr.10.reſ.65.*

2932 Laici, quando peccent mortaliter. Laici in materia Sacramentorum tunc temporis prohibiti, violantes interdictum, peccant mortaliter. *c.1. de ſent.& re judic. in 6. c. is, cui.20.de ſent.excomm.in* 6. contra Suarium *loc. cit.ſect.2.* Alterium *diſp.8.c.1.*

Laici perſonaliter interdicti violantea interdictum, quo afficiuntur, peccant graviter. Navarr. *c.27.n.187.* Bonac. *de interdicto punct.7.n.1.* Malletue *malleat.27. bractea* 19. Anton. à Sp.S. *tom.1. Directorii tr.12.n.813.* contra Cajetanum v. *interdicti violatio*, ajentem ſolùm Clericos exercentes actum ordinis violare lethalitèr interdictum.

Sed ſi interdictum ſit locale generale, aut ſpeciale, ſingulare præciſo ſcandalo, & contemtu, laicus non peccet graviter, niſi vi locum Ingrediatur, aut nolit exire Eccleſiaſticis jubentibus, vel niſi cooperaretur ſe coram in loco interdicto ſolemniter celebrari Divina; nam obſervare locale interdictum directè afficit Clericoe, non laicos. Valentia *tom.4.diſp.7. qu.18. puncto* 2. Navar. *c.27.n.178.* Henriq. *lib.13.c.46. n.3.* Anton. à Sp.S. *loc.cit.tract.12.n.801.* citans X. DD. Chriſtophorus à S. Joſeph v. *cenſura de interdicto.n.7.* Diana *par.5.tr.10.reſ.62.* Malletue *malleat.27.bractea* 2.

Imò Henriquez *loc. cit.* citans IV. DD. putat nec peccare mortaliter laicum decipientem, dicendo janitori Clerico ſe Clericum, vel privilegiatum; nam ad ſummum eſſet mendacii peccatum, niſi æquivocet. Ceſſat enim tunc ſcandalum, & violentia, ratione cujue laicus mortaliter peccaret ſecundum Leandrum, citantem VI. DD. *diſp.8. qu.7.* unde mirandus eſt hìc Leander *diſp.8.q.8.* citane VIII. DD. & aſſerens talem laicum modo dicto decipiendo peccare lethaliter. Quodnam præceptum tranſgreditur? Si non eſt laico præceptum, nè interſit ſacro in loco interdicto; eſt enim tantùm Clericis interdictum, nè admittant laicos non privilegiatos ad Divina Officia in loco interdicto. *c.reſponſum. de ſent. excomm. c. non eſt nobis. de ſponſalibus.c.licet.de privilegiis in* 6.

Unde licitè laicum non interdictum poſſe Miſſæ intereſſe in loco interdicto, ait Cajetan. v. *interdicti violatio.* Navarr. *c.27. n.187.* Macadus *lib 1. par.3. tr.13. documento 11. n.2* Avila *par.5.de cenſ.diſp.5.dub.2.* Alterius *diſp.8.de interdictis c.3.* licèt eſſe veniale velint III. DD. apud Dianam *par.5.tr.10.reſ.68.* & eſſe mortale cum XIII. DD. velit Leander *diſp.8.q.9.*

Sepelire interdictum in loco non interdicto, vel in loco interdicto, & ſepelire non interdictum in loco interdicto eſt lethale. *c.is, cui. 20. c.alma mater.de ſent.excomm.in* 6.

Pœna violantis Interdictum.

CAPUT VIII.

2933 Quando Clericus violãs interdictum fiat irregularis. Violans interdictum, vel eſt laicus, vel Clericus ſecularis, aut Regularis.

Si Clericus violet interdictum exercendo actum ordinis, quando ipſe eſt perſonaliter interdictus, cùm celebrando ſcienter in Eccleſia nominatim interdicta, fit irregularis, cujus abſolutio eſt reſervata Papæ. *c.is, cui.18.§.ſi verò. c.is, cui.20. de ſent.excomm. in 6. c.1.de ſent. & re judicata in* 6. Generale namque eſt cenſura excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti innodatum exercendo actum ordinis, reddi irregularem. *c.is,cui.20.de ſent. excom.in* 6. Et irregularis ob dictam violationem interdicti tantùm à Summo Pontifici abſolvi. Patet ex *c.Apoſtolicæ. de Clerico excomm. miniſtr.* Fagnanus *in c.ſi quis. n.44.de Cler. excomm. miniſtr.* Suar. & Bonac. apud Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.7.n.29.* Anton. à Sp.S. *tom.1. Directorii tr.12.n.870.*

Interdictus verò ab ingreſſu Eccleſiæ celebrans extra Eccleſiam, ut non violat interdictum, ità nec eſt irregularis. Fagnanus *in c.vel non eſt compos.n.24.de temporibus Ordinationum.* Clericue etiam regularis violans interdictum, privatur voce activa, & paſſiva; itaut nec poſſit eligere, eligi, nec poſtulari. *c.is, cui.18. de ſent. excomm.in 6. c.cum inter.de electione.c.1. de poſtulatione Prælatorum.*

2934 Clericus violans interdictum locale ob exercitium Ordinis, eſt etiam ſuſpenſus ab officio. Tertio, Clericus violans interdictum locale per exercitium Ordinis Sacri, eſt etiam ſuſpenſus ab officio, beneficio, & juriſdictione. *c.tanta.de exceſſibus Prælatorum. c.poſtulaſtis.de Cler. excomm. miniſtr.* Covarr. *in c.alma. par.2. §.2. n.2.* Anton. à Sp.S. *tr.12.n.807.* contra Coninck *diſp.17.dub.4.n.70.* Hurtadum *difficult.12.n.35.* negentee ſuſpendi à juriſdictione.

Si verò non exerceat actum ordinie, ſed violet interdictum per alium actum; tunc non eſt irregularis, ſed eſt ſuſpenſue ab officio, juriſdictione, & beneficio. Palaus *diſp.5.punct.6.n.4.*

2935 Exemtus violans interdictum, cum præſumtione eſt ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ. Quarto, Clericus exemtus violans interdictum præſumendo ſcienter celebrare Divine in loco interdicto, vel coram interdicto non tolerato, eſt ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ ad arbitrium interdicentie. *c.Epiſcoporum.* ubi Ancharanue *de privileg.in* 6. Henriq. *lib.13. c.46. n.3.* Avila *lib.5.de cenſ. diſp.5. dub.4.concl.4.* ajentee hanc ſuſpenſionem non contrahere ſubditum non exemtum, quia ſumus in pœnalibue, & text. *in d. c.Epiſcoporum.* loquitur de exemtie, contra Gloſſ. *in d. c. Epiſcoporum. v.ingreſſum.*

Lean-

Leandrum citantem VIII. DD. *diſp.*8.*q.*15.

2916 *Regulares ſunt ipſo jure excom. non ſervantes interdictum.* Quinto, Clerici regulares ſunt excommunicati ipſo jure non ſervantes interdictum generale, vel ceſſationem à divinis, quando ſervatur à Matrice ubi degunt. *Clem.* 1. *&* 2. *de ſent. excomm.*

2937 *Et ſepelientes ſcienter interdictum.* Sexto, Clerici etiam regulares ſepelientes ſcientes interdictum, vel non interdictum in loco interdicto ſunt excommunicati. *Clem.* 1. *de ſepulturis.* Anton. à Sp. S. *tr.* 12. *n.* 807.

Laici.

2938 *Laici violantes interdictum nullam pœnam incurrunt.* Violantes quodlibet interdictum nullam contrahunt pœnam, licèt valeant arbitrariè puniri. *Clem. gravis. de ſent. excom.* Bonac. *de interdicto diſp.*7. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.*7. *n.*59. *&* 60. Anton. à Sp. S. *tr.* 12. *n.* 806. Pilaja *lib.*4. *doc.*10. *n.* 7.

2919 *Laici cogentes Eccleſiaſticos violare interdictum ſunt excom.* Si tamen laici cogerent Eccleſiaſticos ad celebrandum in locis interdictis, aut prohiberent miniſtros interdictos egredi, tunc eſſent excommunicati. *Clem.* 1. *&* 2. *de ſent. excomm. Clem.* 1. *de ſepulturis.* Malletus *malleat.* 27. *bractea* 20.

De Ceſſatione Interdicti.

CAPUT IX.

2940 *Ceſſatio interdicti.* Declinet ſermo, & in hujus materiæ occaſu interdicti extinctionem percurrat.

Qui tollat Interdictum.

§. I.

2941 *Qui fert, etiam tollere valet interdictum.* Epiſcopus, & omnis, qui ferre valet etiam interdictum tollere, vel ad tempus, vel abſolutè, vel ſub conditione; Res enim per cauſas, per quas naſcitur, diſſolvitur. *c.* 2. *de reg. jur.* Sed difficultas eſt.

An Epiſcopus poſſit tollere interdictum etiam locale abſolutè jure communi latum?

2942 *Epiſcopus tollit interdictum abſolutè latum jure communi.* Affirma: ſi non ſit reſervatum Summo Pontifici; nam eo ipſo, ac ſibi non reſervavit, nec eſt deductum ad forum contentioſum, cenſetur demandata habentibus contentioſam juriſdictionem facultas abſolvendi. *c. nuper. de ſent. excomm.* Suar. *diſp.* 38. *ſect.*2. *num.* 5. Coninck *diſp.*17. *num.* 76. Leand. dans VII. DD. *diſp.*10. *qu.*9. *&* 10. contra Henriq. *lib.*13. *c.*51. *num.*3.

An poſſit ſuſpendi interdictum à ferente, quoad unum, non quoad alterum effectum?

2943 *Interdictum valet ſuſpendi, quoad alium effectum.* Affirma: nam licèt jure communi interdictum habeat prædictos effectus, non tamen habet neceſſariò independenter à voluntate ferentis, nec jure conſtat non poſſe unum ſine altero ſuſpendi; unde poſſet interdici ingreſſus quoad ingreſſum Eccleſiæ, vel quoad divina, & ità etiam ſuſpendi quoad divina, non quoad ingreſſum Eccleſiæ, quoad ſepulturam, non quoad divina, &c. Navar. *c.*27. *n.*165. Suarez dicens certum *de cenſ. diſp.*38. *ſect.*3. *num.*5. Covarr. *in c. alma. par.*2. §. 2. *n.*4. Leand. dicens omnium *diſp.*10. *quæſt.*8. contra Palaum *diſp.*5. *punct.*7. §. 1. *n.*1. *&* 3. Anton. à Sp. S. *tr.*12. *n.*808. motos, quia effectus interdicti jure communi pullulant ex interdicto, cui juri nequit Papæ inferior derogare; cui motivo ſatisfactum eſt ex dictis.

Quomodo, & quando tollatur interdictum?

§. II.

2944 *Quomodo, & quando interdictum tollitur.* Interdictum, aut purè latum, aut ſub conditione, aut ad tempus, vel ambulatoriè.

Si purè latum, tollitur primo deſtructione rei interdictæ; nam ut nequit remanere accidens ſine ſubjecto, ità nec pœna interdicti ſine ſubjecto.

Subjectum autem hoc poteſt eſſe Communitas in interdicto generali, perſonali, & poteſt eſſe locus in interdicto locali Civitatis, Eccleſiæ.

Si interdicta ſit Communitas, Collegium; tunc deſtructa illa Communitate, ceſſat interdictum, unde deſtructo Capitulo, Collegio, Populo extinguitur ejus interdictum; nam non ampliùs remanent perſonæ Collegiales, Populares, Capitulares, etiamſi abſolutè perſonæ illius Collegii, quæ fuerint illius Communitatis, ſuperſint diſſoluta Communitate, dummodo non fuerint perſonæ nominatim, vel ſingulariter interdictæ dantes cauſam interdicto. Covarr. 2. *variar. c.*8. *n.*10. Suarez *diſp.*38. *ſect.*1. *n.* 15. *&* 16. Leand. dans VII. DD. *q.*6. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.*7. *n.*65.

Nec reviviſcit interdictum, licèt poſtea Communitas diſſoluta reuniatur, & reviviſcat; nam ſemel extinctum non reviviſcit, de privatione enim ad habitum naturalitèr non datur regreſſus. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.*65.

An autem id accidat, quando Eccleſia deſtructa ædificetur in eodem ſolo?

Sub Judice lis eſt: Tu marte tuo decidas.

Interdictum ſub conditione.

Interdictum latum ſub conditione tollitur conditione purificata ſine abſolutione conſtito, & declarato in actis conditionem eſſe purificatam, ſcilicet eſſe ſatisfactum parti, Reum diſceſſiſſe, correctum eſſe, ſi interdictum latum fuit ſub conditione, donec reſtituat, ſatisfaciat Eccleſiæ, donec Reus diſcedat, vel diſceſſerit melius. Pariſius *vol.*4. *conſ.*27. *n.* 46. Gloſſ. *in Clem.* 1. *v. donec. de pœnis.* ubi Ancharanus *v.*15. *nota*, & Immola. 2945 *Si Eccleſia interdicta deſtructa reædificetur, an reviviſcat interdictum.*

At pendente conditione nequit tolli niſi per abſolutionem. Sayrus, Coninck, Sà, Palaus, contra Suarium.

Interdictum ad tempus ceſſat lapſu temporis, ſed ante lapſum temporis non ceſſat, niſi per abſolutionem.

Interdictum ambulatorium diſcedente interdicto homine ceſſat, at antequam diſcedat non tollitur ſine abſolutione. Suar. Leand. Bonac. & alii.

Abſolutio datur ab interdicente, niſi alteri ſit reſervatum interdictum. 2946 *Interdictum ſub conditione tollitur ſine abſolutione purificata conditione.*

Locale verò interdictum deductum ad forum contentioſum abſolvitur à Superiore fori contentioſi, in qua abſolutione non requiritur juriſdictio Sacramentalis, ſed forenſis; quia locus, Communitas nequit Sacramentaliter abſolvi, cùm nequeat Sacramentum recipere.

Si verò Interdictum non ſit reſervatum, nec deductum, poteſt abſolvi à quolibet Confeſſario. *c. nuper. de ſent. excomm.* Suar. Pilaja, & alii. 2947 *A quo danda abſolutio*

Si interdictum non ſervetur ab illo, pro cujus favore latum eſt, ipſo jure tollitur. *c. perieſti.* 20. *de privileg.* ſcilicet ſi Epiſcopus interdicens non ſervet interdictum, ceſſat interdictum ipſo facto, puta ſi interdicta Eccleſia, & poſtea in dicta Eccleſia Officia Divina, Miſſam celebret. Forma abſolutionis non eſt jure expreſſa, ſatis eſt ſi ſenſibiliter exprimatur, perſonale per verbum *abſolvo*, locale per verbum *tollo*, *revoco*, *removeo interdictum in nomine Patris*, *& Filii*, *& Spiritus Sancti. Amen.* 2948 *Si interdictũ nõ ſervatur ab illo, pro quo datum eſt, ipſo jure tollitur.* 2949 *Forma non eſt jure expreſſa.*

De

De Interdictis in particulari.

CAPUT X.

2950 Interdicta in particulari enodantur.

Diſſeruimus communia, nunc particularia edat Oratio.

Primò Localia. Secundo Interdicta perſonalia.

Interdictum Generale Locale.

§. I.

2951 Interdictum Generale Locale.

PRimo ſunt interdicta Regna; Univerſitates, & Domini earum nolentes officium exercere, vel admittere Nuncium, aut Legatum Sedis Apoſtolicæ prætextu conſuetudinis. Bonac. *tom. 1. diſp. 5. de Interdicto p.* 8. *n.* 8. Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 8. *n.* 10. excipientes cum Suario repellentes Legatum ſine prætextu conſuetudinis. Filliucc. *tr.* 18. *c.* 6. *q.* 3. *n.* 137. Patet ex Extravaganti *ſuper gentes. de conſuetudine.*

Secuodo, interdicuotur Civitates, excepta Urbe, perſequentes Cardinales Eccleſiæ Romanæ, vel faventes, conſulentes, receptantes Reos. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 4. aſſerens cum Barboſa tale Interdictum ſolùm compreheodere Civitates, non autem oppida, villas.

Patet ex *c. felicis. de pœnis in* 6. ubi Barboſa *num.* 44.

Tertio, Civitates interdicuntur, ac privaotur dignitate Pontificali, ſi fortè ibi commoraos Curia Sede Romana vacante, in electione Papæ non ſervent præſcriptam formam in *c. ubi periculum. de electione in* 6.

Quarto, eſt interdicta Civitas, quæ vel cujus Rector, ant Dominus non tantùm electum, confirmatum, ſed conſecratum Diœceſanum propriom Epiſcopum percuſſerit, bando ſuppoſuerit, carceraverit, temerè occiſerit, vel hæc mandaverit, conſuluerit, aſſociaverit Reos ſcientèr aliamvè corporalem Injuriam intolerit. Navarrus *c.* 27. *n.* 67. Gab. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 7. & 8. concludentes non cootrahi dictum Interdictum, ſi Civis privatus dicta facinora edat.

Patet ex Clem. *ſi quis* 1. *de pœnis.* ubi Barboſa *n.* 6. Et debet eſſe terra una ex Diœceſi dicti Epiſcopi, non aotem altera terra.

Quinto, interdicuntur Univerſitates, & Loca admittentes alienigenas uſurarios publicos ad habitandum. *c.* 1. *de uſuris in* 6. non autem ſi ſint Cives dictæ Civitatis.

Sexto, interdicta eſt Civitas per ſe, vel per alium exigens à Clericis Gabellas, Pedagia &c. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 3. poſt Suarium, & alios.

Patet ex *c. quamquam. de cenſibus. in* 6. ubi Barboſa.

Interdictum Locale Particulare.

§. II.

2952 Interdictum Locale particulare.

PRimo eſt interdictus locus, ubi violeoter carceratur, vel captus iojurioſè detioetur Epiſcopus. Clem. *un. de pœnis.*

Secundo, eſt ioterdictus locus, ubi ſcienter eſt humatus hæreticus. *c. quicumque. de hæreticis in* 6.

Tertio, eſt interdicta Eccleſia, & Cœmeteriom Clerici, vel Regularis induceotis, pacto, juramento moribundum ad eligendam Sepulturam in propria Eccleſia, vel nè mutet electam, oec tollitur Interdictum, niſi ſatisfactum ſit alteri Eccleſiæ, etiam ooo petenti, & corpus defoncti ſi à dicta Eccleſia petatur. *c. animarum. de ſepulturis in* 6.

Non tamen eſt interdicta Eccleſia conſecrata ſimoniacè, nec polluta, qoia pollutio non interdictum reconciliatione tollitur. Suarius *de cenſuris diſp.* 37. *ſect.* 1. *n.* 27. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. num.* 16.

Interdictum Perſonale.

§. III.

2953 Interdictum Perſonale generale.

EX loco ad perſonas interdictas convertamus intuitum, & primo.

De Interdicto perſonali generali.

§. IV.

PRimo, interdicuotur Univerſitates, & Capitula circa fructus beneficii vacantis non ſervantes Conſtitutionem Joannis XXII. in Extravaganti, *Suſcepti regiminis. de ſede vacante.*

Secundo, ſunt interdictæ Univerſitates appellantes à Papa ad fururum Concilium. Bulla Cœnæ. *can.* 2.

Tertio, eſt interdictum Capitulum ſede vacante concedens intra annum dimiſſorias ad ordines, non arctatis beneficio recepto, vel recipiendo. Trid. *ſeſ.* 7. *de reform. c.* 10.

Quarto, ſuot interdictæ Univerſitates exigentes à Clericis tributa, decimas, taleas, vel occupantes bona Eccleſiæ. *c. quamquam. de cenſibus.. in* 6., quod licèt correctum deiode in *c. quamquam. de Immunitate*, adhuc eſt caſus Bullæ Cœnæ §. 10.

Quinto, ſunt interdictæ Univerſitates concedentes repreſalias adverſus Clericos, eorumque bona, niſi intra meoſem revocaverint, & interdictum eſt reſervatum Papæ. *c. un. de injuriis in* 6.

Sexto, ſunt interdictæ Univerſitates, & Collegia permittentia habitationem uſurariis publicis alienigenis. *c.* 1. *de uſuris in* 6.

Interdictum perſonale particulare.

§. V.

2954 Interdictum perſonale particulare.

PRimo, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ Cardinales, Epiſcopi, Prælati, excommunicatis aliis excommunicatione reſervata Papæ, committentes ſimoniam confidentialem. ex Bulla Pii IV. incipit *Romanum Pontificem.* 87. ibi: *Cardinalibus videlicèt, & aliis Prælatis in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub Interdicto Ingreſſus Eccleſiæ, reliquis verò ſub majoris Excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, non niſi à Pontifice, &c.*

Secundo, omnes Epiſcopi, & Superiores uſurpaotes bona Eccleſiarum, & beneficiorum vacantium, vel fructus eorum, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ſatisfecerint. *c. præſenti. de officio ordinarii in* 6. Suar. *de cenſuris diſp.* 37. *ſect.* 1. *n.* 2. Anton. à Sp. S. *p.* 2. *directorii tr.* 12. *ſect.* 9. *n.* 3. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 8. *n.* 38. Dicaſtill. *tr.* 10. *de cenſuris diſp.* 5. *n.* 284.

Tertio, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ (id enim ſonat ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, & Divinis activè, & paſſivè, etiam extra Eccleſiam) omnes Judices temerè noo ſervantes in ferendis cenſuris formam præſcriptam in *c.* 1. *de ſent. excom. in* 6. qua pœna Epiſcopus, ibi non expreſſus, non ligatur. *c. quia periculoſum. de ſent. excom. in* 6.

Qoarto, eſt jure interdictus, non à divinis, ſed ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem Judex præſomens ferre ſententiam excommunicationis, non præmiſſa legitima monitiooe coram teſtibus, & cauſa excommunicationis non expreſſa in ſcriptis. *c. ſacro. de ſent. excom. c.* 1. *de ſent. excom. in* 6. Suar. *loc. cit. n.* 1. 2. & 3. *tom.* 1.

*diſp.5.de interdicto lib.*8.*n.*17. Ant. à Sp. S. *loc. cit.n.*1.*&* 2. Gabr.à S.Vinc.*loc.cit. n.*25. Dicaſtill. *loc.cit.n.*297.

Metropolita, vel ſuffraganeus non deferentes non reſidentem ad Papam.

1955 Quinto, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ Metropolitæ, non deferentes per literas, vel per nuncium infra tres menſes Suffraganeum, & Suffraganeus antiquior non deferens ad Papam Metropolitam, non reſidentem per annum. Trid.*ſeſſ.6.de reform.c.*1. *v.creſcente vero.* Bonac.*loc.cit.num.*22. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit. n.*31. Dicaſtillus *loc.cit.n.*304.

Recipientes aliquid in Viſitatione contra Jura.

1956 Sexto, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ Epiſcopi, & Superiores viſitando recipientes aliquid contra Conſtitutionem Innocentii III. in *c.Romana. c.felicis c. exigit. de cenſibus in* 6. ſi infra duos menſes, non reſtituant acceptum in duplum. Extravagans *unica. de cenſibus inter communes.* Trid.*ſeſ.*24. *c.*3. *de refor.* Suarez *loc.cit.n.*7.Anton.à Sp.S. *loc.cit. n.*5. Bonac. *loc.cit.n.*18.

Alienans contra formam Extravag. Ambitioſæ.

1957 Septimo, eſt interdictus Epiſcopus, vel Abbas alienans bona Eccleſiaſtica, contra formam Extravagantis *ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* ibi: *Pontificali, vel Abbatiali fulget dignitate, ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus.*

Acquirens poſſeſſionem beneficii de manu Laici.

1958 Octavo, eſt interdictus recipiens dignitatem Eccleſiaſticam, vel Abbatiam, & Epiſcopatum, cum acquiſitione poſſeſſionis de manu Laici, donec dimittat acceptum. *c.ſi quis deinceps.*16. Suarez *loc.cit.n.*9. Bonac. *loc.cit. n.*14. Gabr.à S.Vinc.*loc.cit. n.*26. Anton. à Sp.S. *loc. cit.n.*6. Dicaſtillus *loc.cit.n.*293.

Privantes beneficiis officiales Curiæ Romanæ.

1959 Nono, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ Judices, & ceteri cooperantes, privando beneficiis officiales Curiæ Romanæ, vel eo pergentes pro ſuis negotiis, & ſunt etiam interdicti beneficia illa recipientes; quod interdictum non eſt reſervatum Papæ. Suarez *loc.cit. num.*8. Bonac.*loc.cit.n.*20. Gabr.à S.Vinc. *n.*29.Bonac. *loc.cit.num.*20. Dicaſtill.*loc.cit.n.*300.*&* 301.

Patet ex Extravaganti *un.de cenſib.*& ex Extravaganti *divina.*2.*de privilegiis.*

Dantes cauſam interdicto.

1960 Decimo, ſunt interdicti perſonalitèr ab ingreſſu Eccleſiæ omnes dantes cauſam Interdicto etiam locali, qui nequeunt intereſſe ſacris in loco interdicto, nec alibi. *c.ſi ſententia. de ſent.excom.in* 6.

Violantes interdictum locale.

1961 Undecimo, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ omnes Eccleſiaſtici, Seculares, Regulares etiam exemti, ſcientèr violantes interdictum locale, & omnes admittentes publicè excommunicatos, & nominatim perſonalitèr interdictos ad divina, & ſepulturam. *c. Epiſcoporum. de privilegiis in* 6. Clem.1.*de ſent. excom.* Suarius *loc.cit.n.*20. Anton.à Sp.S. *loc.cit. nu.*4. Bonac.*loc.cit.n.*19. Gabr.à S.Vinc. *loc.cit. n.*30. Dicaſtillus *loc.cit.n.*299.

Edentes cōmentaria ad Tridentinū.

1962 Duodecimo, Prælati edentes Commentaria in Tridentinum ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, licèt alii edentes ſine licentia Papæ quæcumque etiam doctrinalia Commentaria, Gloſſemata, Annotamentata ex profeſſo, non tamen incidentèr explicantes aliam doctrinam, ſunt excommunicati. Bulla Pii IV. inſerta in Trid. incipit: *Benedictus Deus*. Anton. à Sp.S. *loc. cit. num.* 9. Bonac. *loc.cit.num.*21. Gabr. à S.Vinc.*n.*22. ubi non ſunt prohibitæ Judicibus in caſibus occurrentibus interpretrationes;nam tunc nihil edunt, tantùmque cauſæ veram deciſionem inquirunt.

Decimotertio, ſunt ſuſpenſi, hoc eſt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, non inveſtientes in ſtabilibus pecuniam, & mobilia relicta cum perpetuo onere Miſſarum, quam interim debent deponere in loco tuto, & prohibentur recipere onera perpetua Miſſarum ſine licentia in ſcriptis Ordinarii, ſecularibus ſub interdicto ab Eccleſiæ ingreſſu, & Regularibus ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ; idque ex decreto Sacræ Congregationis de mandato Urbani VIII. Gabr. à S.Vinc.*loc.cit.n.*4. 1963

Non inveſtientes in ſtabilibus pecuniam,& mobilia relicta pro onere Miſſarum.

Decimoquarto tandem, ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ Eccleſiaſtici in ſacris fornicarii. *c. ſi quis ſunt. diſt.* 81. ubi Barboſa. Dicaſtill. *loc. cit. n.* 306. licèt tale interdictum abrogatum contraria conſuetudine unà cum ſuſpenſione contra publicos concubinarios voluerit Bonacina *loc. cit. quæſt.* 2. cui repugnat Barboſa *loc.cit.* 1964

Eccleſiaſtici fornicarii.

Quando Interdictum contractum ſit ſervandum ab aliis.

§. VI.

Principium.

NOn eſt evitandus nominatim ſpecialitèr non interdictus, ut non eſt evitandus excommunicatus toleratus. 1965

Non nominatim ſpecialiter interdictus nō eſt vitaodus

Patet ex Extravaganti *ad evitanda*, qua in hoc videtur moderata diſpoſitio capituli *alma mater. de ſentent. excom.in* 6. ubi arcentur omnes excommunicati, & dantes cauſam interdicto,& interdicti etiam non nominati. Dicaſtill. *tr.*10.*de cenſuris dub.*6.*num.*283. *&* 291. Suarez *diſp.*37.*ſect.*2.*in fine.*Coninck *diſp.*7.*dub.*5.Gabr. à S.Vinc.*de cenſuris diſp.*8. *n.*77.*&* 78.

Hinc Interdictum latum in *c. omnis utriuſq. ſexus.de pænit.& remiſſ.* etiamſi ſit per edictum affixum, aut per cedulones, non cogit alios ad evitandum, non communicantem in Paſchate, ſi in Cedulone non nominetur.

Ex his etiam colligitur.

Quod Interdictum ſit ſervandum?

DIſtinguas Locale à perſonali, denunciatum nominatim à non denunciato interdicto, & concludas. 1966

Interdictum locale denunciatum eſt ſervandum.

Primo, interdictum locale generale, & ſpeciale denunciatum ſervandum eſſe, non verò non denunciatum. Suarez *loc. cit.* Dicaſtill. *loc. cit.* Coninck *loc. cit.*

Patet ex Extravaganti *ad evitanda*, adeòque celebrans in loco interdicto, non denunciato, non fit irregularis. Suarez *loc.cit.ſect.*4.*num.*14. Dicaſtill. *loc.cit. n.* 254. *&* 255. dicens nec eſſe irregularem celebrantem coram denunciato, interdicto, ſuſpenſo, & excommunicato; quia jure non eſt talis irregularitas expreſſa.

Unde à loco interdicto ante denunciationem, nemo tenetur abſtinere. Suarez *diſp.* 37. *ſect.*2.*n.*1.Gabr.à S.Vinc.*diſp.*8.*n.*77.*&* 78.

Secundo, ſi denunciatum interdictum ſit perſonale generale, puta Populi, vel non communicantis in Paſchate juxtà capitulum *omnis utriuſque ſexus. de pænit. & remiſſ.* tunc non ſufficit, ut evitetur particularis in individuo, non denunciatus; nam denunciatio Populi, Capituli, eſt generica, adeoque confuſa, indifferens; genus enim indifferens eſt ad plura, & ſententia indifferens generica, non determinata circa particulares, qui ſunt incerti, confuſi, tranſeuntes indeterminati; adeòque in illa non ſunt nominatim expreſſi particulares; quia ſi particulares in illa eſſent nominatim expreſſi. 1967

Ob interdictū perſonale generale nō eſt evitanda perſona in individuo.

non

non eſſent indeterminati, tranſeuntes, ſed determinati; adeoque illa ſententia non ſunt denunciati in individuo, nec evitandi, niſi individualitèr exprimantur: ut patet ſi excommunicentur fures deferentes arma, non ſunt evitandi, qui nominatim non exprimuntur. dicta Extravagans *ad evitanda*. Dicaſtill. *loc. cit. dub.5. n. 263. & 262.* qui cum Suario. *loc. cit. n.291.* aſſerit in interdicto generali perſonali ob crimen communitatis, perſonaliter interdici, non innocentes, ſed dantes culpabilem cauſam interdicto; idemque tuetur de Interdicto generali locali. Tu verò rem profundiùs conſidera, & decidas juxtà mentem Summi Pontificis.

An autem perſonalitèr nominatim interdictus ſit evitandus ad inſtar excommunicati?

2968 Nominatim interdictus, non eſt vitandus, ut excommunicatus, niſi in caſibus expreſſis.

NEga, exceptis caſibus jure expreſſis, ſatiſque eſt ei non cooperari, nec eum tumulari. Hurtadus *de interdicto difficult.* 11. Dicaſtill. *loc.cit.n.*260.

Patet ex Clem. 1. ibi: *aut nominatim interdictos ſcientèr ſepelire præſumunt. de ſepulturis*, ideoque poteſt quis communicare interdicto in ſocietate humana, ei ſacrificanti intereſſe, & ei aſſiſtere ſacro; nam nullibi prohibitum, ſi non cooperetur ſacrificanti; nec interdictus inducatur ad ſacrificandum, ad audiendam Miſſam.

De Ceſſatione à Divinis.

TITULUS XV.

2969 Caſſatio à Divinis.

IN ſignum mœroris gementes ſuſpendebant Iſraelitæ organa in ſalicibus. Pſalm. 136. deſiiit à celebrandis divinis, & organa laudis ſuſpendit Eccleſia, ut contumaces ſubditi reſipiſcant Eccleſiæ ſatisfaciendo. Suarius *de cenſuris diſp.* 39. *ſect.*2. Maure *p.2. examinis c.* 19. *§.1. num.*1.

Quid, & quotuplex ſit Ceſſatio à divinis?

CAPUT I.

2970 Definitur.

EST miniſtros Eccleſiæ deſiſtere à divinis officiis, à quibuſdam Sacramentis, & à ſepultura miniſtrandis. Navar. *c.27. n.27. n.*128. Suarius *diſp.39. ſect.1. n.5.* Anton. à Sp.S. *tr.13. num.*339.

Eſt triplex. Eſt triplex, Generalis, Specialis, Individualis. Clem. 5. *de verb.ſign.*

Generalis. Generalis afficit Regnum, Provinciam, Civitatem, Oppidum. Clem. 1. *de ſent. excom. c. ſi Canonici. c. quamvis. de officio ordinarii in* 6.

Specialis. Specialis afficit locum continentem ſub ſe plura individua, puta unam Eccleſiam, ſub qua ſunt plures capellæ. *c. dilectis. de appellat.* Clem. 1. *de ſent. excom.*

Individualis. Individualis eſt, ſi in aliqua Capella ceſſetur à divinis.

2971 Quid afficit caſſatio à Divinis.

Ceſſatio à Divinis afficit non tantùm locum, non tantùm perſonam, ſed perſonam in loco, nè ſcilicet in tali loco divina exequatur, licèt veluti principalis locus inſpiciatur, in quo nemo divina exequi valet, cùm Eccleſiaſtici in aliis locis poſſint celebrare. Suarius *loc. cit. num.* 9.

An ſit cenſura Ceſſatio à Divinis?

§. I.

2972 Dicunt eſſe cenſuram.

AFfirmandum videtur ex dictis; nam eſt pœna per ſe Eccleſiaſtica tendens ad correctionem ſubditi. Covar. in *c. alma mater. p.2. §.2. in princ.* Sotus *in 4. diſt.22. q.3. art.5.* Molina *tr.3. de juſtitia. q.* 8. Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris diſp.12. n.6.* Chriſtophorus à S. Joſeph *de ceſſatione à divinis dub. 1. n.4.* Cornejus, & Petrus Ledeſma apud Leandrum *tom.4. tr.1. de cenſuris diſp.1. q.3. & 7.* contra Suarium *de cenſuris diſp.39. ſect.2. n.14.* Anton. à Sp.S. *tr.13. nu.*345. Leandrum *loc. cit. q.6.* Pellizzarium *to.2. tr.7. c.4. ſect.3. q.5. num.97.* Navarr. *in ſumma c.27. n.164.* Leandrum *loc. cit. diſp.2. q.6.*

An differat ab Interdicto?

2973 Differt ab interdicto.

AFfirma: ex Clem. 1. *de ſent. excom.* contra Navarrum *c.27. n.64.* & Sylveſtrum *v. Interdictum. 1. q. 1.* volentes eſſe ſpeciem interdicti.

Differt autem primo, quia violans Interdictum, non autem violans ceſſationem à divinis per actum ordinis, eſt irregularis, licèt uterque peccet; nam irregularitas eſt expreſſa contra violantem interdictum, non contra violantem ceſſationem à divinis per actum ordinis. Gloſ. *in c. ſi Canonici. v. ceſſare. de officio ordinarii in* 6. Sylveſt. v. *interdictum 1. §. 1. & v. ceſſatio. §.5.* Suarius *diſp.39. ſect.1. n.8.* Sayrus *lib.5. c.17. n.8.* Leand. *tom.4. tr.3. diſp.1. q.7. &* 8. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Alterius *diſp.2. de interdictis c. 2.* Murga *tom. 2. diſquiſit. 4. dub.2. num.6.*

2974 Violantes ceſſationem à Divinis non eſt irregularis.

Hinc Clerici tranſgredientes ceſſationem à divinis etiam per exercitium ordinis, nullam contrahunt pœnam jure expreſſam, & multò minus irregularitatem non contrahendam, niſi expreſſam à jure. *c. is, cui. 20. de ſent. excom. in* 6. Diaz *c.33. v. ſed quæſtio eſt.* Anton. à Sp.S. *tr.53. n.* 345. licèt Regulares tranſgredientes ceſſationem ſint excommunicati, non tamen reſervatæ cenſuræ. Clem. *ex frequenti. de ſent. excom.*

2975 Ceſſatio ab homine imponitur.

Secundo differt, quia interdictum etiam jure imponitur. *c. quamquam. 4. de cenſibus.* Clem. 1. *de pœnis*, non autem ceſſatio à divinis, quæ à Judice imponitur, & ideò facti appellatur ab Abbate in *c. dilectis. n.8. de appellat.* Toletus *de interdicto. c.23. n.5.*

2976 Nequit eſſe perſonalis individualis.

Tertio differt, quia interdictum poteſt eſſe merè locale, merè perſonale, & poteſt abſolvi quando eſt perſonale individuale per abſolutionem, etiam in Sacramento Pœnitentiæ. Ceſſatio à divinis autem nequit eſſe perſonalis individualis.

Quid requiratur, ut Ceſſatio validè indicatur?

§. II.

2977 Requiritur delictũ graviſſimum.

PRimo requiritur delictum graviſſimum, manifeſtum ob injuriam factam Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis. Clem. 5. *de ſent. excom. c. irrefragabili. §. cæterum. de officio ordinarii.*

2978 Eſt exprimenda literis Patentibus cum ſigillo, & cauſa.

Secundo, debet exprimi patentibus literis, vel publico inſtrumento, ſigillo munitis, cauſa ceſſationis expreſſa. *c. ſi Canonici.* ibi: *ceſſationis ipſius cauſam exprimant. c. quamvis.* 8. *de officio ordinarii in* 6. Suarius *diſp.39. n.7.* Henriq. *lib.13. c.52. n.3.* Avila *p.6. de cenſuris diſp.2. dub.2.* Sayrus *lib.5. c.18.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris diſp.52. n.32.* Leand. *loc. cit. q.52.*

2979 Reus eſt monendus.

Tertio, debet moneri Reus, an velit ſatisfacere. *c. quamvis. de officio ordinarii in* 6. ubi Gloſ. & Joann. Andreas, Suarius *diſp. 39. ſect.3. n.3.* Anton. à Sp. S. *tr. 13. n.353.* ajentem nullam eſſe cenſuram ceſſationis, ſi dicta non ſerventur.

Lata ceſſatione à Divinis, quid à partibus agendum?

2980 Partes debent intra menſem adire Romam poſt latam ceſſationem.

INtra menſem, niſi partes coocordeot, debeot recurrere ad Sedem Apoſtolicam. *dicto c. quamvis.*

Quod ſi non recurrant, diſtinguendom eſt; vel noo recurrit ille, qui ceſſat, vel oon recurrit ille, cootra quem ceſſatur, vel cujus culpa lata eſt ceſſatio.

2981 Si qui illam tulit non adeat, ceſſatio evaneſcit.

Si non petat Sedem Apoſtolicam ille, qui ceſſat, ipſo jure evaneſcit ceſſatio à divinis. *d. c. quamvis. de officio ordinarii in 6.*

Si verò non recurrat ad Papam ille, cujus culpa lata eſt ceſſatio; tunc durat ceſſatio à divinis. *d. c. quamvis.* Soar. *de cenſuris diſp.* 39. *ſect.* 3. *n.* 14. Avila *p.* 6. *diſp.* 2. *dub.* 2. Sotus, & Bonac. quem ſeqnitur Palaos *diſp.* 5. *p.* 9. *§.* 3. *n.* 4.

Sed difficultas eſt.

An tranſacto menſe ad recurſum ad Papam, adhuc poſſint partes concordare, & ſic poſſit tolli ceſſatio?

2982 Valent partes etiam tranſacto menſe concordare, & ſic tollitur ceſſatio.

AFfirma, quia ad id tendit recurſus ad Papam, ut ſcilicet illius vexatiooe partes concordeot, & ſic tollatur ceſſatio. *d. c. quamvis. de offic. ordinarii in 6.*

Effectus ceſſationis à Divinis.

CAPUT II.

2983 Effectus ceſſationis à Divinis.

TRes effectus numerantur ceſſationis à divinis.

Primos, deſiſtere à publica divinorum ſolemni celebratione.

Secundus, privatio quorundam Sacramentorum.

Tertios, carentia Sacræ Sepulturæ.

2984 Poteſt unus, non alter intendi.

Ex qoibos effectibus poteſt Epiſcopus unum ab alio ſeparare, & ſic ceſſare à minoiſtrandis Sacramentis, non à divinis officiis; oam nullibi oppoſitum ſancitum, nec reſervata Pontifici ioſeparabilitas illorum. *c. perlatum. de jure patronatus.* Suarius, Filliucc. & alii, quibus ſubſcribit Gabr. à S. Vioc. *de cenſuris diſp.* 12. *n.* 19. contra Palaum *diſp.* 5. *p.* 9. *§.* 2. *n.* 2. Antoo. à Sp. S. *tr.* 13. *n.* 359. ſingulos percorramus effectus.

Deſiſtere à ſolemni celebratione divinorum.

§. I.

2985 Impedit ſolemnem celebrationem Divinorum.

ESt primos, ac principalis effectus ceſſationis à divinis, & ſic nequeunt recitari, niſi privatim horæ Canonicæ, Miſſæ celebrari, Proceſſiones fieri, Campanæ ſonari ad divina Officia, quamvis abſolutè pulſatio Campanarum, noo ſit prohibita: licet tameo io geoerali ceſſatione celebrare ſubmiſſa voce, ut tempore generalis interdicti.

Primo, quia eſt probabilis ſententia dicentium ceſſationem numerari inter ſpecies interdicti, ut ex dictis patet.

Secuodo, qnia licèt ſint diverſæ cenſuræ, ſunt tamen ioter ſe connexæ. *c. ſi Canonici. de officio Ordinarii in* 6. Et connexorum idem judicium. *l.* 3. *§. judicio contrario. D. de contraria actione tutelæ. l. proinde. D. ad l. Aquil. c. translato. de conſtitutionibus.*

Tertio, quia ſumus in favorabilibos, in quibus valet exteoſio, maximè in habentibos aliquam aſſimilationem, ot ceſſatio, & interdictum. Paludan. io 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 3. *n.* 38. Navar. *c.* 27. *n.* 189. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1. Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 12. *q.* 3. *num.* 15. & 17.

Hinc octavo quoque die celebrari valet ad renovandam Euchariſtiam. *c. permittimus. de ſent. excomm.* Secundo poſſunt ſolemnia, & publica celebrari divina in diebus permiſſis in *c. alma. de ſent. excom. in* 6. nbi Covar. *p.* 2. *§.* 5. *num.* 3. idque conſuetudine receptum, ut vult Henriq. *lib.* 13. *c.* 53. Navar. *c.* 27. *n.* 133. Gabr. à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 12. *num.* 22. cootra Suarium *diſp.* 39. *ſect.* 7. *n.* 7. Filliucc. *tr.* 18. *c.* 6. *qu.* 6. *n.* 161. ajentes tempore ceſſatiools noo celebraodum vigore *cap. alma mater.* quia ut arguit Suarez *ex c. ſi Canonici. §. ſi autem. de officio ordinarii. in* 6. ſuot diſtribueodæ diſtributiones Clericis à dantibus cauſam ceſſationis; ergo tempore ceſſatioois Clerici non celebrant. Quæ ratio non evincit; nam multæ diſtributiones dantur publicè celebraotibus divina officia, exeqnias &c. quibus carent tempore ceſſationis. Tertio, quia in interdicto ſingulari, ità in ceſſatione non peragontur divina officia, ſed ſolùm renovatur Eochariſtia ſemel per hebdomadam. *c. permittimus* 57. *de ſent. excom.* — 2986 Licet intra octo dies celebrare ad renovādam Euchariſtiā.

Sed

Quid dicendum de habentibus privilegium tempore interdicti intereſſendi divinis?

2987 An habens privilegium intereſſendi tempore interdicti, poſſit illo uti in ceſſatione

DIſtinguitur: vel volt ſequi opinionem, ceſſationem confundi cum Interdicto, de qua ſupra, & poteſt intereſſe divinis: vel vult ſeqoi opioionem non confundi ceſſationem cum interdicto; & tunc ſi velit uti, qoòd conoexorum idem judicium, qoòd favores ſunt ampliandi, adhuc poteſt intereſſe divinis. Si verò velit uti alio principio, ſcilicet privilegia non exteodi; tunc nequit divinis iotereſſe. Navar. *c.* 27. *n.* 188. Bonac. *de interdicto punct.* 1. *num.* 4. Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 12. *de cenſ. n.* 9. *in fine.*

Privatio quorundam Sacramentorum.

§. II.

HIc eſt ſecundus effectus, qui ſequitur ceſſationem à divinis ad inſtar interdicti, ſed habet locum tempore ceſſatioois, quia Sacramenta oumerantur inter Divina Officia. *c. non eſt nobis. de ſponſalibus,* & ſic

2988 Tempore ceſſationis, licet miniſtrare Baptiſmum.

Primo, miniſtrari valet Baptiſmus infaotibus, & adultis omni ſolemnitate. *c. non eſt nobis,* ubi Abb. *n.* 18. *de ſponſalibus. c. quoniam.* 19. *de ſent. excomm. in* 6. Suar. *de cenſ. diſp.* 39. *ſect.* 2. *n.* 22. & 23.

2989 Et Confirmationem.

Secuodo, miniſtratur Confirmatio, veluti Baptiſmi ſequela. *d. c. quoniam.* 19. ubi Gloſſ. *de ſent. excomm. in* 6. Henriq. *lib.* 13. *c.* 53. *n.* 4. Suar. *loc. cit. num.* 24. Et Epiſcopus poteſt conficere Chriſma, Oleum benedicere in die Cœnæ. *d. c. quoniam* 19. nam cui licet finis, liceot media. Avila *par.* 6. *diſp.* 1. *dub.* 9. *concl.* 3.

2990 Miniſtratur Pœnitentia omnibus.

Tertio, miniſtrari valet Sacramentum Pœnitentiæ infirmis, & ſanis; nam tendit ad correctionem. Covar. *in c. alma mater. par.* 2. *§.* 4. *n.* 7. Suarius *loc. cit. n.* 25. dicens oppoſitum veriùs. Heoriq. *lib.* 13. *c.* 53. *n.* 4. Villalobos *tr.* 20. *diffic.* 1. *n.* 4. Sayrus *lib.* 5. *c.* 19. *n.* 8.

2991 Et Viaticū infirmis.

Quarto, miniſtrari valet Euchariſtia per modum Viatici. *c. quod in te.* 11. *de pœnit. & remiſſ. d. c. alma.* Suar. *loc. cit. n.* 19. Henriq. *loc. cit.* & poteſt celebrari Miſſa pro conficienda Euchariſtia, ſi ſervata non inveniatur; nam cui licet finis, licent media. *d. c. quoniam.* 19. *de ſent. excomm. in* 6. *l.* 2. *D. de juriſdictione omnium judicum. l. ad rem mobilem. §. qui procuratorem. D. de procuratoribus.* Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 12. *n.* 21.

2992 Extrema Unctio non miniſtratur.

Quinto, non miniſtratur Extrema Unctio, niſi alia Sacramenta moribundus recipere nequeat.

queat. Anton. à Sp.S. *tr.*13.*n.*305. Leand. *loc. cit. q.*26. Sayrus *loc. cit. n.*10.

Nec Ordo. Sexto, non miniſtratur Ordo tempore ceſſationis à divinis. Sayrus *loc. cit.* Villalobos *loc. cit. n.*118.

2991 Matrimoniũ etiam licitè miniſtratur. Septimo, matrimonium etiam licitè miniſtrari valet, quia omni tempore miniſtrari valet. *c. Capellanus. de pœnis*, & quia eſt contractus principalitèr non prohibitus tempore ceſſationis. Suarius *diſp.*29. *de cenſ. ſect.*1. *n.*27. Sanchez 7. *de matrim. diſp.*8. *n.*3. Palaus *diſp.*1. *punct.*9. §.2. *n.*9. contra Leandrum *loc. cit. qu.*28. negantem licitè poſſe contrahi.

Privatio Sepulturæ.

§. III.

2994 Sepultura datur ſine recitatione Divini Officii. TErtius effectus.

Sepultura ſacra ſine recitatione Divini Officii tempore ceſſationis conceditur non tantùm Clericis, ſed etiam laicis; quia præciſis Divinis Officiis, ſepultura non eſt Divinum Officium, & Officium Divinum propriè prohibetur tempore ceſſationis. *c. non eſt nobis. de ſponſalibus.* Curiel. *tr. de ceſſatione in opuſculis.* Covar. *in c. alma. par.*2. §.2. *n.*5. Rodriq. *tom.*2. *regularium qu.*115. *art.* 2. Hurtad. *de ceſſatione à divinis difficult.* 2. Palaus *loc. cit.* Villalobos *tr.*20. *difficult.* 2. *in fine.* Leander *loc. cit. qu.*30. Tamburrinus *tom.* 2. *de jure Abbatum diſp.*16. *q.*7. *n.*3. Murga *tom.*2. *diſquiſit.*4. *dub.*7. *n.*14. Suarius *diſp.*29. *ſect.*2. *n.*31. Sayrus *loc. cit.* Bonac. *diſp.*6. *punct. fin. n.*8.

Culpa, & Pœna tranſgreſſoris.

CAPUT III.

2995 Peccat Clericus, non ſervans ceſſationem. CLericus inobediens Superiori indicenti ceſſationem à divinis, delinquit juxtà materiæ capacitatem, & Superioris voluntatem. Palaus *loc. cit.* §.4. *n.*1. Dicaſtil. *de cenſ. tr.*10. *diſp.*5. *num.*284.

2996 Religioſus non ſervans ceſſationem generalem excommunicatur. Religioſus verò non ſervans ceſſationem generalem ſervatam à Matrice, eſt etiam excommunicatus. Clem. 1. *de ſent. excomm.* ibi: *in ceſſationibus generalibus, etiamſi ſint mendicantes.* Trid. *ſeſſ.*25. *c.*12. *de regularibus.* Dicaſtill. *de cenſ. tr.*11. *diſp.*5. *num.*397. Leand. *diſp.*1. *qu.*3. Anton. à Sp.S. *tr.*13. *n.*369. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.*12. *n.*301. Palaus *loc. cit. n.*3.

2997 Laici peccant inducentes Clericos, nè ſervent ceſſationem. Laici verò peccant ſi inducant Clericos, vel aliter cooperentur, nè ſervetur ceſſatio ab Eccleſiaſticis; eſt namque hoc ſcandali flagitium peccantibus inducendo cooperari.

2998 Si Eccleſiaſtici non ſervent ceſſationem, Laici licitè interſunt Divinis. Si verò Eccleſiaſtici ex privilegio, vel iniquè ex ſe non ſervent ceſſationis cenſuram; tunc licitè laici valent intereſſe divinis; nam nullum tranſgrediuntur præceptum, impoſitum tantùm Eccleſiaſticis, nè celebrent divina; unde Eccleſiaſticis celebrantibus iniquè, vel juſtè, laici poſſunt, & in diebus feſtivis tenentur intereſſe ſacro, ut tenerentur, licèt tunc Miſſa celebraretur à ſuſpenſo, interdicto parato. Dicaſtill. *de cenſ. tr.*10. *diſp.*5. *n.*285. contra Suarium, & Fillincc. Laici violantes ceſſationem à divinis non ſunt excommunicati, licet puniri valeant arbitrio Judicis. Palaus *loc. cit.*

Dans cauſam ceſſationi à Divinis ad quid tenentur?

2999 Dans cauſam ceſſationi ſine cauſa amittit fructus illius Eccleſiæ, & reficit damna. CEſſans à Divinis, vel ſine cauſa, vel cum cauſa ceſſat. Si ſine cauſa ceſſat à Divinis, vel ceſſationem indicens, interim non percipit fructus illius Eccleſiæ, in qua deſiſtitur à Divinis, qui applicantur Eccleſiæ, teneturque parti injuriam affectæ ſatisfacere quoad damna eſt illata. *c. ſi Canonici. de officio Ordinarii in* 6. Non debet lucrari ſe eximens ab onere Divinorum Officiorum; Damna verò injuſtè inde paſſa à parte ſunt reparanda. Suar. *de cenſ. diſp.* 29. *num.*15.

Si autem alius dedit cauſam ceſſationi à Divinis, tenetur Eccleſiaſticis ceſſantibus damna reficere in diſtributionibus, aliiſque. *c. ſi Canonici. de officio Ordinarii in* 6. Covarr. *in c. alma. par.*2. §.4. *n.*7. *v.*3. tandem Sayrus dans viii. DD. *lib.*5. *c.*19. *n.*19. Gabr. à S. Vinc. *diſp.*12. *num.*28. Dicaſtill. *de cenſ. tr.*10. *q.*5. *n.*403. Rodriq. *to.*2. *quæſtionum regularium qu.*115. *art.*1. *n.*4. 3000 Eccleſiaſticis ceſſantibus reficienda damna.

Tollitur ceſſatio à Divinis à ferente, ejus ſucceſſore, vel Superiore, & poteſt ſuſpendi, ac tolli quoad unum, non quoad alium effectum; non enim id alicui prohibitum. Suar. *de cenſ. diſp.*29. *n.* 4. Appellatio non ſuſpenditur, ſed tantùm devolvit ceſſationem à Divinis, argumento *c. is, cui. de ſent. excomm.* 3001 Ceſſatio tollitur à ferente.

Tollitur etiam ſi à ferente non ſervetur, facto enim videtur abſtuliſſe illam ceſſationem, quam non ſervat. Sylveſt. *v. ceſſatio. qu.*31. Suar. *lib.*5. *c.*18. *n.*18. Et probabiliſſimum ait Dicaſtill. *de cenſ. tr.*10. *diſp.*5. *n.*401. qui *n.*252. idem dixerat de interdicto, ſcilicet ceſſare, ſi non ſervatur à ferente. 3003 Et ſi non ſervetur à ferente.

De Depoſitione, & Degradatione.

TITULUS XVI.

DEponi, degradari, eſt ab officio, dignitate, gradu corruere, vel ſponte à ſe abjicere. *cap. novimus. de verb. ſignif. cap.*2. *de pœnis in* 6. 3004 Quid depoſitio, degradatio.

Duplex, Prima voluntaria. Secunda Judicialis depoſitio, degradatio.

Voluntaria, ſi quis ſpontè à ſe abdicet, renunciet dignitati, gradui, officio, beneficio. Connanus 7. *commentariorum juris c.* 4. Et ſic poteſt etiam uſurpari pro depoſito voluntario, quo quis ſpontè à ſe aufert rem, & alteri cuſtodiendam tradit. *l.*1. *D. depoſiti*, qua ratione depoſitio dicitur commendata teſtificatio à teſte coram Judice, veluti commendata Judici. 3005 Eſt duplex, voluntaria.

Judicialis eſt, quæ Judice cogente abdicat. 3005 Et Judicialis.

Et hæc ut voluntaria etiam eſt duplex laicalis, & Eccleſiaſtica.

Laicalis, quæ fit à laicis ſpontè, vel Judice cogente renunciantibus corruentibus à propriis gradibus, ordinibus dignitatum. 3006 Quæ eſt duplex, Laicalis.

Eccleſiaſtica eſt, quæ fit ab Eccleſiaſticis; & hæc eſt etiam voluntaria, & judicialis. 3007 Et Eccleſiaſtica.

Voluntaria, ſi quis liberè nemine cogente renunciet beneficio, officio, dignitati, etiam Papatui. 3008 Quæ aut voluntaria.

Neceſſaria Judicialis fit Judice urgente, & appellatur exauctoratio, depoſitio, degradatio, qua Eccleſiæ miniſter dejicitur ab officio, beneficio, &c. Et quondam delebatur Clerici nomen à tabulis Eccleſiaſticis, nec amplius recitabatur cum aliis. D. Auguſt. *epiſt.*136. *&* 137. Cyprianus *epiſt.*10. *&* 66. quæ cenſura antiquiſſima in Eccleſia. Tertullianus *de baptiſmo c.* 17. ubi depoſitus fuit quidam Eccleſiaſticus, & apud D. Cyprianum *epiſt.* 65. ubi fuit depoſitus Diaconus ſuperbus, & contumax, & de degradatione 3009 Aut neceſſaria eſt. V. *advert.* IV. *ad tit.*1. *lib.*1.

tione loquitur *epiſt.* 1. & Auguſt. *epiſt.* 235. Baron. *anno Domini* 57. §. *id tamen bis addere.*

De hac ergo depoſitione, exauctoratione, degradatione Eccleſiaſtica acturi. Primo, definitionem, deinde diviſionem attingamus.

Quid ſit depoſitio.

CAPUT I.

3010 Depoſitio definitur.

EXauctoratio, ſeù depoſitio eſt ſententia Judicis, qua Clericus dejicitur à gradu Eccleſiaſtico beneficii, officii, dignitatis, &c. *c. novimus. de verb. ſign. c. 2. de pœnis in* 6. ratione cujus dejicitur à Clero, & olim delebatur à Catalogo Clericorum. *c. nemo. 2. q.* 1. D. Auguſt. *epiſt.* 137. itaut reſtitui iterum ad Clerum, & ſtatum Eccleſiaſticum non valeat. *c. qui ſemel. c. Presbyterum. c. pervenit. diſt.* 50. *l. quicumque. C. de Epiſcopis, & Clericis.*

3011 Exauctoratio, aut ſolemnis, aut non ſolemnis eſt.

Hæc exauctoratio, ſeù depoſitio eſt duplex: una cum ſolemnitate, altera ſine ſolemnitate.

Sine ſolemnitate dicitur depoſitio verbalis conſiſtens in ſola ſententia, qua quis à ſtatu Eccleſiaſtico ejicitur, & fit, quia conſtat ex actis te tale crimen commiſiſſe depoſitione dignum, ideò decernimus te eſſe deponendum, prout præſenti ſententia te deponimus, ab Eccleſiaſtico ſtatu ejicimus, te depoſitum, & dejectum declaramus, ac definitivè ſententiamus. *c. accedens. diſt. 50. c. veritatis. de dolo, & contumacia.*

Solemnis appellatur realis, actualis degradatio, qua etiam circa perſonam ad realem ejectionem, exauctorationem devenitur. *c. degradatio. de pœnis in* 6. Trid. *ſeſſ. 5. c. 4. de reform.* Majolus *lib. 3. de irregular. c. 22. n. 1. &* 4. ubi cenſuram appellat.

De Depoſitione Verbali.

CAPUT II.

3012 Quid Depoſitio verbalis.

DEfinitur: *eſt pœna Eccleſiaſtica privans Eccleſiaſticis miniſteriis, bonis; ſive: eſt pœna privans jure officii, beneficii Eccleſiaſtici abſque ſpe reſtitutionis retento privilegio fori, & Canonis. c. veritatis. de dolo, & contumacia.* ibi: *ſine ſpe reſtitutionis. c. 1. & 2. diſt. 50. c. 1. de Cler. excomm. miniſtr. c. dictum. diſt. 80. c. cum non ab homine. de judiciis.*

3013 Eſt pœna Eccleſiaſtica.

Dicitur *pœna Eccleſiaſtica*, qua denotatur eſſe cenſuram ſolùm ab Eccleſiaſtico Judice infligendam. Baron. *anno Domini* 57. §. *id tamen.* Majolus *lib. 3. de irregular. c. 22. n.* 4.

3014 Privat Jure beneficii.

Dicitur *privans jure* ad differentiam ſuſpenſionis, quæ non tollit jus beneficii, officii, licèt impediat actum ſecundum; multoties tamen confuſo vocabulo depoſitio pro ſuſpenſione, & ſuſpenſio pro depoſitione uſurpatur. *tit. Decretalium. de Clerico excommunicato, vel depoſito miniſtrante.*

Differt etiam à ſuſpenſione, quia depoſitio non ſuſpenſio inhabilitat ad id, à quo deponitur.

3015 Depoſitus non ſolet reſtitui in priſtinū ſtatum.

Dicitur *abſque ſpe reſtitutionis*, quia non ſolet depoſitus reſtitui in priſtinum ſtatum. *c. qui ſemel. c. Presbyterum. c. pervenit. diſt. 50. l. quicumque. C. de Epiſcopis, & Clericis. l. jubemus. C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, qua ratione appellatur etiam degradatio verbalis, & ſic depoſitus retinet nomen Clerici. Menoch. *de arb. caſu* 415. *n.* 11. Barboſa *in c. veritatis. n. 4. de dolo, & contumacia.*

3016 Et perpetua eſt pœna.

Abſque ſpe reſtitutionis denotat perpetuam depoſitionem eſſe, & iy *perpetuam* non excedit arbitrium Judicis. Secundum Turrecrematam *in c. dictum eſt, n. 6. diſt.* 81. Menoch. *de arbitr. caſu* 415. *n.* 20.

Cum quo tamen ſtat inhabilitatem lege inductam, à Summo Pontifice tolli poſſe. Valaſc. *conſ.* 130. *n.* 17. Duendas *regula* 187. qui dicunt non poſſe fieri ab Epiſcopo.

Quotuplex ſit Depoſitio verbalis?

§. I.

3017 Verbalis eſt ab officio, beneficio, & ab utroque.

TRiplex. Prima, ab officio. Secunda, à beneficio. Tertia, ab utroque. Cum enim ſit pœna non excedit intentionem ferentis tollentis jus beneficii, vel officii, vel utriuſque. *c. 2. de pœnis. c. fin. de celebratione Miſſarum.*

Poteſt etiam eſſe ad tempus, & perpetua; nam perpetuitas eſt pœna pendens à Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. caſu* 415. *n. 20. c. 2. de pœnis.*

Poteſt etiam eſſe depoſitio ab ordine, & tunc ejicitur à ſtatu Clericali, non tamen deſinit eſſe Clericus ob Characteris indelebilitatem. Fagn. *in c. aqua. n. 22. de conſecr. Eccleſ. vel Altaris.* Pilaja *lib. 4. dec. 2. n.* 14.

Hinc reſolvitur.

Qui depoſitus verbaliter reſtitui valeat?

3018 Depoſitus Verbaliter valet reſtitui.

OMnis, & de facto multi fuerunt reſtituti peracta pœnitentia idonea. *can. Joannes. diſt.* 50.

An in dubio ſit depoſitio, vel ſuſpenſio?

3019 In dubio eſt potius ſuſpēſio, quàm depoſitio.

EſT ſuſpenſio, ut in pœnis interpretatio reſtringatur. *c. odia. c. in pœnis. de reg. jur. in* 6. niſi in ſententia addatur deponi, ſuſpendi cum inhabilitate. Gabr. à S. Vincent. *de conſ. diſp.* 13. *num.* 7.

An depoſitio à jure indicta in dubio intelligatur de Verbali, an de Reali?

3020 In dubio intelligitur de Verbali, non Reali.

INtelligitur de verbali, non de reali, ut reſtringatur pœna. Bonac. *diſp. 8. n.* 6. Dicaſtili. *tr. 10. diſp. 6. n.* 25. contra Toletum *lib. 9. ſumma c.* 27.

Jura ergo decernentia Clericum degradatum, & Monaſterio perpetuò includendum, intelliguntur de verbali degradatione. Abb. *in c. at ſi Clerici. col. 3. de judiciis.* Diaz *in pract. crim.* 132. Felin. *in c. qualiter. il 2. in fine. de accuſ.*

An Depoſitio ſit cenſura?

3021 Depoſitio videtur cenſura.

AFfirma: quia eſt pœna Eccleſiaſtica ſpiritualis privans rebus Eccleſiaſticis tendens ad correctionem delinquentium, & aliorum, ut ità punitus reſipiſcat. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 13. n.* 171. Et cenſura appellatur à Baronio *anno Domini* 57. §. *id tamen.* à Majolo *lib. 3. c. 22. n.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 415. *n.* 6. contra Suarium *de cenſ. diſp. 30. ſect. 1. n.* 1. Dicaſtill. Hurtadum, & alios.

An depoſito ab officio, beneficio debeantur alimenta ex fructibus illius beneficii?

3022 Depoſito danda alimenta.

AFfirma: nam remanet Clericos fruens foro, & Canone, & ſic Eccleſia debet curare, nè mendicet cum ordinis dedecore. Felin. *in c. ex preſſè. de accuſat.* Avila *p. 4. diſp. un. dub. 1. concl.* 3. Bonac. *diſp. 4. punct. un. n.* 7. Dicaſtill. *tr. 10. diſp. 6. n.* 28. Anton. à Sp. S. *tr. 13. n.* 373. contra Palaum *diſp. 4. de cenſ. punct. ult. n.* 1.

An verbalis depoſitio fieri valeat in abſentem contumacem incorrigibilem?

3023 Verbalis depoſitio poteſt fieri in abſentem.

AFfirma: nam non requirit aliquid circa perſonam, & ità depoſitus retinet beneficium fori, & Canonis. Suar. *diſp. 30. ſect. 2. n.* 7. Filliucc. *tr. 18. qu. 3. c. 8. n.* 193.

An

Digitized by Google

An verbaliter depoſitus teneatur ad Horas Canonicas?

3024 Verbaliter depoſitus tenetur ad Horas Canonicas ſi in Sacris, ſecùs ſi vi beneficii.

DIſtinguitur: vel eſt conſtitutus in ſacris, vel beneficium obtinuit.

Si tenebatur recitare vi beneficii, à beneficio depoſitus, non tenetur recitare; nam tunc caret beneficio. Si verò tenebatur vi ordinis ſacri recitare, tunc ab ordine depoſitus, cùm non amittat characterem, nec deſinat eſſe in ſacris, tenetur ad Horas Canonicas. Gabr. *loc. cit.*

Qui valeat reſtituere depoſitum verbaliter?

§. II.

3025 Depoſitus à Jure, à Papa valet reſtitui.

DIſtinguitur: vel eſt depoſitus à jure Epiſcopo declarante depoſitionem, & inhabilitatem jure inflictam, vel eſt depoſitus ab Epiſcopo.

Si primum, ab illo reſtituitur, qui poteſt derogare juri communi, ut eſt Summus Pontifex; res enim ex cauſis, ex quibus naſcitur, reſolvitur. *c. omnis res. de reg. jur. in* 6. Ancharan. *in c. Clericus. 2. diſt.* 46. Valaſc. *conſ.* 130. *n.* 17. Duendas *regula* 187. *n.* 18. Sed ſi Summus Pontifex ſibi non reſervavit, cenſetur aliis dediſſe facultatem relaxandi.

3026 Si ab Epiſcopo, ab ipſo reſtituitur.

Si verò depoſitio ſit lata ab Epiſcopo; tunc Epiſcopus poteſt illam relaxare ex regula: ex cauſis, ex quibus naſcitur, res diſſolvitur. *d. c. omnis.* Barbola *in c. at ſi Clerici. n.* 4. *§. de adulteriis. de judiciis. & par.* 3. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 120. citans tres DD. Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 13. *n.* 18.

Inſuper ſemper ac eſt depoſitus ob crimen adulterio minus, Epiſcopus etiam diſpenſat. *c. at ſi Clerici. de judiciis.*

Pœna Clerici depoſiti celebrantis.

§. III.

3027 Depoſitus celebrans eſt excomm.

ET excommunicatio, & niſi monitos deſiſtat, damnatur in exilium; dommodo ſententia non ſit lata contra ordinem juris. *c.* 1. *de Clerico excommunicato, & depoſito miniſtrante. c. ei qui. §. definitur.* 2. *q.* 5.

Qui Judex poſſit deponere verbaliter?

§. IV.

3028 Epiſcopus, & Vicarius poſſunt deponere verbaliter.

EPiſcopus, & ejus Vicarius. Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 14. & Sede vacante Capitulum Cathedralis. Dicaſtill. *de cenſ. tract.* 10. *diſp.* 6. *n.* 17. Abbas *in c. tranſmiſſas. n.* 4. *de electione.* Et Superiores Regulares ex privilegio poſſuot degradare ſuos. Avila *par.* 4. *de cenſ. diſp. un. dub.* 2. *concl.* 2.

Delicta ob quæ deponi poſſit verbaliter.

§. V.

3029 Delicta ob quæ verbaliter, quis poteſt deponi.

SUnt primo, ſi Clericus ſit luſor ex habitu aleis, aliiſque ludis inhoneſtis. *c. quorundam. diſt.* 34.

Secundo, ſi ter monitus non deſiſtat ab impuris. *can. Clericus. diſt.* 81.

Tertio, ſi ſit uſurarius, adulter, raptor, fur, homicida, vel alitet criminoſus, ſcandaluſos: Si ſit tabernarius, macellarius, ſi exerceat mercimonia, ergaſterium, caupouariam. *c.* 1. *de vita, & honeſt. Clericorum. c. nulli Clerico. diſt.* 44. Si omnioo ſit imperitus, perjurus, lapidans bona Eccleſiæ, Simoniacus notorius, frangens ſigillum Confeſſionis. *c. omnis utriuſque ſexus. de pœnitentiis, & remiſſionibus.* Menoch. *de arbitr. caſu* 414. *n.* 3.

De Degradatione Reali.

CAPUT III.

3030 Degradatio realis facto fit cum ſolemnitate.

DEgradatio verbalis quandoque eſt pœna, de qua ſupra dictum eſt, quandoque diſponit ad ulteriorem pœnam, ſcilicet ad realem actualem degradationem, & ſic.

Primo degradatur verbo, deinde facto adhibita ſolemnitate. *c. degradatio* 2. *in fine de pœnis in* 6. 3031 Definitur.

Definitur degradatio Realis, idem eſt ac actualis: *Eſt pœna Eccleſiaſtica, qua privatur depoſitus omni Eccleſiaſtico ſtatu, officiis beneficiis, & privilegio fori, & Canonis abſque ſpe reſtitutionis. c. Epiſcopus.* 11. *q.* 3. *c. degradatio. de pœnis. in* 6. Rolandus *vol.* 1. *conſ.* 4. *n.* 24. Craſſus *effectu* 5. *n.* 824. Menoch. *de arbitr. caſu.* 415. *n.* 15. Barboſa *in c. veritatis. n.* 4. *de dolo, & contumacia.*

Non tamen privat charactere ordinis, quia jure divino in anima imprimitur, in qua cum ſit quid interius, caret Eccleſia juriſdictione. *c. quod quidem. q.* 7. *§. nam ſi* 1. *q.* 1. ubi Gloſ. v. *amiſit.* Suar. *diſp.* 30. Palaus *de cenſ. diſp.* 4. *p. fin.* 3032 Non privat Ordinis Charactere.

An ſit cenſura?

§. I.

AFfirma ex dictis cum Petro Ledeſma, Cornejo, Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 13. *n.* 17. Majolus, & Baronius *loc. cit.* quia per ſe exigit Eccleſiaſticam poteſtatem, & privat Eccleſiaſticis bonis. 3033 Videtur eſſe cenſura.

An poſſit ferri in abſentem Realis degradatio?

NEga, nam exigit perſonales actus, & ſolet tradi brachio ſeculari, implorando, nè degradatus moriatur. *c. degradatio* 2. *de pœnis in* 6. *c. novimus.* 27. *de verb. ſign.* Maranta *in medulla lit.* D. v. *degradatio.* 3034 Realis degradatio nō fertur in abſentem.

An percutiens degradatum realiter ſit excommunicatus?

NEga, quia per realem degradationem amittit etiam privilegium fori, & Canonis. *c. degradatio.* 2. *de pœnis in* 6. Avila. *p.* 4. *de cenſ. diſp. un. dub.* 1. cootra Gloſſam io *c. accedens.* 10. v. *presbyter. diſt.* 50. Maranta *loc. cit.* v. *degradatus fuit.* 3035 Percutiens realiter degradatum non eſt excomm.

Percutiens verò Clericum verbalitèr depoſitum eſt excommunicatus, quia hic non amittit Canonis privilegium. Idque etiam ſi damnatus ſit ad triremes; nam ibi non poteſt verberari, niſi more aliorum, & comes triremium excedeos eſſet excommunicatus: at ſi ordinarias correctiones, & pœnalitates infligat, non eſt excommunicatus, quia damnans ad triremes, damnat ad pœnas conſequentes illum locum ignominiæ. Villalob. *tr.* 18. *diſp.* 15. *n.* 6.

An realiter degradatus Sacerdos validè, non licitè conſacret?

AFfirma validè, quia habet characterem: non licitè, qoia id prohibitum eſ. *c. accedens.* 10. *diſt.* 50. D. Tho. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. 3036 Realiter degradatus validè conſecrat.

An teneatur ad horas Canonicas, & ad caſtitatem?

AFfirma, itaut nullitèr matrimonium contrahat, & tenetur recitare horas Canonicas, ſi id patiatur temporis, & loci, perſonarum qualitas, nam non exceptus in *d. c. dolentes. de celebr. Miſſ.* Covar. 3. *var. c.* 13. *num.* 8. Toletus *lib.* 1. *ſumma c.* 50. Sylveſt. v. *degradatio.* Suarius *diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 2. Sayros dans X. DD. *lib.* 5. *c. ult. n.* 27. Gabr. à S. Vinc. *diſp.* 14. *de cenſuris n.* 9. 3037 Tenetur ad Horas, & ad Caſtitatem.

Si verò realitèr degradatus tradatur brachio ſeculari puniendus, vel ad triremes, excuſatur à recitatione horarum, quia qualitas temporis, & loci tanti oneris impar. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Ulterius putaverim realiter degradatum excluſum ab omni Eccleſiaſtico ſtatu, eximi 3038 Ad Horas Canonicas tenetur ſi qualitas tēporis, & loci patiatur.

etiam

etiam ab onere recitandi horas, quia leges aptantur ad ea, quæ frequenter accidunt, & rariſſimum eſt, ut degradatus realiter ſuæ pœnæ ſuperſit, unde iſtum non comprehendi à *c. dolentes. de celebr. Miſſarum.*

Qui Judex ſit exequutor degradationis realis?

3039 Epiſcopus valet exequi degradationem realem. TAntùm Epiſcopus, non ejus Vicarios; & ſic ex Conſtitutione Eccleſiæ hæc actio eſt annexa ordioi Epiſcopali. Trid. *ſeſs.13.cap.4.* & Epiſcopus degradatur à Papa. *can. accuſatus. can. quamvis. 3. q. 6.*

Solemnitas in Degradatione Reali.

§. II.

3040 Explicantur ſolemnitates in degradatione reali. PRimo olim ſex Epiſcopi presbyterum degradabant, & tres requirebantur in degradatione Diaconi, inter quos erat proprius Epiſcopus. *c. ſicut. c. felix Epiſcopus. c. ſi quis. 15. q. 7.*

Hodie ſufficit, ut Epiſcopus unà cum Abbatibus habentibus privilegium Baculi, & Mitræ, ſi haberi valeant, aliàs aſſumuntur aliæ perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, & ſint Juriſconſulti Eccleſiaſtici. Trid. *loc. cit.* Boerius, Barboſa, Menochius *de arbit. caſu 415. n. 26.*

Pro ſolemnitate degradandus induitur veſtibus ſui ordinis in loco eminenti ad hoc conſtituto intra Eccleſiam, quibus deinde inverſo ordine ſpoliatur tanquam indignus; itaut radatur caput, & manus, nè remaneat veſtigium Clericalis tonſuræ, dicendo ſucceſſivè: *auferimus veſtem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali privamus*, & ſic ſucceſſivè de aliis. Tamen in ultima functione concludit: *Auctoritate Dei Omnipotenti Patris, & Filii, ac Spiritus Sancti, ac noſtra tibi auferimus habitum Clericalem, & nudamus te Religionis ornatu, ac deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni Ordine, Beneficio, & Privilegio Clericali, & velut Clericalis profeſſionis indignum, redigimus te in ſervitutem, & ignominiam habitus ſecularis & ſtatus.*

Ly *exuimus te omni ordine* intelligitur quò ad actum ſecundum, quia character inauferibilis eſt.

Per ly *beneficio*, intelligitur etiam actus, quia tollitur beneficium.

Per ly *privilegio*, indicatur, quòd tunc degradatus ſe habet uti Laicus, & in foro Laicali convenitur, nec eſt excommunicatus ipſum percutiens, ut ſupra diximus.

Facta degradatione, ſi degradatus ſit brachio
3041 Imploranda eſt Judicis ſecularis miſericordia à degradante. ſeculari tradendus; tunc à degradante, vel ab alio ejus nomine, Judex ſecularis, cui datur, rogatur, ut non occidat, quatenus poſſit fieri, & ſimul petit Judex ſecularis acta contra degradatum, ut videat flagitia, & quæ pœna irroganda. At hoc in crimine hæreſis non eſt neceſſum, quia Judex ſecularis nequit cognoſcere de hæreſi.

An juſtè degradatus valeat ab Epiſcopo degradante reſtitui?

3042 Juſtè degradatus nequit ab Epiſcopo reſtitui. NEga, quia poſt juſtam ſententiam deſinit eſſe ſub ejus foro, & juriſdictione; & ut nequit reſtituere alterius ſubditum: ità nec exiſtentem extra ejus forum, ut eſt realiter degradatus. *c. ſi lapſis. c. qui ſemel. diſt. 50.* Bonac. *diſp. 4. p. un. n. 1.* Palaus *de cenſ. diſp. 4. p. fin. in fine.* Leand. *to. 5. tr. 4. diſp. un. q. 17.* Majolus *lib. 13. c. 22. n. 5.* Archidian. *in c. Clericus. 2. diſt. 46.*

Si verò ſententia eſt injuſta, re vera eſt nulla, & ſic remanet degradatus ſub juriſdictione degradantis, & poteſt, imò tenetur ſententiam injuſtam revocare, & reſtituere degradatum realitèr. *c. Epiſcopus. 9. q. 3.* Majolus *loc. cit.*

Reſtitutio autem fit exordiendo ab habitu primæ Tonſuræ ad reliquos Ordines, quos habebat.

An cauſæ, ob quas quis degradandus eſt, debeant eſſe jure expreſſæ?

AFfirma; itaut ex aliis cauſis degradari reus nequeat. *c. cum non ab homine. de judiciis.* 3043 Cauſæ degradationis in Jure ſint expreſſæ.
ibi Fagnanus: deciſum apud Farinacium *lib. 2. dec. 241. n. 7.*

Cauſæ degradationis jure expreſſæ, & quænam ſint.

DEbent eſſe atroces. Trid. *ſeſ. 15. c. 4.* Sunt autem expreſſæ. 3044 Quænā ſint iſtæ cauſæ.

Primo cauſæ Hæreſis. *c. ad abolendam.* ibi: *totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico, ſecularis relinquatur arbitrio poteſtatis. c. excommunicamus. de hæreticis. c. 1.* ibi: *ſecùs ſolus poſſit Epiſcopus degradare. c. ſuper eo. de hæreticis. in 6.*

Riſipiſcens autem admittitur ad pœnitentiam, licèt perpetuo carceri mancipetur hæreticus. *d. c. ad abolendam. §. illos autem. de hæreticis.*

Secundo degradatur falſificans literas Apoſtolicas. *c. ad falſariorum.* ibi: *poſtquam per Eccleſiaſticum Judicem fuerint degradati. de crimine falſi*: niſi Summus Pontifex velit degradationem mutare in carcerem perpetuum. *c. novimus. §. pro illo. de verb. ſign.*

Tertio ſi incoſſigibilites inſidietur Epiſcopo. *c. ſi quis Sacerdotum.* ibi: *mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat, quod iniquè geſſit. 18. q. 1.* Abb *in c. at ſi Clerici. n. 37. de judiciis.*

Quarto delinquens graviter incorrigibilis. *c. cum non ab homine. 10.* ibi: *per ſecularem comprimendus eſt poteſtatem. de judiciis.*

Quinto, Aſſaſſinium. *c. 1.* ibi: *excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, beneficio incurrent ſententias ipſo facto. de homicidio in 6.* Clar. *§. fin. q. 37.*

Sexto, frequentans crimen nefandum, ex Conſtitutione Pii V.

Septimo, non Sacerdos celebrans Miſſam, miniſtrans Sacramentum Pœnitentiæ. Conſtitutione Clementis VIII. Molina *tom. 4. diſp. 49. n. 14.*

Octavo, ob homicidium voluntarium qualificatum, Prælati, Sacerdotis, magiſtri ad inſtar patris. Anton. à Sp. S. poſt Layman, & Palaum *tr. 13. art. 389. directorii tom. 1.* Dicaſtillus *de cenſ. tr. 10. diſp. 6. n. 25.*

De Irregularitate.

TITULUS XVII.

IRregularitas dicta eſt, quia extra, vel contra Regulam Canonicam arcet, quos afficit, & 3045 Unde dicta Irregularitas.
inficit Miniſtros à Miniſterio, ob reverentiam debitam à Miniſtris rebus ſacris. Baunius *de cenſuris tract. 11. q. 3. aſſertione 6.* Dicaſtilius *tract. 10. de cenſuris diſp. 7. num. 152.* Frequens in ſcholis, & foro materia, frequentiorem exigens orationem, quam hìc adorimur explicando eſſentiam, partes, cauſas, ſubjectum, paſſiones, effectus, labor labore dignus.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Irregularitas.

CAPUT I.

4046 Ejus definitio. IRregularitas *eſt impedimentum Canonicum quo ad licitam ſuſceptionem, vel uſum ordinum, & validam receptionem beneficii. c. 2. de Clerico non ordinato miniſtrante. c. de bis 3. diſt. 50. c. fin. 15. q. 1.* Suarius *de cenſ. tom. 5. diſp. 40. ſect. 1. n. 2.* Avila *p. 7. de cenſuris diſp. 1. dub. 1.* Filliucius *tract. 19. c. 1. q. 1. n. 2.* Navarrus *c. 27. n. 191.* Molina *tom. 4. de juſtitia tract. 3. diſp. 63. n. 1.* Covarruvias *in Clementina ſi furioſus de homicidio.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 2.*

4047 Explicatur. Dicitur, *Canonicum impedimentum,* quia ſolùm jure Canonico inductum. *c. is, qui 18. de ſent. excom. in 6.* licèt à temporibus Apoſtolorum inductum, ubi bigamus eſt irregularis. *1. ad Timoth. 3.* Henriquez *lib. 14. c. 1.* Covarruvias *in Clem. 1. de homic. §. 1. in princ.* contra Abbatem *in c. ſicut dignum. n. 12. de homic.*

Hoc impedimentum afficit tam Laicos, quàm Clericos; nam afficit ordinis capaces, & qui ſunt ordinis capaces. Bonacina *de irregularitate q. 1. puncto 1. n. 4.* Reginaldus *lib. 30. n. 13.* Dicaſtillus *de cenſuris tract. 10. diſp. 7. n. 13.*

Quotuplex ſit irregularitas?

CAPUT II.

4048 Multiplex eſt irregularitas. EST duplex. Prima ex delicto. Secunda ex defectu.

Ex delicto ſupponit peccatum. Ex defectu non ſupponit peccatum.

Ex delicto multiplex. Prima ex homicidio, vel mutilatione injuſta voluntaria, vel caſuali. Secunda ex hæreſi, & infidelitate. Tertia ex iteratione Baptiſmi. Quarta ex delicto infamante.

Ex defectu. Primo animæ. Secundo corporis. Tertio natalium. Quarto ætatis, libertatis. Quinto Sacramenti. Sexto ex defectu lenitatis, de quibus diſtinctim, ſed aliquid in cõmuni priùs.

An omnis irregularitas debeat eſſe jure expreſſa?

§. I.

4049 Irregularitas debet eſſe expreſſa in jure. AFfirma. *c. is qui. 18. de ſententia excommunicationis in 6.* exprimitor autem verbis his, vel æquipollentibus, ut: *ſit irregularis, non promoveatur ad ordines, non fiat Clericus, excludatur à Clero, non exerceat ordinem Clericalem. c. curandum. diſt. 34. c. conſequens. diſt. 88.* Suarius *de cenſuris diſp. 40. ſect. 8.* Majolus *lib. 1. c. 1. n. 4.*

4050 Si ipſo jure, afficit ſine ſententia declaratoria. Afficit autem expreſſa reum, etiam ſine ſententia declaratoria, ſi impoſita ſit ipſo jure. Pellizzarius *tom. 2. tract. 7. ſect. 1. quæſito 10. n. 13.* Hinc ſolutio ſequentium, & primo.

In dubio ſi jure ſit expreſſa, an incurratur irregularitas?

4051 Si fuerit dubium utrum ſit expreſſa in jure, non incurritur. NEga: quia res dubia non eſt expreſſa, ut deberet exprimi ad hoc ut afficiat. *d. c. is qui. 18. de ſent. excom. in 6.* Suarius *loc. cit. ſect. 5. n. 15.* Navarrus *c. 27. num. 293.* Valentia *tom. 4. diſp. 7. q. 19. punct. 2.* Dicaſtillus *tract. 10. de cenſuris diſp. 7. n. 22.*

An in irregularitate valeat argumentum à ratione ex uno ad alterum caſum?

4052 Hic non valet argumentum à ſimili, à fortiori. NEga: quia debet eſſe jure expreſſa. *d. c. is, qui.* ibi: *cùm id non ſit expreſſum in jure. 18. de ſent. excom. in 6.* non enim dicitur expreſſum, quod argumento probatur; nam quod eſt expreſſum, eſt per ſe notum.

Hinc non valet conſequentia, eſt irregularis iterans Baptiſmum; ergo etiam eſt irregularis iterans Ordinem. Suarius *de cenſ. diſp. 40. ſect. 4. n. 15.* citans VII. DD. Sayrus *lib. 6. de cenſuris c. 2. n. 4.* Malletus *malleat. 28. tr. 6.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. directorii tract. 13. n. 5.* Sotus *in 4. diſt. 27. qu. un.*

An imponi ab homine poſſit?

§. II.

NEga, quia jure debet eſſe expreſſa *d. c. is, qui. 18.* & impoſita ab homine non eſt jure expreſſa. 4053 Non imponitur ab homine.

An ab inferiori Prælato imponi valeat?

NEga: quia debet eſſe jure expreſſa *d. c. is qui,* cui juri nequit derogare inferior prælatus. Suarius *diſp. 40. ſect. 4. n. 5.* Corn. *diſp. 2. dub. 2.* 4054 Nec ab inferiori Prælato.

An in dubio ſi jure ſit expreſſa, an incurratur irregularitas?

NEga. Suar. *loc. cit. ſect. 5. n. 18.* Navarrus *c. 27. n. 193.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. qu. 19. puncto 2.* Dicaſtill. *tr. 10. de cenſuris diſp. 7. n. 22.* Sanch. *1. decal. c. 10. n. 47.* Baſſæus *v. irregularitas n. 9.* Diana *p. 4. tr. 2. reſ. 52.* Cornejus *3. p. diſp. 1. de irregularitate dub. 2.* Covarr. *in Clem. ſi furioſus. n. 3. de homic.* Sayr. *de cenſuris tom. 1. lib. 6. c. 2. n. 16.* alii apud Bonacinam *de irregularitate q. 2. p. 5. n. 3.* Anton. à Sp. S. *tr. 13. n. 7.* contra Garziam *de beneficiis p. 7. n. 21.* 4055 Irregularitas ſit certò expreſſa in jure.

Patet primo, quia lege dubia nil determinatum exprimi valet.

Secundo, quia lex dubia non eſt lex, cùm non ſit ſufficienter promulgata. *c. erit diſt. 4.* ut enim non eſt ſufficienter promulgata, quando eſt probabilis opinio pro utraque parte; ità nec quando eſt æquè dubia facta ſufficienti diligentia.

Tertio, quia dubia irregularitas non eſt expreſſa, ut deberet exprimi, ad hoc ut afficeret. *c. is, qui. de ſenten. excom. in 6.*

An induci poſſit irregularitas ex conſuetudine, vel omnium Doctorum opinione?

NEga: quia debet eſſe jure expreſſa. *d. c. is qui,* & conſuetudine, vel placito Doctorum inductum, non eſt jure expreſſum. Suarius *loc. cit. ſect. 4. n. 5.* Navarrus *c. 27. n. 194.* Barboſa *in d. c. is qui.* Macadus *lib. 1. p. 3. tract. 15. documento 1. n. 5.* Anton. à Sp. S. *loc. cit. tract. 13. n. 6.* contra Layman *lib. 5. tract. 15. c. 6. n. 6.* 4056 Nequit induci ex conſuetudine, aut DD. opinione.

An credendum ſit Doctori ſine textu expreſſo aſſerenti eſſe irregularitatem in aliquo caſu?

NEga: nam debet eſſe jure expreſſa. *d. c. is, qui. 18. de ſent. excom. in 6.* ex his tu alia reſolvas: Nos ulteriora petamus. 4057 Non credendum Doctori ſine textu, ſi aſſerat adeſſe irregularitatem

Cauſa effectiva irregularitatis.

CAPUT III.

Qui valeant imponere irregularitatem? 4058 Papa, & Concilium Generale ſolùm decernunt irregularitatem.

PRimo Summus Pontifex. Secundo Concilium Generale, non verò ceteri inferiores Legislatores, & Judices, quorum derogatum juriſdictioni in ponenda irregularitate jure communi canonico exprimenda in *d. c. is qui. 18. de ſentent. excomm. in 6.* Sotus *in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1.* Palaus *de cenſuris. p. 2. n. 2.* Suarius, Bonacina, Avila, ceterique, quibus ſubſcribit Leander *tom. 5. tract. 1. diſp. 2. q. 1.* contra Gabrielem *in Canone. lectione 9. littera D.*

De Subjecto irregularitatis.

CAPUT IV.

Principium.

IRregularis jure ille fieri valet, qui eſt ſubditus, ordinis capax.

Digitized by Google

4059 *Subditus, & Ordinis capax, eſt ſubjectum irregularitatis.*

Subditus, quia leges ſubditos tantùm ligant. Ordinis capax, quia irregularitas impedit licitam receptionem, vel uſum ordinis. *c.a. de clerico non ordinato miniſtrante. c. de his. 6. diſt. 50. c. fin. 15. q. 1.* ergo ſupponit capacitatem ordinis, ejuſque uſus, nam privatio ſupponit capacitatem habitus *l. decem. D. de verb. obl. l. 4. §. condemnatum. D. de re judicata. l. nec utilem. D. ex quibus cauſis majores. c. ad diſſolvendum. de deſponſatione impuberum.* Suarius *de cenſuris diſp. 40. ſect. 7. n. 1.* Sayrus *lib. 6. de cenſuris c. 2. n. 2.* Bonacina *q. 1. punct. 1. n. 4.* Dicaſtillus *tract. 10. diſp. 7. n. 13.*

Ex quo reſolutio ſequentium.

4060 *Incapax irregularitatis femina.*

Primo infertur, an femina poſſit eſſe irregularis; & reſolvitur ex eo, an poſſit recipere ordinem, nam ſi poteſt recipere ordinem, poteſt eſſe irregularis. Vide tamen Majolum *lib. 1. c. 28. & 29. de irregularitatibus mulierum* tractantem.

4061 *Non baptizatus.*

Secundo infertur, non Baptizatum jure irregularem non eſſe; quia ordinis eſt incapax, & quia non eſt ſubditus Eccleſiæ. *c. veniens 3. de presbytero non baptizato. c. unic. c. deinde. diſt. 26. Trid. ſeſ. 14. c. 2.* Dicaſtillus *de cenſuris tract. 10. diſp. 7. n. 169.*

4062 *Impubes baptizatus eſt capax irregularitatis.*

Tertio inferas; impuberem baptizatum ratione utentem eſſe irregularem, quia eſt ordinis capax. Diana *par. 4. tr. 2. reſ. 67.* Bonac. *diſp. 5. de panit. q. 5. ſect. 2. punct. 4. n. 3.* contra Sancium 26. *ſelectarum n. 18.* Baſſæum *v. irregularitas 1. n. 5.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. directorii tr. 13. n. 13.* ajentes probabile, impuberem occidentem non incurrere irregularitatem, & cenſuras.

Quarto inferas.

An Summus Pontifex poſſit eſſe irregularis de jure?

4063 *Papa nequit eſſe irregularis de jure*

NEga: quia legi non ſubditur ſaltem coactivè, & irregularis debet eſſe legi exprimenti irregularitatem ſubditus. *c. is, qui. 18. de ſent. excomm. in 6.* Imò irregularis deſinit eſſe irregularis eo ipſo, ac elevatur ad Supremum Pontificatus apicem, quia extinguitur ſubjectio; par enim in parem non habet imperium. *c. inferior. c. denique. diſt. 21. c. innotuit. de electione. c. 1. de locato.* Palaus *diſp. 6. punct. 2. n. 4.* Anton. à Sp. S. *loc. cit. tract. 13. n. 14.*

Quinto inferas.

An Epiſcopi includantur legi generali imponente irregularitatem, etiamſi lege non exprimantur?

4064 *Epiſcopus non includitur legi generali irregularitatis*

NEgat Majolus *lib. 4. de irregularitate c. 1. n. 7.* ubi Epiſcopus non conſecratus, vel ritè non conſecratus eſt Epiſcopus; ergo videtur ſentire, quòd ſi ſit Epiſcopus, non ſit irregularis, niſi exprimatur in Canone; idque ut liberiùs vacare poſſit functionibus Pontificalibus, *c. quia periculoſum. de ſent. excomm. in 6.*

4065 *Affirmant alii.*

Affirmant Suarius *diſp. 40. de cenſ. ſect. 7. n. 7.* Filliuccius *tract. 19. c. 2. quæſito 8. n. 53.* Diana *par. 4. tract. 2. reſ. 53.* quia eſt ſubditus legi communi, & ordinis capax, cujus exercitio privari poteſt: licèt enim non includatur generali ſuſpenſione, aut interdicto, niſi exprimatur. *c. quia periculoſum. de ſent. excomm. in* 6. tamen ille eſt caſus ſpecialis jure expreſſus, & ſic in caſibus non expreſſis remanet comprehenſus legibus communibus Canonicis excommunicationem, aut irregularitatem imponentibus. Mihi diſcuſſio hujus articuli altiùs indaganda alibi, hìc ſequaris, quæ tibi probabilis.

An quis poſſit duplici irregularitate affici?

4066 *Duplici irregularitate poteſt quis affici.*

AFfirma: nam una ab altera non pendet, & ſic homicida, & bigamus duplici eſt ligatus irregularitate. Leander *tom. 5. tract. 1. diſp. 2. qu. 7.*

His evolutis conducamus ex acervo difficultatum ſpecies ſingulas, & primo de illis, quæ ex delicto, Secundo, de aliis, quæ ex defectu pullulant.

De Irregularitate ex delicto.

CAPUT V.

PRincipalior irregularitas ex delicto, hoc eſt ex peccato egreditur.

Principium.

4067 *Irregularitas ex delicto exigit peccatum mortale externum conſummatum.*

IRregularitas ex delicto exigit peccatum mortale externum conſummatum; nam eſt pœna gravis, grave exigens delictum. *c. felicis. de penis in 6.* Pœna namque commenſuratur culpæ, *c. non afferamus ſtateras. 24. q. 1. c. quæſivit. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli.* D. Antoninus *p. 3. tit. 28. c. 2. §. 4.* Sotus 5. *de juſtit. q. 1. art. 9.* Suarius *de cenſuris diſp. 40. ſect. 3. num. 17.* Sanchez 9. *de matrim. diſp. 32. n. 29.* dans VII. DD. Sà *v. irregularitas c. 1.* Gabr. à S. Vinc. *de irregul. diſp. 9. n. 48.* Baldellus *tom. 1. lib. 5. diſp. 32. n. 60* Palaus *tom. 6. diſp. 6 punct. 3. n. 2.* Filliucius *tract. 19. c. 1. quæſito 8. n. 24.* Reginaldus *lib. 30. n. 201.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. directorii tract. 13. n. 17.* contra Cajetanum *v. irregularitas.* Sylveſtrum *v. ebrietas q. 4.* Cordubam *lib. 2. q. 26.* Caſtrum *lib. 1. de lege pœnali c. 5. docum. 4.* volentes ſufficere veniale.

Mortale debet eſſe externum, quia Eccleſia de internis non judicat. Palaus *diſp. 6. punct. 3. num. 1.*

Debet etiam eſſe completum, hoc eſt conſummatum juxtà rigorem verborum Canonis indicentis irregularitatem. *c. fin. 25. q. 1. c. ſicut 31. q. 2.* Secundo, quia pœnæ ſunt reſtringendæ, cùm verba legis pœnalis intelligenda ſint cum effectu conſummato. *l. quoties. D. qui ſatiſdare coguntur. c. qualiter. de pactis. c. ſi à Judice. de appellationibus in 6.* Suarius *diſp. 40. de cenſuris ſect. 3. num. 13.*

Ex quo principio lux ſequentium quæſtionum tenebras excutiens.

An Summus Pontifex ob veniale valeat imponere irregularitatis pœnam?

4068 *Videtur ob veniale, non poſſe imponi irregularitas.*

NEga: quia debet ſervare regulas juſtitiæ vindicativæ, qua pœna non excedit culpam, & injuſta pœna excedens flagitium, & ſic aitenus à Summo Pontifice omnis injuſtitiæ cultor, cujus juriſdictio ædificat, non proſternit virtutes. Suarius *loc. cit.* Bonacina *de cenſuris diſp. 7. q. 1. punct. 3. n. 2.* Palaus *tom. 6. diſp. 6. punct. 3. n. 2.* contra Avilam *p. 7. de cenſ. diſp. 1. concl. 1.*

An ob delictum internum contrahi valeat irregularitas?

4069 *Nec ob delictum merè internum.*

NEga. *c. cogitationis. de pœnitent. diſt. 1.* Eccleſia enim de internis non judicat. *c. erubeſcant. diſt. 32. c. tua nos. de ſimonia. c. à nobis. de ſentent. excom. in 6. c. tua. de ſponſalib. c. ſi quandoque. 15. q. 6.* D. Thomas 1. 2. *q. 20. art. 5. ad 4.* Suarius *de cenſuris diſp. 40. ſect. 3. n. 6.* citans VII. DD. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp. 9. n. 44.* dicens eſſe extra juriſdictionem Eccleſiæ actus internos. Bonacina *loc. cit. n. 5.* Avila *p. 7. de cenſuris diſp. 2. dub. 1.* Palaus *tom. 6. diſp. 6. punct. 3. n. 1.* contra Gloſſam in *c. ſi perniciosè, v. ſi pœnitentia.*

*ſentia.de pœnitentia diſt.*1. Bonifacium *in Clem.* 1. *de homic.n.*4.

Reſolvitur etiam.

An irregularitas ob delictum omninò occultum incurratur?

4070 Ob delictum omnino occultum incurritur irregularitas.

AFfirma. *c. niſi cum pridem. §. perſonæ. de renunciatione.* Trid. *ſeſ.*14.*c.*7.*de reform.* ubi ob delictum occultum, quis inhabilitatur ad ordines, *&* *ſeſ.*24. *c.* 6. *de reform.* ubi contrahitur irregularitas ob homicidium voluntarium occultum. Suarius *loc. cit.* Avila *loc. cit. dub.*2. Diana *p.* 7. *tract.*2. *reſol.* 48. Pellizzarius *tom.*2. *tract.*7.*c.*5.*ſect.*1.*q.*7.*n.*10.

Contra Gloſſam *in c.fin. de temporibus ordinationum.* Henriq. *lib.*14. *c.*3. *n.*1. Bauny *tract. de irregularitate q.*3. *pag.* 447. ajentes irregularitatem non contrahi ob delictum occultum excepto homicidio.

Et contra Rodriquez *tom.*1.*regularium q.*24. qui reſpondet ad Trid. Alfonſum de Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali c. ult.* Pellizzarium *tom.* 2. *tract.*9. *c.*3. *quæſito* 23. 24. *&* 25. Nec homicidium excipientes, pro qua ſententia Gabriel à S. Vinc. *loc.cit.n.*52. citat etiam Toletum *lib.* 1. *ſummæ c.*95.

Nec obſtat textus in *c. ex tenore. de temporib. ordinat.* cujus auctor fuit Alexander III. anno 1180. ubi occulta crimina irregularitatem non inducunt.; nam dictus textus fuit correctus anno 1241. à Gregorio IX. in *c.fin. de temporibus ordinationum.*

An delictum occultiſſimum ſoli delinquenti notum, etiamſi ſit homicidium, contrahatur irregularitas?

4071 Etſi delictū ſit occultiſſimum.

AFfirma, nam licèt controverſia ſit difficilis, tamen rationes prædictæ idem probant in *d. c. niſi*, & Trid. *ſeſ.* 24. *c.* 6. *de reform.* contra plures ex prædictis, & noviſſimè contra Ant. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *n.* 20. abſolutè dicentem probabile ob homicidium occultiſſimum occiſori tantùm noto, non contrahi irregularitatem, dicentem immeritò appellari ſuam ſententiam improbabilem. Diana *p.*7. *tract.* 11. *reſol.* 48. *& p.*10. *tract.*13. *reſol.* 38. & ait cum Rodriquez, & aliis, jura volentia ob delictum occultum contrahi irregularitatem, ut Trid. *loc.cit.* loqui de delicto occulto, non de delicto occoltiſſimo, & ſic concludit irregolaritatem non contrahi ob delictum occultiſſimum; nam contrahitur tantùm in caſibus jure expreſſis. *c. is, qui* 18.*de ſent.excom.in* 6. qualis non eſt caſus occultiſſimi flagitii homicidii, &c. ſed caveas ab iſto Doctore, licèt cæteroque doctiſſimo.

Reſolvitur primo.

An delictum externum debeat eſſe conſummatum?

4072 Delictum ſit exteriùs cōſummatum.

AFfirma, ita ut morte non ſequuta etiam miraculosè, nec irregularitas contrahatur. D. Thom. 1.2.*q.*20.*art.*5.*ad* 4. Suarius *diſp.* 40.*de cenſuris ſect.*3.*n.*13. Henriquez *loc.cit.n.*7. Gabriel à S. Vinc. *loc.cit.n.*47. Avila *p.*7.*diſp.*2. *dub.*2.*concl.*2. Valentia *tom.*4.*diſp.*3.*q.*19.*punct.* 2. Sotus 5. *de juſtitia q.*1. *art.* 9. Bonac. *loc. cit. punct.*3.*n.*5. Farinacius *p.* 2. *fragmentorum criminalium v. irregularitas n.* 245. contra Majolum 5. *de irregularitate c.*48. *n.*3. Joannem Andream *in c.periculoſæ.de pœnitentia diſt.*5.

Patet, quia ſumus in pœnis reſtringendis, & ſic ad effectum conſummatum. *l. quoties. D. qui ſatiſdare cogantur. l.*4.*§.condemn. D.de re judicata.l.ſi barſatorem.*13. *C.de fidejuſſ. l.*1.*§.hæc verba D.quod quiſque juris.* Pœnæ enim interpretatione molliendæ ſunt. *l.interpretatione. D.de pœnis*, & ſic ſemper recipienda mitior interpretatio. *l.penult.D.de pœnis.l.factum.§.in pœnalibus. D.de regulis juris. c.ex literis.de conſtitutionibus.c.pœna.de penitentia diſt.*1.

An ad incurrendam irregularitatem requiratur delictum cum dolo, & contemtu?

4073 In tali delicto, non requiritur dolus, & contemtus.

NEga, ſed ſatis eſt flagitium grave externum conſummatum juxtà rigorem verborum Canonis, licèt deficiet contemtus, vel dolus.

Patet ex Tridentino, ubi ob homicidium caſuale contrahitur irregularitas, & tunc deeſt dolus, & contemtus, qui invenitur in homicidio voluntario ex condicto. Trid. *ſeſ.*14. *c.*7. *&* 24. *c.*6.*de reform.*

Patet etiam ex *c. requiſivit* 1. *de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui.* Avila *p.*7. *de cenſuris diſp.* 2. *dubit.* 7. *concl.* 1. Villalobos *tract.*21.*difficult.*4.*n.*5. Anton. à Sp.S. *tom.*1. *directorii tract.*13. *n.* 18. Gabr. à S.Vinc. *de cenſuris diſp.*9.*n.*50. contra Abbatem *in c. paſtoralis. §.verum. n.*15.*de appellat.* qui *in c. quæſitum. de pœnit.& remiſſ.* ait in irregularitate latam culpam æquiparari dolo. contra Dominicum *in c. ſolet, in c.is,qui.de ſent.excom.in* 6. Felin. *in c. Ridolphus n.*43.*de reſcriptis.* Navarr. *in c.accepta.oppoſit.*8.*num.*84.*de reſtitutione ſpoliatorum, & in manuali c.* 27. *n.* 252. quos refert Palaos *diſp.* 8. *q.*3.*n.*2.*in fin.* Baldellus *p.*1.*lib.*1.*diſp.*29. *n.*7. docentes irregularitatem ex delicto ſaltem homicidii eſſe pœnam contemtus.

Jam explicuimus communia, delictorum ſpecies adoriamur, & primo.

De Irregularitate ex delicto homicidii.

CAPUT VI.

Quid, & quotuplex ſit homicidium?

§. I.

4074 Homicidiū, aut eſt cum peccato, aut ſine.

HOmicidium eſt violenta ſeparatio animæ à corpore, & eſt duplex: unum, cum peccato, alterum ſine peccato.

Sine peccato eſt, ſi fiat à carente uſu rationis, ob inculpatam defenſionem, aut à Judice juridicè. *c.ult. c. Joannes. de homicidio.* Clementina 1. *de homicidio*, ubi *Covarruvias p.*3.*n.*3. de quo *infra.*

Cum peccato eſt, ſi injuſtè fiat, & hoc eſt duplex, unum directè voluntarium, alterum indirectè volitum, & dicitur caſuale. Trid. *ſeſ.* 14.*c.*7.*de refor.*

4075 Et eſt unum voluntarium directè.

Voluntarium directè volitum eſt duplex: unum præmeditatum prævisum ex conſilio inſidiosè factum, ut aſſaſſinium, proditorium, & quodlibet appenſatum, vulgo *à ſangue freddo.* Clarus *§.homicidium n.*5.*&* 6.

4076 Alterum indirectè.

Alterum homicidium voluntarium eſt factum non ex condicto, inſidiis præmeditatè ex conſilio, ſed inconſultò, iracundiæ rixantis calore. Menoch. *lib.*2.*de arbitr. caſu* 361. *n.* 6. Boſſius *de homic.n.*53. Clarus *§. homicid. n.*1. Et talis vult occidere, ſed ira impellente, fervente bile, nec dicitur præmeditatum deliberatum tale homicidium. Ludovicus *dec.lucenſi* 62.*n.*18.

Et hoc homicidium rixa factum, licèt plenè volitum, mitiùs punitur. *l.*1.*§. Divus Adrianus in fine.* ibi: *leniendam ejus pœnam, qui in rixa caſu magis, quàm voluntate homicidium admiſerit. D.ad legem Corneliam de ſicariis. l.*1.*in fin. C. eodem. l.*1.*§.quæſivi. D. ad Turpillianum*, ubi tale delictum non dicitur doloſum. Menochius

2. *de arbitrariis caſu* 361. *n.* 4. *&* 11. Caſuale, hoc eſt indirectè volitum, voluntate ſcilicet in cauſa, ſequutæ morte ex illa cauſa directè non volita, ut eſt delictum ex culpa, non ex dolo commiſſum. *l.* 1. *§. Divus Adrianus. D. ad legem Corneliam de ſicariis.* ibi: *ſi non occidendi animo hoc admiſerit. l.* 1. *C. ad legem Cornel. de ſicariis*, ut volens occidere feram, canem, occidens ex negligentia hominem, ut projiciens lapidem, remum per feneſtram, ab arbore, indiligens occidat hominem. *l. reſpiciendum. §. delinquunt. in fin. D. de pœnis. l. ſi putator.* 31. *D. ad legem Aquiliam*: Sic equitans in freno equo, proterens hominem, dicitur delinquere. *c. dilectus filius. c. ſignificaſti. il primo de homic.* Baldus *in l. & ſeverior. n.* 5. *C. ex quibus cauſis infamia irrogetur.*

Qui homicida ex delicto ſit irregularis?

§. I.

4077 Baptizatus homicida injuſtus, etſi non baptizatum occidat, eſt irregularis.

BAptizatus homicida injuſtus eſt irregularis, etiamſi occiſus non ſit baptizatus. *c. Clericum. c. de his Clericis. diſt.* 50. *c. ſi quis poſt acceptum baptiſmum.* 40. *diſt.* 51. *c. excommunicatorum,* 23 *q.* 5. *c.* 1. *c. petitio.* 24. *c. quidam.* 25. *c. ſicut dignum* 6. *§. illi autem. de homic.* Clem. *unica. de homicidio*, & hoc ſive ſit irregularis ex homicidio voluntario præmeditatè, rixa, directè volito, ſive ex caſuali indirectè volito in cauſa, non in ſe, etiamſi homicide ſit emendatus. Trid. *ſeſ.* 24. *c. liceat* 6. *de reform & ſeſ.* 14. *c. cum etiam* 7. *de reform.* Et quidem meritò, quia per ordinem elevatur in Chriſti Domini mitiſſimi miniſtium, ut Chriſti perſonam repreſentet, quam immitis, crudelis homicida repreſentare nequit, unde meritò ab ordine repellitur. Farinacius *p.* 2. *fragmentorum criminalium* v. *irregularitas n.* 404.

Quale debeat eſſe homicidæ peccatum, ut contrahatur irregularitas?

4078 Homicidiū aut contra juſtitiam.

DUplex eſſe poteſt peccatum homicidæ: unum contra juſtitiam, alterum contra caritatem.

Contra juſtitiam, ſi quis injuſtè alterum occidet.

4079 Aut contra caritatem.

Contra caritatem, ſi quis non injuſtè, ſed ex odio alterum occidat: puta ſi quis ſe defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ, & ſic juſtè, ex odio tamen inimicum occidat.

4080 Homicidiū ad irregularitatem incurrendam ſit contra juſtitiam.

Nunc aſſerimus ad contrahendam irregularitatem requiri peccatum contra juſtitiam, nec ſufficere quodcumque aliud peccatum; nam jura pœnalia reſtringenda ad proprium ſignificatum homicidii per ſe injuſti, & ſic contra juſtitiam. *l. fin. C. qui bonis cedere.* Exodi 21. *c.* 1. *de homic. c. ſi quis viduam. c. Clericum. diſt.* 50. Molina *tract.* 3. *diſp.* 33. *n.* 4. Sayrus *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 40. Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 72.

Ut tamen in iſtis, & ſequentibus diſtinctior, & ſecurior procedat oratio. Primo agamus de homicidio voluntario. Secundo de caſuali.

De Homicidio voluntario.

§. III.

4081 Ob homicidium voluntarium, aut directe, aut ex rixa volitum incurritur irregularitas.

HOmicidium voluntarium dividitur, ut dicebemus in appenſatum, & in factum ex rixa, ex utroque contrahitur irregularitas effectu ſequuto, non ex ſolo attentato, etiamſi miraculosè mors non ſequatur. *c.* 1. *qui Clerici, vel voventes. c. ſi quis non iratus.* 22. *q.* 1. D. Thom. 1. 2. *q.* 20. *art.* 5. *ad* 4. Riccius *in collectaneis dec.* 1895. Boerius *dec.* 316. Grammaticus *dec.* 2. Theſaurus *p.* 2. *dec.* 24. Cacheran. *dec.* 19. *in fin.* Clarus *§. fin. q.* 1. *n.* 9. volentes derogatum conſuetudine legibus conatum ordinaria pœne punientibus, & ſic ſtat regula: non punitur affectus ſine effectu. *l. cogitationis pœna. D. de pœnis. c. ex literis. de conſtitutionibus.*

De Homicidio ex propoſito.

§. IV.

IRregularitas ex homicidio præmeditato ortum debet præteritis antiquiſſimis temporibus. Exodi 21. ibi: *ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evellas eum, ut moriatur.* Primo Paralypomenon *c.* 22. *& c.* 28. 2. *Regum c.* 7. *c. ſi quis omnem* 1. *q.* 7. *c. fin. de temporibus ordinationum. c. miror. diſt.* 50. Trid. *ſeſ.* 14. *de reform. c.* 7. ibi: *cum etiam, qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari avelli debeat, qui ſua voluntate homicidium perpetraverit, etiamſi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoveri poſſit.* 4082 Ex homicidio præmeditato datur irregularitas.

An ex homicidio præmeditatè facto etiam occulto, irregularitas ſic reſervata Papæ?

AFfirma, itaut ab Epiſcopo relaxari nequeat. Trid. *ſeſ.* 24. *de reform. c.* 6. ibi: *liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare, & in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos &c. abſolvere.* Turrianus *de cenſuris lib.* 9. *diſp.* 63. *dub.* 1. Vaſquez 1. 2. *q.* 73. *art.* 8. *dub.* 1. Gaſpar Hurtadus *diſp.* 2. *de irregul. difficult.* 8. *n.* 16. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 39. *n.* 47. Sà v. *homicidium num.* 4. Gomez 2. *variarum c.* 3. *n.* 15. Machadus *tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 16. *docum.* 7. *n.* 2. Diana *p.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 19. *& p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 72. contra Cornejum *tract.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 1. *q.* 2. Sayrom *lib.* 7. *c.* 7. *num.* 8. 4083 Hoc homicidium etſi occultum Papæ reſervatur.

An irregularitas ex voluntario in rixa inopinata occulta, ſit reſervata Papæ?

NEga, ſed valet ab Epiſcopo abſolvi, quia Papæ eſt reſervata pullulans ex homicidio per induſtriam, per inſidias facto. Trid. *ſeſ.* 14. *c.* 7. *de reform. c.* 1. *de homic.* Henriq. *lib.* 14. *c.* 14. *n.* 1. *in fin.* Salſedus *in practica criminali c.* 94. Avila *p.* 7. *de cenſuris diſp.* 6. *ſect.* 2. *dub.* 1. *concl.* 2. Rodriquez *in ſumma v. irregularitas c.* 179. *n.* 1. Coninck *de Sacram. diſp.* 18. *dub. ult. n.* 111. *concluſ.* 5. Machadus *tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 16. *docum.* 7. *n.* 2. Diana *p.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 19. Marchinus *de ordine tract.* 1. *p.* 9. *c.* 1. *difficult.* 3. *n.* 10. & alii, quibus ſubſcribit Ant. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *n.* 163. contra Molinam *tom.* 4. *tr.* 3. *diſp.* 79. *n.* 7. Gabrielem à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 10. *n.* 7. contra Suarium *diſp.* 44. *de cenſuris ſect.* 1. *n.* 3. Villelobos *tract.* 21. *diſp.* 18. *n.* 2. Unde Epiſcopus tunc diſpenſat. Marchinus *de Sacr. Ordinis tract.* 1. *p.* 9. *c.* 1. *difficult.* 3. *n.* 10. Machedus *loc. cit.* Filibertus *de ordine tr.* 1. *p.* 9. *c.* 1. *diffic.* 3. *n.* 9. Avila *loc. cit.* & plures alii, quos ſequitur Leander *tom.* 5. *tr.* 2. *diſp.* 27. *q.* 17. 4084 Secùs ſi ex rixa in opinata occulta.

An dubius de homicidio ſit irregularis?

4085 Dubius de homicidio.

SI dubitetur exiſtat nec ne homo occiſus, tunc nega. Excobar *tract. de utroque foro art.* 1. *n.* 74. Pellizzarius *tract.* 7. *c.* 5. *n.* 14. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *num.* 9.

Diſtinguas: vel eſt purum dubium, itaut

nullæ

Digitized by Google

4086 *Parum dubium de homicidio, non parturit irregularitatem.* nullæ ſint conjecturæ, nulla ſint indicia cooperationis ad homicidium, vel adſunt aliqua indicia, conjecturæ, præſumtiones, indicia, cooperationis, ſeu influxus in homicidium: puta quia vulneravit, & vulneratus mortuus eſt, & tunc irregularis eſt, ſic dubitans: puta ſi dubitet an incuria Medici obierit vulneratus; quia ſtantibus indiciis, præſumtionibus, conjecturis, eſt probabile illum eſſe delinquentem, & reum dignum pœna irregularitatis, & hoc tantùm probat textus in *c. ad audientiam* 15. & in *c. ſignificaſti* il 2. 16. *de homicidio*.

Si verò nullis indiciis, conjecturis, præſumtionibus conſtet influxiſſiſs in homicidium, ſed pendulus neutri parti adhæreat; tunc aſſerimus iſtum non eſſe irregularem, niſi ſequuta ſententia condemnatoria. Excobar *tract. de utroque fore art.* 1. *num.* 4. Henriq. *lib.* 14. *c.* 3. & *c.* 15. *n.* 3. Covarruvias *in Clementina ſi furioſus.* 2. *par.* §. 2. *n.* 5. Suarios *de cenſ. diſp.* 40. *num.* 10. Salas 1. 2. *qu.* 21. *diſp. un. ſect.* 6. *n.* 7. dicentes in conſcientia non eſſe irregularem, quia textus *in c. ad audientiam, & in c. ſignificaſti. de homicidio.* ſunt pœnales, & ſic poſt condemnationem locum habent. contra Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 9. *n.* 75. contra Leandrum *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 1. *qu.* 16. citantes pro ſe XX. DD. qui *qu.* 18. citans XIX. DD. putat in aliis dubiis dubitantem an deliquerit non eſſe irregularem, quia jure expreſſus caſus dubii de homicidio, non de aliis rebus, & *qu.* 17. ait dubium de mutilatione non eſſe irregularem, quia jura de homicidii, non mutilationis dubio loquuntur, & citat IX. DD. docetque Dicaſtilus citans III. DD. *de cenſ. tract.* 10. *diſ.* 7. *n.* 14. contra Navarr. *c.* 27. *n.* 206.

Probatur primo, quia juſtitia exigit æqualitatem inter delictum, & pœnam. *Deuteronomii* 32. *c. ex literis. de conſtitutionibus*; ergo pœna debita delicto certo, non debetur delicto dubio. Pœna namque adæquari debet delicto; nam juxtà menſuram delicti debet eſſe plagarum modus.

Probatur ſecundo, quia dubius an commiſerit, poteſt eſſe innocens; ergo non debet puniri, ita ac ſi commiſiſſet; nam in dubio melius eſt reum abſolvere, quàm innocentem damnare. *l.* 1. *l.* 2. *D. de ventre in poſſeſſionem mittendo.* in dubio enim pro reo reſpondendum eſt.

4087 *C. ad audientiam. & c. ſignificaſti explicatur.* Dices: obſtat textus *in c. ad audientiam. in c. ſignificaſti. de homicidio.* ubi eſt irregularis dubius de homicidio.

Reſpondetur, dicta jura loqui, quando eſt præſumtio, quòd ſit homicidium commiſſum: puta, quia vulnus injecit, & deinde dubitat, an ex vulnere fuerit mortuus. Præſumitur namque tunc ex vulnere mortuus, non ex incuria Medici, vel malo regimine; nam certum eſt vulnus influere in mortem. Et incertum eſt an adfuerit incuria Medici, vel Curatoris, aut miniſtri; Imò præſumitur non mortuus ex incuria Medici, vel miniſtri; nam Medicus, & miniſter præſumitur ſuum officium rectè exequi, cùm nemo in dubio præſumatur malus. *c. un. de ſcrutiniis. l. Medico.* § 1. *D. pro ſocio.* At nos loquimur, quando nulla eſt præſumtio homicidii, & nec eſt certum vulnus illatum, ſed dubitatur ao vulneraverit, licèt ictum emiſerit: puta ſi eodem tempore multos caſu confluentes ejaculaverit, vel ſi noctu ictum emiſerit, & deinde non invenitur homo occiſus, nec non occiſus.

Dices ſecundo, in dubiis tutior pars eſt eligenda, *d. c. ad audientiam. d. c. ſignificaſti. l. ſi fuerit.* §. *fin. D. de rebus dubiis. c. juvenis. de ſponſalibus*, ergo debet ſe gerere ut irregularis dubius an ſit homicida.

Reſpondetur, tutior pars eſt eligenda de conſilio, non de præcepto: prout Doctores aſſerunt, de quibus in mea *Anacephal.* Et fatetur Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 9. *n.* 70.

An ſit irregularis dubius an ex vulnere gravi, vel levi, vulneratus ſit mortuus?

4088 *Dubius an vulneratus ſit mortuus ex vulnere levi, aut gravi, eſt irregularis.* Affirma; nam adeſt præſumtio, quòd ſit mortuus ex vulnere, & ſic quòd vulnus ſit grave. *d. c. ad audientiam. de homicidio.* Suar. *diſp.* 40. *ſect.* 5. *n.* 78. & XII. DD. apud Barboſam *in d. c. ad audientiam. n.* 2.

An in dubio juris quis ſit irregularis?

4089 *In dubio juris, non eſt quis irregularis.* Nega, quia lex dubia non obligat; ergo nec quando adeſt dubium juris, quando tunc lex eſt dubia. Secundo, quia quando eſt dubium juris, hoc eſt dubitatur an irregularitas ſit expreſſa, tunc non eſt expreſſa; ergo non incurritur. *c. is, qui de ſent. excomm. in* 6.

An leviter vulnerans, ſit irregularis, ſi moriatur vulneratus ex defectu Medici, vel medicinæ?

4090 *Leviter vulnerans eſt irregularis, etſi mors ſequatur ex defectu medici.* Affirma, quia tunc vulnus, non carentia Medici, vel medicinæ mortem cauſat. Sotus 5. *de juſtitia q.* 1. *art.* 9. Navarr. *c.* 27. *n.* 223. Giballinus *de irregularitate c.* 4. *qu.* 1. *conſectarie* 10. *num.* 31.

Hinc ſi ex levi vulnere febris orta occidat vulneratum, adhuc vulnerans eſt irregularis; quia cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati; vulnus ergo cauſa febris, eſt cauſa mortis illatæ à febris morbo.

4091 *Secùs ſi ex incuria medici.* Non ita eſſet ſi febris non naſceretur ex vulnere, ſed ex incuria Medici, vel avaritia cauſa lucri protrahentis curationem: vel naſcatur febris, quia ægrotus ipſe ſibimet exaſperat vulnus; tunc mors non ſequitur ex vulnere, ſed ex Medico, qui Medicus homicida tunc erit irregularis. Navarr. *c.* 27. *n.* 223. Henriq. *lib.* 14. *c.* 14. *n.* 4. Palaus *diſp.* 1. *punct.* 15. §. 5. *n.* 5.

4092 *Et vulnere ſanato, poſtea moriatur.* Secundo ſit, non eſſe irregularem vulnerantem vulnere ſanato, licèt novo morbo ſuperveniente, non ex vulnere reinfirmatus decedat. *c.* 2. *de homicidio. l. ſi quis occiderit.* §. *fin. D. ad legem Aquiliam.* Covarr. *in Clementina ſi furioſus.* 2. *par.* §. 2. *n.* 9.

Peritis autem decernendum remittimus, quando ex vulnere reinfirmetur, moriatur. Molina *tract.* 3. *diſp.* 33. *n.* 3.

De Irregularitate ex homicidio caſuali.

§. V.

4993 *Quid homicidium caſuale.* Poſt voluntarium, caſuale homicidium orationi materiam uberem præbet.

Caſuale homicidium eſt, quod contingit præter intentionem, hoc eſt finem operantis. D. Thomas 2. 2. *qu.* 64. *art.* 8.

4094 *Eſt duplex.* Eſt duplex: unum ſine omni culpa gravi, & hoc dicitur omninò fortuitum, nec in ſe, nec in cauſa prævifum volitum; puta factis omnibus diligentiis opportunis, ſcilicet videndo nè occidat aliquem.

Ex quo nulla irregularitas contrahitur. *c. lator.* 9. *c. dilectus.* 13. *c. ſignificaſti il* 1. *c. ex literis.* 14. *c. Joannes.* 23. *de homicidio. c. meriti.* 15. *qu.* 1. Soccinus *conſ.* 16. *lib.* 1. De Marinis *tom.* 1. *c.* 2. *num.* 27.

4095 *Caſuale intra volitum.* Alterum cum peccato mortali homicidii contra juſtitiam, & dicitur caſuale, quia non eſt volitum directè in ſe, ſed eſt volitum in cauſa, &

ſic

ſic eſt caſuale, quia accidit præter intentionem directam. Cajetanus 2. 2. *qu.*64. *art.*8. Suarius *diſp.*45. Dicaſtillus *de cenſ. tract.*10. *diſp.*7. *n.*907. ut ſi quis velit vulnerare, & præter hanc intentionem ſequatur occiſio, & mors.

Ex hoc homicidio conſurgit irregularitas jure diſponente. *c. ſignificaſti, & c. dilectus.* 1. *de de homicidio. c. Clericus. diſt.*50. Sotus *lib.*5. *de juſtitia.q.*1.*art.*9. Navar.*c.*27.*n.*252.

Irregularitas iſta contrahitur à dante operam rei illicitæ, non intendente directè homicidium. In quo multa frequentia, in quibus nè à veritate devies, principia ſternamus conſtructo titulo.

Dans operam rei illicitæ, an ſit irregularis ſequuto inde homicidio?

§. VI.

Primum principium.

4096 Dans operam rei illicitæ adhibita ſufficienti diligentia, non eſt irregularis.

NOn eſt irregularis dans operam rei illicitæ adhibita ſufficienti, & ſic exacta, licèt non exactiſſima diligentia, nè homicidium ſequatur, eo ſequuto.

Patet, quia non peccat tunc, & eſt textus in *c. hi, qui. c. ſæpè contingit. c. ſi duo fratres. diſt.*50. *c. lator. c. dilectus filius. c. ſignificaſti. c. Joannes. c. Presbyterum c. ad audientiam. c. fin. de homic.*

Si verò ſufficientem diligentiam omittat, eſt irregularis, quia peccat. *c. Presbyterum. de homicidio.* D. Thomas 1. 2. *q.*73. *art.* 8. Garzias *de beneficiis p.*7. *c.*11. *n.*52. Abbas *in c. quæſitum. de penitentiis, & remiſſionibus*. Farinacius *par.*2. *fragmentorum criminalium. v. irregularitas. n.*507. *&* 511. dans IX. DD. Dicaſtillus *de cenſ. tract.*11. *n.*910. *&* 911. citans VII. DD.

Unde non eſt irregularis declinans ictum ignei globi, lapidis, etiamſi prævideat alterum inde occidendum; nam utens ſuo jure non peccat. Dicaſtillus *loc. cit. n.*946.

Secundum principium.

4097 Et non peccans peccato homicidii.

NOn peccans peccato homicidii, non eſt irregularis, etiamſi det operam rei illicitæ, in qua ex ſe non ſit mortis periculum, etiam morte ſequuta adhibita ſufficienti diligentia, nè ſequatur mors.

Patet, quia peccatum homicidii non aliud in caſu, irregularitate punitur. *c. ſignificaſti. c. ad audientiam. de homicidio*; ergo quoties deeſt peccatum homicidii, ut deeſt quoties adhibetur ſufficiens diligentia nè ſequatur, deeſt irregularitas. *c. vos verò. c. Clerico jaciente. diſt.*50. Idque etiamſi adſit quodlibet alterius rei illicitæ flagitium. Sayrus *lib.*7. *de cenſuris c.*5. *n.*17. Sotus *lib.*5. *de juſtit. q.*1. *art.*9. Dicaſtillus *loc. cit. n.*913. Suarius *diſp.*45. *ſect.*6. *n.*1. Gobat *tract.*8. *examinis n.*668. Ajens non debere, nec poſſe cogitare de periculo primo intuitu, cùm prima rei notitia non ſit in noſtra poteſtate, ex Archidiacono, & D. Thom. Farinacius *p.* 2. *fragmentorum criminalium. v. irregularitas n.*516. citans contra X. DD. *n.* 513. ajentes irregularem etiam adhibentem omnem diligentiam, nè homicidium ſequatur, contra plures apud Covarruviam in Clementina *ſi furioſus. p.*2. *§.*4.

Tertium Principium.

4098 Dans operam rei illicitæ tendentis in homicidium, eſt irregularis.

DAns operam rei illicitæ tendentis ex ſe in homicidium, eſt irregularis illo ſequuto præter intentionem ex homicidio caſuali. Nam indirectè vult homicidium, qui directè vult ejus cauſam, puta mandans verberare, non occidere. DD. apud Dianam *p.*4. *tract.*2. *reſ.*20.

Quartum Principium.

4099 Prævidens periculū adhibitis ſufficienter diligentiis, non eſt irregularis ſequuto homicidio.

PRævidens periculum, & ſufficienter proſpiciens nè homicidium accidat, non eſt irregularis, etiam homicidio ſequuto. Nam tunc nec indirectè eſt volitum, & ſic omninò fortuitum. Et homicidium ut inducat irregularitatem, debet eſſe volitum directè, vel indirectè. *c. lator. c. dilectus. c. ſignificaſti. c. Joannes. de homicidio.* Diana dans V. DD. *p.*4. *tract.*2. *reſ.*20. Henriq. *lib.*14. *c.*15. *num.*1. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.*10. *n.*101. Dicaſtillus *de cenſuris tract.*10. *diſp.*7. *n.* 917. 918. 923. *&* 924. citans VIII. DD. contra Cornejum *de irregularitate diſp.*5. *dub.* 2. *concluſ.* 7. Toletum *lib.*1. *ſummæ c.*77. volentes eſſe irregularem quacumque adhibita diligentia.

Patet etiam noſtra ſententia, quia nullo jure eſt expreſſum dantem operam rei illicitæ adhibentem ſufficientem diligentiam eſſe irregularem. Adhibita namque diligentia nè mors ſequatur, ceſſat morale mortis periculum, & ſic mors dicitur fortuita, ſi ſequatur.

4100 Objectis fit ſatis.

Nec obſtat primo textus in *c. tua nos. de homicidio*, ubi Monachus Chirurgus eſt irregularis, quia illicitè applicato emplaſtro ad aperiendam apoſtemam mors fuit ſequuta, ad idem eſt textus in *c. fin. de homic. in* 6. ubi mandans verberari non occidi, ſequuta morte eſt irregularis; ergo dans operam rei illicitæ morte ſequuta eſt irregularis.

Reſpondetur primo cum Suario *ſect.* 6. *n.* 10. tantùm in dictis duobus caſibus, quia jure expreſſis irregularitatem contrahi. Primo à Clericis, Monachis Chirurgis ſcindentibus, incidentibus morte ſequuta, etiam adhibitis diligentiis, ut in *d. c. tua nos*. Secundo à mandantibus verberari, non occidi, non mutilari ſequuta occiſione, mutilatione, ut in *dict. cap. fin. de homicid. in* 6.

Reſpondetur ſecundo cum Dicaſtillo *loc. cit. n.*922. *&* 923. eſſe irregularem in dictis caſibus tantùm pro foro externo, quia lex præſumit Monachum, non ſatis illa arte inſtructum in *d. c. tua nos*. Et mandatum eſſe ex animo occidendi in *d. c. fin.*

Reſpondetur tertio, illos irregulares fuiſſe, quia ibi non fuit adhibita omnis ſufficiens diligentia, nè mors, vel mutilatio ſequatur; quia mandans non poterat ſufficienter præcavere nè vulnus vi illatum eſſet lethale, & ſic erat proteſtatio contraria facto in *d. c. fin.*

Et in *d. c. tua nos*, idem eſt vitium; nam Monachus non erat inſtructus illa arte theoricè practicè; non enim illam exercebat, unde nequiverat adhibere ſufficientem diligentiam ad præcavendam mortem.

Nec obſtat ſecundo argumentum, dans operam rei licitæ non eſt irregularis. *c. hi, qui. c. ſæpè. c. ſi duo fratres. diſt.*50. *c. dilectus. c. Joannes. de homicidio*; ergo dans operam rei illicitæ eſt irregularis.

Nam in pœnalibus non valet argumentum à contrario ſenſu, maximè in irregularitate, quæ debet eſſe jure expreſſa. *c. is, qui* 18. *de ſent. excom.* Hurtadus *diſp.*2. *de irregularitate difficult.*8. *n.*28. Giballinus *de irregularitate c.*4. *q.*2. *n.*9. Vaſquez *p.*2. *diſp.*100. *n.* 39. Præpoſitus 3. *p. q.*5. *de irregularitate dub.* 10. *n.* 63. Filliucius *tom.* 2. *tract.*20. *c.*3. *n.*69. Sà v. *irregularitas ex deform. n.*4. Suarius *diſp.*45. *ſect.*6. *n.*9. Fagundez 5. *Decalogi c.*14. *q.*11. contra Gajetanum 2. 2. *q.*69. *art.*8.

Vival-

Digitized by Google

Vivaldum *de irregularitate num.*248. Toletum *lib.*1.*c.*29.*notabili* 2.

COROLLARIA.

5501 Irregularitas ex homicidio caſuali incurritur ex peccato mortali homicidii.

UT Corollariis ſcaturiginem demus ex dictis hoc conflamus principium, ut quis ſit irregularis ex homicidio caſuali debet peccare mortaliter peccato homicidii; nam hoc peccatum non aliud irregularitate in jure in re noſtra punitur: unde quæ excuſant à peccato homicidii, excuſant ab hac irregularitate, ex quo.

5502 Carens omni cognitione, advertẽtia circa peccatum homicidii, non eſt irregularis.

I. Corollarium; carens cognitione, dubio, ſcrupulo, ſuſpicione, advertentia circa peccatum homicidii, non peccat peccato homicidii, nec eſt irregularis, etiam homicidio ſecuto; quia cenſetur omnino caſuale, cùm nec in ſe, nec in cauſa ſit volitum; ex eo, quia non fuit præcognitum.

5503 Nec non prævidens.

II. Corollarium: non prævidens modo dicto periculum necis, aut necem, non peccat peccato homicidii, nec eſt irregularis.

5504 Et ſi prævidet, cautelas adhibet.

III. Corollarium; prævidens periculum homicidii, ſed prudenter adhibens cautelas nè homicidium ſequatur; tunc dicitur tollere periculum, & ſic ſi mors ſequatur, dicitur omninò fortuita: qua ratione excuſatur ab irregularitate mandans prudenti viro, & fideli alium verberare, non occidere, nec mutilare, qui mandatarius adeò eſt prudens, ut cum periculo occiſionis non verberet, & text. *in c. fin. de homic.* docens oppoſitum, intelligitur quando quis prævidet in cauſa occiſionem.

5505 Equitans feroci equo non prævidẽs puerum occidat.

IV. Corollarium: non eſt irregularis Clericus feroci equo inſidens, equitans, ſi fractis habenis puer proteratur, ſi id non prævidit, vel adhibuit omnes diligentias ſufficientes ad præcavendam mortem protriti infantis. *c. ſignificaſti. c.dilectus. de homic. l.*1.*D.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*; nam non delinquit peccato homicidii. Covar. in Clem. *ſi furioſus. p.*2. §. 4. Navarr.*c.*27.*n.*235. Sayrus *lib.*7.*c.*6.*num.*18. Sà v. *homicidium.* Sayrus *lib.*7. *c.*6. *n.*1. Avila *p.*7. *diſp.*6.*ſect.*1. *dub.*1. Barboſa in *c.dilectus. n.*1. *de homicidio*. contra Soccinum Juniorem *lib.* 1. *conſ.*58.

5506 Et Clericus venator venatione non periculoſa.

V. Eſt: nec eſt irregularis Clericus venator venatione non periculoſa alicujus morte ſine ſua culpa ſequuta; quia tunc deeſt peccatum homicidii. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.*10.*n.*40. Navarrus *c.*27.*n.*235. Covarruvias in Clem.*ſi furioſus.p.*2.§.4.*n.*10.Sayrus *lib.*7.*c.*6. *n.*18. contra Soccinum Juniorem *lib.*1. *conſ.* 58. Caſtrum *lib.* 2. *de lege pœnali c.* 14. Farinacium *p.*2.*fragmentorum criminalium* v. *irregularitas num.*545.

5507 Et ſi fuerit periculoſa, adhibuit tamen diligẽtias.

VI. Nec eſt irregularis Clericus venator venatione periculoſa, urſi, leonis, ſi adhibita diligentia, ut præcaveatur homicidium ſufficienter, mors ſequatur; nam tunc ceſſat flagitium homicidii, nec in ſe, nec in cauſa voliti. Leander *tom.*5.*tract.*2.*diſp.*16.*q.*11. Avila *p.*7. *de cenſuris diſp.*6.*ſect.*1.*dub.*1.contra Navarrum *c.*27.*n.*287. Farinacium *loc.cit.n.*541.

5508 Pulſās Campanas adhibita diligẽtia.

VII. Eſt: non eſt irregularis Clericus pulſans campanas licitè, vel illicitè, puta tempore interdicti, adhibens diligentiam ſufficientem, nè mors ſequatur, licèt tintinnabulum caſu cadens tranſeuntem occidat, quia non delinquit peccato homicidii. *c.ex literis. c.Joannes. de homicidio*. Navarrus *c.*27. *n.*236. Sotus 5.*de juſtitia qu.*1. *art.*9. Covarruvias *loc.cit.* Cornejus *de irregularitate diſp.* 3. *dub.* 2. *concluſ.* 2. contra Sayrum *lib.*7.*c.*8.*n.*3.

Si tamen ſonaret ad arma, ad ſeditionem præciſa ratione inculpatæ defenſionis, eſſet irregularis homicidio ſequuto. Farinac. *par.* 2. *fragmentorum criminalium.* v. *irregularitas num.*509.

5509 Cedens arbores.

VIII. Eſt: nec eſt irregularis illicitè cedens arbores die feſtivo, adhibens diligentiam, nè homicidium ſequatur, ſi ramus cadens opprimat hominem; nam non peccat peccato homicidii. *c.ſi duo c.hi, qui arborem.diſt.*50. Navarrus, Leſſius, Cornejus *locis citatis.* contra Majolum 3.*de irregular.c.*48.§.3.*n.*9.

5510 Inducens ad furandum.

IX. Eſt: inducens alium ad furandum, adhibens diligentiam nè fur occidatur, vel nè occidatur Dominus rei furatæ, vel ad illam mortem invincibiliter non advertens, non eſt irregularis; quia non delinquit peccato homicidii. Henriquez *lib.*14. *c.*5. *n.*31. Salonius 2.2. *q.* 64. *art.* 8. *controv.* 3. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.*10.*num.*97.

5511 Mandans rapere feminam.

X. Corollarium: Nec eſt irregularis mandans ſervo, ut rapiat feminam, ſi hic occidat, vel occidatur: dummodo non adverterit, vel caverit ſufficientèr nè homicidium ſequatur; nam non peccat peccato homicidii, cùm mandatum ad homicidium non tendat. Gabr. à S. Vinc. *diſp.*10.*n.*96. Grammaticus *conſ.*20. Decius *conſ.* 234. *col.fin.* Henriquez, & Sayrus *loc. cit.* Leand. *loc.cit.q.*17.

5512 Increpans acriter aliū.

XI. Nec increpans acriter alium inde ſe occidentem, vel mutilantem, eſt irregularis: ſic D. Antonius increpavit peccatorem, qui inde pedem ſuum recidit. Giballinus *c.* 4. *q.*2. *conſectario fin.v.*6.Ugolinus *c.*28.

5513 Præmente turba ſuffocatus.

XII. Nemo irregularis, ſi multitudine urgente premente quis ſuffocetur, vel corruat è Ponte, ſi nemo advertat, vel impellat in particulari; quia nemo peccat peccato homicidii.

XIII. Unus alium impellens, unde impulſus ruit, vel impulſus ab impulſo ruit præceps, & moritur, non eſt impellens irregularis, ſi ad id non advertat, vel in quantum eſt ex ſe, ſufficienter caveat. Giballinus *de irreg.c.*4.*q.*2.*conſectario* 20. *v.*11.

5514 Luctans cū alio.

XIV. Nec eſt irregularis, qui cum altero luctatur, & ejus cultellus cadens alterum occidit tranſverberando latera corruentis, ſi deſit advertentia neceſſaria ad peccatum, vel adhibeatur requiſita diligentia, nè mors ſequatur. *c.lator.de homic.* Giballin.*c.*4.*q.*2. *conſectario* 13. v. 12.

5515 Joco projiciens aliquid ad terrendū.

XV. Nec eſt irregularis, ſi quis joco projiciet aliquid ad terrendum, & territus iſtum fugiens præceps ruens moriatur, ſi non advertat peccatum, vel diligentiam adhibeat; quæ diligentia unicuique eſt adhibenda in evitando peccato, per quod poſſit ab omnibus contrahi pœna cenſuræ irregularitatis, quæ ſemper ſupponit, & quærit mortem; nam non peccat peccato homicidii. Covar.*loc. cit.* §.4. *n.*6.xrr.DD. apud Sayrum *lib.*7. *theſauri c.*6.*num.*24. Bonac. *q.*4. *de irreg. p.*7. *n.*26. Barboſa *in c.exhibita. de homicidio.*

5516 Mittens puerum ad hauriendam aquam fluminis.

XVI. Nec eſt irregularis mittens puerum ad flumen ad aquam trahendam, vel ad potandum equum, etiamſi puer ſuffocetur, ſi adhibuerit diligentiam ſufficientem, & cautionem, nè ſuffocetur, vel non adverterit ad periculum. DD. quos ſequitur Leand. *loc.cit. q.*21. & 22. contra

Ma-

Majolum *lib.5. c.48. §. 3. num.14.* Gabrielem à S.Vinc.*de cenſuris diſp.10.n.89.*

5517 *Ludens lapide, pilis.* XVII. Nec eſt irregularis ludens lapide, vel pilis nivis occidens, aut oculum eruens inadvertenter. contra Bonacinam *q. 4. de irreg. p. 7. num. 21.*

5518 *Idoneus faber ſi corruat, vel lapides projiciat.* XVIII. Nec eſt irregularis adhibens idoneum fabrum ad reficiendam domum, ſi caſu corruat faber, vel faber lapides inadvertentèr projiciens alium occidat; quia non peccat peccato homicidii. VIII. DD. apud Sayrum *lib.7.c.7.num.27.* Ugolinum *de irreg.c.21. n.5.* Hurtadus *diſp.2. de irreg. diffic.8.n.31.* Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.n.88.*

5519 *Dicens adeſſe bannitos.* XIX. Nec eſt irregularis dicens ibi ſunt banditi, non prævidens ab audientibus illos trucidandos, licèt ab illis trucidentur. Bonacina *diſp.7.q.5.punct.7.n.25.*

5520 *Deferens noctu arma prohibita.* XX. Nec eſt irregularis Clericus deferens noctu arma prohibita, ſi alius per vim illis ablatis, alterum tranſverberet, occidat; nam non peccat peccato homicidii. Navarrus *c.27.n.221.* Henriquez *lib.14.c.15.n.14.* Giballinus *de irregularitate c. 4. q. 2. conſectario ultimo.* contra Majolum *lib.5.c.47.§.3.n.17.*

5521 *Magiſter minis diſcipulum corrigens.* XXI. Nec eſt irregularis magiſter minis corrigens diſcipulum, vel moderatis diſciplinis, ſi diſcipulus timore percitus præcipitin ſe collidat, vel mærore moriatur, ſi ad id non advertat, vel diligentiam moralem adhibeat, nè lumbifragio occidat. *c.Presbyterum.c.ad audientiam. de homicidio;* nam tunc non peccat peccato homicidii *c.1.c.cum voluntate.de ſent.excom.* Navarrus *c. 27. n. 235.* Henriquez *lib. 14. c.14. n.4.* Suarius *diſp.46. ſect.2. num.4.* Dicaſtillus *de cenſuris tract. 10. diſp. 7. n.934.* citans VI. DD. Pilaja *lib. 4. Canonicarum dec. 15.* contra Felinum *in d.c.presbyterum.*

5522 *Projiciens lapidem in Petrū, Paulum occidat.* XXII. Nec eſt irregularis projiciens lapidem contra Petrum, caſu occidens Paulum, non Petrum, ſi diligentiam adhibeat, nè Paulum, aliunde percutiat, quàm Petrum; nam tunc percuſſio reſpectu Pauli eſt fortuita, & ſic non delinquit flagitio homicidii in Paulum. Bonacina *de irregularitate diſp.4.punct.7. n.19.* Giballinus *loc.cit. conſect.10.* Leander *de irregul. 37.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 945.* citans V. DD. contra Sayrum *lib.7.c.6.n.30.*

5523 *Medicus curans juxta artis Regulas.* XXIII. Nec eſt irregularis Medicus, Chirurguſvè occidens hominem adhibita diligentia ſecundum regulas artis, vel non advertens ad homicidium; nam non delinquit peccato homicidii. *c.ad aures. de ætate, & qualitate.* Intelligas non eſſe irregularem ex homicidio voluntario, vel caſuali; nam de alia irregularitate ſi adurat, vel ſecet dicemus infrà, & interim videas text. in *c.tua nos. de homicidio.*

5524 *Leviter vulneratus ex inſcitia Medici, aut ejus intemperantia mortuus.* XXIV. Nec eſt irregularis leviter vulnerans, ſi Medici inſcitia, ægrotivè intemperantia moriatur vulneratus; nam non vulnus, quæ eſt occaſio, ſed inſcitia Medici, aut intemperantia ægroti occidit. Covarruvias in *Clem.ſi furioſus.p.2.§.2.n.9.* Dicaſtillus *loc.cit.n.937.* citans XX. DD.

5525 *Tenens feras.* XXV. Eſt irregularis tenens animantia, feras, urſos, leones in via, ſi ab illis homo occidatur; nam tunc ponit cauſam homicidii. Farinacius dans XIII. DD. *p.2.fragmentorum criminalium v. irregularitas n. 521.* intelligas ſi aliquo modo timet, prævidet homicidium, nam aliàs ut excuſatur à culpa homicidii, ita ab irregularitate.

5526 *Tenens, & prævidens infantes in lecto ſuffucandos.* XXVI. Eſt irregularis tenens, prævidens pueros infantes in lecto à ſe, vel ab aliis ſuffocandos. *c.conſuluiſti. 2. q.5. c.quæſitum. de pœnitentiis, & remiſſionibus.* Navarrus *c.27. nu.220.* Majolus *lib.5.de irregularitate c.48. §.3.n.9.*

5527 *Non impediens, aut conſules homicidium.* XXVII. Eſt irregularis omnis, qui ſciens volens ſufficienter non præcavet homicidia, vel mutilationem, ut dans alteri conſilium imprudenter ſe exponendi mortis periculo, duello, gladiatione, vel dolo conſulens inceſſum per viam obſitam inimicis, vel prævidens ſe occiſurum, ſe inebriat, dormit, vel lapidibus, gladiis certans, vel choreis immoderatis, ſe exercet, unde prægnantis abortus.

Et his ſimilia expendas, atque decidas circa homicidium voluntarium, & caſuale interim alia homicidia expendamus.

De Irregularitate ex abortu.

CAPUT VII.

5528 *Quid abortus.* ABortus eſt occidere, vel prohibere animationem naſcituri, qui ſemper illicitus. *c.aliquando.32.q.2. c.ſicut ex literarum. c.ſi aliquis. de homicid.l.necare. D.de liberis agnoſcendis.* VII.DD. apud Dianam *p.3.tract.5. reſol.11.* Sylveſter *v.medicus q.4.* Leander dans XII.DD. *tom.5.tract.2.diſp.11.q.1.*

Abortus poteſt eſſe fœtus animati, & inanimati. *c.ſi quis.de homicidio,* ut latè in *Phyſicis legalibus* obſervavi.

Interroganti ergo, an faciens abortum ſit irregularis?

DIſtinguas: vel eſt fœtus animatus, vel inanimatus.

5529 *Procurans abortum fœtus inanimati non eſt irregularis.* Si fœtus eſt inanimatus, procurans abortum, aut dans pocula ſterilitatis, non eſt irregularis. *c.ſicut ex literarum.* ubi Abbas, Innocentius, Joannes Andreas *can. ſi aliquis de homicidio. c. Moyſes. c. quod verò 32. q. 1. l. cicero. D. de pœnis. l. Divus D. de extraordinariis criminibus;* nam donec anima infundatur, non eſt homo, cùm homo anima, & corpore conſtet. D.Thom. 2.2. *q.64.art.8.ad* 2. contra Majolum *c.48. §.1. n. 3.* ajentem eſſe irregularem illum, qui dat pocula ſterilitatis.

5530 *Secus ſi ſit animatus.* Si verò fœtus ſit animatus, tunc eſt homicida, & ſic irregularis procurans abortum. *c. homicidium. de pœnitentia diſt.1.c.homicidium 23. q.5.Moyſes 32.q.2.c.ſicut literarum.de homicidio.* Navarrus *c.16. n.33.* Covarruvias *in Clementina ſi furioſus.p.2.§.2.n.1.* Gomez *variarum c.3.n.32.* Suarius *de cenſuris diſp. 44. ſect.2. n.13.* Farinacius *p.2.fragmentorum criminalium v. irregularitas n.42.& p.4.praxis criminalis q.122. n.135. & 136.* Dicaſtillus *tract. 10. de cenſuris n. 629.* ajentes diſpoſitionem Sixti V. reddentis irregularem facientes abortum fœtus inanimati eſſe revocatam à Gregorio XIV. anno 1591. ubi abſtulit reſervationem Papalem abortus. contra quoſdam apud Tiraquellum in *l.ſi unquam. C.de revocandis donationibus* ajentes ex abortu fœtus animati, quem non reddi irregularem.

Si verò ex abortu fœtus inanimati mater pereat, dans cauſam abortus eſt irregularis ex homicidio caſuali, ſi non intendat abortum directè, & niſi ignorantia excuſatur ab irregularitate, vel à peccato ſibi ignoto. Cedronchios *lib.1. de Chriſtiana medendi ratione c. 22.* Giballinus *de irregularitate c.4. q. 2. conſectaris* 6. Majolus *loc.cit.* Farinacius *loc.cit. n.445.*

In dubio an fœtus ſit animatus, an ſit irregularis faciens abortum?

5531 In dubio animationis fœtus faciens abortum, nõ eſt irregularis.

NEga: Moura *opuſculo de ſpulmis ſect.2. c.1. num.*29. Bajardus ad Clarum *q.*68. *num.*9. Gomeſius *in c.*3. *num.*3. *de homicid.* Præpoſitus 3. *p. qu.* 5. *dub.* 8. *num.*58. Diana *p.*4.*tract.*2. *reſol.* 27. Giballinus *loc. cit. q.* 1. *conſectario* 7. Pellizzarius *tom.*2. *tract.*7. *c.*1. *ſect.*1. *quæſito* 17. *n.*25. contra Farinacium 2.*p. fragmentorum criminalium* v.*irregularitas n.*454. Dicaſtillum *de cenſuris tract.*10.*diſp.*7. *n.*628. Sanchez 1.*Decalogi c.*10.*n.*43.dantem X. DD. Leandrum dantem VIII. DD. *loc. cit. n.* 10. nam animatio eſt facti in dubio non præſumendi, ut demonſtravi 32. *mearum ſelectarum.* Secundo, quia in dubio facienda eſt interpretatio ad excludendum delictum, & pœnam; reo namque favendum. Gomez *de delictis, rubrica de homicidio c.*3. *n.* 32. *in fine.* Tertio, quia de homicidio non conſtat, & ſic pœna homicidii non debet puniri.

Quo tempore fœtus animetur?

5532 Non conſtat inter DD. tempus animationis fœtus.

ADeas Obſervationem 3. *meorum phyſico legalium.*

Ariſtotilem 7. animalium *c.* 3. ajentem nihil certi affirmari poſſe; nam aliqui volunt maſculos 40. fœminas 80.die animari. Vivius *dec.*82. *n.*1. Alii die 25.alii 45. alii 30.alii die 7. alii die 3.alii in 1.die. Paulus Zacchias *Medico legalium lib.* 10. Avicenna *diſp.* 38. Toletus 2. *de anima c.*4.*q.*7.

Homicidium quoad defenſionem inculpatam.

§. I.

5533 Homicidium ob defenſionem inculpatam, non parturit irregularitatem.

SUam, ſuorum, innocentium, amicorum, proximorum quoad vitam, honorem, famam, bona, &c. Irregularitate non punitur, nam talis defenſio caret delicto. *c. interfeciſti* 2. *c. dilectus* 13. *in fine. c. ſignificaſti.* 18. *il* 2. *§. fin. de homic. c. ſi verò. de ſent. excomm. c.dilecto. v.præterea.de ſent.excom.in* 6.*l.* 1.*§.cum arietes.D.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. ſcientiam. §.qui cum aliter. D.ad legem Aquiliam. l ſed & partus. §.penult.D.quod metus cauſa* Farinacius *p.* 4. *praxis criminalis q.*124. *n.*3 D.Thomas 2.2. *q* 64. *art.* 3. Leander dans XX. DD. *diſp.*12.*q* 1. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſuris diſp.*7.*n.*856. Bonacina *tom.* 1. *de irregularitate p.*1.*n.*3. Pilaja *lib.*4.*canonicarum dec.*11.*n.*10.

5534 Sive ſit Clericus, ſive Monachus talis homicida.

Idque ſive inculpatè ſe defendens ſit Clericus, ſive Monachus; nam non peccat. Fortunius in *l.vim vi.n.*32.ubi Bolognetus *n.*77. *D.de juſtitia, & iure.*Lugo *tom.*1.*de juſtit.diſp.*10.*ſect.*6.*n.*136. contra Armillam v. *irregularitas n.*41. ajentem nec eſſe irregularem, qui occidit, quando mutilare poteſt.

5535 Objectis ſit ſatis.

Nec officit Trid. *ſeſ.*14.*c.*1. *de reform. c.ſi quis viduam. diſt.* 50. dicens indigere diſpenſatione occidente ad defenſionem; nam intelligitur ſi exceſſerit in defenſione.

Nec ſecundo obſtat textus in *c. ſuſcepimus* 10. *de homicidio.* ubi eſt irregularis occidens furem, nè ab illo interimatur; ergo ſe defendens eſt irregularis.

Nam in dicto textu exceſſit in defenſione occidens furem à ſe jam colligatum, quem colligando exceſſit; cùm recuperatis bonis furto ſublatis, colligatio erat exceſſus defenſionis, & fortiùs mors deindè data furi; excedens autem in defenſione occidendo, eſt irregularis. *c.ſignificaſti,* 18. *§.fin.de homicidio.*

An ſe defendens cum moderamine, excuſetur ab irregularitate, ſi dedit cauſam invaſioni, injuriis, adulterio?

5536 Se defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ, non eſt irregularis, etſi dederit cauſam invaſioni, adulterio.

AFfirma: Clementina *ſi furioſus.de homicidio;* nam dando cauſam aggreſſioni injuſtæ; non amiſit jus defenſionis.

Et licèt peccaverit injuriando, non peccat ſe defendendo; cùm alter nequeat privata auctoritate ſe vindicare. Sotus 5. *de juſtitia q.*1. *art.*9. Caſtrus *de lege pœnali c.*14.Suarius *diſp.*46.*ſect.*1. *n.*11.Bonacina *de irregularitate diſp.* 7. *punct.* 6. *n.*2. Dicaſtillus *tract.*10. *diſp.*7. *n.*831. citans X. DD.contra Navarr. *c.*27.*n.*238.Coninck *diſp.*18. *num.*75.

An excuſetur ab irregularitate defendens cum moderamine inculpato extremè indigentem occidendo invaſorem?

5537 Cum moderamine occidens invaſorem ſuccurrendo extreme indigenti, non eſt irregularis.

AFfirma, quia non peccat, idque ſive defendat extraneum, ſive conjunctum injuſtè invaſum *l.*1. *§ ſi Divus. D.ad legem Corneliam de ſicariis* XXXIV. DD. quos dat, & ſequitur Farinacius *p.*4. *praxis crim.q.*125.*n.*276.*&* 281.

An fugiendo proterens puerum ſit irregularis?

5538 Fugiens proterens puerum, non eſt irregularis.

NEga: ſi fugiat invaſus, nam non peccat. Leſſius *lib.*2. *de juſtitia c.*9. *n.*59. Carena *q.* 28. *dub.* 2. Idque etiamſi amens ſit ille tali curſu neceſſariò protritus; nam non peccat, & ut contra animal, ità contra amentem ſe tueri valet. Leander *tom.*5.*tract.*2. *diſp.*12.*q.*15.*&* 16. contra Navarrum *lib.*2.*de reſtitutione c.*3.*n.*147.

De Irrregularitate ex mutilatione.

CAPUT VIII.

5539 Injuſtus mutilator etiam eſt irregularis.

NOn ſolùm injuſtus homicida, ſed etiam mutilator irregularitate irretitur. *c.is qui.* 3. *de homicidio in* 6. ideò humicidio mutilationis irregularitatem adjiciamus, in quo multa congerenda digeſto ordine ſunt. Primo, quid ſit mutilatio. Secundo, quid habeat naturam membri. Tertio, quæ mutilatio irregularitate plectatur. Ad primum.

Quid ſit mutilatio?

§. I.

5540 Mutilatio definitur.

MUtilatio eſt abſciſſio alicujus partis exercentis in corpore diſtinctam ab aliis partibus ſpecialem functionem. Quazzinus *defenſa reorum* 3.*p.c.*6. *n.*1. & ſic illud corpus dicitur mutilum, quod caret parte aliqua neceſſaria ad exercendum aliquod munus ſpeciale, puta caret manu; quæ pars ſpecialis, ſi non deſit, non dicitur mutilum, ſed impeditum, ſic habens aures licèt ſurdus, non dicitur mutilus.

5541 Ad mutilationem requiritur mẽbri abſciſſio.

Requiritur ergo ad mutilationem, ut membrum aliquod abſcindatur. Illud dicitur membrum, quod facit aliquod munus diſtinctum à corpore, & ſic oculi dicuntur membra, quia vident, non autem vident aliæ partes corporis; pedes dicuntur membra; quia faciunt munus diſtinctum: puta ambulant, manus dicuntur membra, & ſic ſi aliquis abſcindit iſta membra, eſt irregularis.

Quod ſit corporis membrum?

§. II.

5542 Membrum eſt exercens ſpeciale munus in corpore.

COrporis membrum eſt in corpore ſpeciale munus exercens. 1. ad Corinthios 12. ibi: *omnia autem membra non eundem actum habent. c.ſingula. diſt.*51. Ariſtoteles 4. *methaphyſices, & lib.*10.*de partibus c.*5. ſic membrum domus, non quævis pars, ſed eſt exercens ſpeciale munus diſtinctum ab aliis.

Sicuti membrum domus eſt exercens diſtin-

Digitized by Google

ctum officium, & non quælibet pars domus, ità membrum corporis non eſt quælibet pars corporis, ſed tantùm in homine exercens ſpeciale officium, ut manus, oculus. Riccius *practicarum reſol.67.n.1.* Farinacius *p. 2. fragmentorum criminalium n.587.* Gloſſa *in c.accuſaſti. v. debilitas. de accuſationibus*. Valentia *tom. 4. diſp. 7. q.19.punct.3. §.4.* Toletus *lib.1. c.71.* Diana *p.4. tract.2.reſol.26.* Quazzinus *3.p.in defenſa reorum c.6. n. 1.* Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp. 10. n.68.* Zacchias *lib.3.medico legalium q.1.num.8.* Baronius *de corpore tit.3. n.1.* Giurba *conſil. 40. n.6.* contra Sotum *lib.5.de juſtitia q.2.art.1.* Cajetanum *2.2.q.65.art.1.* Duardum *in Bulla Cœnæ c.9.q.15.n.7.* Dianam *p.4. de irregular. reſol. 26*, ajentes membrum propriè eſſe habens officium diſtinctum, vel conjunctum cum aliis membris, ut digitus cum manu.

Qui mutilans ſit irregularis?

§. III.

5543 Mutilans injuſte mēbrum eſt irregularis.

Mutilans injuſtè membrum aliquod eſt irregularis. *c.fin.* ibi: *mutilet, vel occidat. de homic.in 6.c.fin. diſt.51.* Clem. *unica.de homicidio.c.1.de Clerico pugnante.c.Clericis.ne Clerici, vel Monachi.* Majolus *lib. 5. de irregular. c. 50.* Pilaja *lib.4.Canonicarum dec.11.n.9.* Farinacius *p.2. fragmentorum criminalium v. irregularitas n.581.* dans XII. DD.

5544 Et abſcindēs partes generationi ſervientes.

Abſcindens partes generationi ſervientes, per ſe eſt irregularis, quia mutilat. Diana *p. 2. tr.15. reſ.20.& p.9.tr.7.reſ.21.* Avila *p.7. diſp.7. dub.1.* licèt paſſus talem abſciſſionem ſine culpa non ſit irregularis. *c. ex parte il 2.de corpore vitiatis,* licèt non deſit Henriquez *lib. 14. c.8. n. 1.* Cornejus, & Avila apud Leandrum *loc. cit. q. 16.* Caſtrus Palaus *diſp.6.p.15.§.1. n.4.* Navar. *c.27. n. 206.* volentes abſcindentes alicui teſtes non eſſe irregularem. De quo infrà.

Ex his reſolvuntur multa diverberantia mentes. hoc conſtituimus Principium.

Propriè mutilans proprium humani corporis membrum, eſt irregularis. Patet debere eſſe propriè mutilator, & verum membrum mutilatum, quia ſumus in pœnalibus propriè interpretandis, reſtringendo ad rigoroſam ſignificationem. *c.odia.c.in pœnis. de regulis juris in 6. l.interpretat.D.de pœnis.l.fin. C.qui bonis cedere,* & ſic primo eſt irregularis, qui abſcindit proprium membrum, hoc eſt partem ex ſe ſolam habentem ſpeciale munus. *c. fin. de homic.in 6. c.Clericis. ne Clerici, vel Monachi.* Clem.*unica. de homicidio.*

5545 Abſcindens partem mēbri, non eſt irregularis.

Secondo fit non eſſe irregularem abſcindentem partem membri; nam re vera non dicitur abſcindere proprium membrum.

Nec abſtrahens dentes.

Hinc tertio abſtrahens dentes non eſt irregularis, quia non mutilat propriè membrum, cujus appellatione dentes non veniunt. *l. cui dens. D. de ædilitia edicto*; nam dentes carent officio diſtincto ab aliis partibus, licèt cum aliis exerceant munus edendi, loquendi, & ſic ſunt coinſtrumenta veluti communia linguæ, oris, pulmonis, & ante ortum dentium dicitur homo perfectus. Farinacius *p. 1. fragmentorum lit.O, n.175.* Soccinus *in c.ad audientiam.n. 20. de homic.* Giballin. *de irregular.c.4.q.1.conſectaria 16.in fin.* Sayrus *lib.6.c.15.11.* Giurba *conſil. 40.n.12.* Diana *p.4.tract.2.de irregular. reſol.20.* contra Majolum *lib.1.de irregular. c.24.n.1.*

5546 Deformatus, non deformans eſt irregularis.

Quarto, non eſt irregularis deformans, abſcindens, licèt deformatus, abſciſſus ſit irregularis, ſi deformans non mutilet. Navarrus *conſil.2.n.2.de homic.* Sayrus *lib.6.c.15.n.7.* Suarius *diſp.44. ſect.2. n. 20.* Farinacius *p.2.fragmentorum criminalium v.irregularitas n.583.& 585.*

Nec eſt verum, eſſe irregularem illum, à quo quis redditur irregularis, nam id nullo jure exprimitur. Molina *tom.4. tract.3. diſp.69.* contra Majolum *5.de irregul.c.50. n.4.* Sylveſtr. *v. homic.3. q. 3.* ajentes irregularem eſſe illum, qui deformando reddit alterum irregularem.

5547 Abſcindens digitos pedis non eſt irregularis.

Quinto, abſcindens digitos pedis, ungues, non eſt irregularis, quia non habent ſpeciale officium *c.is, qui* ubi Gloſſa *de homic.in 6. l.non ſunt liberi. D. de ſtatu hominum.* Baldus *in c. Ego N. Epiſcopus 4.de jure jurando.* Zacchias *lib.5.medico legalium tit.3.q.6.n.12.*

5548 Abſcindens pollicem, indicem, non abſcindit membrum.

Sexto, ſi abſcindatur pollex, vel index, non abſcinditur propriè membrum, ſed pars membri. *l.item Offilius 10. D. de ædilitio edicto.* Diana *p.2. tract.15. reſol.26.& p.4. tract.2. reſol.26. & p.4. tract.2. reſol.26.* Pilaja *lib.4. dec.11. n.9.* Henriq. *lib.14. c.8. n.1.* Farinac. dans VII. DD. *p. 2. fragmentorum criminalium v. irregular. n.587.* Avila *p.7.diſp.5. ſect.1.dub.1.* Sayrus *lib.6. c.15.n.16.* Toletus *lib.1.ſumma c.71. n.5.* contra Dicaſtillum *tract. 10.de cenſuris n.636.*

5549 Et abſcindēs cartilaginē, aut auriculam, non eſt irregularis.

Septimo, abſcindens cartilaginem, & auriculam circa aurem, non eſt irregularis; quia non abſcindit membrum; cùm hæc ſit ad ornamentum, & tutelam auditus, carens diſtincto ſpeciali munere. Covarr. *in Clem. ſi furioſus.p.3. n.8.* Henriquez *lib.14.c.8.n.3.* Sayrus *loc.cit.num.17.* Farinacius *p. 2. fragmentorum criminalium v. irregularitas n.590.* Gabriel à S.Vinc. *de cenſuris diſp. 10. n. 68.* Riccius *in praxi reſol. 67. n.3.* Portella *de dubiis regularium v.homicidium n.8.* Avila *loc.cit.* Giurba *conſil.4. n.13.* Dicaſtilius *tract.10.de cenſuris n.637.* contra Majolum *lib.5. de irregularitate c.50.n.7.*

5550 Nec abſcindens naſum.

Octavo, abſcindens naſum, non eſt irregularis; quia non exercet per ſe officium diſtinctum, nec in ipſo eſt nervus ſenſorius, odoratus non ſit ibi, ſed eſt tantùm ad tutamen, & ornamentum. Ariſtoteles *loc. cit. in fin.* Henriq. *lib.14.c.8.n.3.* Leander *tom. 5. tract.2. diſp.17. q.8.* del Bene *tom.2.de immunitate c.16.dub.19. ſect. 1. num.6.* Cornejus *diſp.2. de irregularitate dub.unico.* contra Zerulam *p.1. praxis Epiſcopalis v.irregularitat.* Majolum *loc.cit. n. 4.* Baronium *de corpore tit.8. n.1.* citantem XV. DD.

5551 Nec mentū, barbam.

Nono, nec eſt irregularis abſcindens mentum, barbam, pilos, quia hujuſmodi ſunt ad ornamentum, & decorem, non membrum. Sanctus Baſilius *in exameron. homil.12.* Sanctus Auguſtinus *lib. 22. de Civitate Dei c. 24.* Pilaja *lib.4. Canonicarum dec.11.n.9.* Duardus *in Bulla Cœnæ can.11. q.15. n.10.* Angelus *in l. publicorum.n.9.D.de publ.judiciis.*

5552 Nec deformans labia.

Decimo, abſcindens labia, deformat, non vero membrum mutilat; quia labia non ſunt membrum. Doardus *loc.cit.* Majolus *1. de irregular. c. 23.* contra Angelum in Auth. *ut nulli judicum.§.quia verò. n.7.collat.9.*

5553 Excæcans non eruendo oculum.

Undecimo, excæcans alterum non eruendo oculum, non eſt irregularis; quia non mutilat. Toletus *lib.1.c.77.n.9.*

5554 Aut reddens claudum.

Duodecimo, reddens alterum claudum, non eſt irregularis, quia non mutilat propriè. Molina *tom.4. tract.3. diſp.68.* Toletus *lib. 1. c.77. n.9.* Abbas *in c.1. qui Clerici, vel voventes.* Navarrus *c.27.n.206.* Covarruvias *loc.cit. n.9.* Bo-

mac.

Google

nac. *diſp.7.q.4.p.8.n.6.* Dian. *p.4.tr.2.reſ.26.* Giballin. *c.4.de irregular.q.1. conſect.16. n.46.* Dicaſtill. *loc.cit.n.633.* Farinac. citans XVII. DD. *p.2.fragm.crimin.v.irregular.n.594.* contra Majolum *lib.5.de irregul.c.10.n.5.* Portella *loc. cit.* Tabiena *v.irregular.3.n.26.*

Decimotertio, nec eſt irregularis, ità debilitans membrum, ut ad nihil deſerviat, vel iiceetur; quia re vera non abſcindit. *c. ſicut urgenti.1. q.1.* Henriq. *lib.14.c.8.n.4. lit.G.* Palaus *diſp.6.puncto 15.§.1.n.5.* Dicaſtill. *loc.cit. n.633. & 965.* dans XII. DD. contra Coninck *diſp. 18. dub.8.concl.2.n.61.* Suarius *diſp.44.ſect.2.n.11.*

5555 Aut debilitans membrum.

Dices: paria ſunt, inutile eſſe, & non eſſe. *l. duo ſunt titii. D. de teſtamentaria tutela. l. non putavit. §. non quavis. D. de bonorum poſſeſſionib. contra tabulas.* Surdus *dec.51. num.14. & dec.222. n.2.* ergo qui reddit inutile, tollit, & abſcindit membrum.

5556 Objectioni occurritur.

Reſpondetur, antecedens verum in ordine ad exercitium functionum, quas ut inutile, ità abſciſſum membrum exercere nequit, non verum eſt antecedens propriè loquendo, maximè in pœnalibus, in quibus non fit extenſio à caſu vero ad caſum fictum. *l. factum cuiq. §. in pœnalibus. D. de reg. juris. c. in pœnis, & c. odia. de reg. jur. in 6.*

Sed difficultas eſt.

An abſcindens tale membrum prorſus inutile, ſit irregularis?

5557 Abſcindens membrum prorſus inutile, non eſt irregularis.

NEga, ſi careat anima rationali, quia tunc non cenſetur pars hominis integralis. Filliucius *tract.2.n.17.* Cornejus *diſp. 2. de irregular. dub. un. c.1.* contra Leandrum *loc.cit.q.22.* Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp.16. n.62.* ſi verò non ſit membrum mortuum; tunc eſt irregularis, quia re vera tollit partem hominis. Suarius *diſp.44. ſect.2. n.11.* Ambroſinus *de immunitate c.6.n.43.* Farinacius, & alii.

5558 Nec abſcindens mammillas ab homine.

Decimoquarto, abſcindens mammillas ab homine non eſt irregularis; quia mammillæ viri, non habent ſpeciale munus lactificandi, quale habent mammillæ feminæ, & ſic abſcindens mammillas feminæ, non viri, eſt irregularis. Molina *tom.4.tr.3.diſp.69.n.6.* Sayrus *lib.6.c.15. n.18.* Bonac. Palaus *loc.cit.n.4.* contra Covarr. in Clem. *ſi furioſus. p.3.n.8.* Diaz *in praxi c. 99. in fin.* Villalobos *tom.1.tr.21.diffic.19.n.4.*

5559 Nec mutilans cadaver.

Decimoquinto, mutilans cadaver per indignationem, non eſt irregularis; quia non ſeparat animam à corpore, nec dicitur mutilare hominem. Mazzucchellus *de caſibus reſervatis diſp.2.c.7.q.3.n.119.* Diana *p.5. tract.2. reſol.28. in fin.* Toletus *lib.1.ſummæ c.71.num.11.* Dicaſtillus *de cenſ.tr.10.diſp.7.n.627.* dans VII. DD. Farinac. *p.2.fragm.criminalium v.irregularitas n.599.* dans VIII. DD. contra Majolum *5. de irregularitate c.50.n.8.*

5560 Mutilans ſe ipſum eſt irregularis.

Decimoſexto, Mutilans ſe ipſum eſt irregularis, ut mutilans alterum. *c. qui in aliquo. finali. diſt.51. c. ſi quis abſciderit.4. diſt.55. c. ſi quis. diſt. 50.* ubi caſtrans ſe ipſum fine vincendi tentationes, etiam eſt irregularis. *c. in Archiepiſcopatu.4. de raptoribus. c. Clericis.5. ne Clerici, vel Monachi.* Navarrus *c.27.n.219.* Gabr. à S. Vinc. *diſp.10.de cenſ.n.57.* Suar. *de cenſ. diſp.54. ſect.2. n.3.* Filliucc. *de cenſ. tr.20. c.1.q.6. n.13.* Giballinus *c.4. de irregular.q.1.n.9.*

5561 Et minuens ſibi aliquam partem.

Decimoſeptimo, Minuens ſibi aliquam partem ex indignatione, eſt irregularis. *c. qui partem 6. diſt.55. c. ſignificavit 4. de corpore vitiatis.* Et hoc quia jure expreſſum, fortè ob facti ſpecialem horridam atrocitatem, & ſic ſibi ex indignatione, non alteri minuens membrum, eſt irregularis, quia illud, non hoc jure expreſſum. Suarius *de cenſ. diſp 44. ſect.2. num.10.* Diana *p.4. tract.2. reſol.60.* Gloſſa *in d. c. qui partem. v. digiti*, ait non eſſe irregularem, qui fecit ſibi ſecare digitos ſuperfluos, & practicatum refert in habentem duos pollices, qui fecit ſibi ſecare unum, & ordinatus eſt.

Dices: etiam eſt irregularis, qui minuit alteri membrum. *c. porrò.1. de Clericis pugnantibus in duello*; ergo ſive ſibi, ſive alteri minuat membrum, erit irregularis. 5562 Objecto ſatisfit.

Reſpondetur cum Gloſſa in *d. c. porrò, in ſumma, & in figurat. caſus*, quòd ibi diminutio ſumitur pro obtruncatione totius membri à corpore.

An ab aliis caſtratus ad conſervandam vocem, ſit irregularis?

NEgat Salonius apud Tanderum *tom. 3. diſp.4.q.8.dub.5. n.101.* Tamburrinus *de irregular. c.8. §.2. n.16.* & probabile ait Gobat *tract.8. examine n. 690.* contra Lugonem *de juſtitia diſp.10. ſect. 1. n. 21.* quia jura inducentia iſtam irregularitatem, tantùm loquuntur de ſibi abſcindente, vel abſcindi faciente membrum indignatione, vel zelo caſtitatis, & ſic non debent extendi ad iſtum caſum, non expreſſum. *c. is, qui.18. de ſent. excom. in 6.* 5563 Ab aliis caſtratus ad ſervandam vocem, videtur non irregularis.

Sicuti nec extenduntur jura ad caſtratum à barbaris in odium fidei, vel ab aliis ſine ſua culpa; non enim talis eſt irregularis. *c. ſi quis à medicis 7. c. Eunuchus 8. c. ſi quis pro ægritudine 9. c. ſi quis pro infirmitate 10. c. lator 11. c. præcepta 12. diſt.55.* Garzias *de beneficiis p. 7. c. 12. num.7.*

Taliter caſtratus, non debet ſecum portare illas partes. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.2. alleg.42. n.6. in fin.* Toletus *lib.1. ſummæ c.63. n.4.* Cœnedus *ad decretum collect.69.*

Dubius an mutilaverit?

§. IV.

NOn eſt irregularis. Sanchez 1. *decalogi c.10.n.49.* Suarius *de cenſ. diſp.340. ſect.5. n.14.* Filliucius *de cenſuris tract.19.c.2.num.47.* Barboſa *in c. ad audientiam. n.4. de homic.* Giballinus *c.4. de irregular. q. 1. ſectario 5. n.24.* Machadus *lib.1.p.3. tract.15. n.8.* Bonac. *de irregular. q.1. n.4.* Idque tum ſecundum noſtra principia nolentia eſſe irregularem dubitantem propriè de homicidio, tum in ſententia volentium eſſe irregularem dubium homicidam; nam non fit extenſio in irregularitate ab homicidio ad mutilationem jure non expreſſam. Bauny *de irregularitate q.4.* Palaus *de cenſuris diſp. 6. punct.3. in fine.* Leand. *tom.5. tr.1. diſp.1. q.17.* 5564 Dubius de mutilatione non eſt irregularis.

Sic licèt conſulens homicidium ſit irregularis, non eſt irregularis conſulens mutilationem, quia jura illud, non hoc exprimunt, ut poſt Cornejum, & Dianam docet Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp. 10. n. 71.* licèt multi apud Dianam *p.4. tr.2. reſ.18.* velint conſulentem mutilationem eſſe irregularem. 5565 Conſulens mutilationem non eſt irregularis.

Decimo octavo, eſt irregularis mutilans propriè membrum, ut eſt oculus. *c. ſingula 1. diſt. 89.* Os. Quazzinus *defenſa 33. c.6. n.1.* lingua ex *l. ſi cui lingua 8. D. de ædilitio edicto.* manus. Theſaurus *dec.229. n.4.* pedes. Giurba *conſil. 40. n.6.* teſtes, nam habent proprium officium. Zacchias *lib.5. medico legalium art.3. q.1. n.9. & 13.* 5566 Mutilans verum membrum eſt irregularis.

De Cooperantibus ad homicidium, mutilationem.

CAPUT IX.

5567 Differentia inter auxilium.

EXplicuimos homicidii, & mutilationis irregularitatem, modò orationem ad ſe convertunt ceteri dictis flagitiis conſpurcati auxilio, conſilio, favore, mandato, licèt enim inter ſe differant auxilians, cooſulens, mandaos, cooperans.

5568 Conſilium.

Nam auxilium præcedit, & re preſtator. *l. in furti actione 52. §. ope. D. de furtis.* Conſilium verò præſtatur verbis inſtroendo ad utilitatem conſuiti, & omninò impropriè præſtaos opem dicitur conſultor. *l. qui ſervo 36. §. ſi duo. in fine. D. de furtis.*

5569 Mandatum.

Et mandatum differt à cooſilio, qoia noo ſuadet, & riſpicit utilitatem, non ſolius mandatarii, ſed alterius, & mandatum noo conſilium eſt contractus. *l. 1. D. mandati*, tamen quò ad irregularitatem incurrendam in caſibus jure expreſſis non differunt. *c. ſignificaſti. c. ſicut dignum 6. §. Clericos. de homic. c. fin. de homic. in 6. c. 2. de Clericis pugnantibus in duello. c. ſi quis viduam 8. diſt. 50.* Trid. *ſeſſ. 14. c. 7.* & quidem jure; nam agentes, & conſentientes pari pleƈtuntur pœoa. Ad Romenos 1. ibi: *dignos eſſe morte, non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt ſic facientibus. c. notum 2. q. 1. c. facientis culpam 3. diſt. 86. c. quanta 47. de ſent. excom. c. 1. de officio delegati.*

5570 Cooperantes ad homicidium ſunt irregulares.

Omnes namque homicidio poſitivè conſentientes opera, verbo, mandato, conſilio, defeoſione non inculpata, ſunt homicidæ. *l. nihil intereſt 15. D. ad leg. Cornel. de ſicariis. l. 1. §. incidit. D. ad Senatus Conſultum Turpillianum. l. unica.* ibi: *participes*, ideſt cooſilierios. *C. ſi rector Provinciæ. c. ſi quis viduam 8. diſt. 50. c. periculosè 23. de pœnitentia diſt. 1.* Boerius *dec. 262. n. 5.* & ſic puniendi ſunt pœoa delinquentis. *c. ſicut dignum 6. §. qui verò. de homic. c. ſi quis viduam 8. diſt. 50.*

Nos ut in tam feroci delictorum, & difficultatum materia modum teoeamus. Primo agamus de aoxiliantibos ad homicidium. Secundo de mandantibus. Tertio de conſulentibus homicidiom.

De Auxiliantibus ad homicidium.

§. I.

5571 Præſtans auxilium ante homicidium eſt irregularis.

QUis poteſt auxilium præſtare ante, in, poſt delictum.

Aote delictum auxilium præſtat mutuans ſcienter arma, equum, ſamuios, occultans, aſſocians ad delinquendum, aliàs delictum non patraturum: vel demonſtrans iocum latentis occidendi, aut denuncians occidendum, literasvè mittens homicidii patrandi. *l. 1. §. fin. D. ad leg. Jul. Majeſtatis.*

5572 Et in delicto petrando.

In delicto auxiliom præſtat, qui delinquentem aſſociatur, clamat contra occidendum, extimulat aggreſſorem, incutit adverſario metum, aſſiſtit armatus, ut promptiùs, ſecoriùs homicidium patretur, nè aggreſſus fugiat, nè ab aliis adjuvetur. *c. ſicut dignum 8. §. fin. de homicidio.* Boerius *deciſ. 167. n. 4.* Cornejus *lib. 3. conſ. 8. n. 3.* Soccinus *lib. 2. conſ. 188. n. 2.* Alexander *lib. 6. conſ. 138. n. 6.* Guidon Papa *dec. 423. n. 2.* Pariſius *lib. 4. conſ. 152. n. 35.* Maſcardus *lib. 1. de probat. conſ. 159. n. 6.*

Etiam opem præſtat delinquenti, qoi ei ſarcioas, veſtes cuſtodit, *c. ſicut dignum 6. §. hi quoque. de homicidio.*

Non tamen dicitur opem præſtare armatus ſe interponens animo dividendi. Alexander *lib. 6. conſ. 138. n. 6.* Cæpolla *conſ. 1. n. 1. dub. 1.* Bajard. ad Clarum *§. fin qu. 90. n. 1.* Et in dubio animus dividendi præſumitur, ut excludatur delictum. *l. meriti autem 51. D. pro ſocio.* Maſcardus *lib. 1. conſ. 159. n. 1.*

Poſt delictum auxilium præſtans.

§. II.

EſT qui abſcoodit delinquentem, vel ejus arma, vel eum coonitatur nè comprehendatur ab inimicis, à Curia, vel ſi oſtendat viam ut fugiat, vel ſi illum defendat, nè ab inimicis lædatur, vel ſi occultet cadaver occiſi comburendo, ſepeliendo. Riminenſis *lib. 3. conſ. 310. n. 13.* Et eſt indicium ad torturam, quod præceſſerit tractatus de occidendo contra illum, qui poſt delictum, delinquentem comitatur, tuetur, ii incootioenti auxilium poſt delictum præſtet. Felinus *in c. 4. n. 13. de officio delegati.* Boerius *dec. 262. n. 7.* Grammaticus *conſ. 32. n. 5.* ubi ait aſſociantem poſt delictum debere probare tractatum non proceſſiſſe de occidendo. Blancus *de indiciis n. 201.* Clarus *§. fin. q. 90. n. 2.* Menoch. *de præſumtionibus q. 89. n. 109.* Quod indicium ceſſat, ſi quis aſſocietur ex intervallo, vel ſi ſit conſanguineus, & affinis delinquentis. Menoch. *loc. cit. n. 111.* Bajerdus ad Clarum *loc. cit. n. 54.* 5573 Auxilians poſt delictū. 5574 Quando auxilians poſt non ſit irregularis.

Qui auxiliator ſit irregularis, ſequutis homicidio, mutilatione?

§. III.

OMnis auxiliator ante, in, poſt homicidium, mutilationem eſt irregularis effectu ſequuto ex homicidio voluntario, ſi mors ex condicto intendatur, ex cauſuali, ſi non ita intendatur. *c. ſicut dignum 6. § illi. c. ſignificaſti. il 2. de homicidio.* D. Thom. *2. 2. q. 62. art. 7.* Dicaſtillus *de cenſ. tract. 10. diſp. 7. num. 101.* citans XV. DD. ſunt enim homicidæ. *l. nihil intereſt.* ubi Albericus *n. 1. D. ad legem Cornel. de ſicariis. l. ſi pignore 56. §. qui ferramenta. D. de furtis.* Mantua *in c. 1. n. 41. de officio delegati*, obi Innocentius *n. 1.* Hoſtienſis *n. 7.* Butrius *n. 16.* Ananias *n. 5.* Felinus *n. 13.* Decius *num. 62.* Beroua *num. 90.* 5575 Ante, in, & poſt homicidiom auxilians, effectu ſecuto eſt irregularis.

An ſtatutum dicens homicida ſit irregularis, comprehendat merè auxiliantem?

NEga: nam ſumos in pœnalibus non extendendis extra caſum expreſſum, & re vera auxiliaos non eſt homicida, ut nec re vera furatur præſtans opem ad furtum, nec purcutit auxilians ad percutiendum, ſicuti nec legit, nec ſonat propriè aoxiliator ad legendum, ad ſonandum: ſecùs eſſet ſi ſtatutom diceret pro homicidio ſit quis irregularis. Bartolus *in l. nihil intereſt. D. ad leg. Cornel. de ſicariis.* Decius *in c. 1. n. 65. de officio delegati*, obi Mantova *n. 41.* Boerius *n. 16.* Farinacius *par. 4. praxis criminalis q. 121. n. 51.* dans XIV. DD. 5576 Lex edicens homicidam eſſe irregularem, non comprehendit auxiliantem.

Hinc reſolvuntur multa, & primo

An opem præſtans poſt delictum ſit irregularis?

DIſtinguas: vel auxilium poſt delictum fuit prævisum ante delictom, vel non. 5577 Præſtans auxilium poſt delictum, ſi illud fuit prævisum, & reddatur animoſior homicida. eſt irregularis.

Si primum ſubdiſtinguas: vel tali præviſione auxilii motus eſt ad occidendum, vel non.

Si motos eſt ad occidendum præviſo axuxilio præſtando, poſt aoxilium, affirma qoòd ſit irregularis; nam movet auxilium præviſum ad occidendum, ut ſi prævidens auxilium occidit, ſecùs non occiſuros.

Si verò non movet, puta quia etiam occidiſſet 5578 Secùs ſi non reddit animoſiorem.

Digitized by Google

ſet auxilio illo non proviſo; tunc non eſt irregularis, nam non influit in homicidium. Decius in *c.1.n.66.de offic.deleg.*

5579 *Et non fuit prævisum.* Si verò auxilium præſtandum poſt delictum nullatenus fuit prævisum; tunc præſtans auxilium non eſt irregularis, quia non influit, nec movet ad homicidium; cùm voluntas potentia cæca non moveatur, niſi præcedente cognitione motivi, & ſic non eſt irregularis poſt delictum commodans equum delinquenti, ut fugiat, arma ut ſe defendat, occultans nè occidatur ab aggreſſoribus.

Præſtans auxilium ante delictum an ſit irregularis?

§. IV.

5580 *Præstans auxilium ante nō prævidens homicidium non eſt irregularis.* VEl prævidet, vel non prævidet tali auxilio homicidium, mutilationem ſequendam.

Si non prævidet, non eſt irregularis; nam non delinquit, cùm non poſſit velle delictum incognitum.

5581 *Secùs ſi prævidet.* Si verò prævidet ſuo auxilio aliquem trucidandum, mutilandum, eſt irregularis, quia influit in mortem. Mantua *in c.1. n. 41. de officio delegati.* ubi Gloſſa v. *pari pœna.* Innocentius *n.1.* Hoſtienſis *n. 7.* Ancharanus *n. 4.* Butrius *n. 16.* Berous *n.90.* Decius *n. 62.* Felin. *n.13.* Ananias *n.5.* Suar. *de cenſ.diſp.44.ſect.3. num.13.* Gabr. à S.Vinc. *de cenſ.diſp.10.n.42.*

Hinc eſt irregularis ſua præſentia addens ſtimulos ad occidendum, incutiens aggreſſo timorem, fovens aggreſſoris rabiem, ſecuritatem, arcens aggreſſi auxilium, fugam interdicens. *c.ſicut dignum 6.§.fin.de homic.* Boerius *dec.167. num.4.*

Sed difficultas major.

An ſit irregularis ſubminiſtrans arma ad occidendum, quibus occiſor deindè non eſt uſus?

5582 *Dans arma eſt irregularis, ſi illa audacior reddatur homicida, etſi illis non utator, eſt irregularis.* DIſtinguas: vel illis armis eſt audacior ingreſſus pugnam, hoſti timorem incuſſit, ſecurior adortus eſt pugnam, vel non.

Si primum, eſt irregularis, non verò ſi ſecundum.

Nam in primo, non in ſecundo caſu influxit in homicidium. Bonacina *diſp. 7. q. 4. punct. 8. n.36.* Ugolinus *c.17.n.2.* Suarez *diſp. 45. ſect. 3. n.10.* Filliucius *n. 46. 100. & 125.* Giballinus *c.4.q.1.conſect.10.* Leander *q.84.* Ant. à Sp. S. *in directorio tom.1. tract.23. num. 196.* Dicaſtilius *tract.10.de cenſuris n.124.*

An occultans arma, quibus trucidatus mortem evaſiſſet ſe defendendo, ſit irregularis?

5583 *Occultans arma, quibus occiſus mortem evaſiſſet, eſt irregularis.* AFfirma, quia morti cooperatur. Gabriel à S. Vinc. *diſp.10.de cenſuris n.42.*

An ſit irregularis, qui petenti dat arma, certò ſciens petentem illis uti ad homicidium patrandum?

NEga; nam licèt peccet contra caritatem, non peccat contra juſtitiam; cùm nullo pacto teneatur non miniſtrare arma petenti, & arma ſint indifferentia, & determinantur ad homicidium non ex voluntate dantis, nec ex ipſa datione, ſed ex voluntate accipientis abutentis armis. Hurtadus *diſp.2.de irregul.diffic.9. n.32.* Petrus Ledeſma *tom.2.tract.27.c.2.dub.4.* Rodriq. *tom.1. ſumma edit. 2. c.23. n.8.* Cajet. *2.2. q. 109. art. 4.* loquens de vendente indifferentia, quibus infidelis utitur ad idololatrandum, alii apud Palaum *tom.1.tr.6. diſp.6. puncto 8.n.7.* Macadus *tom.1.lib.3.p.5. tract.7. documento 5.n.6.* ajens non peccare dantem domum ad ludendum. Peccat tamen contra caritatem, qua tenetur impedire damnum proximi extremè indigentis, illum ſaltem monendo, ut ſibi caveat.

An præſens tractatui de occidendo, potens prohibere, non prohibens homicidium, ſit irregularis?

NEga præciſivè ſe habens; nam tunc non dat auxilium, nec conſilium, & ſic non influit in patrandum homicidium. Innocentius *in c.petrus. de homicid.* Giballinus *de irregul. c.4.q.1. conſect. 14.* idque licèt interiùs gaudeat de nece, nam gaudium internum non influit in mortem. contra Barboſam *in d. c.petrus.n.5.* 5584 *Potens prohibere homicidium, & non prohibens non eſt irregularis.*

An non revelans mortis tractatum, quod revelare tenetur, ſit irregularis?

NEga, nam poſitivè non influit in necem, contra Angelum v. *homicidium 1. §. 19.* ajentem eſſe irregularem illum, qui dolo non revelat. contra Majolum *lib.5.c.48.§.5. n.3.* 5585 *Nec revelans tractatum homicidii.*

An claudens portam fugienti, ab inimico inde occiſo, ſit irregularis?

DIſtinguas: vel claudit, ut ab inimico occidatur, vel nè tumultus, aut rixa cum ſuo detrimento accidat domi. 5586 *Claudens januam, ut quis occidatur ita, eſt irregularis.*

Si ut occidatur, eſt irregularis; quia poſitivè cooperatur neci ſubtrahendo fugæ, & ſalutis remedium.

Si nè tumultus domi fiat, nè damnum patiatur; tunc non eſt irregularis, quia non peccat contra juſtitiam, imò nec contra caritatem; cùm non teneatur cum gravi incommodo proximi bonum tueri. Suarius *diſp. 45. ſect.4.* Sayrus *diſp.45. lib.7. c.4. n.8.* Farinacius *p.2. fragmentorum criminalium v. irregularitas nu. 468.* Majolus apud Giballinum *loc. cit.* Leander *tom.5.tr.2.diſp.10.q.10.* 5587 *Secùs ſi ut evitet tumultum domi.*

An ſit irregularis injuriatus, ſi ejus conſanguinei eo nolente occidant injuriantem?

NEga, nam ejus injuria præcedens paſſivè ſe habet, nec præauxilium præſtat internicioni, ſed ſolam occaſionem. Sayrus *lib. 7. c.4.n.8.* Avila *p.7.diſp.6.ſect.4.* Speculator *tit.de diſpenſatione.§.juxta.n.53.* Farinac. *2.p. fragmentorum criminalium.v.irregularitas.n.469.* 5588 *Non eſt irregularis injuriatus, ſi eo nolente conſanguinei occidant injuriantem.*

Auxilium in delicto.

§. V.

5589 *Quomodo quis præſtat auxilium in delicto.* EXplicuimus auxiliantes ante, & poſt, explicemus modò auxiliantes tempore delicti, vel delinquenti cooperantes.

Dupliciter valet quis tale præſtare auxilium. Primo negativè non adjuvando, non defendendo invaſum. Secundo poſitivè vim inferendo, vulnerando, trucidando. Exponamus primo loco negativè ſe habentes obligati ad evitandum homicidium.

5590 *Qui ex juſtitia, aut ex caritate tenentur impedire homicidium.* Quis teneri poterit ad arcendum homicidium. Primo ex juſtitia. Secundo ex caritate.

Ex juſtitia ſi judex, ſi lictor, ſi cuſtos præſens trucidanti non ſubveniat ex pigritia, avaritia, amicitia; & tunc homicidium eſſet caſuale. Si verò ex odio, ex vindicta, homicidium eſſet voluntarium flagitium contra juſtitiam. Suarius *diſp.45.ſect.4.n.9.*

Ex caritate quis tenetur ſuccurrere laboranti extrema vitæ calamitate.

An obligatus impedire ex juſtitia, vel caritate, non impediens mutilationem, ſit irregularis?

NEga. Probatur primo, quia Irregularitas tantùm incurritur in caſibus jure expreſſis, 5591 *Non prohibentes, qui tenentur ex juſtitia, aut caritate, non ſunt irregulares.*

Digitized by Google

ſis. *c. is, qui* 18. *de ſent. excom. in* 6. hujuſmodi autem caſus jure non ſunt expreſſi.

Probatur ſecundo ex *c. ſi quatuor homines. ſin,* 23. *q.* 8. ibi: *qui nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec conſilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, ſed tantum affuerunt, extra noxam ſint*, ideſt ſine culpa.

Tertio probatur, quia jura decernentia irregularem homicidam, exigunt influxum poſitivum in necem. *c. ſi quis viduam. diſt.* 50. *c.* 2. *de Clericis pugnantibus in duello*. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7.

Qui influxus poſitivus tendens ad ſeparandam animam à corpore, non invenitur, nec poteſt emanare à negatione auxilii, quæ activa non eſt.

Ex his probatur quarto ratione, quia non ſuccurrere alteri eſt negatio auxilii, negatio autem non influit, nec ſeparat animam à corpore: & licèt verum ſit, quòd ſi ſubveniſſet, alios noo ſeparaſſet animam à corpore; inde tamen tantùm infertur, quòd ille occiſit tunc, & non occidiſſet, & ſic occidentem eſſe irregularem.

Nec refert omiſſionem debiti ex juſtitia cenſeri factum. *l. qui non facit, quod facere debet, videtur facere adverſus ea, quæ non facit*. 164. *D. de regulis juris.*

Nam id eſt improprium, & videri facere, non eſt propriè facere. *l. quid ergo* 13. v. *certè. D. de his, qui notantur infamia*. Et ità non eſſe irregularem non ſuccurrentem, quando ex caritate tenetur, & poteſt ſuccurrere, docent VI. DD. apud Dianam *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 7. Suarius *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 4. *n.* 5. Heorlq. *lib.* 14. *c.* 12. §. 7. Navarrus *c.* 27. *n.* 231. Farinacius dans VII. DD. prò, & V. contra *p.* 2. *fragm. criminalium. v. irregularitas. n.* 458. & 459. Leand. *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *q.* 87. dans XXII. DD.

Secundo, nec eſſe irregularem non ſuccurrentem, quando tenetur, & poteſt ex juſtitia ſuccurrere, docet Innocentius in *c. petrus. de homicidio*. D. Antoninus 3. *par. tit.* 28. *c.* 2. Armilla v. *irregularitas n.* 2. *in fine*. Tiraquellus *de pœnis temperandis* 44. Præpoſitus 3. *par. qu.* 5. *de irreg. dub.* 10. *n.* 74. Hurtadus *diſp.* 2. *de irreg. diffic.* 9. *n.* 34. Turrian. *lib.* 9. *de cenſ. diſp.* 63. *dub.* 5. & 15. Navarrus, Albericus, Hoſtienſis, Archid. Dian. Macadus, Vaſq. Palaus, & alii quos ſequitur. Leand. *loc. cit. q.* 88. Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 20. *n.* 106.

5592 Omittentes defenſionem rei non ſunt irregulares.

Hinc non ſunt irregulares Prælati, Judices, Procuratores, Advocati dolo omittentes defenſionem, patrocinium rei damnati ad mortem, non inſtando pro remiſſione cauſæ ad forum proprium. Turrianus *loc. cit. dub.* 4. Leander *loc. cit. q.* 90. contra Majolum *lib.* 5. *de irregular. c.* 48. Suarium *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 4. *n.* 5. & alios apud Bonac. *diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 8. *n.* 25. Dicaſtillum *de cenſ. tract.* 10. *n.* 125. dantem XII. DD. licèt excuſet ab irregularitate *num.* 1026. obligatum ex caritate, etiam non ſuccurrentem. Farinacium *loc. cit. n.* 459.

5593 Nec potens, & nolens impedire abortum.

Secundo, licèt peccet, ſit non eſſe irregularem potentem, & nolentem impedire abortum, quem ſcit faciendum ab adultera; nam non influit poſitivè. Palaus *diſp.* 6. *punct.* 15. §. 7. *num.* 3. Ant. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii. tr.* 13. *n.* 198. dans V. DD.

5594 Nec medicus omittens curare ægrotum.

Fit tertio, non eſſe irregularem medicum, etiam ſtipendiatum, ſi omittat curare ægrotum; inde mortuum, licèt peccet contra juſtitiam. Turrian. *loc. cit. dub.* 5. v. *irregularitas num.* 2. Tabiena v. *irregularitas* 1. §. 2. Lugo *tom.* 1. *de juſtit. diſp.* 10. *ſect.* 11. *n.* 19. contra Majolum *lib.* 2. *de irregular. c.* 12. *n.* 3. Toletum *lib.* 1. *c.* 29. Sayrum *lib.* 7. *c.* 4. *n.* 5.

Hinc quarto, nec eſt irregularis non adjuvans, ſecùs flumine ſummergendum, licèt peccet negativè ſe habens.

5595 Nec conſulens nè ſuccurrant volentibus ſuccurrere.

Quinto, nec eſt irregularis conſulens volentibus ſuccurrere, nè ſuccurrant, volentibus mederi, nè curent, quia principalis non ſuccurrens non eſt irregularis; ergo multo minus eſt irregularis conſulens, nè ſuccurrat, qui tenetur ſuccurrere ex juſtitia, vel caritate, quia eſt cauſa remotior. Leander *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *qu.* 93. & 94. Cujus tamen oppoſitum docet Suarius *diſp.* 45. *ſect.* 4. *n.* 3. Sayrus *lib.* 7. *c.* 4. *n.* 8. Farinacius *p.* 2. *fragmentorum criminalium v. irregularitas num.* 463. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *num.* 199.

5596 Nec revelans necis tractatum.

Sexto, non revelans mortis tractatum, nec eſt irregularis, quia poſitivè non influit. contra Angelum v. *homicidium* 1. §. 19.

5597 Subſtrahens tabulam fugienti per pontem eſt irregularis.

Septimo, eſt irregularis ſubtrahens tabulam fugienti per pontem, ſubtrahens lumen ambulanti noctu, nam poſitivè influit.

Concurrens poſitivè cooperando, auxiliando ad necem, ad mutilationem.

5598 Concurrens poſitivè ad necem eſt irregularis.

Eſt irregularis effectu ſequuto. *c. ad audientiam. c. ſignificaſti* 2. *de homicidio.*

An omnes ſint irregulares, ad invicem ſe foventes detegendo, juvando, invadendo, ſi deinde unus occidat?

5599 Cooperantes ad invicem ſecuta nece ſunt irregulares.

Affirma, quia cooperantur cooſtando unam cauſam poſitivam occiſionis. *c. ſicut dignum* 6. §. *illi. c. ſignificaſti* 2. *de homic.* D. Tho. 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. Dicaſtilius *de cenſuris tract.* 10. *n.* 1001. citans XV. DD.

An omnes ſint irregulares, ſi ſubito rixantes unus alterum occidat, & ignoretur à quo ſit illatum vulnus lethale?

Affirma: *d. c. ad audientiam. d. c. ſignificaſti il* 2. *de homicidio.*

5600 Rixantes ad invicem inferentes vulnus ſunt irregulares, etſi non ſit notum, à quo ſit illata mors.

Quòd ſi plures percuſſerint, & ignotum ſit cujus vulnere deceſſerit ſauciatus, omnes etiam ſunt irregulares; quia per modum unius influunt in necem. Suarius *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 3. *num.* 11. Sayrus *lib.* 7. *c.* 4. *num.* 13. Marchinus *tract.* 1. *de ordine punct.* 8. *c.* 5. Henriq. *lib.* 14. *c.* 14. §. 3.

In conſcientia tamen, qui non influxit vulnere lethali, non eſt irregularis. Soccinus in *c. ad audientiam. n.* 46. *de homic.* Gloſſa *in c. quieſcamus. v. ſed quoniam. diſt.* 42. Plovius *de irregul. n.* 28. Avila *de cenſ. p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 13. *n.* 3. Farinacius *p.* 2. *fragm. crim. v. irregularitas n.* 450. dicens non eſſe irregularem in conſcientia, qui certè non vulneravit lethaliter.

Sed quid dicendum, ſi conſtet de percuſſore lethaliter?

5601 Secùs ſi conſtet de vero homicida.

Illum tantùm eſſe irregularem docet Covarruvias in *Clement. ſi furioſus.* 2. *p.* §. 2. *n.* 3. Gabriel à S. Vinc. *de cenſuris diſp.* 10. *n.* 47. Bonac. *diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 8. *n.* 29. Diana *p.* 1. *tract.* 15. *reſol.* 17. Machadus *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 16. *docum.* 9. *nu.* 5. Marchin. *de ordine tr.* 1. *p.* 8. *c.* 15. Hoſtienſis *in c. ſignificaſti. de homic.* Dicaſtili. *de cenſ. tr.* 10. *diſp.* 7. *n.* 1002. Anton. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *n.* 183.

Patet, quia aliud jure non eſt expreſſum, ut erat

Digitized by Google

erat exprimendum in *c. is, qui* 18. *de ſentent. excomm. in* 6.

Secundo, quia ceteri tenentur de percuſſione, non de nece. *l. cum mela. §. ſed etſi. D. ad legem Aquiliam. v. ſi rixam. D. ad leg. Corneliam de ſicariis.*

Intelligas ſi unus alterum non foveat præſentia, ſed ex abrupto invadant; nam ſi invicem ſe foveant, tunc cenſentur cooperari nè invaſus tot irruptionibus preſſus ſe defendat. Dicaſtillus *loc. cit.*

Non obſtat textus in *c. ad audientiam, in c. ſignificaſti. de homicidio*, nam currit in illo, qui ſcit, non verò in illo, qui ſcit ſe lethaliter non percuſſiſſe.

Si ſingula ſint levia vulnera, ſed omnia cauſent mortem?

5602 Inferentes ſinguli levia vulnera, ſi mors inde ſequatur omnes ſunt irregulares.

SInguli vulnerantes ſunt irregulares, quia concurrunt partialiter ad homicidium. Covarruvias in Clementina *ſi furioſus.* 2. *p.* §. 2. *n.* 4. Bonacin. *loc. cit. n.* 3. Farinacius *p.* 2. *fragm. crimin. v. irregularitas n.* 451. dans VII. DD. Giballin. *c.* 4. *de irregul. q.* 1. *conſectario* 8. dans IV. DD. Dicaſtillus *loc. cit. n.* 1006.

An aſſocians ad occidendum, ut defendat occiſorem, ſi opus fuerit, ſit irregularis ſequuto homicidio commiſſo ab aſſociato?

5603 Reddens audacem occiſorem eſt irregularis.

AFfirma: ſi inde audacior ſecurior invaſit, trucidavit; nam tunc cooperatur morti, cùm fortè non occidiſſet, & occiſus animoſius ſe defendiſſet cum uno aggreſſore non conſtipato deſenſore. *c. Henricus* 2. *de Clericis pugnantibus in duello.* Avila *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 3. *concluſ.* 1, Giballinus *loc. cit. conſectarie* 10. *num.* 23. Suarius *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 3. *n.* 10.

Idque etiamſi aſſocians ſit occiſoris pater, filius, frater.

Nam hic fortiùs auget ſecuritatem aggreſſoris, & proſternit occiſi robur, & ſic non eſt licita defenſio, ſed illicitum ſecuritatis munimen, contra Henriquez *lib.* 14. *c.* 16. *n.* 1. Dianam *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 17. ajentes iſtos non irregulares, tanquam licitè defendentes aggreſſorem.

Vulnerans animo non occidendi, ſed leviter, an ſit irregularis, ſi alii ſupervenientes occidant à primo non vocati, nec incitati?

5604 Vulnerans leviter non eſt irregularis, ſi alii ab ipſo non vocati occidant.

NEga. *c. ſignificaſti* II 2. ubi Barboſa *n.* 9. *de homic. l. fin. D. ad leg. Cornel. de ſicariis.* ubi leviter vulnerans, non eſt homicida. Sayrus *lib.* 7. *de cenſuris c.* 4. *num.* 15. Henriquez *lib.* 14. *c.* 14. *nu.* 2. ex parte Suarius *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 3. *n.* 12. Ant. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 13. *n.* 185. Bonacina *q.* 4. *punct.* 8. *nu.* 32. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris n.* 1008.

Si plures projiciant lapides, ſed unus alteri non cooperetur, & homo inveniatur mortuus unius lapidis contuſione?

5605 Plures projicientes lapides, non ex condicto, ſi mors ſequatur, non ſunt irregulares.

NEmo eſt irregularis, quia certum eſt omnes non eſſe irregulares; cùm non fuerint cooperati ad necem, & non poteſt in individuo ſententia irregularitatis infligi à lege, cùm deſit reus certus.

Secundo, quia hic caſus jure non eſt expreſſus.

Tertio, quia innocentes ob nocentem non ſunt puniendi. Henriquez dans VIII. DD. *lib.* 14. *c.* 14. *num.* 3. Palaus *diſp.* 6. *puncto* 15. §. 6. *num.* 2. Giballin. *loc. cit. conſectario* 8. Avila *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 3. Dicaſtill. poſt Majolum, & Suarium *loc. cit. n.* 1005.

Si verò quis ſciat ſe percuſſiſſe, eſt irregularis, quia jam ſcit ſe homicidam. Majolus *lib.* 5. *c.* 48. §. 4. *n.* 9. Farinac. *p.* 2. *fragm. crim. v. irregularitas n.* 456. ajens à judice neminem poſſe declarari irregularem, ſi in individuo non conſtet de percuſſore.

Si primum vulnus ſit lethale, alii deinde vulnerent leviter?

OMnes ſunt irregulares, quia omnes accelerant mortem ſanguinis effuſione. Suarius *de cenſuris diſp.* 45. *ſect.* 3. *n.* 9. 5606 Vulnerans lethaliter, & alii inde vulnerantes leviter ſunt irregulares.

Si primus vulneret lethaliter, ſed ſecundus illicò occidat, itaut tunc non obiiſſet priori vulnere confoſſus?

PRior vulnerans non eſt irregularis, quia ex ejus vulnere mors non eſt ſequuta, licèt fuiſſet ſequuta, ſi alius non trucidaſſet amputando caput, tranſverberando cor. Coninck *diſp.* 18. *dub.* 8. *n.* 60. Bonacina *diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 8. *n.* 22. Chriſtophorus à S. Joſeph *in cenſura irregularitatis n.* 19. Anton. à Sp. S. *loc. cit.* contra Dicaſtillum *loc. cit. n.* 1019. citantem VIII. DD. Farinac. *loc. cit. n.* 453. citantes VI. DD. innixos in *c. ſignificaſti* II 2. *de homic.* Cui ſatisfacit Avila dicendo, textum decernere primum vulnerantem lethaliter eſſe irregolarem regulariter; quia non eſt certum non concurrere cum ſequenti vulnere lethali ad mortis accelerationem. At nihil decernit, quando certum eſt non concurrere. 5607 Vulnerans lethaliter nõ eſt irregularis, ſi alius occidat.

Sic, nec eſt irregularis tranſverberans lethaliter, ſi vulneratus ruina, fulmine opprimatur, niſi vulnus cauſet claudicantis debilitati tardiorem fugam, unde ruina conteratur, fulmine exanimetur. *c. ſtudeat.* 36. *diſt.* 50. Molina *tract.* 3. *diſp.* 33. *n.* 44. Leand. *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *q.* 72. Anton. à Sp. S. *loc. cit. n.* 188.

Si verò duo vulnerent lethaliter ſucceſſivè, & vulneratus interjecta temporis mora occidat, uterque eſt irregularis; quia uterque influit in mortis accelerationem. Avila *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 4. Bonac. *q.* 4. *punct.* 8. *n.* 33. Giballinus *c.* 4. *de irregul. q.* 1. *conſectarie* 9. Palaus *loc. cit. n.* 6. 5608 Secùs ſi ſucceſſivè lethaliter vulnerent.

An ſit irregularis injuſtè rixans cum alio, ſi ipſo reſiſtente, ejus amici caſu, vel data opera occurrentes corrixantem occidant?

NEga. *c. Petrus* 17. ibi: *inhibiti autem expreſſè ab eodem. de homic.* Hic enim nec vulnere, nec conſilio, nec voluntate cooperatur morti ſui inimici, & rixa eſt occaſio, non cauſa illius mortis; ejus enim rixa non ſeparat animam à corpore. Gloſſa in *c. fin.* 23. *q. fin.* Henriquez *lib.* 14. *c.* 13. *n.* 4. Avila *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 5. *concl.* 1. Dicaſtillus *de cenſuris tract.* 10. *diſp.* 7. *n.* 10. 21. Bonac. *q.* 4. *de irregular. punct.* 8. *n.* 34. Giballin. *c.* 4. *de irregul. q.* 1. *conſect.* 9. Leander *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 10. *q.* 71. contra Barboſam *in d. c. Petrus. n.* 3. dantem IX. DD. 5609 Injuſte rixãs cum alio nõ eſt irregularis, ſi occurrentes amici eum occidãt.

Si moriatur vulneratus dolo, vel incuria Medici: puta veneno, agitatione, an vulnerans lethaliter ſit irregularis?

NEga: ſi moriatur ex dictis cauſis antequam moreretur ex vulnere; nam tunc vulnus licèt lethale non habet effectum, ut caret effectu vulnus lethale, ſi vulneratus ab alio perimatur. Leander *loc. cit. q.* 77. contra Avilam *loc. cit. ſect.* 1. *dub.* 5. *concl.* 1. 5610 Si vulneratus moriatur ex incuria ſua, aut Medici, vulnerans non eſt irregularis.

Hinc multò minus eſt irregularis, ſi vulnus non lethale, & vulneratus decedat propria, vel

Me-

Digitized by Google

Medici culpa; tunc enim vulnus eſt occaſio, non mortis cauſa. Cajetanus 2.2.q.64.art.8. Sotus 5. de juſtitia q. 1. art. 9. Henriquez lib. 14. c.14.n.4. Angelus v. homicidium 2. §. 12. Tolet. lib.1. ſumma c.29. Sayr. lib.7. de cenſ. c.14. Aragon.2.2.q.64.art.4. Suar. de cenſ. diſp.45. ſect. 6. n.29. Leſs.2. de juſtit. c.9. Bonac. diſp.7. q. 4. de irreg.p.7.n.16. Hurtad. diſp.2. diffic.8. n.5. Diana p.4.tr.2. reſ.10. Ant. à Sp.S. tract. 13. tom.1. directorii n.194. Farin. par.2. fragm. criminalium. v. irregularitas n. 412. contra Navarrum c. 27. n.223. Majolum lib. 5. de irregular. c.48. §.4.n.6. Sylveſtrum v. homicidium 2.q.2.

An ſit irregularis Medicus extrahens ſagittam ſecundum regulas artis vulnerato inde mortuo?

5611 Medicus curans juxta regulas artis non eſt irregularis.

NEga, quia non peccat. Covarruvias in Clementina ſi furioſus. p.2. §.4. n.3. Navarrus c.27. n. 229. Henriq. lib.14. c.11.n.1. Avila loc. cit. dub.9. Bonac. loc. cit. n.13. contra Majolum loc. cit. num.3.

An ratificans homicidium ſuo, vel alieno nomine factum, ſit irregularis?

5612 Ratificans homicidium ſuo, vel alieno nomine factum non eſt irregularis.

NEga, quia hic non eſt caſus jure expreſſus. c. is, qui. 18. de ſent. excom. in 6. Farinacius p.2. fragmentorum criminalium v. irregularitas n. 580. dans X. DD. Dicaſtillus 2. de juſtitia tract.1. diſp.16. dub.14.n.193. Avila p. 7. de cenſ. diſp.6. dub.6 n.2. Suar. diſp.44. ſect.3. citans VII. DD. Murga dans X. DD. tom.2. diſquiſit.9. dub. 9.n.2. Inde concludens, nec eſſe excommunicatum ratificantem duellum proprio nomine factum, cum Baſſæo v. duellum n.9. Bonac. tom.3. diſp.2.q.3. puncto 8.n.37. Ratificatio namque ſupponens homicidium, nequit eſſe illius cauſa, & quamvis in aliis æquiparetur mandato. c. ratihabitionem. 10. de regulis juris in 6. tamen in ordine ad contrahendas pœnas mandato non æquiparatur, niſi jure exprimatur, ut exprimitur in ratificantem percuſſionem Clerici, ratificantis nomine factam. c. cum quis. 22. de ſent. excom. Lugo de juſtit. diſp.16. ſect.2. §.1. Palaus diſp 6.p.15.§.2.n.7. Bonac. diſp.7.q.4.p.8.num.22. Dian. p.4.tr.2. reſ.13. dans IX. DD. Giballinus c.4. de irregul. q. 1. conſect. 15. contra Majolum lib. 5. de irregular. c. 48. §.6. Navarrum c. 27. n.233.

An ſit irregularis de præſenti interiùs non exteriùs approbans, ratum habens homicidium coram ſe factum?

5613 Nec approbans interius homicidium.

NEga, quia non eſt cauſa homicidii illa ſua interiori ratificatione, approbatione. Diana p.4. tract.2. reſol. 9. Machadus lib.1. p. 3. tract.6. documento 9.n.6. contra Suarium diſp.44. ſect.3. num.21.

Explicitis auxiliantibus cooperantibus ante, in, poſt homicidium, ſuperſunt duo graviorem, & profundiorem exigentes orationem, mandatum, conſilium, & primo.

De Mandante.

§. VI.

An mandans homicidium fieri, vel mutilationem, ſit irregularis, effectu ſequuto?

5614 Mandans effectu ſecuto eſt irregularis.

AFfirma: ſi ex ejus mandato ſequatur homicidium, mutilatio. c. ſi quis viduam. diſt. 50. c. ſignificaſti 18. ibi: neque ipſius ſtudio, conſilio, vel mandato. de homic. c. fin. de homic. in 6. c. ſicut dignum, 6. §. Clericos. de homic. Farinacius p.4. praxis criminalis q.135.n.2. Decianus lib.9. criminalium c. 39. n. 12. Nec mirum, quia eadem pœna punitur mandans, & mandatarius. l. non ideò minus. 5. C. de accuſationib. l. ſi pallium 5. D. ne quis eum qui. l. ſi quis id, quod. 7. in fin. ibi: qui ſuis manibus facit, & qui aliis mandat. D. de juriſdictione omnium judicum. DD. XXV. apud Farinacium loc. cit. n.1.

Dixi ſi ex ejus mandato ſequatur mutilatio, homicidium; nam ſi non ſequatur ex ejus mandato, jam mandatum, licèt iniquum, non dicitur conſummatum delictum, & mandans non dicitur in effectu homicida, nec per hoc irregularis. Hinc reſolvitur.

An ſit irregularis ſi quis negativè ſe habens, non contradicat dicenti ſe velle ejus nomine occidere?

5615 Negativè ſe habens, & non contradicens, non eſt irregularis.

NEga, quia tunc deeſt mandatum expreſſum, & tacitum, & negativè ſe habens non occidit, quia non ſeparat animam à corpore; ſatis ergo eſt non concurrere ad homicidium: nec requiritur ut contradicat occiſori, quia præciſivè, & negativè ſe habens non dicitur poſitivè ſe habere, hoc eſt influere in homicidium. Turrianus lib.9. de cenſuris diſp.63. dub.3. Gloſſa in c. fin. 23. q. ult. Sylveſter v. homicidium 2. §.1. Palaus diſp.6. punct. 15. §.2. num.6. Leand. tom.5. tr.2. diſp 10.q.15. Ant. à Sp.S. to.1. directorii tr. 13. n. 165. contra Dicaſtillum 2. de juſtit. diſp.16. dub.14.n.189.

Nec officit ſi interiùs approbet, ſi nullo externo ſigno id demonſtret; nam tunc deeſt mandatum etiam tacitum. Diana p.4. tract.2. reſol.9. Leander loc. cit. q.36. contra Filliucium tract.20. c.2.q.5.n.38.

An ſit irregularis mandans graviter verberari, & expreſſè prohibens mutilationem, occiſionem, ſi verberatus moriatur?

5916 Mandans graviter verberari, prohibens mutilationem, aut occiſionem, eſt irregularis, ſi percuſſus moriatur.

AFfirma ex homicidio caſuali, non voluntario. c. fin. ibi: is, qui mandat aliquem verberari (licet expreſſè inhibeat ne occidatur nullatenus, vel membro aliquo mutiletur) irregularis efficitur, ſi mandatarius fines mandati excedens, mutilet, vel occidat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire poſſe, debuerit cogitare. de homic. in 6. Abbas in c. ad audientiam. n.6. de homic. Navarrus c.27.n.233. Covarruvias in Clementina ſi furioſus p.2.§.1.n.2. Sayrus lib.7. c.2.n.7. Avila p.7. diſp.6. ſect.2. dub.2. concluſ.2. Farinac. 2.p. fragm. crim. v. irregularitas n.568. dans XV. DD. Dicaſtillus de cenſuris tract. 10. n. 971. & 987. dicens nullatenus eſſe irregularem, ſi ſatis caveat, nè mors ſequatur.

Dices cum Gloſſa in d. c. fin. qui non conſentit homicidio, non eſt irregularis; ergo nec qui contradicit dicens ſe nolle homicidium. Probo conſequentiam, quia plus eſt contradicere, quàm non conſentire. c. majores. de baptiſmo; ſed qui proteſtatur ſe nolle aliquem occidi, mutilari, contradicit; ergo non eſt irregularis.

Reſpondetur ex d. c. fin. eſſe proteſtationem contrariam facto, quia cum illa proteſtatione adhuc mandans ſe, & alium exponit periculo occidendi, mutilandi, argumento legis, qui occidit adulterum. 30. §. in hac quoque. D. ad legem Aquiliam. c. continebatur 8. c. de cætero 11. de homicidio, & ſic illa proteſtatio nihil operatur, nec revera eſt non conſentire, imò facto contrario eſt conſentire. Hinc reſolvitur.

An mandans levem verberationem ſit irregularis morte, & mutilatione ſequuta?

5617 Et mandans levem verberationem morte ſecuta, etiam eſt irregularis, ſi adſit periculum mortis.

DIſtinguas: vel conſideratis circumſtantiis eſt moraliter certum, mutilationem, & mortem non poſſe ſequi, vel adhuc remanet periculum.

Google

Si adhuc remanet periculum, eſt irregularis. *d. c. fin.*

Si verò omne periculum tollitur, & de eo non eſt dubium ex qualitate perſonæ verberantis, verberatæ, loco, modo, & tempore; & tunc non eſt irregularis; quia nec in ſe, nec in cauſa mors, vel mutilatio prævîſa: non in ſe ut patet: non in cauſa; quia levis verberatio in talibus circumſtantiis non eſt ſaltem dubia cauſa mortis, vel mutilationis. Turrianus *lib. 9. de cenſuris diſp.63.dub.4.* Præpoſitus *3.p.q.5. de irregularitate dub.10.n.78.* Henriquez, & alii apud Leandrum *loc.cit.q.18.in fin.* Dicaſtillus *loc.cit.n.983.*

Sed major difficultas.

An mandans ſit irregularis, ſi mandatarius eiſdem circumſtantiis loco, & tempore occidiſſet etiam ſine mandato?

5618 Mandans nõ eſt irregularis, ſi mandatarius etiam occidiſſet ſine mandato.

NEga; nam tunc mandatum eſt delictum ſine effectu, & ſic non conſommatum, & conſequenter non eſt cauſa mortis, nec mutilationis, provenientis ex malitia mandatarii, non ex mandato. Illa enim non eſt cauſa, qua præciſa etiam effectus ponitur, ſed præciſo mandato adhuc mors, & mutilatio ponitur à malitia mandatarii, ut hìc ſupponimus; ergo mandatum tunc non eſt cauſa mortis, nec mutilationis. Dicaſtillus *tract.10.de cenſuris diſp.7. n.993.* Sayrus *lib.7.c.2. num.11.* Farinacius *p.2. fragmentorum criminal. v. irregularitas n.576. & p.4. praxis criminalis qu.129. num.132.* Noctinot. *v. irregularitas n.46.* Anton. à Sp.S. *tom.1. directorii.tr.13.n.168.* Baldus *in l.metum.in fin. D.quod metus cauſa.* Cornejus *lib.4.conſ.57.n.7.* Cepolla *cautela 39.in fin.* Soccinus junior *lib.2. conſ.38.n.17.* Boerius *dec.262.n.7.* contra Leandrum *loc. cit. qu. 21.* Dicaſtillum *2. de juſtitia tract.1.diſp.10.dub.14.n.188.* Baldum *in l.ob hac verba. n.3. D.de infamibus.* Coſtam *v.mandans homicidium*, ajentes mandantem teneri de mandato, etiamſi mandatarius feciſſet ſine mandato.

An mandans ſit irregularis ex homicidio voluntario, vel caſuali, ſi mandatarius occidatur?

5619 Quando mãdans ſit irregularis occiſo mandatario.

DIſtinguas: vel mandatarius circumſpectè agit, ut non ſe exponat mortis, vel mutilationis periculo, vel mandatarius eſt incircumſpectus, imprudens, præceps.

Si hoc ſecundum, eſt irregularis ex homicidio caſuali mandans, quia ſciens volens exponit illum morti, vel mutilationi mandandu, etſi intendat mandatarii mortem, ut David mortem Uriæ, eſt irregularis ex voluntario; ſicut enim irregularis eſt, qui exponit alterum: ità qui exponit mandatarium periculo mortis, vel mutilationis deindè ſequutæ.

Si primum, non eſt irregularis mandans; quia nec in ſe, nec in cauſa mors, & mutilatio volita. Vaſquez *1.2. diſp.100. q.73. art. 9. dub.3. n.45.* Turrianus *lib.9.de cenſuris diſp.63.dub.4.* Giballinus *c.4.de irregul.q.2.conſectario 7. n.18.* Henriq. *lib.14. c.16. n.1.* Præpoſitus. *3.p. q.5.de irregularit.dub.10.n.78.* Hurtadus *lib.2.de irregul.diſp.6.n.22.* Ant. à Sp. S. *loc.cit. n.173.* Lugo *tom.1.de juſtit.diſp.19.ſect.2.§.2.n.40.* ajentes ex mandato, & conſilio non incurri, niſi mandatum, & conſilium tendant directè in necem mandatarii, & conſulti, non verò caſualiter; quia non eſt expreſſa in jure irregularitas contra mandantem, & conſulentem, ſi occidatur mandatarius, & conſultus; niſi talis mors, & mutilatio intendatur, cum Diana *p. 4. tract. 2. reſol. 12. & 14.* contra Palaum *diſp.6.puncto 15. §.2. n.5.* Farinacium *p. 2. fragmentorum criminalium v.irregularitas n.573.* dantem VIII.DD.

An mandans ſit irregularis, ſi revocato à ſe mandato mandatarius adhuc occidat?

5620 Revocato mandato mandans non ſit irregularis.

NEga. D. Antoninus *p.4.ſumma tit. 29. de irregular.c.2.* Lopez *p.1. inſtructionis q.63.* Leſſius *2. de juſtitia c.13. dub. 3. n. 17.* Sayrus *lib.7.c.2. num.13.* Murga *tom.2.diſquiſitione 11. dub.8.n.5.* Idque ſive revocatio fiat expreſsè, ſive tacitè morte mandantis, vel contracta amicitia vera cum occidendo, vel contracta inimicitia intra mandantem, & mandatarium; dummodo hujuſmodi revocatio expreſſa, ſive tacita innotuerit mandatario. Cynus in *l. non ideò minus. n.7.* ubi Salicetus *n.13.* Albericus *n.3. C.de accuſationibus.*

Patet, quia poſita tali revocatione nota mandatario, mandatum extinguitur. *l. qui mandatum §.non ideò minus. D. mandati. l.cum quis. l. Cornelius. D. de ſolutionib. l.ſi mandaſſem 15.* ibi: *tu antequam ſcias me vetuiſſe. l. inter cauſas 26.D.mandati*, & notavi *III.Pantonomodidaſcaliæ. n.2920.* Gloſſa *in c.mulieres.§.illi verò.de ſent. excom.* Grammaticus *dec. 38. n. 7.* Manochius *2.de arbitrariis caſu 352. n. 7.* Farinacius *p. 4. practica criminalis q. 135. à n. 174.* citans XXX. DD. & *p.2. fragm.crimin. v.irregularitas. n.577.* citans XII. DD. Mandatum autem extinctum nequit cooperari homicidio, & conſequenter tunc mandatarius non à mandato jam extincto, ſed à propria malitia movetur.

An mandans ſit irregularis, ſi non moneat occidendum, ut ſibi caveat, mandatarius certè adhuc occidat?

5621 Etiamſi non moneat occidendum.

NEga, nam extincto mandato ejus morti non cooperatur, & ſic non monens peccat, non contra juſtitiam, ſed contra caritatem, qua ſuccurrendum innocenti periclitanti, & irregularitas ſupponit peccatum conſummatum contra juſtitiam. Suarius *de cenſuris diſp. 44. ſect.2.n.7.* Navarrus *c.27. num. 233.* Dicaſtillus *tract.10.diſp.7. n. 978.* Gabr. à S. Vinc. *diſp.10. n.16.* Bonac. *de irregul. q.4. p.8.* Dian. *p.4.tr.2. reſol.14.* Sayrus *lib.7.c.2.n.14.* Villalobos *tom.1. tr.21.diffic.20. n.7.* Anton. à Sp.S. *tom.1.directorii tr.13.n.169.* Avila *p.7. diſp.6.ſect.2. dub. 4. concluſ.3.* contra Cornejum *3.p.tr.5.c.irregul.diſp.1. dub.2. q.2.* Turrianum *lib.7.de cenſuris diſp.63. dub.3.* ajentes irregularem, ſi non moneat.

An durante mandato, & non acceptato à mandatario, ſi deinde mandatarius mutata voluntate mandatum acceptet, & occidat, an mandans inſcius acceptationis ſit irregularis?

5622 Quando ex mandato nõ acceptato oriatur irregularitas.

DIſtinguas: vel mandatarius dixit ſe nolle, vel acceptavit exteriùs non interiùs.

Si primum, nega; nam non eſt mandatum, ubi deeſt conſenſus contrahentium in idem. *l.1. D.de pactis.l.1.D.mandati.* Videtur contra Suarium *de cenſuris diſp. 44. ſect. 3. n. 5.* Majolum *lib.5.c.48.§.2. n.3.* Dicaſtillum *tract. 10. de cenſuris diſp. 48.* Farinacium *p. 2. fragmentorum criminalium. v.irregularitas n.571.*

Si verò exteriùs, non interiùs acceptavit; tunc mutato conſilio mandatum reconvaleſcit mutuo conſenſu, ut matrimonium nullum defectu conſenſus, validatur conſenſu appoſito, & ſic tunc eſt irregularis, in quo ſenſu recipio DD. citatos.

Bbb An

Digitized by Google

An ſi revocatio mandati nequeat devenire ad notitiam mandatarii diligentiſſimè perquiſiti, quia mandatarius non invenitur, quia diſtat in loco ignoto, quia nuncius miſſus non notificavit mandatario, mandans ſit irregularis homicidio interim ſequuto?

5623 Revocato mandato, & facta diligẽtia ut deveniat ad notitiam mandatarii, mãdans non eſt irregularis.

NEga, quia faciens quantum poteſt, illa revocatione deſinit eſſe contumax, nec obligari valet ad impoſſibilem aliam notificationem. Innocentius in *c. mulieres.de ſent. excomm.in* 6. Gloſſa *in c.enim, qui.de ſent. excom. in* 6. Antonius Gabriel *tom. 2. tit. de pactis concluſ.*2.Chriſtophorus à S.Joſeph v.*cenſura de irregularitate dub.*11.*§.*2.*n.*9. Anton.à Sp.S. *to.* 2. *directorii tr.*13.*n.*170.*&* 171. contra Navarrum *c.*27.*n.*233. *in fine.* Henriq.*lib.*14.*c.*16.*n.*2.*lit.P.* Bonac. *q.*4.*de irregular.p.*8. *n.*15. Farinac. *p.*4. *praxis q.* 135. *n.* 181. citantem XV. DD. aſſerentem tamen *n.* 182. non eſſe excommunicatum illum, qui ex negligentia non notificavit mandatario revocationem mandati Clerici percutiendi, quia in *c. ſi quis ſuadente.*17. *q.* 4. requiritur dolus, & hìc eſſet culpa.

Fundatur hæc ſecunda ſententia, quia mandatum non revocatum influit, ut ſagitta vulnerat virtute impulſus projicientis, quantumcumque talis impulſus averti nequeat, & modus ille revocandi mandatum ob impoſſibilitatem eſt jure incognitus: cui ſatisfit, quia in caſu ſagittæ, quis ab initio ponit rem irrevocabilem, & ſic ipſa irrevocabilitas impulſus poſita eſt, & durat ex voluntate projicientis ſagittam, quæ ratio non currit in mandato revocabili, & ſic valent verificari jura ad impoſſibile non obligantia.

An expiret mandatum lapſu diuturni temporis, & ſic non ſit irregularis mandans morte ſequuta?

5624 Lapſu temporis nõ videtur revocari mandatum, ſi exigat illud tempus diuturnum. Secùs ſi non exigat.

DIſtinguas: vel mandatum ex ſe non exigit tempus diuturnum, vel exigit.

Si exigit, affirma eſſe irregularem, quia non eſt revocatum; cùm ex ſe datum ſit ad illud tempus diuturnum.

Si non exigat diuturnum tempus; tunc cenſetur revocatum ex conjecturis, quibus cenſetur mutata voluntas non inſtantis pro delicto; maximè ſi interim confeſſus ſit mandans, & tale tempus eſt biennium, vel triennium. Henriquez *lib.*14.*c.*16.*n.*2. Anton.à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.*13.*n.*172. Anchatanus *in c.*1. *v.ulterius quærit.de officio delegati* Baldus *in l.Gallus §.quid ſi is.col.*2.*D.de liber.& poſthumis.* Decian. *lib.*5.*criminalium c.*36. *n.*22. contra Leandrum *loc. cit. qu.* 28. dantem VIII. DD. Farinacium *loc. cit. n.* 185. *& p.* 2. *fragmentorum criminalium. v.irregularitas n.* 750. dantem VIII. DD.

An mandans ſit irregularis, ſi mandatarius ex ignorantia, vel inadvertentia occidat unum pro alio?

5625 Nec eſt irregularis, ſi mãdatarius unũ pro alio occidat.

NEga, nam tunc cauſa mortis eſt ignorantia, inadvertentia, oblivio mandatarii, non mandatum; qua ratione mandatario occidente oblito revocati mandati, credendo mandatum non revocatum, mandans non eſt irregularis; quia tunc deeſt mandatum. Et ſic occidens hominem, quando ei mandatum eſt, ut occidat equum, non efficit mandanti. Leander *loc.cit.q.*33. Ant.à Sp.S. *to.*1. *directorii tract.*13. *n.*171. contra Lugonem *de juſtit.tom.*1.*diſp.*19. *ſect.*2.*§.*1.*n.*27.

An mandans ſit irregularis, ſi mandatarius excedat fines mandati, occidendo diù, quem mandans vult occidi noctu?

5626 Taxativè mandãs homicidiũ diu, non eſt irregularis ſi occiſio fiat noctu.

DIſtinguas: vel circumſtantia temporis mandatur taxativè, vel ad majorem ſecuritatem.

Si taxativè, ita ut nolit occidi, niſi noctu, non eſt irregularis, nam pro alia circumſtantia deeſt mandatum. *l.diligenter. D.mandati.l.cum mandati. C.mandati.c.ſignificavit* 3. *de pænitentiis, & remiſſionibus.* ubi Innocentius, & Joannes Andreas. Ceſſat enim mandatum in his excedere, in quibus non excedere eſt in poteſtate mandantis. XII. DD. apud Farinacium *p.* 4. *praxis q.*135.*n.*163.

Qua ratione eſt irregularis mandans verberari non occidi, ſi mandatarius occidat. *c. fin. de homic. in* 6. quia ira exardeſcente, urgente, impellente, altero reſiſtente non eſt in poſſe non excedere. Innocentius in *c. ad audientiam. n.*1.*de homicidio.* Idque fortius ſi præcipiat vulnerari non occidi; non enim eſt in poſſe mandatarii vulnera metiri. DD. XXIII. apud Farinacium *loc.cit.n.*161.

5627 Secùs ſi circumſtantia ſit ad ſecuritatem.

Si verò mandans omninò velit occidi, & eligat ut tutiorem noctis circumſtantiam, eſt irregularis; quia etiam ex mandato occidit in die. Dicaſtillus *tract.*10.*de cenſuris diſp.*7. *num.*982. contra Bonacinam *diſp.*7.*de irregular.q.*4.*puncto* 8. abſolutè ajentem irregularem.

Unde inducatur mandatum ad finem contrahendi irregularitatem?

5628 Verbis, indiciis, conjecturis, literis inducitur mandatum.

INducitur verbis, indiciis, conjecturis, literis. *verbis in l.ſi quis mihi bona fide. §. ſed quid ſi mandavit. D. de acquirenda hæreditate. l.* 1. ibi: *quocumque verbo. D. mandati*, idque ſive verba ſint imperativa, ſive rogativa, ſive optativa, ſive enunciativa, ſive conſultiva: ut non decet iſtam injuriam remanere impunitam, quo audito ſervus occidit. Romanus *ſingulari* 719. Franciſcus Marcus *dec.*425. *num.*1. ubi ait etiam induci conjecturis, indiciis.

Si dominus, ſi pater dicat filio, ſervo exeas nec me injuriatum revideas, antequam quid novi facias; tunc præſumitur mandare occiſionem injuriantis. Menochius *lib.* 5. *præſumtione* 27. *n.* 15. Farinacius dans XXXXII. DD. *lib.*4.*practica criminalis q.*134.*n.*41.

In dubio mandatum non præſumitur. Carrerius in *praxi tract.* 3. *de homic. §.circa ſecundum n.* 33. Boſſius *de mandato ad homicidium n.*39. Maſcardus *lib.*2. *de probationibus concluſ.* 866.*n.*14. dicens interpretari poſſe à proferente ſe dixiſſe in bonum ſenſum.

De Conſulente.

§. VII.

5629 Conſulens ſecuto morte eſt irregularis ſive vero, aut ficto animo conſulat.

COnſulens homicidium ſequuta morte eſt irregularis, ſive vero, ſive ficto animo conſulat. *c.pernicioſè. c. ſi quis viduam.diſt.* 50. *c.ſignificaſti.c.ſicut dignum.§.Clericos.de homicidio. c.fin. de homicidio in* 6. *c.* 2. *de Clericis pugnantibus in duello*, & ratio id ſuadet, quia debet puniri, ut punitur delinquens. Clem. 1. *de pœnis.* Farinacius *p.*2.*fragmentorum criminalium v.irregularitas num.*547. citans XIV.DD. *& n.*550. cum Suario *diſp.*55.*ſect.*2.*n.*6. ait conſulentem verberationem eſſe irregularem, ſi conſultus excedat, occidendo: Conſulens ut ſit irregularis, debet eſſe cauſa homicidii; nam tunc eſt verus homicida. Covar. in Clem. *ſi furioſus. p.*2.*n.*1. Majolus *lib.*5.*c.*48.*§.*1.

An

An conſulens aliàs certò facturo ſit irregularis?

9630 Conſulens mortem dare alicui, qui certò aliàs daret, non eſt irregularis.

NEga, ſi eiſdem circumſtantiis occideret, etiam ſine conſilio; nam tunc non influit conſilium in homicidium, & conſilium licèt malum, caret effectu. *l. non ſolum 11. §. ſi mandato meo. v. Attilicinus*, ibi: *& ſi perſuaſerim alicui aliàs nolenti. D. de injuriis. §. itt, qui in parentum.* ibi: *convenienter ille furti tenetur, quia verum eſt ope, & conſilio ejus furtum factum eſſe. lib. 4. Inſtitutionum de furtis*: ubi quando ex conſilio furtum fit; tunc furto tenetur: quando autem paratus eſt ſine conſilio furari; tunc conſulens furto non tenetur. *§. interdum 11. in fine. lib. 4. inſtitutionum de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur*. Bartolus *conſil.* 165. *n.* 2. dicens non puniendum conſulentem aliàs patraturo delictum. Hoſtienſis in *c.* 1. *n.* 7. *de officio delegati*. ubi Joannes Andreas *n.* 16. Ancharanus *n.* 4. Butrius *n.* 15. Immola *n.* 5. Abbas *n.* 5. Decius *n.* 43. Berous *n.* 85. Feſlinus dicens commune *n.* 8. Menoch. 2. *de arbitr. caſu* 351. *n.* 17. Olaſcus *dec. pedemontana* 67. *n.* 10. Boerius *dec.* 262. *n.* 2. Cagnolus *in l. conſilii. n.* 6. *D. de regulis juris.* Bonac. *q.* 4. *de irreg. p.* 8. *n.* 19. Sayr. *lib.* 7. *theſauri c.* 4. *n.* 1. Hurtadus *de irreg. diſp.* 3. *diffic.* 8. *n.* 20. Diana *p.* 8. *tr.* 7. *reſ.* 92. Dicaſtillus *tr.* 10. *de cenſ. diſp.* 7. *n.* 986. Chriſtophorus à S. Joſeph *loc. cit. n.* 16. Ant. à Sp. S. *to.* 1. *directorii tr.* 13. *n.* 177. Farin. *p.* 2. *fragm. crimin. v. irregularitas. n.* 553. *& p.* 4. *practicæ criminalis q.* 129. *n.* 108. *&* 111. citans XVIII. DD.

9631 Secus ſi citiùs occideret.

Hinc eſſet irregularis ſi ejus conſilio citiùs occideretur. *c. ſicut dignum. §. qui verò. de homicidio.* nam ut rectè Caramuel, qui citius occidit eſt homicida, cùm homicida non tollat immortalitatem, ſed tantùm diuturniorem vitam, aliàs nec eſſet irregularis occidens hominem ab alio brevi certò occidendum. Bonacina *loc. cit.* Toletus *lib.* 1. *ſummæ c.* 81. Cornejus *diſp.* 1. *de irregular. dub.* 2. contra Bauny *tract.* 11. *de irregularitate q.* 27. *quæſito* 11. Dianam *p.* 8. *tr.* 7. *reſ.* 92. *& p.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 84. Leandrum *q.* 40. ajentes non eſſe irregularem accelerantem mortem minimo tempore, quia non influit in ſubſtantiam, ſed in modum homicidii: contra quos facit, quia accelerans mortem licèt per unum inſtans, verè ſeparat animam à corpore, & ſic eſt homicida quòad ſubſtantiam, & irregularis.

An ſit irregularis dubitans ſuo conſilio influxiſſe in homicidium?

9632 Dubitans an ſuo conſilio influxerit in homicidium non videtur irregularis.

NEga. Henriquez *lib.* 14. *c.* 16. *n.* 3. *in Gloſſa litera D*, Giballinus *c.* 4. *de irregularitate q.* 1. *conſectario* 11. *n.* 32. id aſſerentes, etiam ſi dubius de homicidio eſſet irregularis, nam in irregularitate nequit argui ex caſu jure expreſſo ad caſum jure non expreſſum. *c. it, qui* 18. *de ſent. excom. in* 6.

Sed iſtum eſſe irregularem, niſi conſultus dicat ſe à conſilio non motum, vel niſi adſint conjecturæ prudentes, quòd non fuerit motus à conſilio, ait Sayrus *lib.* 7. *c.* 3. *num.* 2. Farinacius *p.* 2. *fragmentorum criminalium v. irregularitas n.* 557. Leander *loc. cit. q.* 42. & abſolutè irregularem ait Covarruvias in Clementina *ſi furioſus. p.* 2. *de homic. n.* 1. Farin. *loc. cit.* citans IV. DD. *n.* 555.

Hinc dubius an dederit conſilium ad homicidium non eſt irregularis, quia præſumitur, non dediſſe conſilium, cùm præſumatur innocens. *c. unico. de ſcutrinio. l. merito. D. pro ſocio.*

Lapſu temporis conſilium cenſeri extinctum; & ſic non eſſe irregularem conſulentem ait Avila *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *dub.* 3. cujus oppoſitum probabiliùs ait Leander *loc. cit. q.* 43.

An conſulens ſit irregularis, ſi à ſe conſultus moriatur?

9633 Conſulens non ſit irregularis, ſi cõſultus occidatur.

NEga, nam non cooperatur ejus morti conſilio ad illam non tendente. Speculator *tit. de diſpenſatione §. juxta. n.* 43. Innocentius *in c. ad audientiam. lib.* 4. *de homic.* Lugo *de juſtitia tom.* 1. *diſp.* 19. *ſect.* 2. *§.* 2. *n.* 40. Vaſq. & alii contra Filliucc. *tr.* 20. *c.* 4. *q.* 4. *dicto.* 2. *n.* 98. Farinacium *loc. cit. n.* 548. citantem XV. DD. & ajentem cum Suario eſſe irregularem ex caſuali homicidio.

An conſulens, ſeriò revocans conſilium diſſolutis rationibus à ſe adductis, evitet irregularitatem, ſi conſultus adhuc occidat?

9634 Conſulens ſeriò revocãs conſilium, & diſſolvẽs rationes, non ſit irregularis;

AFfirma. Præpoſitus *p.* 3. *qu.* 5. *de irregularit. dub.* 8. *n.* 62. Petrus Navar. 3. *de reſtit. cap.* 4. *n.* 26. Gabriel à S. Vinc. *de cenſ. diſp.* 10. *n.* 26. *in fine.* Giballinus *de irregular. cap.* 4. *q.* 1. *conſectario* 12. Suarez *de cenſuris diſp.* 44. *ſect.* 3. *nu.* 13. Pellizzarius *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *ſect.* 4. *quæſito* 82. *dub.* 277. Filliucius *tract.* 20. *cap.* 2. *q.* 3. *num.* 32. Hurtadus *diſp.* 2. *diff.* 6. *n.* 23. Baunius *de irregul. tract.* 11. *q.* 27. *quæſito* 11. Salonius 2. 2. *diſp.* 4. *q.* 62. *art.* 7. Tanderus 2. 2. *diſp.* 4. *q.* 6. *de* 15. *n.* 394. Dicaſtillus *de cenſuris tract.* 10. *diſp.* 7. *num.* 985. Cornejus 3. *p. tract.* 5. *de irregul. diſp.* 122. *quæſito* 2. *n.* 4. Sayrus *lib.* 2. *c.* 3. Diana *tract.* 5. *reſol.* 83. *& par.* 4. *tract.* 2. *de irregul. reſol.* 14. *& p.* 2. *tract.* 2. contra Innocentium in *cap. ad audientiam. n.* 3. *de homicidio*. Navarrum *cap.* 27. *num.* 233. Vivaldum *tract. de irreg. n.* 258. Enriquez *tom.* 14. *cap.* 16. *§.* 5. Murgam dantem VIII. DD. *tom.* 2. *diſquiſit.* 11. *dub.* 8. *n.* 2.

9635 Rationibus probatur.

Probatur primo, qui irregularis eſt ille, qui eſt cauſa homicidii, ſed conſulens poſita ſeria revocatione conſilii ſolutis rationibus, non eſt cauſa homicidii. Ergo non eſt irregularis. Major patet ex *can. ſi viduam. diſt.* 50. *ex cap. fin. de homicidio in* 6. *cap.* 2. *de Clerico pugnante in duello.* Minor patet: cauſa homicidii eſt, quæ habet vim influendi, & influit in homicidium, ſed diſſolutis rationibus conſilium non habet vim influendi, nec influit in homicidium. Ergo non eſt cauſa homicidii. Major ex ſe patet, quia cauſa eſt, quæ dat eſſe effectui. Minor probatur: vis conſilii conſiſtit in efficacia rationum, & in auctoritate conſulentis; ſed poſita diſſolutione rationum, rationes amittunt vim. Ergo non poſſunt cauſare, nec cauſant homicidium.

Semper ergo ac conſilio deeſt vis motiva, deeſt ei vis cauſandi. At diſſolutis rationibus, deeſt vis motiva; quia vis motiva fundatur in efficacia rationum. Ergo conſultus tunc moveri nequit ex rationibus jam diſſolutis, & ſi adhuc occidat, movetur ex propria voluntate; intellectus namque à ratione movetur, quæ ſi ſit diſſoluta, movere nequit intellectum, & tunc ex propria malitia, non ex ratione movetur.

Nec officit conſultum uti illis rationibus, etiam diſſolutis; nam tunc utitur rationibus carentibus vi cauſandi.

Probatur ſecundo, quia conſulens movet, vel ſola ratione, vel auctoritate dicentis, vel ab utroque. Sola ratione non movet illa diſſoluta. Sola auctoritate non movet, illa revocata; nam nequit tunc dicere conſultus, ille mihi

dixit; nam ille etiam conſilium revocavit, & ſicuti revocata ſententia, nequit citari pro illa ſententia actor, qui illam revocavit. Sic conſulens non præſtat auctoritatem conſilio à ſe revocato. Ab utroque moveri nequit, quia utrumque deeſt, revocatione poſita.

Probatur tertio: quia secùs ſequaretur catholicum adducentem rationes pro hæreticis, & illas deinde diſſolventem, influere in hæreſim, & peccare, ſi illis rationibus diſſolutis hæreticus uteretur ad firmandam ſuam hæreſim: ſicuti per te diſſolutis rationibus, adhuc conſulens peccat, influit in homicidium, & eſt irregularis, ſi conſultus exequatur conſilium; conſequens eſt abſurdum. Nam hinc D. Thomas, qui propoſuit argumenta pro hæreticis, eſſet hæreticus, & adhuc influeret in hæreſim, licèt illas rationes evidenter diſſolverit, quia multi hæretici illis rationibus diſſolutis utuntur.

5616 Hæreticus abjurans, & impugnans ſuos errores, non eſt amplius hæreticus.

Similiter hæreticus abjurans, & ſcribens contra propugnatos errores, adhuc eſſet hæreticus, & peccaret, ſi alii hæretici diſſolutis rationibus uterentur. Cùm ergo id ſit abſurdum, abſurdum etiam erit revocato conſilio ſeriò, conſulenti tribui peccatum, & irregularitatem, ſi conſultus conſilio utatur diſſoluto: Conſilium enim diſſolutum, eſt idem ac conſilium extinctum, rationibus enervatis, reſolutis. Sicque non eſt amplius cauſa movens, quia caret vi motiva ad patrandum homicidium.

Quarto probatur: bonum conſilium revocatum diſſolutis rationibus, non prodeſt conſulenti quoad meritum: licèt conſultus eo conſilio utatur ad benè operandum. Ergo nec malum conſilium revocatum diſſolutis rationibus nocebit conſulenti, licèt conſultus ad malè operandum eo utatur; enim verò tunc eſt conſilium materiale, non habens vim motivam, & conſultus coactivè, tanquam inſtrumento mortuo, derelicto à Domino, & ut res derelicta non dicitur amplius prioris domini *l. 1. D. pro derelicto*: Ita conſilium revocatum, non eſt amplius revocantis, eique non imputatur homicidium, malitia conſulti patratum.

5617 Conſulens revocans cõſilium, etſi non moneat contra quem dedit conſilium non eſt irregularis.

Idque etiam ſi non moneat illum, contra quem dedit conſilium. Nam ex caritate, non ex juſtitia, cùm conſilium revocaverit, debet ſuccurrere occidendo, conſtituto in extrema neceſſitate, ut ei quilibet alius ſuccurrere teneretur. Avila *lib. 7. de cenſuris diſp. 6. ſect. 2. dub. 4. concl. 3.* contra Farinacium dantem XVI. DD. *p. 4. praxis criminalis q. 129. n. 73. & 91. & p. 2. fragm. crimin. v. irregularitas n.* 588. dantem XIII. DD. cum revocatione exigentem monitionem occidendi, ut ſibi precaveat à tali occiſione: aſſerit tamen *n.* 559. monitionem non requiri, ſi probabiliter putat mortem non ſecuturam.

5618 Objectis ſit ſatis.

Dices primo: conſilium etiam poſita revocatione movet ad faciendum homicidium. Ergo etiam poſita revocatione, eſt cauſa; ergo conſulens per ſuum conſilium, etiam influit in homicidium.

Reſpondetur, conſilium revocatum, non eſſe amplius conſulentis, ſicque non poſſit dici ſuo conſilio influere: ut res derelicta non eſt prioris domini, nec ſi quis ea utatur ad occidendum, dominus dicitur ſua re concurrere, influere in homicidium.

Secundo reſpondetur, mutantes ſententias antiquas, novis rationibus adductis, reſolutis antiquis, non dici per antiquas rationes movere animum legentium, licèt legentes illis utantur ad confirmandos ſuos errores, nec valet dici auctores, qui illas adinvenere, influere in malum.

Dices ſecundo: rationes, & conſilium, non ſolutio rationum movet ad operandum. Ergo conſilium adhuc remanet cauſa influens. Ergo conſulens, vi conſilii etiam à ſe revocati, adhuc influit.

Reſpondetur: D. Thomam non dici influere in hæreſim, licèt hæretici moveantur ad propagandas hæreſes rationibus à D. Thoma primo loco poſitis, & ſecundo loco diſſolutis. Ergo nec conſulens dicitur influere in homicidium, licèt conſultus moveatur illis rationibus à conſulente diſſolutis; nam non ſunt amplius conſulentis, nec conſulens dicitur ſuo conſilio influere in homicidium; ſed conſultus ſua malitia illis rationibus utitur.

Similiter nec hæreticus poſtea abjurans dicitur influere in hæreſim retractatam, licèt ſequentes hæretici illam hæreſim iiſdem rationibus propugnent. Similiter nec erit irregularis, revocans ſuum conſilium; quamvis illo utatur conſultus ad occidendum.

Dices tertio: mandatum revocatur invito mandatario, quia eſt ad commodum mandantis, non mandatarii: At conſilium eſt ad utilitatem conſulti, non conſulentis. Ergo conſilium, non poteſt revocari invito conſulto. Ergo etiam poſita revocatione remanet movens, & influens ad homicidium. Ergo etiam poſita revocatione, conſulens eſt cauſa homicidii, & irregularitatis.

Reſpondetur: mandatum eſſe contractum, non conſilium; & ſic ex conſilio nullam naſci obligationem, poteſtque conſulens ab illo diſcedere invito conſulto, licèt ad commodum conſulti. Sicuti ergo quando recedit à mandato, mandatum amplius non dicitur exiſtere, quia diſſolvitur contractus obligans: ita quando recedit à conſilio, conſilium revocatur, nec dicitur amplius exiſtere: recedereque valet, quia nullibi naſci poteſt obligatio ad non recedendum; cùm non ſit contractus, etiamſi reſpiciat utilitatem conſulti.

Nec officit conſultum eodem moveri conſilio; nam tunc nequit dici conſilium, remota auctoritate conſulentis; ſicuti nec dicitur opinio Doctoris illa, quæ à Doctore revocata fuit.

Nec officit adhuc moveri à primis rationibus conſilii; nam cùm ſint diſſolutæ, carent vi cauſandi, & movendi, nec habet conſultus, niſi ex ſua malitia, & propenſione unde moveatur ad occidendum, & potiùs ex revocatione non moveatur ad deſiſtendum. Nam inter conſilium, & revocationem conſilii, ipſe ſe malè determinat. Et ſic ipſe conſultus ſolutis rationibus eſt cauſa, cùm ipſe determinet, an velit, an non illum occidere.

Ex dictis: revocans ſeriò conſilium datum de patrando abortu fœtus animati, non eſt irregularis, etiamſi femina abortum cum effectu procuret. Nam tunc non ex conſilio, ſed ex ſua malitia abortum facit. Giball. *loc. cit.* Henriquez *loc. cit. n. 5.* Anton. à Sp. S. *tom. 1. directorii tract. 13. n. 179.* Diana *p. 4. tract. 2. reſol.* 115. contra Sayrum *lib. 7. de cenſuris cap. 3. n. 4.* Cordubam *caſu* 173. *n. 4.* Murgam *to. 2. diſp. 11. diſt. 8. n. 2.*

An

An conſulens furtum ſit irregularis, ſi fur occidatur?

5639 Conſulens furtum non eſt irregularis, ſi fur occidatur.

NEga, quia tale conſilium ad mortem non ordinatur, nec eſt cauſa mortis. Vaſquez, & Giballinus, quos ſequitur Leander *tom. 5. tract. 2. diſp. 10. q. 46.* contra Sayrum *lib. 7. theſauri c. 3. in fine.*

An ſit irregularis conſulens mutilationem Petri, parato illum occidere?

5640 Conſulens mutilationē parato occidere, non eſt irregularis.

NEga: quia finis bonus ſpecificat actum, & medium aſſumtum eſſe excluſivum majoris mali, ſecùs inevitabilis, retrahit enim à majori malo, qua ratione eſt medium bonum, argumento Canonis *nervi teſticulorum. 2. in fine. diſt. 13. c. conſidera* 8. 22. *q. 1. c. hi qui. de Paganis. c. ſi quod verius. 33. qu. 2.* Cajetanus 2. 2. *qu. 95. art.* 8. Sotus 6. *de juſtitia qu. 1. art. 5.* Suarius *de cenſ. diſp. 45. ſect. 3. n. 2.* Henriq. *lib. 14. c. 16. n. 4.* Sayr. *lib. 7. c. 3. n. 13.* Dicaſtill. *tom. 1. de juſtit. lib. 2. tract. 2. diſp. 4. dub. 4. n. 74.* Navarrus *c. 14. n. 40.* Petrus Navarra 3. *de reſtitut. c. 4.* Farinac. *par. 2. fragment. crim. v. irregularitas. n. 565.* Lugo *tom. 1. de juſtitia. diſp. 14. ſect. 2. §. 2. n. 43.* Gutierez 4. *Canonicarum lib. 2. c. 23. num. 43.* plures apud Dianam *par. 4. tract. 2. reſ.* 18. Anton. à Sp. S. *tom. 1. Directorii. tract. 13. n. 179.* Molina *tom. 2. de juſtit. tract. 2. diſp. 335.* contra Angles, Sà, & alios, quos ſequitur Sanch. 7. *de matrim. diſp. 11. num. 14.*

An ſit irregularis conſulens, ut quis ſe exponat morti pro fide, pro patre, bono publico?

5641 Conſulens ut ſe exponat morti pro fide, aut bono publico, non eſt irregularis.

NEga: nam bonum conſilium non eſt peccatum, & ſic nec irregularitate plectendum. *c. ſunt quidam. 25. q. 1. c. non ſolum ille. 11. q. 3.* Covarr. in Clem. *ſi furioſus. par. 2. §. 5. n. 6.*

Nec eſt irregularis conſulens reo inde ſuſpendendo, ut reſpondeat Judici juridicè interroganti, quia non peccat. Dicaſtill. *de cenſ. tract. 10. diſp. 7. n. 991.* Farinac. dans XI. DD. *par. 2. fragm. crim. v. irregularitas n. 552.*

An conſulens mutilationem ſit irregularis?

5642 Conſulens mutilationē non eſt irregularis, licèt ſit mutilans.

NEga: quia nullo jure eſt lata contra conſulentem, licèt ſit lata contra mutilantem. *c. is, qui. 18. de ſent. excomm. in* 6. Cornejus, & Diana quos ſequitur Gabr. à S. Vinc. *de cenſ. diſp. 10. n. 71.* contra plures apud Dianam *par. 4. tract. 2. reſ.* 18.

De Irregularitate Medicorum.

CAPUT X.

5643 Quivis Medicus non eſt irregularis, ſi in ſuo officio nō delinquit.

MEdicus poteſt eſſe doctus, & indoctus, poteſt eſſe laicus, & Eccleſiaſticus. Medicus poteſt eſſe Phyſicus, & Chirurgus.

Medicus imperitus, & doctus, Phyſicus, & Chirurgus, laicus, atque Eccleſiaſticus non eſt irregularis ex officio, ſi in illo non delinquat occidendo, vel mutilando; & occidens data opera eſt irregularis ex homicidio voluntario; occidens verò ob imperitiam, vel negligentiam eſt irregularis ex homicidio caſuali. *c. ſi quis à Medicis. diſt. 55.* Farinacius dans X. DD. *p. 2. fragm. crim v. irregularitas n. 427.*

An ſit irregularis Clericus in ſacris, vel Religioſus exercens Chirurgiam, & Medicinam adhibita diligentia ſufficienti, ſecundum regulas artis, morte ſequuta?

5644 Clericus, aut Monachus Medicus, aut Chirurgus curans juxta regulas artis non eſt irregularis morte ſecuta.

NEga. *c. tua nos. 19. de homicid.* nam licèt peccet exercendo interdictum opus, nullo tamen jure irregularis decernitur, niſi peccet peccato homicidii contra juſtitiam; & adhibens ſufficientem diligentiam à tali peccato eſt immunis, & conſequenter non eſt irregularis nec ex delicto, licèt ſecundum regulas artis abſcindat aliquod ægroti membrum. Henriquez *lib. 14. c. 11. n. 1.* dans V. DD. Bonac. *diſp. 7. qu. 4. punct. 5. n. 5.* Leander *tom. 5. tract. 2. diſp. 9. qu. 15. & 19.* citans plures. Giballin. *c. 4. de irreg. qu. 2. n. 8. conſect. 1. & conſect. 11.* Layman *lib. 3. c. 4. n. 4.* Avila *par. 7. diſp. 6. ſect. 1. dub. 10. concl. 3.* Hurtadus *diſp. 2. difficul. 8. n. 28. & diffic. 11. n. 43.* Sotus *lib. 5. de juſtit. qu. 1. art. 9.* Coninck *de Sacram. diſp. 18. dub. 9. num. 83.* Præpoſitus 3. *par. qu. 5. de irregul. dub. 10. n. 86.* Pellizzarius *tom. 4. tract. 7. c. 5. ſect. 4. q. 41. n. 214.* Diana *par. 4. tract. 2. reſ. 23.* contra XIX. DD. apud Leandr. *loc. cit. q. 19.*

Quorum ratio elumbata manet ex dictis: nam in *d. c. tua nos. de homicid.* aſſeritur eſſe peccatum exercere artem prohibitam, & contrahi irregularitatem, ſi omittatur diligentia debita.

5645 Urgente neceſſitate nō eſt vetitum Clericis incidere, adurere.

Imò urgente neceſſitate, puta tempore peſtis deficiente omni alio, nec Clericis eſt prohibitum incidere, adurere, ſcindere; quia tunc urget præceptum caritatis, quod nequit lege humana irritari. Molina *tom. 4. de juſtit. tract. 3. diſp. 65. n. 3.* Henriq. *lib. 14. c. 11. n. 1.* Avila *par. 7. de cenſ. diſp. 6. ſect. 1. dub. 10. concl. 2.* Bonac. *loc. cit. n. 4.* Barboſa *in c. tua nos. de homicidio. n. 3.* Dian. *par. 4. tract. 2. reſ. 23.*

5646 Et quæ poſſit etiam ſine neceſſitate.

Etiam præciſa neceſſitate licet Monachis, & Clericis in ſacris applicare emplaſtrum mollificatum, venam incidere, quia id non eſt adurere, nec incidere venam eſt actus Chirurgiæ prohibitæ, ſed tonſoris. Giballin. *c. 4. de irreg. qu. 2. conſect. 11.* Leander *loc. cit. qu. 13.* Molina *loc. cit. n. 4.* Diana *par. 4. tract. 2. reſ. 33.* Rodriquez *par. 1. reſ. 177.* Dicaſtillus *de cenſ. tract. 10. diſp. 7. n. 894. & 836.* Machadus *lib. 1. par. 3. tract. 18. documento 9. n. 8.* Pellizzarius *loc. cit. quæſit. 44. n. 213.* contra Bonac. *loc. cit.* ajentem non poſſe incidere venam.

5647 Clericis non eſt vetitum cōſulere juxta regulas artis inciſionem, combuſtionem.

Clericis non eſt interdictum conſulere, imperare juxtà regulas artis Medicæ, combuxtionem, inciſionem, abſciſſionem, quia in *c. tua nos. 19. de homicidio*, tantùm prohibetur illos actus exercere. Henriq. Avila, Giballin. Pellizzarius *loc. cit.*

Hinc reſolvitur.

An poſſint exercere artem medicam Clerici ſine metu irregularitatis?

5648 Sine dolo, aut culpa licitū eſt Clericis artem Medicam exercere.

AFfirma: dummodo ex dolo, vel culpa non occidant ægrotum. *can. ſi quis a Medicis. diſt. 25.*

Et in *c. ſententiam ſanguinis 9. ne Clerici, vel Monachi. in c. tua nos 19. de homicid.* tantùm prohibetur, aduſtio, inciſio, abſciſſio Chirurgica. Covarr. in Clement. *ſi furioſus. par. 2. §. 4. n. 3. de homicidio.* Felin. *in c. tua nos. de homicidio.* Suarius *de cenſ. diſp. 47. ſect. 7. n. 4.* Giballin. *de irregularite c. 4. qu. 2. conſect. 11.* Henriq. *lib. 14. c. 11. n. 1.* Sayrus *lib. 7. theſauri c. 6. n. 11.* Leander *tom. 5. tract. 2. diſp. 9. q. 6.* contra Sanch. dantem VII. DD. 6. *Decalogi c. 14. n. 18.* Dicaſtillus *de cenſ. tract. 10 diſp. 7. n. 898.*

Hinc fortiùs reſolvitur.

An ſit irregularis Clericus in ſacris, vel Monachus adjuvans Chirurgum ad ſcindendum, tenendo corpus infirmi, candelam?

5649 Clericus adjuvans ad ſcindēdum, comburendum, non eſt irregularis.

NEga: nam non peccat, & in *c. tua nos. 19. de homicidio. in c. ſententiam ſanguinis 9. ni Clerici, vel Monachi, & in c. tua nos. de ſent. excomm. in* 6. tantùm prohibetur per ſe ſcindere adurere, incidere, & adjuvans non dicitur ſcindere.

Digitized by Google

dere. Navarr. *c.27.num.*217. Avila *par.7.diſp.6. ſect.*1. *dub.*10. *concluſ.*2. Henriq. *loc.cit.* Bonac. *diſp.7. qu.4. punct.5.n.*6. Giballinus *loc.cit.* Dicaſtill. *loc.cit.n.*901.

Reſnivitur etiam.

An laici Medici, Chirurgi adurentes, ſcindentes, incidentes ſecundum regulas artis, ſint irregulares ſequuta morte ægroti?

5650 Medici, aut Chirurgi ſcindentes, incidentes juxta regulas artis nõ ſunt irregulares morte ſecuta.

NEga: nam non peccant, nec aliud oppoſitum jure ſancitum; nec eſt defectus ienitatis tollere partem, ut iervetur totum; enim verò tunc actio illa non tendit ad deſtruendum, ſed ad conſervandum, & ſic non punitur irregularitate, nec defectu lenitatis oiet. DD. *in c.ad aures.de ætate, & qualitate.* Sylveſt. v. *Medicus q.*8. Dicaſtill. *de cenſ.tract.*10.*diſp.7.n.*871. citans VI. DD. & 892. Anton. à Sp.S. *tom.*1.*Directorii tract.*13.*n.*156. Farinac. *p.*2.*fragm.crim. v.irregularitas n.*436.

5651 Quid ſi Medicus deſerat ægrotum, & moriatur.

Sed quid dicendum ſi Medicus deſerat ęgroti cœptam curam: Illum eſſe irreguiarem, niſi alius æquè idoneus adſit, ait Majolus *lib.2.de irregularitate c.*12.*n.*4. Farinac. *loc.cit.n.*429.

Et idem docent, ſi ſtipendiatus vocatus nolit venire; undè moriatur ægrotus. *can. adſit. diſt.*50.

Sed habeo difficultatem: nam licèt peccet contra juſtitiam ſtipendiatus, non eſt peccatum homicidii, ſed injuſti recepti ſalarii, & non aſſiſteos, merè negativè ſe habet, nec poſitivè influit in homicidium irregularitate punitum.

5652 In dubio an adfuerit Medici negligentia in cura, debet peti diſpenſatio.

In dubio autem an fuerit negligeos Medicus, debete petere diſpeoſationem, ſi veiit ad ordines promoveri, fateotur VI. DD. quos ſequitur Leander *loc. cit. q.* 19. ex *c.ad aures. de ætate, & qualitate.* Qui textus non evincit; nam loquitur de Medico remordeſcente conſcientia, quòd occiſerit, & dubitans poteſt conſcientiam deponere, cùm in dubio unuſquiſque præſumatur diligens.

Sed quid dicendum de Aromatariis?

ISti ſuot irreguiares, ſi præbeant oociva medicamenta; nam mortem cauiant poſitivè, niſi ignoraotiæ, aut inadvertentiæ priviiegio fuerint clypeati. Innocentius *in c.tua nos*, ubi Abbas *de homic.* Sayr. *lib.7.c.4.n.*6. Majolus *lib.2.c.12.n.*2. Qui bona fide aliquid, quod non eſt vetitum infirmo præbet, vel revoluit in lecto ioſirmum, ut facilius ſomoum, vel cibum capiat, etiamſi mors acceleretur, non ſit irregularis. Ita generaliter DD. teſte Suarez *de cenſ. diſp.47. ſect. 7. n.*3. Bonacina *tom.1.diſp.7.de irregul.q.4.par.7. n.*12. Buſembaus, & alii.

De Irregularitate ex iteratione Sacramentorum.

CAPUT XI.

5653 Rebaptizans ſcienter, publicè, ſolemniter, & rebaptizatus in uſu rationis ſunt irregulares.

PRimo, rebaptizans ſcienter publicè ſolemniter, rebaptizatus in uſu rationis, & miniſter rebaptizantis eſt irregularis. *c.ex literarum tuarum 2.de Apoſtatis. c.placuit 3. c.qui apud Donatiſtas 4. 1. qu.4. c.qui bis ignoranter. c.eos quos. c. non licet. c. rebaptizare. de conſecr. diſt.4.c.qui in qualibet.1.q.7.c.afros.diſt.*98.

5654 Occulta rebaptizatio non punitur.

Publica non occulta rebaptizatio irregularitate punitur; nam publica non occulta eſt jure expreſſa. *c.is, qui.*18.*de ſent.excomm.in* 6. Abb. *in d.c.ex literarum.n.*1. Gaſpar Hurtadus citans Suarium, & Coninck *diſp. 2. de irregularitate diffic.1.n.*1. Paludanus *in 4.diſt.6.q.4.art.*1. Toletus *lib.1. ſummæ. c.70.n.*4. Palaus *diſt.6. puncto* 18.*n.*3. & alii apud Leaodrum *tom.5.tract.2. diſp.18.q.4.in fine*

Parentes autem, & compatres ſolemniter rebaptizati oon ſunt irreguiares; cùm jure nullibi exprimatur. Giballin. *c.20.de irregul.q.1.n.6.in fine.* Bonac. *de irregul.qu.3. punct.2.n.*9. contra Majolum *lib.3.c.14.n.*16. 5655 Parentes, & compatres non ſunt irregulares in rebaptizatione.

Rebaptizans ſcienter ſub conditione, ſi non ſit baptizatus?

§. I.

NOn eſt irregularis, quia re vera non rebaptizat coodítione ſuſpendente. Suar. *p.3. de Sacram.diſp.31.ſect.6.dub.*4. Henriquez *lib.2. c.31.§.*1. Navarrus *c.21.n.*246. Præpoſitus 3.*par. q.66.art.9.dub.*3. Peiiizarius *tom.2.tract.7.c.5. ſect.3.qu.9.n.*112. & 122. excuiantes ab irregularitate etiamſi tautùm non interiùs, ſed exteriùs conditionem proferant, quia deeſt tunc externum rebaptiſmi flagitium. Diana *par.3.tr.4. reſol.*9. contra Victoriam *in ſumma.de materia baptiſmi.§.*35. 5656 Scienter rebaptizãs ſub conditione, non eſt irregularis.

Hinc ſi primus baptiſmus fuit nullus, non contrahitur irregularitas per ſecundum, quia re vera non eſt rebaptiſmus. Henriquez *lib.14.c.4. num.*4. Suarez *diſp.21.ſect.6.de Sacram.* Sayrus *lib.7.c.8.n.*9. dicens non contrahi irreguiaritatem, ſi metu gravi rebaptizet, & rebaptizetur; quia licèt peccet contra divinum præceptum, non peccat contra humanum non obligante cum tanto onere. *c.erit.diſt.*4. 5657 Et ſi primus baptiſmus fuit nullus.

Reiterans non baptiſmum, ſed eius ſolemnitates.

§. II.

NOn eſt irregularis, quia nullo id jure expreſſum. Giballinus *c.5.de irregularitate qu.1.conſect.5. n.*13. Sayrus *loc.cit. n.*29. Leand. *tom.5.tr.2.diſp.18.qu.*14. contra Majolum *lib.3. c.15.n.*20. 5658 Reiterans tantùm ſolemnitates non eſt irregularis.

Iterans Confirmationem.

§. III.

NOn eſt irregularis, nulio jure id exprimente, licèt peccet. *c.is, qui.*18.*de ſent.excom. in* 6. Henriq. *lib.14.c.4.n.*5. Avila *par.7.diſp.*5. Giballinus *loc.cit. n.*11. dans IV. DD. Leander dans XV. DD. *tom.1.tract.3.diſp.4.qu.*15. contra Majolum *loc.cit.* & contra IV. DD. apud Leandrum *loc.cit.* 5659 Nec reiterans Confirmationem.

Iterans Ordines.

§. IV.

NEc eſt irregularis, quia id jure non expreſſum, & textus in *c.ſaluberrimum.1. qu.*7. ibi: *ſi tamen iterata unctione non fuerint maculati*; intelligitur cum Gloſſa *ibid.* contra Majolum de iteratione baptiſmi, non ordinis; contra Ugolinum *c.35. §.* 5. Et ſic ſolùm in iteratione baptiſmi eſt impoſita pœna irregularitatis in deteſtationem hæreſis Donatiſtarum rebaptizantium baptizatos ab hæreticis: in qua tantùm diſpenſat Summus Pontifex, non Epiſcopus, ſi delictum ſit publicum: licèt rebaptizatio publica, eſt occultum delictum, ſi ignoretur primus baptiſmus. 5660 Nec iterans Ordines.

Baptizans laicus ſolemniter.

§. V.

NOn eſt irregolaris, quia jure non expreſſum, & textus *in c. ſi quis baptizaverit* 1. *de Clerico non ordinato miniſtrante*, loquitur de Clerico, non de laico, ut indicant verba rubricæ. Sayrus dans IV. DD. *lib.3.c.10.n.*7. Giballinus *c.5.q.1.conſect.1.n.*25. contra Suarium 3.*p. tom.*3. 5661 Laicus baptizans ſolemniter non eſt irregularis.

tom.3. diſp.32.ſect.4. Leandrum *tom.5. tract.2. diſp.19.q.7.*

Clericus non Sacerdos baptizans ſolemniter.

§. VI.

5662 Secùs ſi fuerit Clericus.

EST irregularis, qua exercet actum ordinis non ſuſcepti, & neceſſitas ſi quæ ſit, non cogit ſolemniter baptiſmum miniſtrare. *c.1.de Clerico non ordinato miniſtrante.*

5663 Sed non erit irregularis ſi baptizet abſque ſolemnitate.

Si verò baptizaret ſine ſolemnitate, etiam remota neceſſitate, non eſſet irregularis; nam jure non exprimitur: ſicuti quia jure non exprimitur, nec eſt irregularis Parochus baptizans puerum alterius Parochiæ ſine neceſſitate; quia non exercet actum ordinis non ſuſcepti, ſed uſurpat alterius juriſdictionem. Giballinus *loc. cit.conſect.5.n.29.*

Adultus baptizatus ab Hæretico peccans.

§. VII.

5664 Adultus ſcienter baptizatus ab hæretico eſt irregularis.

EST irregularis, intelligas, ſi ſcienter peccet adultus, niſi ignorantia excuſetur. *c.placuit.1. qu. 4. c. qui in qualibet ætate* 9. 1. *q. 7.* Suarius *tom.5.de cenſ.diſp.42.ſect.1.n.14.*

Differens baptiſmum uſque ad ſenectutem.

§. VIII.

5665 Differens baptiſmum uſque ad ſenectutẽ non eſt irregularis.

NEc eſt irregularis, quia jure id non eſt expreſſum. Giballinus *c.5.de irregularitate qu.1.dub.2.*contra Majolum *lib.3.c.9.*

Neophytus durante neophytatu.

§. IX.

5666 Neophytus verò eſt irregularis. V.Cabaſſutius ibi.

EST irregularis, niſi morum probitas, & neceſſitas aliud exigat. *c.ſi quis. diſt.57.* ex Concilio Neocæſaræenſi *c.12.* ubi differens baptiſmum, uſque ad articulum mortis, poſt baptiſmum eſt irregularis.

De Irregularitate ex delicto Apoſtaſiæ, aut Hæreſis.

CAPUT XII.

5667 Hæretici, Apoſtatæ omnes etiam occulti ſunt irregulares.

OMnes Hæretici, Apoſtatæ Clerici, ſive laici etiam occulti ſunt irregulares. *c. ſi qui Presbyteri* 1. *c.ſaluberrimum* 20. *c.conventiculis* 3. 1*.qu.7.*;*c.nos. diſt.*12. Sanchez 2.*Decalogi c.25.n.22.* Fagundez 1.*Decalogi.c.27.n.3.* Leander dans XXVIII. DD. *tom.5. tract.* 2. *diſp.24. qu.3.* Sanch.*loc.cit.* dummodo interiùs, & exteriùs fidem neget contumaciter, aliàs non eſſet verè Hæreticus. Sanchez 2.*Decalogi c.25.n.5.*

Licèt non deſint, qui aſſerant, occultos non eſſe irregulares, niſi ratione infamiæ, quæ contrahitur ex delicto publico. Palaus *par.6.diſp.6. puncto*16.*§.1.n.2.*Giballin.*c.5.de irreg.q.3.dub.1.* Henriq.*lib.14.c.4.num.6.* Diana *par.1.tract.11. reſol.*114.

5668 Et eorum fautores, defenſores, & receptatores.

Sunt etiam irregulares fautores, defenſores, receptores hæreticorum, ſecundum Sanch.2.*Decalogi c.24. n.7.* Suarium *de cenſ.diſp.43.ſect.2. n.5.* ex *c. quicumque* 2. *§. hæretici. de hæreticis in* 6. ubi ſunt inhabiles ad omne beneficium,& officium: ,hoc tamen negat Henriquez *loc. cit.* Diana *par.4.tract.2.reſ.*44. volens illos, niſi ſint infames, non eſſe irregulares.

5669 Quid ſi fictè tantùm exteriùs neget fidem?

Si verò fictè exteriùs, non interiùs fidem negaret, non eſſet irregularis, quia revera non hæreticus. Sanchez *ſup. cit.* Nec *in c. Presbyteros. diſt.*50. imponitur irregularitas contra fictè negantes, ſed contra illos, qui metu vero animo immolant idolis. Navarr. *edit. 1. lib.5.conſ.3.de hæreticis.* Palaus *de cenſ.diſp.6.punct.*19. *§.1.n.1.* licèt Farinacius *de hæreſi q.92.n.*73. velit iſtum eſſe irregularem *in d.c.Presbyteros.*

Abjurantes ut ſuſpecti de hæreſi.

§. I.

5670 Abjurans ut ſuſpectus de hæreſi non eſt irregularis.

NOn ſunt irregulares, quia revera non ſunt hæretici. Navarr.*de hæreticis conſ.16.n.1.* Suarius *de cenſ.diſp.43.ſect.2.num.9.* DD.XVII. quos dat Leander *loc.cit. qu.7.* contra Azorium *par.1.lib.8.c.21.q.8.in fine.*

Catholici nati poſt hæreſim, vel ſchiſma patris, non ante.

§. II.

5671 Catholici nati poſt hæreſim patris ſunt irregulares.

SUnt irregulares. *c.quicumque 2. §.hæretici. c.ſtatutum il 2. de hæreticis in* 6. Navarrus *c.27.n.205.* Sanchez *loc.cit. c.28.n.7.* Diaz *c.22. n.22.* licèt in dicto textu non exprimi irregularitatem, ſed ſolùm inhabilitatem ad officia,& beneficia publica, quorum appellatione non veniunt ordines, velit Sayrus *lib. 6. de cenſ. c.10. num.40.* Giballinus *c.5. de irregularitate qu.4. conſect.3.n.22.*

5672 Sit conceptus poſt hæreſim.

Requiritur ad hanc inhabilitatem, ſivè irregularitatem, ut filius ſit conceptus poſt hæreſim patris. Secundo, ut pater hæreticus deceſſerit. *c.ſtatutum il 2.de hæreticis in* 6.videſis Sanchez 2.*Decalogi c.27.n.22.*

5673 Et extenditur uſque ad ſecundũ gradum, ex linea matris ad primum.

Et irregularitas ex hæreſi patris extenditur uſque ad ſecundum gradum, ſcilicet ad nepotes, & ex linea matris hæreticæ uſque ad primum, ſcilicet ad filios tantùm.*c.ſtatutum.de hæreticis in* 6. licèt Suarius neget nepotes comprehendi in irregularitate.

Nati verò ante delictum, propriè non dicuntur filii hæreticorum. Diana *par.4.tr.4. reſ.45.* Leand.*loc.cit. q.11.* dicens ſatis ſi ſit conceptus ante delictum patris ex *l.emancipatum 7. D. de ſenatoribus.*

Requiritur ergo ad contrahendam hanc irregularitatem primo, ut filius ſit ſaltem conceptus poſt hæreſim patris. Leander *loc.cit.qu.11.* Secundu requiritur, ut pater in hæreſim deceſſerit. *d. c. ſtatutum il 2.de hæreticis in* 6. idque etiamſi hæretici patres relapſi pœnitentes abſoluti, brachio tamen ſeculari traditi vitam obierint, docent XI. DD. apud Sanch. 2.*Decal. c.27.n.22.* Hurtadus *de irreg. diſp.2.diffic.3.n.8.* Villalobos *tract.21.diffic.16.n.9.*quibus contradicunt plures volentes iſtos filios irregulares. Gloſſ. *in d.c.ſtatutum. v.reincorporatos.* Diana *par.4.tract.2. reſ.45.* dicens utrumque probabile. Filliucc.*tr.20. c.9. q.4. n.* 239. id etiam aſſerens, ſi pater ſit hæreſiarca abſolutur, ſed datus brachio ſeculari comburendus.

5674 Si filii patrem denunciẽt, non ſunt irregulares.

Tertio, requiritur nè filii denunciaverint parentes, aliàs ſi denunciaverint, dictam pœnam non contrahunt. Caſtrus *de juſta hæreticorum punitione c.26.*Farinacius *de hæreſi q.191. n.37.* Sanch.2.*decal.c.27.n.30.*

5675 Filii Judæorum, aut infidelium nõ ſunt irregulares.

Non autem ſunt irregulares filii Judæorum, Paganorum, Maurorum, Saracenorum; nam non ſunt hæretici, nec hæreticorum filii, & ſumus in pœnalibus non extendendis. Suarez *de cenſ. diſp.43.ſect. 3. n.8.* Filliucius *tract. 20.c.9. q.4. n.24.* Avila *p.7.de cenſuris diſp.4. dub.4.* Sanch. 2.*decal.c.28.q.2.n.11.* rectè monens cathecumenos non eſſe de corpore Eccleſiæ.

De Irregularitate ex delicto malè accipientis ordines.

CAPUT XII.

CANON

5676 Malè ordinatus eſt ſuſpenſus tantùm.

MAlè ordinatus eſt ſuſpenſus, non irregularis, nam jure talis irregularitas non ex-

Digitized by Google

exprimitur. *c. is, qui. 18. de ſent. excom. in 6.*

Ex quo primo:

Ordinatus ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui.

5677 Ordinatus ab Epiſcopo qui renūciavit Epiſcopatui eſt ſuſpenſus.

NOn eſt irregularis, ſed ſuſpenſus ab exequutione ordinis ſuſcepti ab illo Epiſcopo. *c. 1. de ordinato ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui,* ubi Barboſa, Azorius *p. 3. lib. 3. c. 48. q. 13.* contra Navarrum *c. 27. n. 2.* & hoc intelligitur, quando ordinatus habuit licentiam ab ejus Ordinario.

Secundo:

Ordinatus ab Epiſcopo innodato cenſura, vel irregulari.

5678 Et ordinatus ab Epiſcopo cenſurato, non irregulari.

EſT non irregularis, ſed ab illo ordine ſuſpenſus; nam jure aliud non exprimitur. Nec officit Conſtitutio Clementis VIII. anno 1595. ubi fuit irregularis ordinatus ab Epiſcopo ſchiſmatico; nam ille fuit irregularis, non quia recepit, ſed quia ſuſpenſus exercuit ordinem. Præpoſitus *3. p. q. 5. de irregularitate n. 28.* Leander *diſp. 20. q. 2.* contra Majolum *lib. 4. c. 22.*

5679 Ordinatus per ſaltum eſt tantùm ſuſpenſus.

Tertio, ordinatus per ſaltum, eſt non irregularis, ſed ſuſpenſus, nam aliud jure non exprimitur. *c. unico. de Clerico per ſaltum promoto.* Angelus *v. irregularitas n. 36.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 461.* Avila *p. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 2. concluſ. 1.* contra Sayrum *lib. 7. c. 10. n. 39.* Nec officit textus in *c. ſollicitudo.* ubi Archidiaconus *diſt. 52.* ubi ordo per ſaltum receptus nequit exerceri; nam hæc eſt ſuſpenſio, non irregularitas.

5680 Suſpenſus ſuſcipiens alios ordines non eſt irregularis.

Ille, qui eſt ſuſpenſus, & ſuſcipit alios ordines, non eſt irregularis; cùm irregularitas ſit impedimentum, & non obligat, ſi in jure non exprimatur; quia hæc eſt natura impedimenti.

Ille, qui eſt ſuſpenſus etiam exercens illum ordinem, de quo fuit ſuſpenſus eſt irregularis, ut patet in Conſtitutione Clementis VIII. anno 1595.

5681 Suſpenſus ob ordine inferiori, recipiens ſuperiorem, & exercens nō fit irregularis.

Unde infertur: quis ſuſpenſus de ordine ſubdiaconatus, ſi deinde aſcendat ad ordinem Miſsæ, & illum exercet, non eſt irregularis; nam etſi ſuſpenſus exerceat actum ordinis, tamen non illum, de quo fuit ſuſpenſus.

Nec obſtat argumentum; ſecundus ordo comprehendit primum, de quo fuit ſuſpenſus; ergo exercendo ſecundum, jam exercet ſimul primum; ergo eſt irregularis.

Respondetur ad optimum argumentum, phyſicè concedo, moraliter nego.

5682 Furtive Ordinatus, aut duos ordines minores recipiens inſcio Epiſcopo, eſt ſuſpenſus.

Quarto, furtivè ordinatus, hoc eſt ſine approbatione, vel recipiens duos ordines minores inſcio Epiſcopo, vel non approbatus, vel alium examini ſuo loco ſubmittens, non eſt irregularis, ſed ſuſpenſus. *c. 1. 2 & 3. de eo, qui furtivè ordines ſuſcepit.* Intelligas ſi data opera ſciens ordinem furtive ſuſcepit, non autem ſi bona fide fecit. Suarius *de cenſuris diſp. 42. ſect. 3. n. 1.* Giballinus *c. 5. de irrregul. q. 1. n. 21. dub. 6.* contra Leandrum *loc. cit. q. 4.* Henriquez *lib. 14. c. 6. n. 5.* Dicaſtillum *tract. 10. de cenſuris n. 450.*

5683 Excommunicatus recipiens ordines ſacros eſt ſuſpenſus.

Quinto, excommunicatus recipiens ordines ſacros, eſt non irregularis, ſed ſuſpenſus. *c. cum illorum. de ſent. excomm.* Suarius *de cenſ. diſp. 42. ſect. 3.* Coninck *diſp. 14. num. 32.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 436.* contra XI. DD. ajentes eſſe irregularem apud Dicaſtillum *loc. cit. n. 435.*

5684 Non eſt irregularis ſuſpenſus, aut interdictus recipiens ordines.

Sexto, ſuſpenſus, & interdictus recipiens ordines, non eſt irregularis, nam jure nullo id evincitur. Dicaſtillus *loc. cit. n. 440.*

Septimo, ſuſpenſus ab ordine inferiori aſcendens ad ſuperiorem ordinem, non eſt irregularis; quia id non expreſſum, nec exercet actum ordinis. Suarius *de cenſuris diſp. 42. ſect. 3. n. 2.* Dicaſtillus *tract. 10. num. 454.* contra VIII. DD. apud Dicaſtillum *ibidem.* 5685 Et ſuſpenſus ab ordine inferiori, recipiens ſuperiorem.

Octavo, ordinatus non confirmatus, non eſt irregularis, nec peccat mortaliter, nam jure non expreſſum. Sotus *in 4. diſt. 24. q. 1. art. 4.* Henriquez *lib. 14. c. 6. n. 3.* Dicaſtillus dans IV. DD. *loc. cit. num. 457.* contra Majolum *lib. 4. c. 3. num. 1.* 5686 Non eſt irregularis ordinatus non confirmatus

Nono, recipiens eodem die tonſuram, & ordines minores, non eſt irregularis, nam jure non expreſſum. *c. 2. de eo, qui furtivè ordines ſuſcepit.* Sayrus *lib. 7. c. 10. n. 25.* Dicaſtill. *loc. cit. num. 440.* 5687 Et recipiens eodem die tonſuram, & minores ordines.

Decimo, recipiens eodem die Ordines Minores, & Subdiaconatum inſcio Epiſcopo, non eſt irregularis, ſed adeſt pena ſuſpenſionis ferendæ. Suarius *tom. 5. de cenſuris diſp. 42. ſect. 3. n. 1.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 446.* Leander *tom. 4. tract. 4. diſp. 4. q. 9.* Henriq. *lib. 14. c. 6. n. 3.* Gobat *theolog. experiment. tr. 8. n. 644.* 5688 Nec recipiens eodem die ordines minores, & Subdiaconatum.

De Irregularitate ex delicto exercentis actum ordinis, non recepti.

§. I.

EſT irregularis exercens actum ordinis non recepti. *c. 1. de Clerico non ordinato miniſtrante,* licèt non ſit actus ordinis cantare epiſtolam ſine manipulo, etiam induto dalmatica, vel adhibens manipulum ſine intentione exercendi actum ordinis Subdiaconatus. Bonacina *q. 3. de irregular. puncto 6. n. 2.* 5689 Exercens actum ordinis non recepti, fit irregularis.

Imò, nec deſunt ajentes, nec recitare cum manipulo eſſe actum ordinis Subdiaconatus, habentis pro materia, non librum Epiſtolarum, ſed calicis vacui cum patena vacua traditionem. DD. XX. apud Leandrum *to. 2. tract. 6. diſp. 3. qu. 14.* licèt ipſe *tom. 5. tract. 2. diſp. 20. q. 19.* cum XIII. DD. probabiliùs putet librum epiſtolarum eſſe materiam partialem.

Sacerdos delinquens celebrando.

§. II.

NOn eſt irregularis, quia jure non expreſſum. *c. is, qui. 18. de ſent. excom. in 6.* & ſic. 5690 Sacerdos delinquens in celebrando non fit irregularis, ut celebrans in Altari non conſecrato.

Primo, celebrans ſine altari conſecrato.

Non eſt irregularis, licèt deponi, aut degradari valeat; nam jure irregularitas non eſt expreſſa. *c. nullus presbyter 14. c. 1. c. 2. de conſecr. diſt. 1.* Suarius *tom. 5. de cenſuris diſp. 42. ſect. 5. n. 5.* Bonac. *q. 3. de irregular. puncto 7. n. 20.* Giballinus *c. 5. q. 1. n. 31.* contra Majolum *lib. 3. de irregular. c. 22. n. 2.*

Secundo, conficiens Euchariſtiam omiſſo toto ritu miſſæ, non eſt irregularis jure nullibi id exprimente. Suarius *loc. cit. n. 8.* Giballinus *loc. cit.* Turrianus *de cenſuris lib. 9. diſp. 61. dub. 5* Diana *p. 4. tr. 2. reſ. 57.* contra Majolum *loc. cit. c. 26. n. 5.* 5691 Omittens totum ritum Miſſæ.

Tertio, celebrans Miſſam Defunctorum pro ægro vivente, aut mœroris cauſa altaria expolians, nec jure exprimitur irregularis, licèt ſit puniendus. *c. quicumque 26. q. 5.* Suarez *loc. cit. n. 7.* Bonacina *loc. cit. n. 21.* Giballinus *loc. cit.* contra Majolum *lib. 3. de irregular. c. 25. n. 6.* 5692 Celebrans Miſſam de Requie pro vivis.

Quarto, celebrans jocò, vel repræſentando, nec jure exprimitur, ut ſit irregularis. Sotus *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 3.* Sylveſter *v. irregularitas §. 12.* contra Majolum *lib. 4. c. 13. n. 7.* 5693 Aut celebrans jocò.

Quinto, Sacerdos ſepeliens ſcienter excommunicatum nullo jure eſt irregularis, licèt ſit ex- 5694 Nec ſepeliens ſcienter excom.

Digitized by Google

excommunicatus. Clem.1. *de ſepulturis*. Suarius *loc.cit.n.*6. Turrianus *de cenſuris lib.*9. *diſp.*61. *dub.*5.

5695 Nec favens raptoribus.

Sexto, Clericus ſavens raptoribus, vel cum eis participans; nec in jure invenitur irregularis. *c.2.de raptoribus in* 6. ubi obſervante Suario *loc. cit.* pœna non eſt lata, ſed ferenda. Giball. *loc.cit.*

De Irregularitate ex delicto violationis Cenſurarum.

CAPUT XIII.

5696 Majori cenſura innodatus exercens actum ordinis majoris ex officio, eſt irregularis.

Quivis cenſura majori innodatus eſt irregularis exercens actum ordinis majoris ex officio, non verò exercens actum non ordinis, idque ſive ſit excommunicatus, ſive ſuſpenſus, ſive interdictus *c.1.c.is, cui* 20.*de ſent. excom.in* 6. *c.1. de ſent. & re judicata in* 6. *c.ſi quis Epiſcopus* 11.*q.*3. Alterius *lib.*2. *de cenſuris diſp.*1.*c.*1.

5697 Quid ſi exerceat in parva materia.

Imò nec eſt irregularis exercens actum ordinis in parva materia; nam ob levem culpam nequit imponi gravis pœna, & ſic excommunicatus dicens in officio privato *Dominus vobiſcum*, ob parvitatem materiæ non peccat mortaliter, nec eſt irregularis. Suarius *de cenſuris diſp.*12.*ſect.*1.*n.*43. Filliucius *tom.*1.*tract.*12.*c.*4.*n.*93. Avila *p.* 2. *de cenſuris c.* 6. *diſp.* 4. *dub.*6. *concluſ.*3. contra Majolum *lib.*3.*de irregularitate c.*21.*n.*6.

5698 Et quid ſi ſolemniter exerceat ordines minores.

Dixi majoris ordinis, nam non deſunt aſſerentes non eſſe expreſſam irregularitatem adverſus cenſuratum exercentem ſollemniter actum minoris ordinis. Sotus in 4. *diſt.* 25. *q.*1. *art.*3. D.Antoninus 3.*p.tit.*28. *c.*1. §.1. Armilla v.*excommunicatio n.* 9. Paludanus *in* 4. *diſt.*24. *q.*4.*art.*4. Sylveſter v.*irregularitas q.*27. Navarrus *in manuali c.*27. *n.*244. Bonacina *q.*3.*de irregular.* Henriq. *lib.*14. *c.*6. *n.*1. *lit.* F, Toletus *lib.*1.*puncto* 5.*n.*1. plures apud Leandrum *tom.*5. *tract.*2. *diſp.*21. *q.*3. dicens oppoſitum probabiliùs. Nos agamus de ſingulis cenſuris, & primo.

De Irregularitate ex violatione Excommunicationis?

§. 1.

5699 Excom. exercens actum ordinis ſacri ſolemniter, fit irregularis.

Excommunicatus majori, non minori excommunicatione exercens ſollemniter actum ordinis ſacri fit irregularis, quia in majori, non in minori excommunicatione id eſt expreſſum. *c.ſi celebret. de Clerico excommunicato miniſtrante.c.fin.de exceſſibus Prælatorum.* Suarius *de cenſuris diſp.*12. *ſect.*2. *num.* 8. & ſic primo.

Epiſcopus excommunicatus ordinans.

5700 Epiſcopus excom. ordinans fit irregularis.

Eſt irregularis, quia ordinare eſt exercere actum ordinis Epiſcopalis, idque dicas de quolibet alio. *c.ſi quis Epiſcopus damnatus. c.ſi quis Epiſcopus in Concilio.* 11. *q.* 3. *c.Abbates. de privilegiis.c.*1. *§.caveant. de ſent.excomm. in* 6. Suarius *loc.cit.n.*21.

5701 Quid de exercente actū primæ tonſuræ.

Secundo, exercens actum primæ tonſuræ, non eſt irregularis, quia non exercet actum ordinis; cùm prima tonſura non ſit ordo. Suarius *loc.cit.ſect.*2.*n* 8.

Et ut Laicus.

Tertio, Clericus excommunicatus exercens ut Laicus actum ſacrum ordinis ſine ritu, & veſte præfixa ab Eccleſia, non eſt irregularis; nam ille actus non eſt ordinis. Suarius *loc. cit. ſect.*1.*n.*4. Diana *p.*5. *tract.*9. *reſol.* 95. (ſupponitur, quòd talis excommunicatio non ſit nota aliis Sacerdotibus.)

5702 Solemniter recitans orationem Dominicalem.

Quarto, Sacerdos excommunicatus recitans ſollemniter inter Orationes, Horas, Orationem Dominicalem, non eſt irregularis, quia illa recitatio non eſt actus ordinis, ſed dignitatis Eccleſiæ rito aſſignata digniori perſonæ, ut patet etiam in monialibus inter horas recitantes Orationem Dominicalem ſollenniter. Avila *p.*7.*de cenſuris diſp.*9.*ſect.*2.*dub.*2.

5703 Epiſcopus excom. benedicens Populum, non fit irregularis.

Quinto, Epiſcopus excommunicatus benedicens Populum, non eſt irregularis; quia exercet non actum ordinis, ſed juriſdictionis Epiſcopalis. Alterius *loc. cit. c.* 1. Bonacina *q.* 3. *puncto* 5.*n.*3.

5704 Sacerdos excom. prædicans, non eſt irregularis.

Sexto, excommunicatus Sacerdos prædicans, non eſt irregularis, quia non exercet actum ordinis, ſed potiùs Doctoris ex voluntate Epiſcopi. *c. excommunicatus* 5. *§.quia verò. de hæreticis.* Suarius *loc.cit.ſect.*2. *num.*4. Diana *p.*5. *tract.*10. *reſol.*10. & 14. plures apud Leandrum *tom.*5. *tr.*2. *diſp.*21. *qu.* 13. Alterius *de cenſuris diſp.*6. contra Navarrum *c.*27. *num.* 163. idque etiamſi ſit ſuſpenſus ab Epiſcopo ab officio prędicandi, nam prædicans, nec eſt irregularis; cùm actum ordinis prædicando non exerceat. Henriquez *lib.*13.*c.*6. *n.* 5. *lit.*R, Sayrus *lib.* 4. *c.*16.*n.*21. Leander *tom.*5.*tract.*2. *diſp.*21. *q.*13. contra Majolum *lib.*3.*de irregular.c.*16.*n.*21.

5705 Cenſuratus cogēs cenſura innodatū coram ſe celebrare, non eſt irregularis.

Septimo, cenſura innodatus excommunicationis, interdicti, ſuſpenſionis cogens alium excommunicatum ad celebrandum coram ſe, vel non excommunicatus cogens ad celebrandum coram alio excommunicato, non eſt irregularis; quia non exercet actum ordinis cogendo, nec jure invenitur expreſſum, etiamſi Epiſcopus, vel quivis alius excommunicatus cogat ad celebrandum, cùm textus in *c.illud.de Clerico excommunicato miniſtrante*, probabiliter id non aſſerat Giballinus *de irregular.q.*2.*conſectar.*12. citans Layman, & Coninck. Præpoſitus 3.*p.q.*5. *de irregularitate dub.*6. *n.*38. Diana *p.*4. *tract.*2. *reſol.*57. contra Navarrum *c.*27.*n* 244. Alterium *lib.*2.*diſp.*1.*c.*14. Leandrum *tom.*4.*tract.*2.*diſp.*7. *q.*32. dans XIX.DD.

5706 Sacerdos celebrans coram vitando, non eſt irregularis.

Octavo, Sacerdos non cenſuratus celebrans coram vitando excommunicato à Papa, vel ab Epiſcopo, non eſt irregularis; nam jure non exprimitur. *c.is, qui.*18.*de ſentent.excomm. in* 6. Henriquez *lib.*14. *c.*7. *n.* 3. nam licèt contrahat excommunicationem majorem celebrans coram excommunicato à Papa. *c.ſignificavit.de ſentent. excom.* illam tamen contrahit conſummato delicto celebratione completa, cui pœna imponitur, unde non exercet actum ordinis excommunicatus, ſed exercet actum excommunicandus ipſo jure actu completo. Pellizzarius *to.* 2. *tract.*7.*c.*5.*ſect.*3.*q.*28. *n.*140. Suarius *de cenſuris diſp.*42. *ſect.*5.*n.*2. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſuris n.*444. Bonacina *diſp.*7.*q.*3.*puncto* 4.*n.*2. contra Majolum *lib.*3.*de irregular.c.*21.*num.*28.& *c.* 14. licèt ſit excommunicatus celebrans coram excommunicato à Papa majori excommunicatione, contra Majolum falsò *c.*18. dicentem, etiam irregularem celebrantem contra præceptum ſui ſuperioris: quod falſum eſt, etiamſi præceptum ſit latum ſub pœna excommunicationis ipſo facto; nam excommunicatio contrahitur completo actu celebrationis, ut ſic ſit conſummatum delictum, quod ſub pœna imponitur, conſequenter ordo exercetur, non ab excommunicato, ſed ab excommunicando poſt actum completum ipſo jure.

Celebrans non voluntariè, ſed coactivè, & conſequenter non eſt irregularis, ſed coactivè illud facit, ut patet de teſte accuſatore, nec contrahit irregularitatem ex defectu lenitatis coactivè deponens.

Quot irregularitates contrahat excommunicatus pluries exercens ordinem?

§. II.

5707 Excom. pluries exercens ordines, quot irregularitates cõtrahat,

UNam ait Sanchez 8. *de matrimon. diſp.* 24. *n.*7. quia unam contrahit affinitatem, qui feminam multoties cognoſcit. Palaus *tom.* 7. *tract.*3.*diſp.*6.*punct.*16. Diana *p.*8. *tract.*3. *reſol.* 58. Cujus oppoſitum ſenſit Reginaldus *lib.* 3. *n.*32. Bonacina *de irregularitate q.*5.*puncto ultimo n.* 1. Leander *loc. cit. q.*31. *qui qu.*32. cum Bonac.& Pellizzarin, ait duplicem incurrere irregularitatem, qui duplici cenſura innodatus, puta interdicto, & excommunicatione celebrat, & hæc eſt vera ſententia, ſicuti contrahuntur plures excommunicationes.

Dubitans ſe cenſura innodatum exercendo actum ordinis deponens practicè dubium?

§. III.

5708 Dubitans, & deponens practicè dubium de cẽſura, non fit irregularis exercendo actum ordinis.

NOn eſt irregularis, etiamſi deinde deprehendat ſe verè fuiſſe cenſura innodatum; nam deponendo dubium non peccavit, & non peccans non punitur. Bonacina *quæſt.* 3. *de irregularitate puncto* 5. *num.*2. Leander *loc. cit. qu.*18. *&* 19.

De Irregularitate ex violatione Suſpenſionis.

§. IV.

5709 Epiſcopus ſuſpenſus nominatim fit irregularis exercendo actum ordinis.

IRregularitas eſt impoſita adverſus Epiſcopum ſuſpenſum nominatim exercentem actum ordinis, à quo fuit ſuſpenſus, ſive ordo ſit major, ſive minor. *c. is, qui.* 18. *de ſent.excomm.in* 6.*c.Apoſtolica.*9. *c.ſi celebret.*10. *de Clerico excommunicato miniſtrante. c. ſi quis Epiſcopus in Concilio. c. ſi quis Epiſcopus damnatus.* 11. *q.*3. Sayrus *lib.*7.*theſauri c.*9.*num.*10. Avila *p.*7.*diſp.*9.*ſect.*2.*dub.*2. Navarrus *c.*27. *num.*191. Suarius *de cenſuris diſp.*26. *ſect.*2.*n.*2.Dicaſtilius *tr.*10. *de cenſ. n.*442. contra quoſdam volentes ſuſpenſum à Canone non fieri irregularem celebrando. Rota *dec.*361 *in antiquit.*Abb.in *c.cum dilectus .n.*17. *de conſuetudine* . Felin. *in c.paſtoralis.* §.*cum autem.num.*128.*de officio delegati.*

An ſuſpenſus ab ordine inferiori, ſit ſuſpenſus ab ordine ſuperiori?

5710 Suſpenſus ab inferiori, non eſt ſuſpenſus à Superiori.

NEga, licèt nequeat actum ordinis ſuperioris exercere. *c.ex literis*, ubi Abb. *in fine. de exceſſ.Prælatorum*, & ſic non eſſet irregularis exercendo actum illius ordinis; nam jure non eſt expreſſum. Leand. *loc.cit.q.*17.

Hinc primo.

Suſpenſus à ſuo confeſſario exercendo ordinem.

5711 Nec ſuſpenſus à ſuo confeſſario eſt irregularis exercendo ordinem.

NOn fit irregularis, quia nec eſt vera cenſura ſuſpenſionis, nec jure cautum. Gloſſa *in c.is,cui.de ſent.excom.in* 6.Navar.*c.*27.*n.*151. Henriq.*lib.*13.*c.*31.§.2. Hinc ſecundo.

Suſpenſus ab officio in temporalibus, etiam Vicarius Epiſcopi exercens officia, à quibus eſt ſuſpenſus.

5712 Nec exercens officia in tẽporalibus.

NOn fit irregularis, nam id nullo jure expreſſum, nec eſt exercere actum ordinis. Navarrus *loc.cit.n.*153. Gloſſa *in c.*1. *de ſentent. excomm. in* 6. Hinc tertio.

Suſpenſus à præſentando, eligendo, conferendo, excommunicando, abſolvendo à cenſuris.

5713 Suſpenſus à præſentando, eligendo, conferendo, cenſurando, non eſt irregularis exercendo actum ordinis.

NOn eſt irregularis exercendo actum ſuſpenſum, nam hæc irregularitas non eſt expreſſa jure. Innocentius in *c.fin. de exceſſibus Prælatorum.* Sayrus *lib.* 7. *c.*9. *n.*10. Gibalinus *c.*9.*de irregularitate q.*4.*conſectario* 14.

Majores excommunicati, ſuſpenſi, interdicti exercendo juriſdictionem ſpiritualem excommunicando, ſcilicet abſolvendo à cenſuris, conferendo beneficia, &c. licèt peccent, non ſunt irregulares; nam irregularitas eſt ſolùm impoſita contra iſtos exercentes actum ordinis. VIII.DD. apud Sayrum *lib.*7.*theſauri c.*9.*n.*10. Avila *par.*7. *diſp.*9.*ſect.*2. *dub.*2. Navarr. *c.* 27. *num.*191. Hinc quarto.

Adminiſtrans temporalia, etiam in contemtu clavium.

5714 Licèt non fit irregularis.

NOn eſt irregularis, licèt peccet. *c. fin. de Clerico excommunicato miniſtrante.* Alterius *de ſuſpenſione diſp.* 6. *c.* 3. Suarius *tom.* 5. *de cenſuris diſp.*27.*ſect.*2.*n.*6.contra Majnium *lib.*3. *de irregular. c.* 19. *n.* 2. non obſtante *c.tanta. de exceſſibus Prælatorum*. agente tantùm de violante interdictum. Hinc quinto.

Manens in ſuſpenſione per annum.

5715 Manens in in ſuſpenſione per annum, non fit irregularis.

NEc eſt irregularis, quia id nullo jure cavetur, licèt durante ſuſpenſione ſit inhabilis ad conſequendum beneficium. *c.cum bonæ memoriæ* 8. *de ætate, & qualitate.* Sayrus *lib.*4. *c.*16. *n.* 31. contra Majolum *lib.* 3. *de irregular. c.*9.*n.*9. Hinc ſexto.

Ordinatus in Sacris ante legitimam ætatem.

5716 Ordinatus in Sacris ante ætatem eſt ſuſpenſus

ESt ſuſpenſus, ſed celebrando in ipſamet ordinatione Epiſtolam, Evangelium, Sacrificium cum Epiſcopo, non fit irregularis; quia non dicitur moraliter exercere actum ordinis poſt ordinem, ſed dum ordinatur completa tota ordinatione ſuſpenditur, cùm ſimus in pœnis incurrendis actu conſummato; unde non dicitur ſuſpenſus exercere actum ordinis: Suarius *diſp.*31. *ſect.* 1. *n.*7. Coninck *diſp.*16. *dub.*5. *n.*36. Diana *p.*5.*tract.*10.*reſol.*37. Leander dans XVIII.DD. *tom.*2.*tract.*6.*diſp.*17. *& tom.*4.§.1. *q.*3.*dub.*7. citans in oppoſitum VII.DD.contra Hurtadum *tract. de ſuſpenſione diffic.*13.*n.*36.

De Irregularitate ex violatione interdicti.

§. V.

5717 Violans interdictũ per actum ordinis eſt irregularis.

EXercens actum completum ordinis interdicti, vel ſibi, vel in loco, vel in tempore, eſt irregularis. *c.is, qui.*18. §. *ſi verò. c. is, cui.* 20. *de ſent. excom. in.* 6. *c.fin.* 15.*q.*1. ubi actus debet eſſe conſummatus.Sotus in 4.*diſt.*22. *c.*3.*art.*1. *concluſ.*5. Navarrus *c.*25. *n.*86. Avila *p.*7.*diſp.*9.*ſect.*2. *dub.*8. D.Antoninus 3.*p.tit.*26. *c.*4. Angelus v.*ſuſpenſum n.* 5. exceptis caſibus permiſſis in *c.alma mater. de ſent.excomm.in* 6. Hinc primo.

Omittens aliqua ex conditionibus exigitis in *c.alma mater*, puta ſonans campanas, januas aperiens tempore interdicti, non eſt irregularis, nam omittere illam conditionem non eſt exercere actum ordinis. Turrianus *lib.*6.*de cenſuris diſp.*49.*dub.*5.Diana *p.*5. *tract.*10. *reſol.*65.contra Leandrum *tom.*4.*tract.*5.*diſp.*8.*q.*5. dantem XII.DD. Hinc ſecundo.

Clericus admittens interdictũ in divinis non eſt irregularis.

Clericus admittens interdictos tempore interdicti dum celebrantur divina, non eſt irregularis, licèt peccet; quia jure irregularitas non eſt expreſſa. Henriquez *lib.*13. *c.*43. *n.*3. Avila *par.*7. *diſp.* 9. *ſect.* 2. *dub.*9. contra Calderinum *tract.de interdicto par.*1.*n.*78. Hinc tertio.

Clerici ſepelientes in loco interdicto ſine Pſalmis, & Miſſis, non ſunt irregulares, licèt

pec-

peccent; nam non exercent actum ordinis. Sylveſter v. *interdictum* 1. *q.*8. Navarr. *c.*27. *n.*244. Henriq. *lib.*14. *c.*7. *n.*4. Suarius *de cenſ. diſp.*35. *ſect.*1. *n.*19. Hinc quarto.

5718 Nec Clericus interdictus audiens tantùm divina.

Clericus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ audiens, non celebrans divina, non fit irregularis, licèt peccet, quia non exercet actum ordinis. *c. is, cui.* ubi Ancheran. *n.*1. *de ſent. excomm. in* 6. Angel. v. *ſuſpenſio.*3. *n.*5. Avila *par.*5. *diſp.*4. *dub.*5. *concl.*5. Sayrus *lib.*4. *c.*7. *num.*13. & 14. Hinc quinto.

5719 Nec interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ celebrans extra Eccleſiam.

Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, extra Eccleſiam, vel in Oratorio non conſecrato, vel in Cœmeterio extra Eccleſiam celebrans, ordinemque exercens.

Non fit irregularis, quia in pœnalibus non dicitur ingredi Eccleſiam, & ſic non violat interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ. Leander dans XII. DD. *par.*4. *tract.*1. *diſp.*7. *qu.*2.

5720 Violans irregularitatē non fit irregularis.

Violans irregularitatem ex defectu animæ, vel corporis. Non fit irregularis, quia nullo jure id exprimitur. Sayrus dans VII. DD. *lib.*4. *c.*16. *n.*3. Navarrus *loc. cit. n.*144. Avila *par.*7. *diſp.*3. *dub.*11. *concl.*2.

Irregularitas ex Infamia ob delictum.

CAPUT XIV.

5721 Unde infamia provenit.

INfamia quandoque eſt pœna delicti, quandoque ſine delicto contrahitur ex arte ignominioſa, vel nativitate, ſi natus ſit ex inceſtu eſt irregularis, & infamis. *c. conſanguineorum.*5. *q.*4. *c. conjunctiones.*35. *q.*2.

Quando infamia irrogatur ob delictum, ut *in c. infames eſſe.*17. 6. *q.*1. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*6. *c. ſi quis* 26. *q.*5.

5722 Infames ob delictū poſt ſententiam, ſunt irregulares.

Iſti infames ob delictum poſt ſententiam, quæ tranſit in rem judicatam, ſunt irregulares. *c. illi. qui.*6. *qu.*1.

Requiritur ſententia, quia eſt pœna talis infamia, & ſic non incurritur niſi poſt ſententiam. *c. vergentis. de hæreticis.* Sayrus *lib.*7. *c.*11.

Sunt autem hujuſmodi irregulares; nam infamia repellit à porta dignitatis. *c. infamibus. de regulis juris in* 6. *c. inter dilectas. de exceſſibus Prælatorum.* Ordo autem eſt dignitas, & dignitatis porta. *l. jubemus.* §. *ſervos. C. de Epiſcopis, & Clericis. c. cum de tua electione* 2. *de corpore vitiatis. c. qui in aliquo. diſt.*51. *c. omnipotens Deus.* 4. *de accuſationibus.*

5723 Ita falſi teſtes.

Hinc reſolvitur, damnatum ob falſum teſtimonium eſſe infamem, & ſic irregularem. *l. infamem. D. de publicis judiciis. l. palam. D. de ritu nuptiarum. c. infames.* §. *porrò.*3. *q.*7. *c. infames.*6. *qu.*1. Felinus *in c. teſtimonium. n.*15. *de legibus.* Paſqualigus dans XVIII. DD. *centuria* 1. *quæſtionum moralium q.*33. *n.*1.

5724 Apoſtatæ, hæretici, aliique criminoſi.

Huc reducuntur Apoſtatæ, contemtores legis Eccleſiæ, fures, ſacrilegi, rei criminis capitalis, ſepulchrorum violatores, ſumentes arma contra patronos Eccleſiæ, inceſtuoſi, perjuri, homicidæ, malefici, adulteri, venefici, deſertores belli, indigni poſtulantes dignitatem, occupantes bona Eccleſiæ, calumniatores excitantes Principis animum contra innocentes, excommunicati ab Eccleſia, expulſi ob ſcelera, hæretici, ſchiſmatici, duello cooperantes, vel duellantes, delinquentes in Majeſtatem, lenones. *c. alieni.*2. *q.*7. *l.*3. *D. de his, qui notantur infamia. l. quiſquis. C. ad legem Juliam Majeſtatis,* nubens cum muliere intra annum luctus, vel dans nuptui mulierem intra annum luctus. *c. Euphemium.* 2. *q.* 3. *c. final. de ſecundis nuptiis.* (1)

In quibus non ſolùm requiritur ut delictum ſit publicum, ſed ut ſequatur ſententia pœnam imponens, ex regula: pœnam nemo debet pati, niſi poſt ſententiam pœnæ declaratoriam, exceptis cenſuris.

Infamia autem hìc eſt pœna, & non eſt cenſura. *c. enim. c. vergentis. de hæreticis in* 6. Cajetanus 2. 2. *q.*61. *art.*3. Fragoſios *tom.*1. *de republica Chriſtiana lib.*1. *diſp.*2. *num.*166. & notavi *III. Pantonomodidaſcaliæ n.*24. Sylveſt. v. *aſſaſſinus.* Alex. Bald. *in l. ſi quis major. col. penult. C. de tranſact.* Pariſius *conſ.*3. *n.*5. Ruin. *conſ.*50. *n.*10. *lib.*1.

5725 Emendatione non tollitur infamia.

Quæ pœna infamiæ non ceſſat emendatione, nec pœnitentia, quia debet quis pati pœnam commiſſi ſceleris etiam emendatus, niſi principis ſententia pœna fuerit abolita. *c. hac infamia.*2. *q.*3. & ſic licèt verum ſit effatum: ad meliora converſum, nequaquam prior vita commaculat. *c. nunquam. diſt.*56. Dicaſtillus dans XI. DD. *tract.*10. *de cenſ. n.*389. id non currit in infamia titulo pœnæ inflicta, quæ licèt animam correcti non reddat indignam, reddit tamen pœnæ ſuppoſitam.

5726 Delicta, quæ nō puniuntur infamia, non cauſant irregularitatem.

Crimina autem, quæ juris infamia non puniuntur, non reddunt irregularem. Suarius *diſp.*62. *ſect.*2. *n.*7. Filliucius *tract.*19. *n.*207. Toletus *lib.*1. *ſummæ c.*57. Coninck *diſp.*18. *dub.*7. *n.*56. contra Dicaſtilium *loc. cit. n.*370. Patet ex *c. omnes.* ibi: *legibus.*1. *q.*6.

5727 Infamia juris ob delictum occultum, non cauſat irregularitatem.

Secundo, infamia juris ob ſolum delictum occultum non contrahitur, quia non læditur ex ea opinio multorum. *c. fin. de temporibus ordinationum.* Abb. *in c. ex tenore. de temp. ordinat.* Covarruvias 3. *variar. c.*3. *n.*2. Navarrus *c.*27. *n.*248. Avila *par.*7. *diſp.*4. *dub.*7. *concl.*1. ajentes ob nullum occultum crimen irregularitatem contrahi, excepto homicidio, & violatione cenſurarum. Dicaſtill. *tract.*10. *de cenſ. n.*383. contra Sylveſt. v. *irregularitas q.*14.

Qui diſpenſare valeant in irregularitate ex infamia ob delictum.

§. I.

5728 Epiſcopus diſpenſare valet in irregularitate ex infamia ob delictum.

EPiſcopus poteſt diſpenſare: ita XIV. DD. quibus ſubſcribit Paſchaligus *centuria* 1. *quæſtionum moralium q.*33. *n.*5.

Si verò infamia ſit non in pœnam delicti, ſed ratione facti ignominioſi communiter indecentis, ut hiſtriones, ſaltatores, ſcenici, qui ſunt infames ex *c. aliquantos. diſt.*51. *c. definimus* 4. *q.*1. *l.*1. & 2. *C. de his, qui notantur infamia.* Innocentius *in c. cum decorem. de vita, & honeſtate Clericorum*; tunc iſti dicuntur irregulares ex defectu famæ, qui in uno loco infames, poſſunt ordinari in alio loco ubi non ſunt infames, quo clamor infamiæ pertingere nequit. Filibertus *tract.*1. *de ordine par.*10. *c.*4. *in fine.* Leander *to.*5. *tract.*2. *diſp.*26. *q.*17. contra Bonacinam *qu.*3. *de irregularitate punct.* 2. *n.*10. & etiam in eodem loco ubi ſunt infames, ſi fuerint correcti; nam tunc correctione deſinit mala fama, & ſic ceſſat famæ defectus. *c. teſtimonium. de teſtibus. c. duo ſunt.*35. *qu.*6.

5729 Macellarii, Tabernarii.

Non autem ſunt infames, nec irregulares ob famæ defectum Macellarii, Tabernarii, publici

(1) Sublata eſt nunc hæc infamia, ut alibi adnotatum eſt.

pœnitentes, Suarius *de cenſ. diſp.42. ſect.2. n.3.* Giballinus *c.5. de irregularit. qu. ult. in fine.* Palaus *diſp.6. punct.20. n.2.* Leander *loc. cit. qu.11.* contra Majolum *lib. 3. de irregularit. c.1. n.7.* volentem macellarios, & tabernarios eſse irregulares. contra Sayrum *lib.7. c.11. n.19.* ajentem publicè pœnitentes eſſe irregulares ex infamia.

Nec obſtat textus *in c. ex pœnitentibus, in c. canones 54. in c. in capite. diſt.50.*

5730 Publici pœnitentes.

Nam irregularitas ibi impoſita contra pœnitentes publicè in certis ſolemnitatibus in principio Quadrageſimæ ob pœnitentiam impoſitam ab Epiſcopo, quæ jura cùm odioſa, non extendenda ad alios pœnitentes. Dicaſtill. *loc. cit. num.402.*

De Irregularitate ex defectu.

CAPUT XV.

5731 Defectus eſt aut animæ, aut corporis.

PRoloquuti huc uſque de irregularitate ex delicto, Irregularitas ex defectu ad ſe attrahit orationem.

Duplex defectus: unus animæ, alter corporis: exprimamus primo loco irregularitatem ex defectu animæ. Secundo loco ex defectu corporis.

Defectus animæ.

§. I.

5732 Quinarij ſunt defectus animæ.

EX quatruplici animæ defectu irregularitas pullulat veluti impropria. Primo, ex defectu rationis. Secundo, ex defectu ſcientiæ. Tertio, ex defectu fidei. Quarto, ex defectu famæ.

Ex defectu rationis.

§. II.

5733 Defectus rationis reddit irregularem.

REdditur homo irregularis ob amentiam, furorem perpetuum, morbum comitialem, vulgo morbum lunaticum, etiamſi habeat lucida intervalla. *c.1.7. q.2. c. maritum. c. communiter. diſt.33.* Bauny *de irregularitate qu. 9.* Verallus *par.2. deciſ.230. n.1.* De Marinis *tom.1. c.272. num.1.* Navarr. *c.27. n.203.* Palaus *diſp.6. puncto 10. num.4.* Anton. à Sp.S. *tom.1. Directorii num.41.* Dicaſtillus *tract. 10. de cenſ. diſp.7. num.156.*

Hinc primo reſolvitur,

Semel furioſus, vel amens.

§. III.

5734 Furioſus, vel amens.

EX defectu organi, humoris eſt perpetuò irregularis, quia numquam præſumitur ſanus, & conſequenter, ut ceſſat irregularitas debet apertè conſtare de ſanitate. *can. maritum. diſt.33.* Suarius *de cenſ. diſp.51. ſect.1. n.4.* Dicaſtillus *tract.10. de cenſ. diſp.7. n.160.*

Si morbus non fundetur in organo, vel humoris defectu naturali, ſed ſit tranſiens?

5735 Morbus tranſiens non reddit perpetuò irregularem

NOn eſt perpetuò irregularis jure naturæ, nec jure poſitivo, ſed tantùm durante, vel imminente morbo cum irreverentia Sacramenti. *d. c. maritum.* ubi Gloſſa *in fine. c. illud. 7. qu.1. c. tuis literis 7. qu.2.* Dicaſtillus *loc. cit. n.161.* Sylveſter v. *corpore vitiati.*

Tempus ad videndum ſi convaluerit.

§. IV.

5736 Tempus ad cognoſcendā valetudinem

EſT annus. *c. communiter. diſt.33.* Hodie remittitur uſu prævalente in arbitrium prudentis. Suarius *de cenſ. diſp.51. ſect.1. n.5.* Filliucius *tract.19. c.7. q.2. n.187.* Cornejus *de irregul. diſp.13 q.2.* Palaus *diſp.6. puncto 10. n.4.* Bonacina *q.2. de irregularitate puncto 2. n.7.*

An tempus ſalutis per quinquennium ſatis ſit, ut laborans morbo comitiali poſſit ordinari?

AFfirma, Rota *dec.225. n.13.* Idque patet ſide Medici, & teſtium cohabitantium. De Marinis *tom.1. c.272. n.3.* 5737 Quinquenniū in morbo comitiali ſat eſt, ut poſſit quis ordinari.

An laborantes morbo comitiali, ſcilicet caduco, poſſit recipere ordines minores, & beneficia ſimplicia ex diſpenſatione Epiſcopi?

AFfirma: nam nullibi invenitur prohibitum, & textus *in c. communiter. diſt.33.* & *in c.1. 7. q.2.* diſponit ut non promoveatur ad ſacros. Butrius *in c. penul. notabili 3. de corpore vitiatis.* Verallus *par.2. dec.236.* Majolus *lib.2. c.16. n.12.* De Marinis *to.1. c.272. n.4. & 6.* 5738 Laborans morbo caduco valet recipere ordines minores ex diſpenſatione Epiſcopi.

An laborantes ex habitu morbo caduco, furore, raro cadentes, non ſpumantes, valeant celebrare in ordine ſuſcepto aſſiſtente ſocio?

AFfirma. *c.1. & 2. cauſa 7. q.2. c. ille 7. qu.1.* Avila *par.7. diſp.3. dub.4.* Navarrus *c.27. n.205.* Dicaſtillus *loc. cit. n.162.* rectè dicens id non currere, ſi frequenter tantam calamitatem quis patiatur, etiamſi fruatur lucidis intervallis. contra de Marinis *tom.1. c.105. n.2.* Ugolinum *de irregul. c.54. §.1. n.2.* 5739 Raro laborantes morbo caduco valent celebrare in ordine ſuſcepto cū ſocio.

An furor, amentia tranſiens: puta orta ex vehementi ira, dolore, febri, reddat irregularem?

NEga ceſſante morbo, quia re vera non eſt amens, furioſus; nam talis denominatio datur ab habitu, & qualitas tranſiens non denominat ſimpliciter ſubjectum: ſic aqua ſimpliciter non dicitur calida, quia calor eſt tranſiens, nec aer dicitur luminoſus ſimpliciter, quia lumen eſt tranſiens. Suarius *loc. cit. num.4.* Palaus *loc. cit.* Baſſæus v. *irregularitas 2. n.10.* Dicaſtill. *loc. cit. n.160. in fine.* Anton. à Sp.S. *loc. cit. tr.13. n.42.* Navarrus *c.25. n.72.* 5740 Furor, amētia tranſiens non reddit irregularem

Energumeni, & ſimulantes ſe tales.

§. V.

SUnt irregulares. *can. maritum. can. Clericis. diſt. 33.* VI. Synodus Conſtantinopolitana *can.6.* Idque etiam recuperata ſalute. *d. c. maritum.* Navarr. *c.27. n.203.* contra Vivaldum *de irregul. n.185.* Giballinum *c.3. de irregul. qu.2. conſect.9.* Bonac. *qu.2. de irregul. puncto 2. n.24.* Macadum *lib.1. par.3. tract.17. documento 11. in fine.* volentes abſolutè ſanum poſſe promoveri ad minores, non ad majores ordines, ſed non video ad quid neceſſarium ſit promoveri ad ordines minores, ſi nequeat ad majores. Suarius *diſp.51. ſect.2. n.7.* Navarr. *c.27. n.103.* 5741 Energumen ſunt irregulares.

Energumeni prorſus ſani.

§. VI.

An poſſint miniſtrare in ordinibus ſuſceptis?

AFfirma: ſi per annum fuerint ſani diſpenſante Epiſcopo, licèt ad alios ordines promoveri nequeant. *c. communiter. c. Clericis. c. uſque. diſt.33.* Suarius *diſp.51. de cenſ. ſect.1. num.7.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi par.2. alleg.42. n.52.* Bonacina *qu.2. de irregul. puncto 2. n.24.* Henriq. *lib.14. c.8. n.8.* Villalob. *tract.21. difficul.23. n.5.* Vivaldus *de irregul. n.184.* Dicaſtill. *tract.10. de cenſ. diſp.7. n.163.* contra Navarrum *c.27. n.203.* 5742 Si fuerint prorſus ſani, miniſtrēt in ſuſceptis ordinibus.

Maleficiatus.

§. VII.

NOn eſt irregularis, ſi ordinis munus exercere valeat; nam non eſt propriè Dæmoniacus, energumenus. Henriquez *loc. cit.* Bonacina contra Sylveſter v. *maleficium.* 5743 Maleficiatus non eſt irregularis.

Ad ſecundum.

De-

Defectus ſcientiæ neceſſariæ ad exercendum ordinem.

§. VIII.

5744 Defectus ſcientiæ neceſſariæ reddit irregularem.

REddit Irregularem, donec ſufficiens ſcientia non acquiratur, *c. illiteratos. diſt.*36. *c.fin. de temporibus Ordinationum in* 6. *c.fin. de ætate, & qualitate.* Toletus *lib.*1. *ſumma c.*59. Gobat *in theologia experimentali tract.*8. *n.*370.

Ignorantia enim eſt errorum mater. *c. ignorantia. diſt.*38. & turpe eſt ignorare, ſicuti jus, ita officium, in quo quis verſatur. *l* 2. *D.de origine juris. c.*1. *§.caveat. diſt.*6.

Sed ſi valeat congruè munus ordinis exercere, licèt deſit ſcientiæ magnitudo, non eſt irregularis. Trid. *ſeſſ.*23. *c.*4. 11. 13. *&* 14. Sayrus *lib.*6. *c.*13. *n.*8. Suar. *de cenſ.diſp.*55. *ſect.*1. *n.*11.

5745 Quid de carente lingua latina.

Imò ſi careat lingua latina, & ſit capax diſcendi, poterit promoveri, ſi ità Epiſcopo expedire magis videbitur, ut loquitur Trid. *ſeſ.*23. *c.*11. Henriquez *lib.*14 *c.*8. *num.*11 *lit.E.* Diana *par.*3. *tract.*2. *reſol.*86.

5746 Et de Parocho inhabili.

Si Parochus reddatur inhabilis lapſu memoriæ, rationis, ſalutis; tunc dandus eſt ab Epiſcopo coadjutor, aſſignata Parocho congrua ſubſtentatione. Trid *ſeſſ.*21. *c.*6.

Epiſcopus eſt irregularis, niſi ſciat canones, & ſacram Scripturam, ratione cujus nequeat ſuum officium exercere. *c.omnes* 6. *diſt.*38.

Ad tertium.

Defectus fidei.

§. IX.

5747 Neophytus eſt irregularis.

NEophytus novus in fide. *c.ſicut neophytus. diſt.*48. eſt irregularis jure humano. *c.quoniam. c.ſicut. diſt.*48. *c.qui Eccleſiaſticos. c.ſi officia. c.hoc ad nos. c.ordinatos. diſt.*59. *c.Sacerdotale. c.non negamus. c.miramur. diſt.*61. ad Timotheum 3. licèt aliqui velint jura loqui, ut Ordinatus non aſcendat ad majores, & ſic poſſit recipere minores ordines. IX. DD. apud Filibertum *tract.*1. *de ordine. puncto* 10. *c.*2. *num.*8. Toletus *lib.*1. *ſumma. c.*64. quibus contradicit Navarrus *c.*27. *n.* 205. Suarius *de cenſ. diſp.*43. *ſect.*2. *n.*8. Filliucius *tract.*20. *c.*9. *q.*5. *n.*240.

5748 Quid ſi longum tempus interceſſerit.

Elabente verò tanto temporis interſtitio, ut non dicatur quis novus in fide; tunc non eſt amplius neophytus, & ſic ordinari poteſt. *c.*1. *diſt.* 57. quæ temporis diuturnitas eſt Epiſcopo arbitraria, qui indagabit an ſit adeò benè inſtructus in fide, & moratus, ut ordinari valeat. Suarius *loc.cit. n.*6. licèt bienniom exigat Ricciullus *tract.de neophytis. c.*10. *n.*9. & alii exigant decem annos, cum Hurtado *de irregul. diſp.* 2. *diffic.*19. *n.*61.

De Irregularitate ex defectu famæ.

§. X.

5749 Quid bona, quid mala fama.

FAma eſt opinio multorum, bona opinio eſt bona fama, mala opinio multorum eſt mala fama. *l.cognitionem. D.de variis, & extraordinariis cognitionibus.* Toloſanus *lib.*3. *ſintagmatum c.*29. *n.*7.

Eſt duplex: una juris, altera facti.

5750 Infamia, aut juris.

Juris eſt, quæ jure ipſo decreta eſt, de qua in titulo Codicis *de his, qui notantur infamia*, & poteſt eſſe ex delicto proprio, & alieno, ut in læſa Majeſtate filii ſunt infames ex delicto patris. *l.quiſquis. §.filii. C.ad legem Juliam Majeſtatis.* Et omnis infamia juris Civilis eſt etiam de jure Canonico. *c.omnes.*1. *q.*6. ibi: *legibus.*

Aut facti.

Facti eſt infamia, quæ oritur ex aliqua arte ignominioſa, puta mimi, hiſtrionis, & hos etiam jus reddit quandoque infames. *c.aliquantos. diſt.*51. *c.definimus.*4. *qu.*1. *l.*1. *&* 2. *C.de his, qui notantur infamia.* Innocentius *in c.cum decorem. de vita, & honeſtate Clericorum.*

5751 Infamia juris poſt ſententiam reddit irregularem.

Infamia juris Canonici, & Civilis poſt rem judicatam reddit hominem irregularem. *c. qui in aliquo. diſt.*51. *c.illi, qui* 6. *q.*1. *c.omnes.* ibi: *legibus* 1. *q.*6. *c.omnipotens Deus. de accuſationibus.* Cùm enim ſit pœna delicti exigit Judicis ſententiam. *c.vergentis. de hæreticis.*

Nec mirum, quia infamis repellitur ab omni dignitate. *c.infamibus. de reg.jur. in* 6. & Ordo eſt dignitas, & dignitatis porta. *l.jubemus. §.ſervos. C.de Epiſcopis, & Clericis.* Navarr. *c.*27. *n.*248. Suarius *diſp.*42. *ſect.*3. *n.* 7. Filliucius *tract.*19. *num.*207. Toletus *lib.*1. *c.*57. Coninck *diſp.*18. *dub.*7. *n.*56.

5752 Sola infamia facti nõ reddit irregularem.

Et ſic ſola infamia facti non reddit hominem irregularem, etiamſi ſit publicus concubinarius. Suarius *loc.cit.* Sayrus *lib.*7. *c.*11. Giballinus *c.* 5. *de irregularitate qu.*4. *conſect.*7. *n.*19. contra Dicaſtill. *tract.*10. *de cenſ. n.*370.

5753 Enumerantur infames.

Hinc ſecundo, condemnatus ut Apoſtata, ut contemnens legem Eccleſiæ, ut violator ſepulchri, ut ſumens arma contra Eccleſiam, ut inceſtuoſus, homicida, raptor, maleficus, adulter, deſertor militiæ, poſtulans dignitates, cùm ſit indignus calumniator, occupans Eccleſiæ bona, duellans, vel duello cooperans, hæreticus, ſchiſmaticus, delinquens in Majeſtatem, nubens, vel dans nuptui mulierem intra annum luctus, natus ex inceſtu eſt infamis. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*6. *c.conjunctiones.*35. *qu.*3. *l.quiſquis. C. ad legem Juliam Majeſtatis. c.fin. de ſecundis nuptiis.*

5754 Lenones sũt infames.

Ut etiam ſunt infames lenones. *l.*3. *D.de his, qui notantur infamia*, perjuri, & falſum teſtificantes. *c.ſi quis.*22. *q.*5. *c.infames. §.porrò.*3. *q.*7. *c.palam. de ritu nuptiarum. l.infamem. D.de publicis judiciis.* Felinus *in c.teſtimonium. n.*15. *de teſtibus.* Paſchaligus dans XVIII. DD. *quæſtionum moralium centur.*1. *q.*33. *n.*1.

An recuperans bonam famam emendatione, deſinat eſſe irregularis?

5755 Emendatus deſinit eſſe irregularis.

AFfirma: nam eo ipſo ceſſat cauſa Irregularitatis, & irregularitas in eſſe conſervatur ab infamia; ergo ceſſante infamia ceſſat irregularitas. *c.teſtimonium. de teſtibus. c.ſi duo.*35. *qu.*6. ubi inceſtuoſi ſunt infames donec à delicto deſiſtant, & ad meliora converſum nequaquam prior vita commaculat. *can. nunquam. diſt.*56. Dicaſtillus dans XI. DD. *de cenſ. tract.*10. *num.*389.

5756 Infamis infamia facti valet ordinari ubi difficile cognoſcatur.

Ex dictis reſolvitur infamem infamia facti in uno loco, fortiùs ordinari poſſe in alio loco, quo infamia difficile pervenire valet. Filibertus *tract.*1. *de ordine puncto* 10. *c.*4. *in fine.* Leand. *loc. cit. qu.*17. contra Bonacinam *de irreg. q.*3. *puncto* 2. *n.*10.

Fit ſecundo, non eſſe infames, nec irregulares tabernarios, macellarios, quia jure non eſt expreſſum. Palaus *diſp.*6. *puncto* 20. *num.*6. Leander *tom.*5. *tract.* 2. *diſp.*26. *qu.*11. contra Majolum *lib.*3. *c.*1. *n.*6.

Fit tertio, publicè pœnitentes non eſſe infames, nec irregulares. Suarius *de cenſ. diſp.* 42. *ſect.*2. *n.*3. Giballinus *de irregul. c.*5. *q.ult. in fine.* Dicaſtill. *loc.cit. n.*402. contra Sayrum *lib.*7. *c.*11. *num.*19. nam jure talis infamia, & irregularitas non eſt expreſſa. Et in *c. de pœnitentibus*, & in *c. Canones. diſt.*50. irregularitas erat lata contra pœnitentes publicè in quibuſdam ſolemnitatibus

Digitized by Google

bus in principio Quadrageſimæ, quæ hodie non eſt extendenda.

An autem Epiſcopus poſſit diſpenſare in huiuſmodi irregularitate?

5757 Epiſcopus diſpenſat in hac irregularitate.

AFfirmat cum XIV. Doctoribus Paſchalligus *in quæſtionibus moralibus centur.* 1. *q.*33.*n.*5. ſed de hoc infra.

De Irregularitate ex defectu corporis.

CAPUT XVI.

5758 Defectus corporis generat, aut non, deformitatem. Deformitas eſt reſpectiva.

DUplex defectus excogitati valet unus generans deformitatem, & horrorem, alter non generans deformitatem, ut cœcus ex gutta ſerena.

Deformitas, & horror eſt reſpectivus; nam in una natione horrida deformia, in alia inter naturalia, & non deformia accenſentur: ſic pigmeus inter pigmeos, gigans inter gigantes, monſtruoſi non cenſentur. Henriquez *lib.*14.*c.*8.*n.*3. Dicaſtil. *de cenſ.tract.*10.*diſp.*7.*n.*190.

CANON PRIMUS.

5759 Impotens ex defectu ordines exercere eſt irregularis.

EX defectu impotens ordinem exercere, eſt irregularis, etiamſi non ſit deformis, ut debilis in digitis, febricitans, impotens Calicem movere.

SECUNDUS CANON.

5760 Ex defectu ſi horror naſcatur, fit irregularis.

SEmper ac ex defectu quis cum horrore ordinem exerceat, eſt irregularis. *c.fin.de corpore vitiatis. c.*2.*de Clerico ægrotante.*

Hinc morbus gallicus, lepra, ſcabies deformitatem notabiliter, aut ſcandalum præbens, reddit irregularem. *c.cum percuſſio.*7. *qu.*1. *c.de rectoribus.c.tua nos duxit.*4.*de Clerico ægrotante*; Si tamen Sacerdos ſit Parochus impotens ordinem exercere, ei ſuccurrendum ex reditibus Eccleſiæ *dict. c. tua nos duxit* 4. *de Clerico ægrotante.*

Ex quo cognoſces, quando podagra, chyragra reddat irregularem. Gloſſa *in c.ſi quis.diſt.*55.

Judicare verò an deformitas ſit notabilis, gravis, ſpectat ad Epiſcopum. *c.*2. *de corpore vitiatis*, & reſpectu Monachi ſpectat ad ſuos Superiores. Bonacina *de irregul. q.*2.*puncto* 2.*n.*36. Avila *par.*7. *diſp.*3. *dub.*3. Anton. à Sp.S. *tom.*1. *directorii.tract.*13.*n.*4. Dicaſtill. *tract.*10.*de cenſ. diſp.*7.*n.*172. dicens cum Suario Epiſcopum ordinantem poſſe non approbare arbitrium factum à Superiore pro Religioſo ordinando. Modò ſingulas corporis partes percurrat oratio, ut diſtinctè exponat irregularitates ex defectu corporis, & primo.

De Defectu oculi.

§. I.

5761 Defectus oculi ſi horrorem generet eſt irregularis.

OCuli defectus generans horrorem, licèt viſum non tollat, reddit irregularem; & qualis ſit gravis horror deformans, Epiſcopo ſtandum. Henriquez *lib.*14.*c.*8. *n.*2. Filliucius *tract.*19.*c.*6.*q.*5.*n.*168.

5762 * Morbi oculorum enumerantur.

Hinc Myopia, hoc eſt viſionis debilitas, tantùm propè oculos admota videns, reddit hominem irregularem, ſi inde deformitas gravis, vel videntium riſus excitetur. Sylveſter v. *corpore vitiati* 1. *n.*5. Navarr. *c.*27.*n.*144.

Luſcities eſt debilitas viſus, & luſcus quandoque cum monoculo confunditur.

Nyctalops, ſtraboſitas, Mydriaſis dicta, eſt pupillæ dilatatio, pupillæ imminutio, vel conſtrictio, oculi prominentia, ſuffuſio, cataratta, vulgo gutta ſerena appellata, pannus, macula, fiſtula lacrymabilis, & quivis alius defectus ſi notabilis, reddit irregularem.

Nyctalops eſt videns die non noctu, vel noctu non die.

Straboſitas eſt, quæ inſigniter diſtorquet oculos ex perverſo humore chryſtallino ad dexteram, vel ſiniſtram, & qui vident res duplicatas dicuntur Pæti.

Pupillæ dilatatio dicta mydriaſis, & pupillæ conſtrictio dicta myoſis; Fiſtula lacrymabilis ex tuberculo in majori angulo turpitudinem habet, non tamen tantam ut irregularitatem inducat, ſicuti nec oculorum illacrymatio dicta à Græcis Epyphora facta ſine oculorum inflammatione. *c.cum de tua* 2.*de corpore vitiatis*. Navarrus *in ſumma c.*27.*n.*199.

Lippitudo dicta Ophthalmia, eſt oculorum morbus cum inflammatione notabili, itaut lumen videre vix poſſit, generato tumore, & pruritu gravi: Oculi prominentes ſi ſint pares non generant gravem deformitatem; ſi verò quis habeat duos oculos, quorum unus eſt altero grandior, nec videtur gravis deformitas, ſicuti nec macula levis.

Ex his patet, qui ſint irregulares, & nunquam levis deformitas irregularem reddit. Diana *p.*4. *tract.*2.*reſol.*73. Dicaſtill. *tract.*10.*diſp.*7.*n.*174. Gloſſa *in c.cum de tua.v.viſum.de corpore vitiatis*. Menochius *lib.*2.*de arbitrariis centur.*3.*caſu* 226. Suarius *de cenſ. diſp.* 51.*ſect.* 3. Navarr. *c.*27.*n.*199.

Cæcus omninò.

§. II.

EST irregularis etiam ſine deformitate, ut ex gutta ſerena. *c.fin. diſt.*55. *c. hinc etenim. §.cæcus.diſt.*49. 5763 Cœcus omnino eſt irregularis.

Si ordinato ſuperveniat cœcitas, fit irregularis, licèt Papa diſpenſare valeat, ut celebret ſuggerente neceſſaria viro docto, & experto aſſiſtente, ut diſpenſatum ſe vidiſſe ait Sotus *in* 4. *diſt.*13.*q.*1.*in fine.* Henriquez *lib.*14.*c.*8.*n.*2.

An ſit irregularis videns uno oculo?

DIſtinguas: vel alter oculus eſt erutus, vel non. 5764 Quando videns uno oculo, non fit irregularis.

Si alter oculus dexter ſit erutus, eſt irregularis tum ex defectu membri, tum ex deformitate. *c. ſi evangelica admonitio. diſt.*56. Sylveſter v.*corpore vitiati qu.*6. Diana *p.*5.*tract.*6.*reſ.*22. Gobat *theologia experimentali tract.*8.*reſ.*652.

Si verò habeat oculos integros ſine deformitate, ſed careat viſione oculi dexteri, non eſt irregularis, quia poteſt exercere munus ordinis ſine omni deformitate. Navarr. *c.*27.*n.*199. Henriquez *loc.cit.* Avila *par.*7.*diſp.*3. *dub.*1. Bonac. *qu.*2.*de irregul.puncto* 2.*n.*2. Diana *par.*9.*tract.*6. *reſol.*2. Palaus *de cenſ.diſp.*6.*puncto* 12.*n.*3. Pellizzarius *tom.*2.*tract.*7.*c.*5.*ſect.*2.*q.*12.*n.*58. nec requirentes diſpenſationem. Contra Vivaldum *de irregul.n.*151.

Sed ſi careat viſione oculi ſiniſtri, illum irregularem pronunciat Navarrus *c.*27. *n.*199. niſi ob excellentem vim viſivam oculi dexteri valeat ſine deformi converſione Miſſali accommodato legere. Pellizzarius *loc.cit.* *n.*38. Bauny *de cenſ. tract.*11. *qu.*56. *aſſertione* 4. Toletus *lib.*1. *c.*63.*n.*3. Anton. à Sp.S. *tract.*13.*n.*47. Dicaſtill. dans V.DD. *de cenſ.tract.*10.*n.*163.

At abſolutè carentem ſine deformitate viſione ſiniſtri oculi, non eſſe irregularem, maximè quia converſio deformis evitari valet ſi canon ponatur ante Sacerdotem, ait Henriquez *lib.*14. *c.*8.*n.*2. Suarius *de cenſ.diſp.*51.*ſect.*3.*n.*16. Toletus *lib.*1. *ſumma c.* 6. *n.*5. dicens ſtilum Curiæ

sequi-

Digitized by Google

reqoirere diſpenſationem. Giballinns *c.3.de irregular. qu.2. conſect.1.* Leander *tom. 5. tract.2. diſp.2.q.8.*

Ex defectu naſus.

§. III.

5765 Defectus naſus generãs deformitatẽ, reddit irregularem. NAſu excedentes, vel diminuti, paſſi inde euormem deformitatem, Irregularitate à Sacerdotio repelluntur. Levitici *c.21.v.18.* Idque multò fortiùs ſi naſum habeant corroſum, enormitèr diſtortum cum deformitate gravi arbitrio Epiſcopi. *c.hinc etenim.diſt.49.* Coninck *diſp.8.dubitat.13.n.108.* Dicaſtiilus *loc.cit.n.175 & 176.* Gobat *loc.cit.tract 8.n.652.*

5766 Et carens naſu. Eſt etiam irregularis ſi naſu careat. *c. penult. & fin. de corpore vitiatis*, niſi alio naſu arte facto ſimili naturali colore tollatur deformitas. Pellizzarius *tract. 7. c. 3. n. 64.* Anton. à Sp. S. *tract.13.n.52.*

Capilli.

5767 Defectua capillorum. DEcidentes ſine dedecore, ut calvitium, non reddunt irregularem. Si verò cum dedecore decidant, & reddant horrorem, & indecorem, reddunt irregularem, ut ſi ex capitis lepra contagioſa. Gloſ. in *c. voluiſſent 60. de pœnitentia. diſt.1.v.ut lepra.*

Hinc patet ſi tinea dicta alopecia non reddat deformem, nec reddet irregularem. Sed ſi morbo gallico à quavis corporis parte etiam ex ſuperciliis, & ciliis capilli cum deformitate cadant, irregularem efficiunt. Zacchias *Medico legalium q.15.n.1.*

Surditas utrinſque non unius auris, aut ſurdaſtitas.

§. IV.

5768 Defectus ſurditatis. REddit irregularem, nam generaret riſum reſpondendo obſcurè, vel confundendo interrogata reſponſis, non ſic ſurdaſtitas. Filliuc. *tr.19.c.6.q.5.n.169.* Layman *lib.1.tr.5.puncto 5. c.7.n.1.* Diana *p.5.tr.6.reſ.22.* Ant.à Sp.S.*tr.13. n.44.* contra Henriq. *lib. 14. c.8. n.7.* excuſantem ſurdum ab irregularitate.

5769 Si ſuperveniat ordinato. Si tamen Sacerdoti talis morbus ſuperveniat, poterit Prædicare, Baptizare, Celebrare etiam ſollemniter Miniſtris de tempore monentibus. Non autem poterit confeſſiones audire, nec mirum, *nam turpius ejicitur, quàm non recipitur hoſpes. c. quemadmodum. §. 1. de jure jurando*, & ſic licet impediat ſurditas ordinis receptionem, non impedit jam recepti exercitium. *c.præcepta Canonica 12. diſt. 55.* Graſſius *p.1.deciſionum lib.4. de irregular.c.24. num.51.* Bauny *lib.6.c.56.* Giballinus *c.3.q.2. conſectario 3.* Chriſtophorus à S. Joſeph *cenſura de irregularitate dub.7.n.4.* Ant.à Sp.S. *tract.13.n.48.* Gobat *loc.cit.tract. n.654.* contra Bonacinam *to. 1. de irregularitate diſp.7.q.2.puncto 2.n.7.* Sayrum *lib.6.de cenſuris c. 8. n. 7.* Dicaſtillum *loc. cit. n.186.* ajentes non poſſe ſurdum publicè Miſſam celebrare.

Si deſit auricula.

5770 Carentia auriculæ reddit irregularem. ESt irregularis ob deformitatem, ſi nequeat capillis, vel alitèr deformitas celari. Henriq. *lib.14.c.3.n.3.* Avila *p.7. diſp.3. dub.1.* Bonac. *de irregul.q.2.p.2.n.8.* Diana *p.4. tr. 2. reſ. 73.* Layman *lib.1.tr.5.p.5.c.7.n.1.* Baſſæus *v.irregularitas 2.n.5.*

Abſcindent ſibi etiam partem auriculæ.

§. V.

5771 Et abſcindẽs ſibi partem auriculæ. ESt irregularis, ſicuti abſcindens ſibi partem digiti, idque in pœnam delicti. *c. qui partem. diſt. 55.* non tamen eſſet irregularis, ſi ab alio talis pars abſcinderetur inſidioſè; nam tunc ipſe non delinquit, nec irregularitate puniri debet. *c.qui partem. c.lator.diſt.55.*

Mutus.

ESt irregularis ex Canone *Apoſtolorum. diſt.75.* Sotus *in 4. diſt.13.art.fin. ad 3.* ſed 5772 Mutus.
poſt Sacerdotium paſſus hujuſmodi calamitatem valet miniſtrare Euchariſtiam ab alio præconſecratam ſtante aliquali neceſſitate, ità poſt Bonacinam Pellizzarius *tract.7.c.5.n.61.*

Balbus blæſus.

NOn eſt irregularis, niſi gravis deformitas, & riſus generetur, puta ſi vix verba proferre valeat. Sayrus *lib.6.c.8.n.17.* Toletus *lib.1. c.63.n.4.* 5773 Balbus blæſus.

Labia corroſa, abſciſſa, vel os graviter diſtortum.

REddunt irregularem ob enormen deformitatem. Toletus *loc. cit.* Bauny *lib. 5. q.56. aſſert.3.* Henriquez *lib.14. c.8. n. 3.* Dicaſtillus *loc.cit.n.178.* 5774 Defectus labiorum.

Carentia dentium.

NOn reddit irregularem, quia non inducit deformitatem, ſicuti induceret deformitatem, & irregularitatem dentium exorbitantia, & prominentia extra os. Bonacina *de irregularitate q.2. puncto 2.n.6.* Ugolious *de irregularitate c.50.n.3.* 5775 Carentia dentium.

Carentia odoratus.

NOn reddit deformem, nec irregularem. Filliucius *tract.19.c.6. q.5. n.171.* Giballinus *q.2.c.3.conſectario 3.* 5776 Carentia odoratus.

Impotentia guſtandi vinum.

REddit irregularem, quia reddit impotentem ad celebrandum ſub utrique ſpecie. Navarrus *c.27. n.104.* Tuletus *lib.1. c. 63. n.4.* Pelliazarius *tom.2.tract.7.c.5.ſect.7. quæſito 17. n.66.* & hoc itaut nequeat Summus Pontifex diſpenſare ſecundum communem opinionem Divi Thomæ, qua nequit diſpenſare, ut celebretur ſub una ſpecie. contra XII. DD. apud Leandrum *tom. 2.tract.8.de ſacrificio Miſſæ diſp. 1.q.19.* docentes Papam in hoc poſſe diſpenſare. 5777 Impotens guſtare vinum.

Habens cicatrices in facie, vel faciem valdè uſtulatam deformem.

ESt irregularis ob deformitatem gravem. Gobat *theologia experimentali tract. 8. n.652.* Filliucius *tract.19.c.6.q.5. dicto 4.n.171.* Zacchias *Medico legalium q.16.n.9.* 5778 Defectus faciei.

Habens tumorem in facie?

ESt irregularis, ſi inde gravis naſcatur deformitas. 5779 Tumor in faciei.

Etyops.

NOn eſt irregolaris, quia non generator deformitas. Filliucius *loc.cit.* Bauny *de cenſuris tract. 11. c. 56. aſſertione 1.* Ant. à Sp. S. *tract.13. n.52. in fin.* poſt Bonacinam, Dianam, & Pelliazarium. Dicaſtillus *diſp.7. n.89.* 5780 Etyops.

Brachia.

CUrta generantia deformitatem gravem, ut attracta, retracta, contracta, tremula, paralitula, redduot irregularem ob gravem deformitatem, & inhabilitatem ad exequendum ordinis munus. Majoius *lib.1.c.14.n.19.* 5781 Defectus brachiorum.

Manus.

DEformes graviter, vel inhabilitantes ad exercendum ordinis officium, reddunt irregularem. 5782 Defectus manuum.

Si verò deformitas non conſurgat, ut ſi manus habeat ſex digitos. Bauny *loc.cit.* Booacina *puncto 4.n.11.* Avila *p.6.diſp.3. dub.1.* Filliucius

loc.

loc.cit.quæſito 4. *n.*163. Zerola *p.*1. *praxis* v.*irregularitas*.

Sic non eſt irregolaris ſi digitus ſuperfluus tollatur, quia tollitur non naturalis, ſed monſtruoſa pars. Felious, & Gloſſa in *c. partem. diſt.*55. Navarrus *c.*27. *n.*206.

Carens digito, difficultas eſt an ſit irregularis?

5783 Carentia digitorum. DIſtinguas: vel digitus eſt neceſſarius pro exercitio ordinis, ut pollex, index, vel non eſt neceſſarius.

Si neceſſarius, eſt irregularis, ut quivis impeditus ordinem exercere aptè. Navarrus *conſil.* 1. *de corpore vitiatis.* Villalobos *tract.*1. *difficultate* 35.*n.*12. Toletus *lib.*1.*ſumm.e c.*63. *num.* 3. Ant. à Sp. S. *tom.*1.*directerii tract.*13.*n.*53.

Si verò digitus, vel ejus pars, non eſt quid neceſſarium pro executione ordinis, ſubdiſtinguas: vel ex illo defectu inducitur gravis deformitas, vel non.

Si inducitur gravis deformitas, eſt irregularis.

Si non inducitur gravis deformitas, non eſt irregularis, etiamſi habeat duos digitos medios conjunctos, vel ſtupidos, vel careat ungula pollicis, vel indicis. *c. fin. de corpore vitiatis. c.lator.di*55.ubiGloſſa v.*ſiniſter.*Sylveſter v.*corpore vitiati q.*3. *n.*4. Henriq. *lib.*14.*c.*8. *num.*1. Tolet.*loc.cit.*

Manus habens trementes.

5784 Manus trementes. ESt irregularis, ſi ſit periculom ſubvertendi calicem, vel nequeat elevare hoſtiam, vel manuum attractione, debilitatevè nequeat frangere hoſtiam, ordiniſvè munus exequi. Pelliazarius *tom.*2.*tract.*7.*c.*5.*ſect.*2.*quæſito* 16.*n.*68 Henriquez *loc.cit.n.*4.*in fine.*Lamas *p.*1.*c.*12.*§.*5.

Pedes.

5785 Defectus pedum. COntorti intra, vel extra notabiliter cum deformitate, reddunt irregularem.

Si verò occultari poſſit, ut etiam carentia digitorum pedis, quia ceſſat tunc deformitas, non adeſt irregularitas. Avila *p.*9. *diſp.*3. *dub.*1. Leander *tom.*5. *tract.*2.*diſp.*2.*q.*50. Navar.*lib.*5. *conſ.*67.

Claudus.

5786 Claudus. EST irregularis ex deformitate, ut & egens ligneo pede. *c. nullus Epiſcopus. diſt.*1. *c. ſi quis in infirmitate. diſt.*42. Butrius *in c. fin. de corpore vitiatis.* Lublinus v.*irregularitas n.* 23.

Si verò claudicatio deformitatem non generet, nec reddit irregularem. Dicaſtillus *de cenſuris tract.*10.*diſp.*7. *n.*195. citans VI. DD.

Crura diſtorta.

5787 Habens crura diſtorta. DEformitatem non generantia operimento talaris veſtis, non inducunt irregularem. Pellizzarius *loc. cit. num.* 64. Filliucius *tract.*19. *c.*6.*quæſito* 5. *n.*173. Dicaſtillus *loc.cit. num.*195.

Gibboſus.

5788 Gibboſus. NOn eſt irregularis, niſi impediatur ordinis executio, vel olmia deformitas oriatur. Sylveſter v. *corpore vitiati n.* 5.

Hinc patet, an irregularis, quando tumor gravis apparet in dorſo laxatis partibus. Similiter ſi vertebræ laxantur in parte anteriori, ita ut tumor ſe prodat in pectore circa ſternom, & dicitur recurvitas, græcè lordoſis.

Si verò vertebræ laxentur ad latum, tumor creſcens veluti obliquat, & turtuoſam reddit hominis ſtaturam.

Et talis morbus græcè dicitur ſcholioſus, latinè obliquatio, & ægri dicuntur obliqui, & tortuoſi.

Lordoſi, ſcilicet recurvi deformes, deformitatem, & impedimentum exercitii ordinis inducentes irregulares pronunciandi. Bonacina *qu.*2. *de irregularit. puncto* 2. *num.*9. Avila *p.*5. *diſp.*3. *dub.*1. Ugolinus *de irregularit. c.* 10. *n.*6. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 7. *n.* 187. Zacchias *Medico legalium. q.*15.*n.*8. Recurvi.

Tumor gulæ.

SI ſit cum notabili deformitate, monſtruoſitate, reddit irregularem. 5789 Tumor gulæ.

Cicatrices in faciem.

REddunt irregularem, ſi deformitatem pariant enormem, in quo ſtandum arbitrio Epiſcopi. Zacchias *ſupra q.*16.*n.*9. 5790 Cicatrices in facie.

Ernioſi.

NOn ſunt irregulares, niſi inde gravis deformitas, vel muneris exequutio impediator. 5791 Ernioſi.

* *Hermaphroditus.*

NOn eſt irregularis, ſi prævaleat ſexus virilis; quia oppoſitum jure non eſt expreſſum. *c. is, qui* 18. *de ſentent. excom. in* 6. Toletus *lib.*1.*c.*63. *num.* 13. Fornarius *de ordine c.*3. *n.*1. Hurtadus *de irregularit.diſp.*2. *difficult.*14. contra Suarium *de cenſuris diſp.* 51. *ſect.* 2. Sà v.*ordo n.* 54. & 9. DD. apud Leandrum *tom.* 2. *tr.*6.*de ordine.diſp.*5.*q.*6. 5792 Hermaphroditi.

Sic nec eſt irregularis ſi femina erumpat in maſculum. Dicaſtillus *de cenſ. tract.*10. *diſp.* 7. *n.*191. nam nullibi id jure expreſſum.

Statura puſillus.

NOn eſt irregularis, ſi deſit notabilis deformitas, & ſuum munus exercere queat. Henriquez *lib.*14.*c.*8.*n.*3. 5793 Puſilli ſtatura.

Hinc quia deformitas eſt relativa, & in uno loco deformes, in alio formoſi cenſentur, hinc eſt irregularis in illo loco ubi adeſt deformitas, non verò ubi deformitas deeſt. Sic pigmei inter nos, non inter pigmeos ſunt deformes, & ſic irregulares: ſic gigans inter nos, non inter gigantes, eſt monſtruoſus. Unde nimia proceritas ſtaturæ valet reddere irregolarem inter illos, inter quos eſt gravis deformitas. Henriq. *lib.*14. *c.*8. *n.*3. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.*7. *num.*190.

Carens aliquo membro.

EST irregulatis, ſi inde deformitate, muneris inhabilitas pullulet; & ſic ſine ſua culpa carens partibus generationi ſervientibus infirmitate, vel injuria ab alio avulſis, non eſt irregularis. *c. ſi quis per ægritudinem. diſt.*55.*c.*3.& 5. *de corpore vitiatis.* Navarrus *c.* 27. *num.*199. Toletus *lib.*1.*c.*63.*n.*7. Dicaſtillus *loc.cit.n.*180. dans V. DD. Henriquez *lib.*14.*c.*8.*n.*1. 5794 Carentes aliquo mēbro.

Et ſic non eſt irregularis, ſi abſcindantur à Judice, vel à parte in vindictam delicti; nam jura id non exprimunt, quæ tantùm volunt eſſe irregularem, qui abſcindit à ſe ipſo, vel cooperatur voluntariè amputationi. *c. ſi quis. c.*1.2.3. *c. hi, qui ſe carnali vitio* 5. *c. maritum. diſt.*33. *c. ſignificaſti. de corpore vitiatis.* Dicaſtilius *loc. cit. num.*182. Bonac. *de irregularit. q.*2.*p.*2. *nu.*34. Pellizzarius *tr.*7.*c.*5.*n.*64.

De Irregularitate ex defectu morborum.

§. VI.

NE verborum alluvione veritas abſorbeatur, ſunt aliqui morbi parturientes irregularitatem, ſed reguntur datis regulis: morbus graviter deformans, vel inhabilitans ad exequen- 5795 Qui morbi irregularitatem cauſent.

Digitized by Google

quendum ordinis munus, reddit irregularem.

Tria ſumma morborum genera. Primum ſemper durat. Secundum tranſit, & homo remanet prorſus ſanos. Tertium abit cum periculo reincidentiæ facili, difficili.

Primum, reddit irregularem, ſi impediat, vel deformet. Secundum durante morbo, ut frænesis. Tertium, ſi frequenter redeat, hominem reddit irregularem, ſi illum deformet, vel inhabilitet. Hinc

5796 Et ſic quid de dolore Capitis.

Dolor Capitis.

GRaviſſimus continuus, ſive totius, ſive partis reddit irregularem, quia impedit ordinis munus.

Idque ſive ſit clavus afficiens capitis partem, ut in hemicrania graviſſima, ſive afficiat totum caput, ut in cephalagia, vel cephalea.

5797 De Vertigine.

Vertigo.

GRavis, qua paſſus corruit, dicta tenebricoſa, difficile ſuperabilis, frequenter afficiens, facit irregularem; eſt namque proxima Apoplexiæ, Epiplexiæ. Galenus *libro* 2. *Aphoriſmo* 17.

Si verò vertigo ſit levis, ex cauſa externa, puta ex ebrietate, fumo carbonum; tunc quia tranſit, irregularitas non eſt firma.

5798 De Dementia.

Dementia.

REddit irregularem, etiam ſi proveniat ex morbo, ut morbus lunaticus confirmatus, & ex obſeſſione dæmonum, morbus fanaticus facit irregularem durante morbo. *c. in tuis* 7. *q.* 2. Bonacina *q.* 2. *de irregularitate puncto* 2. *n.*22. dans VIII. DD. Qui morbi ſi proveniant ex vitio naturali, puta ex vitio malancholiæ, vel ex humore, calore aduſto, unde inſania difficilè curatur; cùm humor vix poſſit totus extrahi, & frequenter creſcat in ſe convertendo ceteros humores; ideò valdè circumſpectè agendum, & ſi improvisè contingat morbus, abſtineat, ſi verò præmonitorem ſignum præmittat, celebret; quia ſigno præmonente non adorietur celebrationem. Villalobos *tract.* 21. *difficult.*33. *n.*8. Ant. à Sp. S. *tract.*13. *num.*61. Llamas *in methodo c.* 12. *q.* 6. Leander *tom.* 5. *tract.*2. *diſp.* 2. *q.*8. Zacchias *lib.* 8. *medico legalium tit.*1.*q.*4.*n.*8.

5799 Epylepſia.

Epilepſia.

SIvè morbo caduco laborantes.

Sunt irregulares durante morbo, ſi ſubito correpti vehementiſſimè fremunt, & ſtridentes collidantur. *c. in tuis literis* 7. *q.* 2.

Si verò prævidis ſignis indicantibus futurum morbum deficiant, putrido humore ad cor, & cerebrum invadente, & iſti poſſunt exercere ſuſceptos, & ceſſante morbo poſſunt ad alios promoveri. *c. in tuis literis.* 7. *qu.* 2. Llamas *p.* 1. *methodi. c.* 12. §.6. advertens morbum iſtum deficere ante annum vigeſimum nonum, quod inconcuſſæ veritatis non videtur arcanum.

Si quis tamen ſemel in vita morbo cadoco correptus ſit, & jam ſit omnino liber; tunc certum eſt poſſe miniſtrare in ſuſceptis ordinibus; nam ceſſat irregularitas ceſſante morbo. Bonac. *q.*2. *de irregularit. p.*2. *n.*22. citans VIII. DD. cum quibus ait poſſe etiam in ſuſceptis miniſtrari, qui ſemel in menſe morbo corripiatur abſque ſpuma, & clamore: dummodò aſſiſtat doctus, & pius Miniſter, qui in contingenti valeat miniſtrare, & perficere ſacrificium, conſentitque Leander *tom.*5. *tr.*2. *diſp.*2. *q.*89. *de cenſ.* poſſe etiam ſine ſocio celebrare, ſi ſignis præmoneatur; nam tunc ceſſat periculum indecentiæ.

Apoplexia.

5800 Apoplexia.

EST Epilepſiæ affinis, & hominem, ut plurimum enecat, ſeu de medio tollit, vel inſigniter relinquit læſum difficile curandum. Si tamen nullum relinquat notabile impedimentum, nec deformitatem, non reddit irregularem, ut patet in leviſſima apoplexia. Rota *p.* 5. *recentiorum dec.*184.

Paralyſia.

5801 Paralyſia.

EST nervorum reſolutio, & ſi eſt omnium nervorum dicitur apoplexia, ſi eſt partialis dicitur paralyſis, reddit irregularem ſi deformet notabiliter, vel inhabilitet ad proprium officium, & ſic ſi reſolvat nervos tactus, itaut non ſentiat, reddit irregularem, ſi deformiter tangat, vel frangere ægrotus nequeat: idem eſt ſi reſolvat ſtomachum, inteſtina, maximè inteſtinum rectum terminatum ad pollicem, vel reſolvat veſſicam, itaut feces non retineantur, ſed ejiciantur, vel per os, vel aliter.

Tunc enim valdè deturpat, & deformitatem non levem exhibet.

Si verò tantùm reſolvatur organum odoratus, vel guſtus; tunc cùm non naſcatur deformitas, nec impediatur ordinis miniſterium, irregularitas non pullulat.

Monſtruoſitas.

5802 Monſtruoſitas.

QUa homo deformatur, vel inhabilitatur ad exequendum ordinis munus, reddit irregularem, niſi deformitas poſſit veſtibus competenter tegi, puta ſi ſit duplex brachium, & poſſit unum contegi, itaut non appareat monſtruoſitas. Abbas in *c.* 2. *de Clerico ægrotante.*

De Irregularitate ex defectu natalium.

CAPUT XVII.

5803 Omnis illegitimus irregularis efficitur.

OMnis illegitimus, etiam occultus eſt irregularis ob deteſtationem paternæ incontinentiæ, & reverentiam debitam ordini. *c.* 1. *& fin. de filiis presbyterum. c. per venerabilem. qui filii ſint legitimi.* Trid. *ſeſ.*22. *de reformat. c.*20. Bulla Pii V. incipit: *Quæ ordinis.* Bulla Siſti V. incipit: *Sanctum, & ſalutare.* Navarrus *c.* 27. *n.*201. Henriquez *lib.*14.*c.*18. *n.*10. Gobat *theologia experimentali tract.*8.*caſu* 11. *n.*429. contra Alfonſum de Caſtro *lib.*2.*de lege pœnali.c.fin. concluſ.* 3. motum nè teneatur ſe ipſum coram ſuperiore infamare.

Expoſiti.

§. I.

5804 Expoſiti reputantur legitimi, & ſic non irregulares.

NOn ſunt irregulares, nam nullibi id decernitur. Bulla Gregorii XIV. ad favorem confraternitatis Sancti Spiritus de Urbe, qua declaravit expoſitos eſſe legitimos habiles ad quaſcumque dignitates, & præbendas. Diana *p.*2. *tract.*15. *reſol.* 22. *& p.*4. *tract.* 2. *reſol.* 58. dans XIX. DD. Henriquez *lib.*24.*c.*10. in Gloſ. *lit.L.* Ananias *in c.*1. *n.*11. *de infantibus expoſitis.* Felinus *in c. cum deputati. n.* 1. *de judiciis.* Taſſonus *in pragm. de antifato. v.*13. *obſervat.*1. *n.*78. Gratian. *c.*135. Sà v. *filius n.*8. Pellizarius *tom.*2.*tr.*7.*c.*5. §.2.*q.*20. *n.*70. Squillante *de privilegiis Clericorum c.*4. *dub.*2. *n.* 39. contra Toletum *lib.*1.*c.*53.*n.*3. & IX. alios DD. apud Bonacin. *q.*2.*de irregul.p.*2.*n.*10. & XII. DD. apud Filibertum *tom.*1.*de ordine. p.*10.*c.*1. *difficult.*1.

Hinc cenſetur legitimus carens altero paren-

5805 Cenſetur legitimus carens altero parente.

te, quia non invenitur. Avila *p.7.diſp.3.dub.*10. Ant. à Sp.S. *tract.13.n.67.in fine.* contra Filibertum *tom.1.de ordine p.*10.*c.*1. *difficult.*1.

5806 Non credendum matri dicenti filiũ eſſe illegitimum.

Filius nec tenetur credere matri juramento firmanti, etiam morienti eum eſſe illegitimum, quia non auditur in damnum alterius allegans ſuam turpitudinem. Navarrus *c.*27. *n.* 201. Pellizzarius *loc.cit. quæſito* 21. *n.*72. Filliuc. *tr.* 19. *c.5.quæſt.5.n.*144. Suarius *de cenſ.diſp.50.ſect.4.n.5.* Diana *p.4.tr.2.reſ.59.*

Sed quid, ſi filius naſcatur ex matrimonio putato, re vera nullo?

5807 Natus ex nuptiis putatis, ſed nullis, eſt legitimus

Eſt legitimus, quia bona fides alterius contrahentium reddit copulam non fornicariam reſpectu illius. *c. ex tenore. c.cum inter. c. quod nobis. qui filii ſint legitimi.* Guttierez *de matrim.c.*71. *n.*20. Pellizz. *loc.cit. n.*73. Bonac. *q.2.de irregul.p.3.n.3.*

Sed quid ſi filius naſcatur poſt profeſſionem contracto prius matrimonio?

5808 Filius natus poſt profeſſionẽ in nuptiis ratis, eſt illegitimus.

Diſtinguas: vel matrimonium erat ratum, vel conſommatum.

Si ratum, filius naſcitur ſacrilegus, & illegitimus poſt profeſſionem: ſacrilegus, quia contra votum Caſtitatis: illegitimus, quia copula ſine matrimonio, cùm per profeſſionem matrimonium ratum fuerit diſſolutum, quod non curreret in ordine ſacro. Sanchez 5. *de matrimon.diſp.*38.*n.*4. Ant. à Sp.S. *tract.13.n.*66.

5809 Secùs ſi fuerint cõſummatæ ante profeſſionẽ.

Si verò matrimonium fuerit conſummatum ante profeſſionem; tunc filius licèt ſacrilegus natus eſt legitimus, ſuccedit, nec eſt irregularis, quia matrimonium conſummatum adhuc perſeverat. Sanchez 7. *de matrimon. diſp.* 83. Leand. *tom.5.tr.2. diſp.3. q.*11. *qui. q.* 12. idem dicit de nato ex parentibus cum voto ſimplici Caſtitatis.

5810 Expoſiti in Hoſpitalibus cẽſentur legitimi.

Exponuntur legitimi, & illegitimi in Hoſpitalibus, & nè puniatur innocens pro nocente, ideò habentur omnes ut legitimi; quia pro reo eſt favendum, & nemo debet ſe ipſum accuſare, & alleganti propriam turpitudinem non creditur.

Irregularitas ex defectu natalium tollitur.

§. II.

5811 Defectus natalium tollitur per ſubſequens matrimonium.

Primo ſubſequenti matrimonio. Secundo Profeſſione in Religione approbata. Tertio per legitimationem Summi Pontificis. Quarto per diſpenſationem. Palaus 6. *de cenſ.diſp.6.p.9.*

Subſequenti matrimonio, etiam bona fide putato ſaltem ex parte unius, tollitur dicta irregularitas. *c.ex tenore. c.tanta. qui filii ſint legitimi*, & ſatis eſt habilitas tempore ſaltem intermedio, vel nativitatis. *d. c. tanta.* Gratian. *c.*83. *n.*22. Sanch.8. *de matrim. diſp.* 7. *n.*19. Covar. 4. *decreti* 2.*p.c.*8.§.2.*n.*1. Facchin. 3. *controverſiarum.c.*50. Diana *p.4.tr.2.reſ.59.* contra Suarium *de cenſuris diſp. 50. ſect. 1. n. 3.* Garziam *de beneficiis.p.7.c.2. n.*28. Sarmiento 1. *ſelectarum c.5.* exigentes habilitatem tempore conceptionis.

Non officit legitimationi matrimonium contrahi poſt alias jam ſolutas nuptias, aut contrahi in articulo mortis. Farinac. *p. 1. recentiorum.dec.*171.*n.*11. Sayrus *lib.6. de irregul. c.8. n.*17. Villalobos *tom.1.tr.13.diffic.*58.*n.*10. nec requiruntur dotalia inſtrumenta ad iſtam legitimationem. Sanch.3. *de matrim.diſp.*44. *nu.*2. contra Afflict. *lib.3.feudorum tit. ſi de feudo fuerit controverſia inter dominum, & agnatos. c.*1. §. *natales.n.*31. Nec officit matrimonium inter nobiliſſimum, & vilem. Sanch. *loc.cit.num.*21. Facchineus 3. *controverſ. c.* 53. contra Mencacam *lib.3.controverſ. c.*45. aſſerentem filium ex tali matrimonio non ſuccedere.

Legitimatus à Papa.

5812 Legitimatus à Papa eſt habilis ad omnes dignitates excepto Cardinalatu.

Et tunc habilitatur ad ordines, beneficia, & dignitates, excepto Cardinalatu, ex motu proprio Siſti V. anno 1595. tertio nonas Decembris iocipiente: *Poſt quam.* Avila *p.7.diſp.3. dub.* 6. imò diſpenſando in impedimentis, & ſic in radice matrimonii reddit legitimos illegitimos, tanquam ſubſequenti matrimonio. Palaus *tr.13.diſp.4.p.1.§.5. n.*8. Covarr. 4. *decreti.* 2.*p.c.*8. §.1. *n.*13. Molina *de primogeniis lib. 3. c.2.n.*12. Sanch.8. *de matrim.diſp.7.n.4.*

Poteſt irregularitas tolli per diſpenſationem.

5813 Papa poteſt diſpenſare in illegitimitate.

Pontifex poteſt diſpenſare in irregularitate emergente ex illegitimitate. Et exprimenda qualitas illegitimitatis ex adulterio, inceſtu, fornicatione, &c. *c.poſtulaſti.de reſcriptis.* Miranda *tom.2.q.2.art.*13.

5814 Diſpenſatus ad ordines; an includantur majores.

Diſpenſatus ſimpliciter ad ordines, cenſetur ad ſacros ſimiliter diſpenſatus. Suarius *de cenſuris.diſp.41.ſect.3. nu.3.* Filibertus *tr. de ordine. q.9.c.4.n.*10. contra Majolum 1. *de irregul. c.* 8. *n.*6. volentem tantùm diſpenſatum ad minores. Gloſ. in *c.literas. v. ordinari. de filiis Presbyterorum.*

5815 Differentia inter legitimationem, & diſpenſationem.

Nota, quòd differt legitimatio à diſpenſatione; nam legitimatio eſt ad omnes actus, diſpenſatio ad aliquem. Covarr.4. *decreti.2.p.q.8.§.8. n.*1. Soarius *de cenſ.diſp.50.ſect.5.n.8.*

Diſpenſatus ad ordines minores, vel ſacros.

5816 Diſpenſatus ad ordines, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia.

Non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, etiam ſimplicia. Gloſ. in *c.2.de filiis Presbyterorum.* Sanch.8. *de matrim.diſp.1.num.*271. qui tamen vult diſpenſatum ad ſacros ordines eſſe diſpenſatum ad beneficia. Avila *p.7. diſp.3. dub.*6. Palaus *de cenſuris.diſp.6.p.9. n.*6. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 47. *n.* 6. Angelus *v.beneficium.n.*23. contra Sà *v. diſpenſatio. n.*14. Bellettum *p.1.diſquiſitionum Clericalium. tr. de diſciplina regulari.* §.3.*n.*39.

5817 Et diſpenſatus ad dignitates non includitur Epiſcopatus.

Diſpenſatus ad omnes dignitates, non cenſetur diſpenſatus ad Epiſcopatum, quæ eſt res ſpecialis. Bonac. *de irregul.q.2.p.3.n.*14. Palaus *loc.cit. p.9. n.6. in fine.* contra Geminianum *in c.his, qui.de filiis Presbyterorum in 6.* Avila *p.7. diſp.3.dub.*6. Henriq. *lib.14.c.8. n.*10.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate ex delicto occulto Parentum?

5818 Epiſcopus diſpenſat in irregularitate ex delicto occulto parentum.

Affirmat Avila *p.7.diſp.3.dub.7.* Diana *p.1. tr.15. reſ.21.* & *p.4.tr.2. reſ.* 64. Præpoſitus 2.*p.q.5.de irregularit.dub.*16.*n.*131. Henriq. *lib.14.c.8.n.*10. quia ex Trid. *ſeſ.24. c. 6. de reformatione.* Epiſcopi poſſunt diſpenſare in omni irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, quod diſplicet Navarro *c.* 27. *n.*194. & VII. DD. apud Filiarchum *tr.1.de ordine. q.*10. *c.1. n.* 14. docentibus Epiſcopum diſpenſare in irregularitate ex delicto occulto. At irregularitas ex defectu natalium, non eſt ex delicto occulto, ſed ex defectu.

Profeſſione.

5819 Profeſſione tollitur irregularitas ex defectu natalium, ſed non ad Prælaturas.

Tollitue irregularitas. *c. 1. & fin. de filiis Presbyterorum*, & Conſtitutio Gregorii XIII. anno 1588. quæ corrigit Conſtitutionem Siſti V. dicentem oppoſitum, nequit tamen Prælaturas obtinere. *c.1.& fin.de filiis presbyterorum.* Henriquez *lib.14.c.8. n.*10. Sanch. 5. *de calogi c. 5. n.* 56. contra Rodriq. *tom. 1. regularium.*

Digitized by Google

rium.q.13.art.5. niſi irregnlares velint uti privilegiis propriis, non revocatis, quæ tamen revocata eſſe à Siſto V. & Gregorio XIV. in Bulla, quæ incipit: *Circumſpecta* ait Lezana *tom.* 4. *ſumma quæſtionum regularium.* v. *illegitimi regulares. n.*17.

De Irregularitate ex defectu ætatis.

CAPUT XVIII.

5820 Defectus ætatis reddit irregularem.

DEfectus ætatis quamdiu durat. reddit hominem irregularem. Clementina *unica de ætate, & qualitate. c. vel non eſt compos. de temporibus ordinationum*, & ità ordinatus ad ordinem ſacrum, exercens contrahit aliam irregularitatem; quia violat ſuſpenſionem latam à Pio II. in Conſtitutione, *cum ex ſacrorum* anno 1401.

Si verò bona fide ante ætatem Sacerdotium ſuſcipiat, & adveniente deindè mala fide celebret, non eſt irregularis, quia non peccavit, nec ſuſpenſionem contraxit ſuſcipiendo ordines. Leander dans VII. DD. *tom.* 2. *tract.*6. *diſp.* 6. *q.*13. contra Filibertum *tract.* 1. *de ordine. p.* 5. *tract.*3. *num.*11.

De Irregularitate ex defectu libertatis.

CAPUT XIX.

5821 Carens libertate efficitur irregularis.

DEfectus libertatis reddit irregularem. *c. de ſervorum ordinatione* 2. *de ſervis non ordinandis.* Auth. *ſi ſervus. C. de Epiſcopis, & Clericis*, quæ irregularitas ceſſat, ceſſante ſervitute. Suarez *de cenſuris diſp.*51. *ſect.*3. *n.*3.

5822 Servitus ceſſat manumiſſione.

Ceſſat ſervitus manumiſſione, ſi ſervus à lege fiat liber. *l.*1. *&* 2. *C. quando ſervi pro præmio libertatem accipiunt.*

5823 Aut ſi ſciente Domino ordinetur.

Ceſſat etiam ſi ſervus ordinetur ſciente, non contradicente Domino. *c. frequens. diſt.*54. Navarr. *c.*27. *n.*203.

5824 Aut ſcienter ab Epiſcopo ordinetur inſcio Domino.

Si ſervus ordinetur ab Epiſcopo ſcienter ſine conſenſu Domini fit liber, & Epiſcopus peccat, & ſolvit duplum æſtimationis ſervi Domino. *c. ſi ſervus. diſt.*54. *c. per venerabilem. qui filii ſint legitimi.* D. Thomas *in* 4. *diſt.*25. *q.*2. *art.*2. *quæſtiuncula* 1.

Defectus libertatis à ratiociniis.

CAPUT XX.

5825 Obligatus ad ratiocinia nõ eſt irregularis, ſi dedit fidejuſſorem in re pecuniaria.

NOn reddit irregularem, ſi debitum ſit pecuniarium: puta ſi ſit obligatus ad computa, & det fidejuſſorem, pignora pro ſecuritate alterius, cui ſunt reddenda computa.

5826 Secus ſi debet reddere rationẽ adminiſtrationis.

Eſt irregularis, qui tenetur reddere rationem adminiſtrationis, & officium exercet, ut tutor, curator, theſaurarius, exactor Tributorum, tabellio. *c. unico. de obligatis ad ratiocinia. c.* 1. 2. *&* 3. *diſt.*51. *c.*3. *diſt.*14.

5827 Si officium ſit finitum, non eſt irregularis.

Non eſt tamen irregularis, ſi officium ſit finitum, computa ſint reddita, vel ſi non ſint adhuc reddita, eſt data congrua ſatisfactio per fidejuſſores, per pignus, vel bonis cedat reſervata ſibi congrua ſuſtentatione. Suarius *tom.*5. *de cenſuris diſp.*51. *ſect. fin. n.* 23. Filliucius *tr.*19. *c.*7. *q.*7. *in fine.* Majolus *lib.*2. *c.*11. *n.*15.

Nec eſt irregularis adminiſtrans bona temporalia Eccleſiæ, aut miſerabilium perſonarum. *c.*1. *ut Clerici, vel Monachi. c.*1. 21. *q.*3. *c. pervenit. diſt.*86. *c.*1. *diſt.*88. Suar. *loc. cit. ſect.*3. *n.*17. dans IV. DD.

De Irregularitate ex defectu Sacramenti, ſcilicet ex bigamia.

CAPUT XXI.

5828 Ob defectum Sacramenti bigamus eſt irregularis.

PRopter defectum Sacramenti, bigamus eſt irregularis. *c. debitum* 5. ibi: *cum ergo propter Sacramenti defectum. de bigamis*, & bigamus eſt, qui ducit ſecundam uxorem verè, interpretrativè, ſimilitudinariè: Defectus Sacramenti conſiſtit in eo, quòd non exprimatur unitas indiſſolubilis inter Chriſtum, & Eccleſiam. ad Epheſios 5.

Quotuplex ſit bigamia.

§. I.

5829 Bigamia eſt vera.

EſT triplex, vera, interpretrativa, ſimilitudinaria.

Vera eſt ſi ſucceſſivè contrahat ſecundum conſummatum matrimonium. *c. debitum* 5. *de bigamis.* Trid. *ſeſ.*23. *c.*17. *de reform.* D. Thom. *in* 4. *diſt.*2a. *q.* 3. *art.* 1. *quæſtiuncula* 5. *ad* 3. ubi Sotus *q.*3. *art.*1.

5830 Interpretativa.

Interpretrativa eſt inducta interpretratione juris, quando quis affectu maritali ſimul, vel ſucceſſivè ducit duas uxores, licèt irritè.

Vera namque bigamia eſt, quæ naſcitur ex vero matrimonio.

Interpretrativa autem naſcitur ſine matrimonio vero, ſed exigit, ut licèt irritum, affectu maritali multiplex contrahatur matrimonium. *c. nuper* 4. *de bigamis. c. quicumque. diſt.*77. Trid. *ſeſ.*23. *de reform. c.*17. Sayrus *lib.* 6. *de cenſuris c.*5. *n.* 7. Gobat *tract.*8. *theologia experimentalis n.*650. Quintanad. *tom.*2. *tract.*15 *ſing.* 1.

5831 Aut ſimilitudinaria.

Similitudinaria eſt introducta ex matrimonio ſpiritoali ad ſimilitudinem matrimonii carnalis, & ſic ſupponit votum caſtitatis, quo quis nubit Deo, & conſequenter ſi poſt quam virgo profeſſionem emiſit, matrimonium carnale contrahat, dicitur bigamia ſimilitudinaria, quaſi bis nubens. *c. quotquot virginitatem pollicitam prævaricatæ ſunt, profeſſione contempta, inter bigamos, ideſt qui ad ſecundas nuptias tranſierunt haberi debebunt.* 25. *cauſa* 27. *q.* 1. Concilium Aurelianenſe *c.* 23. Toloſanum 2. *c.*5. *c. unico de bigamis in* 6. *c.*1. *&* 2. *de bigamis.*

An bigami ſint irregulares?

5832 Bigami ſunt irregulares.

AFfirma. *c. ut bigami* 1. *c. ſuper eo* 2. *de bigamis. c. unico. de bigamis in* 6. ut autem iſta, quæ confuſa non intelliguntur, diſtincta innoteſcant. De ſingulis diſcriminatim agamus & primo.

De Bigamia vera.

§. II.

5833 Quando verificatur vera bigamia.

VErus bigamus eſt, qui verum conſummatum matrimonium contrahit ſecundum, poſtquam contraxit primum matrimonium. *c. debitum* 5. *c. penult. de bigamis. c. denique c. Acutius. diſt.* 26. Tamburrinus *lib.* 10. *de cenſuris tit.*4. *de irregular. c.*16. *n.*1.

An ſit bigamus contrahens multiplex matrimonium ratum?

5834 Multiplex ratum matrimonium non facit bigamum.

NEga. *c. debitum* 5. *de bigamis.* Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſ. n.*319.

An ſit bigamus contrahens ſponſalia plura de futuro etiam conſummata?

5835 Nec cotrahens plura ſponſalia.

NEga, nam ibi nullus eſt defectus Sacramenti, cùm non ſignificent ſponſalia de futuro conjunctionem inter Chriſtum, & Eccleſiam. Valentia *tom.*4. *diſp.* 7. *q.*19. *puncto* 5. Dicaſtillus *loc. cit. n.*320. Enim verò ſine matrimonio vero, vel affectu maritali non inducitur bigamia, nec irregularis. D. Thomas *in* 4. *diſt.*27. *q.*3.

Digitized by Google

q.3.art.1.quæſtiuncula 1. ad 3. Sanch.7. *de matrimon.diſp.*63.*n*.4. dans XII. DD. Leand. *to.*5. *tr.*2.*diſp*.6.*q*.5.

Ex quo reſolvitur.

5836 Nec ex concubinatu plurium.

An plurium concubinatu inducatur bigamia?

NEga, quia deeſt matrimonium, & ſic defectus ſignificationis Sacramenti abeſt. *c. quia*.6.*de bigamis.* Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſ. n.*296.DD. *loc.cit.*

Hinc etiam reſolvitur.

5837 Nec cognoſcens plures meretrices.

An ſit bigamus cognoſcens plures meretrices?

NEga, quia deeſt defectus ſignificationis Sacramenti inſolubilis, & conjunctionis Chriſti Domini cum Eccleſia. *c. debitum* 5. *c.quo circa* 6.*de bigamis.c.Acutius.diſt.*26. Dicaſtillus *tr.*10.*de cenſ.n.*269.citans V. DD.

An ſit ex vera bigamia, bigamus ducens duas legitimas uxores ante Baptiſmum, vel unam ante alteram poſt Baptiſmum?

5838 Quid de ducente duas uxores ante, aut unā ante, aliam poſt baptiſmum.

HÆc eſt gravis difficultas, nam D. Auguſtinus, & D. Ambroſius relati in *c. una tantum.diſt.*26. *& in c. ſi quis viduam il* 1. *diſt.* 34. *& in c. ſi quis poſt Baptiſmum. diſt.* 5. *& in c. denique. diſt.* 26. ſentiunt hujuſmodi eſſe bigamum, & irregularem. Sanchez 7.*de matrimon.diſt.*83.*n.*8. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſuris n.*295. dans XI. DD. Suarez *diſp* 19.*ſect.*6. *n.*12. ut malè citat Leander *tom.*5.*tract.*2. *diſp.*6. *q.*8. ſed *diſp.*49.*de cenſuris ſect.*6.*n.*10. D.Thomas *in* 4.*diſt.*27.*q.*3.*art.*2.

5839 Bigamus ante baptiſmū eſt irregularis.

Fundatur hæc ſecunda ſententia in dicto *c. ſi quis viduam.*10.*diſt.*34. quia ſequens Baptiſmus tollit peccata, non defectum ſignificationis contractum; quia matrimonium ante Baptiſmum, licèt non fuerit Sacramentum, adhuc in ſtatu innocentiæ ſignificavit conjunctionem Chriſti Domini cum Eccleſia. Ad Epheſios 5. & videtur colligi ex Innocentio *epiſt.*23. *c.*1. *& epiſt.*22. *c.*2. *& epiſt.*5. *c.* 5. *&* 6. & ſic aſſerunt bigamum ante Baptiſmum remanere bigamum, & irregularem etiam ſuſcepto Baptiſmo; quia Baptiſmus, ut non tollit bigamiam, ita nec tollit leges inducentes bigamiam, & irregularitatem.

5840 Contraria opinio refertur.

Contrariam ſententiam docuit D. Hyeronimus *epiſt* 83. *ad Oceanum*, & refertur in *c.Acutius* 1.*diſt.*26. *& epiſt.*1. ad Timotheum 3. Major in 4. *diſt.* 27. *dub.ult.*Almainus *in* 4.*diſt.* 26. *qu.* 1.

Fundatur, quia matrimonium ante baptiſmum, etiam conſummatum cum vidua, non eſt Sacramentum ratione cujus habet ſignificare matrimonii Sacramentum conſummati indiſſolubilem unionem Chriſti Domini cum Eccleſia. *c. debitum* 5. *de bigamis*, & conſequenter ſi non eſt Sacramentum, nec contrahitur bigamia ex defectu Sacramenti, ut in *c. debitum* 5. ibi: *propter Sacramenti defectum. de bigamis.* ubi requiritur Sacramentum, ut deficiat in ſignificatione, & videtur ſentire Suarez *tom.*5. *diſp.* 49.*n.*5.

Et colligi poteſt ex *c. nuper.* ibi: *licèt in veritate bigami non exiſtant. de bigamis.*

Id ipſum fundatur ex *Canone* 16. *Apoſtolorum.* ibi: *qui poſt Sanctum Baptiſma duobus conjugiis fuerit implicitus, non poteſt eſſe de numero Sacerdotum, & c.* 2. *diſt.* 33. ibi: *poſt baptiſmum.*

Nec officit auctoritas Innocentii *epiſt.* 22. *c.*2. nec Divi Auguſtini; nam loquitur quando nupſit ante, & poſt baptiſmum iterum nubit; nam tunc reverà Sacramentum poſt baptiſmum deeſt à ſignificatione Sacramenti. 5841 Objectis ſit ſatis.

Nec ſecundo officit textus in *c. ſi quis viduam* 11 1. *diſt.* 34. nam ibi eſt ſermo de conjugato cum vidua ante baptiſmum, in qua remanet conjugatus poſt baptiſmum, & ſic Sacramentum legitimum fit ratum cum vidua; & ſicuti baptiſmus non tollit matrimonium cum vidua, ſed reddit matrimonium illud ex legitimo, ratum: ita nec tollit bigamiam, nec defectum ſignificationis Sacramenti, ut patet ex verbis, ibi: *in baptiſmate enim crimina dimittuntur, non accepta uxoris conſortium relaxatur, quod ſi non putatur uxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt; ergo nec filii, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habeantur.* hactenus textus: ubi expreſsè eſt ſermo de matrimonio ante inito perſeverante poſt baptiſmum cum vidua, & eodem modo reſponderi poteſt ad *Can. denique* 3. *diſt.* 26. & explicari poteſt Innocentius in *epiſt.*25.*c.*2.*& epiſt.*24.ad Synodum Toluſanam *c.* 6.

Mea ſententia nihil inter tot, & tantos decernit viros, ſed ſubſcribit Sedi Apoſtolicæ decretis.

De Interpretrativa bigamia.

§. III.

5842 Quæ bigamia interpretativa.

INterpretrativa bigamia eſt, quæ ebullit jure interpretrante ex matrimonio, præcipuè nullo affectu maritali inito. *c. nuper* 4. *in fine. c.à nobis* 7. *in fine.* ibi *in ſubdiaconatus. de bigamis.* Quatuor, nobis ſubminiſtrat differēda. Primum, ſi init duo matrimonia, unum validum, alterum irritum vivente, vel mortua uxore. Secundum, ſi affectu maritali duo, ſed irrita ineat matrimonia. Tertium ſi ducat corruptam ab alio. Quartum ſi adulteram cognoſcat, quam virginem duxit, & antea cognoverat.

Ad primum diſquiramus de conſtituto in ſacris. Secundo de Laico, & inquiramus primo.

An Clericus conjugatus deinde conſtitutus in ſacris, ſit bigamus, & irregularis, ſi poſtea deinde ducat irritè, ſed affectu maritali aliam uxorem?

5843 Clericus cōjugatus poſtea ordinatus in ſacris, ſi nubat deinde etſi irritè affectu maritali, eſt irregularis.

AFfirma: ex textu formali in *c. nuper. in fine.* ibi: *nos autem in hac quæſtione, & in c.à nobis* 7.*in fine.* ibi: *in ſubdiaconatus. de bigamis.* Concilium Carthaginenſe 4.*c.*69. Ad ſecundum.

An Laicus affectu maritali ducens, & conſummans unum validum, alterum irritum, vel duo ſimul irrita matrimonia ex aliquo impedimento, ſit bigamus, & irregularis?

5844 Laicus verò etſi ineat unum validum, & alterum irritum, aut duo irrita matrimonia, non eſt irregularis.

NEga, quia non debet creare impedimentum, quod de jure non habet effectum, cùm non entis nullæ ſint paſſiones: argumento legis *adeò* 7.*§.quod ſi toto. D.de acquirendo rerum dominio.l.decem* 116.*D.de verb. oblig. l.cum quis* 37. *§.* 1. *D. de ſolutionibus.* Secundo patet, quia nullo jure hæc, cæteroque jure exprimenda, invenitur irregularitas.

Nec officit textus in *c.nuper* 4.*& in c.à nobis* 7. *de bigamis*; nam ibi eſt ſermo de Clericis in ſacris nubentibus, qui non ex defectu hujus ſignificationis, ſed ob delictum affectus contrahendi nuptias prohibitas ſunt irregulares. Hoſtienſis in *d. c.nuper.n.*5. *de bigamis*, & irregularitas ex delicto, vel ex infamia non afficit,

niſi

niſi in jure expreſſos, ſic in *Canone* 16. *Apoſtolorum* ob inceſtus infamiam, non ob bigamiam à Clericatu repellitur ducens duas conſanguineas in primo, & ſecundo gradu.

Nec affectus maritalis, qui in Laico ipſo invenitur ſatis eſt, ut irregularitas contrahatur jure non expreſſa. Gloſſa in *c. ſuper eo* a. v. *in bigamis. de bigamis*. Archidiaconus *in c. unico n.*1*.de bigamis in* 6. Bellamera *in c. nuper. q.* 2. *n.*5*.de bigamis*. Suarez *tom.*5*.de cenſuris diſp* 49. *n.*5. Coninck *de Sacram.diſp.*18. *dub.*11. *n.*101. Henriquez *lib.*2*.c.*6*.n.*9. Avila *p.*7*.diſp.*81 *dub.*1. Hurtadus *de irregular. diſp.*2. *difficult.*13. *n.*41. Leander *tom.*5*.tract.*2*.diſp.*6*. q.*10. *&* 11. Dicaſtillus *tract.*10*.de cenſuris num.*374. Diana *p.*4. *tract.*2*.reſol.*38. Turrianus *de cenſ.lib.*9. *diſp.*70. *n.*2. Giballinus *de irregular. c.*3*.q* 4. *n.*36. contra Sanchea 7*.de matrim.diſp.*84. à *n.*3. dantem LXXVI. DD. Barboſam *de poteſtate Epiſcopi allegat.*49*.n.*11. Bonacinam *diſp.*7*.q.*2*. puncto* 5. *num.*2.

An ignorans, vel ſciens ducens ab alio corruptam, ſit bigamus, & irregularis?

5345 Ducens ab alio corruptam non eſt irregularis.

AFfirma *c. curandum* 6. *c. præcipimus*. ibi: *ne ad ſacros ordines quiſquam, qui uxorem non duxerit virginem, aſpires.diſt.*34. *c.qui ſive* 5*.diſt.*26*.c.ſi quis viduam. diſt.*50. *c.de bigamis* 3. *c.debitum* 5. *c.fin. de bigamis*. Concilium Carthaginenſe 4*.c.*69. D. Thomas *in* 4*. diſt.* 27. *q.*3*.art.*1*.quæſtiuncula* 3*.ad* 3. Sanch.7*.de matrimonio diſp.*84*.n.*8.& 15. citans XXXVIII. DD.

An conſummans irritum matrimonium cum vidua ſit bigamus?

5346 Conſummans irritũ matrimoniũ cum vidua non eſt irregularis.

NEga: nam nullo jure id expreſſum, & affectus maritalis non inducit irregularitatem jure non expreſſam.

Nec obſtat textus in *c.nuper.de bigamis*; nam ibi conſtitutus in ſacris non ob bigamiam, nec ob maritalem affectum, ſed ob delictum, & infamiam eſt irregularis matrimonium contrahens. Henriquez *lib.*12*.c.*6*.n.*9. Valentia *tom.*4. *diſp.*7*.q.*19. *puncto* 3. Reginaldus *lib.*30. *tract.* 2. *n.*87. Ant. à Sp. S. *tom* 1. *tract.*13. *n.*91. *in fine*. Palaus *tom.*6. *diſp.*6*.puncto* 8. *n.*4. Sanchez 7. *de matrim.diſp* 84*.n.*11. citans plures, contra Covarruviam in Clementina *ſi furioſus*. 1*.c.*1. §.2. *n.*2. Sayrum *lib.*6*.c.*3*.n.*7. Bonacinam *diſp.*7*.q.*2. *punct.*5*.n.*8.

An ſit bigamus, & irregularis cognoſcens ſuam jam virginem poſt adulterium ab ea commiſſum?

5347 Eſt bigamus cognoſcens ſuam poſt adulterium.

AFfirma: *c ſi cujus.*8*.c.ſi Laici.* 9. *diſt.* 34. *c. unico.de Clericis conjugatis. c. qualis.* 31. *q.*5. idque etiamſi maritus ignoret adulterium uxoris, quia ignorantia non tollit diviſionem, qua adultera dividit ſuam carnem inter plures, & efficitur unum corpus cum ſingulis, ut ait Apoſtolus, & ſic eſt defectus ſignificationis, de quo in *c. debitum* 5. *de bigamis* Sanchez 7. *de matrim.* dans DD. LIII. Leander *loc. cit. q.* 4. Bonacina *de irregular.diſp* 1*.q.*2*.puncto* 5*.num.*2. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris n.* 305. citans VIII. DD. contra Gloſſam in *c.*2. *de bigamis* v. *in bigamia*; ajentem non contrahi bigamiam, & irregularitatem à viro ignorante adulterium uxoris. contra Sà v. *irregularitas n.* 3. Petrum Ledeſma *de matrim. q.* 66. *art.* 3. Giballinum *c.*3*.de irregular.q.*4. *conſect.*5. *n.*29. ajentes contrahi irregularitatem non ex bigamia, ſed ex infamia, ſi adulterium ſit publicum.

An maritus inſcius, vel ſciens, cognoſcens uxorem jam vi, dolo oppreſſam ab alio, & ſic adulteram, ſit bigamus, & irregularis?

AFfirma. *c.ſi cujus* 8. *c.ſi laici* 9. *diſt.* 34. Vis enim, & dolus non tollit commixtionem, & carnis diviſionem, & ſic nec tollit defectum ſignificationis Sacramenti, de quo in *c.debitum.* 5. *de bigamis*, ergo nec tollit bigamiam, nec irregularitatem. D. Thomas in 4*.diſt.*27*.q.*3*.art.*5. *quæſtiuncula* 3. *ad* 4. Sanchez dans XXXXIII. DD. *de matrimon. lib.* 7*. diſp.* 89. *n.* 7. Leander *tom.*5*.tr.*3*.diſp.*6*.q.*18*.&* 19. dans alios XI.DD. Suarez *de cenſuris diſp.* 49*. ſect.* 3. *n.*16. contra Præpoſitum 3*. p. de irregular. q.* 5. Giballinum *c.*3*.de irregular. q.*4. *conſectario* 5. *n.*29. ajentes non contrahi tunc irregularitatem à viro. 5348 Etiamſi uxor vi, dolo fuerit ab alio oppreſſa.

An ſit bigamus, & irregularis Eccleſia cogente cognoſcens ſuam uxorem adulteram impotens adulterium probare?

AFfirma. D. Thomas *loc. cit.* Sanchez 7. *de matrimon. diſp.*84. *n.*17. dans XIII. DD. quia Eccleſiæ præceptum, ut non tollit commixtionem, ita nec diviſionem, & ſic nec bigamiam, & irregularitatem pullulantem ex illa. 5349 Eſt irregularis cognoſcens ſuam adulteram, etſi impotẽs probare adulterium.

Negat Innocentius in *c.inquiſitionem. n.*1. *de ſentent.excom.* ubi Joannes Andreas *n.*3. Butrius *n.* 12. Ancharanus *n.* 3. Palatius in 4*. diſt.* 27. *q.*4*.columna* 4. Sayrus 6. *de cenſuris c.*4*. nu.* 20. Giballinus *c.*3*.q.*4*.conſectario* 6. *n.*30. qui *conſectario* 7*.n.*31. excuſat illum, qui cognoſcit ſuam uxorem, poſt quam illa credens primum mortuum, contrahit ſecundas nuptias cum alio.

Hæc ſeconda ſententia non diſplicet, quia Eccleſia cogente ſuam cognoſcit uxorem, non debet ab Eccleſia inhabilitari ad ordines; nam obediens beneficiis foveri, non excludi debet, & ſic licèt bigamus, qui Eccleſiæ obtemperat, relaxatur inhabilitas irregularitatis ex pia mente interpretrata matris Eccleſiæ nolentis humilem obedientem filium procul ejicere à ſtatu Eccleſiaſtico Epikia id exigente. 5350 Auctoris judicium.

An ducens à ſe antea corruptam, ſit bigamus, & irregularis?

NEga: quia ſuam carnem non dividit, & ſequens matrimonium per retrotractionem cenſetur initum cum virgine. *c. tanta. qui filii ſint legitimi*. Sanchez dans LIV. DD. *de matrim.lib.*7*. diſp.*84. *num.* 14. Leander *tom.*5. *tract.*2. *diſp.* 6. *q.*15. dans alios VIII.DD. Dicaſtillus dans IX alios DD. *de cenſuris tr.*10*.n.*30. contra plures apud Sanchez *loc.cit.n.*15. 5351 Non eſt irregularis cognoſcens, & ducens à ſe antea corruptam.

An corruptus ducens virginem ſit bigamus, & irregularis?

NEga, quia talis inhabilitas cùm ſit impedimentum excludens à ſupremo ſtatu, ſcilicet Eccleſiaſtico. *c.curandum* 6. *c præcipimus* 7*.diſt.*34*.c.*1. *&* 2*.de bigamis*; itaut nec vivente, nec mortua uxore ordinari valeat. *c. de bigamis* 3. *de bigamis*, non debet afferi, niſi jure expreſſa. D. Thomas in 4*. diſt.* 27. *q.* 3. *art.* 1. *quæſtiuncula* 3. nullo autem jure exprimitur contrahi viro corrupto ineunte nuptias cum virgine. Sanchez 7. *de matrim diſp.*84*.n.*9. licèt ſit expreſſa irregularitas viri ducentis corruptam ab alio. *c.debitum* 5*.c.penult. & fin. de bigamis.c.ſi quis viduam. diſt.*50*.c.qualis* 30*. q.*5. *c.un.de Clericis conjug. in* 6*.c.Acutius* 1. *c.denique* 3*. c.penult. diſt.*26. contra Giballinum *loc. cit.q.*4*.n.*10. volentem non eſſe irregularem ducentem corruptam ab alio. 5352 Nec corruptus ducens virginem.

Cur

Digitized by Google

Cur antem vir corruptus ducens incorruptam, non ſit irregularis, & ſit irregularis ducens corruptam.

Ratio eſt, quia hoc non aliod jure exprimitur, & aliqualiter erui valet diſparitas; quia in femina corrupta remanent corruptionis veſtigia, & ſic non dicitur una unius, quæ veſtigia non remanent in viro corrupto, niſi ex matrimonio conſummato denominativè.

Hinc irregularitas ex bigamia interpretrativa ſolùm naſcitur ex valido matrimonio inito cum vidua, vel corrupta; nam hic eſt ſolùm caſus jure expreſſus in conſtituendis inhabilitatibus non ampliandis.

Idque ſive ſciens, ſive ignorans tale matrimonium ineat; nam ſemper remanet in corrupta vidua veſtigia corruptionis cum diviſione carnis. Non autem contrahitur ex matrimonio nullo conſummato; quia tunc deeſt Sacramentum, & ſic defectus ſignificationis. *c. debitum 5. de bigamis.*

Clericus verò in ſacris matrimonium nullum contrahens cum vidua, eſt irregularis non ex bigamia; cùm tunc deſit Sacramentum, ſed ex delicto, & infamia. *c. nuper. de bigamis.*

De Bigamia Similitudinaria.

§. IV.

5353 Habens votum ſolemne caſtitatis ducens uxorem eſt irregularis.

HÆc Bigamia dicitur ſimilitudinaria, quia eſt introducta à lege ad ſimilitudinem veræ bigamiæ, & contrahitur ex matrimonio carnali etiam cum virgine inito ab illo, qui ſpiritnales nuptias priùs voto cum Deo contraxit. *c. quotquot virginitatem pollicitam prævaricatæ ſunt, profeſſione contempta, inter bigamos, ideſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debent.* 25. *cauſa* 27. *q.* 1. *c. nuper. de bigamis.*

Cùm autem tale votum poterit eſſe triplex. Primum ſollemne profeſſionis. Secundum ſollemne ordinis Sacri. Tertium ſimplex, de unoquoque decernendum: & primo de profeſſione feminæ. Secundo de profeſſione viri.

Similitudinaria namque non naſcitur ex ſolo voto caſtitatis, nec ex ſollemnitate ſola, ſecùs ex omni voto, ex omni ſollemnitate pullularet; ergo naſcitur ex tali ſpecifica ſollemnitate, qua vovens dicitur ſponſa Chriſti, quæ ſolum verificatur in virgine femina, non viro profitente. *c. quotquot.* 25. 27. *q.* 1.

An profeſſa ſollemniter religionem, matrimonium iniens, ſit bigama ſimilitudinaria?

5354 Profeſſa iniens nuptias eſt bigama.

AFfirma. *c. quotquot* 25. ibi: *virginitatem pollicitam prævaricatæ ſunt, profeſſione contempta, inter bigamos haberi debebunt. cauſa* 27. *q.* 1. & talis bigamia operatur nè femina bigama inter virgines conſecretur, nè fiat Diaconiſſa.

An viri profeſſi ſollemniter nubentes ſint irregulares ex bigamia ſimilitudinaria?

5355 Profeſſus nubens non ſit irregularis ex bigamia.

NEga, nam nullo jure id exprimitur; cùm textus in *d. c. quotquot.* loquatur de feminis, non viris profeſſis nubentibus computandis inter bigamos.

Profeſſa eſt propriè, & rigoroſè ſponſa Chriſti.

Nec obſtat textus in *c. nuper, & in c. fin. de bigamis*, nam textus ibi loquitur de Clericis in ſacris nubentibus, qui ſunt irregulares ex delicto, & infamia. *c.* 1. *qui Clerici, vel voventes. c. ſane. de Clericis conjugatis. c. virginibus* 14. *c. virginem* 12. *c. de viduis* 7. 27. *q.* 1.

Nec juvat dicere cum Leandro *tom.* 7. *tr.* 2. *diſp* 6. *q.* 23. citante XIII. DD. in textu græco legi *quotquot virginitatem pollicitam Deo prævaricati ſunt.* Nam vulgata uſu recepta, quæ vim legis habet uſu interpretrante, & corrigente. *l. de quibus. D. de legibus.* habet *prævaricatæ ſunt*, & ita docet Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c.* 61. *n.* 10. Gibalinus *de irregularitate c.* 3. *q.* 4. *n.* 19. Pontius *lib.* 7. *de matrim. c.* 15. *n.* 7. Palaus *in* 4. *diſt.* 27. *diſp.* 4. *colum.* 7. contra Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 85. *n.* 8. dantem XXXVII. DD. Ant. à Sp. S. *tom.* 5. *tr.* 13. *n.* 92. Pellizarium *tr.* 7. *n.* 88. Butrium *in c. fin. n.* 9. *de bigamis.* ubi Abbas *num.* 6.

Dices: profeſſæ nubentes ſunt irregulares ex bigamia in *d. c. quotquot* 27. *q.* 1. ergo etiam profeſſi nubentes ſunt irregulares, quia in correlativis urget eadem ratio. 5356 Objectis fit ſatis.

Reſpondetur, nego conſequentiam; quia ſumus in odioſis, & non debet fieri extenſio de caſu ad caſum, niſi in jure ſit expreſſum, & quia ſumus in inhabilitatibus introducendis reſtringendis intra proprium ſignificatum, & licèt maſculinum concipiat femininum. Femininum autem maſculinum non concipit. Secundo, quia eſt major ratio in feminis, quàm in maſculis; nam major integritas requiritur in feminis, quàm in maſculis, ſic non ex corruptione viri, ſed feminæ inducitur bigamia interpretrativa. D. Thomas *diſt.* 27. *q.* 3. *art.* 1. Palaus *diſp.* 6. *puncto* 8. *n.* 9.

Hinc multo minus eſt irregularis ex bigamia ſimilitudinaria emittens votum ſimplex Societatis, & deinde nubens. contra Filliucium *tr.* 19. *c.* 4. *q.* 5. *n.* 19.

An conſtitutus in ſacris iniens matrimonium cum virgine, ſit bigamus ſimilitudinariè?

5357 Conſtitutus in Sacris iniens nuptias cū virgine non eſt bigamus.

NEga: nam jura loquuntur in *d. c. quotquot* 27. *q.* 1. de profeſſa nubente, & in *c. nuper. & in c. fin. de bigamis.* de Clericis in ſacris ducentibus corruptam, & ſic nullo jure invenitur expreſſa hæc irregularitas ex bigamia ſimilitudinaria in Clerico conſtituto in Sacris ducente virginem. Suarius *tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 49. *ſect.* 4. Abbas in *c. nuper. n.* 3. ubi Butrius *n.* 7. *de bigamis.* Hurtadus *diſp.* 2. *de irregular. diff.* 13. *n.* 48. Dicaſtillos *tr.* 10. *n.* 316. dicens ſatis probabile. Henriquez *lib.* 14. *de irregular. c.* 4. Toletos *lib.* 7. *ſumma c.* 8. contra Sanchez 7. *de matrimon. n.* 51. citans LX. DD. Leandrum *loc. cit. q.* 24. Ant. à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tr.* 23. *n.* 93. dicentem etiam noſtram probabilem. Martinum Perez *de matrimon. diſp.* 27. *ſect.* 8. *n.* 6.

Eſt tamen irregularis ex delicto, & infamia. *c. nuper. de bigamis. c.* 1. *qui Clerici, vel voventes. c. ſane. de Clericis conjugatis.* Layman, quem ſequitur Dicaſtillus *loc. cit.*

An ligatus voto ſimplici, nubens, ſit bigamus ſimilitudinariè?

5358 Ligatus voto ſimplici nubens non eſt bigamus ſimilitudinariè.

NEga: Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 85. *n.* 11. Turrianus *lib.* 9. *de cenſuris diſp.* 70. *num.* 3. contra Majolum *lib.* 1. *de irregular. c.* 33. *num.* 7. Burgoſium *de irregular. p.* 5. *tit. de bigamis n.* 29. nam nullo jure id probatur, ut eſt probandum ad inducenda impedimenta.

An ſit irregularis ducens profeſſam, vel voto Caſtitatis adſtrictam?

5359 Ducens profeſſam, vel voto Caſtitatis adſtrictā non eſt irregularis.

NEga, quia nullo jure id probatur. Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c.* 6. *n.* 10. Anton. à Sp. S. *loc. cit. tr.* 13. *n.* 93. Sayrus *lib.* 6. *de cenſuris c.* 4.

Digitized by Google

c. 4. Sanchea *loc. cit. n.* 12. dicens cum Baſſæo v.*bigamia n.*10. non contrahi bigamiam ex delicto contra Naturam. contra Majolum *loc. cit. n.*8. Vivaldum 2. *p. candelabri de irregularitate ex bigamia n.*14.

Pœna Bigami Ordinati.

§. V.

5360 Bigamus recipiens ordinem, eſt ſuſpenſus ab illo.

EST primo, ut ſit ſuſpenſus ab illo ordine, nec Epiſcopus diſpenſet, ſi ordinatus fuit in ſacris. *c. lector.* 15. *diſt.* 34. *c. ſuper eo.* 2. *c. fin. de bigamis.* Tamburrinus *lib.* 10. *tract.* 4. *de irregularitate c.* 16. §. 2. *n.* 2.

5361 Eſt puniendus.

Secundo, punitur etiam aliter ab Ordinario. *c. nuper.* 4. *de bigamis.*

5362 Religioſus nubens eſt excomm.

Tertio, Religioſus nubens tam maſculus, quàm femina eſt excommunicatus. *c. ſi qua virgo* 23. 27. *q.* 1. & debet puniri, etiamſi matrimonium ſit nullum. *c. ut lex* 40. 27. *q.* 1.

5363 Et irregularis ex delicto.

Quarto, eſt irregularis ex delicto. Concilium Aurelianenſe 1. *canone* 23. Concilium Toletanum 2. *can.* 1. *de Clericis, & Monachis.*

Si verò bigamus ſit in minoribus, tunc denudatur omni privilegio Clericali, etiam foro, & canone, & ſub anathemate nequit deferre tonſuram, & habitum Clericalem, nec minores ordines exercere *c. un. de bigamis in* 6. Trid. *ſeſ.* 23. *c.* 17. *de reform.* Filliucios *tract.* 19. *c.* 4. *q.* 11. *n.* 123. Palaos *diſp.* 6. *puncto* 8. dicens *n.* 13. privilegiis non privari ob bigamiam ſimilitudinariam ante ſententiam, fortè quia putat dictam privationem eſſe pœnam.

Pœna ordinantis bigamum.

§. VI.

5364 Clericus bigamus privatur omni privilegio Clericali.

EST ſuſpenſio à conferendis illis ordinibus. *c. ſuper eo.* 2. *de bigamis c. literas. de temporibus ordinationum.*

Diſpenſatio in Bigamia.

§. VII.

5365 Epiſcopus diſpenſat ut bigamus ordines minores recipiat.

EPiſcopus diſpenſare valet cum bigamo cujuſcumque ſpeciei, ut recipiat, & exerceat minores, non majores ordines. *c. lector. diſt.* 34. Sanchea 7. *de matrim. diſp.* 86. *num.* 71. contra Palaum *de cenſuris diſp.* 6. *puncto* 8. *n.* 10. Layman *lib.* 1. *tr.* 3. *puncto* 5. *c.* 7. ajentes tantùm poſſe diſpenſare quoad uſum, non quoad ſuſceptionem minorum ordinum. Epiſcopus autem valet diſpenſare in omni irregularitate ex bigamia provenienti ex delicto occulto. Trid. *ſeſ.* 24. *c.* 6. *de reform.* Tamburrinus *lib.* 10. *tr.* 4. *c.* 16. §. 3. *n.* 5.

5366 In diſpenſatione bigamiæ non eſt explicandus numerus nuptiarum.

Impetrans diſpenſationem ex bigamia non tenetur explicare numerum, quo plures nuptias contraxit; nam non multiplicatur bigamia. Henriquez *lib.* 10. *de matrim. c.* 6. *n.* 9. Sanchea 7. *de matrimon. diſp.* 86. *n.* 24. Diana *p.* 8. *tr.* 3. *reſol.* 58. ſed debet explicare ſpeciem bigamiæ, an ſit vera, an interpretativa, an ſimilitudinaria, an duplici, an ſimplici bigamia ſit innodatus, puta an ſit bigamus ex bigamia vera, & interpretativa, vel ſimilitudinaria. Palaus *de cenſuris diſp.* 6. *puncto* 8.

De Irregularitate ex defectu lenitatis, hoc eſt manſuetudinis.

CAPUT XXII.

5367 Quid ſit defectus lenitatis.

DEfectus lenitatis eſt idem, ac defectus manſuetudinis in judicio. Dicitur defectus, quia deficit ab imitatione manſuetudinis Dominicæ, qua Chriſtus Dominus mitiſſimus noluit morte dignam pronunciare adulteram, & ſic reddit hominem baptizatum irregularem ex defectu lenitatis, quæ fuit in Chriſto Domino. D. Thomas 2. 2. *q.* 40. ut tamen rem ordine teneamus, ſit primo.

An defectus lenitatis reddat irregularem baptizatum?

5368 Defectus lenitatis reddit baptizatum irregularem.

AFfirma. *c. Clericus c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi. c. penult. de homic. c.* 1. *de Clericis pugnantibus in duello.* Clementina *ſi furioſus. de homic. c. miror. c. Clericum. Can. de his Clericis. diſt.* 50.

Requiſita, ut ex defectu lenitatis contrahatur irregularitas?

§. I.

5369 Quæ requiruntur ut incurratur iſta irregularitas

SUnt plura, quæ ut facilius inſpiciantur, ſequentibus regulis excipitur.

Regulæ quibus indagatur, à quo contrahatur hæc irregularitas.

PRIMUS CANON.

5370 Tantùm ex judiciali homicidio, vel mutilatione oritur hæc irregularitas.

HÆc irregularitas ex defectu lenitatis ſolùm oritur ex judiciali homicidio, & mutilatione, judiciali auctoritate factis. Vaſquez, Turrianus, Hurtadus, quos ſequitur Macadus *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 8. *documento* 3. *n.* 2. Diana *par.* 3. *tract.* 5. *reſ.* 79. Baſſæus v. *irregularitas* 5. *n.* 3. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſ. diſp.* 7. *num.* 770. Suarez *diſp.* 47. *ſect.* 5. 6. & 7. nam aliud jure expreſſum non invenitur, in hac non amplianda inhabilitate. *c. ex literis. de exceſſibus Prælatorum. c.* 5. *diſt.* 51.

SECUNDUS CANON.

5371 Et contrahunt tãtum ex officio juridicè cooperantes ad mortem.

COntrahunt hanc irregularitatem ſolùm omnes, & ſinguli laici, ſivè Clerici ex officio juridicè cooperantes ad mortem, mutilationem membri propriè ſumti, habentis ſcilicet ſpeciale munus in corpore, vel cooperantes ad mortis, mutilationiſvè accelerationem; nam iſti non alii ſunt jure expreſſi. *c. his, à quibus.* 23. *qu.* 8. *c. aliquantos. diſt.* 51. *c. Cleric. c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi.* Vaſquez, Turrianus, Hurtadus, quos ſequitur Macadus *loc. cit.* Diana *par.* 3. *tract.* 5. *miſcellaneo reſol.* 98. Baſſæus v. *irregularitas* 5. *n.* 3. Tamburrinus *lib.* 10. *tract.* 4. *c.* 15. §. 13. *num.* 7. Leander *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 7. *q.* 87. Murga *tom.* 2. *diſquiſitione* 22. *dub.* 2. *num.* 5. Abbas *in c. ſententiam. n.* 1. ubi Ancharanus *n.* 1. Butrius *n.* 2. Joannes Andreas *in c. Clericus. n.* 1. ubi Innocentius v. *ſacrus. nè Clerici, vel Monachi.* Soccinus *in c. ad audientiam. n.* 139. *de homic.* Caſpenſis *de cenſ. tract.* 25. *diſp.* 5. *ſect.* 13. *num.* 93. Arriaga *tom.* 8. *de pænit. diſp.* 43. *ſect.* 6. *n.* 25. ajentes miniſtros Juſtitiæ ex officio publico irregulares ex defectu lenitatis.

TERTIUS CANON.

5372 Mors, mutilatio cũ effectu ſequi debet.

MOrs, mutilatio, vel mortis, mutilationis acceleratio debet ſequi in effectu ex publico officio, ut contrahatur irregularitas; itaut non ſufficiat ſi attentetur, vel ſi reus debilitetur tormentis, vel ſi dum ducitur ad mortem liberetur, aut ſi caſu, fulmine, ruina, aut ab inimico aggreſſus trucidetur. Nam in impedimentis ſemper reſtringẽdis verba intelligenda ſunt cum effectu proprio ex tali cauſa emanato, niſi jure aliud exprimatur. *c. ſicut urgeri* 1. *qu.* 1. Navarrus *c.* 27. *n.* 206. & 211. *in fine.* Suarius *de cenſ. diſp.* 47. *ſect.* 1. *n.* 3. Sayrus *lib.* 6. *de cenſ. c.* 15. *n.* 5. Baſſæus v. *irregularitas* 5. *n.* 1. Villalobos *tr.* 27. *diffic.* 25. *n.* 2. Anton. à Sp. S. *tract.* 13. *n.* 10. Speculator *in tit. de diſpenſatione.* §. *jurata.* contra Majolum *lib.* 2. *de irregular. c.* 6. *num.* 3. Follerium *in Practica criminali Canonica c.* 24.

ajen-

ſientes ſufficere mortem, & mutilationem attentatam.

Hinc Clericus Vicarius judicando In cauſa ſanguinis morte, vel mutilatione non ſequuta, licèt ſit pars membri ſciſſa, vel membrum debilitatum tortura, non eſt irregularis. Soccinus *in c.ad audientiam.n.*204.*&* 190. *de homicidio*. Abbas *in c.Clericis. n.*3. *nè Clerici, vel Monachi*. Diaz *in pract.Canonica c.*99.*n.*1. ubi Lopez, Farinacius *in fragm.crim.par.*1. v.*Clericus n.*389. 372.*&* 377.

Hinc reſolvitur.

An obtruncans membrum aridum Judicis mandato ſit irregularis?

5873 Obtruncans membrum aridum mandato Judicis, non eſt irregularis.

NEga, quia re vera non eſt membrum, cùm deſit forma totius,& ſic arida non eſt pars corporis humani. Farinacius *loc.cit.n.*378. cum Soccino *in c.ad audientiam.n.*202.*de homicidio*. contra Follerium *in pract.crim.Canonica c.*24.

Ex dictis, ceteri, qui ex officio non concurrunt ad mortem, mutilationem, ejuſvè accelerationem, irregularitatem non contrahunt, etiamſi mortem, caſu,vel pietate accelerent, ut infra dicenda declarabunt. Contrahunt namque illam omnes, qui cooperantur Judicis officio, ut ſunt primo Judices, aſſeſſores, accuſatores, teſtes, cuſtodes, ſatellites, lictores, de quibus infra, & primo.

De Judice, & Aſſeſſore.

§. II.

An Judex, ejuſque aſſeſſor ſit irregularis, mortuo, vel mutilato à ſe damnato, etiam non baptizato?

5874 Judex, aut Aſſeſſor ſit irregularis ſecuta morte, etiam nõ baptizati.

AFfirma, ſive laicus, ſive Eccleſiaſticus, dummodo non ſit ſupremus Eccleſiaſticus Legislator, qui legibus non ſubditur. *c. ex literis. de exceſſibus Prælatorum. c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi. c.in Archiepiſcopatu. de raptoribus. c.delatori* 5. *q.*6. *c.quæſitum* 23.*q.*4.*c.ſuſcepimus.de homic.c.ſæpè.c.licet.* 23.*qu.*8. Palaus *diſp.*6.*de cenſ.puncto* 14.*§.*1.*n.*2. Pellizarius *tract.*7.*c.*5.*num.*172. Anton. à Sp.S. *tr.*13.*n.*103.

5875 Judex Eccleſiaſticus peccat ſe immiſcens in cauſa ſanguinis.

Differt in hoc Judex Eccleſiaſticus à laico, quia non laicus,ſed Eccleſiaſticus peccat immiſcens ſe in cauſa ſanguinis, quia inobediens. *c.ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi*, cùm autem tale delictum non ſit homicidii,ſed inobedientiæ. *d.c.ſententiam ſanguinis, & c.ſæpè.*23.*q.*8. non contrahit irregularitatem ex delicto.contra Molinam *diſp.*8. *n.*10. Dicaſtillum *de cenſ.tract.*10.*diſp.*7.*n.*697.

5876 Damnans ad moriendum in carcere eſt irregularis.

Contrahitur hujuſmodi irregularitas etiamſi condemnetur reus ad moriendum in carcere. Soccinus *in c.ad audientiam.n.*263. *de homicid.* Farinacius *par.*1. *fragm.crim.* v.*Clericus n.*280. Giballinus *de irregul.c.*4 *q.*3.*confect.*7.*diffic.*3.

5877 Secùs ſi ad triremes.

Non verò eſt irregularis damnans ad triremes,licèt ibi conſueto labore moriatur damnatus;nam triremes per ſe non ſunt cauſa mortis. Covarruvias *par.*2. *§.*5.*n.*8. ajens quamcumque pœnam, niſi mors ſit, vel mutilatio, non inducere irregularitatem. Ex quo puto non eſſe irregularem Judicem damnantem ad carcerem, vel triremes perpetuas; nam non eſt damnare ad mortem, ſed damnare ut exiſtat in loco titulo pœnæ perpetuæ finiendæ,quando naturaliter vita finietur in tali loco;locus namque licèt perpetuus non infligit mortem, cùm non ſeparet animam à corpore.

An Superior conſtituens Judices, & Miniſtros ad judicandum ſecundum leges Reos de homicidio,ſit irregularis?

NEga, quia talis poteſtas eſt ad judicandum, & ſic etiam ad abſolvendum reum: unde nullus delectus lenitatis eſt, niſi in ſpecie mandat ut condemnet homicidam ultimo ſupplicio. *c.finali. nè Clerici, vel Monachi in* 6. Henriquez *lib.*14.*c.*12.Anton.à Sp.S.*tract.*13.*n.*107. 5878 Superior cõſtituens Judices ad judicãdos Reos de homicidio non eſt irregularis.

An ſit irregularis Superior mandans Reum mortuum, vel vivum ad ſe adduci,promittens præmium occiſori?

AFfirma, quia eſt vera ſententia ſanguinis, de qua *in c.ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi*. Diana *par.*4.*tract.*2. *reſol.*18. Majolus *lib.*5.*de irregul. c.*48.*§.*2.*n.*8. Giballinus *q.*3.*de irregul.c.*2.*confect.*7.*diffic.*5. 5879 Mandãs Superior adduci ad ſe Reũ vivum, vel mortuum eſt irregularis.

An ſit irregularis Superior dicens Judici, ut exequatur, vel ut citius exequatur ſententiam ſanguinis jam latam?

AFfirma: nam verè exequitur ut perſona publica ſententiam ſanguinis. *c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi*. Henriq. *loc.cit.c.*13.*n.*6. Giballinus *loc.cit.* 5880 Mandans exequi,vel citiùs exequi ſententiam eſt irregularis.

An minuens pœnam mortis in minorem pœnam mutilationis,ſit irregularis?

NEga, nam tunc mitis eſt, & caret lenitatis defectu; cùm aliàs eſſet imprudens, & lenitas debet eſſe prudens. Cajetanus 2.2 *q.*64. *dub.*8.cùm ergo minuendo proſit,non nocet reo, manſuetudinem oſtendit, non defectum manſuetudinis. Layman *lib.*3.*ſect.*5.*tract.*3.*puncto* 3. *c.*7.*n.*4. 5881 Minuens pœnam mortis in mutilationem non eſt irregularis.

An deferens ſcienter literas, quibus mandatur juridica Rei occiſio, vel mutilatio, ſit irregularis?

NEga: nam non eſt pars judicii, nec juridicè cooperatur morti. Dicaſtillus *de cenſ. tract.*10. *diſp.*7. *n.*655. excuſans *n.*645. omnes remotè cooperantes neci,ut hic deferens literas, & tale ait *n.*669. eſſet aperire carceres reo damnato ad mortem,quia talis actus eſt indifferens etiam ad libertatem. 5882 Nec deferens literas, quibus mandatur occiſio, vel mutilatio Rei.

An ſit irregularis legens præcipiente Domino literas miſſas Judici, ut Reus deprehendatur, & trucidetur?

NEga; quia talis legens non eſt pars judicii, nec juridicè tendens ad necem. Dicaſtill. *tract.*10. *de cenſ.diſp.*7. *n.*647. contra Abbatem *in c.ſententiam.n.*14.*nè Clerici, vel Monachi*. 5883 Nec legens literas Domino,quibus mãdatur deprehẽſio, vel occiſio Rei.

An tradens Reum mutilandum, vel interimendum brachio ſeculari, ſit irregularis?

AFfirma: niſi proteſtetur remota pœna ſanguinis, & mutilationis ſe tradere: nam tunc juridicè moriendum, vel mutilandum reum tradit, & ſic ſe immiſcet in cauſam ſanguinis. Farinacius *par.*1. *fragm.crim.*v.*Clericus num.*382. 5884 Tradens Reũ mutilandum brachio ſeculari,eſt irregularis.

An Inquiſitores, & ſimiles Judices ſint irregulares tradendo degradatos, vel hæreticos trucidandos brachio ſeculari,& ſe functos officio ſuo nè illos Reos amplius eſſe de inquiſitionis foro, intercedendo, nè occidantur?

NEga, quia illa interceſſio eſt loco proteſtationis. *c.ad abolendam. de hæreticis. c.novimus. de verb.ſignif.* Bonac. *diſp.*7.*q.*4.*puncto* 1. *n.*27. Avila *par.*7.*de cenſ.diſp.*8.*ſect.*2.*dub.*2.*§.ſequitur ſecundo*. 5885 Secùs ſi intercedat nè occidatur.

An

An ſint irregulares ſi inſtent pro punitione coram laico differente punitionem?

5886 Inſtans pro punitione Rei coram laico differente pœnam, eſt irregularis.

AFfirma; nam tunc excedunt formam *c.novimus. de verb. ſignif.* Nec Bullæ illos Inquiſitores eximentes ab irregularitate concurrentes ad condemnationem, eximunt ſi inſtent pro executione. Covarr. *in Clem. ſi furioſus. p.2. §.5.n.6.* Dicaſtill. *tract.10. de cenſ.diſp.7. n.768.* contra Avilam *loc. cit.* Dianam *par.4. tract. 8. reſol.51.* Anton. à Sp.S. *loc.cit. n.114.* Majolum *lib.2.de irregul. c.9.n.8.* ajentes nec eſſe irregulares, etiamſi inſtent coram laico pro morte juſta rei, & ajunt ad id ſe extendere Bullam Pauli IV. & Pii V.

An Epiſcopus dans licentiam Judici pro exhumando cadavere ad inſpicienda vulnera, vel ut conſtet de corpore delicti, ſit irregularis Reo inde damnato ad mortem?

5887 Epiſcopus dans licentiam exhumandi pro cognitione cadaveris nō eſt irregularis, ſi Rei mors ſequatur.

NEga: primo, quia licentia hujuſmodi eſt Indifferens actus juriſdictionis non faciens partem in judicio damnationis. *c. Epiſcopis 3. nè Clerici, vel Monachi.* Secundo, quia Epiſcopus illud non agit, ut Miniſter juſtitiæ in particulari, ſed ut Miniſter Eccleſiaſticæ juriſdictionis. Leſſius *tr. de irregul. c.2. dub.5. n.19.* Samuellius *in praxi de ſepulturis tract.2. diſputationum. controverſia 7. n.13.* Murga *tom.2. diſquiſit.22. dub.2. num.4.*

An ſit irregularis habens à Papa licentiam pro ferenda ſententia ſanguinis?

5888 Habens à Papa licentiam ferendi ſententiam ſanguinis, non eſt irregularis.

NEga: nam Summus Pontifex cum illo cenſetur diſpenſaſſe. Calderinus referens Sylveſtrum v. *homicidium 3.q.6. in fine.*

An Eccleſiaſticus, ſive Prælatus, ſive non, habens Juriſdictionem temporalem, illam alteri committens in generali, vel in ſpecie contra delinquentem homicidam puniendum ſupplicio extremo, vel mutilatione prout de jure, ſit irregularis?

5889 Nec Eccleſiaſticus dans juriſdictionē alteri contra delinquētem prout de jure.

NEga. *c. Epiſcopis 3. nè Clerici, vel Monachi in 6.* non enim profert nec cooperatur juridicè condemnationi, nam hæc à juriſdictione Judicis emanat. Gloſſa *in c.2. v. juſtitia. de homicidio in 6.* Hoſtienſis *in c. Clericis. nè Clerici, vel Monachi n.1.* ubi Joannes Andreas *n. 2.* Butrius *n.5.* Abbas *n.12.* Butrius *in c. ſententiam. n.12.* ubi Abbas *num.10.* Zabarella *n.2. nè Clerici, vel Monachi.* Covarruvias *in Clem. ſi furioſus. par.2. §.5.n.8. de homic.* Lopez, & Diaz *in pract. crim. Canonica c.49. v. judicanti.* Farinac. *par.1. fragm. crim. v. Clericis n.385.* Baſſæus *tom.1. v. irregularitas 5. n.1.* Filliucius *tract.19. c.9. n.241.* Murga *tom.2. diſq.22. dub.2. n.8.* Turrianus *2.2. diſp.93. dub.2. n.2.* Anton. à Sp.S. *tract.13. n.110.* Diana *par.4. tract.2. reſ.78.* Henriquez *lib.14. c.12. n.6.*

Et ſi à delegato appelletur ad delegantem, poteſt alteri committere cauſam; nam tunc nec ipſe de cauſa cognoſcit. Gloſſ. *in c. Clericis. v. aut judicent. nè Clerici, vel Monachi,* ubi Hoſtienſis *n.3.* Butrius *n.6.* Tamburin. *lib.10. tract.4. de irregul. c.15. §.10. n.31.*

Hinc patet.

An, & quomodo ſit effugienda irregularitas à Prorege Sacerdote dante juriſdictionem judicandi?

5890 Nec Prorex Sacerdos dās Juriſdictionē judicandi.

NOn eſt, inquam, irregularis, nam irregularis eſt proferens ſententiam ſanguinis, non committens jutiſdictionem, ſicuti diximus: nec eſſe irregularem ſi delegatus atrocem ſententiam mortis latam à delegante temperet in mitiorem. Layman *lib.3. ſect.5. tr.3. par.3. c.7. n.4.* Anton. à Sp.S. *tract.13. n.110.*

An conditores legum imponentes pœnam mortis naturalis in delinquentes, ſint irregulares?

5891 Nec legum cōditores imponentes pœnam ſanguinis.

NEga: quia leges per ſe reſpiciunt bonum commune, & ſic non dicuntur immites. Majolus *lib.2. de irregul. c.5. n.16.*

Quot irregularitates contrahat Judex condemnans plures?

DIſtinguas: vel condemnat multiplici, vel una ſententia.

5892 Judex tot irregularitates incurrit, quot ſententias profert.

Si mnltiplici; tunc tot contrahit irregularitates, quot profert ſententias morte, vel mutilatione ſequuta; quia una occiſio cum alia non cònjungitur. Ugolinus *de irregul. c.5. §.9.* Dicaſtillus *tract.10. diſp.7. à n.773.*

5893 Secùs ſi una plures condemnet.

Si verò una ſententia plures condemnet ad mortem, mutilationem; tunc ſubdiſtinguunt: vel hujoſmodi carnificina eſt diverſis temporibus exequenda, vel eodem tempore, & loco.

Si diverſis temporibus, multiplicem contrahere irregularitatem ait Dicaſtill. *loc. cit. n.778.*

Si verò eodem loco, & tempore fiat, unam irregularitatem contrahere aſſerunt plures, quia eſt moralis una occiſio. Tamburr. *lib.10. tract.4. c.15. §.10. n.18.* At Bonacina *diſp.7. q.4. puncto 1. n. 26.* ait unam abſolutè contrahi irregularitatem ob nnitatem ſententiæ, & unam contrahit blaſphemiæ malitiam plures baſphemias ſucceſſivè contiguè dicens.

Auctoris judicium.

At mihi res dubia videtur, quia licèt quævis ſententia ſit individua, tamen ſunt tot ſententiæ, quot ſunt res, quot ſunt rei: nec illæ mortes, mutilationes ſunt effectus particulares uuius ſententiæ, ſed ſinguli ſunt effectus totales multiplicis ſententiæ; itaut ſi in uno ſententia corruat, non corruat in alio.

Fateor tamen adhuc ſubſtineri poſſe eſſe unam irregularitatem, quia moraliter Judex ſemel damnat omnes, nec exequutio tribuitur Judici, ſed exequutoribus, qui exequentes ſententiam contrahunt irregularitates.

Hinc reſolvitur unam contrahi à Judice irregularitatem ſententiando, ut ambæ manus ſimul abſcindantur. Ugolinus *de irregul. c.5. §.9. n.3.* Tamburr. *lib.10. tract.4. c.15. §.10. n.20.*

Sed

Quiſnam Judex irregularis à quo, vel ad quem eſt appellatum?

5894 In judicio appellationis, qui Judex eſt irregularis.

DIſtinguas: vel confirmatur prima ſententia, itaut illa cooperetur cum confirmatione facta à ſecundo Judice; & tunc hic ſecundus Jndex eſt irregularis, quia non ſententia à quo eſt appellatum, ſed ſententia Judicis ad quem eſt appellatum, qua deciditur malè appellatum, & benè proviſum, eſt efficax cauſa mortis, & ex prima ſententia non poterat mors ſequi appellatione interjecta; ergo Judex à quo per ſuam ſententiam non eſt cauſa efficax mortis.

Idque multo fortiùs ſi Judex ad quem dicat benè appellatum, & malè proviſum: ſed dato termino ad non poſita apponendum, & cumulatis probationibus etiam condemnet; nam tunc in dubio non primus Judex à cujus ſententia ſolt receſſum, ſed Judex ad quem eſt efficax, & ſola cauſa mortis, vel mutilationis. Tamburr. *loc. cit. n.21.*

An peccet Clericus ſpontè contrahens irregularitatem ex defectu lenitatis?

5895 Quando Clericus peccat contrahendo irregularitatem ex defectu lenitatis.

Diſtinguas: vel conſideratur ſola inhabilitas irregularitatis, vel aliquid aliud.

Si primum, nega in Clerico in minoribus; nam hic ut poteſt deponere habitum, & ſic nolle uti ordinibus nubendo cum vidua: ita poteſt licitè Judicis officium in criminalibus exequi etiam in cauſa ſanguinis.

Si verò conſideretur aliquid aliud; tunc eſt peccatum grave, vel leve ex circumſtantiis: grave in Parocho; nam inde obveniret gregi damnum grave, etiam in ſacris conſtituto, ſi vellet judicare in cauſa ſanguinis ob ſcandalum. Sic etiam grave eſſet ſi Judex Eccleſiaſticus ſententiam ſanguinis proferret tanquam contemtor Canonum id prohibentium *in c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi. in c. ſæpè. 23. q. 8.*

Si verò ſententiam ſanguinis non proferret, ſed carnifici diceret occidas, interfice confeſtim, tunc ex levitate eſſet veniale. Dicaſtill. *tract. 10. de cenſ. q. 7. n. 771.*

Confeſſarius, & Juriſconſultus an ſit irregularis, interrogatus reſpondens judici teneri ad damnandum morti reum?

5896 Confeſſarius, & Juriſconſultus non ſunt irregulares, ſi conſulto dicant Reū eſſe dignū morte.

Nega: quia tunc non ſe gerit ut pars judicii, nec ut juſtitiæ miniſter; poteſtque dicere talem reum eſſe damnandum, ut poteſt dicere omnes homines homicidas eſſe morte plectendos, quia non venit ut pars judicii, & in univerſali omnes injuſti homicidæ ſunt morte damnandi, expreſsè continetur particularis homicida: ſicque poteſt etiam confeſſarius dicere ſe aliter abſolvere nolle, niſi crimineſum morte puniat; quia non eſt id actus judicialis, ſed privatæ obligationis confeſſarii conſulentis animæ pœnitentis, in quo nullus eſt defectus manſuetudinis. Vaſquez, quem ſequitur Turrianus *lib. 9. de cenſuris diſp. 66. n. 4. v. ſolet autem.* Suarius *de cenſuris diſp. 47. ſect. 1. n. 8. in fine.* Diana *p. 3. tract. 5. reſol.* 80. Dicaſtillus *tr. 10. de cenſuris diſp. 7. n.* 684. & 692. Henriquez *lib. 14. c. 13. n. 4. lit. R.* Molina *tom. 3. diſp. 74. n. 18.* Avila *p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 6. col. 4.* Sayrus *lib. 6. c. 18. n. 16.* Reginaldus *lib. 30. n. 138.* Bonac. Palaus, & alii plures, quibus ſubſcribit Leander *tom. 5. tr. 2. de irregular. diſp. 7. q. 31. &* 35. Ant. à Sp. S. *tr. 13. n. 112.*

An ſit irregularis confeſſarius conſulens reo, ut fateatur delictum, quando ad id tenetur, unde reus damnatur ad mortem?

5897 Nec ſi conſulatur Reo, ut fateatur delictum, quando tenetur fateri.

Nega: quia id non agit, ut faciens partem in judicio illo criminali, unde conſulens animæ pœnitentis nullum oſtendit manſuetudinis defectum, & ſic non eſt irregularis. Henriquez *loc. cit.* Ugolinus *c. 16. n. 12.* Palaus *diſp. 6. puncto 14. §. 3. n. 9.* Dicaſtillus *loc. cit. n.* 692. contra Giballinum *q. 3. conſectario 7. difficult.* 10. Sayrum *lib. 6. c. 18. n. 26.*

Sed quid

Si confeſſarius conſulat, ut appellet reus à ſententia mortis appellare potens, vel ut fateatur delictum, quando fateri nequit?

5898 Secùs ſi conſulat Reo facere, quod non tenetur, morte ſecuta.

Eſſe irregularem morte ſequuta ait Giballinus *loc. cit. conſect. 2. difficult.* 10.

Mihi diſtinguendum videtur: vel loquimur de irregularitate ex defecto lenitatis, vel de irregularitate ex delicto.

Si de irregularitate ex defectu lenitatis, puto illam non contrahi; quia talis conſulens non facit in judicio partem, nec jure oppoſitum invenitur expreſſum.

Si verò loquamur de irregularitate ex delicto homicidii, ſubdiſtinguas: vel talis confeſſarius habet opinionem probabilem ad ita conſulendum, vel caret opinione probabili.

Si habet probabilem opinionem, ut non peccat ita conſulens: ita nec contrahit ex delicto irregularitatem.

Si verò careat opinione probabili; tunc ex delicto imprudentis conſilii influentis in mortem rei eſt irregularis; nam adigit ad mortem reum imprudenti ſuo conſilio. Dicaſtillus *loc. cit. n.* 695.

An juriſconſultus conſulens aliquem denunciandum, vel ut Judex juſtitiam faciat, ſit irregularis?

5899 Conſulens aliquem denunciandū, aut, ut Judex faciat juſtitiā non eſt irregularis.

Nega: ſi id non agat ex officio, faciendo partem in judicio; nam tunc ut non ingreditur judicium, ita non conflat cauſam judicialem mortis. Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 74. num. 5.*

Accuſator, denunciator Laicus, Clericuſve in cauſa ſanguinis, an ſit irregularis morte, mutilatione, ejuſque acceleratione ſequuta?

5900 Accuſator, aut denūciator eſt irregularis morte ſecuta.

Affirma: nam faciunt partes in judicio criminali condemnatorio, & ſic influunt ut ceteræ partes in mortem, ac mutilationem accuſati, & denunciati ſequutam. *c. aliquantum. diſt. 51. c. ſi quis viduam. diſt. 50. c. ſententiam ſanguinis 9. nè Clerici, vel Monachi. c. 2. c. fin. de homic. in 6.*

Intelligas, ſi crimen denunciati, accuſati illam pœnam mereatur; nam ſi illam non mereatur, ſed malitia judicis, vel ob reſiſtentiam Judici factam, vel aliorum criminum detectione aliter judicia officio, vel ab aliis facta, vel ſi ſe defendens à ſatellitibus occidatur, vel mutiletur morte, & mutilatione, ita, vel aliter ſequuta, non eſt irregularis; quia ejus denunciatio, & accuſatio cùm non ſit cauſa, non influit in reo mutilationem, & internecionem. *c. poſtulaſti.* ubi Gloſſa *de homicidio*, & judicis malitia, vel imperitia non debet accuſatori, vel denuncianti nocere. Monachus in *c. 2. n. 2. de homic. in* 6. ubi Geminianus *n. 7.* Soccinus *in c. poſtulaſti. n. 5. de homic.* Abbas *in c. de cætero. de teſtibus.* Navarrus *c. 27. n. 214.* Covarruvias in Clementina *ſi furioſus. 2. p. §. 5. n. 2.* Farinacius *p. 1. fragm. criminalium. v. Clericis num. 408. &* 411. Henriquez *lib. 14. c. 12. n. 8.* Sayrus *lib. 6. c. 16. n. 7.* Avila *p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 9.* Leander *loc. cit. q. 44.* Dicaſtillus *tr. 10. diſp. 7. nu. 727. &* 730. Anton. à Sp. S. *tr. 13. n. 119.*

Si communitas Civitatis, vel ſimilis accuſet reum morte ſequuta, quis ſit irregularis?

5901 Quid de Cōmunitate accuſante.

Non eſt irregularis tota communitas, quæ eſt incapax ordinis, ſed particulares communitatem repreſentantes, accuſantes mediante ſindico, vel procuratore, ſunt irregulares, niſi præmiſerint proteſtationem, de qua infra; nam influunt ut partes judicii in mortem. *c. ſententiam ſanguinis. 9. nè Clerici, vel Monachi.* Ant. à Sp. S. *tr. 13. n. 119. in fine.* Dicaſtillus *loc. cit. n. 743.* Ugolinus *de irregular. c. 6. §.*

Pro-

Digitized by Google

Proteſtatio requiſita, ut accuſans, vel denuncians, vel tradens ſeculari brachio evitet irregularitatem.

§. III.

An ſit irregularis accuſans, denuncians, tradens ſeculari brachio reum, ſe proteſtans id agere remota pœna ſanguinis, tantùm civiliter pro intereſſe ſuorum, Eccleſiæ?

5902 Accuſans, vel denuncians proteſtans remota pœna ſanguinis, non eſt irregularis. NEga: etiamſi alia via poſſit extrajudicialiter intereſſe, ſatisfactionem obtinere. Patet ex *c. Prælatis, vel Clericis quibuſcumque, qui de Laicis ſuis malefactoribus quærelam penès ſecularem Judicem deponentes petunt emendam ſibi fieri, & provideri, nè contra eos talia de cætero præſumantur, proteſtando expreſſè, quòd ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, imputari non debet: quamvis aliàs in tali Caſu de jure debeat pœna ſanguinis irrogari, ſi Judex mortem illis inferat, juſtitia exigente. 2. de homic.in* 6. & ità intelligitur text. in *c.Maximianus* 2.23.*q*.3. *& in c. poſtulaſti. de homic.* Felinus *in c.ſignificaſti. il* 2. *de homic.* Navarrus *c.27.n.*213. Covarr. in Clementina *ſi furioſus.2.p.§.5. n.4.* Suarius *de cenſ.diſp.47. nn.7. ſect.* 2. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 7. *n*.703.711.715. & 719. Palaus *de cenſuris diſp.* 6. *puncto* 14.§.2.*n*.6.& 7. Farinacius *p. 1. tract. criminal.*v.*Clericus n.*427. Anton.à Sp.S. *tr.*13. *n.*125. Molina *diſp.*8.*n.*8.

Requiſita Proteſtationis.

§. IV.

5903 Quæ requiruntur, ut proteſtatio evitet irregularitatem. REquiritur primo ut hæc proteſtatio relevet, ut ſit expreſſa, externa *d.c.prælatis.* 2. ibi: *proteſtando expreſſè.de homic. in* 6.

Secundo requiritur, ut accuſans, vel denuncians agat pro intereſſe ſuo, itaut non relevet ſi accuſet ad favorem tertii, vel in delictis publicis.*d.c.prælatis* 2. ibi: *ſuis malefactoribus.*

Tertio requiritur, ut proteſtatio fiat ſaltem antequam ſententia à Judice feratur, vel in ipſo libello, vel verbis in actu judiciali; nam aliud non exprimitur in *d. c.prælatis* 2. Avila *p.7. de cenſuris diſp.5.ſect.2.dub.19.concl.*2. Covarr. in Clem. *ſi furioſus.2.p.§.9.* Diana *p.4. tract.2. reſol.*75. Leander *loc.cit. q.*49. Dicaſtillus *loc. cit. n.*705. Ant.à Sp.S. *tract.*13.*n.*116.

Dixi *in actu judiciali*, non quia id exigatur in *d.c.prælatis* 2. ſed ut poſſit probare ſe proteſtatum: In conſcientia namque ſatis eſt proteſtatio expreſſa ſaltem verbis, vel ſcripto: At ad cavendas vexationes in ipſo judicio fieri valet, vel publico inſtrumento. *c.propoſuit. de Clerico excom.miniſtrante. c.ex diligenti. in fine. de fide inſtrumentorum.* Gloſſa in *d. c. prælatis* 2. v. *proteſtandum.* Farinacius *p.1.fragm.criminalium.* v.*Clericus n.*431. citans V. DD.

Quarto in hac Civitate, & Provincia requiritur in proteſtatione facta à Clerico licentia Ordinarii, ex Concilio Provinciali.*c.22.de vita, & honeſtate Clericorum.*

Sed difficultas eſt.

Coram quo Judice proteſtandum?

§. V.

5904 Coram Judice cauſæ criminalis proteſtandũ eſt. COram Judice cauſæ criminalis. *c. prælatis* 2. *de homic.in* 6. ibi: *penès ſecularem Judicem proteſtando expreſſè*, quæ ut diximus, proteſtatio non eſt facienda in ſcriptis, niſi ut probetur factum Judice Eccleſiaſtico petente; nam jura quando aliquid in ſcriptis volunt, id exprimunt. *c.1. de ſent.excom.in* 6. Ugolinus *de irregularitate c.8. §.7.* Dicaſtillus *loc.cit.n.*636.

An requiratur proteſtatio in accuſatione coram Judice Eccleſiaſtico?

NEga: etiamſi delicta ſint enormiſſima, quia Eccleſiaſticus ad mortem non damnat, & in traditione brachio ſeculari præmittitur proteſtatio à Judice nomine omnium, qui fuerunt præſentes in illius Judicio. Farinacius *p.1. fragm.criminal.* v.*Clericus n.* 418. *c.*11.*n.*5. Lopez, & Diaz *in pract.crim.c.*98. *n.*14. Henriq. *lib.*14. *c.*11.*n.*5. Villalobos *tract.*21. *difficul.*26. *n.*9. idque licèt cauſa deinde terminetur coram Judice Laico. Felinus in *c.poſtulaſti.de homicidio.* Majolus 2. *de irregular. c.7. n.*4. 5905 Proteſtatio non requiritur in accuſatione coram Judice Eccleſiaſtico.

An evitetur irregularitas, ſi quis tantùm exteriùs, non interiùs proteſtetur?

AFfirma: etiamſi interiùs deſideret, ſcietque reum interimendum; nam aliud non exigitur, quàm proteſtatio in *d.c.prælatis* 2. *de homic.in* 6. ubi Joannes Andreas v. *non debet*, nec ibi cavetur, ut ex animo etiam interiùs proteſtatio fiat. Sayrus *lib.6.de cenſuris c.18.n.4.* Avila *p.7.diſp.5.ſect.2. dub 9. concluſ.* 6. Turrianus *lib.9.de cenſuris diſp.66. dub.2.* Diana *p.4. tr. 2. reſol.*75. Dicaſtillus *tract.10.diſp.7.n.*703.& 714. Anton. à Sp. S. *tract.*13. *n.*117. Chriſtophorus à S. Joſeph v. *cenſura de irregularitate dub.* 11. §.4.*n.*2. Henriquez *lib.14.c.11.§.4. lit.R*, Leander *loc.cit.q.*47. contra Navarrum *c. 27. n.*226. requirentem etiam internam proteſtationem, ſcilicet nè interiùs intendatur mors, & contra Sylveſtrum v. *homicidium* 2. *q.*8. ajentem irregularem, etiam præmiſſa proteſtatione, ſi alia via valeat rem ſuam recuperare. 5906 Sufficit exteriùs proteſtari.

An accuſans ob verum intereſſe, & damnum ſibi illatum præmiſſa proteſtatione, probans peccaminosè mediis falſis, ſit irregularis?

5907 Valens accuſare cum proteſtatione, etſi falsè probet delictum, non eſt irregularis. NEga: nam re vera agit pro ſuo intereſſe, & ſic in re nulla eſt injuſtitia, etiam reo a Judice ad mortem damnato. Chriſtophorus à S. Joſeph *loc.cit.* Ant.à Sp.S. *n.*118.

An oblitus ignorans, non præmittens proteſtationem debitam, ſit irregularis accuſando in cauſa ſanguinis?

5908 Ignorans, aut oblitus de proteſtatione, accuſans fit irregularis. AFfirma: quia hæc non eſt ex delicto, ſed ex defectu, quam ignorantia, & oblivio non tollit. Dicaſtillus *loc.cit. n.*732. Henriquez *lib.14.c.12.n.4.de irregul.lit.T.*

An qui tenetur denunciare, omittens proteſtationem, ſit irregularis?

5909 Secùs ſi quis teneatur denunciare. NEga: aliàs lex cogens ad denunciandum, cogeret ad delinquendum, contra Capitulum *ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi*, & ſic denuncians hæreticum, patriæque proditorem non eſt irregularis. Cajetanus 2. 2. *q.33.art.3.* Sotus 5.*de juſtit.q.5.art.1.ad* 4. Majolus *lib.2. de irregul.c.3.n.4.* Lopez, & Diaz in *pract.crimin.Canon.cap.58.n.5.*

An ſit irregularis conſulens, cum proteſtatione alteri, ut accuſet?

5910 Nec conſulens, ut accuſet cum proteſtatione. NEga: imò etiam omiſſa proteſtatione, quia hæc non eſt pars judicii, ut ex dictis ſuadetur. Comitulus *lib.6.q.59.* Filliucius *tract.19.c.9.q.9.n.*249. Dicaſtillus *loc.cit.n.*734.

An Clericus ſit irregularis clamans ſuffurari bona, ſi fur inde captus morti tradatur?

5911 Nec clamans adeſſe fures, ſi capti occidantur. NEga. *c.tua nos. de homic.* clamor enim eſt defenſionis, non accuſationis actus, nec eſt pars judicii, Judice tunc ex officio procedente; idemque eſt ſi vicini clamore excitati, trucident, aut captum Judici tradant, dum-

modo Clericus moneat, nè fur occidatur. Eſt enim actus inculpatæ defenſionis. Dicaſtillus *tract.10.de cenſuris diſp.7.n.957.* citans IX.DD. Layman *lib.3.ſect.5.tract.3.p.3. c.7. n.5.* Sayrus *lib.6.c.18.dub.5.n.9.*

Imò ſi ipſe Clericus furem teneat, & Judici tradat, ut recuperet bona ſua facta proteſtatione prædicta, nec eſt irregularis *d. c. Prælatis 2. de homic.in* 6. Sayrus *lib.6.c.8.n.7.*

Advocatus, Procurator accuſatoris.

§. IV.

5912 Advocatus, Procurator accuſatoris eſt irregularis morte ſecuta.

ABſolutè eſt irregularis morte, mutilatione ſequuta, nam eſt pars judicii. *c.aliquantos.1.diſt.51.c.illud* 23.*q*.4. Butrius *in c.Clericus.n.2.&* 6. *nè Clerici, vel Monachi.* Farinacius *p.1. fragm.crimin.v.Clericus n.293.* citans X. DD.

Teſtes accuſatoris an ſint irregulares?

§. V.

5913 Et teſtes accuſatoris.

AFfirma: morte, mutilatione, vel ejus acceleratione ſequuta. *c.aliquantos. diſt.*51. ſive deponat de delicto, ſive de fama delicti, ſive reum ſolitum deferre arma; nam ſemper influit in mortem, motilationem, vel ejus accelerationem. Suarez *de cenſuris diſp.47. ſect.* 4. *n*.2. Sayrus *loc.cit.n.9.*

An non influens in mortem, mutilationem, ejuſque accelerationem, ſit irregularis?

5914 Non verò, qui non influit in mortem.

NEga: ſicuti enim morte non ſequuta, non eſt irregularis: ita etiam ſi non influat in mortem; nam tunc mors ex depoſitione teſtium non ſequitur. Navarrus *c.27.n.111.* Anton. à Sp.S. *tract.3.n.12.*

Hinc ſi plures teſtes ſucceſſivè deponant, itaut ultimi ſuperfluant; tunc illi, qui ſuperfluunt, nec influunt in mortem, ejuſque accelerationem, non ſunt irregulares. Bonac.*diſp.7. qu.* 4. *puncto 3.n.2.* Ugolinus *c.7. n.* 4. Leander *de irregular.tract.2.diſp.7.q.71.* contra Avilam *p. 7. de cenſuris diſp.5. ſect.3. dub.*12. Sayrum *lib. 6. theſauri.*

Hinc ſecundo nec eſt irregularis teſtis adhibitus in prolatione ſententiæ, juxtà Capitulum *quoniam contra. de probationibus.* contra Majolum 2. *de irregularit. c.* 8. *n.5.* niſi in caſu, quo ſine ipſo ſententia condemnans eſſet nulla; nam tunc reddens ſententiam validam cooperatur, & cum ſententia influit in rei necem.

An deponens coactus metu mortis, carcerum, Judicis præcepto, jure naturali, ſit irregularis?

5915 Coacte metu mortis deponēs jure naturali nō eſt irregularis.

NEga, nam tunc deponit, ut ſibi proſpiciatur, quoad animam, & corpus evitando malum comminatum, vel peccatum, & ſic non dicitur immitis; & imprudens eſſet non deponendo, cum tanto onere cadente in virum conſtantem: & ſic non contrahit defectum lenitatis prudenter deponens; nam ex defectu imprudentis lenitatis contrahitur Irregularitas. Cajetan. 2.2.*q.64.dub.*8.

Et conſequenter, qui indigitat reum fugientem ſe abſcendentem coactus metu cadente in virum conſtantem, vel ut legi naturali ſatisfaciat, qua pars debet toti pereunti ſubvenire, excuſatur ab irregularitate, etiam ſine proteſtatione deponens. Ant. à Sp.S. *tract.13. num.*212. Gobat *tract.8.n.663.* vel ad ſummum cum proteſtatione. Sayrus *lib.6. theſauri c.16. n.9.* Henriquez *lib.14.n.13.in fine.* Baſſæus v. *irregularitas 5. n. 13.* Præpoſitus 3. *p. q. 7. de irregular. n.* 205. Leander *loc. cit. q.68.* & 69. Dicaſtillus *loc.cit.n.746.*

An proteſtatio proſit teſti liberè deponenti, & advocato, ut prodeſt accuſatori?

5916 Quando proteſtatio prodeſt teſti, & Advocato.

DIſtinguas: vel deponunt in cauſa merè criminali ſanguinis, vel in cauſa, prout Civilis, quò ad intereſſe partis.

Si in cauſa merè criminali ſanguinis, tunc proteſtatio non relevat; quia proteſtatio prodeſt actori pro ſuo intereſſe. *c.prælatis 2.de homic.in* 6. & teſtis, & advocatus in tali cauſa ſanguinis nullum habent intereſſe. Secundo quia eſſet proteſtatio contraria facto, cùm depoſitio, & poſtulatio per ſe tunc tendant ad necem, & ſic comprehenduntur in *c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi.* Suarius *de cenſ. diſp.47. ſect.3.* Ugolinus *de irregular.c.6.§.9. num.3.* Covarr. in Clem. *ſi furioſus.par.2.§.5.n.5.* Reginaldus *lib.3.n.133.* Diana *p.4.tract.2. de irregular. reſ.2.* Dicaſtillus *loc. cit. n.745.* Anton. à Sp. S. *tract.13.n.212.*

Si verò poſtulet, & deponat in cauſa, prout eſt Civilis, qualis eſt, ſi reſpiciat partis Intereſſe: & tunc affirma non eſſe irregularem, & ſic proteſtationem relevaret; quia poſtulatio, & proteſtatio, per ſe non reſpicit cauſam ſanguinis, ſed partis utilitatem, & conſequenter non eſt proteſtatio contraria facto.

Secundo, quia quod prodeſt accuſatori, debet prodeſſe advocato, & teſti, ſecùs inutiliter prodeſſet accuſatori, nemine pro illo poſtulante, vel deponente metu irregularitatis. Archidiaconus in Clementina *teſtimonium. de teſtibus.* Turrecremata in *c. teſtamentum.11. q.* 1. Bajardus ad *Clarum in §.fin.q.24.n.48.* Giballinus *c.4. de irregular. q.3. conſect.7. difficult.5. nu.66.* Palaus *diſp.6.puncto 14. §.3.n.4.* Macadus *tom. 1. lib.1. p.3.tract.8.documento 7. n.4.*

An teſtes, & Advocati ad favorem Rei damnati, ſint irregulares?

5917 Teſtes, & Advocati in favorem Rei damnati nō ſunt irregulares.

NEga, quia non influunt in illius necem. Suarius *de cenſuris diſp.47.ſect.4.n.6.* Villalobos *tract.21.difficult.27.n.6.* Leander *loc.cit. q.29.* Cornejus 3. *p. diſp. 11. dub.7. q.7.* contra Majolum *lib.4.de irregular.c.8.n.2.* niſi advocati imperitia mors ſequatur; nam tunc eſt irregularis ex quaſi delicto influens in mortem. Hoſtienſis in *c. 1. n. 1. de poſtulando.* Navarrus *c.27.n.228.* Palaus *diſp.6. de cenſuris puncto 14. §.3.n.6.* Suarius *de cenſuris diſp.47.ſect.4.num.6.* Anton. à Sp. S. *tract.13. n.124.* Dicaſtilius *tract. 10.diſp.7.n.759.*

An teſtis, & advocatus pro reo, ſit irregularis, ſi accuſator, calumniator, puniatur morte, vel mutilatione?

5918 Nec ſi accuſator, calumniator morte puniſtur.

NEga, niſi advocatus inſtet pro tali punitione; tunc enim ipſe ſolus advocatus eſt irregularis: ſi autem non inſtet, ut puniatur calumniator; tunc nullus eſt irregularis defectu lenitatis, quia tunc teſtificatio, & poſtulatio per ſe tendunt ad liberandum innocentem reum, & præter intentionem ſequitur calumniatoris damnatio. Ugolinus *de irregular. c. 7. n.7.* Sayrus *lib.6. c.16. num.11.* Farinacius *p.1. fragm. crimin. v. Clericus n.396. &* 404. citans Lopez, & Diaz *in pract. crimin. Canonica c.* 98. *n.22.* Dicaſtillus *tract 10.diſp.7. n.753.* Covarr. in Clem. *ſi furioſus. 2.p.§.5. n.5.* Palaus *de cenſuris diſp.6.puncto 14. §.3.n.6.* Ugolinus *diſp.74. n.11.* Sayrus *lib.6.c.16.n.11.*

An

An ſit irregularis Advocatus pro defenſione rei innocentis detegens calumniam accuſatoris inde necandi?

5919 Nec Advocatus detegens calumniam accuſatoris inde damnati.

NEga. Præpoſitus de *irregular.q.5.* Giballinus *lib.6.de irregular.c.4.q.3. conſectar.7. diff.* 16. *n.* 68. fortè quia id tendit per ſe ad defendendum reum innocentem, & præter ejus intentionem ſequitur calumniatoris mors.

Sed ſi injuſtè id advocatus faceret; tunc ex tali delicto contra juſtitiam perpatrato eſſet irregularis. Bonac.*diſp.7.q.4.puncto* 3.§.5.

An advocatus petens accuſatorem puniri pœna talionis, morte ſequuta ſit irregularis?

5920 Eſt irregularis verò ſi petat accuſatorem puniri pœna talionis.

AFfirma: etiam proteſtatione præmiſſa; quia tunc non intendit rei defenſionem, ſed mortem accuſatoris, & proteſtatio eſt contraria facto, nec eſt ad proprium intereſſe requiſitum in *c.prælatis* 2.*de homic.in* 6. Dicaſtillus *loc. cit. num.*756.

An idem, quod de advocato, dicendum de Procuratore accuſatoris?

5921 Idem dicendum de procuratore accuſatoris.

AFfirma: omnes enim ſunt irregulares morte, vel mutilatione ſequuta. *c. aliquantor. diſt.*51.*c. de his.c. ſicut viduum. diſt.*50. faciunt namque partes in judicio in cauſa ſanguinis, & ſic comprehenſi in *c. ſententiam ſanguinis.nè Clerici, vel Monachi.* Covarruvias in Clementina *ſi furioſus.p.*2.§.3.Suarius *diſp.*47.*ſect.*3. Dicaſtillus *loc. cit. n.* 760., niſi metu gravi cadente in virum conſtantem officium exequantur; nam leges non obligant cum gravi onere. *c.erit.diſt.*4. Majolus *lib.*2.*de irregular.c.*8. Dicaſtillus *loc.cit.n.*763.

Curiales, cæterique miniſtri ex officio prolationis, & exequutionis ſententiæ ſanguinis an ſint irregulares.

5922 Miniſtri Curiæ ex officio cooperantes ad mortem Rei, ſunt irregulares.

AFfirma. *c. ſententiam ſanguinis. nè Clerici, vel Monachi. c.Clericum. c.miror. diſt.* 50. & ſic ſunt irregulares Actuarii, Notarii, Scribæ Lictores, Satellites, Carniſex, Preco denuncians mortis cauſam, & omnes ex officio neci cooperantes, Capitanii comitantes reum in cauſa ſanguinis. *c.*1. ubi Gloſſa *diſt.* 51. *c. ſententiam ſanguinis.nè Clerici, vel Monachi.* Sylveſter *v.ordo* 4. Navarrus *c.*27.*n.*212.Suarez *tom.*5.*de cenſuris diſp.*47.*ſect.*4.*n* 1. Henriq. *lib.*14. *c.*12. *n.*2. Baſſæus *v.irregular.*5.*n.*3. Cornejus 3.*p.diſp.*11. *dub.*1.*v.*3.*ſit.* Giballinus *loc.cit.diffic.*11. Villalobos *tract.*21.*difficult.* 27. *n.*5. Cuſtodes, carcerem aperientes, ut reus ducatur ad ſupplicium ſunt irregulares ſecundum Baſſæum *loc. cit.* Villalobos *loc.cit. n.*5. Sed oppoſitum aſſerit Dicaſtillus *tract.*10.*diſp.*7.*num.*569. quia eſt actus indifferens per ſe non reſpiciens ſententiam ſanguinis, nec ejus exequutionem, & aperire carceres poteſt eſſe ad liberandum.

Sed difficultas eſt.

An pulſans Campanas in ſignum exequutionis ſententiæ ſanguinis ſit irregularis ex defectu lenitatis?

5923 Quando pulſans Campanas fiat irregularis.

DIſtinguas: vel pulſat ut miniſter juſtitiæ ad convocandos milites, ac miniſtros pro comitando reo, vel ad monendos ſubditos, ut orent, aut timore pœnæ averſentur flagitia.

Si primum, ſunt irregulares, ſecùs ſi ſecundum. Ugolinus *de irregul.c.*11.§.6.*n.*1.Covarr.*in Clem. ſi furioſus. par.*2. §. 4. *n.* 1. Bonacina *qu.*4. *puncto* 1.*n.*14. Dicaſtillus *tract.*10.*de cenſ.diſp.*7. *num.*652.

In dubio autem ſemper præſumitur ad exemplum, non ad ultionem; nam hic debet eſſe finis juſtitiæ, & juriſdictionis. Cicero 1.*de officiis*, & reſponſio aſſignatur à Seneca 1. *de ira*, quia nemo odit partem ſui corporis. Juſtus Lipſius *politicorum lib.*4.*c.*7. concludens melius eſſe tenere vitioſas partes, quàm ſecare, & animadverſionem referri debere ad Reipublicæ utilitatem, itaut Princeps invitus ad caſtigandum veniat, & conſequenter improbi abſcindendi, non ultionis cauſa, ſed ut ſcelerati Cives in poſterum deterreantur; ergo pulſus Campanæ in dubio ad alios metu pœnæ terrendos, non ad convocandos juſtitiæ miniſtros præſumitur.

Privati homines cooperantes ſententiæ ſanguinis, vel mutilationis, ejuſve accelerationis an ſint irregulares ex defectu lenitatis?

ANALYSIS.

PAtet ex dictis: nam ſunt irregulares perſonæ publicæ, & privatæ, quæ in judicio partem faciunt, non verò ceteræ, quæ hoc non faciunt; nam aliud jure non invenitur expreſſum. *c.ſententiam ſanguinis.nè Clerici, vel Monachi.* Arriaga *tom.*8. *de pænitentia diſp.*43. *ſect.*6.*n.*25. Murga *tom.*2.*diſquiſit.* 22.*dub.*2.*n.*5. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſ. diſp.*7.*n.*770. ajens irregularitatem ex defectu lenitatis ſolòm contrahi ab illis, qui judiciali auctoritate dicunt, vel exequuntur ſententiam ſanguinis, vel mutilationis, ejuſvè accelerationis. Gobat *tract.*8. *n.*658.& 660. Tamburrinus *lib.*10.*tract.*4.*c.*15. §.13.*n.*7. — 5924 Omnes cooperantes morti, aut mutilationi ſunt irregulares.

Hinc reſolvitur primo, famulum juſſu Domini Judicis ferentem proceſſum, equum miniſtro juſtitiæ, non eſſe irregularem; quia id non agit judiciali, ſed privata auctoritate. Baſſæus *v.irregularitas* 5. *n.*3. Cornejus *diſp.*11. *dub.*1. *v.*3.*ſit.* Henriquez *lib.*14.*c.*12.*n.*2. Sayrus *de irregular. diſp.*2. *diffic.*11. *n.*39. Leander *loc. cit. qu.*88.& 91.

Unde nec Secretarius Principis ſcribens nomine Principis Judici, ut pergat ad condemnationem, & mortem rei, eſt irregularis; quia partem in judicio non facit; imò nec Judicis famulus ſententiam ſcribens, & ita ſcribens ut privatus, eſt irregularis; quia non facit id ex officio, nec ex perſona publica.

Vendens, conficiens furcas, ſcalas, funes, theatrum, arma, an ſit irregularis?

5925 Vendens, cōficiēs furcas, & alia nō eſt irregularis.

NOn eſt irregularis, quia id non agit ex officio, nec ad judicium ſententiæ ſanguinis cooperatur judicialiter, nec iſte numeratur inter miniſtros juſtitiæ. Turrianus *lib.*9.*de cenſ. diſp.*66. *dub.*3. Palaus *diſp.*6. *punct.*14. §.4.*n.*2. Murga *tom.*2. *diſquiſit.*22. *dub.*2.*n.*13. Macadus *lib.*1.*par.*3.*tract.*13.*documento* 5.*num.* 5. Baſſæus *v. irregularitas* 5. *n.*3. Leander *loc. cit. qu.* 95. Coninck *de Sacram.diſp.*18.*dub.*10.*n.*92. Hurtadus *diſp.*2. *diffic.*11. unde nec etiam ducens currum eſt irregularis, quia nec tunc ducit ut perſona publica, nec in judicio partem facit.

Sed difficultas eſt.

An ſit irregularis inſtruens inexpertum carnificem, ut ſine tanto dolore rei poſſit ſuum munus exequi?

5926 Nec inſtruēs inexpertum carnificem.

NEga; nam id non agit ut faciens partem in judicio: imò exercet actum caritatis erga reum, imò ad id teneretur ex caritate, ſi timeret reum ob doloris impatientiam peccaturum. Gobat *tract.*8.*n.*664. Murga *tom.*2.*diſq.*22. *dub.*2.*n.*12. citans Caſpenſem, & Dianam.

An

Digitized by Google

An impetrans, ut Reus ducatur ad ſupplicium alia, vel breviori via: puta ad evitandam infamiam, vel nè à populo detineatur, ſit irregularis?

5927 Nec impetrãs, ut Reus alia, vel breviori via ducatur.

NEga; nam non per hoc gerit ſe ut perſona publica, nec facit partem in judicio: unde mortem non accelerat ex vi ſua juridicæ auctoritatis, idest ut miniſter juſtitiæ. Pellizzarius *ſect.4. qu.14.n.173.* Palans *diſp.6.puncto 14. §.4. num.2.* Diana *par.3. tract.2. reſol.71. & 79. & par.8.tract.7.reſol.61.*

An dicens Reo aſcende ſcalas, accomoda te ad recipiendum ictum, ſecuri collum ſubmitte, ſit irregularis?

5928 Nec dicens Reo, ut aſcẽdat ſcalas, & alia.

NEga: etiamsi inde mors acceleretur; nam id agit ut perſona privata, non faciens partem in judicio ſanguinis ex officio. Palaus *loc.cit.* Anton.à Sp.S.*tract.13.n.129.* Diana *p.6. tract.5.reſol.27.* Leander *loc.cit. qu.14.* dicentes nec eſſe irregularem dicentem carnifici, ut inſtrumenta meliùs aptet, nè reus crudeliùs trucidetur; non enim agit tunc, niſi ut perſona privata, motus pietate: unde nullus eſt lenitatis defectus. contra Navarr.*c.27.n.217.* Avilam *p.7. diſp.5.ſect.2.dub.1.* Cornejum *de irregul.diſp.11. dub.1.*

An voce, vel punctione inſtigans jumenta, unde celeriùs Reus moriatur, ſit irregularis?

5929 Nec inſtigãs jumenta, unde celeriùs Reus moriatur.

NEga: quia eſt privatus non faciens in judicio partem, nec illud agit ut miniſter juſtitiæ. Diana *par.3. tract.5.reſ.27.* citans plures. Hurtadus *diſp.2.de irregul.diffic.11.n.40.* Anton. à Sp. S. *tract.13. n.129.* plures apud Leandrum *q.99.* Gobat *tract.8.n.692.* Caſpenſis *25.de cenſ. diſp.5.ſect.13.n.95.* Murga *tom.2.diſp.22.tom.2. num.11.*

An Clerici particulares aſſiſtentes neci Rei ſint irregulares?

5930 Clerici particulares aſſiſtentes neci Rei non sũt irregulares.

NEga: nam non ſunt partes in judicio. Bonacina *q.4.puncto 2.n.16.* Filliucius *tr.19. n.238.* imò nec venialiter delinquunt præciſa vanitatis curioſitate; quia Canones id prohibentes, præſcripta conſuetudine ſunt abrogati. *c.fin. de conſuetudine.* Palaus *loc.cit. qu.14. n.2.* Diana *par.4.tract.2.reſ.30.* Leander *loc.cit.q.10.* Anton. à Sp.S. *tract.13. n.131.* contra Suarium *de cenſ. diſp.47.ſect.4.n.10.* Dicaſtillum *tract.10. de cenſ. diſp.7.n.653.* volentem peccare venialiter, & contra Sayrum *lib.2.c.16.n.20.* volentem peccare mortaliter.

Vertens ægrum per lectum, vel ex uno in alium locum transferens, puta ex lecto in lectum, vel dans ei potum, ſi ſine culpa id agat, ſit irregularis?

5931 Nec ſine culpa vertens ægrum per lectum, vel transferens de loco in locum.

NEga: licèt citiùs æger moriatur; nam tunc non peccat, non facit partem in judicio, nec talis irregularitas invenitur jure expreſſa. Bonacina *diſp.7.qu.4.puncto 7.n.12.* Reginaldus *in praxi tom.2.lib.30. tract.2.c.9. n.101.* Suarez *diſp.47. de cenſ. ſect.7.n.3.* Diana *par.5. tract.3. reſol.117.ex par.3.tract.5.reſol.79.* Giballin.*c.4. qu.2. confect.10.* Leander *tom.5. tract. 2. diſp. 9. q.33.34.& 35.* Megala *par.3.lib.7.c.1.q.5.n.56.* Filliucius *tom.1.tract.19.c.10.n.278.* Sotus *lib.5. de juſtit. q.1.art.9.* ridens Confeſſarium putantem ſe irregularem ſola punctione animantis accelerantem mortem rei. Dicaſtilius *tract.10. diſp.7. num.877.* citans X. DD. Gobat *tract.8. n.662.* Buſembaus *lib.7.Medullæ c.5.dub.4.n.4.* Layman *lib.3.par.3.tract.3.c.19.n.4.* contra Palatium *lib.1. de planctu Eccleſiæ. c.48.* Comitulum *lib.6. qu.52.n.2.* dicentem irregularem Sacerdotem conſulentem aliis, ut tollerent morientem è via, quia æger inter hæc mortuus eſt.

De Irregularitate ex Bello.

CAPUT XXIII.

§. I.

An Bellantes ſint irregulares?

5932 Bellans in bello injuſto ſecuta morte alicujus, eſt irregularis.

DIſtinguas: vel bellum eſt juſtum, vel injuſtum.

Si injuſtum ſequuta alicujus morte bellans eſt irregularis ex delicto homicidii voluntarii, vel caſualis: voluntarii, ſi ex condicto intendat mortem alterius. Clementina *1. de homicidio.* Trid. *ſeſſ.24.c.6.de reform.* vel ex homicidio caſuali, ſi ex quaſi delicto ſequatur homicidium. *c.ſignificaſti il 1. de homic.* Cajetanus *2.2.q.64.art.8.*

Si verò bellum ſit juſtum; tunc ſubdiſtinguendum eſt: nam vel eſt defenſivum, vel offenſivum.

5933 Non verò in bello juſto defenſivo cũ moderamine inculpatæ tutelæ.

Si eſt defenſivum cum moderamine inculpatæ tutelæ: tunc nulla contrahitur irregularitas; nam eo ipſo, ac ipſe defendit patriam, Regem, parentes, innocentes, nec delinquit, nec eſt miniſter juſtitiæ contentioſæ, nec in judicio partem facit, & ſic nullam contrahit Irregularitatem. Clem.*ſi furioſus.de homicid.c.interfeciſti 2. c.dilectus 13.de homicid.c.dilecto.6. §.præterea.de ſent.excomm.in 6. l.ſcientiam. §.qui cum aliter. D.ad legem Aquiliam.* D.Thom.*2.2.q.64.art.7.* Bonacina *tom.1.de irregul.puncto 6.n.3.* Dicaſtill. *tract.10.de cenſ.diſp.7.n.856.*

5934 Secùs in bello offenſivo.

Si verò bellum ſit offenſivum, tunc eſt actus juſtitiæ vindicativæ per ſe tendentis ad necem per ſententiam ſupremi Principis, & ſic omnes ei cooperantes ſunt irregulares ex defectu lenitatis, ut miniſtri juſtitiæ. *c.petitio tua.de homic. c.ſi quis.diſt.51.*

5935 In bello injuſto omnes ſunt irregulares.

Hinc reſolvitur, in bello injuſto eſſe Irregulares omnes etiam conſultores, exhortatores, auxiliatores, ſarcinas cuſtodientes, milites conducentes, naves gubernantes, ſequuta morte, vel mutilatione; idque ex delicto homicidii voluntarii. *c.ſicut dignum. §.fin.de homicid.* Navarrus *c.27.n.213.* Suarius *de cenſ.diſp.27.ſect.5.num.1.* Oviedus *de caritate.controv.12.puncto 9. in fine.* Dicaſtil. *tr.10.de cenſ.diſp.7. n.781.* Diana *p.4. tr.2.reſol.2. & 22.* Coninck *de Sacram. diſp.16. dub.10.n.98.* Giballinus *c.4.q.3.confect.6.diffic.2. n.35.* idque licèt in exercitu numeroſiſſimo aliqui valdè diſtant ab occiſore; nam adhuc per modum totius occiſores fovent, qui animoſius occidunt, ſcientes ſe magna conſtipatos propugnantium manu.

Secundo reſolvitur.

An Clericus pugnans in bello etiam contra Turcas ſit irregularis, ſi propria manu occidat, vel mutilet?

§. II.

5936 Clericus eſt irregularis, etſi pugnet contra Turcas occidens propria manu.

AFfirma: in bello offenſivo, non in defenſivo. *c.eos qui.20. qu.3. c.petitio 24.de homicid.* Giballin. *c.4.confect.6. diffic.ult.* Dubitans verò an in bello mutilaverit, vel occiderit, non eſt Irregularis. *c.penult.de homicid.* ubi eſt irregularis ille, cui conſcientia remordet; at dubitanti conſcientia non remordet, ſed eſt dubium an remordeat. Præpoſitus *par.3.q.5.de irregul.dub.17. n.97.* Macadus *lib.1.par. 3. tr.17. dub.11. n. 5.* plures apud Leandrum *loc. cit. qu.128. & 130.* Merolla *tom.1.diſp.3.c.3. n.231.* Henriq. *lib.14. c.3.n.4.*

An

An liceat Clericis in ſacris pugnare propria manu in bello offenſivo?

5937 Clericis in ſacris nõ licet pugnare propria manu in bello offenſivo.

NEga. *c.Clerici. c.quicumque.*23.*q.*8.*c.*1. *ne Clerici, vel Monachi. c.ex multa. §.fin. de voto. c.eos, qui.*20.*q.*3. D.Thom.2.2.*q.*40.*art.*2. D.Antoninus 3.*par.tit.*18.

An Clerici in minoribus pugnantes in bello peccent mortaliter?

5938 Clerici in minoribus pugnantes non peccant mortaliter.

NEga: ità conſuetudine probante. Suarius *de bello diſp.*13 *ſect.*3.*n.*5. Dicaſtill.*tom.*1. *de irregul. lib.*2.*tr.*1.*diſp.*10.*dub.*16.§.11.*n.*480. Turrianus *lib.* 9. *de cenſ. diſp.*68. *dub.*2. Palaus *tom.*1.*tr.*6.*diſp.*5.*puncto* 6.*n.*2.*&* 3. itàut nec beneficium amittant. Coniock *de bello diſp.* 13. *dub.*6.*n.*86.

Quando liceat Clericis, & Religioſis in bello pugnare?

§. III.

5939 Quando Clericis licet in bello pugnare, & quando non ſunt irregulares.

CLericis licet aſſiſtere moribundis in bello, eiſque Sacramenta adminiſtrare. D.Thom. *a.*2.*q.*40.*art.*2.

Secundo, licet hortari milites in communi ad juſtam pugnam pro fide Chriſti Domini, pro Eccleſia Romana, pro patria, etiam in bello aggreſſivo, dummodo neminem propria manu occidant, quamvis neces ſequantur, *c.omni tempore. c.hortamur. c.præterea.*23. *q.*8. *c.petitio tua. de homicidio. c.ex multa. de voto.* D.Thom. a.2. *q.*40.*art.*2.*ad* 2. Navarr.*c.*27.*n.*216. Covarr. *in Clem ſi furioſus.par.*2.§.3.*n.*22.Dicaſtill.*de cenſ. tr.*10.*diſp.*7.*n.*788. citans X.DD. Leander *to.*5. *tr.*2.*diſp.*7.*q.*115.*&* 124. dans XXII.DD. Granadus *de fide tr.*13.*diſp.*4.*ſect.*3.*n.*51. Henriquez *lib.*14 *c.*6.*n.*4.Suarius *de cenſ.diſp.*47 *ſect.*6.*n.*8.

Nec ſunt irregulares ex defectu lenitatis; nam iſti Clerici hortantur, ut perſonæ privatæ, non ut publici miniſtri. Hurtadus *de irregul.diſq.*2. *difficul.*12.*n.*44. Giballinus *c.*4.*de irregul.qu.*3. *conſect.*6. plures apud Leandrum *loc. cit. n.*116. imò ſi propria mano pugneot, & occidant in bello pro defenſione Summi Pontificis, Regis, Principis, parentis, patriæ, filiorum, uxoris, &c. nec ſuot irregulares, ob jus defenſionis exigitum jure naturæ, juſtitiæ, caritatis. Soarius *tom.*5. *diſp.*47 *ſect.*6.*n.*1.*&* 2. Valentia a.2.*diſp.*3.*q.*16. *puncto* 4. Sayrus *lib.*6. *theſauri c.*19.*n.*5. Palaus *tom.*1.*tr.*6. *diſp* 5.*puncto* 6. *n.*7. Giballinus *loc. cit. conſect.*6, *diffic.*6. *& ult.* contra Cajetanum a.2.*qu.*40. *art.*2. Navarr. *c.*27. *n.*215. dicentes noo peccare, ſed eſſe irregularem defendentem patriam.

Tertio, nec eſt irregularis defendens ſe, occidens propria manu aggreſſorem; nam leges cum tanto gravi onere non obligant. Leander *loc.cit. qu.*225.

Quarto, nec eſt irregularis pugnans, & occidens propria manu in bello, diſpenſante Papa. Felinus *in c.petitio.de homicidio.* Henriq.*lib.*14. *c.*11. *n* 4. Covarr.*in Clem. ſi furioſus.* 2.*par.*§.3. *n.*2. Suar.*lib.*6.*c.*19.*n.*14.contra D.Antoninum 3.*par.diſt.*29.*c.*2.§.*fin.* Majolum *lib.*5.*c.*49.*n.*5.

Quinto, nec eſt irregularis vulnerans, non occidens, nec mutilans in bello juſto. *c.petitio. de homicidio.* Navarrus *c.*27.*n.*216.Suarius *to.*5. *de cenſ.diſp.*47.*ſect.*6.*n.*9.

De Diſpenſatione Irregularitatis.

CAPUT XXIV.

5940 Sine cauſa non diſpenſandũ in irregularitate.

IN irregularitate ſine cauſa non diſpenſandum. Trid.*ſeſſ.*14.*c.*7.*&* *ſeſſ.*25.*c.*18. *c.Dominus noſter.diſt.*56.*c.un.diſt.*57.D.Thomas a.2. *q.*96.*art.*4.

At Summus Pontifex, ut validè poteſt legem tollere ſine cauſa, ità diſpenſare. Villadiego *de irregul. c.*1. *n.*10.*dub.*1. Suarius *de cenſ. diſp.*41. *ſect.*2.*num.*2. Avila *par.*7. *diſp.*10.*dub.*1. ablata namque lege tollitur regula, & ſic etiam irregularitas, quæ nequit eſſe ſine regula, à qua difformetur. Dicaſtill. *tract.*10. *de cenſ. diſp.*7.*n.*152. Filliucius *tract.*20.*c.*10.*q.*4. contra Ananiam *in c.ſicut dignum.§.inſuper.n.*10.*de homic.* Summo Pontifice inferior, ut jus commune, ità irregolaritatem tollere nequit ſine facultate delegata à Papa.

Sed difficultas eſt.

An facultas diſpenſandi à Papa delegata Confeſſario, ſi res ità ſe habeat, extinguatur Papa mortuo?

NEga: quia eſt gratia facta, non merum mandatum, extinguendum morte mandantis re integra; mandatum namque non eſt ad mandatarii commodum. *l.*2. *D.mandati*, & notavi *III.Pantonomodidaſcaliæ n.*2897.Majolus *lib.*5. *de irregular. c.*51. *n.*6. Suarez *diſp.*41. *de cenſ.ſect.*1.Filliucius *tr.*20.*c.*10.*n.*270. Dicaſtill. *tr.*10.*de cenſ.diſp.*7.*n.*173. contra Navarr. *c.*27. *n.*153.Bonac.*de legib. q.*3.*puncto* 8.§.1. modò remanet utilior oratio diſcutiens. 5941 Facultas diſpẽſandi delegata à Papa nõ extinguitur ipſo mortuo.

De Diſpenſatione ab Epiſcopo obtinenda.

§. I.

An, & qui Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex delicto occulto?

AFfirma: quemlibet Epiſcopum io ſua Diœceſi, non verò ſi ſubditis careat, poſſe diſpenſare in omni irregularitate proveniente ex delicto occulto excepta proveniente ex homicidio voluntario appenſato, ex propoſito. Trid. *ſeſſ.*24.*c.*6.Guazzinus filius *lib.*2.*de Judice.defenſa* 1. *c.*7. *num.*63. dans VI.DD. Suarius *de cenſ. diſp.*41. *ſect.*2. Sanchez 2.*Decalogi c.*11. *n.*3. De Marinis *tom.*1. *c.*105.*n.*1. *&* 6. Dicaſtill. *tr.*10. *diſp.* 7. *n.* 1059. Nec eſt neceſſum ad validè diſpenſandum Epiſcopum, vel ſubditum exiſtere intra Diœceſim, nam nullo jure id evincitur. Leander *tom.*5.*tr.*2.*diſp.*27.*q.*7. 5942 In quibus irregularitatibus ex delicto occulto diſpenſat Epiſcopus.

Imò Epiſcopi valent exercere jus Juriſdictionis etiam circa Regulares exiſtentes in Diœceſi ex licentia proprii eorum Prælati; quia in hoc cedere valent exemtionis favori. De Marinis *loc.cit.n.*3. Ricc. *par.*1.*prax. reſ.*445.*n.*6. Reginaldus *lib.*30.*n.*29.Leander *loc.cit.q.*70.referens prò, & contra DD. Henriq.*lib.*14.*de irreg.c.*20. Suar.*de cenſ.diſp.*41.*ſect.*2.*n.*12.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex delicto occulto deducto ad forum contentioſum, ſi Reus in eo non fuerit convictus?

5943 Si delictum ſit occultũ, & non probatum in foro fori diſpenſat Epiſcopus in ejus irregularitate.

AFfirma; quia tunc eſt idem, ac ſi non fuiſſet deductum ad forum contentioſum; adeòque remanet occultum. De Marinis *loc.cit. n.*11. Maceratenſis 3.*variar. c.*16. *n.* 21. Sayrus *lib.*7.*c.*7.*n.*54. VII.DD. apud Leandrum *par.*4. *tr.*2.*diſp.*17.*q.*56. Cornejus *diſp.*1.*q.*3.

An Epiſcopus diſpenſare valeat, ſi Reus in foro convictus fuerit punitus?

5944 Et ſi Reus fuerit punitus io foro fori.

AFfirma; quia ceſſat finis prohibitionis, nè ſcilicet turbetur Juriſdictio Tribonalium, quæ turbatio punito reo juſtè, nequit contingere. Diana *par.*4. *tr.*2.*reſ.*67. Hurtadus *diſp.*2. *de irregular.diffic.*20.*n.*68. Cornejus *loc.cit.q.*4. plures apud Leandrum *par.* 4. *tract.*2. *diſp.* 17. *qu.*56.

Sed hujus oppoſitum tuetur Suarius *de cenſ. diſp.*41.

Digitized by Google

diſp.41.ſect.2.n.6. Sayrus *lib.4.c.17.n.13.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi par.2.alleg.29.n.25.*

An Epiſcopus contrahens irregularitatem ex delicto occulto, poſſit ſecum diſpenſare delegando Jurisdictionem ſuo Confeſſario?

5945 Epiſcopus ſibi diſpenſat delegata alteri facultate diſpenſandi.

AFfirma: ſecùs eſſet deterioris conditionis, quàm ſubditus; & quia talis præſumitur voluntas Summi Pontificis. Majolus *lib. 2. de irregular.c.2.* Henriquez *lib.7.c.28.§.1.* Paludanus *in 4.diſt.3. qu.4. art.4.* Suarius *loc. cit. n.7.* Riccius *par.3.praxis reſ.217.* Sanchez 2.*Decalogi c.11.n.11.* Bonac.*de irregular.qu.5.puncto 1. n.8.* Filliucius *tr.20.c.5.n.237.* Leander *loc.cit. qu.11.in fine.* De Marinis *tom.1.c.105.n.13.* referens verba Sacræ Congregationis, & id aſſerit in omni caſu, in quo abſolutio reſervatur Epiſcopo.

Hinc poteſt delegare talem facultatem pro ſe, & pro aliis, non enim diverſa urget ratio.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in homicidio caſuali occulto?

5946 Epiſcopus diſpenſat in homicidio caſuali occulto.

AFfirma; nam ſolùm in Tridentino excipitur homicidium voluntarium, quale non eſt caſuale. Navarr.*c.27.num.240.* De Marinis *loc.cit. num 7.* Majolus *lib.5. c.48 §.3.num.16.* Diana *par.1.tr.1.reſ.122.* Palaus *diſp.6.puncto 5. §.7.num.7.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali in ſua Diœceſi occulto, nec publicando, licèt in aliis locis homicidium ſit publicum?

5947 Etſi in ſua Diœceſi ſit occultum, licet in alibi publicum

AFfirma; nam Tridentinum non exigit ut ubique ſit occultum; ergo ſatis eſt ſi in Diœceſi diſpenſantis ſit occultum. Sanch.2.*Decalogi c.11.n.20.* Diana *par.7.tr.2.reſ.16.* Avila *de cenſ.par.2.c.6.diſp.5.dub.11.concl.3.* Anton. à Sp.S. *concl.90.n.26.* citans IV. alios DD.

An, & quando Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex homicidio publico caſuali?

5948 Epiſcopus diſpenſat in homicidio caſuali publico tantùm ad ordines minores.

DIſtinguas: vel diſpenſat ut diſpenſatus aſcendat ad ordines minores, vel ſacros.

Si ad minores, affirma, quia id eſt ſtatutum *in c.continebatur, in c.ad audientiam.de homicid.* quod non invenitur correctum jure novo.

Si ad ſacros ordines aſcendere velit, nega; quia id invenitur prohibitum à Trid.*ſeſſ.24.c.6. de reform.* ubi ſolùm diſpenſare valet, ſi homicidium caſuale ſit occultum. Henriquez *lib. 14. c.9.§.3.* Navarrus *c.27.num.240.* Avila *lib.7.de cenſ. diſp.6. ſect.5.dub.2.concl.3.* Leander *loc.cit. quæſt.16.* contra VI. DD. quos dat, & ſequitur Anton. à Sp.S. volens poſſe diſpenſare etiam ut aſcendat ad ſacros ordines. Contra Filibertum *de ordine tr.1.puncto 9.c.1.difficul.2.n.9.*

An diſpenſare valeat in homicidio facto occulto non ex inſidiis, conſilio, induſtria, ſed rixa, repentina ira?

5949 Et in homicidio ex rixa patrato.

AFfirma; nam etiam numeratur inter caſuale. De Marinis *tom.1.c.105.num.6.* ubi ex propoſito. Leander *loc. cit. qu.17. tom. 5. tr.2. diſp.27.n.17.* cum Filiberto *loc.cit. p.2.5.& 10.* Avila *loc.cit.ſect.2.dub.1.*

An poſſit diſpenſare in homicidio occulto facto ad defenſionem cum exceſſu?

5950 Et in homicidio occulto ad defenſionẽ quoad exceſſum.

AFfirma; nam cenſetur caſuale non ex inſidiis, & induſtria factum, quæ Inſidiæ, Induſtria exiguntur à Tridentino in homicidio voluntario, nè Epiſcopus diſpenſet; quis enim juſtum dolorem continere, aut metam exardeſcentiæ iræ præfigere valet. *l.graccus.D.de adulteriis*, unde illud:

Chi ſia, che meta à giuſta ira preſcrivi,

ergo homicidium non cenſetur ex inſidiis tunc factum. Dicaſtill.*tract.10.de cenſ.diſp.7.n.1002.* citans X DD. Diana *par.4.tr.2.reſ.3.*

An Epiſcopus diſpenſare valeat in homicidio occulto, occiſori tantùm noto?

5951 Et in homicidio tãtùm occiſori noto

AFfirma: etiam poſt Tridentinum loquens de occulto non de occultiſſimo, ut probabile ait Tanderus *to.2.tit.2.lib.3.tr.3.n.16.* Covarr. *in Clem.ſi furioſus. par.2.§.7.n.4.* Miranda *tom.2.qu.8.art.10.concl.2.* Vivaldus *de irregul. n.325.* Anton.à Sp.S. noviſſimè *tom.1.Directorii tr.13. n.20.* dicens nec eſſe irregularem, & oppoſitum meritò dici improbabile. Diana *par.10. tr.13.n.30.* oppoſitum docent Avila *p.7. diſp.6. ſect.5.dub.3.* Diana *par.6.tr.6.reſ.51.*

5952 Vide quæ ſupra dicta ſunt n.4071.

Mihi præſcindenti ab hujuſmodi opinamentis, de quibus ſuprà, unum certum videtur, leges humanas non obligare cum infamia, nec infamiæ periculo, aut vitæ; & ſic ſi ſcandalum naſcatur, infamia, vel vitæ diſcrimen, nec aditus pateat ad Papam hujuſmodi tunc deberi adire Epiſcopum, & ſi nec poſſit ſine periculo graviſſimi mali prædicti, tunc accedat ad Parochum, & Parocho deficiente quemlibet petat Confeſſarium, ut abſolvatur ſuo tempore deinde ſuperiorem aditurus. Gabr.à S.Vinc.*de irregular.diſp.9.q.2.n.20.* dicens in contingentia facti ſe conſuluiſſe non peccaſſe mortaliter curatum homicidam occultum celebrantem die ſequenti, nè ſe proderet, infamaret, occideretur à parentibus occiſi; quia jus naturale ſervandi famam, vitam, prævalet Eccleſiaſtico non exercendi miniſterium ordinis in irregularitate. Quod etiam de impedimentis dirimentibus de jure poſitivo matrimonium in tali caſu, ut pronunciat Henriquez, & Sylveſter apud Avilam *loc.cit. conſult.1.* Diana *par.4.tr.2.reſ.100.* plures apud Leandrum *tom. 2. tract.9. diſp. 24. qu.7. & 8.*

An Epiſcopus diſpenſare valeat ut homicida voluntarius occultus obtineat, vel retineat beneficium ſimplex?

5953 Epiſcopus diſpenſat ut homicida voluntarius occultus retineat beneficium.

AFfirmat Henriquez *lib.13.c.57.n.1.* Covar. *loc.cit.* quia Tridentinum loquitur de delicto publico, ejus oppoſitum colligitur ex Tridentino ibi: *nec illos aliqua beneficia*, & ibi: *beneficio Eccleſiaſtico careat.*

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex mutilatione voluntaria occulta?

5954 Diſpenſat in mutilatione voluntaria occulta.

AFfirma: nam tantùm prohibetur diſpenſare in homicidio voluntario occulto. Trid. *ſeſſ.24.c.6.de reform.* at mutilatio non eſt homicidium, & exceptio firmat regulam. *l.nam quod liquida 4.§.fin.D.de penu legata*, & ità declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur Leander. *tom.5.tr.2.diſp.10.q.9.* Layman *lib.3.ſect.5.tr.3. puncto 3.c.12.n.2.* Filibertus *de ordine tr.1.puncto 9.c.1.difficult.3.n.7.* Giballinus *c.4.de irreg. q.1.n.9.* Barboſa *de poteſt.Epiſcopi par.2.alleg.39. n.49.* contra Sanch.1.*Decal.c.10.n.49.* Dicaſtill. *loc.cit. n.1106.* citans XI. DD. Suarius *de cenſ. diſp.44.ſect.2.n.4.* Riccius *praxis reſol.447.* De Marinis *tom.1.c.105.num.8.* Avila *par.7.diſp.6. ſect.5.dub.4.* Palaus *diſp.6. puncto 15. §.3.num.3.* Villalobos *tr.21.diffic.21.n.2.* Bauny *tr.2.q.59. dicto 2.*

An

Digitized by Google

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex defectu lenitatis?

5955 Epiſcopus diſpenſat in defectu lenitatis.

AFfirmat Barboſa *de poteſt. Epiſcopi par.* 2. *alleg.* 39. *n.* 4. Diana dans V. DD. *par.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 69. Dicaſtill. *tr.* 10. *de cenſ. diſp* 7. *n.* 1093. citans XVI. DD. Anton. à Sp.S. *tr.* 13. *n.* 77. Pilaja *lib.* 4. *deciſ.* 11. *n.* 23. Nicolius *lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 8. Fundatur, quia Epiſcopus habet facultatem diſpenſandi in omni irregularitate occulta, excepto homicidio voluntario; nomine autem homicidii voluntarii excepti injuſtum venit. D. Auguſtinus *in c. ſi homicidium* 23. *qu.* 5. D. Thomas 1.2. *qu.* 100. *art.* 8. *ad* 3. *& qu.* 88. *art.* 6. *ad* 3. ergo poterit diſpenſare in omni irregularitate alia, maximè ex defectu lenitatis, quæ delicto caret: & Tridentinum non dicit oppoſitum; nam exprimens irregularitatem ex delicto occulto, multò fortiùs expreſſit quæ ſine delicto naſcuntur, cùm ſimus in materia favorabili reſpiciens animarum ſalutem, & pacationem, maximè illis verbis, *& in quibuſcumque caſibus occultis.*

5956 Oppoſitum eſt probabilius.

Hujus oppoſitum ut probabiliùs cum XXIV. DD. tuetur Leander *tom.* 5. *tr.* 2. *diſp.* 7. *qu.* 134. De Marinis *tom.* 1. *c.* 105. *n.* 14. moventur, quia Tridentinum dat facultatem diſpenſandi in irregularitate ex delicto occulto, qualis non eſt emanans ex defectu, etiamſi ſit occultus, puta defectus natalium.

An verò Epiſcopus diſpenſare valeat in aliis irregularitatibus, ex jam dictis decidas primo.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo occulto?

5957 Epiſcopus diſpenſat cũ illegitimo, quoad ordines minores.

DIſtinguas: ordines minores à ſacris.

Quòad ſuſcipiendos minores, & beneficium ſimplex diſpenſat. *c.* 1. *&* 2. *de filiis Presbyterorum in* 6. Ugollnus *de poteſtate Epiſcopi c. fin.* §. 4. *n.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 45. Navarr. *lib.* 1. *conſ.* 7. *de filiis Presbyterorum.* Diana *par.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 64. Anton. à Sp.S. *tr.* 13. *num.* 7. idque etiamſi ſit filius diſpenſantis. Suarius *diſp.* 50. *n.* 6. Palaus *diſp.* 6. *puncto* 9. *n.* 7. *&* 11.

Quòad ordines verò ſacros Epiſcopus diſpenſare etiam valet, ut illegitimus bona fide ordinatus adminiſtret in ſacris bona fide ſuſceptis. Ex bona fide enim acquiſivit jus ad exercitium ordinum. V. DD. apud Anton. à Sp.S. *tr.* 13. *n.* 77.

Si verò mala fide ſuſcepit ordines, adhuc Epiſcopum poſſe diſpenſare ut in ſuſceptis mala fide miniſtret, docet Diana, dans IV. DD. *par.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 64. Anton. à Sp.S. *loc. cit.* Avila *par.* 7. *de cenſ. diſp.* 3. *dub.* 7. Gobat *tract.* 8. *caſu* 11. *n.* 430. contra Suarium *diſp.* 50. *de cenſ. ſect.* 5. *n.* 4. nam hic caſus eſt incluſus inter reliquos comprehenſos à Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform.* ibi: *in quibuſcumque caſibus occultis.*

In dubio autem an ſit, ſemper præſumitur legitimus, nulla indigens diſpenſatione, ita ex Vaſquez, Gobat *tr.* 8. *caſu* 11. *n.* 435.

An Epiſcopus diſpenſare poſſit in bigamia ſimilitudinaria?

5958 Et diſpenſat in bigamia ſimilitudinaria.

AFfirma. *c. ſanè Sacerdos. de Clericis conjugatis.* Sanchez 7. *de matrim. diſp.* 86. *num.* 20. Navarr. *c.* 27. *num.* 197. Suarius *de cenſ. diſp.* 49. *ſect.* 6. *n.* 16. contra Majolum *lib.* 5. *de irreg. c.* 33. *num.* 7.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex iteratione baptiſmi, & ignorantia?

5959 Et in irregularitate ex iteratione baptiſmi, & in ignorantia.

AFfirma; quia nullibi hoc invenitur prohibitum, dummodo ignorantia linguæ latinæ tempore tollatur.

An Epiſcopus diſpenſet eo ipſo, ac ſcienter admittit irregularem ad ordines:

5960 Epiſcopus ſcienter admittẽs irregularem ad ordines, cum eo diſpenſat.

AFfirma, ſecùs peccaret, & ſic ut præſumitur nolle peccare, ita præſumitur diſpenſare. Suarez *diſp.* 41. *de cenſuris ſect.* 3 *n.* 4. Henriquez *lib.* 14. *c.* 17. *n.* 4. Reginaldus *lib.* 3. *nu.* 31. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 7 *n* 1067.

An Capitulum ſede vacante poſſit diſpenſare ut Epiſcopus:

5961 Capitulum Sede vacante diſpenſat.

AFfirma; nam tunc Capitulum utitur juriſdictione Epiſcopi, ut alibi dicta tradent. Riccius *p.* 1. *praxis reſol.* 456. de Marinis citans VIII. DD. *tom.* 1. *c.* 105. *in* 16. contra Suarium *de cenſuris diſp.* 41. *ſect.* 2. *n.* 13. Peregrinum *de immunitate c.* 3. *n.* 33.

De Impetrante diſpenſationem.

§. II.

5962 Quomodo impetranda diſpenſatio.

IMpetrans diſpenſationem poteſt eſſe pluribus irregularitatibus irretitus: puta ex vera, & interpretativa bigamia, ſic etiam duas contrahit irregularitates excommunicatus, & ſuſpenſus celebrans. Dicaſtillus *tract.* 10. *de cenſuris diſp.* 7. *n.* 1082. & debet à ſingulis obtinere diſpenſationem, ſicque ſingulas irregularitates in petente diſpenſationem exprimere debet. Dicaſtillus *loc. cit.*

Sed difficultas eſt.

An teneatur ſimul omnes irregularitates manifeſtare?

5963 Non tenetur quis ſimul omnes irregularitates manifeſtare.

NEga, ſed poteſt ſucceſſivè impetrare ſingularum diſpenſationem, ſi una irregularitas poſſit ſine alia exprimi; nam aliud jure, aut præſcripta conſuetudine non probatur in tanto onere imponendo. Suarius *lib.* 6. *de legibus c.* 24. Palaus *tom.* 1. *tract. diſp.* 6. *puncto* 16. §. 4. *n.* 16. Martinus Perez *de matrim. diſp.* 46. *ſect.* 5. *n.* 7. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 57. Leander *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 27. *n.* 37.

Imò nec tenetur exprimere circumſtantiam Clericatus occiſi; nam id non inducit irregularitatem, ſed excommunicationem aliunde abſolvendam. Sanchez 8 *de matrim. diſp.* 21. *n.* 22. Diana dans VII. DD. *p.* 8. *tract.* 10. *reſol.* 38. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 5. *n.* 20. Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 15. *num.* 122. contra Avilam *p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 8. *dicto* 2. Henriquez *tom.* 2. *ſumma c.* 179. *n.* 10. *concluſ.* 5.

An pluries excommunicatus celebrans, teneatur explicare numerum Miſſarum ad obtinendam diſpenſationem irregularitatis inde ortæ?

5964 An explicandus numerus Miſſarum à celebrante cũ cenſura.

NEgat Navarrus *c.* 3. *conſil.* 3. *n.* 6. *tit. de raptoribus, & in manuali c.* 27 *n.* 144. Henriquez *lib.* 12. *c.* 10. *n.* 3. Avila *p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 8. Sanchez 8. *de matrimon. diſp.* 24. *n.* 7. Garzias *p.* 1. *de beneficiis c.* 3. *n.* 8. Bonacina *de irregularitate q. ult. puncto ult. n.* 1. Sà v. *irregularitas.* Diana *p.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 88. contra Rodriquez *p.* 1. *c.* 8. Dicaſtillum dicentem etiam oppoſitum probabile *loc. cit. n.* 1078. motum, quia tot contrahuntur irregularitates, quot Miſſæ celebrantur ab excommunicato.

An excommunicatus obtinens diſpenſationem ab irregularitate ob celebrationem, illa fruatur in celebrationibus factis poſt obtentum privilegium?

5965 Obtinens diſpenſationẽ illa utitur ad diſpenſandũ in iis, quę fecit etiam poſt illam obtentam.

AFfirmat Dicaſtillus *loc. cit. n.* 181. poſt Bonacinam *diſp.* 7. *q.* 5. *puncto* 2. *n.* 2. quia eſt generale illimitatum privilegium, illimitata diſpenſatio; & ſic concludunt obtinentem facultatem, ut abſolvatur Sacramentaliter, poſſe ea

uti etiam in peccatis commiſſis poſt obtentam dictam facultatem.

Sed difficultas eſt.

An committens plura homicidia ſucceſſivè teneatur id exprimere in petitione diſpenſationis?

5966 An explicanda plura homicidia ſucceſſivè.

NEgat Palaus *tom.1.tract.3.diſp.6.puncto* 16. *§ fin.n.*16. Henriquez *lib.*12.*c.*10.*§.*3. Sanchez 8.*de matrimon.diſp.*24.*n.*7. Diana *p.*8.*tr.*3. *reſol.*58. quia ex ſecundo homicidio non naſcitur irregularitas diſtincta à primo, & inhabilitas ex ſecundo non magis operatur.

Oppoſitum ſentiunt Suarez *lib.* 6. *de legibus c.*24.*n.*12. Martinus Perez *de matrimon. diſp.*46. *ſect.*3.*n.*7. Cum quo ſtat unam contrahi irregularitatem ab occidente plures ob unicum commiſſum peccatum, poſt Suarium, & Bonacinam docere Leandrum *tom.*5.*tract.*2.*diſp.*27.*q.*42.

Effectus Irregularitatis.

CAPUT XXV.

5967 Irregularitas impedit licitam, non validam receptionem ordinum.

PRimus eſt, ut impediat licitam, non validam receptionem ordinis. *c. curandum. diſt.*34. Suarius *de cenſuris diſp.* 40. *ſect.*2. *nu.*3. 1. Palaus *loc.cit. diſp.*6. *puncto* 5. *n.* 1. Hurtadus *de irregularit.diſp.*1.*difficult.*5. *n.*18.

An autem impediat receptionem primæ tonſuræ?

5968 Irregularis an poſſit licitè primam tõſuram recipere.

SEntentiarũ diverſio eſt, ideo diverſa ſentiunt DD. communiter aſſerunt non poſſe irregularem tonſurari, quia prima tonſura jure Canonico venit nomine ordinis. *c.cum contingat. de ætate, & qualitate*. Paſchaligus dans X. DD. *centuria* 1.*moralium q.* 87. Bonac. *q.*1.*de irreg. p.*1.*n.*4. Garzias *de benef.p.*7.*c.*12.*n.*8.

Oppoſitum ſentiunt poſt Bonacinam. Pellizarius *tract.*7.*c.*5.*n.*14. Macadus *lib.*1.*p.*3.*tract.*15. *documento* 2. *num.*2. Chriſtophorus à S. Joſeph v.*cenſura de irregular.dub.*2.*n.*5. Malletus *malleat.*23. *bractea* 3. Ant. à Sp. S. *tom.*1. *directorii tract.* 13. *n.* 24. Fundantur, quia in odioſis, ut hic, ſtrictè verba accipienda. *c.odia.de regul. juris in* 6. *l.interpretat.D.de pœnis*, & propriè prima tonſura non eſt ordo. D. Thomas 3.*p. q.*40. *art.*2. Divus Bonav. *in* 4. *diſt.* 24. *art.* 2. *q.*1. & docent DD.XVII. apud Paſchaligum *loc.cit.n.*1

5969 Irregularis licitè non exercet actũ ordinis.

Secundus effectus eſt, ut irregularis nequeat licitè exercere actum ordinis ſuſcepti. *c. fin. de temporibus ordinationum*. Si tamen actum ordinis exerceat, non contrahit aliam irregularitatem, quia jure non expreſſum. *c.is, qui.*18. *de ſententia excommunicationis in* 6. Innocentius *in c.ſi celebret.num.*1. *de Clerico excommunicato miniſtrante*. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſ. diſp.* 7. *num.*14.*&* *n.*106. citans VIII. DD. contra Majolum, & ſic irregularis, quo ad omnem actum, nullum ordinis actum exercet: irregularis verò, quo ad aliquem effectum, illum actum tantùm non exercet, & ſic ſurdus non audit confeſſionem, Mutilus non baptizet. *c. Thomas Monachus* 7. *de corpore vitiatis*. *c.* 2. *de Clerico ægrotante*. Avila *p.* 7. *de cenſuris diſp.* 2. *dub.*6. *concl.* 7. Innocentius *in c.ſi celebret. de Clerico excommunicato miniſtrante*. Dicaſtillus *tract.*10. *de cenſuris diſp.*7. *n.*101. Suarius *diſp.* 40. *ſect.*2. *n.*4. Navarrus *c.*27. *n.*194. Villalobos *tr.*2. *difficult.*2.*n.*8. Ant. à Sp. S. *loc.cit.n.*25.

5970 Impedit actum proprium ordinis, non Juriſdictionis.

Tertius effectus eſt, ut impediat actum proprium ordinis, non verò actum juriſdictionis contentioſæ, vel voluntariæ, etiam annexæ beneficio eligendi, conferendi beneficium, confirmandi electionem, interveniendi Miſſæ more laico, baptizandi ſine ſolemnitate cum neceſſitate, ut à laico tunc fieri poſſet.

Patet, quia nulla certa lege oppoſitum ſtatutum. Dicaſtillus *loc. cit. n.*190. citans VI. DD. Anton. à Sp.S. *loc.cit.n.*27.

Et ſic irregularis poteſt abſolvere à cenſuris, diſpenſare in votis, indulgentias, & licentiam audiendi confeſſionem, aſſiſtendi matrimonio concedere, Sacramenta omnia excepto ordine recipere. Suarius *diſp.* 40. *ſect.*2. *n.*24. Hurtadus *diſp.*2.*diff.*5. Palaus *diſp.*6. *p.*5. *n.*46. Pellizzarius *tract.*7.*c.*5. *n.*16. Dicaſtillus *loc. cit. n.*151. & ſic Parochus irregularis valet omnia exercere præter actus ordinis, & poteſt matrimonio aſſiſtere, & licentiam aſſiſtendi aliis dare. Dicaſtillus *loc.cit.n.*136.*&* 138. Rota *in noviſſimis dec.*429. *&* 750. 5971 Irregularis abſolvit à cenſuris diſpẽſat in votis, aſſiſtit nuptiis.

Difficultas eſt.

An abſolvere valeat à peccatis?

5972 Quando licitè, aut validè abſolvit à peccatis.

DIſtinguas: vel eſt toleratus, vel non eſt toleratus: vel adeſt error communis, vel non.

Si eſt toleratus; tunc validè abſolvit etiam pœnitentem ſcientem irregularitatem Confeſſarii; nam eo ipſo ac non eſt denunciatus, favore fidelium accedentium ſtatutum, ut cum illo in omni actu poſſint convenire, ex Extravaganti Martini V. *ad evitanda*. Gabriel à S. Vinc. *diſp.*9. *de irregular. qu.*2. *num.*38. poſt Suarium *loc.cit. n.*45. Bonac. *diſp.*7.*q.*1.*n.*10. Banny *de irregular. tract.*11.*q.*6.*dicto* 3.

Si verò ſit denunciatus; tunc ſubdiſtinguendum eſt: vel pœnitens accedit ſtante errore communi, quo denunciatio eſt ignota, vel communiter putans illum poſſe abſolvere licitè, vel deeſt talis error communis.

Si adeſt talis error communis, licitè abſolvitur, quia errore communi obtinet juriſdictionẽ ad abſolvendum. *l.Barbarius. D.de officio prætoris. §.ſed cum aliquis. inſtitutionum.de teſtamentis ordinandis*. ubi licèt ſervus nequeat eſſe teſtis, tamen ſi errore communi tempore teſtamenti credebatur liber, ex tacita legislatoris voluntate, teſtamentum eſt firmum. Suarius *loc. cit.n.*45. Coninck *de cenſuris diſp.*18.*dub.*1. *n.*7. Diana *p.*4. *tract.* 2. *reſol.* 68. Dicaſtillus *loc. cit. n.*53. Præpoſitus 3.*p.q.*5.*de irregul.dub.*3. *n.*13.

Si tamen deſit error communis; tunc adhuc validam eſſe abſolutionem, quia non privatur valido, ſed licito juriſdictionis uſu per irregularitatem, fatetur cum Villalobos, Chriſtophorus à S. Joſeph *cenſura de irregular. dub.* 4. *n.*4. Anton. à Sp. S. *tom.*1. *directorii tit.*13. *num.*20. contra Hurtadum *loc.cit. difficult.*1.

Quartus effectus irregularitatis eſt, ut reddat inhabilem ad licitam obtinendam dignitatem, & juriſdictionem ordinariam contentioſam annexam beneficio. *c. tanta. de exceſſibus Prælatorum.c.in quibuſdam.de pœnis.c.fin.de filiis Presbyterorum.* eſt tamen capax delegatæ juriſdictionis, etiam quo ad uſum; nam nuſlibi hæc irritatur. Soarius *tom.*5.*de cenſuris diſp.*40. *ſect.*2.*n.*12. *&* 18.*&* *tom.*4.*de religione tract.*8. *lib.*2. *c.*3. *n.*24. Bonac. *loc.cit.q.*2.*puncto* 4. Dicaſtillus *tract.*10.*de cenſuris diſp.* 7. *n.* 143. contra Pellizarium *loc. cit.q.*16. 5973 Irregularis redditur inhabilis ad licitam obtinendam dignitatem, & juriſdictionẽ ordinariam adnexam beneficio.

Cum quo ſtat capacem eſſe abſolutè ordinariæ, & delegatæ juriſdictionis, quoad exercendos actus Eccleſiaſticos, nec amittere juriſdictionem jam habitam. Suarius *diſp.*40.*ſect.*2. *nu.*44.

Dica-

Dicaſtillus *loc.cit. n.145.* Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.num.31.*

5974 Irregularis nõ privatur ipſo jure beneficiis obtentis ante.

Quintus effectus eſt circa beneficia, in quo diſtingui debet beneficium obtentum ante, vel poſt irregularitatem.

Beneficiis obtentis ante irregularitatem non privatur ipſo jure. *c.ex literis.de exceſſibus Prælatorum*, ubi Epiſcopus irregularis ex homicidio debet privari Epiſcopatu; ergo non eſt ipſo jure privatus. *c.fraternitati. de Clerico excommunicato miniſtrante*, ubi irregulares depoenendi ſunt à beneficiis; ergo ipſo jure non ſunt privati beneficiis. *c.Clericis.5.nè Clerici,vel Monachi.c.miror 4.diſt. 50.* Navarrus *c.27. n. 257.* Avila *p.7. diſp.2. dub.6. concluſ.4.* Covarruvias *in c.alma.p.1.§.7.num.1.* Reginaldus *lib.30 c.2. n.10.* Suarius *diſp.40.de cenſuris ſect.2.n.15.* Valentia *tom.4. diſp. 7. q.19.* Dicaſtillus *tract. 10. diſp.7.n.720.*citans XIII.DD. Gabriel à S.Vinc. *loc.cit.n.19.*contra Majolum *lib.5.de irregular.*

An autem ſit privandus beneficiis obtentis ante irregularitatem?

5975 Non eſt tamen privandus ſi ſine culpa ſit irregularis.

Diſtinguendum eſt: vel irregularitas contrahitur ſine culpa, vel cum culpa.

Si irregularitas contrahitur ſine culpa: puta ex ægritudine, puta ex deformitate; tunc non debet privari beneficiis, ſed ei commiſerandum, idque nè afflictio addatur afflicto. Dandus eſt tamen coadjutor, vel Vicarius, nè Eccleſia detrimentum patiatur. *c.ex præſente. de Clerico ægrotante.* At ſi ex delicto, putà ex homicidio voluntario reddatur irregularis; tunc privandus eſt beneficiis. Trid. *ſeſſ. 14. c.7. de reform. c.ex literis.de exceſſibus prælatorum. c.fraternitati.de Clerico excommunicato miniſtrante.* Non verò privatur penſione, niſi arbitrio Judicis, quia penſio hic non venit propriè nomine beneficii, maximè in pœnalibus, ut hìc. Suarius *diſp.44.de cenſuris ſect.4. n.34.* Bonacina *loc.cit. n.10.* Dicaſtillus *loc.cit.n.129.* Ant.à Sp.S. *tract. 13. n. 27.*

Secùs ſi ex delicto.

5976 Ante ſententiam valet renunciare beneficium in favorem tertii.

Antequam tamen beneficio privetur per ſententiam, vel pendente appellatione, valet irregularis renunciare beneficium ad favorem tertii. Rota *dec.5.in antiquis.de ſententia, & re judicata.* Abbas *in c.niſi cum pridem. n. 11. de renunciatione.* Sanchez *diſp.40. ſect.2. n.19.* Sayrus *lib.5.c.2.n.14.* Covarr.*in Clementina ſi furioſus. 2.p.§.3.n.7.* Felin.*in c.inquiſitionis columna 3. de accuſat.* Saytus *lib.6. c.2.n.14.* Villalobos *tr.21. diffic.2.n.10.* Dicaſtillus *tract.10. diſp.7. nu.122.* ſicuti renunciari valet beneficium impetratum pendente accuſatione in cauſa irregularitatis. Covarr. *loc. cit.* Leander *tom. 5. tract.1. diſp. 3. q.19.* contra Butrium *conſil.43.*

An verò irregularis in conſcientia teneatur dimittere beneficium ante Judicis ſententiam?

5977 Non tenetur dimittere beneficiũ ante ſententiam.

Negat; nam eſt pœna; quæ tantùm debetur ſequuta ſententia declaratoria. *c. vergentis. de hæreticis.* Gabriel à S.Vinc.*loc.cit. n.20.*

5978 Diſpenſatio obtinenda ſine mora.

Debet tamen ſine mora diſpenſationem petere. Navarrus *lib.5.conſil.17.* Molina *tom. 1. de juſtitia tract.2. diſp.96.* Suar.*de cenſuris diſp. 44. ſect.4.n.19.* plures apud Leandrum *loc.cit. q. 16.* Dicaſtillus *loc.cit. n.224.* & ſi beneficium ſit curatum, debet officium per alium, ſi per ſe non poſſit, exercere, juxta capacitatem materiæ, ex regula: ſentiat onus, qui ſentit commodum. *l.ſecundum naturam.10.D.de regulis juris. §. 1. inſtitutionum. de legitima patronorum tutela.* Anton. à Sp.S. *tract.13. n.35.* Gabriel à S.Vinc. *loc.cit.num.20.*

Quod ſi nequeat per alium ſupplere, nec diſpenſationem obtinere; tunc tenetur reſignare beneficium in manu ſuperioris, niſi egeſtas, vel neceſſitas aliud ſuadeat, vel periculum vitæ, famæ incurratur renunciando. Dicaſtillus *tract. 10. diſp.7.n.126.* Bonacina *loc. cit. n. 10.* Reginaldus *lib. 30. n. 14.* Gabriel à S. Vinc. *loc.cit. n.20.* rectè concludens in irregularitate ex delicto publico poſſe invitum ſpoliari omnibus beneficiis. *c.fraternitati.* ibi: *poteris omnibus beneficiis Eccleſiaſticis ſpoliare 6. de Clerico excommunicato miniſtrante.*

Si verò loquamur de beneficio obtinendo poſt irregularitatem, aſſerimus validè, ſed illicitè poſſe ei conferre beneficium, & ſic collationem hujuſmodi eſſe irritandam. *c.2.de Clericis pugnantibus in duello.* nullo namque jure invenitur irrita talis collatio. Felinus *in c.inquiſitionis.n.6.de accuſationibus.* Sylveſter *v.excommunicatio 4. n.4.* Suarius dicens probabile *tom.5. diſp.40. ſect.2. n.29.* Bauny *de irregular. q.2.& 5.* Diana *p.4. tract.2.reſol.79.* dicens probabile. Dicaſtillus *tract.10.diſp.7.n.113.* Gabriel à S.Vinc. *loc.cit.n.23.* Hurtadus *diſp.1. de irregular.difficult.5.n.21.* Palaus *diſp. 6. de cenſuris puncto 5. n.7.* Garzias *p.7. de beneficiis puncto 11. n.2.* Cornejus *diſp.5.de irregular.dub.2.* Anton.à Sp.S. *tract. 13. n.29.* Chriſtophorus à S. Joſeph *dub. 3. num. 3.* & ſecuram in foro interno dixit Leander *loc.cit. qu.15. & 12.* volens nec teneri reſtituere fructus perceptos ex tali beneficio, quia recipit ex titulo valido, & poſſe validè alteri renunciare. Sicuti namque irregularitas non contrahitur, niſi jure expreſſa. *c.is qui.18. de ſent. excom.num. in 6.* ità nec habet plures effectus, quàm jure expreſſos, & non eſt jure expreſſum eſſe irritum beneficium obtentum poſt irregularitatem. Suarius *loc.cit.n.33.* Ant.à Sp. S. *loc.cit.n.29 & 30.* Ut enim profeſſio facta ab irregulari eſt valida. *c. 1. de filiis Presbyterorum. c.2.de Apoſtatis. c.2.de Clerico non ordinato miniſtrante:* ità collatio beneficii facta irregulari, cùm ſit actus juriſdictionis, erit valida, non irrita, ut in dubio ſemper pronunciatur pro actus validitate, ut pronunciandum eſt. Rota *p.2. recentiorum dec.469.n.3.* Rolandus à Valle *lib. 3. conſil.61.n.23.* Mantica *de conjecturis lib. 12. tit. 17.n.13.* ergo valida licèt illicita erit beneficii collatio facta irregulari.contra Navarrum *c.25.* Covarr.*in c.alma.p.1.§.7.num.1.* Leſſium *lib.2. c.34.n.122.* Henriquez *lib.14.c.2.n.7:* Malletum *malleatione 23. bractea 9.* ajentes collationem beneficii nullam. Dicaſtillum *loc.cit.n.118.* ajentem non poſſe recipere fructus, nec exercere actus illius beneficii.

5979 Poſt irregularitatè validè, non licitè obtinet beneficium.

Dices cum Suario, ſuperior non vult conferre beneficium habenti Canonicum impedimentum, ut eſt irregularitas. *c.poſtulaſti. de Clerico excomm.miniſtr.* ergo collatio beneficii eſt nulla ex defectu voluntatis conferentis.

Objectis fit ſatis.

Reſpondetur negando antecedens, quia ſuperior aliud non exprimens, ſe juri accommodat, quo jure non invenitur irrita collatio novi beneficii, ut ipſe Suarius fatetur. Quod autem diximus eſſe illicitam collationem beneficii factam irregulari, ſentiunt ita non eſſe, Suarius *diſp. 40. ſect.3.num.30.* Avila *par.7.diſp.2.dub.6. concl.3.* Cum quo ſtat oppoſitum ſentire Bauny *q.5. de irregul.v.ratio eſt*, volentem eſſe etiam licitam col-

Digitized by Google

collationem dicti beneficii, quia oppoſitum jure non conſtat.

Quid valeat irregularis circa res ſacras?

§. I.

5980 Quæ irregulari non vetantur. PRimo, valet intereſſe ſacrificio, ceteriſque divinis Officiis, & vivus, & mortuus cum Eccleſia communicat. Secundo, poteſt Sacramenta omnia recipere, excepto ordine, prout ſuprà explicuimus. Tertio, poteſt exercere omnem actum juriſdictionis auferendo, concedendo, delegando juriſdictionem, etiam quoad ſpiritualia, ut eſt abſolvere à cenſuris, diſpenſare in votis, aſſiſtere in matrimonio, licentiam aſſiſtendi concedere, dare facultatem excipiendi confeſſiones, abſolvendi à juramento, &c. poteſt facere quidquid habens primam tonſuram, aut laicus facere poteſt. Suarius *diſp.40.de cenſuris ſect.2.n.8.* Hurtadus *diſp.2.dub.9.* Navarr. *c.17.n.191.* Henriquez *lib.14.c.14.num.1.* Bauny *de irreg.qu.7.aſſert.1.* Pellizzarius *tom.2. tr.7.c.1. ſect.1.q.12.n.16.*

Excuſantur ab irregularitate, ejuſque effectibus in cauſis jure expreſſis.

§. II.

5981 Quæ excuſant ab incurrenda irregularitate PRimo quicunque excuſatur à lethali externo, ſivè ex parvitate materiæ, ſivè ex defectu deliberationis plenæ, ſivè aliundè, excuſatur etiam ab irregularitate. Clementina *unica de homicidio*, nam pœna nequit, niſi ex culpa eſſe. *c.ſine culpa.de regulis juris in 6.*

5982 An ignorantia, & inadvertentia excuſet. Secundo ab irregularitate ex delicto excuſat ignorantia, inadvertentia irregularitatis. *c.2.de conſtitutionibus. c. Apoſtolicæ. de Clerico excommunicato miniſtrante.*

5983 An metus gravis. Tertio excuſat metus cadens in virum conſtantem, vel aliud grave onus legibus non obligantibus cum gravi onere. *c. erit diſt.* 4. ut de teſte, & de excommunicato celebrante ad evadendum vitæ periculum ſupra dicebamus.

5984 Jure non expreſſa non incurritur. Quarto, irregularitas jure non expreſſa non incurritur, & ſic ſemper ac pro utraque parte ſunt auctores probabiliter affirmantes, & negantes, irregularitas tunc non incurritur; quia ſignum à poſteriori eſt, irregularitatem jure non eſſe expreſſam, nam contra jus expreſſum non datur opinio probabilis, & ſic ſtandum eſt *c.is, qui. 18. de ſent. excommun.in* 6. unde non ſatis eſt ſimpliciter, virtualiter, tacitè irregularitas dicatur jure probari; nam tunc nullibi expreſſa non incurritur. *c.is, qui.18. de ſent. excommun.in 6.*

Quinto, dubitans an ſit, nunquam eſt cenſendus irregularis, quia tunc non eſt expreſſa irregularitas in ipſum. *c. is, qui.18. de ſent. excommun.in 6.* Sotus *in 4.diſt.7.unica.* Caramuel *fundamentali 69.n.215.* 5985 Dubitans an ſit, non eſt irregularis.

Quæres an ſit irregularis, & excommunicatus volens occidere Petrum Clericum, occidens ex invincibili inadvertentia Paulum Clericum putans eſſe Petrum?

NEga; nam peccatum non eſt externum conſummatum, cùm internum, in quo eſt peccatum, careat effectu, & externum non ſit volitum, & ſic externum ſit omninò fortuitum, nec cum interno componat. Fagundez *præcepto 2.lib.4.c.4.n.15.* Suarez *de cenſuris diſp.22.ſect.1. n.5.* Henriquez *lib.13.c.13.num.1.* Ludovicus à conceptione *tom.1.examinis tract.5.caſu 6.nu.2.* Anton.à Sp.S. *conſult.905.n.2.16.& 20.* dicens in praxi complecti, & citans pro contraria Sanch. 9. *de matrimon.diſp.32.n.27.* Candidum *diſp.22. art.31.dubit.10.* Leandrum *de cenſuris tract.10. diſp.9.q.10.* Bonacinam *de cenſuris diſp. 1. q. 2. puncto 1.n.20.* poſt D. Thom. *1.2. q.16.art.3.* 5986 An volens occidere Petrum Clericum ex invincibili inadvertentia occid. Paulum Clericū, ſit irregularis, ut ſupra num. 5522.

Nec obſtat textus in *l.cum qui.18.§.ſi injuria D. de injuriis.* Nam ibi erat voluntas occidendi aliquem talis nationis ſive A, ſive B, ut ſi dicat germano ſermone. *Voglio uccidere un Prete, voglio uccidere un Romano in Roma, un Veneziano in Venezia* genericè, non ſpecificè. At in re noſtra non adeſt voluntas talis, nempè occidendi Clericum, qua Clericus eſt, neque hunc, vel illum Clericum, ſcilicet vel ſit Petrus, vel Paulus Clericus, ſed in individuo, ſcilicet habere voluntatem occidendi tantùm Petrum Clericum, & non Paulum, ſi poſtea inveniatur occiſus Paulus, talis occiſio eſt fortuita involita occiſori, ut ex dictis patet. (a)

(a) Ad abſolutam de Cenſuris, & Irregularitatibus dilucidationem Auctor duo Opuſcula elucubravit, unum *De Excommunicatione ex violenta percuſſione Clerici ad Can. ſi quis ſuadente XVII. qu.IV.* Alterum *de Excommunicatione lata ad indagandam veritatem revelatione, denunciatione, adductione ſcripturarum.* Quæ inter reliqua *Opuſcula* Deo favente dabimus.

Libri IV. Finis.

AP.

Digitized by Google

APPENDIX

Proponuntur Propoſitiones damnatæ ab ALEXANDRO VII. INNOCENTIO XI. ALEXANDRO VIII. CLEMENTE XI. & alia SS. Pontificum Decreta, atque Syllabus Caſuum reſervatorum Diœceſis Neapolitanæ.

PROPOSITIONES DAMNATÆ AB ALEXANDRO VII. PONT. MAX.

Feria v. die 24. Septembris Anno 1665.

1. HOmo nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Caritatis ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir Equeſtris ad duellum provocatus, poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt Anno 1629. 18. Julii in Conſiſtorio Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa, & tolerata eſt.

4. Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5. Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

6. Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit Pœnitenti chartam poſteà legendam, in qua ad Venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, & proindè non eſt denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ Sollicitationis eſt, ſi Sollicitatus confiteatur cum Sollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi.

8. Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet Celebranti correſpondentem, idq; poſt Decretum Urban. VIII.

9. Poſt Decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere, collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.

10. Non eſt contra juſtitiam pro pluribus Sacrificiis ſtipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam juramento firmata danti ſtipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

12. Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.

14. Qui facit confeſſionem voluntariè nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

15. Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

16. Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Eſt licitum Religioſo, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere: quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè, & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

18. Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.

19. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Uxorem in adulterio deprehenſam.

20. Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia, ante ſententiam declaratóriam Judicis; eo quod ſit pœna.

21. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi Officium per alium recitet.

22. Non eſt contra juſtitiam, beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Eccleſiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemtu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubjicere præcepto.

24. Mollities, Sodomia, & Beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, ideòque ſufficit dicere in Confeſſione ſe procuraſſe pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum ſoluta ſatisfacit Confeſſionis præcepto, dicens, commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro ſe opiniones

æquò

Digitized by Google

æquè probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber ſit alicujus junioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet rejectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.

28. Pópulus non peccat, etiamſi abſque ulla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum ſimilium Propoſitionum examini cura, & ſtudium impenditur, interea idem Sanctiſſimus re maturè conſiderata ſtatuit, & decrevit prædictas Propoſitiones, & unamqoamque ipſarum, ut minimum, tanquam ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet, itaut quicunque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè publicè, aut privatim, tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſsit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtate Sanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti-fidelibus cujuſcunqoe conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignia, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus S. Rom. & Univerſ. Inquiſit. Not. &c.
Loco ✠ Sigilli.

Sequuntur Propoſitiones damnatæ ab eodem ALEXANDRO PP. VII. feria v. *die* 18. *Martii* 1666.

29. IN die jejunii, qui ſæpiùs modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30. Omnes Officiales, qui pro Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

31. Excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agont equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſariom non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.

32. Non eſt evidens, quòd conſoetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum, ſuppleri poteſt per quaſconque eleemoſynas, quas anteà Beneficiarios de fructibus ſui beneficii fecerit.

34. In die Palmarom recitans Officium Paſchale ſatisfacit præcepto.

35. Unico Officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.

36. Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodiè ſunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm, eſt conſilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cùm Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40. Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

41. Non eſt obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgò, *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

42. Licitum eſt Mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempos.

43. Annuum legatum, pro anima relictum, non durat pluſquam per decem annos.

44. Quoad forum conſcientiæ Reo correcto, ejuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur, poſſunt retineri, uſqoe dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè penſatia idem Sanctiſſimua ſtatuit, ac decrevit prædictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarom, ut minimùm, tanquàm ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet, itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommonicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunqoe etiam dignitate ſulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtote ſanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatos, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus S. Rom. Univerſ. Inquiſit. Not. &c.
Loco ✠ Sigilli.

PROPOSITIONES DAMNATÆ

AB INNOCENTIO XI. SUMM. PONT.

Feria v. *die* 2. *Martii* 1679.

1. NOn eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aot Epiſcopalis.

2. Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.

3. Generatim dom probabilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca quantumvia tenui, modo à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliqoid agimos, ſemper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excoſabitur infidelis non credens,

dens, ductus opinione minùs probabili.

5. An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei ſemel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile eſt ne ſingulis quidem rigoroſè quinquenniis per ſe obligare præceptum Caritatis erga Deum.

7. Tunc ſolùm obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſumus.

8. Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modò non obſit valetudini, quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

9. Opus Conjugii ob ſolam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

12. Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus ſuperfluum ſtatui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantùm ex ſuperfluo ſtatui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare; non quidem ax diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

15. Licitum eſt Filio gaudere de parricidio parentis à ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias Indè ex hæreditate conſecutas.

16. Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundùm ſe.

17. Satis eſt, actum fidei ſemel in vita elicere.

18. Si à poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei glorioſum, conſulo, tacere, ut peccaminoſum per ſe nō damno.

19. Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus fidei in ſeipſo ſit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

20. Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum, quem habebat ſupernaturalem.

21. Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolùm probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

22. Nonniſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides latè dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimilivè motivo, ad juſtificationem ſufficit.

24. Vocare Deum in teſtem mendacii levis non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

25. Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

26. Si quis, vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſpontè, ſive recreationis cauſa, ſive quocunque alio fine juret, ſe non feciſſe aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec eſt perjurus.

27. Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

30. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.

31. Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

32. Non ſolùm licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

33. Licitum eſt, tam hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere, ſicut & jus habenti in Cathedram, vel præbendam contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile omnem fœtum, quamdiù in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primum incipere eamdem habere cùm paritur, ac conſequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permiſſum eſt furari, non ſolùm in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.

38. Non tenetur quis ſub pœnis peccati mortalis reſtituere, quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcunque ſit magna ſumma totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem illius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus eſt, etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævìè inito cum intentione lucri.

41. Cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poteſt Creditor aliquid ultra ſortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.

42. Uſura non eſt, dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur tanquam ex juſtitia debitum.

43. Quid ni nonniſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxiam, falſo crimine elidere.

44. Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam, & honorem defendat; & ſi hoc non ſit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro Spirituali non eſt Simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed duntaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contra.

Digitized by Google

46. Et id quoque locum habet, etiamſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale ; imò etiam ſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris æſtimetur, quàm res ſpiritualis.

47. Cùm dicit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, ad Eccleſias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc *digniores*, non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum ſumpto comparativo pro poſitivo, vel ſecundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò quando ſit concorſus.

48. Tam clarum videtur, fornicationem ſecundùm ſe nullam involvere malitiam, & ſolùm eſſe malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi diſſonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non eſt, unde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.

50. Copula cum conjugata conſentiente marito non eſt adulterium, adeòque ſufficit in confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.

51. Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandam virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti ; puta ne à Domino male tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum ſervandi feſta non obligat ſub mortali, ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemtus.

53. Satisfacis præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus audit.

54. Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.

55. Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

57. Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem, modò honeſtam.

58. Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

59. Licet Sacramentaliter abſolvere dimidiatè tantùm confeſſos ratione magni concurſus pœnitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicujus Feſtivitatis, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra Legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio ; dummodò ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem.

61. Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quinimò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

62. Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.

63. Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi.

64. Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

65. Sufficit illa Myſteria ſemel crediſſe.

Aliæ Propoſitiones duæ de Divino concurſu damnatæ ab INNOCENTIO XI. 23. Nov. 1679.

1. DEus donat nobis omnipotentiam ſuam, ut ea utamur ſicut aliquis donat alteri villam, vel librum.

2. Deus ſubjicit nobis ſuam omnipotentiam.

Quicunque autem cujuſvis conditionis, ſtatus, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel diviſim defenderit, vel ediderit, vel de eis diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcunque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injurioſis contentionibus Doctores, ſeù Scholaſtici, aut alii quicunque in poſterum ſe abſtineant, & ut paci, & caritati conſulatur, idem Sanctiſſimus in virtute ſanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quàm in Theſibus, Diſputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni cenſura, & nota, nec non à quibuſcunque conviciis contra eas propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ ſuper iiſdem propoſitionibus judicium proferatur.

Franciſcus Ricardus S. Rom. & Univerſ. Inq. Not.
Loco ✠ Sigilli.

PROPOSITIONES DAMNATÆ AB ALEXANDRO VIII.

Feria v. *die* 21. *Auguſti* 1690.

1. BOnitas objectiva conſiſtit in convenientia objecti cum natura rationali ; formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. HINC HOMO NON TENETUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.

2. Peccatum Philoſophicum, ſeù morale, eſt actus humanus diſconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale, eſt tranſgreſſio libera Divinæ Legis. Philoſophicum quan-

Digitized by Google

quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſt grave peccatum, ſed non eſt offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctiſſimus omnibus plenè, & maturè conſideratis primam Theſem, ſeù Propoſitionem declaravit hæreticam,& uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, ſicuti damnat, & prohibet, ſub cenſuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expreſſis; ſecundam Theſim, ſeù Propoſitionem declaravis ſcandaloſam, temerariam, piarum aurium offenſivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, ſicut damnat, & prohibet; itaut quicunque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam diſputaverit publicè, ſeù privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam Dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi. Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſtifidelibus cujuſcunque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prædictas Theſes, ſeù Propoſitiones ad praxim deducant.

Alexander Speronus S. Rom. & Univerſ. Inq. Not.
Loco ✠ Sigilli.

Propoſitiones damnatæ ab eodem ALEXANDRO PP. VIII. feria v. *die* 8. *Decembris* 1690.

1. IN ſtatu naturæ lapſæ ad peccatum formale, & demeritum ſufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in cauſa ſua, peccato originali, & voluntate Adami peccantis.

2. Tametſi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in ſtatu naturæ lapſæ operantem ex ipſa, non excuſat à peccato formali.

3. Non licet ſequi opinionem, vel inter probabiles probabiliſſimam.

4. Dedit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo, non pro ſolis electis, ſed pro omnibus, & ſolis fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis, nullum omninò accipiunt à Jeſu Chriſto influxum; adeòque hinc rectè inferes, in illis eſſe voluntatem nudam, & inermem, ſine omni gratia ſufficienti.

6. Gratia ſufficiens ſtatui noſtro, non tam utilis, quàm pernicioſa eſt, ſic ut proindè meritò poſſimus petere, à gratia ſufficienti libera nos Domine.

7. Omnis humana actio deliberata, eſt Dei dilectio, vel Mundi. Si Dei, Caritas Patris eſt: ſi Mundi, concupiſcentia carnis, hoc eſt, mala eſt.

8. Neceſſa eſt Infidelem in omni opere peccare.

9. Revera peccat, qui odio habet peccatum marè ob ejus turpitudinem, & diſconvenientiam cum natura rationali, ſine ullo ad Deum offenſum reſpectu.

10. Intentio, qua quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, merè ut cœleſtem obtineat gloriam, non eſt recta, nec Deo placens.

11. Omne quod non eſt ex fide Chriſtiana ſupernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum eſt.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides; & etiamſi videatur credere, non eſt fides divina, ſed humana.

13. Quiſquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, caritate ſi caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.

14. Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis.

15. Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentiæ Dei propter ſe, non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis.

16. Ordinem præmittendi ſatisfactionem abſolutioni, induxit non politia, aut inſtitutio Eccleſiæ; ſed ipſa Chriſti lex, & præſcriptio, natura rei idipſum quodammodo dictante.

17. Per illam praxim mox abſolvendi, ordo pœnitentiæ eſt inverſus.

18. Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamſi eam plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominùs ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed abuſu.

19. Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

20. Confeſſiones apud Religioſos factæ, pleræque vel ſacrilegæ ſunt, vel invalidæ.

21. Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, ſeù ſatisfactione, ob quæſtum, ſeù lucrum ſubſidii temporalis.

22. Sacrilegi ſunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequàm condignam de delictis ſuis pœnitentiam egerint.

23. Similiter arcendi ſunt à ſacra Communione, quibus nondum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis expers.

24. Oblatio in Templo, quæ fiebat à B. V. M. in die Purificationis ſuæ per duos pullos Columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccatis, ſufficienter teſtantur, quòd indiguerit purificatione, & quòd Filius qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus eſſet, ſecundùm verba legis.

25. Dei Patris ſedentis ſimulacrum nefas eſt Chriſtiano in Templo collocare.

26. Laus quæ defertur Mariæ ut Mariæ, vana eſt.

27. Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus: *In nomine Patris, &c.* prætermiſſis illis: *Ego te Baptizo.*

28. Valet Baptiſmus collatus à Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi obſervat, intùs verò in corde ſuo apud ſe reſolvit: *Non intendo facere, quod facit Eccleſia.*

29. Futilis, & toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in fidei quæſtionibus decernandis infallibilitate.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam, illam abſolutè poteſt tenere, & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31. Bulla Urbani VIII. *In Eminenti*, eſt ſubreptitia.

Quibus maturè conſideratis idem Sanctiſſimus ſtatuit, & decrevit xxxi. ſupradictas Propoſitiones tanquam temerarias, ſcandaloſas, malè ſonantes, injurioſas, Hæreſi proximas, Hæreſim ſapientes, erroneas, Schiſmaticas, & Hæreticas reſpectivè, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet; itaut quicunque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in Excommunicationem, à qua non poſſit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacunque etiam Digni-

Dignitate fulgent e, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcunque Conditionis, Dignitatis, & Status, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propoſitiones in majori numero ultrà ſupradictas XXXI. jam exhibitas, & in hoc Decreto non expreſſas approbare.

Alexander Speronus S. Rom. & Univerſ. Inq. Not.
Loco ✠ Sigilli.

CASUS RESERVATI IN BULLA CŒNÆ DOMINI.

1. HÆretici cujuſcunque ſectæ, eorumdem fautores, libros legentes, tenentes, aut imprimentes, & ſchiſmatici.
2. Appellantes à Pontifice ad futurum Concilium, eorumque fautores.
3. Piratæ, atque eorum receptatores, & fautores.
4. Naufragorum Chriſtianorum cujuſcumque generis bona, etiam in littoribus inventa, ſurripientes.
5. Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes.
6. Falſificantes Litteras Apoſtolicas, aut falsò fabricantes.
7. Deferentes arma, & alia uſui bellico idonea, ad Turcas, vel alios Chriſtiani nominis inimicos; & ad Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum pertinentia iiſdem in damnum Chriſtianorum nunciantes.
8. Impedientes eos, qui victualia, & alia neceſſaria Romam convehunt.
9. Ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, ſua, aut aliorum opera lædentes, & ſine juriſdictione vexantes in Curia commorantes.
10. Rumipetas, ac Peregrinos etiam in Urbe morantes, vel abeuntes, lædentes.
11. Offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos.
12. Ad Romanam Curiam pro negotiis ſuis recurrentes per ſe, vel per alios lædentes.
13. Appellantes à gravamine, vel futura executiona Literarum Apoſtolicarum ad Laicam poteſtatem.
14. Executionem Liter. Apoſt. aut aliarum expeditionum impedientes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes.
15. Judices ſæculares, qui Eccleſiaſticas perſonas trahunt ad ſua Tribunalia, quique Eccleſiaſticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.
16. Impedientes Prælatos, ne ſua juriſdictione utantur, quique illorum, & delegatorum judicia eludentes, ad Curiam ſæcularem recurrunt, aut contra illos decernunt, præſtanteſque auxilium.
17. Uſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & quarumconque Eccleſiarum juriſdictiones, vel etiam fructus ſequeſtrantes.
18. Imponentes decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, Monaſteriis, aut eorum fructibus.
19. Judices ſæculares, qui ſe interponunt in cauſis capitalibus, ſeù criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas.
20. Occupantes bona, aut terras Eccleſiæ Romanæ, & illius juriſdictionem uſurpantes.

SUMMA DECRETORUM SACRÆ CONGREGAT. SUPER RESERVATIONE, ET ABSOLUTIONE CASUUM RESERVATORUM.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium Negotiis Epiſc. & Regul. præpoſita de mandato ſpeciali Clementis Papæ VIII. jubet, & præcipit Sacerdotibus omnibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, ne quis eorum, prætextu privilegiorum quomodolibet conceſſorum, ab ullo ex caſibus in prædicta Bulla contentis vel aliàs à Sede Apoſtolica, vel per Ordinarios reſervatis, aut reſervandis abſolvere præſumat, ſub pœna excommunicationis, &c. ipſo facto abſque ulla declaratione, incurrenda, &c.

Cùm autem dubia quædam circa intelligentiam præfati Decreti emerſiſſent, eadem Sacra Congregatio de mandato ejuſdem Sanctiſſimi declaravit præter caſus in Bulla Cœnæ, & per Ordinarios locorum reſervatos, comprehendi ſub eadem prohibitione, & pœna, Violationem immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitut. Gregor. XIV. quæ incipit: *Cùm alias, &c.* Violationem Clauſuræ Monialium ad malum finem. Provocantes, ac pugnantes in duello, juxta Decretum Trident. & Conſtit. Gregorii XIII. incipit: *Ad tollendam.* Injicientes manus violentas in Clericos, juxta Canonem: *Si quis ſuadente.* Simoniam realem ſcienter contractam, atque etiam confidentiam beneficialem.

Quod Decretum, ejuſque declarationem, nec non cenſuras, & pœnas confirmat, atque innovat Paulus V. ab omnibuſque Sacerdotibus, tam Sæcularibus quàm Regularibus, etiam neceſſariò exprimendis inviolabiliter obſervari mandat, non obſtantibus Privilegiis, &c.

ALII CASUS SUMMO PONTIFICI INTRA ITALIAM RESERVATI.

1. VIolatio Clauſuræ Monialium ad malum finem.
2. Injicientium violentas manus in Clericos.
3. Simonia realis ſcienter contracta.
4. Confidentia beneficialis.
5. Provocantium, & pugnantium in Duello; juxta Concil. Trident. & Conſtitutionem Gregorii XIII. cujus tenor habetur ſupra.
6. Violatio immunitatis Eccleſiaſticæ circa fugientes ad Eccleſias, ut mox dicetur.

De Immunitate circa fugientes ad Eccleſias.

1. GRegorius XIV. in quadam Conſtitutione, quæ incipit: *Cùm aliàs nonnulli, &c.* ſtatuit, ut omnes delinquentes, qui confugiunt ad Eccleſias, gaudeant immunitate, exceptis caſibus expreſſis paragrapho 3. cujus tenor eſt hujuſmodi.

2. Ut Laicis ad Eccleſias locaque ſacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur.

3. Aut depopulatores agrorum.

4. Qui vel homicidia, & mutilationes membro-

Digitized by Google

brorum in ipſis Eccleſiis, earumve Cœmeteriis committere non verentur.

5. Aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint.

6. Aut Aſſaſſini.

7. Vel hæreſis rei.

8. Aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.

9. In aliis caſibus delinquentes, confugientes ad Eccleſias, gaudent Immunitate. Si quis verò contra hanc Conſtitutionem læſerit immunitatem Eccleſiaſticam, erit caſus reſervatus Papæ.

PROPOSITIONES DAMNATÆ

A CLEMENTE XI.

In Bulla: *Unigenitus*. VI. Idus Septembris 1713. contra Quiſnelium.

1. QUid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipſius gratiam amiſit, niſi peccatum, & peccati conſecutiones, ſuperba paupertas, & ſegnis indigentia, hoc eſt generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

2. Jeſu Chriſti gratia, principium efficax boni cujuſcunque generis, neceſſaria eſt ad omne opus bonum; abſque illa, non ſolum nihil fit, ſed nec fieri poteſt.

3. In vanum Domine præcipis, ſi tu ipſe non das quod præcipis,

4. Ita Domine; Omnia poſſibilia ſunt ei, cui omnia poſſibilia facis, eadem operando in illo.

5. Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiæ ſuæ, exhortationes, & gratiæ exteriores non inſerviunt, niſi ad illud magis obdurandum.

6. Diſcrimen inter Fœdus Judaicum, & Chriſtianum eſt, quod in illo Deus exigit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in ſua impotentia; in iſto vero Deus Peccatori dat, quod jubet, illum ſua gratia purificando.

7. Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit ejus propriæ infirmitati, imponendo ipſi ſuam legem? Quæ verò felicitas non eſt admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis?

8. Nos non pertinemus ad novum fœdus, niſi in quantum participes ſumus ipſius novæ gratiæ, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.

9. Gratia Chriſti eſt gratia ſuprema, ſine qua confiteri Chriſtum nunquam poſſumus, & cumqua nunquam illum abnegamus.

10. Gratia eſt operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire poteſt, aut retardare.

11. Gratia non eſt aliud, quam voluntas Omnipotentis Dei, jubentis, & facientis, quod jubet.

12. Quando Deus vult ſalvare animam, quocumque tempore, quocunque loco effectus indubitabilis ſequitur voluntatem Dei.

13. Quando Deus vult animam ſalvam facere, & eam tangit interiori gratiæ ſuæ manu, nulla voluntas humana ei reſiſtit.

14. Quantumcumque remotus à ſalute ſit Peccator obſtinatus, quando Jeſus ſe ei videndum exhibet lumine ſalutari ſuæ gratiæ, oportet, ut ſe dedat, accurrat, ſe ſe humiliet, & adoret Salvatorem ſuum.

15. Quando Deus mandatum ſuum, & ſuam æternam locutionem comitatur unctione ſui Spiritus, & interiori vi gratiæ ſuæ, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

16. Nullæ ſunt illecebræ, quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil reſiſtit Omnipotenti.

17. Gratia eſt vox illa Patris, quæ homines interius docet, ac eos venire facit ad Jeſum Chriſtum; quicumque ad eum non venit, poſtquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus eſt doctus à Patre.

18. Semen verbi, quod manus Dei irrigat, ſemper affert fructum ſuum.

19. Dei Gratia nihil aliud eſt, quam ejus Omnipotens voluntas: hæc eſt idea, quam Deus ipſe nobis tradit in omnibus ſuis Scripturis.

20. Vera gratiæ idea eſt, quod Deus vult ſibi à nobis obedire, & obeditur; imperat, & omnia fiunt; loquitur tamquam Dominus, & omnia ſibi ſubmiſſa ſunt.

21. Gratia Jeſu Chriſti eſt gratia fortis, potens, ſuprema, invincibilis, utpotè quæ eſt operatio voluntatis Omnipotentis, ſequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & reſuſcitantis Filium ſuum.

22. Concordia Omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipſius voluntatis conſenſu, demonſtratur illico nobis in Incarnatione, veluti in fonte, atque Archetypo omnium aliarum operationum miſericordiæ, & gratiæ, quæ omnes ita gratuitæ, atque ita dependentes à Deo ſunt, ſicut ipſa originalis operatio.

23. Deus ipſe nobis ideam tradidit omnipotentis operationis ſuæ gratiæ, eam ſignificans per illam, qua Creaturas è nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

24. Juſta idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Jeſu Chriſti, in ſanandis corporibus ſolo motu ſuæ voluntatis, eſt imago ideæ, quæ haberi debet de Omnipotentia ſuæ Gratiæ in ſanandis animabus à cupiditate.

25. Deus illuminat animam, & eam ſanat æquè ac corpus ſola ſua voluntate; jubet, & ipſi obtemperatur.

26. Nullæ dantur gratiæ, niſi per Fidem.

27. Fides eſt prima gratia, & fons omnium aliarum.

28. Prima gratia, quam Deus concedit Peccatori, eſt peccatorum remiſſio.

29. Extra Eccleſiam nulla conceditur gratia.

30. Omnes, quos Deus vult ſalvare per Chriſtum, ſalvantur infallibiliter.

31. Deſideria Chriſti ſemper habent ſuum effectum, pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.

32. Jeſus Chriſtus ſe morti tradidit ad liberandum pro ſemper ſuo ſanguine Primogenitos, ideſt Electos, de manu Angeli exterminatoris.

Digitized by Google

33. Proh quantum oportet bonis terrenis, & ſibimetipſi renunciaſſe, ad hoc, ut quis fiduciam habeat ſibi, ut ita dicam, appropriandi Chriſtum Jeſum, ejus amorem, mortem, & myſteria, ut facit Sanctus Paulus dicens: Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

34. Gratia Adami non producebat, niſi merita humana.

35. Gratia Adami eſt ſequela creationis, & erat debita naturæ ſanæ, & integræ.

36. Differentia eſſentialis inter gratiam Adami, & ſtatus innocentiæ, ac gratiam Chriſtianam, eſt, quod primam unuſquiſque in propria perſona recepiſſet: iſta verò non recipitur, niſi in perſona Jeſu Chriſti reſuſcitati, cui nos uniti ſumus.

37. Gratia Adami, ſanctificando illum in ſemetipſo, erat illi proportionata; Gratia Chriſtiana nos ſanctificando in Jeſu Chriſto, eſt Omnipotens, & digna Filio Dei.

38. Peccator non eſt liber, niſi ad malum, ſine gratia Liberatoris.

39. Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, niſi ad aberrandum, ardoris, niſi ad ſe præcipitandum, virium, niſi ad ſe vulnerandum; Eſt capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.

40. Sine gratia nihil amare poſſumus, niſi ad noſtram condemnationem.

41. Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philoſophis Ethnicis, non poteſt venire, niſi à Deo, & ſine gratia non producit, niſi præſumptionem, vanitatem, & oppoſitionem ad ipſum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis, & amoris.

42. Sola gratia Chriſti reddit hominem aptum ad Sacrificium Fidei; ſine hoc nihil, niſi impuritas, nihil niſi indignitas.

43. Primus effectus gratiæ baptiſmalis eſt facere, ut moriamur peccato; adeò ut ſpiritus, cor, ſenſus non habeant plus vitæ pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi.

44. Non ſunt, niſi duo amores, unde volitiones, & actiones omnes noſtræ naſcuntur; Amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; & Amor, quo nos ipſos, ac Mundum diligimus, qui, quod ad Deum referendum eſt, non refert, & propter hoc ipſum fit malus.

45. Amore Dei in corde Peccatorum non amplius regnante, neceſſe eſt, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omneſque actiones ejus corrumpat.

46. Cupiditas, aut Caritas uſum ſenſuum bonum, vel malum faciunt.

47. Obediantia legis profluere debet ex fonte; & hic fons eſt Caritas. Quando Dei Amor eſt illius principium interius, & Dei gloria ejus finis, tunc purum eſt, quod apparet exterius; alioquin non eſt, niſi hypocriſis, aut falſa juſtitia.

48. Quid aliud eſſe poſſumus, niſi tenebræ, niſi aberratio, & niſi peccatum ſine Fidei lumine, ſine Chriſto, & ſine Caritate?

49. Ut nullum peccatum eſt ſine amore noſtri, ita nullum eſt opus bonum ſine Amore Dei.

50. Fruſtra clamamus ad Deum, Pater mi, ſi ſpiritus Caritatis non eſt ille, qui clamat.

51. Fides juſtificat, quando operatur; ſed ipſa non operatur, niſi per Caritatem.

52. Omnia alia ſalutis media continentur in fide, tanquam in ſuo germine, & ſemine; Sed hæc fides non eſt abſque amore, & fiducia.

53. Sola Caritas Chriſtiano modo facit (actiones Chriſtianas) per relationem ad Deum, & Jeſum Chriſtum.

54. Sola Caritas eſt, quæ Deo loquitur, eam ſolam Deus audit.

55. Deus non coronat, niſi Caritatem; qui currit ex alio impulſu, & ex alio motivo, in vanum currit.

56. Deus non remunerat niſi Caritatem, quoniam Caritas ſola Deum honorat.

57. Totum deeſt Peccatori, quando ei deeſt ſpes, & non eſt ſpes in Deo, ubi non eſt amor Dei.

58. Nec Deus eſt, nec Religio, ubi non eſt Caritas.

59. Oratio Impiorum eſt novum peccatum, & quod Deus illis concedit, eſt novum in eos judicium.

60. Si ſolus ſupplicii timor animat pœnitentiam, quo hæc eſt magis violenta, eo magis ducit ad deſperationem.

61. Timor nonniſi manum cohibet, cor autem tandiù peccato addicitur, quandiù ab amore juſtitiæ non ducitur.

62. Qui à malo non abſtinet, niſi timore pœnæ, illud committit in corde ſuo, & jam eſt reus coram Deo.

63. Baptizatus adhuc eſt ſub lege, ſicut Judæus, ſi legem non adimpleat, aut adimpleat ex ſolo timore.

64. Sub maledicto legis nunquam fit bonum, quia peccatur ſive faciendo malum, ſive illud non, niſi ob timorem evitando.

65. Moyſes, Prophetæ, Sacerdotes, & Doctores Legis mortui ſunt, abſque eo quod ullum Deo dederint filium; cum non effecerint niſi mancipia per timorem.

66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipſum venire cum brutalibus paſſionibus, neque adduci per inſtinctum naturalem, aut per timorem, ſicuti beſtiæ, ſed per fidem, & per amorem, ſicuti filii.

67. Timor ſervilis non ſibi repræſentat Deum, niſi ut Dominum durum, imperioſum, injuſtum, intractabilem.

68. Dei bonitas abreviavit viam ſalutis claudendo totum in Fide, & precibus.

69. Fides, uſus, augmentum, & præmium Fidei totum eſt donum puræ liberalitatis Dei.

70. Nunquam Deus affligit innocentes, & afflictiones ſemper ſerviunt vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatum.

71. Homo ob ſui conſervationem poteſt ſe ſe diſpenſare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem.

72. Nota Eccleſiæ Chriſtianæ eſt, quod ſit Catholica; comprehendens & omnes Angelos Cœli, & omnes Electos, & Juſtos terræ, & omnium Sæculorum.

73. Quid eſt Eccleſia, niſi cœtus Filiorum Dei manentium in ejus ſinu, adoptatorum in Chriſto, ſubſiſtentium in ejus perſona, redemptorum ejus ſanguine, viventium ejus ſpiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri Sæculi?

74. Eccleſia, ſive integer Chriſtus, Incarnatum Verbum habet ut Caput, omnes verò Sanctos ut membra.

75. Eccleſia eſt unus ſolus homo, compoſitus ex pluribus membris, quorum Chriſtus eſt Caput, vita, ſubſiſtentia, & perſona: Unus ſolus Chriſtus, compoſitus ex pluribus Sanctis, quorum eſt Sanctificator.

76. Nihil ſpatioſius Eccleſia Dei, quia omnes Electi, & Juſti omnium ſæculorum illam componunt.

Digitized by Google

77. Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, & membro Chriſti, ceſſat interius habere Deum pro Patre, & Chriſtum pro Capite.

78. Separatur quis à Populo Electo, cujus figura fuit Populus Judaicus, & Caput eſt Jeſus Chriſtus, tam non vivendo ſecundum Evangelium, quam non credendo Evangelio.

79. Utile, & neceſſarium eſt omni tempore, omni loco, & omni perſonarum generi ſtudere, & cognoſcere ſpiritum, Pietatem, & Myſteria Sacræ Scripturæ.

80. Lectio Sacræ Scripturæ eſt pro omnibus.

81. Obſcuritas Sancta verbi Dei non eſt Laicis ratio diſpenſandi ſe ipſos ab ejus lectione.

82. Dies Dominicus à Chriſtianis debet ſanctificari lectionibus pietatis, & ſuper omnia Sanctarum Scripturarum. Damnoſum eſt velle Chriſtianum ab hac lectione retrahere.

83. Eſt illuſio ſibi perſuadere, quod notitia Myſteriorum Religionis non debeat communicari fœminis, lectione Sacrorum librorum. Non ex fœminarum ſimplicitate, ſed ex ſuperba virorum ſcientia ortus eſt Scripturarum abuſus, & natæ ſunt hæreſes.

84. Abripere è Chriſtianorum manibus novum Teſtamentum, ſeu eis illud clauſum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi, eſt illis Chriſti os obturare.

85. Interdicere Chriſtianis lectionem Sacræ Scripturæ, præſertim Evangelii, eſt interdicere uſum luminis filiis lucis, & facere ut patiantur ſpeciem quamdam excommunicationis.

86. Eripere ſimplici Populo hoc ſolatium jungendi vocem ſuam voci totius Eccleſiæ, eſt uſus contrarius praxi Apoſtolicæ, & intentioni Dei.

87. Modus plenus ſapientia, lumine, & Caritate eſt, dare animabus tempus portandi cum humilitate, & ſentiendi ſtatum peccati, petendi ſpiritum pœnitentiæ, & contritionis, & incipiendi, ad minus ſatisfacere juſtitiæ Dei, antequam reconcilientur.

88. Ignoramus quid ſit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus ſtatim reſtitui poſſeſſioni bonorum illorum, quibus nos peccatum ſpoliavit, & detrectamus ſeparationis iſtius ferre confuſionem.

89. Quartus decimus gradus converſionis Peccatoris eſt, quod, cum ſit jam reconciliatus, habet jus aſſiſtendi Sacrificio Eccleſiæ.

90. Eccleſia authoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Paſtores de conſenſo, ſaltem præſumto, totius Corporis.

91. Excommunicationis injuſtæ metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito noſtro. Nunquam eximus ab Eccleſia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulſi, quando Deo, Jeſu Chriſto, atque ipſi Eccleſiæ per Caritatem affixi ſumus.

92. Pati potiùs in pace excommunicationem, & anathema injuſtum, quam prodere veritatem, eſt imitari Sanctum Paulum: tantùm abeſt, ut ſit erigere ſe contra Auctoritatem, aut ſcindere unitatem.

93. Jeſus quandoque ſanat vulnera, quæ præceps Primorum Paſtorum feſtinatio infligit, ſine ipſius mandato; Jeſus reſtituit, quod ipſi inconſiderato Zelo reſcindunt.

94. Nihil pejorem de Eccleſia opinionem ingerit ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri ſupra fidem fidelium, & foveri diviſiones propter res, quæ nec fidem lædunt, nec mores.

95. Veritates eo devenerunt, ut ſint lingua peregrina quaſi pleriſque Chriſtianis, & modus eas prædicandi eſt veluti idioma incognitum; adeò remotus eſt à ſimplicitate Apoſtolorum, & ſupra communem captum fidelium: Neque ſatis advertitur, quod hic defectus ſit unum ex ſignis maximè ſenſibilibus ſenectutis Eccleſiæ, & iræ Dei in Filios ſuos.

96. Deus permittit, ut omnes Poteſtates ſint contrariæ Prædicatoribus veritatis, ut ejus victoria attribui non poſſit, niſi Divinæ gratiæ.

97. Nimis ſæpè contingit, membra illa, quæ magis ſanctè, ac magis ſtrictè unita Eccleſiæ ſunt, reſpici, atque tractari tanquam indigna, ut ſint in Eccleſia, vel tanquam ab ea ſeparata; ſed Juſtus vivit ex Fide, & non ex opinione hominum.

98. Status perſecutionis, & pœnarum, quas quis tolerat, tanquam Hæreticus, flagitioſus, & impius, ultima plerumque probatio eſt, & maximè meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jeſu Chriſto.

99. Pervicacia, præventio, obſtinatio in nolendo aut aliquid examinare, aut agnoſcere ſe fuiſſe deceptum, mutant quotidiè quoad multos in odorem mortis id, quod Deus in ſua Eccleſia poſuit, ut in ea eſſet odor vitæ: v. g. bonos libros, inſtructiones, ſancta exempla, &c.

100. Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, perſequendo veritatem, ejuſque diſcipulos. Tempus hoc advenit : : : : : : Haberi, & tractari à Religionis Miniſtris, tanquam impium, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia in ſocietate Sanctorum; eſt hominibus piis morte corporis mors terribilior. Fruſtra quis ſibi blanditur de ſuarum intentionum puritate, & zelo quodam Religionis, perſequendo flamma, ferroque viros probos, ſi propria paſſione eſt excœcatus, aut abreptus aliena, propterea quod nihil vult examinare. Frequenter credimus ſacrificare Deo Impium, & ſacrificamus Diabolo Dei ſervum.

101. Nihil ſpiritui Dei, & doctrinæ Jeſu Chriſti magis opponitur, quam communia facere juramenta in Eccleſia, quia hoc eſt multiplicare occaſiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis: & efficere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deſerviant conſilio impiorum.

SYLLABUS

CASUUM RESERVATORUM

Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ,

Ut habetur in noviſſima Synodo Diœceſana ſub Eminentiſsimo Cardinali FRANCISCO PIGNATELLO anno MDCCXXVI.

Caſus Reſervati, quibus adnexa eſt Excommunicatio ipſo facto.

1. OMnis utriuſque ſexus, & cujuſvis ſtatus, aut dignitatis perſonæ, quæ Hæreticorum cujuſcunque ſectæ cœtus adeunt, in quibus Conciones, & Cathechiſmi, aut quicunque eorum Ritus, præſertim à S. Catholica Romana Eccleſia damnati exercentur, quoties hujuſmodi exercitiis, quovis prætextu, & occaſione, etiam ſimplicis curioſitatis, aſſiſtunt.

2. Omnes perſonæ utriuſque ſexus, quæ vel per ſe, vel per alium, Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Chriſ-

Digitized by Google

Chriſmate, Oleo Sancto, ſive quacunque alia re conſecrata, ad Veneficia, Divinationes, Sortilegia, aut ad alium uſum, quam fuerint ordinata, vel inſtituta, quomodolibet abutantur: Omneſque utriuſque ſexus, qui de prædictis ad prædictos fines aliquid ſumſerint, vel alicui dederint, aut datum acceperint, etiam abuſu minime ſubſecuto.

3. Omnes utriuſque ſexus perſonæ, quæ Dæmoni ſpondent obſequium, thus, & Sacrificia offerunt, quamvis abſque errore intellectus. Inſuper quæcunque, ſive ſuo, ſive alterius nomine, condunt, aut condere faciunt imagines, anulos, aut quodvis aliud artefactum, in quo Dæmonem conſtringant.

4. Venefici, & Veneficæ omnes, Necromantes, Divinatores, Sortilegi, Lamiæ, Striges, ſive quovis alio nomine nuncupentur, ex utroque ſexu, qui cum expreſſa Dæmonis invocatione, ad captandam dilectionem, vel odium concitandum, ſive ad inveniendos theſauros, aut ad alium finem quemcunque, utuntur incantationibus, aliiſque maleficiis, ſive etiam ligaturis, ut à naturali, & legitimo Matrimonii uſu Conjuges avertant: aut ſcienter in præfatis cooperantes, aut quovis modo conſentientes.

Declaramus autem ex prædictis criminibus, in ſupradictis 2. 3. & 4. Caſibus contentis, excommunicationem Nobis reſervatam ipſo facto incurrere non ſolum eos, qui ſæpe, & ex arte hujuſmodi criminibus operam dant, ſed etiam eos, qui quomodocunque, etiam ſemel, ea perpetraverint.

5. Loquentes ſine noſtra, vel Vicarii noſtri Monialium licentia cum Monialibus, in Monaſteriis etiam exemtis, vel cum aliqua, aut aliquibus earum, etiamſi ſit Converſa, aut Novitia, ſive educationis, ſive alterius rei cauſa ibidem commoretur; conjunctis in primo, vel ſecundo Conſanguinitatis gradu dumtaxat exceptis. Declarantes, quod qui facultatem obtinuerit loquendi cum aliqua prædictarum, non poſſit data opera, & ex profeſſo cum aliis loqui.

Inſuper ij præſertim, qui cum aliqua ex prædictis, aut coram ipſis, tam in Monaſteriis, quam Conſervatoriis, ſeu Collegiis commorantibus, de rebus obſcenis, per verba, aut actus impudicos, præſentes egerint, abſentes verò per literas, aut internuncios. Nec non viri, aut mulieres, ſive intra, ſive extra Monaſterii, vel Conſervatorii, aut Collegii clauſtra, ac ſepta, qui prædictas literas, vel mandata detulerint.

6. Omnes in Cauſa Criminali, aut Civili cum gravi damno alterius falſum deponentes, aut deponendum curantes, necnon inducentes ad falſum deponendum, falſiſque Teſtibus, Depoſitionibus, Inſtrumentis, Scripturis, tam publicis quam privatis, quomodocunque utentes, directè, vel indirectè, in quavis Curia Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ. Item quicunque falſum aliquod impedimentum Matrimonii doloſè objecerint; necnon conſilium, vel auxilium ad illud doloſe objiciendum dantes.

Falſificantes, etiam cum gravi damno alterius, vel corrumpentes; falſo, aut quæ falſum continent, conficientes Apochas, Syngraphas, vulgò *Fedi di Credito, o Poliʒe notate in Fede*, ſive Inſtrumenta, Proceſſus, aut Scripturas publicas, & authenticas; aut ſcienter his utentes; necnon mandantes, aut cooperantes.

Similiter præſentantes falſum, fictum, aut fiduciarium Patrimonium, aut quomodolibet fraudulentum pro Ordinibus ſuſcipiendis, etiam pro prima Clericali Tonſura: nec non conſtituentes, conſulentes, aut quomodolibet concurrentes, ſive cooperantes. Declaramus autem, quod Clerici præſentantes, quando ab excommunicatione abſolvuntur, remanent ab exercitio ſuſceptorum Ordinum ſuſpenſi, quam ſuſpenſionem nullus, niſi Nos perſonaliter, conſtituto Reali Patrimonio, & cauſa diſcuſſa, relaxare valeat.

Præter hos, Actuarii, Subactuarii, Notarii, Scribæ, qui cum alterius Partis offenſione, aut cum Reipublicæ, aut legalis juſtitiæ detrimento, doloſè auctam, vel diminutam informationem capiunt, & ſic dicta Teſtium ſcribunt; ac Nuncii, Curſores, aut alias nuncupati, qui in grave Tertii præjudicium falſum in acta referunt.

7. Confeſſarii omnes, etiam Parochi, ad inhoneſta perſonam quamcunque, ſive in actu Confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediatè, aut prætextu, vel occaſione Confeſſionis, etiam Confeſſione non ſecuta, vel extra Confeſſionem in Confeſſionalibus, ſollicitantes, aut quomodolibet cum iiſdem impudicè tractantes. Reſpectu Regularium verò, Cenſuram ſuſpenſionis ab audiendis Confeſſionibus, quam ipſo facto incurrunt, Nobis tantummodo reſervamus.

8. Pariter Confeſſarii omnes, etiam Parochi, attentantes prædictas perſonas, & quaſcunque alias, cum quibus, extra antedictos caſus, quomodolibet impudicè verſati fuerint, à peccatis, quorum ipſi complices ſint, nulliter abſolvere: Qui omnes, etiam Regulares, etiam in Cenſuram ſuſpenſionis ab audiendis Confeſſionibus ipſo facto incidunt, Nobis tantummodo reſervatam.

9. Inceſtus com conjunctis in primo, vel ſecundo gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis. Mulieres autem, ſi verè ſint pœnitentes, à quocunque Confeſſario à Nobis approbato abſolvi poſſunt, gravi tamen impoſita pœnitentia ſalutari; & dummodo occaſio proxima facta ſit ſalutaribus mediis moraliter remota.

10. Qui contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, Clericos, quos noverint, ad Forum ſeculare traxerint, etiam conſentiente reo: extra caſus hac in re tum in Bulla Cœnæ Domini, tum in Martini V. Conſtitutione: *Ad reprimendas*, Summo Pontifici reſervatos.

11. Homicidia, vel mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, Cœmeteriis, aut Sacriſtiis, aut publicis Oratoriis patrantes.

12. Conficientes cujuſcunque generis venena in hominum perniciem; eadem ſcienter dantes, apponentes, vel quomodolibet propinantes; ſive ad hoc qualitercunque cooperantes, vel conſulentes, etiam non ſecuto effectu.

13. Cujuſvis conditionis perſonæ, quæ libros in Civitatem, vel Diœceſim introducunt, vel ſcienter introductos tradunt, aut traditos recipiunt, ſive etiam de eadem Civitate, & Diœceſi extrahunt, priuſquam à Deputatis noſtris fuerint recogniti. Similiter Bibliopolæ, qui Bibliothecas emunt, non exhibito priùs prædictis Deputatis emtorum librorum catalogo: Tranſgreſſores autem, etiam de noſtra licentia nunquam abſolvantur, quoad uſque libros ſine prædictis requiſitis introductos, aut emtos, recognitioni ſubjecerint. Typographi ſimiliter, & eorum Operarii, qui ſine noſtra, vel Vicarii noſtri licentia libros, aut cujuſcunque generis folia imprimunt; præterea Auctores eorum, ſi typis mandent, vel quicunque mandari faciunt.

14. Qui in Paſchate non communicantes ab aliis doloſè accipiunt ſchedulas, ſeu chartulas, quæ

Digitized by Google

eo tempore diſtribui ſolent in Metropolitana, vel in Parochiis, ut fidem Parocho exhibeant de peracta Communione. Item illi, qui eaſdem non communicantibus quomodocunqoe accommodant in fraodem, aut utcunque cooperantes.

15. Falſarii monetarum, videlicet ij, qui monetas quomodocunque vitiant, nimirum, vel eas diminuendo, vel fundendo, aut imprimendo com deteriori liga, aot ſine legitimo Principis ſigillo.

16. Sponſi, & Sponſæ poſt contracta ſponſalia, etiam privata inter ſe, & ante matrimonium legitimè celebratum, carnalem inter ſe copulam habentes; nec non parentes, conſanguinei, & affines omnes, aut quicunque domos curam habentes, eandem carnalem copulam, vel Sponſorum cohabitationem, vel pernoctationem, etiam pro una vice, permittentes.

Caſus Reſervati, quibus non eſt adnexa Excommunicatio.

1. BLaſphemantes Deum, vel B. Virginem ex perverſa conſuetudine coram pluribus ſupra quatuor.

2. Exercentes peccatum Sodomiæ, vel cum Brutis coeuntes: ita tamen ut in his loxuriæ caſibus tantùm maſculi comprehendantur.

3. Confeſſarii omnes, etiam Curati, ad obſcena quaslibet perſonas ſibi frequenter confitentes, licèt non immediatè poſt vel ante Confeſſionem, indecentes, ſeu ſollicitantes, vel cum iis quomodolibet impudicè tractantes.

4. Medici, qoi viſitantes in lecto infirmos, poſt tres dies à viſitatione non curaverint, ut prædicti infirmi peccata ſua idoneo Confeſſario confiteantur, aut alias non deſerverint, ſecundum terminos Conſtitutionum S. Pii V. & Innocentii XI.

5. Debitores quorumlibet Piorum Locorum, ſive eorundem debitorum Adminiſtratores, ſi intra menſem, etiam extrajudicialitèr, requiſiti à Rectoribus, Procuratoribus, ſeu Adminiſtratoribus dictorum locorum, reditus, & cenſus non ſolverint.

6. Non abſolvantur Concubinarii, & Concubinæ, etiamſi excommunicationis ſententia in cos lata non fuerit, niſi facta reali ſeparatione, & tori, & domos, per duos ſe menſes continuerint: vel niſi certò, aut valdè probabiliter conſtet factos phyſice, vel moraliter impotentes ad reincidendum, aut paulò poſt eſſe inter ſe matrimonium contracturos.

7. Omnes utriuſque ſexos, qoi à Dominica Palmarum, uſque ad diem Aſcenſionis Domini incluſivè, Paſchalis Communionis præcepto in Cathedrali, vel propria Parochia non ſatisfecerint, Interdicti pœnam ea cap. *Omnis utriuſque ſexus, de Pænit. & remiſſ.* ipſo facto incurrunt, à Nobis, ſive facultatem à reſervatis abſolvendi à Nobis, vel Vicario noſtro Generali habentibus, tantummodò relaxandam, dummodò non fuerint nominatim denunciati.

IN-

Digitized by Google

INDEX
TITULORUM, CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM
LIBRI TERTII
INSTITUTIONUM CANONICARUM.

Prior numerus paginam, ſecundus epigraphen marginalem notat.

TIT. I. DE JUDICIIS. Pag. 1.
Proœmium. ibid. n. 1.
§. I. *Quid, & quotuplex ſit Judicium?* ibid. n. 2.

TIT. II. DE JUDICE. 2.
§. I. *Quid, & quotuplex ſit?* ibid. n. 9.
§. II. *Differentia inter Judicem Ordinarium, & Delegatum.* ibid. n. 17.
An Delegatus ad univerſitatem cauſarum, ſit ad inſtar Ordinarii? ibid. n. 27.
§. III. *De Judice Delegato.* 3.
Qui poſſit concedere Juriſdictionem Ordinariam? ibid. n. 28.
An Delegatus poſſit ſubdelegare? ibid. n. 30.
An Delegatus à Principe poſſit ſubdelegare, quando eſt electa induſtria perſonæ: puta ſi dictum ſit, per ſe cognoſcat, ejus oneramus conſcientiam? ibid. n. 32.
An, & quando cenſeatur electa induſtria perſonæ? ibid. n. 33.
An Delegatus Principis poſſit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi? ibid. n. 36.
An Subdelegatus Delegati Principis poſſit ſubdelegare? ibid. n. 37.
An Delegatus ab inferiori ad univerſitatem cauſarum poſſit ſubdelegare? ibid. n. 39.
An Judex delegatus à lege ſit ordinarius? 4. n. 40.
Judex Pedaneus. ibid.
Quis ſit, & quodnam officium habeat? ibid. n. 41.
An Judices Ordinarii delegare poſſint? ibid. n. 43.
An Tribunal Delegati, & Delegantis ſit idem? ibid. n. 44.
An, & quot modis expiret juriſdictio delegata? ibid. n. 46.
Quid ſignificet ly re integra? ibid. n. 47.
An expiret commiſſio gratiæ facta mortuo concedente gratiam? 5. n. 49.
Quando res non ſit integra? ibid. n. 50.
An Juriſdictio ordinaria acceſſoria expiret, extincta juriſdictione principali? ibid. n. 52.
An expiret Juriſdictio ſubdelegati, mortuo Subdelegante, vivo Delegante? ibid. n. 53.
An expiret Delegatio, Delegante amoto ab officio? ibid. n. 54.
An excommunicato Delegante expiret delegatio? ibid. n. 55.
An Delegatus invitus poſſit etiam ſine cauſa juſta revocari à Delegante lite conteſtata? ibid. n. 56.
An plures cauſæ delegatæ perpetuentur, ſi Juriſdictio non ſit integra in una cauſa? Pag. 5. n. 57.
An Delegatio tranſeat ad ſucceſſorem Delegati? 6. n. 58.
An extincta delegatione alicui conceſſa morte Delegantis, vel alio modo, Ordinarius procedere poſſit in illa cauſa jure ordinario? ibid. n. 59.
An Judex ſive Ordinarius, ſive Delegatus poſſit eſſe Judex in cauſa propria? ibid. n. 60.
An Judex in cauſa principali ſit competens in omnibus incidentibus annexis, & connexis? ibid. n. 63.
§. IV. *De Officio Aſſeſſoris dati Judici.* ibid. n. 64.
An Judex teneatur ſequi Votum Aſſeſſoris? ibid. n. 68.
Quæres, an Aſſeſſori dandum ſit ſalarium ab ipſo Judice ignaro? ibid. n. 69.
An Judex, ſive Ordinarius, ſive Delegatus exercere valeat Juriſdictionem contentioſam extra fines Territorii, vel in loco exempto? 7. n. 70.
An Judex certò cognoſcens aliquem delinquentem poſſit illum condemnare etiam ſine accuſatore? ibid. n. 77.
An Judex poſſit non condemnare re vera innocentem, ſed ſecundum allegata, & probata nocentem? ibid. n. 78.

TIT. III. DE FORO JUDICIS SECUNDUM SE. 9. n. 107.
An in foro, ubi Judicium captum eſt, ibi finiri debeat? ibid. n. 112.
An in prima inſtantia teneatur quis ſequi Curiam primarum Cauſarum? ibid. n. 115.
§. I. *De Juriſdictione, & Judice Civili, Criminali, & mixto.* ibid. n. 120.
Quæ ſit cauſa Civilis? ibid. n. 121.
Criminalis cauſa quæ? ibid. n. 125.
Mixta cauſa. 10. n. 129.
In dubio an cauſa ſit criminalis? ibid. n. 130.
An Judex Civilis valeat quandoque ſe intromittere in cauſa Criminali?
An Judex Criminalis poſſit cognoſcere cauſam Civilem? ibid. n. 134.
An mandatum de manutenendo competat Judici in Civilibus? 11. n. 140.
Cauſa damni illati cujus Judicis? ibid. n. 142.
An Syndicatus, quo quis redditur habilis, vel inhabilis ad officium, ſit cauſa Civilis? ibid. n. 144.

Actio,

Digitized by Google

Actio, ut Tutor ſuſpectus tantùm removeatur. Pag.11.n.146.
Actio ad pœnam conventionalem in contractu poſitam ex pacto. ibid.n.147.
An cauſa de removendo aliquo ab Officio, Dignitate, Beneficio, ſit Civilis? ibid.n.148.
§.II. *De Judice, & judicio ad modum belli, ut Capitaneus Generalis, & levato velo.* ibid.n.149.
Quid ergo indicat ly ad modum belli, ut Capitaneus Generalis? ibid.n.150.
At in quibus cauſis ita procedere poteſt? 12.n.151.
§.III. *De Judice competente, & incompetente, & Juriſdictione Judicis Eccleſiaſtici, & ſecularis?* ibid.n.153.
An Judex allegatus incompetens cognoſcat, & decidat ſe eſſe competentem, ſive ſit Ordinarius, ſive Delegatus? ibid.n.154.
An, & quis decidat Judicem eſſe competentem, ſi lis competentiæ ſit inter Judices diverſos? ibid.n.155.
Si lis ſit inter Judicem Baronis, & Officialem Regium? ibid.n.158.
Si lis ſit inter duos Barones de Juriſdictione? ibid.n.159.
Lis inter Eccleſiaſticum, & Laicum de competentia Juriſdictionis, à quo decidenda? ibid.n.160.
An Judex Eccleſiaſticus cognoſcat etiam reum laicum delinquentem cum Clerico? 13.n.161.
Ubi Judex debeat Juriſdictionem exercere contentioſam? ibid.n.163.
Quando cauſa eſt commiſſa pluribus, quis ſit Judex competens? ibid.n.165.
TIT.IV. DE SINGULIS FORIS. ibid.
Quæ ſit Fori quidditas, & unde Forus naſcatur? ibid.n.167.
Quot modis, & cauſis quis ſortiatur Forum? ibid.n.169.
§.I. *Forus ratione Domicilii.* ibid.n.170.
§.II. *Forus Originis.* 14.n.173.
§.III. *Forus Rei ſitæ.* ibid.n.178.
§.IV. *Forus Contractus.* ibid.n.181.
An etiam ſortiatur forum in actione Reali ex hypotheca expreſſa adjecta contractui? ibid.n.183.
An etiam pro reſciſſione contractus poſſit agi coram Judice contractus? ibid.n.184.
Sed quid dicendum, ſi contractus in uno loco ſit initus, in alio ſit confirmatus, ratificatus? 15.n.187.
§.V. *De Foro Succeſſionis.* ibid.n.188.
An hæres privilegiatus conveniatur in foro defuncti non privilegiati. ibid.n.190.
An Clericus hæres laici conveniatur in foro laici defuncti? ibid.n.192.
An lite incœpta à defuncto coram Judice laico, ejus hæres ibidem ſit conveniendus? ib.n.193.
§.VI. *De Foro Privilegii.* ibid.n.195.
§.VII. *De Foro Clerici.* ibid.n.166.
Caſus in quibus Judex laicus cognoſcit Clericum delinquentem. ibid.n.197.
An Judex laicus cognoſcat Clericum aſſaſſinum? ibid.n.198.
An Clericus non mandans non mandatarius, ſed mediator in cauſa aſſaſſinii cognoſcatur à Judice laico? 16.n.206.
An requiratur degradatio, ut Eccleſiaſticus aſſaſſinus puniatur à laico? ibid.n.208.
Quæret an in crimine falſæ monetæ Eccleſiaſticus puniri valeat à Judice laico? ibid.n.209.
Clericus delinquens cum laico. Pag.16.n.210.
An in cauſa reconventionis Clericus cognoſcatur à Judice laico? ibid.n.211.
Clericus incedens ſine habitu, & tonſura: an cognoſcatur à Judice laico? ibid.n.213.
An ſolitus deferre habitum, & tonſuram, deprehenſus ſine habitu, & tonſura, gaudeat immunitate? ibid.n.214.
An reaſſumens habitum dimiſſum à tempore diuturno, gaudeat privilegio fori, & aliis Clericalibus? ibid.n.215.
An non deferens habitum, & tonſuram diuturno tempore, adhuc puniri valeat ab Epiſcopo? ibid.n.219.
Quanto tempore debeat ſine habitu inceſſiſſe, ut cenſeatur dimiſſus habitus Clericalis, nec Foro gaudere? ibid.n.220.
An lis de habitu, & tonſura ſitnè Clericalis, terminetur à Judice laico? ibid.n.228.
An, ut gaudeat Foro, debeat incedere in habitu, & tonſura, ut dictum eſt, & inſervire Eccleſiæ? 18.n.232.
§.VIII. *De Clerico Beneficiato: An, & quid requiratur, ut gaudeat Foro?* ibid.n.234.
An Clericus beneficiatus incedens ſine habitu, & tonſura gaudeat immunitate Fori? ibid.n.235.
An Beneficiatus impubes Reus ſine habitu, & tonſura gaudeat Foro? ibid.n.236.
An habens beneficium tenue, vel carens fructibus, gaudeat Foro? ibid.n.237.
An habens titulum Beneficii ante poſſeſſionem, & ſic ſine poſſeſſione, gaudeat Foro? ibid.n.238.
An habens Capellaniam, gaudeat Foro ad inſtar Beneficiati? ibid.n.240.
An habens Commendam perpetuam Foro gaudeat? ibid.n.243.
An habens expectativam beneficii gaudeat Foro? ibid.n.244.
An Clericus habens ſolam penſionem Eccleſiaſticam, gaudeat Foro? 19.n.247.
§.IX. *Clericus ſylvaticus quid ſit, & quibus privilegiis gaudeat?* ibid.n.248.
§.X. *Clericus Conjugatus.* ibid.n.257.
An habeat privilegium Fori? ibid.n.258.
An, & quid requiratur, ut gaudeat privilegio Fori? ibid.n.259.
Quid debeat probare Conjugatus Clericus, ut gaudeat privilegio Fori? ibid.n.260.
Quo privilegio gaudet Clericus Conjugatus? ibid.n.263.
An gaudeat Foro in Civilibus, & Criminalibus? 20.n.270.
An Conjugatus, qui amiſit privilegia dimiſſo habitu, reaſſumto habitu, illa recuperet? ib.n.273.
An, ut gaudeat Foro debeat ſervire Eccleſiæ ab Epiſcopo deſtinatæ? ibid.n.275.
An Clericus Conjugatus, Uxore mortua, recuperet omnia privilegia, ità ac ſimplex Clericus ſine licentia Epiſcopi? ibid.n.276.
An Uxor Clerici Conjugati gaudeat privilegio Fori Clerici? ibid.n.278.
An Vidua Clerici Conjugati gaudeat Foro Viri? ibid.n.279.
An filii legitimi, & naturales Sacerdotis, vel Epiſcopi fruantur privilegio patris viventis? ibid.n.280.
§.XI. *Clericus Bigamus.* ibid.n.281.
Clericus volens nuptias inire, renuncians Clericatui, & beneficiis, ſed nuptias deindè non contrahens, reaſſumens habitum, an gaudeat Foro? ibid.n.283.

§.XII. *De Clerico Milite.* Pag.20.n.284.

§.XIII. *De Delinquente laico, poſt delictum aſſumente Clericatum, vel Profeſſionem, an gaudeat Foro?* 21.n.286.

An Laicus relegatus, vel forojudicatus, factus Clericus frangens relegationem, poſſit puniri à Judice laico? ibid.n.290.

An pendente lite, laicus deindè effectus Clericus, valeat declinare Judicem laicum in lite inceptа? ibid.n.291.

An laicus liberatus ſub fidejuſſione de ſe præſentanda, vel habilitatus per Palatium, factus deindè Clericus, eximatur à Juriſdictione laica? ibid.n.293.

An obligatus penès acta, vel per publicum inſtrumentum, factus deindè Clericus, gaudeat Foro? ibid.n.294.

An dimiſſo habitu ſe obligans penès acta Magnæ Curiæ Vicariæ, deindè reaſſumpto habitu conveniri poſſit in Curia laica? ibid.n.295.

§.XIV. *De Exercente officium laicum.* ibid.

An factus Clericus poſt receptum officium laicum à ſeculari Judice, gaudeat Foro? ibid.n.297.

An Clericus ſuſcipiens officium laicum, putà tutelam à Judice laico, conveniatur coram Judice laico pro reddendis rationibus. 22.n.298.

An Clericus mandato Judicis laici recipiens depoſitum, conveniri poſſit coram eodem Judice laico? ibid.n.299.

Clericus delinquens in officio laico ei dato à Principe, an puniatur à Judice Eccleſiaſtico? ibid.n.301.

An Clericus litigans coram laico, poſſit ab eodem condemnari ad ſolvendum ſalarium Advocato, vel Procuratori illius litis? ibid.n.303.

§.XV. *De Clerico degradato, an gaudeat Foro?* ib.n.304.

§.XVI. *De Clerico negotiatore: an gaudeat Foro?* ibid.n.305.

An Judex laicus punire valeat Clericum coram ſe dicentem falſum? ibid.n.306.

An laicus teſtis falſus coram Judice Eccleſiaſtico ab eodem puniri debeat? ibid.n.307.

An Clericus conſenſu Epiſcopi, poſſit ſe ſubjicere Judici laico? ibid.n.309.

An Epiſcopus poſſit delegare Juriſdictionem laico contra Clericum? ibid.n.310.

An Papa delegare valeat laico cauſam contra Clericum? ibid.n.311.

An Princeps laicus punire valeat Clericum impedientem ſuam laicam Juriſdictionem? ibid.n.312.

An Judex laicus punire valeat Clericum uſurpantem ſuam Juriſdictionem? 22.n.315.

An laicus ejicere poſſit à Regno Eccleſiaſticum ſeditioſum, perturbatorem, ſi alia via nequeat damnum evitare? ibid.n.318.

An Judex laicus cognoſcere valeat de Clericatu? ibid.n.322.

An Clericus remitti poſſit cum ignominia? ibid.n.330.

§.XVII. *De Novitiis: An gaudeant Foro, etiamſi non ſint Clerici?* ibid.n.332.

An laici recepti, ſed ob defectum ætatis non adhuc admiſſi inter Novitios Religionis militantis, gaudeant Foro? 24.n.334.

An Familia laica Epiſcopi, Nuntii Apoſtolici, & Cardinalis, gaudeat Foro? ibid.n.335.

An Familiares Cardinalium, gaudeant privilegio Fori? 25.n.354.

An Famuli perpetui Clericorum, ſive Mancipia, ſive non, gaudeant Foro Clerici? 26.n.356.

An laicus offendens Familiarem, Miniſtrum Epiſcopi, ſit puniendus ab ipſo Epiſcopo? Pag.26.n.359.

§.XVIII. *Forus Militum.* ibid.n.362.

§.XIX. *Forus Scholarium, & Miſerabilium.* ibid.n.363.

§.XX. *Neapolitanorum Forus.* ibid.n.365.

§.XXI. *Forus Delicti.* ibid.n.368.

§.XXII. *Forus Præventionis.* ibid.n.370.

§.XXIII. *De Foro Prorogationis.* 27.n.375.

An laici conſentire valent, & prorogare Juriſdictionem Epiſcopi, & ab eo puniri? ibid.

TIT.V. DE JUDICE SUSPECTO. 27.n.379.

§.I. *Quid ſit recuſatio Judicis?* ibid.n.380.

§.II. *Qui Judex recuſari valeat?* ibid.n.381.

An recuſari poſſit Curator Patrimonii? ib.n.383.

Quæres, an poſſit recuſari Monaſterium, ne ibi ponatur Puella maritanda, vel ut ibi ponatur Novitius pro exploranda voluntate? 28.n.384.

An Princeps ſupremus recuſari poſſit? ibid.n.385.

An Concilium legitimum Generale recuſari poſſit? ibid.n.386.

An commiſſa cauſa, recuſatione remota, adhuc ſuſpectus Judex recuſari valeat? ibid.n.388.

A quo recuſari valeat ſuſpectus Judex? ib.n.390.

An Procurator exigat ſpeciale mandatum ad recuſandum Judicem ſuſpectum? ibid.n.391.

An Clerici, Gubernatores, Syndici Univerſitatis queant recuſare Judices ſine ſpeciali mandato? ibid.n.392.

An contumax incuſatus poſſit recuſare ſuſpectum Judicem? Ibid.n.393.

Quomodo Judex recuſari debeat? 29.n.395.

§.IV. *Cauſæ ad recuſandum.* ibid.n.398.

Quæres, an Judex finito officio valeat advocare in cauſa pro qua judicavit? ibid.n.408.

Ratione inimicitiæ. ibid.n.409.

An ſit ſuſpectus Judex commenſalis parti adverſæ, vel mei inimici? ibid.n.413.

An ſemel comedens cum Parte, vel inimico ſit ſuſpectus? 30.n.414.

Quæres, an Judex ſuſpectus in judicando, ſit ſuſpectus in delegando? ibid.n.418.

Quæres uſque ad quem gradum inimici, conſanguinei, & affines illorum repelli poſſunt? ibid.n.419.

De Recuſatione Judicis ob pœnam, puta ob excommunicationem. ibid.n.422.

§.V. *Recuſatio Judicis coram quo proponi debet.* ibid.n.423.

Pœna allegantis, & non probantis Judicem ſuſpectum. 31.n.427.

§.VI. *De Judice quoad forum conſcientiæ.* ibid.n.431.

An autem Judex non condemnans ad pœnam Fiſco debitam, teneatur reſtituere pœnam Fiſco? ibid.n.439.

TIT.VI. DE ACTORE, ET ACCUSATORE. 31.n.440.

§.I. *De Accuſatore.* 32.n.443.

An iterùm accuſari poſſit. ibid.n.446.

TIT.VII. DE REO. ibid.n.447.

§.I. *An Reus à Judice competente interrogatus legitimè, teneatur fateri delictum cum gravi damno, vel periculo gravis damni?* ib.n.448.

An Reus interrogari valeat non præcedentibus indiciis? 33.n.454.

An Confeſſio per ſuggeſtionem extorta ſit nulla? ibid.n.456.

An Confeſſio Rei non conſtito de corpore delicti probet? ibid.n.457.

An Confeſſio inveriſimilis, & abſque cauſa probet? ibid.n.459.

An Reus convictus, & infamatus de uno, interrogari

rogari

rogari valeat de alio crimine, de quo non eſt convictus, nec diffamatus? Pag.33.n.461.
Quares, an Reus interrogari valeat de conſociis? ibid.n.462.
§. II. *De Reo torto.* 34.n.466.
§. III. *De Indiciis ad torturam.* ibid.n.471.
Ex quo indicio torqueri poſſit? ibid.n.473.
An tale indicium debeat probari plenè in actis? ibid.n.476.
Indicia ſufficientia ad torturam. ibid.n.478.
An dictum unius teſtis omni exceptione majoris ſit indicium ad torturam? ibid.n.485.
An denunciatio unius feminæ bonæ famæ dicentis ſe ſollicitatam; ſit indicium ad torturam contra Confeſſarium? 35.n.487.
An in criminalibus plures teſtes non repetiti, non confrontati, ſint indicium ad torturam? ibid.n.488.
Depoſitio duorum teſtium ſociorum criminis, an ſit indicium ad torturam? ibid.n.489.
An depoſitio ſocii ſit indicium ad torturam. ibid. n.492.
An aſſertus ſocius faciat indicium ad torturam contra conſocium? ibid.n.493.
An dictum plurium conſociorum juratum, & in tortura, ſit indicium ad torturam contra nominatum? ibid.n.498.
An quando conſocii criminis habent alios defectus ſupra conſocietatem criminis, faciant indicium ad torturam? 36.n.501.
An nominatio duorum ſociorum contra tertium bonæ famæ ſit indicium ad torturam? ibid. n.502.
An ut depoſitio contra conſocium faciat indicium ad torturam, requiratur, ut ſit jurata, & etiam tortura confirmata? ibid.n.503.
Minæ, an ſint indicium ad torturam? ib.n.507.
Mala fama Rei, an ſit indicium ad torturam? 37.n.511.
Requiſita, ut tam intenſa mala fama ſit indicium ſufficiens ad torturam? ibid.n.516.
Fuga, an ſit indicium ad torturam? 38.n.523.
Quid ſi fugiens poſt inquiſitionem ſit malæ famæ, habens contra ſe alia indicia? ibid.n.529.
An fuga è carceribus ſit indicium ad torturam? ibid.n.530.
Effractio carceris, an ſit indicium ad torturam? ibid.n.535.
An fuga debeat probari in actis ſaltem per duos teſtes? 39.n.537.
Contumacia: An ſit indicium ad torturam? ibid. n.538.
Inimicitia capitalis: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.540.
Occiſio: An ſit indicium ad torturam ſe dicentem occidiſſe ad inculpatam defenſionem? ib.n.547.
An ſit indicium ad torturam contra illum, cujus arma reperiuntur propè occiſum? ibid.n.548.
An dictum juratum moribundi, ſe à tali occiſum, ſit indicium ad torturam? 40.n.549.
Homicidium: An ſit indicium ad torturam adverſus cohabitantes in loco delicti? ibid.n.550.
Favor, receptatio ſcienter delinquentis: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.551.
Converſatio, conſocietas cum delinquentibus: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.552.
Mandatarii depoſitio: An ſit indicium ad torturam contra mandantem? ibid.n.554.
Concordia cum Reo: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.556.
Inconſtans, & ſibi contraria reſponſio: An ſit indicium ad torturam? Pag.41.n.559.
Mutatio coloris, trepidatio, &c. An ſit indicium ad torturam? ibid.n.560.
Silentium Rei juridicè interrogati à Judice: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.561.
Præſumtio, ſemel malus, ſemper talis præſumitur. An ſit indicium ad torturam? ibid.n.562.
Res furtiva inventa: An ſit indicium ad torturam contra detentorem? ibid.n.563.
An detinens claves hamatas, harpagones, uncinos, ad effringendas, vel aperiendas januas, vel alia inſtrumenta ad fabricandam monetam, ſit indicium ad torturam contra detentorem? ibid n.564.
Magnos ſumtus, & prodigè facere ſine introitibus: An ſit indicium ad torturam? ibid.n.566.
An cruor occiſi ferveſcens, ebulliens, recrudeſcens aliquo præſente, ſit indicium ad torturam contra præſentem? ibid.n.567.
An ſit indicium ad torturam delatio criminis contra deferentem? 43.n.575.
Quando tortura inferri valeat ſine indiciis? ibid. n.577.
In dubio, an dicendum indicia inſufficientia eſſe ad torturam? ibid.n.578.
An ex non tam urgentibus indiciis deveniri valeat ad torturam in flagitiis difficilioris probationis, putà in occultis? 43.n.580.
§.IV. *Prærequiſita ad torturam.* ibid.n.581.
An indicium debeat conſtare ex actis? ibid.n.592.
Pœna Judicis damnantis ad torturam ſine indiciis, vel illum, quem ad torturam damnare nequit. 44.n.593.
§. V. *De Tortura.* ibid.
An Judex curare debeat, nè tormenta ſint adeò atrocia, ut ſubſtineri nequeant? ibid.n.596.
Quantum temporis debeat durare tortura? ibid. n.597.
An ex proceſſu informativo, quis torqueri valeat? 45.n.604.
Requiſita, ut in Magna Curia quis torqueatur ex proceſſu informativo. ibid.n.607.
An currat diſpoſitio Capituli: Si cum ſceleratis, *in aliis Curiis Regni?* ibid.n.611.
An ex proceſſu informativo repeti valeat tortura, ubi poteſt ex proceſſu informativo torqueri? ibid.n.612.
An à decreto injuſto torturæ appellari valeat? 46.n.613.
Quot vices quis torqueri valeat in eadem cauſa: ibid.n.616.
An pro quolibet indicio poſſit diſtinctè torqueri tot, quot ſunt indicia? ibid.n.620.
An confeſſio delicti extorta vi torturæ, non præcedentibus indiciis ſufficientibus, altera die ratificata, ſufficiat ad condemnandum Reum? 47.n.624.
An tortura confeſſione non ſequuta purget, evacuetque omnia indicia, etiam violenta, ob quæ data fuit? ibid.n.625.
An convictus probationibus, & indiciis indubitatis, ſubſtinens torturam, damnari valeat ad pœnam extraordinariam? ibid.n.626.
An, & qualiter ſit abſolvendus Reus ſuſtinens acrem, rigoroſam quæſtionem? ibid.n.627.
Quid operetur clauſula in decreto torturæ appoſita, ſcilicet, torqueatur ſine præjudicio probatorum. ibid.n.629.
§. VI. *De Reis torquendis.* ibid.n.630.
A quibus ex pluribus torquendis ſit exordienda tortura? ibid.n.631.

Qui torqueri nequeant. Pag.48.n.624.
An non torti ob privilegium, extraordinariè puniendi ſint? ibid.n.652.
An tortus ſit infamis iure, vel facto. 49.n.653.
An tortus confeſſus cum iuramento, ſit condemnandus, ſi ex illis ſit qui torqueri nequeunt? Ibid.n.654.
An teſtis inhabilis ex aliquo defectu, putà ex infamia, tortus evadat habilis? ibid.n.655.
§.VI. *De Reo confeſſo.* ibid.n.656.
Quid, & quotuplex ſit confeſſio? ibid.n.657.
Confeſſio ſpontanea: An reddat delictum notorium, itaut ſufficiat ad condemnandum Reum? ibid.n.667.
An, & qua confeſſio ratificatione indigeat? ibid.n.668.
§.VII. *De Confeſſione qualificata: An præiudicet confitenti?* 50.n.671
An debeat puniri pœna extraordinaria? ib.n.672.
Qualis debeat eſſe confeſſio ſpontanea iudicialis, ut probet plenè? ibid.n.673.
An confeſſio vera, ſpontanea, circumſtantionata, iudicialis, probet coram alio Judice, in alio iudicio inter eaſdem perſonas? ibid.n.674.
An confeſſio iudicialis validet nullitatem proceſſus facti coram Judice competente? ibid.n.675.
§.VIII. *De Confeſſione coacta.* ibid.n.676.
An confeſſio iniuſto terrore extorta, iurata, geminata, ratificata, ſit nulla? ibid.n.677.
An confeſſio extorta iuſto metu tormentorum teneat, & ſit ratificanda. 51.n.679.
§.VIII. *De Reo quoad forum conſcientiæ.* ibid.n.680.
§.IX. *De Reo convicto.* Ibid.
TIT.VIII. DE PROBATIONIBUS. 51.
§.I. *Quid, & quotuplex ſit probatio?* Ibid.n.684
§.II. *De Probatione per Teſtes.* 52.
Quot nominibus Teſtes appellentur? ibid.n.705.
Quid, & quotuplex ſit Teſtis. ibid.n.706.
Quando Teſtes ſint producendi? ibid.
Quando Teſtes recipiantur ante litis conteſtationem? ibid.n.708.
Quæres, cuius ſumtibus ſint producendi Teſtes? 53.n.713.
Quæres, quot debeant eſſe Teſtes? Ibid.n.714.
An Teſtis probet plenè? ibid.n.719.
Quæres, quando Teſtes dicantur conteſtes? ibid.n.723.
§.III. *Qui Teſtes ſint inhabiles?* 54.n.730.
§.IV. *Teſtis coactus.* 55.n.751.
§.V. *Teſtis varius vacillans, & ſibi contrarius.* ibid.n.752.
An, & quando Teſtis poſſit ſe ipſum corrigere? ibid.n.753.
An Teſtis declarare valeat ſuum dictum obſcurum? ibid.n.754.
An attendatur prima depoſitio, quando Teſtis deinde habuit opportunitatem loquendi cum parte, & deinde in tortura dicit contrarium primo dicto? ibid.n.755.
§.VI. *Teſtis de auditu, & de auditu auditus.* 56.n.756.
§.VII. *De Teſte ſingulari.* ibid n.758.
§.VIII. *Teſtes contrarii.* Ibid.n.766.
§.IX. *De Teſte ſuper negativa.* ibid.n.767.
§.X. *De Repetitione Teſtium.* 57.n.769.
§.XI. *De Confrontatione Teſtium.* ibid.n.773.
§.XII. *Teſtis falſus.* ibid.n.775.
§.XIII. *De Repulſa Teſtium.* ibid.n.776.
An in cauſis ſummariis detur repulſa Teſtium? ibid.n.777.
§.XIV. *De Teſte quoad forum conſcientiæ.* 58.n.778.
An verò Teſtis, ut liberet innocentem, teneatur ſe offerre ad deponendum pro innocente. Pag.58.
Quæres, an Teſtis negans delictum teneatur reſtituere pœnam confiſcationis, quam ſubſtinuiſſet Reus, ſi veritatem Teſtis depoſuiſſet? 59.n.780.
An vero Teſtis debeat ſe retractare cum parè damno mortis, infamiæ? ibid.n.782.
An occultans Teſtem, nè deponat, teneatur reſtituere? ibid.n.784.
Quæres, an Teſtis accipiens aliquid pro dicenda veritate, teneatur acceptum reſtituere? ibid.n.785.
§.XV. *De Probatione per iuramentum, per evidentiam facti, per ſcripturas.* ibid.n.787.
§.XVI. *Probatio per evidentiam facti.* ibid.n.788.
Termini. Ibid.
§.XVII. *De Probatione per Scripturas.* 60.n.797.
Quando ſcriptura eſt neceſſaria ad probandum, itaut tunc non admittatur probatio per Teſtes? ibid.n.798.
Sine Scriptura. ibid.n.805.
§.XVIII. *De Scripturis publicis Inſtrumentariis.* ibid.n.806.
Aliud Inſtrumenti nomen. 61.n.808.
Quid ſit Inſtrumentum? ibid.n.811.
Quodnam Inſtrumentum probet? ibid.n.819.
An defectus literæ, raſuræ, lituræ, caſſaturæ vitiet Inſtrumentum, ſcripturam? ibid.n.821.
Quid requiratur, ut ſcriptura reperta in Archivio probet. 62.n.824.
An ſcriptura privata ſcripta propria manu, coram Judice, probet plenè? Ibid.n.825.
An copia Inſtrumenti probet? Ibid.n.826.
Si in Inſtramento poſteriori fiat mentio prioris Inſtrumenti: an Inſtrumentum poſterius probet. ibid.n.827.
An ſtetur Protocollo, non Inſtrumento, ſi Protocolum, & Inſtrumentum diſcrepent? Ibid.n.828.
An quis teneatur præſentare totum Inſtrumentum, Privilegium, vel potius inter cetera iſtorum? Ibid.n.829.
An falſitas Inſtrumenti, vel quod Inſtrumento deeſt, probari valeat per Teſtes? Ibid.n.830.
An delictum probari valeat per Inſtrumentum? ibid.n.831.
§.XIX. *Scriptura privata.* ibid.n.834.
An ſe ſubſcribens, approbet omnia contenta in illa ſcriptura? ibid.n.838.
An ſe ſubſcribens in folio albo, fateatur ibi deinde ab alio ſe ignorante ſcripta? 63.n.840.
§.XX. *De Actis Judiciariis.* Ibid.n.842.
An acta unius Judicis probent plenè, vel ſemiplenè in alio iudicio? ibid.
An acta proceſſus contra Clericum facta coram Judice laico, probent coram Eccleſiaſtico contra eumdem Clericum? ibid.n.848.
An autem confeſſio Clerici facta coram Judice laico, aliquid operetur ſaltem ut extraiudicialis, ità ac ſi facta eſſet privato homini? ibid.n.852.
Quid ſi Teſtis, qui depoſuit in laica, deindè contrarium deponat in Curia Eccleſiaſtica: an credendum, & cui depoſitioni? ibid.n.854.
An acta, eorumque copia ſint concedenda alteri illam petenti. Ibid.n.856.
§.XXI. *De literis miſſivis, ſive Epiſtolis.* 65.n.858.
An Epiſtola miſſiva probent plenè? ibid.n.859.
Epitaphia. ibid.n.862.
§.XXII. *De Probatione per præſumtiones.* ibid.n.863.
Quæ differentia ſit inter præſumtionem, & fictionem Juris? ibid.n.869.

An

Digitized by Google

An verò ex præſumtionibus valeat probari debitum ſolutum, etiamſi deſint ſcripturæ, & Teſtes ſolutionis? Pag.66.n.888.

An bona acquiſita ab Uxore durante matrimonio, præſumantur quæſita ex bonis Viri? ibid. n.890.

Regula in materia præſumtionis. ibid.n.893.

§.XXIII. *De Indiciis, Conjecturis, Signis, Suſpicionibus Argumentis, Adminiculis.* 67.n.897.

§.XXIV. *De Indiciis.* Ibid.n.900.

§.XXV. *De Conjecturis.* ibid.n.907.

§.XXVI. *De Suſpicionibus.* ibid.n.909.

TIT.IX. DE PURGATIONIBUS. 67.n.910.

§. I. *Purgatio vulgaris.* ibid.n.912.

§. II. *Miſſa Judicii.* 68.n.918.

TIT.X. DE REO DEFENSO. 68.n.921.

§. I. *An Reus poſſit renunciare juſtis defenſionibus in cauſa mortis naturalis, vel mutilationis?* ibid.n.923.

An in cauſa capitali valeat Reus dare pro repetitis Teſtibus, adversùs ſe receptis in informatione ſummaria? ibid.n.925.

An pro defenſione Teſtes repetendi ſint, etiam quando proceditur de facto, ſola veritate inſpecta, ad modum belli? 69.n.926.

Si Reus non det Teſtes pro repetitis, quid agendum? Ibid.n.928.

An Reus non famoſus, non notorius, non evidens, dans Teſtes pro legitimè repetitis, valeat excipere contra ipſos, & eorum dicta? ibid.n.930.

An Reo confeſſo, & convicto concedendæ ſint defenſiones? ibid.n.931.

An Reus renunciare valeat defenſionibus cum periculo famæ? ibid.n.932.

§. II. *Adversùs proceſſum ſe defendit.* Ibid.n.933.

§. III. *Reus probat ſe innocentem.* Ibid.n.934.

§. IV. *Nulla Reo competit defenſio.* 70.n.936.

§. V. *Praxis uſque ad ſententiam.* ibid.n937.

TIT.XI. DE SENTENTIIS PRONUNCIANDIS. 70. n.938.

§. I. *Quæres: An tot ſint ſententiæ, quot ſunt res?* ibid.n.940.

Mortuo principali, an poſſit ferri ſententia contra Procuratorem, non citato hærede defuncti. ibid.n.942.

§. II. *Quando ſententia ferenda ſit?* ibid.n.943.

§. III. *Quotuplex ſit ſententia?* ibid.

§. IV. *Differentia inter ſententiam definitivam, & interlocutoriam.* 71.n.947.

TIT.XII. DE SENTENTIIS ANNULLANDIS. ibid. n.956.

TIT.XIII. DE APPELLATIONIBUS. Ibid.n.963.

§. I. *Quæres, quando quis poſſit appellare non coram Judice?* 72.n.967.

§. II. *De Tempore ad appellandum.* Ibid.n.968.

§. III. *Quæres, an deſerta appellatione Judex ad quem procedere valeat in meritis cauſæ?* ib.n.975.

§. IV. *Qui non poſſit appellare?* ibid.n.978.

§. V. *Quot modis poſſit fieri appellatio.* 73.n.989.

TIT.XIV. DE RE JUDICATA, ET EXECUTIONE REI JUDICATÆ. ibid.n.991.

§. I. *In quibus rebus ſit facienda executio?* ib.n.993.

§. II. *Quantum tempus detur pro exequenda ſententia?* ibid.n.995.

TIT.XV. DE FERIIS. 73.n.1001.

An die feriato valeant examinari validè Teſtes, qui juramentum in die non feriato? 74.n.1012.

An poſſit procedi tempore Feriarum ruſticarum ad actus judiciales, in quibus Judex poteſt procedere de plano, ſine ſtrepitu, & forma judicii? ibid.n.1013.

An tempore feriato liceat carcerare flagitioſos? ibid.n.1014.

An autem poſſit fieri executio in cauſa Civili? ibid.n.1015.

An die Feſtivo poſſit capi debitor ſuſpectus de fuga? ibid.n.1016.

An in die feriato fieri valeat quivis actus ad publicam utilitatem? 75.n.1017.

TIT.XVI. DE ADVOCATIS. ibid.n.1020.

Quæres, qui non poſſint advocare? Ibid.n.1022.

§. I. *De Exceptionibus contra Advocatos.* ib.n.1024.

TIT.ULT. DE PROCURATORIBUS. ibid.n.1025.

LIBRI QUARTI.

Proœmium. Pag.77.n.1.
TIT. I. DE ACCUSATIONIBUS INQUISITIONIBUS, ET DENUNCIATIONIBUS. ibid.n.2.
CAP. I. *De Accuſationibus.* ibid.n.3.
An Accuſator poſſit eſſe Teſtis? ibid.n.12.
An quis teneatur ad accuſandum? 78.n.16.
§. I. *Quot modis accuſatio reddatur injuſta?* ibid.n.18.
§. II. *Qui accuſare poſſunt.* ibid.n.21.
An poſt mortem Reus accuſari poſſit? ibid.n.25.
§. III. *Qui accuſare nequeant?* 79.n.26.
Quando prædicti omnes admittantur? 80.n.49.
Accuſator Falſus quomodo puniatur? ibid.n.50.
Actore non probante quomodo Reus ſit abſolvendus? ibid.n.54.
CAP. II. *De Inquiſitione.* ibid.n.57.
§. I. *Requiſita ad Inquiſitionem.* ibid.n.59.
§. II. *Quotuplex ſit Inquiſitio?* 81.n.64.
In qua Inquiſitione debet præcedere infamia? ibid.n.65.
Qualiter infamia debeat eſſe nota Judici? ibid. n.68.
Quæ Inquiſitio poſſit fieri non præcedente infamia? ibid.n.69.
§. III. *Tempus ad inquirendum, & accuſandum præfixum.* ibid.n.70.
In quibus non præſcribitur tempus ad Inquirendum? 82.n.74.
Quanto tempore inſtantia extinguatur? ib.n.75.
CAP. III. *De Denunciatione.* Ibid.n.77.
Quotuplex ſit Denunciatio? ibid.n.81.
§. I. *Pœna calumnioſè Denunciantis.* ibid.n.84.
§. II. *Cui, qui, & ſub qua pœna denunciandi ſint.* ibid. n.85.
An etiam emandatus ſit denunciandus? 83.n.88.
Intra quantum tempus præſumitur emendatio? ibid.n 90.
Qui Denunciare tenentur? ibid.n.91.
An Conſanguinei etiam in primo gradu teneantur denunciare Conſanguineos, ut Pater Filium, Frater Fratrem? ibid.n.92.
Uſque ad quem gradum Conſanguinei, & affines denunciare non cogantur? 84.n.94.
Quid dicendum in monitoriis Epiſcopi? ibid. n.95.
An autem Filius teneatur denunciare Patrem hæreticum? ibid.n.96.
An Uxor teneatur denunciare Virum, & Vir Uxorem? ibid.n.97.
An iſti ſuſpecti de hæreſi denunciandi ad invicem? ibid.n.98.
§. III. *Qui Denunciare non tenentur.* ibid.n.100.
An Amicus teneatur denunciare contra Amicum? 85.n.108.
§. IV. *Tempus ad denunciandum Hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi.* 86.n.109.
Pœna non denunciantis Inquiſitoribus, vel Ordinariis intra tale tempus. ibid.n.110.
Non denuncians intra terminum præfixum, illo elapſo, an denunciare teneatur? ibid.n.112.
Volens confiteri, quando teneatur denunciare? ibid.n.114.
§. V. *Quomodo denunciandum ſit?* ibid.n.116.
§. VI. *De Denunciatione ſollicitantium ad Bullam Gregorii XV. quæ incipit:* Univerſi Dominici Gregis. 87.n.120.
Quâ pœna ſit puniendus ſollicitans? ibid.n.127.
An Pœnitens ſollicitatus debeat deſiſtere à denunciatione, ſi credat Confeſſarium correctione fraterna emandatum? Pag.87.n.128.
§. VII. *Spontaneus comparens.* ibid.n.129.
Spontè comparens, ſed præventus. ibid.n.134.
Tempus conceſſum ad denunciandum? 88.n.137.
CAP. IV. *De Purgatione Canonica.* ibid.n.139.
§. Unic. *De Purgationibus Innocentiæ apud Veteres.* ibid. n.141.
TIT. II. DE SIMONIA. 89.
CAP. I. *Quid ſit, & undè dicatur?* ibid.n.146.
§. Unic. *Quotuplex ſit Simonia?* ibid.n.152.
CAP. II. *De Simonia confidentiali.* ibid.n.155.
§. I. *Requiſita ad Simoniam confidentialem.* ib.n.156.
§. II. *In qua materia detur Simonia confidentialis?* 90.n.157.
§. III. *Quot modis committitur Simonia confidentialis?* ibid.n.161.
CAP. III. *Quæ perſonæ Simoniam poſſint committere?* ibid. n.163.
§. Unic. *An peccatum Simoniæ poſſit eſſe veniale: & de parvitate materiæ in Simonia?* ibid.n.171.
CAP. IV. *De Materia Simoniæ.* 91.n.173.
§. I. *An Res merè naturalis ſit materia Simoniæ?* ibid.n.174.
An Res Sacræ poſſint vendi ſaltem, quoad materiam? ibid.n.176.
An Sacramentalia poſſint vendi pro materiali? ibid.n.178.
§. II. *An Divina Officia ſint materia Simoniæ?* ibid. n.185.
An ſit Simoniacus vendens ſepulturas Infidelium? ibid.n.186.
An quis poſſit dare pecuniam alicui, ut convertatur ad fidem, confiteatur, Religioſus, aut Clericus fiat? 92.n.190.
CAP. V. *De Pretio Simoniæ.* ibid.n.192.
An pretium Simoniacum rectè dividatur in munus à manu, à lingua, ab officio. 93.n.194.
An Spiritualis poſſit dari pro Spirituali ſine vitio Simoniæ? ibid.n.198.
CAP. VI. *Cauſæ excuſantes à Simonia.* Ibid.n.200.
§. I. *An titulus ſubſtentationis excuſet à Simonia?* ibid.n.201.
An Simonia ſit accipere aliquid ex donatione gratuita? 94.n.203.
§. II. *De Donatione remuneratoria.* ibid.n.204.
An poſſit explicare collatori ſe obſequium illud impendere ſpe Beneficii, Ordinis, ſecùs non præſtaturum obſequium? ibid.n.205.
An poſſit fieri pactum hujuſmodi gratitudinis? ibid.n.206.
An ſit Simonia dare Beneficium, Ordinem, ut quis recuperet rem, aliàs ſibi liquidò debitam? ibid.n.207.
An ſit Simonia redimere vexationem? ib.n.208.
§. III. *Caſus in quibus licèt redimere vexationem in Beneficiis?* 95.n.212.
Caſus in quibus non licèt redimere vexationem. ibid.n.213.
§. IV. *An Res per Simoniam obtentæ ſint nullæ?* ibid.
An contractus Simoniacus ſit nullus? ibid.n.214.
An Sacramenta per Simoniam collata ſint nulla? Ibid.n.215.
An Beneficia collata ob Simoniam ſint nulla? ibid.n.216.
Quid veniat nomine Beneficii? ibid.n.219.

An Simoniacè ordinatus privetur ipſo jure fructibus obtentis Beneficii? 96.n.222.
An obtinens Beneficium Simoniacè, illo ipſo jure ſit privatus? ibid.n.224.
§. V. De Reſtitutione quæſitorum per Simoniam. ibid. n.225.
§. VI. In quibus Simoniis adſint pœnæ? ibid.n.228.
CAP.VII. De Pœnis contra Simoniacos. 97.n.230.
Præceptum denunciandi Simoniam. ibid.n.242.
TIT.III. DE HÆRETICIS, SCHISMATICIS, ET APOSTATIS. ibid.
CAP.I. De Hæreſi. ibid.
§. I. Quid ſit Hæreſis. ibid.n.243.
§. II. In quo conſiſtat pertinacia? ibid.n.246.
An ad pertinaciam requiratur monitio? 98. n.247.
An proteſtatio tollat pertinaciam, & hæreſim? ibid.n.248.
An dubius in rebus fidei ſit pertinax, & hæreticus? ibid.n.249.
An poſſit dici aliquod eſſe verum ſecundum Philoſophiam, non ſecundum Fidem Catholicam? ibid.n.250.
An docentes quæſtiones Philoſophicas, in quibus à fide deviari poteſt, teneantur Fidei Catholicæ veritatem manifeſtare? ibid.n.251.
An opinio circa Fidem faciat Hæreticum? ibid. n.252.
An negans concluſionem Theologicam deductam ex rebus fidei, ſit hæreticus? 99.n.255.
An non Baptizatus poſſit eſſe hæreticus? ib.n.256.
§.III. Error debet eſſe voluntarius. ibid.n.258
Analyſis I. An ſit Hæreticus carens errore intellectus, exteriùs negans fidem, metu, vi, ira, ſpe libertatis? ibid.n.159
An error hæreſis pertinax debeat eſſe exterior conſummatus? ibid.n.260.
CAP.II. De Suſpectis de hæreſi. 100.n.264.
§. I. De Abjuratione, & condemnatione ſuſpecti de hæreſi. ibid.
An ob levem ſuſpicionem condemnari valeat, & abjurare? ibid.n.168
An ex vehementi quis poſſit condemnari? ibid. n.171.
An ex violenta præſumtione hæreſis poſſit damnari? ibid.n.173.
§. II. Quid ſit, & qualiter fiat abjuratio. 101.n.174.
An abjuratio debeat fieri publicè in loco publico? ibid.n.178.
Analyſis. An ſuſpectus de levi abjuret privatim? ibid.n.179.
Analyſis II. Differentia inter abjurationem de levi, & de vehementi. ibid.n.181.
Pœna Abjurantis de levi. ibid.n.182.
CAP.III. De Relapſis, & eorum pœnis. ibid.n.185.
§. I. Qui non relapſi ut relapſi puniantur, & tradantur brachio ſeculari? 102.n.191.
CAP.IV. De Pœnis Hæreticorum. ibid.n.195.
§. I. Hæreticorum pœnæ ſpirituales. ibid.
Abſolvens ab iſta Excommunicatione 103.n.199.
An modo ſit revocata iſta facultas abſolvendi ab hæreſi occulta per Bullam Cœnæ? ibid.n.200.
Sed quid dicendum in articulo mortis? ib.n.201.
An præſente habente Jurisdictionem abſolvendi, quivis Sacerdos in articulo, vel mortis periculo abſolvere valeat, etiam à reſervatis, & cenſuris? ibid.n.202.
Irregularitas. ibid.n.203.
Infamia. ibid.n.204.
§. II. Privatio Beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum. ibid.n.205.
§. III. Pœnæ Temporales. Pag.104.n.208.
Sed quid dicendum de bonis futuris ſub conditione? ibid.n.209.
An Fiſcus acquirat Dominium rerum à die commiſſi delicti ante ſententiam declaratoriam delicti? ibid.n.210.
An ante ſententiam licita ſit quævis, & quovis titulo facta alienatio? 105.n.211.
Quæ non confiſcantur. ibid.n.212.
An confiſcentur bona pœnitentis? ibid.n.218.
Fiſcus, confiſcatis bonis, an ſolvat æs alienum. ibid.n.219.
Confiſcato toto patrimonio, an debitor liberetur ære alieno etiam in conſcientia? ibid.n.220.
Bona confiſcata cui applicentur? 106.n.221.
§. IV. Aliæ pœnæ temporales. ibid.n.222.
§. V. Inteſtabilis pœna. ibid.
An poſſit eſſe hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreticus? ibid.n.228.
Sed quid, ſi hæreticus in fraudem Fiſci hæreditatem repudiet? 107.n.232.
Pœna privationis patriæ poteſtatis. ibid.n.234.
§.VI. Aliæ pœnæ hæreticorum corporales. ibid.n.235.
An dictæ pœnæ militent contra Apoſtatas? ibid. n.239.
§. VII. De Hæreſiarchis, & Dogmatiſtis. ibid.n.241.
Frangentes Carceres. 108.n.243.
Pœna Catholici filii, cujus pater eſt hæreticus. ibid.n.244.
An Hæretici tardè reſipiſcentes tradendi ſint brachio ſeculari? ibid.n.247.
CAP. V. De Apoſtatis. ibid.n.248.
§. I. De Apoſtata à Fide. ibid.n.252.
§. II. De Renegatis. 109.n.255.
CAP.VI. De Schiſmaticis. ibid.n.257.
§. Unic. Quomodo procedendum ſit in cauſis Fidei? ibid. n.261.
TIT. IV. DE SORTILEGIS, MALEFICIS, ET SACRILEGIS. 109.n.266.
CAP. I. De Idolatria. 110.n.267.
CAP. II. De Divinatione. ibid.n.270.
§. I. An ſit malum velle ſcire futura? ibid.n.271.
An ſint mala lethaliter facta Dæmonis opera? ibid.n.274.
An ſit peccatum velle ſcire à Dæmone, quæ ſcit naturaliter? 111.n.276.
An tale ſit ſuperſtitionis flagitium? ibid.n.277.
§. II. Quot modis quis recurrat ad Dæmones? ibid. n.278.
§. III. Quot modis expreſsè cum Dæmone quis paciſcatur? ibid.n.279.
§. IV. An, & quæ futura Dæmon ſcire valeat? ibid. n.280.
§. V. Quæ malitia ſit occulta à Dæmone ſciſcitari? 112.n.288.
§. VI. De Pacto implicito. ibid.n.290.
Quid adhibetur ad hujuſmodi patranda mira? ibid.
Si verò quis ex ſigno ad placitum prædicat? ibid. n.292.
Quæ contineant pactum implicitum in particulari? 113.n.293.
Sed quid dicendum de divinatione per Aſtra. ibid.n.296.
§. VII. Divinatio per ſortes. 114.n.301.
An pluribus Reis liceat per ſortem eligere occidendum, nè omnes pereant? 115.n.302.
§. VIII. Divinatio per ſomnium tanquam per ſignum. ibid.n.303.
§. IX. De Divinatione per ſomnium, quæ dicitur Onirocritica, ſeù Oniromantia, ſeù Empyriomantia. ibid.n.307.

Som-

Digitized by Google

Somnium. Pag.115.n.308.
Cauſa ſomni. ibid.n.310.
Divina. 116.n.313.
Dæmoniaca. ibid.n.314.
Naturalia. ibid.n.316.
Quam liceat ex ſomniis eruére notitiam? 117.n.319.
An liceat ex ſomniis diabolicis, & naturalibus tanquam à ſignis aliquid divinare? ib.n.320.
§. X. De Chiromantia. ibid.n.324.
Duplex una Phyſica, altera Aſtrologica.ib.n.327.
Quæ licita. 118.n.331.
An peccet petens à Zingaris divinationem contingentium, caſualium per lineas manus? ib.n.334.
CAP. III. De Dæmonis poteſtate. Ibid.n.335.
Cur id permittat Deus? 119.n.343.
CAP. IV. De Magia. ibid.
§. I. Quid, & quotuplex detur? ibid.n.346.
An ſint diverſæ ſpecies contra Religionem magiæ, & divinationis peccata? Ibid.n.349.
§. II. De reprobata magia, ad quæ ſe extendat? ibid.n.350.
§. III. De ſcientia per magiam quæſita. Ibid.n.351.
Sanitates magia quæſitæ. 120.n.354.
§. IV. De Signis magicis. ibid.n.356.
Quotuplex ſit hoc ſignum? ibid.n.357.
An Dæmones valeant animantia imperfecta producere? ibid.n.359.
An Dæmones poſſint efficere, ut animantia loquantur? ibid.n.361.
An in maleficio detur parvitas materiæ? 121.n.362.
An autem Dæmones valeant immutare ſexus? ibid.n.363.
An Dæmones poſſint mutare beſtias? ibid.n.368.
An Cacodæmones valeant tranſportare ſtriges, lamias, ſagas, ad nocturnos Conventus? ibid.n.369.
Quæres an Dæmones valeant reddere corpus energumenum? 122.n.371.
Quæres an mali Dæmones poſſint dare veram pecuniam, & theſaures? ibid.n.372.
CAP. V. De Artibus vanis. ibid.n.373.
An verè ſit vanitas, an potiùs ſuperſtitio velle curare vulnera in re intincta ſanguine vulnerati? ibid.n.375.
CAP.VI. De Incantatione, & Faſcinatione. ibid.n.377.
§. I. De Faſcino. Ibid.n.379.
§. II. Unde naſcatur faſcinatio? 123.n.381.
CAP. VII. De diſſolutione Maleficii. ibid.n.383.
An maleficus teneatur reſtituere accepta ob faciendum maleficium? 124.n.388.
CAP.VIII. Qui Judex procedat contra ſortilegos, veneficos, Magos? ibid.n.390.
§. Unic. Modus procedendi contra ſuperſtitioſos. ib.n.395.
TIT. V. DE BLASPHEMIA. 125.n.400.
CAP. I. Quid ſit? ibid.n.401.
An blaſphemia conſiſtat tantùm in verbis, & factis? ibid.n.405.
§. I. Quotuplex ſit Blaſphemia? ibid.n.406.
Quæ maledictio creaturæ ſit Blaſphemia? 126.n.413.
An ſit Blaſphemia ex ira, dicere, Corpo di Criſto? ibid.n.415.
An dicere, ſuum dictum ità eſſe verum, ac eſt Evangelium, ſit blaſphemia? 127.n.416.
An ſit blaſphemia contumelioſè nominare, quæ in Sanctis honeſtè nominari nequeunt? Ibid.n.417.
§. II. Blaſphemiæ gravitas. ibid.n.419.
An poſſit blaſphemia conjungi cum circumſtantia mutante ſpeciem? Pag.127.n.421.
An detur parvitas materiæ in blaſphemia? ibid.n.422.
§. III. De Blaſphemia ex conſuetudine. ibid.n.423.
An ſit obligatio ſub gravi tollendi conſuetudinem blaſphemandi inadvertenter? 128.n.428.
An Confeſſarius habeat jus interrogandi de conſuetudine blaſphemandi? idid.n.429.
§. IV. De Blaſphemia in Spiritum Sanctum. ib.n.430.
An omnes blaſphemiæ ſint ejuſdem ſpeciei? ibid.n.431.
An maledicens Deum, & Sanctos, Deum, & creaturas ſimul, committat unum peccatum blaſphemiæ? 129.n.433.
An eodem impetu pluries blaſphemans committat unum peccatum? ibid.n.434.
§. V. Pœna Blaſphemiæ. ibid.n.435.
Joco blaſphemans Deum, vel Sanctos, an puniendus? ibid.n.440.
An puniendus, ut blaſphemus abutens verbis Scripturæ Sacræ in jocis, in cantilenis, in rebus prophanis, obſcœniſve? ibid.n.441.
An denuncianda blaſphemia? ibid.n.442.
§. VI. Judex. ibid.n.443.
Blaſphemi abjurant. 130.n.445.
CAP. II. De Sacrilegio. ibid.n.446.
§. I. Quid ſit? ibid.n.447.
§. II. Quotuplex ſit ſacrilegium. ibid.n.448.
§. III. II. Sacrilegium adverſus locum. Ibid.n.450.
An tactus impudici in Eccleſia ſint ſacrilegi? 131.n.451.
An ſit ſacrilegium ab Oratoriis, & Confraternitatibus publicè non conſecratis, aut benedictis aliquid furari? ibid.n.452.
An effringentes Eccleſias, Cœmeteria, vel inde extrahentes invitos ſint ſacrilegi? ibid.n.453.
An ſint ſacrilegi, & excommunicati occupantes, aut invadentes prædia divinis uſibus deſtinata? ibid.n.454.
§. IV. III. De Sacrilegio ratione Rei. ibid.n.455.
An adverſus Eucharistiam detur ſacrilegium? ibid.n.456.
§. V. De Sacrilegio ex tempore. Ibid.
Quo jure malitia ſacrilegii contingat? Ib.n.458.
An ſacrilegium poſſit eſſe veniale? ibid.n.459.
An omiſſio poſſit eſſe ſacrilega? ibid.n.460.
§. VI. Pœna Sacrilegii. 132.n.461.
CAP. III. De Flagitio tentationis Dei. ibid.n.464.
An ſit tentatio Dei velle, ut oſtendat ſuam voluntatem in aliquo caſu particulari, ſine dubio Divina Potentiæ? ibid.n.468.
An deficientibus mediis naturalibus, urgente cauſa rationabili, ſit illicitum recurrere ad Deum, præmiſſa oratione, & humilitèr? ibid.n.469.
An tentatio interpretativa ſit peccatum mortale? Ibid.n.470.
TIT. VI. DE JURE JURANDO. 133.n.473.
CAP. I. Quid ſit Juramentum. ibid.n.479.
§. I. Deus teſtis explicitè. Ibid.n.484.
§. II. Per Creaturas jurare. 134.n.487.
An liceat jurare per Cacodæmones, vel alios damnatos, puta per Judam? 135.n.497.
An licitum ſit seriò jurare per creaturas irrationales ſecundum ſe? Ibid.n.498.
§. III. Quotuplex ſit Juramentum? ibid.n.499.
Juramentum Conteſtatorium. ibid.n.506.
Juramentum Deprecatorium. ibid.n.507.
Juramentum Execratorium. ibid.n.508.
Juramentum Comminatorium. 136.n.510.

Ju-

Juramentum Aſſertorium. Pag.136.n.511.
Juramentum Promiſſorium. ibid.n.515.
An Juramentum, quo quis jurat aſſertivè omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, validet, firmet donationem, vel contractum nullum? Ibid.n.516.
Juramentum Suppletorium. 137.n.517.
Juramentum Confirmatorium. ibid.n.519.

CAP. II. *Requiſita ad Juramentum licitum, & validum.* ibid.n.520.
§. I. *Alia Requiſita de Jure humano.* ibid.n.525.
§. II. *Peccatum non ſervantis dictas conditiones.* 138.n.429.
Si quis Juret ſe facturum rem malam, quot peccata faciat? ibid.n.532.
An Juramento firmans rem malam, gravitèr delinquat abuſu Juramenti? ibid.n.533.
§. III. *An Juramentum ſit licitum?* ibid.n.534.
§. IV. *An Juramentum ſit actus virtutis Religionis.* ibid.n.535.
§. V. *An omnia Juramenta ſint ejuſdem ſpeciei?* ibid.n.536.
§. VI. *An Juramentum ſit ſtrictè interpretandum?* 139.n.537.
An debitor Juramento ſe obligans ad certum tempus ſolvere, ſi à creditore prorogetur terminus, ſit etiam prorogatum Juramentum? ibid.n.539.
§. VII. *Quando incipiat, & quantum permaneat obligatio Juramenti?* 140.n.541.
§. VIII. *Quot modis in Juramento valeat intercedere fictio. Ad Propoſitionem damnatam XXV. Innocentii XI. ibi:* Cum cauſa licitum eſt Jurare ſine animo Jurandi, ſivè res ſit levis, ſivè gravis. ibid.n.544.
Jurans ſine animo Jurandi. ibid.n.545.
An peccet Jurans ſine animo Jurandi ex aliqua cauſa, puta ex metu. ibid.n.552.
Jurans ſine animo ſe obligandi, ſed cum intentione. 141.n.554.
Jurans ſine voluntate implendi. ibid.n.556.
An poſſit quis velle Jurare, ſed nolle ſe obligare ex Juramento? ibid.n.557.
An Juramentum verbis amphibologicis præſtitum ſecundum Juramentum, non ſecundum illum, cui juratur, an obliget vi Juramenti? ibid.n.558.
An Hyperboles jurata reddant Juramentum fictum? ibid.n.559.

CAP. III. *De Cauſa effectiva Juramenti.* ibid.n.560
§. I. *Qui teneantur Jurare.* 142.n.565.
De Juramento præſtando à Medicis monendi ægrotum, ut confiteatur. ibid.n.566.
§. II. *De Juramento emiſſo à Communitatibus, Collegiis, & Congregationibus.* ibid.n.572.
An Juramentum Capituli, Collegii, Univerſitatis, Congregationis, &c. obliget ſingulos, etiam non Jurantes? ibid.n.581.
§. III. *De Inducente alium ad Jurandum.* ibid.n.583.
An liceat inducere ſcientèr ad Jurandum falſum ignorantem ſe Jurare falſum? 144.n.587.
An ſit inducere ad Juramentum ſi quis aliquid aſſerenti interrogando dicat: Ità nè eſt per Deum, per tuam vitam? ibid.n.588.
Quod peccatum faciat inducens alium ad malè Jurandum? ibid.n.589.
An liceat Chriſtiano petere Juramentum ab Idololatra ad firmandum contractum? ib.n.590.
§. IV. *An Juramentum vi Religionis ſit merè perſonale, & perſonaliſſimum?* 145.n.593.
An ceſſionarius, & quivis ſingularis ſucceſſor teneatur Juramento cedentis, vel anteceſſoris? Pag.145.n.595.
An Juramentum, ejuſque obligatio tranſeat ad hæredes Jurantis? ibid.n.496.
§. V. *Juramentum per Procuratorem.* 146.n.599.
An talis Procurator debeat habere ſpecialiſſimum mandatum ad Jurandum de tali re, in tali cauſa, cum tali perſona? ibid.n.601.
Si Procurator Jures poſt revocatum mandatum, ſed id ignores, quis tenetur Juramento? 147.n.602.
An in Aſſertorio, & Promiſſorio prædicta currant? ibid n.603.
An Sindicus Univerſitatis poſſit Jurare ſine ſpeciali mandato? ibid.n.604.

CAP. IV. *De Materia Juramenti.* ibid.n.605.
Jurans Rem bonam ob finem malum. An teneatur Juramento? ibid.n.610.
§. I. *Materia Mala.* 148.n.611.
Juramentum rei illicitæ. ibid.n.612.
Contra quas leges debeat eſſe res mala? ib.n.613.
Jurans rem illicitam contra legem naturalem. ibid.n.615.
§. II. *An Juramentum injuſto gravi metu extortum ſit nullum?* ibid.n.626.
An Mulieres debeant ſervare Juramentum, quo conſentiunt alienationi dotis, donationi propter nuptias, &c. ibid.n.629.
§. III. *Contractus doloſus Juratus.* 150.n.631.
§. IV. *Contractus Juratus ſimulatus.* ibid.n.632.
§. V. *De Juramento Res probibitæ jure poſitivo humano.* ibid.
§. VI. *Materia Indifferens.* 151.n.638.
An teneat Juramentum non fidejubendi, non mutuandi, non commodandi? ibid.n.642.
An Juramentum non ludendi teneat? ib.n.643.
An teneant Juramenta Parentum, Dominorum, puniendi filios, ſervos, accuſandi fratres? ibid.n.646.
Peccatum Jurantis cum materia indifferenti animo implendi? 152.n.648.
An Juramentum ab initio nullum ex defectu materiæ, reconvaleſcat, ſi materia fiat capax: puta ex impoſſibili fiat poſſibilis, & ex mala, indifferenti, fiat bona? ibid.n.650.
An lex Civilis poſſit annullare contractum, ceteroquin validum, ex hoc quia apponitur Juramentum? ibid.n.651.
§. VII. *De Juramento confirmatorio, & non confirmatorio.* ibid.n.652.
Quodnam debeat eſſe Juramentum confirmatorium? ibid.n.654.
Qui contractus Juramento firmentur? 153.n.655.
An contractus nullus diſpoſitione juris humani, Canonici, vel Civilis, Juramento reconvaleſcat? ibid.n.659.

CAP. V. *De Juramento ſolvendi uſuras. Ad Capitulum* Debitores. de jure jurando. *Debitores ad ſolvendas uſuras, in quibus ſe obligaverant, cogi non debent. Si vero de ipſarum ſolutione Juraverint, cogendi ſunt Domino reddere Juramentum; & cùm uſuræ ſolutæ fuerint, creditores, ad eas reſtituendas ſunt Eccleſiaſtica ſeveritate (ſi neceſſe fuerit) compellendi.* 155.n.672.
An vi Juramenti uſuras illicitas ſolvere adſtringatur? ibid.n.673.
An contractus Juratus ſit exequendus vi Capituli Debitores. de jure jurando, *non obſtante exceptione uſurarum?* 156.n.681.
An exceptio uſuræ emergens ex ventre, & corpore inſtrumenti Jurati admittatur, & im-

pediat liquidationem, ac pactum executivum? Pag.156.n.682

An Juramentum vi injuſta extortum obliget ad redeundum ad Banditos, Carceres, Turchas, &c. 157.n.686.

An Jurans redire ad injuſtos carceres, ad hoſtes, vel de mittendo pretio, teneatur ſervare promiſſum? 158.n.688.

CAP.VI. *De Extinctione Juramenti.* ibid.

§. I. *Termini.* ibid n.691.

§. II. *De Irritatione.* ibid.n.695

§. III. *Principium.* 159.n.698.

An irritantes, petentesvè irritationem Juramenti ſine cauſa, peccent ſaltem venialiter? ibid. n.699

Qui irritare valeant Vota, Juramenta? ibid.

§. IV. *Pater familias.* ibid.n.700.

Juramenta Filiorum familias puberum. 160. n.703.

§. V. *Mater.* ibid.n.706.

§. VI. *Tutor.* ibid.n.708.

§. VII. *Curator.* ibid.n.709.

§. VIII. *Magiſter.* 161.n.710.

§. IX. *Vir, & Uxor.* ibid.

§. X. *Servus.* ibid.n.712.

§. XI. *Prælatus Religionis.* ibid.n.713.

Abbatiſſa. ibid.n.715.

Superiores ceteri. ibid.n.716.

§. XII. *Condonatio.* ibid.n.717.

De Jurante ad commodum proprium, puta rem non donare, non vendere: an inquam poſſit ſibimet remittere Juramentum? 162.n.720.

De Juramento mutuò præſtito inter duos de ingrediendo ſimul Religionem, de ſtudendo ſimul, de dando eleemoſynam, &c. an unus teneatur Juramento, altero nolente implere? ib.n.722.

In dubio an Juramentum reciprocum fuerit purum, an conditionale? ibid.n.724.

An Judex valeat compellere partem, cui Juratum eſt, ad remittendum Juramentum ex juſta cauſa. ibid.n.725.

§. XIII. *Relaxatio, diſpenſatio, abſolutio Juramenti.* ibid. n.726.

Quid, & quotuplex ſit abſolutio Juramenti? ibid. n.727.

A quo Juramento peti valeat abſolutio, relaxatio, diſpenſatio pro foro conſcientiæ, aut contentioſo? 163.n.730.

Ad quid proſit iſta diſpenſatio, abſolutio, relaxatio ad finem agendi? ibid.n.731.

§. XIV. *Qui habeat facultatem abſolvendi, relaxandi, diſpenſandi à Juramento?* ibid.n.732.

Papa. ibid.n.734.

Legatus Papæ. ibid.n.737.

Pœnitentiarius Magnus. ibid.

Epiſcopus. ibid.n.738.

Vicarius Generalis Epiſcopi. ibid.n.740.

Capitulum Sede Vacante, ejuſque Vicarius. 164. n.741.

Abbates Mitrati habentes ſubditos. ibid.n.742.

Superiores Regularium. ibid.n.743.

Superiores Seculares. ibid.

§. XV. *An valeant relaxare Juramentum inter ſuos ſubditos?* ibid.n.744.

§. XVI. *Qui abſolutionem, diſpenſationem, relaxationem Juramenti petere poſſint?* ibid.n.749.

Quando debet petere abſolutionem à Juramento? ibid.n.750.

An pro petenda abſolutione à Juramento detur actio? ibid.n.752.

An perjurus poſſit petere abſolutionem Juramenti? ibid.n.753.

Non impetrans abſolutionem Juramenti, agens, obtinens in cauſa, parte non opponente de perjuro, an acta, & ſententia teneant? Pag.165. n.754.

Quæ ſint explicanda impetranti abſolutionem à Juramento? ibid.n.755.

An in impetranda relaxatione, habilitatione ad finem agendi, abſolutionem à Juramento, requiratur citatio partis? ibid.n.757.

Obtinens relaxationem Juramenti ad finem agendi, ſi propoſitis ſuis Juribus clareſcat ejus bonum, & certum jus: an requiratur alia abſolutio, ad hoc ut obtineat in illa cauſa? ibid. n.759.

Abſolutio impetranda à Judice jurantis, vel alterius partis? ibid.n.760.

An ut abſoluta vota, ità abſoluta Juramenta ſpontanea Religionis, Caſtitatis, Peregrinationis Jeroſolymitanæ ſint reſervata Papæ? ibid. n.761.

An Juramentum nullum indigeat abſolutione? ibid.n.763.

Quando non eſt relaxandum, etiamſi validè relaxari poſſit Juramentum? ibid.n.767.

Quando Juramentum ab initio certè nullum eſt, nulla indigeat abſolutione? ibid.n.768.

§. XVII. *Commutatio Juramenti.* ibid.n.775.

De Juramento intuitu ſolius Dei, vel proprii commodi. 167.n.776.

Si verò commutatio ſit in æquale bonum? ibid. n.777.

Commutatio in minus bonum. ibid.n.779.

Juramentum reſpiciens favorem tertii. ib.n.780.

Facta commutatione Juramenti, an jurans poſſit redire ad primum Juramentum? 168.n.783.

Si materia nova, ad quam transfertur Juramentum per commutationem evadat indifferens, mala, impoſſibilis, an ſit prorſus extinctum Juramentum, an potiùs teneatur redire ad primam materiam? ibid.n.784.

§. XVIII. *De Superiore commutante in minus.* ibid.n.785.

An delegatio ad diſpenſandum ſit ad commutandum etiam in minus? ibid.n.787.

An Delegatus ad commutandum poſſit diſpenſare? ibid.n.788.

CAP.VII. *De Effectibus Juramenti.* ibid.n.789.

Forus Juramenti. 169.n.795.

CAP.VIII. *De Perjurio.* ibid.

§. I. *Quid, & quotuplex ſit Perjurium.* ibid.n.798.

§. II. *De Peccato Perjurii.* ibid.n.801.

An autem Jurans ſolvere, poſſit compenſare cum credito ſibi ceſſo à creditore ſui creditoris? 170. n.806.

§. III. *Pœna Perjurii.* ibid.n.807.

Aliæ Pœnæ. ibid.n.810.

CAP. IX. *De Adjuratione.* 171.n.817.

§. I. *Quid ſit.* ibid.n.818.

§. II. *Quotuplex ſit?* ibid.n.819.

Requiſita adjurationis. 172.n.826.

Veritas. ibid.n.827.

Juſtitia. ibid.n.828.

Judicium. ibid.n.829.

§. IV. *Adjurans.* 173.n.831.

§. V. *Adjuratus.* ibid.n.833.

§. VI. *Per quid fiat adjuratio?* ibid.n.836.

§. VII. *De Dæmonum adjuratione.* ibid.

An in Eccleſia ſit poteſtas adjurandi Cacodæmones? ibid.n.837.

An interjecto pacto cum Cacodæmone poſſit adjurari præceptivè, vel deprecativè? 174.n.841.

An poteſtas à Deo conceſſa Eccleſiæ fidelibus ſit ad

alios

alios fines, quàm ad Dæmones arcendos, compellendos, repellendos, ut hoſtes? Pag.174.n.843.
An à Cacodæmone peti valeat objurgativè, imperativè conducentia ad expellendum ipſum Cacodæmonem? ibid.n.844.
An Exorcizans, adjurans peccet aliquid petendo ex curioſitate, non deprecativè, ſed imperativè certam fidem non habendo? ibid.n.845.
An poſſit ad cobibendos Dæmones quis uti ruta, ſtercore, colapho, flagellis in corpus obſeſſi, & nomine Cacodæmonis ſcripto, & cum charta combuſto? ibid.n.845.
An poſſit credi Cacodæmoni adjurato, præmiſſo juramento dicendi aliqua? ibid.n.847.
An liceat adjurare Dæmonem ſuperiorem, ut expellat inferiorem? ibid.n.848.
TIT.VII. DE USURIS. 175.n.849.
CAP. I. *Uſuræ ingenium, & nomen.* ibid.n.850.
§. I. *Quid ſit Uſura?* ibid.n.855.
§. II. *Quotuplex ſit Uſura?* ibid.n.856.
§. III. *Quo Jure probibeatur?* ibid.n.858.
§. IV. *Jure Civili.* ibid.n 860.
§. V. *Uſura Uſurarum.* ibid.n.863.
An crimen Uſuræ ſit contra Juſtitiam commutativam? 176.n.865.
Peccet dans, an recipiens mutuum ad Uſuras? ibid.n.866.
An Summus Pontifex poſſit diſpenſare in Uſura? ibid.n.870.
An autem Deus poſſit diſpenſare in Uſura? ibid. n.871.
§. VI. *Uſura palliata.* ibid.n.872.
Principium dignoſcendæ Uſuræ. ibid.n.874.
An uterque mutuò valeat ſe obligare ad remutuandum? ibid.n.877.
An obligans ſe ad mutuandum, valeat licitè aliquid exigere in compenſationem illius obligationis? ibid.n.879.
An mutuans valeat repetere rem tempore majoris valoris? ibid.n.880.
CAP. II. *Cauſæ excuſantes ab Uſura.* ibid.n.883.
§. I. *Ratione intereſſe.* ibid.n.886.
§. II. *De damno emergente.* ibid.n.889.
An tale damnum emergens ſit probandum? 178. n.892.
An ſolùm ſit reficiendum immediatum damnum emergens? ibid.n.893.
An reparandum tantùm damnum ex culpabili mora? ibid.n.894.
An ſcilicet ante moram liceat accipere aliquid ratione damni emergentis? ibid.n.896.
An poſſit dare petenti ſub Uſura, ſub quam accepiſti, ſi jam velit illam reſtituere mutuanti? ibid.n.899.
§. III. *De Lucro ceſſante.* ibid.n.900.
Principium. 179.n.903.
Requiſita. ibid.n.904.
An ſit Uſura ſi Mutuatarius remutuet pecuniam exigendo à ſecundo mutuatario omne damnum emergens, & lucrum ceſſans primo mutuanti reficiendum? ibid.n.908.
An liceat paciſci de lucro ceſſante? ibid.n.909.
An ſit Uſura emere anticipata ſolutione pretii rem futuram, puta vinum, frumentum, &c. pretio juſto currente tempore collectionis fructuum? ibid.n.910.
An ab initio poſſit determinari pretium rei futuræ? ibid.n.911.
An recipiens anticipatè pecuniam, deindè non tradens rem, teneatur etiam ad intereſſe recepti pretii quanti plurimi? ... ibid.n.912.
Nunc difficultas eſt, quod lucrum debeatur: an ſcilicet debeatur lucrum, quod haberet ex negotiatione pecuniæ? Pag.180.n.914.
An debeat etiam habere lucrum, quod percepiſſet ex re emta, ſi ei fuiſſet tradita, & vendidiſſet iterum cum lucro? ibid.n.916.
Qualiter taxetur intereſſe ex pecunia negotiis expoſita? ibid.n.917.
§. IV. *Fidejuſſorum, pignoris, aſſecurationis remiſſio.* ibid.n.919.
An ſit Uſura exigere fidejuſſionem, pignus, vel aſſecurationem à mutuario? ibid.n.920.
An pro remiſſione prædictorum poſſit aliquid accipi? ibid.n.921.
Principium. 181.n.925.
II. Principium. ibid.n.926.
An liceat paciſci, ut mutuatarius ſolvat debitum, non occidat, non litiget injuſtè, ut odium remittat, injuriam non inferat? ibid.n.927.
An ſit Uſura exigere à mutuatario, ut ſolvat debitum probabile? ibid.n.930.
§. V. *Gratitudo.* ibid.n.933.
An liceat expreſsè paciſci ex gratitudine, ut remuneretur? 182.n.937.
An poſſit mutuans recipere omninò liberalem donationem à mutuatario? ibid.n.939.
An ſit licitum non mutuare, donec mutuatarius à mutuante excitatus, dicat ſe daturum aliquid ex gratitudine, amicitia? ibid.n.940.
An ſit Uſura aliquid exigere ob laborem, induſtriam in numerando, ſcribendo, exigendo, &c. ibid.n.941.
§. VI. *Ratione periculi amittendæ ſortis.* ibid.n.943.
An à mutuario ſpontaneè moroſo, decocto, moleſto, dubiæ fidei, ob periculum amittendi ſortem, aliquid accipere ſit Uſura? ibid.n.946.
An ratione carentiæ pecuniæ mutuatæ, mutuans valeat aliquid accipere ultrà ſortem? ibid. n.947.
An exponens ſe periculo non repetendi pecuniam, etiamſi indigeat, poſſit aliquid accipere? 183. n.948.
An ſit licitum ſumere pœnam adjectam mutuo, mutuatario non ſolvente intra certum tempus? ibid.n.949.
An liceat dare ad negotiandum mille, ut dans habeat medietatem lucri, & illam dividere in tres partes, & unam det pro aſſecuratione principalis ſortis, alteram pro aſſecuratione probabilis lucri, alteram ſibi retineat? ibid. n.953.
An ſit Uſura vendere credito magis, puta centum, & ab eodem emtore reemere minus pecunia numerata, puta nonaginta octo? ib.n.954.
An ſit Uſura emere minori pretio debita certa, ſed ſolvenda in futurum, puta poſt annum? ibid.
An mutuans pecunia numerata mille, poſſit in fine anni recipere mille, & quinquaginta? ibid.n.956.
Epilogus tituli lucri. ibid.n.958.
CAP.III. *De Dominio rei uſurariæ.* 184.n.959.
An Uſurarius poſſit bona alienare? ibid.n.963.
§. I. *De Reſtitutione Uſuræ?* ibid.n.966.
Tabelliones. ibid.n.967.
§. II. *De Mutuatario.* ibid.n.970.
Proxenetæ. ibid.n.971.
Filii, Famuli, Servi. 185.n.972.
Cuſtodientes pecuniam, pignora, ibid.n.973.
CAP.IV. *Pœnæ Uſurariorum.* ibid.
§. I. *Quot ſint pœnæ Uſurariorum?* ibid.n.974.

§. II. *Aliorum pœna ab Uſurat.* Pag.186.n.991.

§. III. *Quibus Uſurariis inſligantur pœnæ prædictæ:* ibid.n.997.

Judex Uſuræ. ibid.n.999.

Uſura probatur. ibid.n.1002.

Sententia pronunciatur. ibid.n.1004

TIT.VIII. DE CRIMINE FALSI. 186.n.1006.

CAP.I. *Quotuplex ſit falſitas.* ibid.n.1008.

CAP.II. *Quot modis falſitas committatur.* 187.n.1012.

§. II. *Facto.* ibid.n.1013.

§. III. *De falſa Moneta.* ibid.n.1014.

Pœna nolentis recipere probam pecuniam? 188. n.1026.

Ex quibus, & quot cauſis falſificans Monetam delinquat? Ibid n.1027.

§. III. *Facto fit falſum.* ibid.n.1033.

§. IV. *De Partu ſuppoſito.* ibid.n.1038.

Quis Accuſat? 189.n.1042.

An autem Mulier, vel Vir ſupponens partum debeat hoc exprimere, ne præjudicet aliis filiis legitimis, & naturalibus in ſucceſſione, vel aliis conſanguineis: Et an filius debeat credere parentibus dicentibus non eſſe filium, ſed eſſe ſuppoſitum loco filii? ibid.n.1044.

§. V. *Dicto.* ibid.n.1045.

§. VI. *Scripto.* ibid.n.1050.

An ſit falſarius innixus primordio veritatis? ibid.n.1052.

Analyſis. An ſcriptura ſit falſa, quæ fit pro vera amiſſa?

An ſcriptura ſit falſa, facta pro debito verè extincto, cujus extinctio probatur alia ſcriptura vera, ſed occultata, vel combuſta à creditore?

Si quis ſolvit debitum confidenter ſpe ſcripturæ faciendæ, & interim moriatur creditor, cui eſt ſatisfactum, an ſit falſa, ſi fiat ſcriptura ſolutionis?

An amiſſis veris ſcripturis pro donatione, pro teſtamento verè facto, alia loco illarum ſcripta, ſit falſa?

An amiſſis nobilitatis inſtrumentis, &c. ſint falſæ loco illius inſtrumenti ſubrogatæ ſcripturæ, & unde hæc falſitas ſit colligenda, &c.

An verò id ſit licitum, quia eſt confingere, & mentiri dicendo illam ſcripturam eſſe originalem, quæ re vera non eſt? ibid.n.1055.

An diſſigillans teſtamentum puniatur ut falſarius? 190.n.1057.

An Notarius ſit falſarius, ſi ſcripturam faciat cum ante data? ibid.n.1062.

An ſcribens teſtamentum, aliquid ſibi adſcribens, vel adſcribens ſuo patri, aut domino ſuo, puniatur ut falſarius, & res relicta non debeatur? ibid.n.1063.

An ſi teſtator ſubſcribat, & ſpecialiter, non generaliter declaret à ſe dictatum, recognitum, & ſubſcriptum teſtamentum, & legatum Domino relictum à ſervo ſcriptum? ibid.n.1064.

An ſit differentia inter filium, & extraneum ſibi adſcribentem legatum? 191.n.1065.

An pater, tabellio, dominus ſcribens ſibi legatum pro filio, vel alteri, ex quo ipſe lucrum reportabit, an inquam tale legatum teneat, & incidat in pœnam falſi? ibid.n.1066.

An pater Notarius in alieno teſtamento ſcribens legatum relictum filio capto ab hoſtibus, incidat in pœnam falſi? ibid.n.1068.

An filius emancipatus ſucceſſurus in teſtamento patris, aliquid ſibi adſcribens, puniatur ut falſarius? ibid.n.1070.

Si teſtator ſubſcribens dicat, ſe dictaſſe codicillos, teſtamentum, nec in ſpecie dicat dictaſſe tale legatum extraneo relictum, nec firmet? Pag.191.n.1071.

An ſervus Domini juſſu ſcribens teſtamentum, codicillos, & ſibi legatam libertatem, an legatum teneat? ibid.n.1072.

An ſervus ſcribens alienum teſtamentum, ſibi legatum, vel libertatem adſcribens, puniatur ut falſarius? ibid.n.1073.

An, & à quo prohibitum ſit ſcribentibus teſtamentum aliquid ſibi ſcribere dictante teſtatore? ibid.n.1074.

Maritus in teſtamento uxoris an poſſit ſcribens legata ſibi adſcribere? ibid.n.1075.

An verò poſſit Clericus in teſtamento alicujus, legatum favore ſuæ Eccleſiæ ſcribere? ibid. n.1076.

An teneat legatum relictum matri, ſcriptum ab ejus ſervo in teſtamento filii? 192.n.1077.

An Pater Spiritualis ſcribens teſtamentum, & ſibi legata adſcribens, ſit falſarius, & amittat relictum? ibid.n.1078.

An teneat relictum ſolemniter, ſi probetur duobus teſtibus, Notarium, vel ſcribentem ſcripſiſſe præcipiente teſtatore? ibid.n.1079.

An ſcribens ſe tutorem filio impuberi teſtatoris, ſit ſuſpectus de falſo? ibid.n.1080.

An abſcondens teſtamentum, ſcripturam, non ad occultandam veritatem, ſed titulo furti, ſit falſarius? ibid.n.1080.

An aperiens alienas literas miſſivas puniatur ut falſarius? ibid.n.1082.

An peccet mortaliter aperiens, & legens literas alienas? ibid.n.1085.

An quis poſſit legere literam laceratam ab illo, cui miſſa fuit, collectis fragmentis? ib.n.1088.

Sed quid dicendum: *ſi ex curioſitate legat altero invito?* 193.n.1089.

An poſſit accuſari de falſo ſcriptura privata? ib. n.1090.

An acquieſcens ſcripturæ poſſit illam accuſare ut falſam? ibid.n.1092.

An dicens ſe debitorem, ſed apocham contra ipſum præſentatam eſſe falſam, ſit audiendus? ibid.n.1093.

An evulgans alienum opus proprio nomine, incidat in pœnam falſi? ibid.n.1094.

An Notarius fingens ſcripturam cum data anterioris temporis, quæ re vera eſt poſterioris temporis, ſit falſarius? ibid.n.1096.

§. VII. *Conſenſu, Conſilio ſit falſitas.* ibid.n.1097.

§. VIII. *Uſu committitur falſitas.* ibid.n.1101.

An utens præſumatur falſaſſe rem falſam, qua utitur? 194.n.1113.

An impetrans ſubreptitiè, vel obreptitiè reſcriptum à Principe, puniatur ut falſarius? ibid. n.1114.

CAP.III. *Falſitatis Probatio.* ibid.n.1115.

§. I. *Quomodo falſitas eſt probanda.* Ibid.n.1116.

An lapſu temporis veritas probetur, vel infirmetur? 195.n.1120.

CAP.IV. *Pœna Falſi.* ibid.n.1121.

In Regno. ibid.n.1124.

Jure Canonico. ibid.n.1138.

§. I. *Pœna utentis re falſa.* 196.n.1146.

An producens falſos teſtes, declarans ſe illis nolle uti, pœnam falſi evitet? ibid n.1155.

An præſentans falſum inſtrumentum ab aliis confectum, declarans ſe velle uti, ſi verum, nolle, ſi falſum, excuſetur à pœna falſi? ibid.n.1157.

An acriùs debeat puniri utens falſo reſcripto

Summi Pontificis, Principis, quàm alterius? Pag.197.n.1158.
An utens literis Apoſtolicis falſis, mitiùs puniatur, quàm illas falſificans? ibid.n.1159.
§. II. *Qui excuſatur à dictis pœnis?* ibid.n.1161.
An autem debeat puniri pœna extraordinaria? 198.n.1175.
An puniendus Notarius conficiens inſtrumentum falſum, ſed nullum, non ratione falſitatis, ſed alio titulo? ibid.n.1176.
An principalis cum juramento negans ſe deliquiſſe, puniatur aliqua pœna, velut falſarius? ibid.n.1178.
§. III. *Actio ad accuſandum de falſo, quantum duret?* ibid.n.1179.
An exceptio falſitatis opponi valeat contra ſententiam? ibid.n.1181.
§. IV. *Crimen falſi cujus fori?* ibid.n.1183.
An punitus in uno, poſſit iterum puniri in alio foro? 199.n.1184.
CAP.V. *Crimen Stellionatus.* ibid.n.1185.
§. I. *Exemplis doctrinam jure comprobemus.* ibid.n.1187.
§. II. *Peccatum.* ibid.n.1197.
§. III. *Pœna Stellionatus.* ibid.n.1198.
TIT.IX. DE DELICTIS CONTRA JUSTITIAM. 199.n.1101.
CAP.I. *De Furtis.* 209.
§. I. *Quid ſit furtum?* ibid.n.1207.
An autem ſit ratio conſtitutiva furti, ut fiat occulte? ibid.n.1214.
An furtum ſit peccatum? ibid.n.1220.
An licitè poſſit fieri lex, ut à malè cuſtodiente rem ſuam, licitè quis poſſit ſubripere? 201.n.1221.
An ſit fur accipiens pecuniam deferendam creditori dantis, illam conſumens ad proprium uſum, vel ea ſolvens debitum proprium deferentis? ibid.n.1223.
§. II. *Principium.* ibid.n.1226.
Analyſis I. An ſit peccatum furti clam à fure auferre rem propriam? ibid.n.1227.
Analyſis II. An accipere clam ſibi verè liquidè debita invito debitore, ſit furtum? ibid.n.1228.
Analyſis III. An invito Domino poſſit licitè illius bonis occurrere propriæ neceſſitati? ibid.n.1230.
An gravi neceſſitate preſſus, ſine periculo incurrendi extremam, clam accipiens, ſit fur? 202.n.1240.
Analyſis IV. An ſit fur accipiens aliquid in levi neceſſitate? ibid.n.1251.
Analyſis V. An conſtitutus in neceſſitate voluntaria, ſit fur aliquid accipiens? ibid.n.1242.
Analyſis VI. An exiſtens in neceſſitate gravi communi, ſit fur clam aliquid ſubripiens? ibid.n.1253.
Differentia inter extremam, & gravem neceſſitatem? ibid.n.1254.
Analyſis VII. An ſit fur extremè indigens, clam accipiens, potens cum rubore petere, & obtinere à Domino. 204.n.1255.
Analyſis VIII. An ſit fur pauper ſibi applicans à ſe pauperibus diſtribuendam eleemoſynam? ibid.n.1257.
Analyſis IX. An ſit fur accipiens, ut det alteri extremè indigenti? ibid.n.1258.
Analyſis X. An obligatus reſtituere, valeat rem reſtituendam dare extremè indigenti, & ſic à reſtitutione excuſari? ibid.n.1259.
Analyſis XI. An captus à banditis, ab hoſtibus, ſecùs occidendus, ſit fur aliquid accipiens ab alio, ut ſe liberet? ibid.n.1260.
An autem alius teneatur dare? ibid.n.1261.
Analyſis XII. An ſit fur accipiens à conſtituto in pari neceſſitate? ibid.n.1262.
Quantum accipiendum urgente valdè gravi neceſſitate? ibid.n.1263.
An teneatur ſubvenire creditori extreme laboranti, ſi eadem neceſſitate prematur pater, filius, frater debitoris. ibid.n.1264.
An accipiens ante neceſſitatem titulo non tranſlativo dominii, conſumens in extrema neceſſitate, teneatur deindè reſtituere deveniens ad pinguiorem fortunam? ibid.n.1265.
Analyſis XIII. An fur conſumens in neceſſitate extrema, vel valde gravi rem furtivam, teneatur illam reſtituere pertingens deindè ad pinguiorem fortunam? ibid.n.1268.
An in valdè gravi, non in extrema neceſſitate ſubripiens, puniatur in foro externo? ibid.n.1269.
Quænam ſit extrema neceſſitas? ibid.n.1270.
Analyſis XIV. An ſit fur retinens ſibi rem inventam? ibid.n.1271.
Analyſis XV. An ſit fur accipiens rem ejectam in incendio, ruina, naufragio? 206.n.1273.
Analyſis XVI. An cuſtodiens furi rem furtivam, ſit fur? ibid.n.1277.
Analyſis XVII. An emens rem furtivam, ſit fur?
An ſit fur mandatarius deferens pecuniam alteri, quam convertit in uſum proprium? ibid.n.1279.
An Procurator exigens aliquid citra Domini voluntatem, ſit fur? ibid.n.1281.
An ſcienter exigens indebitum, ſit fur? ibid.n.1282.
§. III. *Quæ ſit cauſa excuſans à pœna furti?* ib.n.1284.
An rebus ſtabilibus committatur furtum? 207.n.1288.
§.IV. *De Parvitate materiæ furti.* ibid.n.1291.
Quæ, & quanta parvitas materiæ excuſet à mortali? ibid.n.1292.
Quanta ſit parva quantitas in furtulis parvulis paulatim factis? 208.n.1295.
An accipere parvula conſtantia ſucceſſivè damnum grave ſit lethale? ibid.n.1295.
An poſtquam deventum ſit ad materiam gravem, ſemper pecces mortaliter auferendo rem levem? ibid.n.1299.
An in furto Reliquiarum ſacrilegium ſit leve, ſi Reliquia ſit parva? ib.id.n.1300.
CAP. II. *De Rapina.* 209.n.1301.
An rapina ſit peccatum? ibid.n.1314.
Sed quid reſtituendum re pereunte apud rapacem, ut caſu fortuito periiſſet apud Dominum? ibid.n.1317.
CAP.III. *De Truffa.* 210.n.1319.
CAP.IV. *De injuſta Invaſione, Dejectione, Expulſione.* ibid.n.1327.
An in fructibus rei ſtabilis injuſtè invaſæ, vel in acceptione lapidis, cretæ ex illo fundo ſit furtum? ibid.n.1329.
CAP.V. *De injuſta Damnificatione.* ibid.n.1332.
CAP.VI. *De Damno illato.* 211.n.1334.
Ex caſu fortuito. ibid.n.1335.
§. I. *De Damno illato incendio, ruina, naufragio?* ibid.n.1336.
An teneatur de damno illato, qui imminente, conflagrante domo intermedium ædificium deſtruit, ne ejus prædium comburatur? ibid.n.1338.

In-

§. II. *Incendiarii Pœna.* Pag.211.n.1339.
Jure Canonico. 212.n.1342.
§. III. *Actiones contra Incendiarios.* ibid.n.1345.
§. IV. *Naufragium.* ibid.n.1347.
§. V. *Res ex naufragio.* ibid.n.1349
Cauſa Naufragii. ibid.n.1352.
Bona naufraga cujus ſint? ibid.n.1353.
An in naufragio ſalvans bona ſua erectis è navi bonis aliorum, & amiſſis, debeat contribuere pro rata rei naufragæ? ibid.n.1359.
Si poſt contributionem res naufragio amiſſæ recuperentur? 213.n.1362.
An illi quorum merces ſunt ſalvæ cum damno navis: puta ſi arbor navis projiciatur nè periclitetur, an inquam iſti debeant tale damnum reparare? ibid.n.1363.
An quod à Piratis emtum eſt, ex aliorum bonis conſervatis ſarciendum ſit? ibid.n.1364.
§. VI. *Pœna ſurripientium bona ex naufragio, ruina, incendio.* ibid.n.1365.
Jure Canonico. ibid.n.1366.
CAP.VII. *Damnum Infectum.* ibid.
§. I. *Quid ſit.* ibid.n.1371.
At ſit peccatum non impedire damnum infectum præviſum? 214.n.1373.
§. II. *Qui, & quando teneatur de damno infecto.* ibid.
Requiſita, ut quis teneatur de damno infecto. ib. n.1374.
Cautio de damno infecta quid contineat? ibid. n.1378.
An comprehendat damna fortuita irreparabilia? ibid.n.1379.
An cautio debeat continere certum tempus, & tranſeat ad heredem? ibid.n.1383.
An cautio comprehendat tantùm damna futura? ibid.n.1385.
An cautio damni infecti contineat omnes expenſas factas in re, cujus damnum timetur? ibid. n.1386.
An poſſit peti damni infecti cautio, quando alia actione poteſt ſibi conſulere? ibid.n.1389.
Nolente monito judicialiter cavere, quid agendum? ibid.n.1388.
An nolentes cavere amittant poſſeſſionem totius rei, ex qua damnum imminet? ibid.n.1389.
An extrajudicialiter petens caveri de damno infecto, immittatur in poſſeſſionem, ſi Judicem petere volens, domus corruat? ibid.n.1392.
Quid requiratur, ut acquirat miſſus in poſſeſſionem, ob denegatam cautionem damni infecti? ibid.n.1393.
An miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, poſſit expelli, refectis expenſis, & præſtita cautione de damno infecto? ibid.n.1398.
An poſtquam eſt facta immiſſio ex ſecundo decreto, Dominus rei valeat illum expellere cavendo de damno infecto? ibid.n.1399.
§. III. *Quot modis caveatur de damno infecto.* ibid. n.1400.
An antequam immittatur in poſſeſſionem, ſit id denunciandum Domino fundi, ex quo damnum imminet? ibid.n.1402.
Cui facienda denunciatio? ibid.n.1403.
§. IV. *Cui competat actio damni infecti.* ibid.n.1406.
§. V. *Contra quem.* 217.n.1410.
Diruto ædificio ante petitionem judicialem cautionis damni infecti, quomodo conſulatur paſſo damnum? ibid.n.1411.
§. VI. *Materia cautionis damni infecti?* ibid.n.1413.
Judices denegantes audire, & cogere ad cavendum de damno infecto, an ipſi teneantur ad intereſſe? ibid.n.1414.
Quomodo autem probetur damnum? Pag.217. n.1415.
CAP.VIII. *De Damnis contra Juſtitiam medii ordinis, contra Famam, Honorem, Amicitiam, &c.* ibid. n.1416.
An homo habeat quaſi dominium in fama, honore, decore, gloria, &c. ibid.n.1417.
§. I. *De Fama.* 218.n.1418.
Bonæ Famæ valor. ibid.n.1420.
Quæ injuſtè famam lædant? ibid.
§. II. *Judicium Temerarium.* ibid.n.1423.
§. III. *II. Detractio.* ibid.n.1426.
Quot modis detractio contingat? ibid.n.1428.
An ſit peccatum? ibid.n.1430.
An loquens, non intendens infamiam alterius, delinquat, ſi indirectè infametur? 219.n.1431.
An ſe ipſum infamare ſit lethale? ibid.n.1432.
An ſit lethale contra juſtitiam commutativam diffamatum publicè in uno, diffamare in loco ubi ignota erant illius flagitia? ibid.n.1433.
An peccet propalans hypocriſim, & imposturas, quibus quis bonum nomen conquiſivit? ibid. n.1434.
Quando ſit veniale alterum infamare? ib.n.1436.
An ſit parvitas materiæ infamare aliquem de re graviſſima apud unum probum virum alteri non propalaturum? ibid.n.1437.
An ſit veniale referre crimen occultum pluribus ex auditu dubitando, nihil addendo? ib.n.1438.
An ſit mortale ad doloris lenimentum narrare alicui injuriam ſibi factam ſecretò? 220.n.1439.
An ſit mortale defectus naturales promulgare animi, vel corporis? ibid.n.1440.
An ſit lethale evulgare grave peccatum occultum? ibid.n.1442.
An detegere crimen occultum ſecundum ordinem juris denunciando, accuſando, ſit lethale? ibid.n.1443.
An ſit lethale propalare crimen, de quo criminoſus ſe jactet? ibid.n.1444.
An audiens detractionem, peccet contra juſtitiam? ibid.n.1445.
An audiens in dubio debeat præſumere loquentem malè loqui? ibid.n.1447.
An peccet inveſtigans de veritate? ibid.n.1448.
An peccet audiens paratum ad detrahendum? ibid.n.1449.
Quomodo urbanitate ſervata detractori non conſentiens, excuſatur à culpa? ibid.n.1450.
Quot modis honor tolli poſſit? 221.n.1452.
An teneatur quis repellere contumeliam? ibid. n.1454.
CAP.IX. *Honor, & damnificantia, convicium, improperium, maledictum, contumelia, &c.* ibid.
§. I. *Quid ſit Honor, Gloria?* ibid.n.1455.
§. II. *Laus.* ibid.n.1457.
Honori opponuntur. ibid.n.1458.
§. III. *De Contumelia.* 222.n.1467.
An contumelia, convicium, improperium differant ſpecie? ibid.n.1468.
An, & quale ſit flagitium contumelia? ib.n.1469.
An debeat contumelia fieri præſenti? ib.n.1471.
§. IV. *De Deriſione, & Subſannatione.* ibid.n.1472.
§. V. *Suſurratio.* 223.n.1475.
An ſit peccatum ſuſurrationis, ſi non intendatur diſſolutio amicitiæ, ſed præter intentionem ſequatur? ibid.n.1477.
An peccet diſſolvens pravas amicitias? ibid. n.1478.
Bilinguis. ibid.n.1480.
An ſit peccatum? ibid.n.1483.

CAP. X. *De Damnis ſupremi ordinis, & ſic de Damno vitæ hominis.* Pag.223.n.1486.
§. I. *Homo ſub cujus dominio ſit.* ibid.n.1487.
Analyſis I. An poſſit quis alterum occidere, mutilare, &c.? 224.n.1488.
Analyſis II. An Civitas valeat licitè innocentem occidendum tradere tyranno, ſecus ipſa Civitas ultimam calamitatem paſſura? ib.n.1489.
Analyſis III. An liceat opem præſtare ad alterius homicidium? ibid.n.1492.
Analyſis IV. An liceat ſe ipſum interimere? ibid. n.1493.
Analyſis V. An Judex poſſit præcipere Reo, ut ſeipſum occidat? ibid.n.1495.
Analyſis VI. An poſſit Judici id præcipienti obedire. ibid.n.1496.
Analyſis VII. An liceat facere aliquid ad bonum licitum finem, unde mors non intenta, prævideatur ſecutura? ibid.n.1499.
Analyſis VIII. An occidendi ab hoſtibus poſſint navim incendere, & fugere proiiciendo ſe in mari cum periculo mortis? ibid.n.1500.
§. II. *Vitæ Conſervatio.* ibid.
Principium. ibid.n 1501.
Secundum Principium. ibid.n.1502.
An liceat nolle uti medicinis, & cibis inſolitis? 226.n.1515.
An liceat vitam periculis exponere? ibid.n.1524
An pro amico liceat vitam periculo exponere? ibid.n.1526.
An quis ut ſuccurrat proximo conſtituto in neceſſitate ſalutis æternæ, ſuam vitam exponere valeat? ibid.
Proximo extremè indigenti in bonis animæ, an ſuccurrendum cum periculo vitæ? ib.n.1528.
An in gravi neceſſitate, cum periculo vitæ, ſuccurrere teneatur? 228.n.1529.
Habentes curam animarum, an poſſint vitam periculo exponere in exercitiis caritatis? ibid. n.1530.
An teneatur in gravi, vel in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis propria vita ſuccurrere ovibus? ibid.n.1531.
§. III. *Mutilatio.* ibid.n.1533.
An parentes licitè evirare valeant ſuos liberos conſentientes, ut cantent, & præciſo periculo vitæ? ibid.n.1536.
Quando liceat mutilatio? 229.n.1538.
CAP. XI. *Corpus damnificantia Fœditate, Contaminatione, Corruptione.* ibid.n.1541.
§. I. *Caſtitas.* ibid.n.1542.
TIT. X. DE VITIIS CASTITATI OPPOSITIS. 230. n.1549.
An peccata juxtà naturam omnia differant ſpecie? ibid.n.1553.
CAP. I. *De Comœdiis obſcœnis.* ibid.n.1555.
§. I. *Comici, & Iſtriones repræſentantes obſcœna.* 231. n.1556.
§. II. *Intereſſentes laici.* ibid.n.1558.
§. III. *Clerici, & Eccleſiaſtici.* ibid.n.1559.
§. IV. *Superiores, qui permittunt obſcœna theatra, vel vocant.* ibid.n.1560.
CAP. II. *De Fornicatione.* ibid.n.1562.
§. I. *Quid ſit.* ibid.n.1563.
§. II. *An, & quo jure prohibita?* ibid.n.1564.
§. III. *Quodnam peccatum?* 232.n.1565.
An peccet peccato fornicationis, cooperans, ſervus, aut ſcriptor ſcribens, deferens literas Amaſiæ, ut veniat in tali loco, die, &c. ibid. n.1566.
§. IV. *Pœna.* idid.n.1567.
CAP. III. *De Concubinatu.* Pag.232.
§. I. *Quid ſit?* ibid.n.1568.
§. II. *An prohibitum jure divino?* ibid.n.1570.
§. III. *Pœna.* 233.n.1571.
§. IV. *Cujus fori.* 234.n.1576.
CAP. IV. *De Congreſſu Baptizati cum non Baptizata.* ibid.
§. I. *An ſit punibilis?* ibid.n.1578.
§. II. *An hujuſmodi copula ſit ſimplex fornicatio?* ibid. n.1581.
§. III. *De Copula Eviruti.* ibid.n.1583.
§. IV. *De Copula metu injuſto gravi Ordinati in Sacris.* 235.n.1584.
§. V. *De Copula habita conſentiente fœmina invitis parentibus.* ibid.n.1585.
§. VI. *De Copula occulta habita in Eccleſia.* ib.n.1586.
An continuata intentione pluries cognoſcens ſolutam, committat multiplex numero peccatum, in confeſſione explicandum? ibid.n.1587.
An deſiderans fornicationem non fuiſſe malam peccet? 236.n.1589.
CAP. V. *De Adulterio.* ibid.
§. I. *An ſit prohibitum, & à quo Jure.* ibid.n.1591.
§. II. *Quid ſit.* ibid.n.1592.
An ſit adulter Conjugatus cognoſcens ſolutam? ibid.n.1593.
An ſit adulter cognoſcens Meretricem proſtitutam nuptam? ibid.n.1595.
An ſolutus cognoſcens alterius ſponſam de futuro ſit adulter? ibid.n.1597.
An crimen adulterii ſit publicum? 237.n.1600.
An Judex ex officio procedere poſſit per viam Inquiſitionis? ibid.n.1602.
An Conjugatus cognoſcens Conjugatam debeat hoc explicare in confeſſione? ibid.n.1603.
An copulans cum ſua, delectatus de aliena, ſit adulter? ibid.n.1605.
An ſit adulterium delectari de aliena, ſub conditione ſi eſſet ſua? ibid.n.1606.
An ſit adulterium copula contra naturam cum ſua Uxore? 238.n.1607.
An conſentiente Viro ceſſet adulterii crimen? ibid.n.1608.
§. III. *Pœna adulterii.* ibid.n.1610.
An adulter poſſit exigere debitum ab Uxore? ibid.n.1619.
An peccet occidens Uxorem adulteram infragranti? 239.n.1620.
CAP. VI. *De Inceſtu.* ibid.
§. I. *Quid, & quotuplex ſit.* ibid.n.1621.
§. II. *An ſit peccatum?* ibid.n.1624.
§. III. *Pœna Inceſtus.* ibid.n.1626.
§. IV. *An hujuſmodi conjunctiones differant ſpecie inter ſe?* 240.n.1634.
An gradus differant inter ſe ſpecie? ibid.n.1636.
§. V. *An inceſtus conſummatus impediat petitionem debiti?* ibid.n.1637.
An impeditus ex inceſtu petere propter affinitatem, peccet mortaliter petendo debitum? ibid. n.1639.
Caſus, in quibus non obſtante inceſtu valet peti debitum? ibid.n.1640.
An ignorans privationis debiti pœnam, ſciens rem prohibitam, inceſtuoſus petere poſſit? 241. n.1645.
An ignorans feminam à ſe cognitam eſſe ſororem ſuæ uxoris, privetur petitione debiti? ibid. n.1646.
An cognoſcens conſanguineam uxoris ſuæ ultra ſecundum gradum, ſit inceſtuoſus, & privetur petitione debiti? ibid.n.1647.

An

An vir cum propria uxore poſſit committere inceſtum? Pag.241.n.1648.
An femina vi oppreſſa à fratre viri, poſſit debitum petere? ibid.n.1649.
An cognoſcens contra naturam conſanguineam, vel conſanguineum ſit inceſtuoſus? ibid.n.1650.
An ſit inceſtus cognoſcere ſororem ſponſæ de futuro? 242.n.1653.
An cognoſcens ſororem uterinam, & utrinque conjunctam, debeat hoc explicare? ibid.n.1654.
An cognoſcens filiam, & deindè ejus filiæ filiam, debeat hoc explicare? ibid.n.1655.
An deſiderans copulam cum matre, & ejus filia, aut cum duabus ſororibus ſucceſſivè, vel ſimul ſit inceſtus? ibid.n.1656.
An ex filiatione ſpirituali ob Sacramentum Pœnitentiæ, copula inde ſecuta, ſit inceſtuoſa? ibid.n.1657.
CAP. VII. *De Stupro.* ibid.
§. I. *Quid, & quotuplex ſit?* ibid.n.1658.
§. II. *An Virgine conſentiente ſit ſtuprum?* 243.n.1669.
An Virgo vi oppreſſa conſentiens, teneatur fateri circumſtantiam ſtupri? ibid.n.1671.
An vi conſentiens teneatur id in confeſſione explicare? ibid.n.1672.
An Vir, & Mulier teneatur propriam virginitatis circumſtantiam explicare? ibid.n.1673.
An pretio inducens Virginem ad peccandum committat ſtuprum? ibid.n.1674.
§. III. *Quotuplex ſit Virginitas.* ibid.n.1675.
§. IV. *Quid ſit Virginitas.* 244.n.1677.
§. V. *In quo differat Virginitas à Caſtitate?* ibid. n.1678.
An ſi invitis parentibus puella conſentiat deſtorationi, ſit ſtuprum? ibid.n.1679.
§. VI. *An ſtuprator teneatur dotare, & ducere ſtupratam?* ibid.n.1680.
§. VII. *Pœna laica.* Ibid.n.1685.
CAP. VIII. *De Raptu.* 245.
§. I. *Quid ſit.* ibid.n.1692.
Quodnam peccatum, & quò deteſtabile? ibid. n.1693.
§. II. *Requiſita ad Raptum.* ibid.n.1697.
§. III. *Pœna Raptus.* 246.n.1707.
An completo raptu copula non ſecuta, raptor puniatur pœnis arbitrariis? 247.n.1722.
An currat pœna, ſi femina rapiat virum? ibid. n.1723.
An rapiens Meretricem puniatur dicta pœna? ibid.n.1724.
An ad incurrendas huiuſmodi pœnas debeat tale flagitium plenè probari clarè, non præſumtionibus? ibid.n.1725.
CAP. IX. *De Sacrilego concubitu.* ibid.
§. I. *Quid ſit.* Ibid.n.1726.
§. II. *De Copula ſacrilega ratione loci.* ibid.n.1730.
An concubitus conjugalis occultus in Eccleſia habitus, ſit ſacrilegus? ibid.n.1731.
An congreſſus publicus conjugalis Eccleſiam violet? 248.n.1732.
An occulta fornicatio, & pollutio in Eccleſia ſit ſacrilega, & Eccleſiam polluat? ibid.n.1733.
An cæteri actus, qui non ſunt copula, & ſpermatis effuſio, ſint ſacrilegi? ibid.n.1735.
An congreſſus habitus non intra, ſed ſupra, circa, extra Eccleſiam ſit ſacrilegus? ibid.n.1736.
Quotuplex peccatum ſacrilegii, ſi Religioſus cognoſcat Religioſam? ibid.n.1737.
§. III. *Pœna ſacrilegi congreſſus.* ibid.n.1738.
CAP. X. *De Delicto pullulabili ex conjugali congreſſu.* ibid.n.1741.
§. I. *An ſit peccatum cognoſcere uxorem ob pulchritudinem, divitias?* Pag.248.n.1742.
An inire matrimonium ad evitandam fornicationem ſit peccatum ſaltem veniale? 249.n.1734.
An ſit peccatum ſaltem veniale copula maritalis ad evitandam fornicationem alterius ſponſi? ibid.n.1744.
An ſit veniale copula conjugalis pro recuperanda ſalute? ibid.n.1745.
§. II. *De actu conjugali ratione ſitus.* ibid.n.1746.
An ſit lethale, ſi Vir ſuccumbat? ibid.n.1747.
An ſit lethale cognoſcere Uxorem menſtruatam? ibid.n.1748.
§. III. *De Malitia copulæ ex loco.* ibid.n.1749.
An ſit mortale ratione loci ſacri matrimonii uſus? ibid.n.1752.
Sed quid, ſi talis copula in Eccleſia ſit publica? 250.n.1754.
§. IV. *De Congreſſu maritali illicito ratione temporis?* ibid.n.1755.
An tempore prægnantiæ liceat copula conjugalis? ibid.n.1756.
An tempore lactationis liceat copula? ib.n.1758.
§. V. *De Copula conjugali ſecundum ſe.* ibid.
Canon I. ibid.n.1759.
Canon II. ibid.n.1761.
Congreſſus maritalis ſecundum ſe. ibid.
Canon III. ibid.n.1763.
An debeant conſeminare? ibid.n.1763.
An Uxor præbens uſum ſui corporis Viro, poſſit imaginatione ſe abſtrahere, ut non ſeminet viro ſeminante? ibid.n.1767.
An teneatur uxor retinere viri ſperma? ibid. n.1768.
Sed quid ſi per vim fuiſſet injuſtè oppreſſa? ibid. n.1769.
An poſſit interrumpere copulam ſaluti nocivam, vel nè filii naſcantur? ibid.n.1771.
An peccet uxor reddens viro, tempore ſeminationis ſe retrahenti, fundenti extra, nè filios ſuſcipiat? ibid.n.1772.
An peccet mortaliter congrediens effundens ſperma extra? ibid.n.1773.
An, & quale peccatum ſit cognoſcere affectu uxorio conjugem, non ad procreandam ſobolem, ſed ad voluptatem, & ob id calidis veſci? 252. n.1779.
An ſit venialis congreſſus maritalis ad tuendam, reſtaurandam ſalutem? ibid.n.1780.
An peccet lethaliter, aut venialiter ducens mulierem ob venuſtam pulchritudinem? ib.n.1781.
An uxor ſe ornans, & fucis utens peccet? ibid. n.1782.
Sed quid ſi exceſſivè ſe ornet, ut placeat ſuo viro? ibid.n.1783.
An matrimonii jus violetur illicita ſimplici delectatione de aliena? 253.n.1784.
§. VI. *De Tactibus inter Conjuges.* ibid.n.1785.
Tactus laſcivi in ordine ad copulam conjugalem. ibid.
Canon I. ibid.n.1788.
An Conjugati ſe tangentes etiam intra vas, colloquentes, aſpicientes turpiter ſine ordine ad copulam ob ſolam delectationem, peccent mortaliter? ibid.n.1790.
Tactus ad expellendum ſemen corruptum an liceant? ibid.n.1791.
Tactus contra naturam? 254.n.1793.
An tactus laſcivi indifferentes liceant? ib.n.1796.
An abuſus corporis ſodomiticè inter conjuges ſit adulterium? ibid.n.1798.

De

CAP.XI. *De Debito Maritali.* Pag.254.n.1802.
§.I. *Canon.* ibid.n.1803.
§.II. *De Debito non petendo?* ibid.n.1808.
§.III. *De impedimento Matrimonii non irritante.* 255.n.1809.
Canon I. ibid.n.1811.
Canon II. ibid.n.1812.
An ligatus ſimplici voto caſtitatis, contrahent Matrimonium, poſſit petere debitum? ibid.n.1813.
§.IV. *Quid operetur tale Votum?* ibid n.1816.
§.V. *Quid operetur Votum non, petendi debitum emiſſum à Conjugato?* ibid.n.1817.
§.VI. *Quid operetur Votum abſolutum Caſtitatis emiſſum à Conjugato uno, altero ignorante?* ibid.n.1818.
An dans alteri Conjugi licentiam vovendi Caſtitatem, poſſit petere debitum? ibid.n.1819.
An verò illicitè petenti alter reddere teneatur, & poſſit licitè? ibid.n.1820
An verò licèt non teneatur reddere, valeat licitè, & libere reddere? ibid.n.1821.
An teneatur non reddere, nè cooperetur injuſta petitioni, cùm peccato alterius non ſit cooperandum, ut non eſt cooperandum injuſto homicidio? ibid.n.1822.
An poſſit vovens caſtitatem reddere debitum? 256.n.1823.
An conſummato Matrimonio voventes mutuo conſenſu caſtitatem poſſint petere, vel reddere? ib.n.1824.
§.VII. *De Voto Religionis in ordine ad Matrimonium.* ibid.
An vovens Religionem poſſit petere debitum? ibid.n.1825.
An Conjuges mutuò voventes Religionem ante conſummationem, poſſint ante ingreſſum, Matrimonium conſummare? ibid.n.1828.
§.VIII. *Votum ſuſcipiendi Ordines Sacros.* ibid.n.1830.
§.IX. *Vovens non contrahere Matrimonium.* ib.n.1831.
§.X. *De impedimento petendi ob ſupervenientem affinitatem.* ibid.
Canon I. ibid.n.1832.
Canon II. ibid.n.1834.
An talis pœna exigat ſententiam Judicis, ut incurratur? ibid.n.1836.
Uſque ad quem gradum talis pœna ſe extendas? ibid.n.1837.
An affinitas contracta ex copula vi, metu gravi injuſto, privatur petitione debiti ſi cognoſcatur? ibid.n.1838.
An ſi inceſtus ſit mutuus, compenſetur pœna? ibid.n.1839.
An ſit debitum reddendum petenti ab eo, qui contraxit affinitatem ad finem non reddendi? ibid.n.1840.
§.XI. *De Impedimento petendi ex cognatione ſpirituali.* ibid.n.1841.
Quot modis contrahatur. 258.n.1842.
Quia culpa privatur pœna privationis petitionis debiti? ibid.n.1843.
An ſcienter culpabiliter contrahens cognationem ſpiritualem, privetur jure petendi debitum? ibid.n.1844.
§.XII. *De Impedimento petendi ex defectu Matrimonii.* ibid.n.1846.
Matrimonio certò nullo. 259.n.1852.
Dubius de impedimento, facta diligentia remanens dubius, an peccet ineundo Matrimonium, & valeat reddere, & petere? ibid.n.1853.
CAP.XII. *De Debito reddendo.* ibid.n.1854.
Quæ ſit rationabilis redditio debiti? ibid.n.1856.

§.I. *Damna immodici congreſſus.* Pag.259.
Corporis. ibid.n.1858.
Animæ. 260.n.1870.
§.II. *Moderatus.* ibid.n.1873.
Canon. ibid.n.1874.
An poſſit reddere ſe impotentem ad reddendum debitum? ibid.n.1876.
An teneatur reddere debitum etiam ſtante copia filiorum? ibid.n.1878.
CAP.XIII. *De Debito negando.* ibid.
Canon. ibid.n.1879.
§.I. *Cauſæ ex quibus quis tenetur negare debitum petenti:* ibid.n.1880.
An negandum ſit Uxori amenti? ibid.n.1881.
Si Vir ſit amens, Uxor ſanæ mentis? ib.n.1882.
Utroque amente. 261.n.1883.
An ſit negandum debitum imminente gravi periculo ſalutis corporalis: puta ſi vitæ periculum experta ſit in partu, vel mortuum edat cum vitæ periculo dilaniatis viſceribus? ibid.n.1884.
An febricitans, vulneratus, inanitionem paſſus gravem poſt flebotomiam, balneum, prandium, &c. poſſit quis reddere? ibid.n.1885.
An leproſo poſſit debitum reddi à ſana? ibid.n.1888.
An utero gerens poſſit non reddere? ibid.n.1890.
An prægnans cum timore abortus, molæ, &c. teneatur reddere debitum? ibid.n.1891.
An Uxor lactans teneatur reddere debitum? 262.n.1893.
An valeat negari debitum, nè filius dicatur ex patre Hebræo natus? ibid.n.1894.
§.II. *Quando licitè debitum negari valeat, vel differri?* ibid.n.1895.
An liceat congredi cum Uxore menſtruata? ib.n.1899.
An Conjuges poſt copulam poſſint communionem ſuſcipere? 263.n.1906.
An ſit peccatum poſt communionem eadem die reddere debitum? ibid.n.1909.
§.III. *Finis copulæ Conjugalis qui ſit.* ibid.n.1910.
An non habens iſtos fines in copula, peccet? ibid.n.1912.
Analyſis I. An deſiderans ex copula ſobolem non naſci, peccet? 264.n.1915.
Analyſis II. An copula habita ad evitandam incontinentiam ſit venialis? ibid.n.1918.
Analyſis III. An copula habita ad tuendam, recuperandam ſanitatem, vel alio fine honeſto, ſit venialis? ibid.n.1919.
Analyſis IV. An ſit venialis copula habita ob delectationem ei inſitam? ibid.n.1920.
§.IV. *Ob tempus.* ibid.n.1921.
§.V. *Ratione loci.* ibid.n.1926.
Situs variatio. ibid.n.1928.
CAP.XIV. *De Flagitiis impuritatis contra naturam.* 265.n.1929.
§.I. *De Pollutione.* ibid.n.1930.
CAP.XV. *De Sodomia.* ibid.n.1941.
An ſit einſdem ſpeciei moralis tale flagitium commiſſum cum femina, ac commiſſum cum maſculo? 266.n.1943.
An ſit caſus reſervatus abuſus feminæ, reſervata ſodomia? ibid.n.1945.
An ſit caſus reſervatus ſodomiæ, ſi copula data opera incæpta, conſummetur extrà? ib.n.1946.
An ſit explicandus in Confeſſione agens, vel patiens? ibid.n.1947.
An patiens incidat in caſum reſervatum? ibid.n.1949.

An impuberes incidant in iſtum caſum reſervatum? Pag.267.n.1950.
Quibus punis puniatur tale flagitium? ib.n.1952.
Quid exprimat ly exercere tale flagitium? ibid. n.1957.
An ſit ſuſpenſus Clericus occultè illam exercens? ibid n.1959.
Quid ſi res ſit notoria? ibid.n.1960.
An Bulla Pii V. afficiat exercentes beſtialitatem? ibid.n.1961.
An Bulla Pii V. ſit uſu recepta ſaltem in foro interno conſcientiæ? ibid.n.1962.
CAP.XVI *De Beſtialitate.* 268.n.1963.
CAP.XVII. *Copula cum mortua.* ibid.n.1966.
CAP.XVIII. *De Congreſſu Dæmoniaco.* ibid.n.1967.
§. I. *An proles inde generari valeat?* ibid.n.1969.
An ex tali congreſſu naſcatur affinitas? Ibid. n.1970.
§. II. *An, & cujus ſpeciei ſit tale peccatum?* ib.n.1971.
CAP.XIX. *Delectatio, ſive voluptas ſenſitiva.* ibid.n.1972.
§. I. *Quid ſit Delectatio?* 269.n.1974.
§. II. *De Turpi Delectatione moroſa.* ibid.n.1976.
Unde delectatio moroſa ſit mortalis? ibid.n.1980.
An delectatio moroſa inter ſolutos ſit lethalis? ibid.n.1981.
An delectatio de nupta, virgine, conſanguinea, &c. inducat ſpecificam diverſitatem? ibid.n.1585.
§. III. *De Metu delectationis ſenſualis.* ibid.n.1986.
CAP.XX. *De Lenocinio.* 270.n.1990.
§. I. *Quæ, & quotuplex malitia contineatur in lenocinio?* ibid.n.1994.
§. II. *Pœna.* 271.n.1995.
CAP.XXI. *De Fœtu cæſi ventris, & abortivo.* ibid.n.2001.
§. I. *Natus ſecto utero.* ibid.n.2002.
An Mater ſectione non moritura, ſecanda, ut filius baptizetur? ibid.n.2005.
An ad id teneatur ex juſtitia, an potius ex caritate? ibid.n.2006.
An poſſit ſecari, ſi dubitetur, Mater ſectione moritura? 272.n.2008.
An Mater certò moritura ſine ſectione, poſſit ſecari, ſi dubitetur, ſectione levandam eſſe? ibid.n.2009.
An ſit ſecanda, ſi indè Mater, aut filius certò peribit? ibid.n.2010.
An autem tunc ut filius baptizetur, Mater non moritura, ex caritate poſſit permittere ſui ſectionem? ibid.n.2011.
Si periculum ſit in mora, an Mater poſſit ſecari? ibid.n.2012.
An Mater prægnans mortis rea, illicò morti tradi poſſit? ibid.n.2013.
An Mater poſt mortem ſecari valeat? ib.n.2014.
An verò hic filius ſuccedat? ibid.n.2017.
Si ſecto utero duo gemelli inveniantur? ibid. n.2019.
CAP.XXII. *De Abortu.* ibid.n.2020.
An fœtus inanimis poſſit abortu ejici pro tuitione vitæ, famæ Matris? ibid.n.2021.
An liceat abortus ſi eo non facto internecata Mater, & filius peribit? ibid.n.2022.
An ſi Mater ſit parata, deſperatione ſe interimere una cum ſobole in utero exiſtente, poſſit conſuli abortus? 274.n.2023.
An experta periculum in partu, valeat abortum procurare? ibid.n.2025.
An liceat indirectè abortire pro ſalvanda vita Matris? ibid.n.2027.
§. I. *Pœna abortus.* ibid.n.2029.
An verò prædicta excommunicatione afficiantur ipſæmet feminæ prægnantes proprium procurantes abortum? Pag.274.n.2033.
TIT.XI. DE CENSURIS IN GENERE. 275.n.2036.
CAP.I. *Quid ſit Cenſura.* ibid.n.2037.
Definitur multipliciter. ibid.n.2038.
CAP. II. *Quotuplex ſit Cenſura.* Ibid.n.2041.
§. I. *Quotuplex ſit Cenſura quoad alias circumſtantias.* 276.n.2049.
§. II. *Quid ſignificat Anathema?* ibid.n.2052.
Requiſita ad ferendas Cenſuras. 277.n.2055.
CAP.III. *Cauſa Effectiva Cenſuræ.* ibid.n.2056.
§. I. *Cui Eccleſiæ Superiori ſit communicanda talis poteſtas?* ibid.n.2058.
§. II. *Qui Judices ordinarii poſſint ferre Cenſuras?* ibid.n.2062.
§. III. *Qui nequeant eſſe Judices Ordinarii?* 278.n.2071.
§. IV. *De Delegato ad cenſurandum.* ibid.n.2080.
An Judex Ordinarius, vel Delegatus poſſit ferre cenſuram interpoſita appellatione, vel recuſatione Judicis? 279.n.2085.
An poſſit ferre cenſuras in cauſa propria? ibid. n.2086.
An in ſe æqualem, vel Superiorem valeat cenſuras dicere Judex? ibid.n.2087.
An Cenſura lata à Superiore ex metu gravi injuſto ei incuſſo, ſit nulla? ibid.n.2088.
CAP.IV. *De cauſa materiali Cenſuræ.* ibid.n.2089.
An peccatum purè internum ſatis ſit ad ferendam Cenſuram? ibid.n.2091.
An pro quovis lethali poſſit Cenſura imponi? 280. n.2094.
Ad incurrendam Cenſuram latam à jure ipſo facto, an ſatis ſit peccatum cognitum ipſi delinquenti? ibid.n.2095.
An peccatum mortale externum debeat eſſe per actum externum grave rigoroſè interpretratum? ibid.n.2096.
An delinquens ex metu, incidat in Cenſuram? ibid.n.2097.
An Cenſura poſſit ferri ob peccatum veniale? ibid. n.2098.
An verò ad ſuſpenſionem, & interdictum etiam requiratur peccatum mortale? ibid.n.2099.
CAP. V. *De Contumacia requiſita ad incurrendas Cenſuras.* ibid.n.2100.
§. I. *Quid ſit contumacia?* 281.n.2102.
§. II. *Quotuplex contumacia?* ibid.n.2106.
An contumax poſſit purgare contumaciam? ibid. n.2108.
An contumax offendat Judicem, & Rempublicam. 282.n.2112.
§. III. *De Contemtu.* ibid.
Quid ſit. ibid.n.2113.
An ſententia lata contra ordinem juris teneat? 283.n.2122.
An ſententia ſine juſta cauſa ſit nulla? ib.n.2124.
Sed quid dicendum *ſi cauſa non ſubſit, ſed juridicè probetur?* ibid.n.2123.
CAP.VI. *De Cauſa formali Cenſuræ.* ibid.n.2125.
§. I. *De Monitione, ſeù citatione requiſita ad ferendam Cenſuram?* ibid.n.2126.
§. II. *Quæ ex iſtis prærequirantur?* ibid.n.2128.
An monitio Canonica requiratur in Cenſuris latis à Judice pro delictis præteritis, vel præſentibus? ibid.n.2129.
§. III. *Quotuplex monitio requiratur.* ibid.n.2130.
An ſit nulla Cenſura, niſi ſaltem una monitio Canonica præmittatur? ibid.n.2131.
§. IV. *An ad valorem Cenſuræ requiratur trina monitio?* 284.n.2130.
Ut Cenſura ſit valida, & licita, an requiratur cita-

citatio trina, vel una pro tribus interjecto competenti tempore? Pag.284.n.2136.
Quantum temporis intercedere debet inter unam, & alteram citationem? ibid.n.2137.
§. V. *Quid ſi neceſſitas diuturnam non patiatur moram?* ibid.n.2140.
An requiratur monitio, quando eſt notoria contumacia delinquentis? ibid.n.2141.
An monitio etiam requiratur, quando quis tranſgreditur legem, præceptum latum ſub pœna ferenda ſententiæ? 285.n.2142.
An monitio à jure ſit ſatis ut excommunicatus, puta ob Clerici percuſſionem, ut Judex aliam Cenſuram infligat? ibid.n.2143.
An requiratur monitio in declaratoria Cenſuræ, etiamſi delictum ſit notorium? ibid.n.2144.
An Summus Pontifex poſſit aliquem cenſurare denunciatione non præmiſſa? ibid.n.2145.
An pars poſſit monitioni renunciare? ibid.n.2146.
An monitio in Cenſuris infligendis debeat eſſe perſonalis? ibid.n.2147.
An citatus perſonaliter per ſe comparere debeat? ibid.n.2148.
An quando perſonaliter citari nequit ſe abſcondens, aut impediens, valeat citari domi ſolitæ habitationis? ibid.n.2149.
Ubi fiat citatio, ſi citandus caret domo? 286.n.2150.
An ſi citatio domi facta, vel poſt edictum non deveniat ad notitiam Rei, an Reus ſit excommunicatus? ibid.n.2151.
An citatio debeat fieri coram teſtibus? ib.n.2152.
An requiratur monitio perſonalis, ſi perſona cenſuranda ſit incerta? ibid.n.2153.
An ſit excommunicatus domi citatus, ſi probetur citationem deveniſſe ad Rei notitiam? ibid.n.2154.
An ſatis ſit ſemel perſonaliter citari, & deinde alias citationes fieri domi? ibid.n.2155.
An monitio debeat eſſe perſonalis in declaratoria excommunicationis? ibid.n.2156
CAP.VII. *Requiſita concomitantia Cenſuram.* 286.n.2157.
An ferri valeat Cenſura actu interno? ib.n.2158.
An ferenda in ſcriptis à Judice, expreſſa cauſa, ſcilicet culpa propter quam fertur? ib.n.2159.
An Cenſura ſit proferenda, & legenda a Judice per ſe? ibid.n.2160.
An ſit nulla Cenſura ſine ſcriptura, vel verbis non prolata? ibid.n.2161.
An ex cauſa tantùm Superiori nota, poſſit excommunicari? ibid.n.2170.
An lata voce ſine ſcriptura teneat? ibid.n.2171.
An ſit nulla ſententia Cenſuræ lata in genere, ut te cenſure? 288.n.2173.
An lata disjunctivè, ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus ab ordine, *teneat?* ibid.n.2174.
An ſententia debeat continere Reum determinatum ſecundum ſe determinatum? ibid.n.2175.
An excommunicationis exemplum ſit dandum parti petenti intra menſem? ibid.n.2176.
Quando menſis incipiat currere? ibid.n.2177.
Pœna Judicis non ſervantis formam prædictam ſtatutam in d. c. cum medicinalis. de ſent. excomm. in 6. ibid.n.2178.
An incidant in dictam pœnam in neceſſitate ſine ſcripto proferentes ſententiam Cenſuræ? ibid.n.2179.
An à dictis pœnis excuſentur Epiſcopi? ib.n.2180.
An ſententia Cenſuræ poſſit eſſe conditionalis? ibid.n.2181.
An ſententia ſub conditione, vel ad diem lata retrotrahatur purificata conditione adventu diei? Pag. 288 n.2182.
In dubio purificatæ conditionis, an Cenſura liget? ibid.n.2183.
An Cenſura lata ſub conditione impertinenti, teneat? ibid.n.2184.
An Creditor poſſit ſuſpendere ſententiam Cenſuræ latam ad inſtantiam ſuam, ut ſolvat debitor intra certum tempus? ibid.n.2185.
An Cenſura incurratur, ſi deinde nec impleatur conditio in termino à creditore protracto? ibid.n.2185.
An effugiat Cenſuram conditionalem mutans locum poſtquam fuit citatus? ibid.n.2186.
An Cenſura lata ſub conditione liget deinde mortuo, vel amoto Judice pendente conditione? ibid.n.2187.
§. I. *De Loco, & Tempore ferendæ Cenſuræ.* ibid.n.2188.
CAP. VIII. *Conſequentia ad Cenſuram latam.* ibid.
§. I. *Denunciatio, & publicatio facienda poſt Cenſuram.* ibid.n.2189.
An denunciari debeat Cenſura mandato legitimi Superioris? ibid.n.2190.
§. II. *Ubi Denunciatio ſit facienda?* 290.n.2191.
An executor putans ſententiam injuſtam, poſſit illam denunciatione exequi? ibid.n.2192.
An ante denunciationem debeat declarari Reum in crimen incidiſſe, & citari partes ad ſe tuendum? ibid.n.2193.
An Judex poſſit ſuſpendere declarationem Cenſuræ à ſe factam? ibid.n.2194.
§. III. *De Cenſura valida, injuſta, nulla?* ibid.n.2195.
An ſit nulla ſententia lata ob veniale? ib.n.2198.
An ſit nulla ſententia Cenſuræ lata contra innocentem ſecundum allegata, & probata? ibid.n.2199.
An ſententia Cenſuræ re vera nulla ſit timenda? ibid.n.2200.
§.IV. *Quando verificatur ſententiam Cenſuræ injuſtam eſſe timendam?* 291.n.2201.
An nulliter excommunicatus debeat petere abſolutionem? ibid.n.2202.
CAP.IX. *De Reo Cenſura feriendo?* ibid.n.2203.
An mortuus in contumacia poſſit cenſurari? ibid.n.2207.
An impuberes ratione utentes poſſint Cenſura ſaltem excommunicationis innodari? 292.n.2210.
An autem licèt poſſit Eccleſia, velit illos ligare, niſi expreſſè nominentur? ibid.n.2212.
An verò ligentur Cenſuris à lege latis? ibid.n.2213.
An amentes poſſint innodari Cenſuris latis ab homine, vel à lege ob peccatum cum contumacia commiſſum ante amentiam? ibid.n.2214.
An Cenſura lata contra facientem, comprehendat mandantem, & conſulentem? ibid.n.2215.
An Communitates, Collegia, Civitates cenſurari valeant? ibid.n.2216.
An perſona cenſuranda debeat eſſe certa ſecundum ſe, & determinata? 293.n.2220.
An autem debeat eſſe ſubdita cenſuranti? ibid.n.2221.
§. I. *An Epiſcopus poſſit cenſurare ſubditos delinquentes, & contumaces?* ibid.n.2222.
§. II. *An poſſit innodare ſubditos Cenſuris, exiſtentes in loco exemte intra Diœceſim?* ibid.n.2223.
An Monaſterium ſit locus exemtus? ibid.n.2224.
§. III. *An poſſit cenſurare ſubditum delinquentem intra Diœceſim, ſed pergentem extra, antequam capiatur?* 294.n.2233.

Digitized by Google

§.IV. An Epiſcopus valeat citare ſuum ſubditum extra Diœceſim pro delicto commiſſo in Diœceſi? Pag.294.n.2234.
An pro delicto commiſſo intra Diœceſim poſſit citari ſubditus extra Diœceſim exiſtens? ibid. n.2235.
An Epiſcopus poſſit excommunicare ſuum ſubditum exiſtentem extra Diœceſim? ibid.n.2236.
An ſententia generalis expiret morte ferentis? ibid.n.2239.
§. V. An Epiſcopus exiſtens extra Diœceſim valeat excommunicare ſubditum in ſua Diœceſi exiſtentem? ibid.n.2240.
An ſi crimen ſit notorium non indigens cognitione cauſæ, poſſit Reus ab Epiſcopo exiſtente extra Diœceſim excommunicari? ibid.n.2241.
§. VI. An Epiſcopus valeat excommunicare externum delinquentem in ſuo Territorio? ibid.n.2242.
An advena, peregrinus ligetur cenſuris loci, ubi eſt tranſeunter? ibid.n.2244.
An non habens animum manendi, trahens moram extra ſuam Diœceſim, teneatur cenſuris ubi manet? ibid.n.2245.
§.VII. Sed quid dicendum de advenis commorantibus pro majori anni tempore? 295.n.2250.
An Cenſura lata adverſus certas perſonas, extendatur ad alias? ibid.n.2252.
CAP.X. Modi, quibus poteſt quis ſe eximere à Cenſuris. ibid.n.2258.
§. I. Appellatio à Cenſuris. ibid.n.2259.
§. II. An, & quomodo à Cenſuris appellare valeat. ibid.n.2261.
§.III. Quantum tempus datur ad appellandum à ſententia conditionali? 296.n.2263.
§.IV. De appellatione à declaratoria. ibid.n.2265.
An celebrans pendente appellatione à Cenſura, fiat irregularis? ibid.n.2266.
§. V. An ſubditus valeat multiplici Cenſura innodari? ibid.n.2267.
An eodem impetu eundem, vel diverſos Clericos percutiens multipliciter, unam contrahat Cenſuram? 297.n.2269.
An percutiens Clericum Monachum contrahat duas Cenſuras? ibid.n.2270.
An contrahat plures Cenſuras ſubripiens plurimas res, furto prohibito ſub Cenſura? ibid.n.2271.
An ob eandem cauſam quis valeat multis innodari Cenſuris? ibid.n.2272.
An tres contrahat Cenſuras excommunicationis ſcienter præſumptuosè ſepeliens in loco ſacro denunciatum excommunicatum, interdictum, & publicum Uſurarium? ibid.n.2273.
CAP.XI. De abſolutione à Cenſura. ibid.n.2274.
§. I. Quid, & quotuplex ſit abſolutio? ibid.n.2276.
An abſolutio Cenſuræ exigat pro forma, verba? ibid.n.2280.
An verbis poſſit fieri validè, & licitè? ib.n.2281.
An validè, & licitè poſſit ſcripto fieri? ib.n.2282.
An nutu validè, non licitè fieri valeat? ib.n.2283.
An valida ſit abſolutio non exigitis juramento, & ſatisfactione partis? ibid.n.2284.
An in abſolutione ſit exprimenda cauſa Cenſuræ? ibid.n.2285.
An uno verbo poſſit quis abſolvi ab omnibus Cenſuris, etiam non expreſſis ab excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, dicendo, te abſolvo? ibid.n.2286.
An abſolutio à Cenſuris validè detur eiſdem verbis, quibus abſolutio à peccatis, dicendo, abſolvo te? ibid n.2287.
An licitè id fieri valeat? ibid.n.2288.
§. II. Quænam ſit forma abſolutionis ſolemnis? Pag.298. n.2289.
§. III. De Abſolutione ad cautelam. ibid.n.2292.
§. IV. De Abſolutione ad reincidentiam? 299.n.2294.
An reincidat in Cenſuram, ſi deſit novum peccatum elapſo tempore ceſſante impedimento? ibid.n.2296.
An reincidens in Cenſuram ob non comparationem, ceſſante impedimento ſit evitandus? ibid.n.2297.
An reincidat in Cenſuram ſine novo judiciario actu? ibid.n.2298.
An reincidat in Cenſuram latam ab homine ſine cognitione cauſæ? ibid.n.2299.
An Cenſura lata ad reincidendum, pereat mortuo proferente ante terminum? ibid.n.2300.
§. V. De Cenſura lata donec reſipiſcat. ibid.n.2301.
§. VI. De Abſolutione ſatisfacta parte. 300.
An debeat abſolutio ferri ſatisfacta parte? ibid. n.2305.
An ſit valida, ſed illicita abſolutio ſatisfactione omiſſa? ibid.n.2306.
An ſit licita abſolutio, ſi ſatisfactio ſit impoſſibilis, vel cum gravi onere? ibid.n.2307.
An licitè poſſit abſolvi offerens congruam ſatisfactionem, & petens remiſſionem, parte adverſa nolente acceptare ſatisfactionem, & remittere injuriam? ibid.n.2308.
An licitè abſolvi poſſet ſi pars adverſa ſit abſens, & interim labatur tempus Jubilæi, ſi partis remiſſionem, & ſatisfactionem expectet? ibid. n.2309.
§. VII. In Bullis Jubilæi ſatisfacta parte quid operatur? ibid.n.2310.
In dubio an teneatur ſatisfacere parti? ib.n.2311.
§. VIII. Nomine partis quid veniat? ibid.n.2312.
§. IX. De Abſolutione Cenſurarum quoad forum conſcientiæ? ibid.n.2313.
An differat forus conſcientiæ, & pœnitentiæ? 301.n.2314.
An abſolutus pro foro conſcientiæ revera ſit purè abſolutus? ibid.n.2315.
An abſolutus in foro conſcientiæ, poſſit ea abſolutione uti pro foro externo publico? ibid.n.2316.
An poſſit Judex de illo delicto, & Cenſura pro foro contentioſo cognoſcere? ibid.n.2317.
Quomodo probetur pro foro contentioſo abſolutio, obtenta pro foro conſcientiæ? ibid.n.2318.
An abſolutio debeat eſſe libera? ibid.n.2319.
Quid ſi Judices ſeculares rogent Eccleſiaſticos, ut abſolvant ad tempus appellantes ad Curiam Apoſtolicam? ibid.n.2321.
An poſſit una ſine altera Cenſura abſolvi? ibid. n.2322.
§. X. Abſolutio nulla. 302.n.2324.
CAP. XII. De illis, qui poſſunt abſolvere. ibid.n.2325.
§. I. Delegatus. idid.n.2334.
An Clericus primæ tonſuræ poſſit delegari ad abſolvendum à Cenſuris? ibid.n.2335.
An Laicus poſſit eſſe Delegatus ad abſolvendum? ibid.n.2336.
An in articulo mortis poſſit Laicus à Cenſuris abſolvere? ibid.n.2338.
An quivis Clericus abſente Sacerdote valeat in articulo mortis abſolvere à Cenſuris? ib.n.2340.
An Superior, qui habet Juriſdictionem cum inferiori cumulativam, non privativam excommunicandi, ut Epiſcopus cum Archidiacono, poſſit abſolvere excommunicatos? 303.n.2341.
An ligatus ſententia generali Cenſuræ non reſervatæ, ut qui hoc fecerit ſit excommunica-

tus,

Digitized by Google

tat, poſſit abſolvi ab omni ſimilis Juriſdictionis cum excommunicante? Pag.303.n.2342.

§. II. *An, & quis abſolvat juris nulli reſervata?* ibid.n.2343.

An excommunicatus ſententia particulari poſſit abſolvi ab alio, quàm à ferente? ibid.n.2344.

An interpoſita appellatione adhuc Judex ordinarius valeat abſolvere Cenſuratum? ibid.n.2345.

CAP.XIII. *De Cenſura reſervata abſolvenda.* Ibid.n.2347.

An habens facultatem abſolvendi à reſervatis Papæ vi Jubilæi, valeat abſolvere à reſervatis Epiſcopo? ibid.n.2352.

CAP.XIV. *De Abſolvendo à Cenſuris.* 304.n.2353.

An invitus abſolvi valeat à Cenſuris latis à jure, vel ab homine? ibid.n.2354.

An abſens abſolvi valeat à Cenſuris? ib.n.2355.

Quando excommunicatus appellans ſit abſolvendus? ibid.n.2356.

An dicens excommunicationem nullam, audiatur ſine abſolutione? ibid.n.2358.

An credatur dicenti ſe abſolutum? ibid.n.2359.

CAP.XV. *De Poteſtate Epiſcopi in ordine ad abſolvendum à Cenſuris reſervatis Papæ.* ibid.n.2360.

An competat talis facultas Capitulo Sede vacante? ibid.n.2361

An poſſit Epiſcopus abſolvere à reſervatis in Bulla Cœnæ occultis? 305.n.2362.

§. I. *Quid ſit delictum eſſe occultum?* ibid.n.2363.

An valeat Epiſcopus abſolvere delicta deducta ad forum contentioſum? ibid.n.2364.

§. II. *Quando dicantur deducta ad forum contentioſum?* ibid.n.2365.

An Epiſcopus valeat abſolvere non convictum, vel falſis probationibus abſolutum lite conteſtata? ibid.n.2366.

An ab Epiſcopo abſolvi valeat Reus condemnatus, & punitus in foro contentioſo? ibid.n.2367.

An publicè delinquens delicto reſervato Papæ, tranſiens in locum, ubi occultum non facilè publicandum eſt delictum, abſolvi valeat? ibid.n.2369.

An ſit neceſſarium ut Epiſcopus, & abſolvendus ſint in ſua Diœceſi? 306.n.2370.

An Epiſcopus poſſit alteri delegare ſuam facultatem? ibid.n.2371.

An talis facultas Epiſcopi vi Tridentini ſe extendat ad Religioſos exemtos? ibid.n.2372.

§. III. *De Abſolutione à Prælatis regularibus ſuis ſubditis impertienda?* ibid.n.2373.

An Superior poſſit abſolvere ſuos ſubditos Regulares ſe invicem percutientes? ibid.n.2374.

§. IV. *Quando Epiſcopus abſolvat à publicis Papæ reſervatis?* ibid.n.2376.

Principium. ibid.n.2377.

An impotens adire Papam teneatur adire delegatum, vel alium habentem abſolvendi privilegium? 307.n.2392.

An impotens adire Papam perſonaliter, teneatur adire per Procuratorem, vel per Epiſtolam? ibid.n.2393.

An impotens adire Epiſcopum poſſit abſolvi à proprio Sacerdote? ibid.n.2394.

An abſolutus ab inferiori, debeat jurare, quod ſtatim ac ceſſabit impedimentum, adibit Sedem Apoſtolicam, & parebit ejus mandatis? 308.n.2395.

An ceſſante impedimento non ſe præſentans reincidat in excommunicationem? ibid.n.2396.

An ſufficiat ſe præſentare per Procuratorem? ibid.n.2397.

An onus ſe præſentandi currat tantùm in excommunicatione, non in aliis reſervatis? 308.n.2398.

An autem requiratur ſemper juramentum? ibid.n.2399.

Cur ſe præſentat Superiori? ibid.n.2400.

An ſint aliqui, qui non tenentur ſe præſentare, nec jurare de ſe præſentando? ibid.n.2401.

An Epiſcopus pro reſervatis Papæ poſſit abſolvere ſine excommunicatione? ibid.n.2402.

An in caſibus reſervatis Epiſcopo, impotens adire Epiſcopum, valeat abſolvi ab inferiori, cum onere comparendi? ibid.n.2403.

An ſi ſit abſolutus mortuus parte non ſatisfacta, Epiſcopus deindè poſſit cogere hæredes per cenſuras, ut ſatiſfaciant? 309.n.2404.

An qui ſatisfecit parti, vel cum illa concordavit, & prorſus à contumacia receſſit, adhuc teneatur ſe Sedi Apoſtolicæ præſentare? ibid.n.2405.

An quando conceduntur Indulgentiæ per modum Jubilæi poſſit quis abſolvi etiam à cenſuris? ibid.n.2406.

TIT.XII. DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS. 309.n.2407.

CAP. I. *Qualis pœna Excommunicationis.* ibid.n.2408.

§. I. *An excommunicatio ſit pœna omnium maxima?* ibid.n.2409.

§. II. *Quomodo dicatur*, tradidi Satanæ. I. *ad Corinth.5.* ibid.n.2410.

§. III. *Quid ſit anathema?* 310.n.2411.

An ſententia Cenſuræ ſit rarò, & conſideratè ferenda? ibid.n.2412.

An ſententia excommunicationis tranſeat in rem judicatam? ibid.n.2413.

§. IV. *Quotuplex ſit excommunicatio.* ibid.n.2414.

CAP. II. *De Excommunicatione majori, & minori.* ibid.n.2417.

§. I. *Quis poſſit ferre minorem excommunicationem?* ibid.n.2421.

§. II. *An Excommunicatus minori excommunicatione peccet miniſtrans aliis Sacramenta?* ibid.n.2423.

Qui Sacerdos abſolvat ab excommunicatione minori? ibid.n.2425.

An duo Sacerdotes innodati minori excommunicatione valeant ſe invicem abſolvere? 311.n.2426.

CAP. III. *Cauſa Effectiva.* Ibid.

§. I. *Requiſita, ut teneat excommunicatio lata à jure?* ibid.n.2427.

§. II. *Requiſita, ut ſententia excommunicationis ab homine teneat.* ibid.n.2428.

§. III. *An Papa poſſit excommunicari?* ibid.n.2430.

An verò excommunicari poſſit à Concilio Generali legitimo? ibid.n.2431.

Si Papa ſit ſuſpectus de hæreſi, an inquam tunc à Concilio Generali poſſit excommunicari? ibid.n.2432.

An Pontifex poſſit ſponte ſe alteri excommunicandum ſubjicere? ibid.n.2434.

§. IV. *An Prælatus inferior poſſit quandoque excommunicare Superiorem, vel æqualem?* ibid.n.2435.

An Epiſcopus ligetur excommunicatione lata in Synodo? ibid.n.2437.

An Archiepiſcopus ligetur excommunicatione lata in Synodo Provinciali? ibid.n.2438.

An æqualis poſſit excommunicare æqualem? ibid.n.2439.

An Clericus ludens cum Epiſcopo contrahat excom-

Digitized by Google

communicationem ab ipſo latam contra Clericos ludentes? Pag.312.n.2440.
An teneat excommunicatio lata in cauſa propria à Judice? ibid.n.2441.
§. V. *An Judex Eccleſiaſticus facta revelatione valeat cogere debitorem principalem laicum ad reſtituendum ſub pœna excommunicationis?* ibid. n.2442.
CAP.IV. *Cauſa Materialis excommunicationis.* ib.n.2444.
§. I. *De Denunciatione excommunicationis.* ibid. n.2448.
CAP.V. *De Effectibus excommunicationis.* ibid.n.2451.
§. I. *De Excommunicato tolerato, & non tolerato.* ibid.n.2453.
§. II. *Inſordeſcens per annum completum in Excommunicatione.* 314.n.2454.
§. III. *De Excommunicato miniſtrante Sacramenta.* ibid.n.2455.
Quis miniſtret moribundo baptiſmum, Sacerdos excommunicatus, an laicus præſens non excommunicatus? ibid.n.2456.
§. IV. *De Validitate Sacramentorum collatorum ab excommunicato.* ibid.n.2461.
§. V. *Pœna Excommunicati miniſtrantis illicitè Sacramenta?* 315.n.2467.
§. VI. *De Excommunicatis recipientibus Sacramenta.* ibid.n.2469.
An valida ſint Sacramenta recepta ab excommunicato? ibid.n.2470.
An valeat abſolvi à peccatis ante abſolutionem ab excommunicatione? ibid.n.2471.
Quando licitè recipiantur ab Excommunicatis Sacramenta? ibid.n 2472.
§. VII. *Pœna Excommunicati recipientis Sacramenta.* 316.n.2473.
§. VIII. *Pœna miniſtrantis Sacramenta Excommunicato.* ibid.n.2474.
§. IX. *De Participatione Communionis rerum Sacrarum, & Officiorum Eccleſiæ.* ibid.n.2478.
Principium. ibid.n.2479.
An Excommunicatus poſſit intereſſe rebus ſacris Religionis factis nomine publico Eccleſiæ? ibid. n.2480.
An Excommunicatus facere valeat publicas functiones nomine Eccleſiæ? ibid.n.2483.
An liceat Excommunicato facere actus pios nomine privato? ibid.n.2484.
An Excommunicatus vitandus poſſit Sacrificio intereſſe? ibid.n.2485.
Quando præſente Excommunicato deſiſtendum à Divinis? ibid.n.2486.
§. X. *Pœna Celebrantis ſcienter coram Excommunicato vitando.* 317.n.2488.
§. XI. *Pœna non Excommunicati ſimul cum Excommunicato vitando aſſiſtens in Divinis.* ibid. n.2489.
An poſſit Excommunicatus toleratus Miſſæ inſervire? ibid.n.2492.
An peccet Excommunicatus toleratus, non audiens Miſſam in diebus Feſtivis, etiam ſua culpa contracta? ibid.n.2493
§. XII. *Pœna Excommunicati audientis Miſſam.* ibid. n.2494.
§. XIII. *Sed quid ſi Excommunicatus faciat coram ſe celebrare Miſſam?* ibid.n.2495.
§. XIV. *An, & quomodo poſſit Excommunicatus intereſſe Horis Canonicis?* ibid.n.2496.
An Excommunicatus vitandus poſſit cum aliis recitare Horas Canonicas, vel alias Orationes privatas ex devotione? ibid.n.2498.
An ſit lethale orare cum ſocio privatim? ibid. n.2499.
Sed quid, ſi aliquis adhibuiſſet aſſiduè familiarem conſocium? Pag.317.n.2500.
An Excommunicatus recitans Officium poſſit dicere Dominus vobiſcum? 318.n.2501.
An ſit mortale dicere Dominus vobiſcum *ex perſona Eccleſiæ, & contrahatur irregularitas?* ibid.n.2503.
An Excommunicatus excuſetur à recitatione Officii? ibid.n.2504.
§. XV. *An Excommunicatus aliis concionari valeat?* ibid.n.2505.
An Excommunicatus vitandus poſſit intereſſe concioni? ibid.n.2508.
CAP.VI. *De Sepultura Excommunicati.* ibid.n.2509.
§. I. *An Excommunicatus vitandus poſſit ſepeliri in loco ſacro deſtinato ad ſepulturam fidelium?* ibid.n.2510.
An polluatur Eccleſia ſepultura Excommunicati vitandi? ibid.n.2511.
An ſit exhumandus, qui ante mortem dedit ſigna pœnitentiæ? ibid.n.2512.
§. II. *Quantum importat ly* procul projici ab Eccleſia? ibid.n.2513.
An Excommunicatus vitandus decedens cum ſignis pœnitentiæ poſſit ſepeliri in loco ſacro? 319.n.2514.
Quot teſtes probent Excommunicatum dediſſe ſigna pœnitentiæ? ibid.n.2515.
An abſolutus in foro conſcientiæ poſſit ſepeliri in Eccleſia? ibid.n.2516.
§. III. *An toleratus poſſit ſepeliri in Eccleſia ſolemniter?* ibid.n.2517.
An Excommunicatus minori excommunicatione ſepeliatur in Eccleſia? ibid.n.2518.
§. IV. *Pœna ſepelientis Excommunicatum vitandum.* ibid.n.2519.
An hanc pœnam contrahant ſepelientes Excommunicatum vitandum in loco prophano? ibid. n.2520.
Exemti. ibid.n.2521.
§. V. *Excuſantur à dictis pœnis.* ibid.n.2522.
CAP.VII. *Excommunicatus privatur ſuffragiis Eccleſiæ.* ibid.
§. I. *Quotuplex ſit ſuffragium.* ibid.n.2523.
An Excommunicatus poſſit participare fructum rerum ſacrarum exhibitarum nomine Eccleſiæ? 320.n.2524.
An poſſit frui ſuffragiis privatis? ibid.n.2525.
An Excommunicato mortuo non abſoluto cum ſignis pœnitentiæ, valeat ſuffragia, ſacrificia applicari? ibid.n.2526.
§. II. *Qui Excommunicatus privetur ſuffragiis, toleratus, an vitandus?* ibid.n.2527.
An contritus non toleratus poſſit lucrari Indulgentias Jubilæi, commutatis operibus Confeſſionis, Communionis in aliis operibus? ibid. n.2530.
An liceat applicare Excommunicatis ſacrificium Miſſæ? ibid.n.2531.
An Sacerdos pro Miſſa poſſit recipere ſtipendium ab Excommunicato? 321.n.2534.
An teneat applicatio publico nomine nominatim facta pro Excommunicatis? ibid.n.2535.
An ſaltem in communi liceat pro Excommunicatis applicare ſuffragia communia? ibid. n.2536.
§. III. *Qua pœna puniatur Clericus ſponte, & ſcienter admittens ad Divina Excommunicatum per ſententiam Papæ?* ibid.n.2537.
§. IV. *An validè applicentur bona ſpiritualia Eccleſiæ Excommunicatis?* ibid.n.2538.

An

Digitized by Google

An validè, & licitè applicari valeant ſuffragia, ut Excommunicati convertantur ad Eccleſiam? Pag.321.n.2539.
An Excommunicatus à Papa excludatur à Communione, & ſuffragiis omnium fidelium? ibid.n.2540.
An Excommunicatus ab inferiori ſit vitandus ab omnibus, etiam non ſubditis excommunicanti, itaut nec ſuffragia applicari valeant? ibid.n.2541.
CAP.VIII *De Excommunicato in ordine ad Beneficia?* ibid.n.2542.
§. I. *An Excommunicatus privetur Beneficiis obtentis ante excommunicationem?* ibid.n.2543.
An validè durante excommunicatione valeat beneficium recipere? ibid.n.2544.
An ſit valida electio, præſentatio, nominatio, permutatio, collatio facta excommunicationis tempore? ibid.n.2545.
An Excommunicatio tolerata reddat nullam collationem, inſtitutionem beneficii? 322.n.2546.
An ſit nulla collatio beneficii facta Excommunicato oblito invincibilitèr ſuæ excommunicationis? ibid.n.2547.
§. II. *An Excommunicatus ſit capax Penſionis?* ibid.n.2552.
An Reſignatio, & poſtulatio Beneficii, aut Commenda ſit valida facta Excommunicato? ibid.n.2556.
§. III. *De fructibus Beneficii, decimarum, primitiarum.* ibid.n.2557.
An fructus autem ſint reſtituendi ante Judicis ſententiam? ibid.n.2558.
§. IV. *Excommunicatus conferens Beneficia.* ib.n.2561.
Quares, an Excommunicatus poſſit reſignare beneficium obtentum ante excommunicationem? ibid.n.2563.
CAP. IX. *Excommunicatus quoad Juriſdictionem.* 324.n.2565.
An autem poſt excommunicationem poſſit recipere Juriſdictionem? ibid.n.2568.
CAP. X. *Privatio Communicationis forenſis.* ibid.n.2571.
An autem ſententia lata ſit nulla? ibid.n.2575.
An iſti mortaliter peccent? ibid.n.2576.
§. I. *Actor, & Accuſator ſive vitandus, ſive non?* ibid.n.2577.
An Actor excommunicatus ſit repellendus à Judice? 325.n.2582.
An poſſit agere per Procuratorem? ibid.n.2585
Ut Actor audiatur, quid faciendum? ib.n.2586.
§. II. *De Reo.* ibid.n.2587
§. III. *Notarius.* ibid.n.2592.
An Inſtrumenta ab ipſo confecta poſt excommunicationem teneant? ibid.n.2593.
De Notario excommunicato ſimpliciter vitando. ibid.n.2594.
An Inſtrumenta facta ab Excommunicato teneant? 326.n.2597.
§. IV. *Procurator.* ibid.n.2598.
§. V. *Advocatus.* ibid n.2602.
§. VI. *Teſtis.* ibid.n.2604.
An depoſitio ſit valida? ibid.n.2605.
§. VII. *Tutor, & Curator.* ibid.n.2608.
§. VIII. *Teſtator.* ibid.n.2609.
§. IX. *Hæres.* ibid.n.2610.
§. X. *Contrahentes vitandi in judicio, vel extra.* ibid.n.2611.
CAP. XI. *De Privatione Commercii Politici.* ibid.n.2612.
An poſſit prohiberi Communicatio cum excommunicatis vitandis ſub pæna majoris excommunicationis? 327.n.2614.
Quando Communicans cum excommunicato contrahat majorem excommunicationem? 327.n.2616.
§. I. *De Communicante in crimine crimino ſo.* ibid.n.2618.
§. II. *Quodnam ſit peccatum communicare in crimine crimino ſo?* ibid.n.2619.
An Communicans in crimine crimino ſo contrahat eandem cenſuram cum illo, cui communicat? ibid.n.2620.
An toties contrahat excommunicationem quoties communicat in crimine crimino ſo? ib.n.2621.
§. III. *Requiſita, ut communicans in crimine crimino ſo contrahat eandem cenſuram.* ibid.n.2622.
§. IV. *Quis abſolvit ab excommunicatione contracta in crimine crimino ſo?* ibid.n.2623.
§. V. *Sub qua pæna prohibetur communicare cum excommunicato vitando?* ibid.n.2624.
Quæ Communicatio probibita? ibid.n.2625.
§. VI. *Quæ Communicatio jure probibita?* 328.n.2626.
§. VII. *Os.* ibid.n.2627.
An probibeantur ſigna amicitiæ facta ſine verbis?
An probibeantur ſigna amicitiæ facta ſine verbis? ibid.n.2628.
An probibeatur excommunicato ſcribere epiſtolas? ibid.n.2629.
§. VIII. *Orare.* ibid.n.2630.
§. IX. *Vale.* ibid.n.2631.
An comprehendatur ſalutatio tantùm verbis? ibid.n.2633.
An liceat ſalutatio non verbis honorificis, ſed deprecativis? ibid.n.2634.
An liceat aſſurgere, caput aperire ad evitandam inurbanitatis notam? ibid.n.2635.
An liceat reſalutare verbis honorificis, vel reſcribere excommunicato? 329.n.2636.
An liceat ei ſcribere epiſtolam, ut reſipiſcat? ibid.n.2638.
§. X. *Communio.* ibid.n.2639.
Quid exprimat Communio? ibid.n.2640.
An coram Excommunicato Lector poſſit proſequi lectionem? ibid.n.2642.
An Lector poſſit reſpondere diſcipulo excommunicato interroganti, & Magiſter excommunicatus toleratus docere poſſit? ibid.n.2643.
An Excommunicatus vitandus poſſit intereſſe lectioni Theologiæ, Canonum, Scripturæ? ibid.n.2644.
§. XI. *Menſa.* ibid.n.2645.
Quid probibeatur? ibid.n.2646.
§. XII. *Domus.* ibid.n.2648.
An in iſtis caſibus excommunicatus communicans aliis peccet graviter? 330.n.2649.
An denunciatus in uno loco nominatim, ſit vitandus extra illam Diœceſim, ubi non eſt denunciatus? ibid.n.2650.
CAP. XII. *Cauſæ excuſantes à culpa, & pæna communicantem cum excommunicato?* ibid.n.2650.
§. I. *Utilitas.* ibid.n.2653.
Quid ſi colloquens ſciat nihil profuturum? ibid.n.2655.
§. II. *Lex.* 331.n.2662.
§. III. *Humile.* ibid.n.2665.
Res ignorata. ibid.n.2678.
Dubitans autem an alius ſit Excommunicatus? 332.n.2679.
Sed quid ſi ſciat illum denunciatum in Confeſſione? ibid.n.2670.
§. V. *Neceſſe.* ibid.n.2676.
TIT. XIII. DE SUSPENSIONE. 332.n.2679.
CAP. I. *Quid ſit Suſpenſio.* 333.n.2683.

Quo-

Digitized by Google

CAP. II. *Quotuplex ſit Suſpenſio?* Pag.334.n.2697.
An ſententia ſuſpenſionis abſolutè lata non exprimens Officium, Beneficium, utrumque, ſit nulla? ibid.n.2706.
An ſub ſuſpenſione comprehendatur Epiſcopus, niſi exprimatur? 335.n.2709.
CAP. III. *De Suſpenſione ab Officio.* ibid.n.2710.
An abſolutè ſuſpenſus ab Officio, ſit ſuſpenſus ab uſu ordinis, non juriſdictionis ſpiritualis? ibid. n.2711.
An ſuſpenſus ab Officio valeat peragere illa, quæ exercere poſſet ut laicus? ibid.n.2713.
An ſuſpenſus ab Officio ſit ſuſpenſus à beneficio? ibid.n.2714.
An ſuſpenſus ab Officio ſimpliciter, poſsit validè, & licitè recipere novum Beneficium? 336. n.2715.
Principium. ibid.n.2716.
An autem poſsit in Eccleſia ſepeliri? 337.n.2730.
Peccatum violantis ſuſpenſionem ab Officio? ibid. n.2734.
CAP. IV. *Effectus Suſpenſionis.* ibid.n.2736.
An ſuſpenſus ab Officio valeat officium exercere extra Territorium ſuſpendentis? ibid.n.2739.
CAP. V. *Suſpenſio à Beneficio?* ibid.n.2742.
An ſuſpenſus à Beneficio ſit ſuſpenſus ab Officio? ibid.n.2743.
An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à jure eligendi, confirmandi, conferendi beneficium, ſi jus emanet à beneficio ſuſpenſo? ibid.n.2744.
An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à penſione ſupponente Clericatum? 339.n.2745.
An ſuſpenſus à beneficio privetur diſtributionibus quotidianis debitis intereſſentibus Horis, Miſſæ? ibid.n.2746.
An ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus à quolibet curato, ſimplici, cum dignitate, &c. ibid. n.2749.
§. I. *Effectus Suſpenſionis à Beneficio.* ibid.n.2750.
Quam pœnam contrahat ſuſpenſus à Beneficio retinens ſibi illius fructus? ibid.n.2751.
An ſuſpenſus præſtans Officium, licitè ſibi valeat retinere fructus ante ſententiam condemnatoriam? ibid.n.2752.
An ſuſpenſus pauper poſſit jure ſibi retinere fructus? ibid.n.2753.
An ſuſpenſio à Beneficiis comprehendat Beneficia exiſtentia, & collata ſuſpenſo extra Diœceſim ſuſpendentis? ibid.n.2754.
CAP. VI. *Cauſa Suſpenſionis.* 340.n.2755.
An Communitas poſſit ſuſpendi? ibid.n.2758.
CAP. VII. *De Suſpenſionibus in particulari.* ibid.n.2759.
§. I. *De Suſpenſione, quæ contrahitur in recipiendo Ordines.* ibid.n.2760.
An autem Ordinatus malè, adeòque receptione Ordinis ſuſpenſus, in eadem Ordinatione illum ordinem exercens ſit irregularis? 341.n.2774.
§. II. *De Suſpenſionibus adverſus exercentes Ordinem.* ibid.n.2775.
§. III. *Aliæ ſuſpenſiones reſpicientes Clericos beneficiatos?* ibid.n.2780.
§. IV. *Aliæ Suſpenſiones.* 343.n.2788
§. V. *Adverſus Epiſcopos.* ibid.n.2790.
Si Epiſcopus ſit ſuſpenſus per ſententiam quia ordinavit alienum ſine literis dimiſſorialibus: à quo tunc ſubditi debeant ordinari? 344. n.2817.
§. VI. *De Suſpenſionibus adverſus Religioſos.* ibid. n.2818.
CAP. VIII. *Abſolutio à Suſpenſione.* 345.n.2828.
TIT. XIV. DE INTERDICTO. ibid.n.2829.

CAP. I. *Quid ſit Interdictum.* Pag.345.
CAP. II. *Quotuplex ſit Interdictum.* ibid.n.2832.
CAP. III. *Cauſa Interdicti.* 346.n.2835.
CAP. IV. *De Interdicto locali.* 347.n.2836.
An Interdicto aliquo loco, cenſeantur interdictæ partes illius loci? ibid.n.2837.
An Interdicta Civitate, vel Diœceſi ſit interdicta Cathedralis? ibid.n.2838.
An Interdicta Civitate ſint interdicta Suburbia? ibid.n.2839.
An Interdicta Civitate ſint interdicti exteri ſaltem indirectè? ibid.n.2842.
Sed quid? ſi quis habeat duplex domicilium in, & extra locum Interdictum? ibid.n.2843.
An Interdicto locali comprehendantur carentes uſu rationis, infantes, amentes? ibid.n.2844.
An carentes uſu rationis poſſint ſepeliri in Eccleſia tempore interdicti localis? ibid.n.2845.
An Cives innocentes habentes uſum rationis Interdicto locali includantur? 348.n.2846.
Sed quid dicendum? Si tempore, quo fertur Interdictum locale Cives ſint abſentes? ibid. n.2847.
An Interdictis Terris alicujus Principis, ſint Interdictæ Terræ ab ipſo detentæ jure pignoris? ibid.n.2848.
An Interdictum Terrarum alicujus Principis comprehendat pagum ab ipſo deinde emtum? ibid.n.2849.
An Interdicta Civitate, Cives innocentes, qui non dederunt cauſam interdicto poſſunt extra Civitatem intereſſe Divinis? ibid.n.2850.
An Interdicta una Eccleſia ſit interdicta alia Eccleſia ei contigua æquè principalis? ibid. n.2851.
An Interdicto Cœmeterio, vel Capella ſit Interdicta Eccleſia? ibid.n.2852.
An Interdicta Civitate ob culpam Domini, ceſſet Interdictum, ſi Civitas tranſeat ad alium ſucceſſorem innocentem? ibid.n.2853.
An valeat exiſtere Interdictum generale locale, ſine Interdicto generali perſonali, & generale perſonale ſine generali locali Interdicto? ibid. n.2854.
An Interdictum locale inferat Interdictum perſonale ſingulare illorum, qui dederunt cauſam Interdicto? ibid.n.2855.
An Interdictum perſonale inferat locale determinatum? ibid.n.2856.
CAP. V. *De Interdicto perſonali.* ibid.n.2857.
Principium. ibid.n.2858.
Secundum Principium. Ibid.n.2859.
Tertium Principium. ibid.n.2860.
An ſint Interdicti Clerici, qui ſunt partes illius Clerici? 349.n.2864.
An includantur Interdicto poſtea advenieus in familiam? ibid.n.2873.
CAP. VI. *Effectus Interdicti.* Ibid.n.2874.
§. I. *Sacramenta miniſtranda, vel non miniſtranda Interdictis?* ibid.n.2876.
Baptiſmus. 350.n.2877.
Confirmatio. ibid.n.2879.
Sacramentum Pœnitentiæ. ibid.n.2882.
Eucharistiæ. ibid.n.2884.
Extrema Unctio. 351.n.2874.
Ordo. ibid.n.2890.
Quid dicendum ſi Ordinatio ſit neceſſaria, ſcilicet nè deficiant miniſtri Sacramentorum? ib. n.2891.
Sed quid de perſonaliter non interdictis? ibid. n.2892.

Spon-

Sponſalia. Pag.351.n.2893.
Matrimonium. ibid.n.2894.
Benedictio Nuptialis. Ibid.n.2895.
§. II. *Divina Officia.* ibid.n.2896.
Quid veniat nomine Divinorum Officiorum? ibid.n.2897.
Quid veniat nomine Eccleſiæ? ibid.n.2898.
An autem veniant Capellæ privatorum approbatæ ab Ordinario? ibid.n.2899.
Quando in loco interdicto Divina celebrari valeant? 352.n.2900.
Qui tunc admittuntur ad celebranda Divina? ibid.n.2903.
An admittantur Clerici conjugati. ibid.n.2904.
An Laici innocentes admittantur unà cum Clericis ad Divina Officia? ibid.n.2905.
Qui excludantur? Ibid.n.2908.
An autem ceteri ſeculares excludantur? ibid.n.2909.
Explicantur requiſita in dict. c. alma mater. ibid.
§. III. *Dies in quibus tempore interdicti Eccleſiæ publicè patere debent?* ibid.n.2910.
§. IV. *Privatio Sepulturæ Eccleſiaſticæ.* 353.n.2912.
Quodnam Interdictum privet ſepultura Eccleſiaſtica? ibid.n.2913.
An in diebus, quibus laici valent Divinis intereſſe, poſſint ſepeliri in Eccleſia? ibid.n.2916.
An laici habentes privilegium aſſiſtendi Divinis tempore Interdicti poſſint ſepeliri in Eccleſia? ibid.n.2917.
An Clerici valeant ſepeliri in loco etiam ſpecialiter interdicto? ibid.n.2918.
An ſpecialiter nominatim interdicti dantes cauſam interdicto decedentes cum ſignis pænitentiæ, ſepeliri valeant in loco ſacro? ibid.n.2919.
An tranſacto Interdicto poſſint, & debeant fideles exhumari, & ſepeliri in loco ſacro? ibid.n.2920.
§. V. *Privatio ingreſſus Eccleſiæ.* Ibid.n.2921.
An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit inibi privatim orare, & Sacramenta recipere? ibid.n.2925.
An poſſit ſic interdictus ſepeliri in Eccleſia, vel Cœmeterio? ibid.n.2926.
CAP. VII. *Culpa violantis Interdictum.* ibid.n.2927.
An interdictus perſonaliter nominatim ſit evitandus? ibid.n.2928.
CAP. VIII. *Pœna violantis Interdictum.* 355.n.2933.
Laici. 356.n.2938.
CAP. IX. *De Ceſſatione Interdicti.* Ibid.n.2940.
§. I. *Qui tollit Interdictum.* Ibid.n.2941.
An Epiſcopus poſſit tollere Interdictum etiam locale abſolutè jure communi latum? Ibid.n.2942.
An poſſit ſuſpendi Interdictum à ferente, quoad unum, non quoad alterum effectum? ibid.n.2943.
§. II. *Quomodo, & quando tollatur Interdictum?* ibid.n.2944.
An autem id accidat, quando Eccleſia deſtructa ædificetur in eodem ſolo? ibid.
Interdictum ſub conditione. ibid.n.2945.
CAP. X. *De Interdictis in particulari.* 357.n.2950.
§. I. *Interdictum Generale Locale.* ibid.n.2951.
§. II. *Interdictum Locale Particulare.* ibid.n.2952.
§. III. *Interdictum Perſonale.* ibid.n.2953.
§. IV. *De Interdicto perſonali generali.* ibid.
§. V. *Interdictum perſonale particulare.* ibid.n.2954.

§. VI. *Quando Interdictum contractum ſit ſervandum ab aliis.* Pag. 358.
Principium. ibid.n.2965.
Quod Interdictum ſit ſervandum? ibid.n.2966.
An autem perſonaliter nominatim interdictus ſit evitandus ad inſtar excommunicati? ibid.n.2968.
TIT. XV. DE CESSATIONE A DIVINIS. ibid.n.2969.
CAP. I. *Quid, & quotuplex ſit Ceſſatio à Divinis?* ibid.n.2970.
§. I. *An ſit Cenſura Ceſſatio à Divinis?* ibid.n.2972.
An differat ab Interdicto? ibid.n.2973.
§. II. *Quid requiratur, ut Ceſſatio validè indicetur?* ibid.n.2977.
Lata Ceſſatione à Divinis, quid à partibus agendum? 360.n.2980.
An tranſacto menſe ad recurſum ad Papam, adhuc poſſint partes concordare, & ſic poſſit tolli ceſſatio? ibid.n.2982.
CAP. II. *Effectus Ceſſationis à Divinis.* ibid.n.2983.
§. I. *Deſiſtere à ſolemni Celebratione Divinorum.* ibid.n.2985.
Quid dicendum de habentibus Privilegium tempore Interdicti intereſſendi Divinis? ibid.n.2987.
§. II. *Privatio quorundam Sacramentorum.* ibid.
§. III. *Privatio Sepulturæ.* 361.n.2994.
CAP. III. *Culpa, & Pœna Tranſgreſſoris.* Ibid.n.2995.
Dans cauſam ceſſationi à Divinis ad quid teneatur? ibid.n.2999.
TIT. XVI. DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE. ibid.n.3004.
CAP. I. *Quid ſit Depoſitio.* 362.n.3010.
CAP. II. *De Depoſitione Verbali.* ibid.n.3012.
§. I. *Quotuplex ſit Depoſitio verbalis?* ibid.n.3017.
Qui Depoſitus verbaliter reſtitui valeat? ibid.n.3018.
An in dubio ſit Depoſitio, vel Suſpenſio? ibid.n.3019.
An Depoſitio à jure indicta in dubio intelligatur de Verbali, an de Reali? ibid.n.3020.
An Depoſitio ſit Cenſura? ibid.n.3021.
An Depoſitio ab Officio, Beneficio debeantur alimenta ex fructibus illius Beneficii? Ibid.n.3022.
An verbalis Depoſitio fieri valeat in abſentem contumacem incorrigibilem? Ibid.n.3023.
An verbaliter depoſitus teneatur ad Horas Canonicas? 363.n.3024.
§. II. *Qui valeat reſtituere depoſitum verbaliter?* ibid.n.3025.
§. III. *Pœna Clerici depoſiti celebrantis.* ibid.n.3027.
§. IV. *Qui Judex poſſit deponere verbaliter?* ibid.n.3028.
§. V. *Delicta ob quæ deponi poſſit verbaliter.* ibid.n.3029.
CAP. III. *De Degradatione Reali.* ibid.n.3030.
§. I. *An ſit Cenſura?* ibid.n.3033.
An poſſit ferri in abſentem Realis degradatio? ibid.n.3034.
An percutiens degradatum realiter ſit excommunicatus? ibid.n.3035.
An realiter degradatus Sacerdos validè, non licitè conſecret? ibid.n.3036.
An teneatur ad Horas Canonicas, & ad caſtitatem? ibid.n.3037.
Qui Judex ſit executor degradationis realis? 364.n.3039.
Solemnitas in Degradatione Reali. ibid.n.3040.
An juſtè degradatus valeat ab Epiſcopo degra-

dante reſtituit? Pag.364.n.3042.
An cauſæ, ob quas quis degradandus eſt, debeant eſſe jure expreſſa? ibid.n.3043.
Cauſæ degradationis jure expreſſæ, & quænam ſint. ibid.n.3044.
TIT.XVII. DE IRREGULARITATE. ibid.n.3045.
CAP. I. *Quid ſit Irregularitas.* 365.n.3046.
CAP. II. *Quotuplex ſit Irregularitas?* ibid.n.4048.
§. I. *An omnis Irregularitas debeat eſſe jure expreſſa?* ibid.n.4049.
In dubio ſi jure ſit expreſſa, an incurratur irregularitas? ibid.n.4051.
An in Irregularitate valeat argumentum à ratione ex uno ad alterum caſum? ibid.n.4052.
§. II. *An imponi ab homine poſſit?* ibid.n.4053.
An ab inferiori Prælato imponi valeat? ibid. n.4054.
An in dubio ſi jure ſit expreſſa, an incurratur Irregularitas? ibid.n.4055.
An induci poſſit Irregularitas ex conſuetudine, vel omnium Doctorum opinione? ibid.n.4056.
An credendum ſit Doctori ſine textu expreſſo aſſerenti eſſe Irregularitatem in aliquo caſu? ibid.n.4057.
CAP.III. *Cauſa effectiva Irregularitatis.* ibid.
Qui valeant imponere Irregularitatem? ibid. n.4058.
CAP.IV. *De Subjecto Irregularitatis.* 365.
Principium. ibid.
An Summus Pontifex poſſit eſſe Irregularis de jure? 366.n.4063.
An Epiſcopi includantur legi generali imponenti Irregularitatem, etiamſi lege non exprimantur? ibid.n.4604.
An quis poſſit duplici Irregularitate affici? ibid. n.4066.
CAP. V. *De Irregularitate ex delicto.* ibid.
Principium. ibid.n.4067.
An Summus Pontifex ob veniale valeat imponere Irregularitatis pœnam? ibid.n.4068
An ob delictum internum contrahi valeat Irregularitas? ibid.n.4069
An Irregularitas ob delictum omninò occultum incurratur? ibid.n.4070.
An delictum occultiſſimum ſoli delinquenti notum, etiamſi ſit homicidium, contrahatur Irregularitas? ibid.n.4071.
An delictum externum debeat eſſe conſummatum? ibid.n.4072.
An ad incurrendam irregularitatem requiratur delictum cum dolo, & contemtu? ibid. n.4073.
CAP.VI. *De Irregularitate ex delicto homicidii.* ibid.
§.I. *Quid, & quotuplex ſit homicidium?* ibid. n.4074.
§.II. *Qui homicida ex delicto ſit irregularis?* 368. n.4077.
Quale debeat eſſe homicida peccatum, ut contrahatur irregularitas? ibid.n.4078.
§. III. *De Homicidio voluntario.* ibid.n.4081.
§. IV. *De Homicidio ex propoſito.* ibid.n.4082.
An ex homicidio præmeditatè facto etiam occulto, irregularitas ſit reſervata Papæ? ibid.n.4083.
An irregularitas ex voluntario in rixa inopinata occulta, ſit reſervata Papæ? ibid.n.404.
An dubius de homicidio ſit irregularis? ibid. n.485.
An ſit irregularis dubius an ex vulnere gravi, vel levi, vulneratus ſit mortuus? 366.n.4088.
An in dubio juris quis ſit irregularis? ib.n.4089.
An leviter vulnerans, ſit irregularis, ſi moriatur vulneratus ex defectu Medici, vel medicinæ? 369.n.490.
§. V. *De Irregularitate ex homicidio caſuali.* ibid. n.4993.
§. VI. *Dans operam rei illicitæ, an ſit irregularis ſequuto inde homicidio?* 370.ibid.
§. VI. *Primum Principium.* ibid.n.4096.
Secundum Principium. ibid.n.4097.
Tertium Principium. ibid.n.4098.
Quartum Principium. ibid.n.4099.
Corollaria. 371.n.5501.
CAP. VII. *De Irregularitate ex abortu.* ibid.n.5528.
Interroganti ergo, an faciens abortum ſit irregularis? ibid.n.5529.
In dubio an fœtus ſit animatus, an ſit irregularis faciens abortum? 372.n.5531.
Quo tempore fœtus animetur? ibid.n.5532.
§. I. *Homicidium quoad defenſionem inculpatam.* ib. n.5533
An ſe defendens cum moderamine, excuſetur ab irregularitate, ſi dedit cauſam invaſioni, injuriis, adulterio? ibid.n.5536.
An excuſetur ab irregularitate defendens cum moderamine inculpato extremè indigentem occidendo invaſorem? ibid.n.5537.
An fugiendo protereus puerum ſit irregularis? ibid.n.5538.
CAP.VIII. *De Irregularitate ex mutilatione.* ibid.n.5539.
§. I. *Quid ſit mutilatio?* ibid.n.5540.
§. II. *Quod ſit corporis membrum?* ibid.n.5542.
§. III. *Qui mutilans ſit irregularis?* 374 n 5543.
An abſcindens tale membrum prorſus inutile, ſit irregularis? 375.n.5557.
An ab aliis caſtratus ad conſervandam vocem, ſit irregularis? ibid.n.5563.
§.IV. *Dubius an mutilaverit?* ibid.n.1564.
CAP.IX. *De Cooperantibus ad homicidium, mutilationem.* 376.n.5567.
§.I. *De Auxiliantibus ad homicidium.* ibid.n.5571.
§. II. *Poſt delictum auxilium præſtans.* ib.n.5573.
§. III. *Qui auxiliator ſit irregularis, ſequutis homicidio, mutilatione?* ibid.n.5575.
An ſtatutum dicens homicida ſit irregularis, comprehendat merè auxiliantem? ibid.n.5576
An opem præſtans poſt delictum ſit irregularis? ibid.n.5577.
§. IV. *Præſtans auxilium ante delictum an ſit irregularis?* 377.n.5580.
An ſit irregularis ſubminiſtrans arma ad occidendum, quibus occiſor deindè non eſt uſus? ibid.n.5582.
An occultans arma, quibus trucidatus mortem evaſiſſet ſe defendendo, ſit irregularis? ibid. n.5583.
An ſit irregularis, qui petenti dat arma, certò ſciens petentem illis uti ad homicidium patrandum? ibid.
An præſens tractatui de occidendo, potens prohibere, non prohibens homicidium, ſit irregularis? ibid.n.5584.
An non revelans mortis tractatum, quod revelare tenetur, ſit irregularis? ibid.n.5585.
An claudens portam fugienti, ab inimico inde occiſo, ſit irregularis? ibid.n.5586.
An ſit irregularis injuriatus, ſi ejus conſanguineì eo volente occidant injuriantem? ibid.n.5588.
§. V. *Auxilium in delicto.* ibid.n.5589.
An obligatus impedire ex juſtitia, vel caritate, non impediens mutilationem, ſit irregularis? ibid.n.5591.
Con-

Concurrens poſitivè cooperando, auxiliando ad necem, ad mutilationem. Pag.378.n.5598.
An omnes ſint irregulares, ad invicem ſe foventes detegendo, juvando, invadendo, ſi deinde unus occidat? ibid.n.5599.
An omnes ſint irregulares, ſi ſubito rixantes unus alterum occidat, & ignoretur à quo ſit illatum vulnus lethale? ibid.n.5600.
Sed quid dicendum, ſi conſtet de percuſſore lethaliter? ibid.n.5601.
Si ſingula ſint levia vulnera, ſed omnia cauſent mortem? 379.n.5602.
An aſſocians ad occidendum, ut defendat occiſorem, ſi opus fuerit, ſit irregularis ſequuto homicidio commiſſo ab aſſociato? ibid.n.5603.
Vulnerans animo non occidendi, ſed leviter, an ſit irregularis, ſi alii ſupervenientes occidant à primo non vocati, nec incitati? ibid.n.5604.
Si plures projiciant lapides, ſed unus alteri non cooperetur, & homo inveniatur mortuus unius lapidis contuſione? ibid.n.5605.
Si primum vulnus ſit lethale, alii deinde vulnerent leviter? ibid.n.5606.
Si primus vulneret lethaliter, ſed ſecundus illicò occidat, ita ut tunc non obiiſſet priori vulnere confoſſus? ibid.n.5607.
An ſit irregularis injuſtè rixans cum alio, ſi ipſo reſiſtente, ejus amici caſu, vel data opera occurrentes corrixantem occidant? ibid. n.5609.
Si moriatur vulneratus dolo, vel incuria Medici: puta veneno, agitatione, an vulnerans lethaliter ſit irregularis? ibid.n.5630.
An ſit irregularis Medicus extrahens ſagittam ſecundum regulas artis vulnerato inde mortuo? 380.n.5611.
An ratificans homicidium ſuo, vel alieno nomine factum, ſit irregularis? ibid.n.5612.
An ſit irregularis de præſenti interiùs, non exteriùs approbans, ratum habens homicidium coram ſe factum? ibid.n.5613.
§. VI. *De mandante.* ibid.
An mandans homicidium fieri, vel mutilationem, ſit irregularis effectu ſequuto? ibid. n.5614.
An ſit irregularis ſi quis negativè ſe habens, non contradicat dicenti ſe velle ejus nomine occidere? ibid.n.5615.
An ſit irregularis mandans graviter verberari, & expreſſè prohibens mutilationem, occiſionem, ſi verberatus moriatur? ibid.n.5916.
An mandans levem verberationem ſit irregularis morte, & mutilatione ſequuta? ib.n.4619.
An mandans ſit Irregularis, ſi mandatarius eiſdem circumſtantiis loco, & tempore occidiſſet etiam ſine mandato? 381.n.5618.
An mandans ſit irregularis ex homicidio voluntario, vel caſuali, ſi mandatarius occidatur? ibid.n.5618.
An mandans ſit Irregularis, ſi revocato à ſe mandato mandatarius adhuc occidat? ibid.n.5620.
An mandans ſit irregularis, ſi non moneat occidendum, ut ſibi caveat, mandatarius certò adhuc occidat? ibid.n.5621.
An durante mandato, & non acceptato à mandatario, ſi deindè mandatarius mutata voluntate mandatum acceptet, & occidat, an mandans inſcius acceptationis ſit irregularis? ibid.n.5622.
An ſi revocatio mandati nequeat devenire ad notitiam mandatarii diligentiſſimè perquiſiti, quia mandatarius non invenitur, quia diſtat in loco ignoto, quia nuncius miſſus non notificavit mandatario, mandans ſit irregularis homicidio interim ſequuto? ibid.n.5623.
An expiret mandatum lapſu diuturni temporis, & ſic non ſit irregularis mandans morte ſequuta? ibid.n.5624.
An mandans ſit irregularis, ſi mandatarius ex ignorantia, vel inadvertentia occidat unum pro alio? ibid.n.5625.
An mandans ſit irregularis, ſi mandatarius excedat fines mandati, occidendo diù, quem mandans vult occidi noctu? ibid.n.5626.
Unde inducatur mandatum ad finem contrahendi irregularitatem? ibid.n.5628.
§.VII. *De Conſulente.* ibid.n.5629.
An conſulens aliàs certò facturo ſit irregularis? 383.n.5630.
An ſit irregularis dubitans ſuo conſilio influxiſſe in homicidium? ibid.n.5632.
An conſulens ſit irregularis, ſi à ſe conſultus moriatur? ibid.n.5633.
An conſulens, ſeriò revocans conſilium diſſolutis rationibus à ſe adductis, evitet irregularitatem, ſi conſultus adhuc occidat? ibid. n.5634.
An conſulens furtum ſit irregularis, ſi fur occidatur? 385.n.5639.
An ſit irregularis conſulens mutilationem Petri, parato illum occidere? ibid.n.5640.
An ſit irregularis conſulens, ut quis ſe exponat morti pro fide, pro patre, bono publico? ibid. n.5641.
An conſulens mutilationem ſit irregularis? ibid. n.5642.
CAP. X. *De Irregularitate Medicorum.* ibid.n.5643.
An ſit irregularis Clericus in ſacris, vel Religioſus exercens Chirurgiam, & Medicinam adhibita diligentia ſufficienti, ſecundum regulas artis, morte ſequuta? ibid.n.5644.
An poſſint exercere artem Medicam Clerici ſine metu irregularitatis? ibid.n.5648.
At ſit irregularis Clericus in ſacris, vel Monachus adiuvans Chirurgum ad ſcindendum, tenendo corpus infirmi, candelam? ibid. n.5649.
An laici Medici, Chirurgi adurentes, ſcindentes, incidentes ſecundum regulas artis, ſint Irregulares ſequuta morte ægroti? 386. n.5650.
Sed quid dicendum de Aromatariis? ibid.
CAP.XI. *De Irregularitate ex iteratione Sacramentorum.* ibid.n.5653.
§. I. *Rebaptizans ſcienter ſub conditione, ſi non ſit baptizatus?* ibid.n.5656.
§. II. *Reiterans non baptiſmum, ſed ejus ſolemnitates.* ibid.n.5658.
§. III. *Iterans Confirmationem.* ibid.n.5659.
§. IV. *Iterans Ordines.* ibid.n.5660.
§. V. *Baptizans laicus ſolemniter.* ibid.n.5661.
§. VI. *Clericus non Sacerdos baptizans ſolemniter.* 387.n.5662.
§. VII. *Adultus baptizatus ab Hæretico peccans.* ibid. n.5664.
§.VIII. *Differens baptiſmum uſque ad ſenectutem.* ibid. n.5665.
§. IX. *Neophytus durante neophytatu.* ibid.n.5666.
CAP.XII. *De Irregularitate ex delicto Apoſtaſiæ, aut Hæreſis.* ibid.n.5667.

Digitized by Google

Abjurantes ut ſuſpecti de hæreſi. Pag. 387. n. 5670.
§. II. Catholici nati poſt hæreſim, vel ſchiſma patris, non ante. ibid. n. 5671.
CAP. XII. De Irregularitate ex delicto malè accipientis Ordines. ibid.
Canon. ibid. n. 5676.
Ordinatus ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui. 388. n. 5677.
Ordinatus ab Epiſcopo innodato cenſura, vel irregulari. ibid. n. 5678.
§. I. De Irregularitate ex delicto exercentis actum ordinis, non recepti. ibid. n. 5689.
§. II. Sacerdos delinquens celebrando. ibid. n. 5690.
CAP. XIII. De Irregularitate ex delicto violationis Cenſurarum. 389. n. 5696.
§. I. De Irregularitate ex violatione Excommunicationis? ibid. n. 5699.
Epiſcopus excommunicatus ordinans. ibid. n. 5700.
§. II. Quot Irregularitates contrahat excommunicatus pluries exercens ordinem? 390. n. 5707.
§. III. Dubitans ſe cenſura innodatum exercendo actum ordinis deponens practicè dubium? ib. n. 5708.
§. IV. De irregularitate ex violatione Suſpenſionis. ib. n. 5709.
An ſuſpenſus ab ordine inferiori, ſit ſuſpenſus ab ordine ſuperiori? ibid. n. 5710.
Suſpenſus à ſuo confeſſario exercendo ordinem. ibid. n. 5711.
Suſpenſus ab officio in temporalibus, etiam Vicarius Epiſcopi exercens officia, à quibus eſt ſuſpenſus. ibid. n. 5712.
Suſpenſus à præſentando, eligendo, conferendo, excommunicando, abſolvendo à cenſuris. ibid. n. 5713.
Adminiſtrans temporalia, etiam in contemtu clavium. ibid. n. 5714.
Manens in ſuſpenſione per annum. ibid. n. 5715.
Ordinatus in Sacris ante legitimam ætatem. ib. n. 5716.
§. V. De Irregularitate ex violatione interdicti. Ibid. n. 5717.
CAP. XIV. Irregularitas ex Infamia ob delictum. 391. n. 5721.
§. I. Qui diſpenſare valeant in irregularitate ex infamia ob delictum. ibid. n. 5728.
CAP. XV. De Irregularitate ex defectu. 392. n. 5731.
§. I. Defectus animæ. Ibid. n. 5732.
§. II. Ex defectu rationis. ibid. n. 5733.
§. III. Semel furioſus, vel amens. ibid. n. 5734.
Si morbus non fundetur in organo, vel humeris defectu naturali, ſed ſit tranſiens? ib. n. 5735.
§. IV. Tempus ad videndum ſi convaluerit. ib. n. 5736.
An tempus ſalutis per quinquennium ſatis ſit, ut laborans morbo comitiali poſſit ordinari? ibid. n. 5737.
An laborantes morbo comitiali, ſcilicet caduco, poſſit recipere ordines minores, & beneficia ſimplicia ex diſpenſatione Epiſcopi? ib. n. 6738.
An laborantes ex habitu morbo caduco, furore, rarò cadentes, non ſpumantes, valeant celebrare in ordine ſuſcepto aſſiſtente ſocio? ibid. n. 5739.
An furor, amentia tranſiens: puta orta ex vehementi ira, dolore, febri, reddat irregularem?
§. V. Energumeni, & ſimulantes ſe tales. ibid. n. 5741.
Energumeni prorſus ſani. ibid. n. 5742.
§. VI. An poſſint miniſtrare in ordinibus ſuſceptis? ibid.
§. VII. Maleficiatus. ibid. n. 5743.
§. VIII. Defectus ſcientiæ neceſſariæ ad exercendum ordinem. Pag. 393. n. 5744.
§. IX. Defectus fidei. ibid. n. 5747.
§. X. De Irregularitate ex defectu famæ. ibid. n. 5749.
An recuperans bonam famam emendatione, deſinat eſſe irregularis? ibid. n. 5755.
An autem Epiſcopus poſſit diſpenſare in hujuſmodi irregularitate? 394. n. 5757.
CAP. XVI. De Irregularitate ex defectu corporis. ib. n. 5758.
Canon primus. ibid. n. 5759.
Secundus Canon. ibid. n. 5760.
§. I. De Defectu oculi. ibid. n. 5761.
§. II. Cæcus omninò. ibid. n. 5763.
An ſit irregularis videns uno oculo? ibid. n. 5764.
§. III. Ex defectu naſus. 395. n. 5765.
Capilli. ibid. n. 5767.
§. IV. Surditas utriuſque non unius auris, aut ſurdaſtitas. ibid. n. 5768.
Si deſit auricula. ibid. n. 5770.
§. V. Abſcindens ſibi etiam partem auriculæ. ibid. n. 5771.
Mutus. ibid. n. 5772.
Balbus blæſus. ibid. n. 5773.
Labia corroſa, abſciſſa, vel os graviter diſtortum. ibid. n. 5774.
Carentia dentium. ibid. n. 5775.
Carentia odoratus. ibid. n. 5776.
Impotentia guſtandi vinum. ibid. n. 5777.
Habens cicatrices in facie, vel faciem valdè uſtulatam deformem. ibid. n. 5778.
Habens tumorem in facie? ibid. n. 5779.
Æthiops. ibid. n. 5780.
Brachia. ibid. n. 5781.
Manus. ibid. n. 5782.
Carens digito, difficultas eſt an ſit irregularis? ibid. n. 57[illegible]3.
Manus habens trementes. ibid. n. 5784.
Pedes. ibid. n. 5785.
Claudus. ibid. n. 5786.
Crura diſtorta. ibid. n. 5787.
Gibboſus. ibid. n. 5788.
Tumor gulæ. ibid. n. 5789.
Cicatrices in faciem. ibid. n. 5790.
Ernioſi. ibid. n. 5791.
Hermaphroditus. ibid. n. 5792.
Statura puſillus. ibid. n. 5793.
Carens aliquo membro. ibid. n. 5794.
§. VI. De Irregularitate ex defectu morborum. ibid. n. 5795.
Dolor Capitis. 397. n. 5796.
Vertigo. ibid. n. 1797.
Dementia. ibid. n. 5798.
Epilepſia. ibid. n. 5799.
Apoplexia. ibid. n. 5800.
Paralyſia. ibid. n. 5801.
Monſtruoſitas. ibid. n. 5802.
CAP. VII. De Irregularitate ex defectu natalium. ibid. n. 5803.
§. I. Expoſiti. ibid. n. 5804.
Sed quid, ſi filius naſcatur ex matrimonio putato, re vera nullo? 398. n. 15807.
Sed quid, ſi filius naſcatur poſt profeſſionem contracto prius matrimonio? ibid. n. 5808.
§. II. Irregularitas ex defectu natalium tollitur. ibid. n. 5811.
Legitimatus à Papa. ibid. n. 5812.
Poteſt irregularitas tolli per diſpenſationem. ibid. n. 5813.
Diſpenſatus ad ordines minores, vel ſacros. ibid. n. 5816.
An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate

ex

ex delicto occulto Parentum? Pag.398.n.5818.
Profeſſione. ibid.n.5819.

CAP.VIII. *De Irregularitate ex defectu ætatis.* 399.n.5820.

CAP.XIX. *De Irregularitate ex defectu libertatis.* ibid. n.5821.

CAP.XX. *Defectus libertatis à ratiociniis.* ibid.n.5825.

CAP.XXI. *De Irregularitate ex defectu Sacramenti, ſcilicet ex bigamia.* ibid.n.5828.

§. I. *Quotuplex ſit bigamia.* ibid.n.5829.
An bigami ſint irregulares? ibid.n.5832.

§. II. *De Bigamia vera.* ibid.n.5833.
An ſit bigamus contrahens multiplex matrimonium ratum? ibid.n.5833.
An ſit bigamus contrahens ſponſalia plura de futuro etiam conſummata? ibid.n.5835.
An plurium concubinatu inducatur bigamia? 400.n.5836.
An ſit bigamus cognoſcens plures meretrices? ibid.n.5837.
An ſit ex vera bigamia, bigamus ducens duas legitimas uxores ante Baptiſmum, vel unam ante alteram poſt Baptiſmum? ibid.n.5838.

§. III. *De Interpretativa bigamia.* ibid.n.5842.
An Clericus conjugatus deinde conſtitutus in ſacris, ſit bigamus, & irregularis, ſi poſtea deinde ducat irritè, ſed affectu maritali aliam uxorem? ibid.n.5843.
An Laicus affectu maritali ducens, & conſummans unum validum, alterum irritum, vel duo ſimul irrita matrimonia ex aliquo impedimento, ſit bigamus, & irregularis? ibid. n.5844.
An ignorans, vel ſciens ducens ab alio corruptam, ſit bigamus, & irregularis? 401.n.5845.
An conſummans irritum matrimonium cum vidua ſit bigamus? ibid.n.5846.
An ſit bigamus, & irregularis cognoſcens ſuam ſam virginem poſt adulterium ab ea commiſſum? ibid.n.5847.
An maritus inſcius, vel ſciens, cognoſcens uxorem jam vi, dolo oppreſſam ab alio, & ſic adulteram, ſit bigamus, & irregularis? ibid. n.5848.
An ſit bigamus, & irregularis Eccleſia cogente cognoſcens ſuam uxorem adulteram impotens adulterium probare? ibid.n.5849.
An ducens à ſe antea corruptam, ſit bigamus, & irregularis? ibid.n.5851.
An corruptus ducens virginem ſit bigamus, & irregularis? ibid.n.5852.

§. IV. *De Bigamia Similitudinaria.* ibid.n.5853.
An profeſſa ſollemniter religionem, matrimonium iniens, ſit bigama ſimilitudinaria? ibid.n.5854.
An viri profeſſi ſollemniter nubentes ſint irregulares ex bigamia ſimilitudinaria? ib.n.5855.
An conſtitutus in ſacris iniens matrimonium cum virgine, ſit bigamus ſimilitudinarie? ibid. n.5857.
An ligatus voto ſimplici, nubens, ſit bigamus ſimilitudinarie?
An ſit irregularis ducens profeſſam, vel voto Caſtitatis adſtrictam? ibid.n.5859.

§. V. *Pœna Bigami Ordinati.* 403.n.5860.

§. VI. *Pœna ordinantis bigamum.* ibid. n.5864.

§. VII. *Diſpenſatio in Bigamia.* ibid.n.5865.

CAP.XXII. *De Irregularitate ex defectu lenitatis, hoc eſt manſuetudinis.* ibid.n.5867.
An defectus lenitatis reddat irregularem baptizatum ibid.n.5868.

§. I. *Requiſita, ut ex defectu lenitatis contrahatur irregularitas?* Pag.403.n.5869.
Regulæ quibus indagatur, à quo contrahatur hæc irregularitas. ibid n.5870.
Primus Canon. ibid.n.5870.
Secundus Canon. 343.n.5871.
Tertius Canon. ibid.n.5872.
An obtruncans membrum aridum Judicis mandato ſit irregularis. 404.n.5873.

§. II. *De Judice, & Aſſeſſore.* ibid.n.5874.
An Judex, ejuſque aſſeſſor ſit irregularis, mortuo, vel mutilato à ſe damnato, etiam non baptizato? ibid.
An Superior conſtituens Judices, & Miniſtros ad judicandum ſecundum leges Reos de homicidio, ſit irregularis? ibid.n.5858.
An ſit irregularis Superior mandans Reum mortuum, vel vivum ad ſe adduci, promittens præmium occiſori? ibid.n.5879.
At ſit irregularis Superior dicens Judici, ut exequatur, vel ut citius exequatur ſententiam ſanguinis jam latam? ibid.n.5880.
An minuens pœnam mortis in minorem pœnam mutilationis, ſit irregularis? ibid.n.5881.
An deferens ſcienter literas, quibus mandatur juridica Rei occiſio, vel mutilatio, ſit irregularis? ibid.n.5882.
An ſit irregularis legens præcipiente Domino literas miſſas Judici, ut Reus deprehendatur, & trucidetur? ibid.n.5883.
An tradens Reum mutilandum, vel interimendum brachio ſeculari, ſit irregularis? ibid. n.5884.
An Inquiſitores, & ſimiles Judices ſint irregulares tradendo degradatos, vel hæreticos trucidandos brachio ſeculari, & ſe functos officio ſuo nè illos Reos amplius eſſe de inquiſitionis foro, intercedendo, ne occidantur? ibid.n.5885.
An ſiat irregulares ſi inſtent pro punitione coram laico differente punitionem? 405.n.5886.
An Epiſcopus dans licentiam Judici pro exhumando cadavere ad inſpicienda vulnera, vel ut conſtet de corpore delicti, ſit irregularis Reo inde damnato ad mortem? ibid.n.5887.
An ſit irregularis habens à Papa licentiam pro ferenda ſententia ſanguinis? ibid.n.5888.
An Eccleſiaſticus, ſive Prælatus, ſive non, habens Juriſdictionem temporalem, illam alteri committens in generali, vel in ſpecie contra delinquentem homicidam puniendum ſupplicio extremo, vel mutilatione prout de jure, ſit irregularis? ibid.n.5889.
An, & quomodo ſit effugienda irregularitas à Prorege Sacerdote dante Juriſdictionem judicandi? ibid.n.5890.
An conditores legum imponentes pœnam mortis naturalis in delinquentes, ſint irregulares? ibid.n.5891.
Quot irregularitates contrahat Judex condemnans plures? ibid.n.5892.
Quiſnam Judex irregularis à quo, vel ad quem eſt appellatum? ibid.5854.
An peccet Clericus ſponte contrahens irregularitatem ex defectu lenitatis? 406.n.5895.
Confeſſarius, & Juriſconſultus an ſit irregularis, interrogatus reſpondens judici tenerì ad damnandum morti reum? ibid.n.5896.
An ſit irregularis Confeſſarius conſulens Reo, ut fateatur delictum, quando ad id tenetur, unde Reus damnatur ad mortem? ibid. n.5897.

Si

Digitized by Google

Si Confeſſarius conſulat, nè appellet Reus à ſententia mortis appellare potens, vel ut fateatur delictum, quando fateri nequit? Pag.406. n.5898.

An Juriſconſultus conſulens aliquem denunciandum, vel ut Judex juſtitiam faciat, ſit irregularis? ibid.n.5899.

Accuſator, denunciator Laicus, Clericuſve in cauſa ſanguinis, an ſit irregularis morte, mutilatione, ejuſque acceleratione ſequuta? ibid.n.5900.

Si communitas Civitatis, vel ſimilis accuſet reum morte ſequuta, quis ſit irregularis? ibid.n.5901.

§.III. *Proteſtatio requiſita, ut accuſans, vel denuncians, vel tradens ſeculari brachio evitet irregularitatem.* 407.

An ſit irregularis accuſans, denuncians, tradens ſeculari brachio reum, ſe proteſtans id agere remota pœna ſanguinis, tantùm civiliter pro intereſſe ſuorum, Eccleſiæ? ibid.n.5902.

§.IV. *Requiſita Proteſtationis.* ibid.n.5903.

§.V. *Coram quo Judice proteſtandum?* ibid.n.5904.

An requiratur proteſtatio in accuſatione coram Judice Eccleſiaſtico? ibid.n.5905.

An evitetur irregularitas, ſi quis tantùm exteriùs, non interiùs proteſtetur? ibid.n.5906.

An accuſans ob verum intereſſe, & damnum ſibi illatum præmiſſa proteſtatione, probans peccaminosè mediis falſis, ſit irregularis? ibid.n.5907.

An oblitus ignorans, non præmittens proteſtationem debitam, ſit irregularis accuſando in cauſa ſanguinis? ibid.n.5908.

An qui tenetur denunciare, omittens proteſtationem, ſit irregularis? ibid.n.5909.

An ſit irregularis conſulens, cum proteſtatione alteri, ut accuſet? ibid.n.5910.

An Clericus ſit irregularis clamans ſuſſurari bona, ſi fur inde captus morti tradatur? ibid.n.5911.

§.VI. *Advocatus, Procurator accuſatoris?* 408.n.5912.

§.VII. *Teſtes accuſatoris, an ſint irregulares?* ibid. n.5913.

An non influens in mortem, mutilationem, ejuſque accelerationem, ſit irregularis? ibid. n.5914.

An deponens coactus metu mortis, carcerum, Judicis præcepto, jure naturali, ſit irregularis? ibid.n.5915.

An proteſtatio proſit teſti liberè deponenti, & Advocato, ut prodeſt accuſatori? ibid.n.5916.

An teſtes, & Advocati ad favorem Rei damnati, ſint irregulares? ibid.n.5917.

An teſtis, & Advocatus pro Reo, ſit irregularis, ſi accuſator, calumniator, puniatur morte, vel mutilatione? ibid.n.5918.

An ſit irregularis Advocatus pro defenſione Rei innocentis detegens calumniam accuſatoris inde necandi? 409.n.5919.

An Advocatus petens accuſatorem puniri pœna talionis, morte ſequuta ſit irregularis? ibid. n.5920.

An idem, quod de Advocato, dicendum de Procuratore accuſatoris? ibid.n.5921.

Curiales, cæterique miniſtri ex officio prolationis, & exequutionis ſententiæ ſanguinis an ſint irregulares? ibid.n.5922.

An pulſans Campanas in ſignum exequutionis ſententiæ ſanguinis ſit irregularis ex defectu lenitatis? ibid.n.5923.

Privati homines cooperantes ſententiæ ſanguinis, vel mutilationis, ejuſve accelerationis an ſint irregulares ex defectu lenitatis? ibid.

Analyſis. ibid.n.5924.

Vendens, conficiens furcas, ſcalas, funes, teatrum, arma, an ſit irregularis? ibid.n.5925.

An ſit irregularis inſtruens inexpertum carnificem, ut ſine tanto dolore rei poſſit ſuum munus exequi? ibid.n.5926.

An impetrans, ut Reus ducatur ad ſupplicium alia, vel breviori via: puta ad evitandam infamiam, vel nè à populo detineatur, ſit irregularis? 410.n.5927.

An dicens Reo aſcende ſcalas, accomoda te ad recipiendum ictum, ſecuri collum ſubmitte, ſit irregularis? ibid.n.5928.

An voce, vel punctione inſtigans jumenta, unde celeriùs Reus moriatur, ſit irregularis? ibid. n.5929.

An Clerici particulares aſſiſtentes neci Rei ſint irregulares? ibid.n.5930.

Vertens ægrum per lectum, vel ex uno in alium locum transferens, puta ex lecto in lectum, vel dans ei potum, ſi ſine culpa id agat, ſit irregularis? ibid.n.5931.

CAP.XXIII. *De Irregularitate ex Bello.* ibid.

§.I. *An Bellantes ſint irregulares?* ibid.n.5932.

§.II. *An Clericus pugnans in bello etiam contra Turcas ſit irregularis, ſi propria manu occidat, vel mutilet?* ibid.n.5936.

An liceat Clericis in ſacris pugnare propria manu in bello offenſivo? 411.n.5937.

An Clerici in minoribus pugnantes in bello peccent mortaliter? ibid.n.5938.

§.III. *Quando liceat Clericis, & Religioſis in bello pugnare?* ibid.n.5939.

CAP.XXIV. *De Diſpenſatione Irregularitatis.* ibid.n.5940.

An facultas diſpenſandi à Papa delegata Confeſſario, ſi res ita ſe habeat, extinguatur Papa mortuo? ibid.n.5941.

§.I. *De Diſpenſatione ab Epiſcopo obtinenda.* ibid.

An, & qui Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex delicto occulto? ibid.n.5942.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex delicto occulto deducto ad forum contentioſum, ſi Reus in eo non fuerit convictus? ibid. n.5943.

An Epiſcopus diſpenſare valeat, ſi Reus in foro convictus fuerit punitus? ibid.n.5944.

An Epiſcopus contrahens irregularitatem ex delicto occulto, poſſit ſecum diſpenſare delegando Juriſdictionem ſuo Confeſſario? 412.n.5945.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in homicidio caſuali occulto? ibid.n.5946.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali in ſua Diœceſi occulto, nec publicando, licèt in aliis locis homicidium ſit publicum? ibid.n.5947.

An, & quando Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex homicidio publico caſuali? ibid.n.5948.

An diſpenſare valeat in homicidio facto occulto non ex inſidiis, conſilio, induſtria, ſed rixa, repentina ira? ibid.n.5949.

An poſſit diſpenſare in homicidio occulto facto ad deſenſionem cum exceſſu? ibid.n.5950.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in homicidio occulto, occiſori tantùm noto? ibid.n.5951.

An Epiſcopus diſpenſare valeat ut homicida voluntarius occultus obtineat, vel retineat beneficium ſimplex? ibid.n.5953.

An

Digitized by Google

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex mutilatione voluntaria occulta? Pag. 412.n.5954.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex defectu lenitatis? 413.n.5955.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo occulto? ibid.n.5957.

An Epiſcopus diſpenſare poſſit in bigamia ſimilitudinaria? ibid.n.5958.

An Epiſcopus diſpenſare valeat in irregularitate ex iteratione baptiſmi, & ignorantia? ibid. n.5959.

An Epiſcopus diſpenſet eo ipſo, ac ſcienter admittit irregularem ad ordines? ibid.n.5960.

An Capitulum ſede vacante poſſit diſpenſare ut Epiſcopus? ibid.n.5961.

§. II. *De impetrante diſpenſationem.* ibid.n.5962.

An teneatur ſimul omnes irregularitates manifeſtare? ibid.n.5863.

An pluries excommunicatus celebrans, teneatur explicare numerum Miſſarum ad obtinendam diſpenſationem irregularitatis inde ortæ? ibid. n.5964.

An excommunicatus obtinens diſpenſationem ab irregularitate ob celebrationem, illa fruatur in celebrationibus factis poſt obtentum privilegium? Pag.413.n.5965.

An committens plura homicidia ſucceſſivè teneatur id exprimere in petitione diſpenſationis? 414.n.5966.

CAP.XXV. *Effectus Irregularitatis.* ibid.n.5967.

An autem impediat receptionem primæ tonſuræ? ibid.n.5968.

An abſolvere valeat à peccatis? ibid.n.5972.

An autem ſit privandus beneficiis obtentis ante irregularitatem? 415.n.5975.

An verò irregularis in conſcientia teneatur dimittere beneficium ante Judicis ſententiam? ibid.n.5977.

§. I. *Quid valeat irregularis circa res ſacras?* 416. n.5980.

§. II. *Excuſantur ab irregularitate, ejuſque effectibus in cauſis jure expreſſis.* ibid.n.5981.

Quæres an ſit irregularis, & excommunicatus volens occidere Petrum Clericum, occidens ex invincibili inadvertentia Paulum Clericum putans eſſe Petrum? ibid.n.5986.

Indicis Libri Tertii, & Quarti

F I N I S.

ANT 331.166

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google